Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
G
14
NAPOLI

XVI
G.
14.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CONCORDIA
IVRIS PONTIFICII CVM CÆSAREO, ET CVM THEOLOGICA RATIONE.

DE CAVSIS, ET EFFECTIBVS DIVINI & humani iuris in genere, ad titulos de Summa Trinitate, &c. Item de Conſtitutionibus, & viginti Diſtinctiones Decreti.

Authore P. FRANCISCO VALENTE, *Olyſipponenſi Societatis* IESV, *in Curſu Conimbricenſi olim Philoſophiæ, & in Academia Eborenſi Theologiæ Profeſſore.*



PARISIIS,
Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, Regis & Reginæ Typographum,
ET GABRIELEM CRAMOISY, viâ Iacobæâ, ſub Ciconijs.

M. DC. LIV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO DOMINO D.

VASCO ALVYSIO

GAMÆ MARCHIONI

NISÆ VIDIGVERIÆ COMITI
Villefratrum & Ficalij Domino.

MAXIMO MARIS PRÆFECTO.

Ab ſtatus Concilijs & apud Chriſtianiſſimum Regem Oratori extraordinario ad Pontificem maximum inaugurato.

IVRIS Concordia, MARCHIO EXCELLENTISSIME, te Mercurium ambit Caduceatorem; nam quem potiori iure ambiret, quàm te belli, paciſque medium? cum enim Luſitanam Majeſtatem Gallicæ potentiæ noto (vt dici ſolet) Herculeo copulare ſtudeas, concordiam perire non patieris, imò lubenti animo excipies, vt tuo ducta fauonio regionatim feratur penna metuente ſolui. Ideo quippe te præ cæteris Mercurium ſollicitat; vt cuius fama cum ipſis terrarum finibus circumſcribitur, illius nixa talarijs anni, ſoliſque vias tranſmittat. Nam quamcunque adiuerit orbis regionem, ibi tui nominis præſentia & mihi in maleuolas Theonum cauillationes defenſionem parabit; & concordiam in liuidas temporis obliuiones memoriæ conſecrabit: nemo enim vel ad allatrantium

morſus illudendos, vel ad famæ perennitatem aſſequendam mihi poterit præſentior opitulari. Vnde te Marchio Excellentiſsime, ante alios patronum optaui, vt mea Iuris Concordia tuo ſubiecta præſidio,

Sicut Parnaſsia laurus

Parua ſub ingenti matris ſe ſubiicit vmbra.

Creſcat occulto velut arbor æuo. Accedit quod ſub illius patrocinio in lucem edi elaborat, cuius ſanguinis claritudo, cæteraque animi dotes concordi æmulatione efferuntur.

Nobilitas tanta eſt, quantum ſibi arrogat vetuſtatis; nec vlla hac in re perſpectior atteſtatio quàm quod ante acti temporis memoriam ſuperet; ſiue quod ipſa ſit antiquitate antiquior; ſiue quod nulla poſſint annalium monumenta tam longinquam auorum ſeriem comprehendere: ſed non ideo nobis ſubterfugit deducta à Gothis origo, quam interpoſitis Legionis Regibus, à Recaredo hauſiſti, auxiſtique: neque id maximum tuæ claritudinis encomium eſt, quem enim ſanguinis ſplendorem à parentibus traxiſti, micat inter omnes, velut inter ignes luna minores: nam (vt à flore, ad Gamarum truncum deſcendam) Excellentiſſimus Dominus Franciſcus Gama parens tuus ea nituit luce, vt ipſe Oriens quem indiæ prorex iterato rexit, ad illius radios cæcultauerit; ipſi etiam maiores tui paterno traducti auo non diſpari claruerunt iubare. Cum primis Tritauus tuus Dominus Franciſcus Portugalenſis Vimioſi Comes; illi item duo belli fulmina Dominus Vaſcus Gama maximus à Ioannis Regis tertij ſtapedibus; alterque par nomine, nulli tamen ab ho-

minum memoria, rebus feliciter geſtis comparandus fortunatus ſcilicet nauigationis indice inueſtigator, & author.

Solis pariter æmuli extitere, qui te clariſſima Domina Maria de Atayde Auia tua luce nobilitarunt. Proauus nimirum tuus Dominus Antonius Ataydius Caſtanerianus Comes & Abauus Aluarus Petreius Tauora Mogadori dominus; poſtremo (omnes enim percenſere infinitum) Tritauus Alphonſus Vaſconcellius Penelæ Comes; ijs tamen omnibus (audeam dicere) clarior emicas. Quod mirum non videbitur perpendenti, te ſolaribus Paterni ſplendoris radijs, lunares maternæ lucis fulgores ſuperaddidiſſe; Dominum videlicet Ioannem Almeidam Abratenſem Comitem, & Dominum Didacum Lupium Baronem Aluitenſem, vtrumque Tritauum tuum; geminos quoque Martis pullos, Rhotericum Laurentium Tauoram inuictum Indiæ Proregem, & Laurentium Petreium Tauoram Tingitanum Ducem, illum Auum, hunc Proauum, qui omnes, vt ſolem claritate ſanguinis laceſſerunt, ſic claræ mentis acie ſuperarunt: Regibus enim prope cuncti à conſilijs fuere. Vnde plane perſpectum habeo; quo iure ad Chriſtianiſſimum Regem nuperrimè legatus fueris, & ad Pontificem maximum inauguratus orator, quoniam à Maioribus accepiſti, quaſi hæreditaria auctione tractandis rebus iudicium, maturandis conſilium, & quod maius eſt, tranſigendis felicitatem.

Nec minor tibi ab Excellentiſſima Domina A-

gnete de Noronha coniuge tua venit ſplendoribus acceſſio; quis enim tam rerum ignarus vt neſciat, quam in te generis claritudinem, admiramur, illam in ſe velut in ſpeculo excipere, & auctiorem (ſi fieri poſſet) reddere. Te enim regiis ortum maioribus, inuictiſſimis editum ducibus, ampliſſimis natum Comitibus, illa quidem veneratur; at tanti ſplendoris æmula Auguſtiſſimos Ioannem ſecundum Luſitaniæ, & Alphonſum Caſtellæ Reges conſanguinate attingit; quin & Ioannis Granatæ Regis Trineptis regalis ſanguinis purpura clareſcit. Non diſſona genethliaci laus eſt Excellentiſſimum Dominum, Georgium, Collimbriæ Ducem Auerij Dominum Iacobææ, & Auiſenſis militiæ Magiſtrum, poſſe Tritauum iactare. Sed quid ego ad priſca recurro tempora, nonne quo proprior, eo gratior it dies, & ſoles melius nitent? non ibo inficias, habuit enim Parentem Rhotericum Conſaluum Camaram Calletæ Comitem, & inſulæ materiæ Ducem, cuius ſplendor, vel cæcutientes non latuit. Prætermitto Tritauos ſuos Dominum Ioannem Meneſium Tarouca Comitem, Tingis Ducem; & Rhotericum Mendium Vaſconcellium, qui Tingis quoque præfectus, inſtantibus à fronte Mauris, & prementibus à tergo Caſtellanis, arcem vtraque obſidione liberauit. Hos ego alioſque ſuæ gentis Heroas miſſos facio, quod huius loci non ſit, omnes domi, ellique præclaros recenſere; præterea quod præſtat grandia prætermittere, quam culpa deterere ingenii: Hæc ſolum attigi, vt ſciat orbis, quam mihi elegerim fautricem, vtque excellen-

tiſſima Domina, meam Iuris concordiam, ea qua neminem reſpuis beneuolentia, protegas, foueas, tuearis; decet enim hanc ſub tui nominis vmbella ſuſcipias, quæ tam concordi frueris coniugio, vt nec magis concors, & vnanime ipſa concordia poſſet effingere.

Adte redeo, Marchio ampliſſime, illa me vocat ſpectata tui animi prudentia, & eximium pietatis ſtudium, quas virtutes præ cæteris commemoro, quia maxime ad mea iuris concordiæ inſtitutum ſpectant. Prudentiam tuam prædicant Commiſſæ tibi legationes, quas Luſitaniæ Rex inuictiſſimus, vt ex animi ſententia ſecundaret, nulli alii commendauit, quam tibi felici rerum adminiſtro; tanta enim iudicij maturitate polles, vt quod reliqui vix initiari potuerint, ad vmbilicum feliciter perducas. Vnde ad Pontificis gratiam, quæ ceteris comperendinata eſt, te vnum admitti non diffidimus; quod mirum nemini erit, ſi memorando reſpiciat, quantum maiores tui de Eccleſia bene meruerint, non modo potentiſſimos reges, ac bellicoſiſſimas nationes illius famulatui ſubmittentes; ſed etiam varias functi legationes, tam Luſitanorum ad Pontifices, quam Pontificum ad alios Reges. Et vt reliquos præter eam vnum illum, cuius ſupra memini, adducam Tingintanum Ducem, Laurentium Petreium Tauoram proauum tuum, qui parem ac bello nauarat operam, paci impendens ad Pium V. Sebaſtiani Regis legatus, ipſiſmet ſacri palatij ſedibus, Pontificis iuſſu peramanter fuit hoſpitatus; vt quo propius legato Pontifex frueretur, eo frequentius vteretur Conſiliario. Id pariter in cauſa fuit, vt

diſcedenti tranſigenda cum Philippo II. Hiſpaniarum Rege maximi ponderis negotia commendauerit. Quæ omnia animaduertens populus terrarum princeps, illum minoreſque ſuos Romanos ciues & adoptauit & fecit; plane intelligens hoc ſibi gloriæ, exteris nationibus inuidiæ futurum. Te igitur Proauo ſimilem Roma excipiet plauſu non diſſimili, imo & Concordia tuo nomine inſignita tecum pariter excipietur, indeque fidentior ad remotiſſimos quoſque orbis tractus aduolabit; ſat enim erit tuo approbatam iudicio circumferri, vt maleuolentiæ caniculam deſpicata obſtrepentium latratus derideat.

Iam vero ſi ea qua omnes comiter excipis pietate Concordiam tuearis, quis atro dente me petet? Nemo profecto qui norit te tuo patrocinio eruditis in omnibus opitulari. Quamobrem exiguum hoc mearum elucubrationum munuſculum in tanta beneficentia gratiam ſuſcipe, neque tam doni expende tenuitatem, quam donantis animi magnitudinem; erit quippe obſeruantiæ teſtificatio non ſolum mea, ſed totius noſtræ Domus, quæ intermedio pariete proximior concordi animorum vicinia, nec maiorem, neque propinquiorem patronum poterit inuenire, cui à Deo optimo maximo Neſtorios annos continuò deprecatur

Seruus tuus in Domino.

FRANCISCVS VALENS.

AD LECTOREM.

INſtituti mei rationem tibi, ſtudioſiſſime Lector redditurus, illud in primis D. Auguſtini monitum præ oculis habeo, quod ipſe ad ſuę modeſtiæ ſpecimen, & ad noſtræ diſciplinæ argumentum reliquit. Ita enim lib. 2. de Prædeſtinatione ſanctorum, qui eſt de bono perſeuerantiæ, in fine. *Ego cum per eos, qui meos labores legunt, non ſolum doctior, verum etiam emendatior fio, propitium mihi Deum agnoſco: & hoc per Eccleſiæ Doctores maxime expecto, ſi & in ipſorum manus venit, dignenturque, noſſe quod ſcribo.* Quorum igitur eruditos oculos prior iſte fœtus informis offenderit, multos ante annos apud me conceptus, aliis forſitan inexpectata fœtura ſubortus, ij certiſſimè ſciant ab authore offerri eo animo, vt docta lectorum quaſi parentum lingua formari, quam ſtylo ferreo incidi libentius patiatur; quare aduerſus beneuolam corrigentis manum nuſquam ſuo imaginario ſenſu frontem durabit, qui emendationis officio, & polientis manus artificio optat in dies pulchreſcere. Etenim noſtrum qualecumque illud eſt ingenium, iactantiunculos, & nugiciendos odit (quantum odiſſe fas eſt) ſoliuſque popularis auræ, ac humanæ gratiolæ venatores, qui ſua etiam ſine riualibus adamant; & ſine emptoribus magno venditant. Nam Chriſtianum Philoſophum, nedum Religioſum exiſtimo dedecere, fatuam imitari ſimiam, quæ fætum ſuum, quamlibet deformem, pro formoſiſſimo dicitur admirari. Quamobrem cum illis ſcriptoribus numerum facere deſidero, qui vngues, & aſteriſcos non refugiunt, ſed requirunt; quorum aures ſubdola aſſentatoris laudatio obtundit, grauis vox cenſoris, etiam critici adblanditur. Sic enim melius proficiendo ſcribitur, & ſcribendo proficitur. Neque mea tenuitas modo, ſed etiam temporis neceſſitas hunc mentis cogitatum promouit. Quia licet quocunque tempore ſcriptor huic aleæ caput obiectauerit, pro diuerſorum guſtu eius operis ſapere diuerſimode iudicari; Et nullus tam imperitus ſcriptor ſit teſte D. Hieronymo in Præfat. lib. 12. in Eſaiam ad Euſtochium qui Lectorem non inueniat ſimilem ſui. E contra vero nullus adeo gnarus, qui communem ſcribentium ſortem male audiendi penitus effugiat; & raucinas, ſeu ſcobinas ignorantium non ſentiſcat; noſtra hac ætate, qua homines defecatioris faſtidij ſunt, & oculos adeo lynceos, vel aquilinos aſſecuti, vt in ipſo ſolis nitore, atque vniuerſæ lucis fonte maculas, næuoſque incolumi acie conſpicentur; quis ſcientiæ ſplendore ita elucere præſumet, vt his notis ſe immunem fore, & tam diuerſa hominum iudicia, aliquando præpoſtera, ad veritatis amuſſim reuocaturum ſperet? Agite dum optimi bonarum artium cultores ne vos hæc miſera ſcribentium conditio, quæ in tanta multitudine ingenio, & ſcientia impares, ſæpe in perferendis oblatrantium morſibus pares facit, vos, inquam veritatis vindices à compoſitionis ſtudio deterreat: falſitatis gramen ſemper

repullulans, quo magnarum ſcientiarum fruges præfocantur, diligenter auellite; & ſubnaſcentes ſacris ſtirpibus pernicioſiſſimas hederas, veritatis ſuccum lapſibus erraticis exorbentes abrumpite penitus, & radicitus extirpate. Et quandiu veri interpolatores in lucem prodire non pudet, eiuſdem redintegratores lucem veritatis amicam non erubeſcant. Ne periclitantes diſciplinę ſine vindice, ſine patrono in literarum foro cauſa cadant. Quid vobis liberum ſit, vtique experimini, & quocunque res fluxerit, æqui, bonique facite; obtrectationum venena, non deuorate modo, ſed (quo eſtis ſtomacho) concoquite: ſic audax veſtri ingenii magnitudo noſtri mediocritatem reddet audaciorem.

Facta genii mei prælibatione ad operis inſtituti ordinem venio, qui cuiuſque rei anima eſt, vt dixit Plato. Concordia Iuris Pontificij cum Cæſareo, & Theologica ratione à doctiſſimis viris maxime expetitam ſcribere contendebam, variis tamen occupationibus noſtræ ſocietatis diſtractus, illius tantummodò partem aſſequi potui; & ſolum titulos de ſumma Trinitate, item de conſtitutionibus, & priores pene viginti diſtinctiones decreti exponere contendo: cum enim in his textibus, fere omnia diuini, & humani iuris principia contineantur, quorum doctrina per æque Iuriſprudentiæ, ac ſacræ Theologiæ profeſſoribus prorſus neceſſaria cenſetur; ibidem de cauſis, & effectibus diuini & humani iuris diſſerere conſtitui, eo ſcilicet ordine, vt prius de diuino iure principali, nempe fide noſtra: poſtea vero ad cauſas, effectuſque tam diuini, quam humani iuris in genere gradum faciam. Ceterum vt textuum expoſitiones, leuioraque dubia à longiori quæſtionum altercatione ſeiungerem, commentationes ſuis notationibus diſtinctæ præcedunt; Deinde diſputationes, quæſtionibus, ac ſectionibus diuiſæ conſequuntur. Vt difficultates maioris momenti ex declaratione textuum ſubortæ maiori cum eruditione, & Theologica ratiocinatione examinentur. Et quamuis in priori titulo, vbi de materia fidei agitur, totius fere Theologiæ materies attingatur; non idcirco de vniuerſa Theologia operæ pretium fuit diſputare. Sed iis tantum expoſitis, quæ ad ſcientificam canonum cognitionem adnotare oportebit, ſolum diuinæ fidei tractationem eiuſdem tituli propriam ex profeſſo perficere neceſſe fuit. In qua nullis ſpeculationibus Theologicis parcendum; tum quia ipſe titulus id ſuo iure peculiari poſtulat, tum etiam quia in hac materia inter Theologicas maximè difficili, difficultates aliquot à magnis viris agitatæ, hucuſque ad ingenii ſatiem, ſeu quietem non videntur enodari; aliæ omnino omiſſæ, quas locus, & ſtudioſorum auiditas exigebat. In titulo de conſtitutionibus poſtquam de natura, definitione, ac diuiſione iuris, item de cauſa finali, & materiali illius egi, declaratis textibus, ſolutiſque difficultatibus, quæ ad illam doctrinam pertinerent, ſuccreſcente iam opere ad iuſtæ magnitudinis molem, ne liber tractantis manus pariter cum mente grauaret, ſequentes commentationes, ac diſputationes de cauſa formali, & efficiente: item de effectibus iuris, quæ ampliſſima materia eſt, & multorum canonum expoſitionem depoſcit; in alterum tomum, quem paratum habeo, reſeruaui.

Ad Lectorem.

At neſcio quis integerrimus iuris-prudentiæ arbiter oblatranti murmure auribus inſuſurrat meis. Quid religioſo homini totam operam in Philoſophiæ, Theologiæque ſtudijs ex ſuæ profeſſionis voto collocanti cum iuris-prudentiæ commentationibus? Nunquid Saül inter Prophetas? aut quid Pallio cum toga? videat; qui pennas nido maiores extendit, & in alieno foro ius dicit, ne per ertoris iniuriam, debitas ibidem pœnas dependat. Procliue eſt anſerem inter olores extra chorum pſallere. Verum iſta contumelioſa exprobratio, non tam in Philoſophiam, ſeu Theologiam, earumque profeſſorem, quàm in ipſam iuris ſcientiam iactatur. Qui enim hanc ab illis ſeparat, filiam à matris ſinu, complexuque ſeiungit. Cuius eruditione nutriri, & diſciplina expedit educari: niſi eam velit ab ingenuitatis propagine ad ſyluestre ruſticitatis ſarmentum traduci, & bonam ſeminis frugem in graminis inutilem viriditatem herbeſcere. Nam quid quæſo ſunt Iuriſconſultorum placita, niſi prudentiſſima naturalis Philoſophiæ documenta? Vnde nata ſanctiſſimorum Patrum & Conciliorum decreta, niſi ex ſacræ paginæ Spiritus ſancti cóceptu fæcunda matrice? vbi nutrita niſi in ſacroſanctæ Theologiæ cunabulis. Itaque nullus Philoſophus, & Theologus ſui officii partibus perfecte ſatisfecit, diuini & humani iuris ignarus. Nemo verus Philoſophiæ, ac Theologiæ profeſſor iure nominetur, qui iuriſprudentiam, per illuſtrem illarum ſobolem neſciat; eiuſque conſortio, & familiari commercio non vtatur? Sicut nec inſignem Canonici, & Cæſarei iuris peritum vidi, qui idem Philoſophiæ & Theologiæ ſaltem moralis ſtudium non adamarit. De me quam parum in vnaquaque harum facultate profecerim, hoc opere teſtatum ſatis: vnum tamen indefeſſum addiſcendi deſiderium fateri non pudet; neque inſtituti operis magnitudo deterret: ſcio enim, quod ſi vires deficiant, audacia certe laus erit. Quia in magnis voluiſſe ſat eſt. Et quando alii commentatores egregii Magiſtrum ſententiarum, Angelicum, & ſubtilem Doctorem, alioſque Theologiæ primipilos luculenter illuſtrarunt, mihi alia via ingreſſo ſacrorum Conciliorum, Pontificumque definitiones, è quibus tanquam fontibus Scholaſtica Theologia ſcaturiuit, fas erit interpretari, aliiſque maiori eruditione iuris methodum indicare, in qua ipſorum ingenia diſcurſu Theologico per effuſum poſitiui iuris campum longius expatientur. Denique vt D. Hieronymi verbis concludam. *In templo Dei offert vnuſquiſque quod poteſt: alii aurum & argentum, & lapides pretioſos: & alij biſſum, & purpuram, & coccum offerunt, & hyacintum: nobiſcum bene agitur ſi obtulerimus pelles & caprarum pilos.* Cum dominus nullius indigens pauperum turtures, & ruſticorum munera, non minus beneuolo nutu, quam diuitum agnos, ac vitulos magnatumque holocauſta excipiat. Tibi igitur, Lector humaniſſime, ſi munuſculum hoc te minus dignum videatur, ne cum tui ingenii magnitudine, ſed cum noſtri mediocritate metire; & oblatum meæ elucubrationis laborem, forte non inutilem patere ſub tui fauoris patrocinio grandeſcere.

SVMMA PRIVILEGII
Regis Chriſtianiſſimi.

CAVTVM eſt authoritate Regis, ne quis in Regno eius, aliiſve locis eius ditioni ſubditis, librum qui ſic inſcribitur, P. FRANCISCI VALENTIS, *è Societate* IESV *Concordia Iuris Pontificij cum Cæſareo, & cum Theologica ratione, In duos titulos de ſumma Trinitate & de Conſtitutionibus*, quouis charactere, aut forma excudere, aut alibi excuſum Vendere, aliòve quolibet modo diſtrahere poſſit, intra nouem annos, computandos à die abſolutæ primę editionis, pręter SEBASTIANNM CRAMOISY, Regis & Reginæ Architypographum, Regiæ Typographiæ Gubernatorem, necnon Vrbis Pariſienſis Exconſulem: qui ſecùs fecerit, mulcta eſt indicta, ptout fuſius in diplomate regio continetur. Datum Pariſiis die xj. Decembris 1653. Sic ſignatum, De mandato Regis, CRAMOISY.

MVTIVS VITELLESCVS
Societatis IESV *Præpoſitus Generalis.*

CVM opus hoc, cui titulus eſt, de *Concordia Iuris Pontificij, & Cæſarei, cum Theologica ratione, in duos titulos de ſumma Trinitate & Conſtitutionibus*, P. FRANCISCI VALENTIS, noſtræ Societatis Theologi, tres eiuſdem Societatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, ac in lucem edi poſſe probauerint, facultatem concedimus, vt Typis mandetur, ſi ita ijs, ad quos pertinet, videbitur. In cuius rei fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro minutas dedimus. Romæ die 2. Iulij 1628.

MVTIVS VITELLESCVS.

INDEX

INDEX CAPITVM, QVÆSTIONVM ET SECTIONVM.

TITVLVS PRIMVS DE SVMMA Trinitate & fide Catholica.

PROOEMIALIS Proluſio in Præfationes Iuris Pontificij. fol. 1.

CAPVT I.

Expediuntur difficultates in Procemio Gregorij ad Decretales conſideratæ. fol.1.

CAPVT II.

Soluuntur alia dubia de ſecunda Procemij parte. fol.4.

CAPVT III.

Exponitur Procemium ſexti, authoris nomen operiſque inſtitutum aperitur, & ſeptem Procemij dubia ſoluuntur. fol.9.

CAPVT IV.

Reſolbitur graue dubium circa gloſſam, verbo Benedictionem. fol.14.

CAPVT V.

In Procemio Clementinarum authoris nomen operiſque inſtitutum declaratur cum concordantiis ad Ciuile Ius. fol.17.

CAPVT VI.

De auctoritate Extrauagantium, num omnes, & ſolæ corpori iuris inſertæ fidem faciant in iudicio. fol.23.

CAPVT VII.

De auctoritate Decreti à Gratiano compoſiti. fol.24.

CAPVT VIII.

Qua ratione diſtribuitur ius Canonicum per libros, titulos, diſtinctiones, cauſas & Quæſtiones. fol.29.

Titulus Primus de ſumma Trinitate, & fide Catholica. Exponitur rubrica, & textus illam concernentes: commentatio prima. fol.31.

NOTATIO I.

Quid tituli vocabula ſignificent, & cur cæteris hæc rubrica præcedat. Notatio prima fol. 31.

NOTATIO II.

Declarantur attributa Dei abſoluta in cap. firmiter, indicata, quæ in perſonis non multiplicantur. fol.34.

NOTATIO III.

De proceſſionibus Dei ad intra & relatiuis proprietatibus in textu aſſignatis. fol.40.

NOTATIO IV.

De actionibus & operibus ad extra, quæ à tota Trinitate proueniunt indiuiſim. fol.54.

NOTATIO V.

Cœleſtis doctrinæ reuelatio, & verbi æterni incarnatio explicatur. fol.63.

NOTATIO VI.

Articuli de Chriſti natiuitate, paſſione, reſurrectione, aſcenſu in cœlos, & eius ſecundo aduentu proponuntur. fol.68.

NOTATIO VII.

Exponitur prior pars §. vna, vbi de ſacramentis Euchariſtiæ, & Ordinis agitur. fol.77.

NOTATIO VIII.

Exponitur vltima capitis pars; & ſacramenta Baptiſmæ & Pœnitentiæ inculcantur. fol. 86.

NOTATIO IX.

Exponitur ſecundum caput Damnamus, in quo Ioachimi & Almarici hæreſes condemnantur. fol.93.

NOTATIO X.

Exponitur cap. vnicum eiuſdem tituli in ſexto. fol.105.

NOTATIO XI.

Clementina vnica de ſumma Trinitate exponitur. fol.109.

NOTATIO XII.

Declaratur textus ſecundus: Qui Epiſcopus, diſtinctionis 23. fol.122.

NOTATIO XIII.

Caput finale de conſecratione diſtinct. 3 declaratur. fol.128.

NOTATIO XIV.

Exponuntur duo poſtrema capita de conſecratione diſtinct. 5. fol.135.

DISPVTATIO I.

Oſtenditur cauſa finalis diuinæ fidei, & remiſſio fit ad generalem doctrinam in titulo de Conſtitutionibus. Ordinantur quinque huius diſpoſitionis quæſtiones. n.1.p.137.

QVÆSTIO I.

Diſponitur quæſtio, & encomeaſtica fidei diuinæ definitio tradita à Chryſoſt. apponitur. n.1.p.138.

SECTIO I.

1. Proponuntur duæ Diui Auguſtini definitiones fidei: & in prima reiicitur expoſitio Lorcæ: vtraque in vero ſenſo declaratur. n.1.p.158.
2. Altera definitio eiuſdem fidei à Diuo Baſilio tradita magis declarans naturam ipſius adducitur, & exponitur. n.2.p.159.
3. Definitio eiuſdem fidei quam D. Paulus docuit, declaratur; & diuiſiua fides ab hæreticis inuenta excluditur, & vna eſſe aſſeritur. n.3.p.139.
4. Probatur id ex variis locis ſacræ ſcripturæ; falſaque hæreticorum fiducia confutatur. n.4.p.140.
5. Vnam eſſe fidem ratione Theologica demonſtratur; Item diſtinctam eſſe à fiducia, quæ in ſacris literis aliquando appellatur fides; & ad debite orandum, & ad impetrandum, quod à Deo petitur, neceſſaria cenſetur. n.5.p.140.
6. Alij autores diuerſimode declarantes ſacram ſcripturam negant fidem in ea pro fiducia vnquam vſurpari. Verum hæc ſententia reiicitur, & eiuſdem auctores non ſatis declarant ſacrum textum in vero, & ſincero ſenſu. n.6.p.141.
7. Quid ſit fiducia, de qua in ſacra pagina fit mentio & nomine, *fides*, declaratur, breuiter exponitur ex D. Thomã. n.7.p.141.
8. Diſcrimen inter Chriſtianam fiduciam, & inanem hæreticorum confidentiam oſtenditur; & Pauli definitio fidei naturam declarans exponitur. n.8.p.142.
9. In qua definitione vera fides Theologica deſcribitur, & quomodo ſperandarum rerum ſubſtantia ſit, à ſanctis Patribus optime declaratur: Argumentum non apparentium dicitur, & duæ conditiones, altera formalis, altera materialis obiecti inſinuantur. n.9.p.142.
10. Aliqua notantur, quæ in Gloſſa magna circa definitionem prædictam ad Rubricam de ſum. Trinit. non recte ſe habent. n.10.p.142.

SECTIO I.

1. Indicatur cauſa materialis ſubiectiua fidei diuinæ immediata, & mediata, nempe ſubiectum inhæſionis, & denominationis. n.1.p.143.
2. Obiectum materiale aſſenſus fidei eſt terminus extrinſecus per ſe immediate illum terminans; intrinſecus eſt qualitas repreſentatiua enunciabilis de fide. Neque idem eſt in hac materiali cauſa id, quod creditur, & id, de quo creditur, illud proprie eſt obiectum, hoc ſubiectum dicitur. numero 2. p.143.
3. Qua ratione obiectum fidei alia, atque alia ratione ſit complexum, vel incomplexum? Ex parte hominis credentis ſemper eſt complexio in obiecto materiali fidei: Ex parte rei creditæ in præcipuo fidei ſubiecto incomplexio reperitur. In reliquis eſt complexio: In his ſunt veritates tam neceſſariæ, quam contingentes à Deo reuelatæ. n.3. p.144.
4. Deus ſub ratione deitatis eſt primum, & præcipuum noſtræ fidei obiectum: reliqua omnia ad illud dicunt attributionem. n.4. p.144.
5. Deus ſub ratione ſaluatoris, vel glorificatoris, eſt obiectum attributionis noſtræ fidei contra Gregor. & alios. n.5.p.145.
6. Quomodo reliqua obiecta fidei extra diuinitatem dicant attributionem ad illam probatur. n.6.p.145.
7. Occurritur obiectioni contra traditam doctrinam propoſitæ. n.7.p.145.
8. Habitudo in ſecundariis obiectis fidei ad primarium non eſt effectus ad cauſam, neque creaturæ ad Deum, ſed illis extrinſeca eſt, & prouenit ex voluntate Dei ea intentione alia à ſe reuelantis, vt ipſe melius cognoſcatur, & magis ametur. numero 8, p.1.145.
9. Aliqui recentiores exiſtimant noſtram ſalutem eſſe ſimul cum Deo obiectum attributionis fidei, & probant ex ſacra ſcriptura, & ratione. n.9 p.146.
10. Hæc ſententia vt falſa reiicitur, & illius fundamenta non ſubſiſtunt. n.10.p.146.
11. Quæritur an aliquod obiectum ſecundarium poſſit terminare fidem diuinam, quod ſaltem de potentia Dei abſoluta non dicat ordinem ad primarium, & attributionis habitudinem; & proponitur ſententia negatiua. n.11.p.147.
12. Nihilominus opinio affirmatiua præfertur. Sicut in Chriſto fuit ſpes ad immortalitatem, & gloriam ſui corporis, quod erat obiectum ſecundarium ſine attributione ad primarium, quia erat comprehenſor, & de illo non habebat ſpem, ſed poſſeſſionem. n.12.p.148.
13. Primum prædictæ ſententiæ fundamentum eſt caſus hominis conſtituti in ſtatu puræ naturæ, cui proponeretur aliquid creatum ſuper naturali fide credendum. Fides Theologica dicitur, non ſolum ex ratione motiua, diuina; ſed etiam ex ratione, quæ, vel circa quam; & quia in Deum tendit in recto, non in obliquo. n.13.p.148.
14. Secundum fundamentum deducitur ex altero caſu, in quo beato Deus reuelaret

aliquod

aliquod obiectum obſcurum, etenim nulla eſt repugnantia, cur tunc beatus Deo reuelanti non crederet vero actu fidei. nu.14. p.149.

15. Licet prima ſententia ſit probabilis, ſecunda ſimpliciter tenenda: vnde ad illius primæ fundamenta reſpondetur in primis ad teſtimonium D. Thomæ. n.15. p.149.

16. Ad primam rationem; Reſpondetur, & oſtenditur diſcrimen inter fidem, & Religionem in modo reſpiciendi Deum illamque vere Theologicam eſſe virtutem, non hanc. n.16.p.150.

17. Ad ſecundam reſpondetur, & oſtenditur, quod actus ille fidei elicitus ab homine in ſtatu puræ naturæ eſſe poſſet liber, & meritorius alicuius præmij in ordine ad finem naturalem, quamuis eſſet ſupernaturalis loquendo de potentia Dei abſoluta. n.17.p.150.

SECTIO III.

1. Diſtinguitur duplex dubitatio. Prima de æqualitate credibilitatis obiectorum fidei tam propriæ, quam impropriæ. Secunda de immediatione ſeu antecedentia vnius ab altero ad fidem. De ſecunda dicendum primo, omnes veritates fidei ſunt æque credibiles credibilitate propria, quæ à ratione motiua accipitur. n.1.p.150.

2. Occurritur obiectioni ſumptæ ex obiectis charitatis. n.2.p.151.

3. Conſiderata credibilitate minùs propria, quæ à materialis obiecti præſtantia, & independentia accipitur, diuina magis credibilia ſunt, & quæ ad illa magis accedunt, quam creata. n.3.p.151.

4. Opinio, quæ aſſerit aliqua enuntiabilia fidei eſſe prius credenda, quam reliqua, diuerſis modis deffenditur. Et illa ſpeciatim ſuadetur, quæ docet duo principia prius eſſe credenda. n.4.p.152.

5. Dicendum tamen omnia enuntiabilia fidei eſſe æque immediate credibilia, & nullum ad reliquas ſupponit, & probatur primo. n.5.p.152.

6. Probatur ſecundo argumento ad hominem. n.6.p.153.

7. Probatur, tertio ex abſurdo, ſeu falſa opinione quæ ſequeretur ex oppoſita ſententia. n.7.p.153.

8. Ad fundamenta oppoſitæ opinionis reſpondetur. Diſcrimen oſtenditur in aſſentiendi modo per fidem humanam, atque per fidem diuinam. Aſſenſus fidei, & ſcientificus conueniunt in hoc, quod vterque ſit propter medium in fide extrinſecum, in ſcientia intrinſecum; non tamen eodem modo ex medio deducuntur. n.8.p.154.

SECTIO IV.

1. Proponitur duplex difficultas. Prima vtrum Deus per ſe vel per alium mentiri poſſit. Secunda vtrum fidei poſſit ſubeſſe falſum? Definitur quid ſit mendacium, & quot modis contingat. n.1.p.154.

2. Deus neque vnquam mentitus eſt, neque de potentia ordinaria per ſe mentiri poteſt. n.2.p.155.

3. Neque de potentia abſoluta Deus per ſe mentiri poteſt, & hæc ad fide eſt. n.3. p.156.

4. Pertinet ad perfectionem ſimpliciter ſimplicem, non poſſe Deum mentiri, & hanc Deo negat, qui aliquam ei potentiam ad mentiendum concedit. n.4 p.156.

5. Proponitur obiectio, & ratio inquiritur, cur Deus non poſſit diſpenſare in mendacio, ſicut videtur diſpenſare in furto, homicidio, & ſimilibus peccatis contra iuſtitiam: & ſi in his non eſt diſpenſatio, ſed materiæ mutatio cur non fit in mendacio? n.5.p.156.

6. Aſſignatur ratio præcedentis dubij. n.6. p.157.

7. Obijcitur ſecundo quod eo modo, quo ex amphibologica locutione veritas diſſimulatur, & tegitur; ita contingere poſſit in reuelatis, quin eorum fides diminui videatur; vnde non eleuari fidem per potentiam abſolutam Dei ad mentiendum. Reiecta Recentiorum opinione vera ſolutio traditur. n.7.p.157.

8. Non ſolùm in affirmando, ſed etiam in promittendo Deus de potentia abſoluta mentiri non poteſt. Eſt de fide. n.8. p.157.

9. Neque per alium Deus mentiri poteſt, aut in promiſſis fidem fallere; ſiue præcipiendo, ſiue conſulendo, ſiue excitando ad mendacium, vel frangendam fidem. n.9. p.158.

10. Aliqui exiſtimarunt Deum poſſe infundere habitum vel actum erroris; ſed oppoſita ſententia verior, & communior eſt. n.10.p.158.

11. Aſſenſus erroneus de quacumque materia ſit in ſubiecto, nullo modo intelligente per illum, non repugnat à Deo illum produci: ſecus ſi per hunc aſſenſum intellectus iudicet obiectum, & aſſentiatur falſitati. n.11 p.159.

12. Probationi ſecundæ partis huius aſſerti occurritur, ſed contra reſponſionem probatio corroboratur. n.12.p.159.

13. Oſtenditur aperta Recentiorum contradictio circa hanc doctrinam. numero 13. p.160.

14. Nulla cauſa naturalis per ſe cauſat errorem in homine, ſed per accidens; & occaſionaliter. n 14.p.160.

15. Licet non ſit tam improbabile, Deum infundere habitum erroris, quam actum; Veri ſimilius eſt, neque habitum in ſubiecto ad errandum per ſe diſpoſitum à Deo immitti poſſe. n.15.p.161.

16. Deus non poteſt infundere ſpeciem, quæ inclinet per ſe ad errorem ſicut habitus inclinat; poteſt tamen imprimere ſpecies impreſſas naturaliter ſua obiecta repreſentantes. n.16.p.161.

17. Aſſignatur maior ratio, cur Deus habitum erroris, & vitij ab homine acquiſitum ſe ſolo conſeruet, non tamen infun-

Digitized by Google

dat. Item veriſimilius eſt non poſſe Deum aſſumere naturam habitu erroris infectam. Si tamen hoc concederetur, adhuc datur maior ratio. n.17.p.161.

18. Altera difficultas diſputatur, vtrum fidei falſum ſubeſſe poſſit. Et aſſeruntur argumenta pro parte affirmatiua. n.18.p.162.

19. Vera tamen eſt ſententia negans; Probatur ex Tridentino, & Patribus. n.18. p.162.

20. Aſſignantur tres rationes, quibus ab antiquis Theologis idem probatur; quæ ſine alio adminiculo minus ſufficientes videntur. n.20.p 165.

21. Proponitur primus modus probandi dictam veritatem, & vt inſufficiens impugnatur. n.21.p.163.

22. Alia via defenditur eadem veritas, quæ etiam diſplicet. n.21.p 164.

23. Tertius modus ſuſtinendi, & probandi veram ſententiam declaratur, & approbatur. Statuitur diſcrimen inter virtutes morales, & intellectuales, item inter intellectuales, practicas, & ſpeculatiuas. n.13.p.164.

24. Exemplo tradita doctrina illuſtratur. n.24.p.164.

25. Ex eadem doctrina vera ducitur ratio ſatisfaciendi difficultati propoſitæ. n. 25. p.164.

26. Tandem alter modus etiam ſatis expeditus eandem defendendi veritatem traditur. n.26.p.165.

27. Occurritur argumentis ſententiæ affirmantis fidei poſſe ſubeſſe falſum. Et Reſpondetur ad primum; intellectum diuinum ſemper cognoſcere verum; etiam quando videt, quod eſt falſum, & apparenter verum: notitia virtutis, & præcepti ex iudicio erroneo eaſdem vires habet ad obligandum, ac ipſum præceptum. numero 27. p.165.

28. Ad 2. Reſpondetur, & ad 3. declaraturque quomodo credatur obiectum, quod reuelatur, vt futurum. n.28.p.166.

29. Ad 4. & ad 5. Reſpondetur, quod propoſitio reuelata etiamſi obiectum habeat contingens, vt reuelata eſt, immutabilis veritatis eſt. n.29 p.166.

30. Aſſenſus fidei per accidens, & indirecte propter conſortium alterius falſæ præmiſſæ concurrere poteſt ad aſſenſum falſum. n.30.p.166.

SECTIO V.

1. Tria dubia explicanda proponnntur. Primum eſt vtrum quæ naturaliter ſciri poſſunt fide diuina credere teneamur? circa quod excluditur error Abilardi, videlicet nihil eſſe credendum, quod naturaliter ſciri nequeat. n.s.p.167.

2. Aliqui exiſtimarunt, non credi quod naturaliter ſciri poteſt. Sed vera ſententia eſt non modo nos credere poſſe, ſed teneri ad credendum aliquid naturaliter ſcibile. n.2. p.167.

3. Reſpondetur ad ea, quæ in contrarium adducuntur. n.3.p.168.

4. Ad ſecundum dubium declarandum aliqua prænotantur. Certum enim eſt eundem actum non tendere in obiectum vt euidens, & obſcurum, item neque habitum ſcientiæ cum habitu, ſeu actu fidei; neque habitum fidei cum actu, vel habitu ſcientiæ pugnare. Tota contrnuerſia eſt de actibus fidei, & ſcientiæ circa idem obiectum ſcitum ſeu viſum cognitione intuitiua, ſeu abſtractiua, naturali, vel ſupernaturali. n.4.p.168.

5. Omnes fere Theologi docent actum fidei de lege ordinaria non eſſe cum viſione beata, aliqui de potentia abſoluta id fieri poſſe concedunt. De ſcientia vero naturali, an ſtare poſſit cum fide referuntur diuerſæ opiniones, & definitur notitia intuitiua, & abſtractiua. n.5.p.168.

6. Vtramque notitiam euidentem naturaliter eſſe poſſe cum actu fidei probant graues Theologi. n.6.p.169.

7. De obiecto viſo, neque de potentia abſoluta ſimul datur fidei actus. Et fuſe probatur ſcriptura, Patribus, & ratione. n. 7. p.169.

8. Præcluditur prima reſponſio, & diuerſis exemplis conuincitur. n 8.p.169.

9. Impugnatur ſecunda reſponſio argumento ad hominem. n.9.p.170.

10. Oſtenditur repugnantia, & contradictione ſimul ſint illi duo actus viſionis, & fidei de eodem obiecto. numero 10. p.179.

11. Obiectum cognitum euidenter, etiam abſtractiue, non poteſt vt ſic terminare actum fidei diuinæ, ſeu humanæ: ſuadetur ex Patribus. n.11.p.171.

12. Ratione confirmatur eadem veritas. n.12 p.171.

13. Ad primum in contrarium reiicitur ſolutio Caietani, & Cani reſponſio magis approbatur. n 13.p.171.

14. Alia tamen ſolutio ſimpliciter traditur tamquam veriſimilior, & præcenti doctrinæ conformior. n.14.p.172.

15. Philoſophus veniens ad fidem tenetur credere, quod Deus eſt. Etiam vt hæc propoſitio præſcindit ab eo, quod Deus eſt auctor gratiæ, & remunerator virtutis, n.15.p.172.

17. Reſpondetur ad 2. & 3. argumentum, & oſtenditur, quod quando ex duabus notitiis de eodem obiecto, vna eſt altera perfectior, & clarior, ſimul eſſe poſſint in eodem intellectu. Quando aliquis elicit actum fidei, debet auertere intellectum ab aſſenſu medij ſcientifici circa idem obiectum. n.16. p.172.

17. Qua ratione Beata Virgo, & Apoſtoli fidem habere potuerunt de iis, quæ euidenter cognouerunt. n.17.p.173.

18. Concurrere poſſunt ſimul medium fidei, & medium ſcientiæ ad vnum tertium actum producendum. n.18.173.

19. Probatur præcedens ſententia efficacibus argumentis. Ille tertius actus eſt ſupernaturalis non tamen eiuſdem ſpeciei cum actu fidei diuinæ. n.19 p.174.

20. Neque eſt actus ſcientiæ præciſe ſumptæ; continet tamen in ſua Eminenti perfectione fidei perfectionem incertitudine; & ſcientiæ in euidentia. n.20.p.174.

21. Aliqui exiſtimant habitum fidei in prædictum actum non influere; oppoſitum tamen vt certius tenendum eſt; efficacibuſque rationibus ſuadetur: tendentia tamen habitus fidei in hunc actum non eſt adæquata, & per ſe, ſed per accidens, & inadæquata, idemque dicendum de habitu ſcientiæ. n.21.p.174.

22. Per illum tertium actum nullus habitus phiſicè gignitur, vel intenditur. Meritorie poteſt intendi habitus fidei. n.22.p.174.

23. Eſſe impoſſibilem talem actum tenent aliqui recentiores, & probant primo ex falſo fundamento, quia credunt vnum quodque medium poſſe producere ſuum actum ſimul: redditur ratio cur medium fidei humanæ, & diuinæ ad vnum tertium actum concurrere nequeant; & cur duo motiua diuerſarum virtutum non concurrant neceſſario ad tertium actum. n.23.p.175.

24. Soluitur ſecunda obiectio contra prædictum tertium actum, & oſtenditur, quod debeat eſſe ſupernaturalis in ſubſtantia, item liber, & diſcurſiuus. n.24.p.175.

25. Soluitur tertia obiectio, & concluditur non deſtrui obiectum fidei diuinæ per radicalem, & remotam euidentiam medij ſcientifici; quod de ſe eſt manifeſtatiuum obiecti, ſed per proximam, & formalem euidentiam actus obiectum euidenter cognoſcentis. n.25. p.176.

SECTIO VI.

1. Non idem eſt rem eſſe euidenter credibilem, & euidenter veram. Aliqui exiſtimarunt hoc in rebus fidei non ſeparari, & neque euidenter veras, neque euidenter credibiles eſſe res fidei diuinæ. n.1.p.177.

2. Sola Euangelica doctrina, & myſteria noſtræ fidei ſunt euidenter credibilia. n.2.p.177.

3. Proponitur primum motiuum credibilitatis à ſapientia Dei acceptum. n.3.p.178.

4. Proponitur ſecundum motiuum ſumptum ex diuina voluntate in honeſtum, & bonum totius virtutis naturaliter propendente. n.4.p.178.

5. Tertium motiuum à diuina omnipotentia deſumitur. Conſiderata miraculorum multitudine, quæ in huius veritatis confirmationem à Deo perpetrata memorantur. n.5. p.178.

6. Vnum è præcipuis Chriſtianæ Religionis miraculis fuit mundi conuerſio, quem inermis veritas, nullo armorum, aut ſcientiarum ſatellitio ſtipata expugnauit. n.6.p.179.

7. Quartum motiuum à diuina prouidentia accipitur, quæ de falſa Religione tam præclara teſtimonia dari non permitteret. Hæc vero teſtimonia, primo tota Trinitas, ſecundo quam plures Angeli tum boni à Deo miſſi, tum mali rei euidentis veritate conuicti, Deique iubentis poteſtate compulſi tradiderunt. n.7.p.179.

8. Tertio eandem Chriſtianæ fidei veritatem prophetarum & ſybillarum vaticinia, Apoſtolorum prædicatio, & traditio, ſanctorum Patrum elucubrationes; Pontificum, & Conciliorum decreta conteſtantur. n. 8. p.179.

9. Quarto accedit illorum teſtificatio, qui non tam ſermone, quam effuſo pro eadem fide ſanguine, ſuum teſtimonium obſignarunt. Et denique ipſa etiam inſenſibilis creatura diuinæ Maieſtatis potentiam in Euangelica lege publicanda per ſenſit. n.9.p.180.

10. Ex his motiuis demonſtratio deducitur, quæ euidentem noſtræ fidei credibilitatem conuincit. n.10.p.181.

11. Hæ ſectæ Iudaiſmus eſt, aut Paganiſmus, aut alia quæcunque hæreſis poſt Chriſtum exorta, quæ ab Apoſtolica doctrina pro libito augendo, vel detrahendo defecit. Vniuſcuiuſque auctor ſuæ ſectæ nomen indidit: omnes tamen ab immoderato turpitudinis, ſuperbiæve appetitu eruperunt. n.11.p.181.

12. Reſpondetur ad argumenta initio poſita; & in primo notandum quod aliud eſt, obiectum eſſe euidenter credibile, aliud eſſe euidenter verum ſeu poſſibile. n.12 p.181.

13. Fidelis concipere poteſt tantam euidentiam credibilitatis, vt miſteriis fidei nequeat diſſentiri: hoc tamen regulariter non contingit. n.13.p.182.

14. Cum aſſenſu fidei ſtare poteſt radicalis probabilitas, non actualis aſſenſus probabilis de obiecto oppoſito. n.14.n.182.

15. Non opus eſt vt argumenta, quæ ex principiis naturalibus deducuntur, & myſteriis fidei repugnant, euidenter poſitiue ſoluantur: ſed ſatis eſt omnia euidenter ſolui negatiue. n.15.p.182.

SECTIO VII.

1. Verus fidei diuinæ aſſenſus neceſſario prærequirit iudicium antecedens, quod aliquo modo euidenter attingat credibilitatem myſteriorum fidei, ex aliquibus motiuis pro captu credentium ſufficientibus, ad excludendam prudenter formidinem in aſſentiendo, & proponendam obligationem credendi, n.1.p.183.

2. Declaratur quomodo hæc euidentia non ſit in omnibus æqualis. n.2.p.184.

3. Quæritur vtrum hoc iudicium credibilitatis euidentis procedat à lumine fidei? Et proponitur prima ſententia affirmans: ſecunda ſententia docet prædictum iudicium à prudentia ſupernaturali proficiſci. n.3.p.184.

4. Vera ſententia docet non oriri hoc iudicium ab habitu fidei, neque à prudentia ſupernaturali, vel acquiſita: ſed ab ſpeculatiua ſcientia à poſteriori; Et prima pars probatur quod non proficiſcatur ab habitu fidei, n.4.p.185.

5. Secunda pars aſſertionis oſtenditur non procedere à prudentia proprie ſumptâ ſiue naturali, ſiue ſupernaturali. n.5.p.185.

6. Reſpondetur argumentis primæ opinionis, n.6.p.185.

SECTIO VIII.

1. Status quæſtionis declaratur. n.1.p.186.

2. Eadem fides quoad ſubſtantiam, & per ſa

ſumpta, quæ ab initio humani generis cœpit, hucuſque perſeuerat. n.2.p.187.

3. Hæc fides ſecundum ſubſtantiam ſemper fuit in aliquibus, nempè in Capitibus Eccleſiæ; in plebe non fuit fere vſque ad ſtatum legis gratiæ. n.3.p.187.

4. Non modo reſpectiue ad perſonas, nimirum ad plebem quoad ſubſtantiam; ſed etiam in omnibus quoad fidem explicitam ſucceſſu temporum fides aucta eſt. n.4.p.188.

5. Illa Regula D. Thomæ, nimirum quanto homines Chriſto fuerunt propinquiores ante, vel poſt, tanto magis explicitam, & maiorem de rebus fidei notitiam acceperunt: comparatur cum altera D. Gregor. quanto mundus ad extremum deducitur, tanto magis nobis æternæ ſcientiæ aditus aperitur. n.5.p.188.

6. Apoſtoli cognouerunt omnia myſteria fidei clarius, quam cæteri Patres, & Doctores decurſu temporis aduenientes: ad hoc tamen non oportuit diſtinctè omnia, quæ poſtea credenda erant, & ab Eccleſia declaranda præuidere. n.6.p.188.

7. Quamuis ſcientiæ plenitudinem Apoſtoli in die Penteeoſtes receperint, non tamen omnium rerum cognitionem ad ſalutem noſtram ſpectantium eo die perceperunt. n.7.p.189.

8. Non fiunt nouæ propoſitiones de fide formaliter: ſed vt tales declarantur, & ab Eccleſia de nouo proponuntur, & quoad obligationem credendi inducendam promulgantur. n.8.p.189.

9. Proponitur quædam obiectio, & oſtenditur quomodo, & excluſa aliquorum ſolutione, alia expeditior datur. n.9.p.190.

10. Soluitur altera obiectio, & oſtenditur quomodo definitio Eccleſiæ circa aliquam veritatem non faciat propoſitionem de fide de nouo. n.10.p.190.

11. Quid ſit articulus fidei, declaratur; non omnis propoſitio fidei diſtinctum facit fidei articulum, ſed quæ ſpecialem in credendo habeat difficultatis rationem. n.11.p.190.

12. Contra obijcitur, & diuerſæ afferuntur ſolutiones: vltima cæteris præfertur. n.12.p.191.

13. Quid ſit Symbolum, & quotuplex, & triplex aſſignatur: primum eſt Symbolum Apoſtolorum; quomodo factum ab Apoſtolis dicitur. n.13.p.191.

14. Secundum eſt Symbolum Nycænum, in Nicæna ſynodo conditum, & poſtea in Conſtantinopolitano, & aliis Conciliis ob inſurgentes hæreſes auctum. n.14.p.191.

15. Tertium eſt Symbolum Athanaſij factum ab eo, vt à particulari Epiſcopo; qui ſuæ fidei confeſſionem proponebat; poſtea ab vniuerſali Eccleſia receptum. n.15.p.192.

16. Aſſignantur variæ rationes, cur hæc Symbola in Eccleſia fuerint conſtituta; & cur non omnia reuelata in illis contineantur. n.16.p.192.

17. Opponitur quod ex vno capite plura videotur, quam opus erat; Ex altero quod nullum videtur ſufficiens: vtrumque præſcinditur difficultatis caput. n.17.p.192.

QVÆSTIO II.

1. Conſiderata forma ipſa fidei actualis, vel habitualis prout ſubſtat aliis formis modaliter ex natura rei, non realiter diſtinctis. n.1.p.193.

2. Diſtinguitur triplex ratio obiectiua, *Qua ſub qua, & perquam*, ſeu *propter quam*. n.2.p.193.

SECTIO I.

1. Quid ſit ratio formalis, ſub qua, & quomodò ad illam reuocentur diuerſæ abſtractiones per quas ſcientiæ diuerſæ ſpecificantur ex communi ſententia. n.1 p.193.

2. Reijcitur recentiorum ſententia, qui in ſenſibus obiectum materiale à formali non diſtinguunt, neque vnam rationem agnoſcunt, in qua obiecta materialia conueniant, & à qua potentiæ vnitatem, & diſtinctionem mutuentur. n.2.p.194.

3. Viſibile, ſeu ſcibile dupliciter vſurpatur: vno modo eſt denominatio extrinſeca ab actu, ſeu potentia, & illa poſterior alio modo ſumitur ab intrinſeco, & eſt prior. n.p.194.

4. Cum vnitate obiecti formalis, & potentiæ ſtat diſtinctio ſpecifica actuum illius: vnde obiectum formale, quod eſt ſpecificum reſpectu potentiæ, comparatione actuum eſt genericum. n.4.p.195.

5. Obiectum propter quod eſt motiua ratio determinans intellectum ad certam ſpeciem aſſenſus; & ad iudicium de veritate complexa, quæ vel ex penetratione terminorum, vel per medium intrinſecum, ſeu extrinſecum, innoteſcit. n.5.p.195.

6. Quando vnum cognoſcitur, ſeu iudicatur propter aliud, tanquam medium intrinſecum, ſemper interuenit diſcurſus virtualis ſaltem. n.6.p.195.

7. Quando medium eſt extrinſecum ſine diſcurſu etiam virtuali, propter illud iudicium eſſe poteſt de aliqua veritate. n.7.p.195.

8. Obiectum *ſub quo* fidei diuinæ eſt credibile, ſeu cognoſcibile ex diuina reuelatione obſcurum, & ineuidens, ſed infallibile, n.8.p.196.

9. Soluitur obiectio Vaſquez & declaratur duplex acceptio ſcibilis, ſeu reuelabilis; & mens Caietani exponitur hac in re. n.9.p.196.

10. Opponitur primo cum Dur. & Aureol. & aliis aſſerentibus ineuidentiam non pertinere ad obiectum formale *ſubquo* fidei. Ad reſponſionem duo præmittuntur. Primum eſt, euidentiam eſſe duplicem: poſitiuam, & priuatiuam. Vtraque declaratur. n.10.p.197.

11. Secundum eſt obiectum quatuor modis dici poſſe ineuidens, primo Metaphoricè; ſecundo cauſaliter, tertio per denominationem extrinſecam ab actu, quarto per comparationem ad potentiam, quam latet. n.11.p.197.

12. Soluitur propoſita obiectio. Obiectum intellectus eſt verum realiter, vel apparenter, ſeu ad inſtar entis realis conſideratum. In euidentia negatiua, vel relatiua ex parte obiecti

obiecti eſt conditio neceſſario comitans obiectum cauſans poſitiuam ineuidentiam in actu: relatiuam vero comitari obiectom intellige quod conuenientiam, non quoad existentiam. Denominatio viſi ſupponit actum, at denominatio non viſi actum antecedere poteſt. n.12.p.198.

SECTIO II.

1. Omnis credendi ratio humana, vel diuina in dicentis authoritatem refunditur. Vnde reijcitur Guilielmi opinio, & proponitur ſententia Aureoli veritatem in eſſendo, ſeu Deitatem eſſe formalem fidei rationem. n.1.p.3.198.
2. Reijcitur opinio Aureoli, & ad illius fundamentum reſpondetur. n.2.p.198.
3. Prima veritas non ſub ratione Deitatis, ſed ſub ratione veritatis reuelantis myſteria fidei, eſt illius formale obiectum propter quod. n.3.p.199.
4. Alij exiſtimant ſolam veritatem Dei in dicendo eſſe adæquatam rationem formalem, *Propter quam.* n.4.p 199.
5. Alij è contra in ſola veritate cognitionis diuinæ, non in teſtificatione, ſeu reuelatione adæquatam fidei formalem rationem, propter quam, conſtituunt; & eſt tertia opinio. n.5.p.99.
6. Quarta & vera ſententia docet vtramque veritatem iam in cognoſcendo, quam in dicendo, & conſequenter ipſam reuelationem pertinere ad rationem formalem motiuam fidei diuinæ; & efficacibus rationibus demonſtratur. n.6.p.200.
7. Excluditur reſponſio, quæ dari poſſit præcedentibus argumentis. n.7.p.200.
8. Veritas in cognoſcendo in ſe conſiderata, & vt à Deo procedit, prior, & immediatior eſt regula; at reſpectu noſtri prior eſt veritas in teſtificando. Primum ſuadetur. n.8.p.201.
9. Secundum etiam oſtenditur ex ratione, & ſacris literis dilucide. n.9.p.201.
10. Reſpondetur argumentis pro ſecunda ſententia. n.10.p.201.
11. Reſpondetur argumentis pro tertia ſententia. n.11.p.202.

SECTIO III.

1. Declaratur reuelatio ex nominis Etymologia, & duplex eſt, altera tollit velamen ex parte obiecti, altera ex parte potentiæ; ablatoque velamine ex parte obiecti, adhuc ex parte potentiæ in Iudæis cæcitatis velamen relinquitur. E contra antiquos Patriarchas ſublato velamine potentiæ multa ſub velamine obiectiuo latebant. n.1.p.202.
2. Oſtenditur vtraque reuelatio ex ſacris literis: illa, quæ eſt obiectiua, dicitur auricularis; illuminatiua vero potentiæ dicitur ſacialis. n.s.p.203.
3. Reuelatio illuminatiua, ſeu facialis, quæ in habituali lumine interno conſiſtit, non pertinet ad obiectum formale fidei. Et probatur variis rationibus. n.3.p 203.
4. Reuelatio pertinens ad obiectum formale fidei, eſt auricularis, conſiſtitque in manifeſtatione veri, antea occulti alicui facta à Deo mediate. n 4.p.204.
5. Diuerſimode fit à Deo reuelatio auricularis; omnes modi huius reuelationis ad tres reduci poſſunt. Verum quouis modo fiat, vt ſit perfecta, non ſolum reuelat obiectum, ſed potentiam excitat, ac determinat ad cognitionem reuelati: Caiphas non fuit Propheta licet inſtinctu Spiritus ſancti vaticinium protulit, quod ignorabat. n.5 p.204.
6. Exponuntur in particulari tres modi, quibus Deus res fidei reuelat; reuelatio non conſiſtit in actione Deo intrinſeca, neque in productione, vel ordinatione ſpecierum in intellectu creato ſolum. n.6.p.205.
7. Conſiſtit formaliter in actione Dei excitante potentiam ad cognitionem obiecti, vt à Deo reuelati, & connotat actualem potentiæ auditionem, ſeu notitiam concomitantem. n.7.p.205.
8. In ipſa excitatione potentiæ Deus ſe incerto concurrendi modo, vt loquentem prodit; vel ſuperaddito lumine potentiæ Dei locutionem manifeſtante. n.8.p.206.

SECTIO IV.

1. Exponitur de qua reuelatione mediata loquatur præcedens difficultas, & falſa cuiuſdam declaratio reijcitur: proponitur argumentum, & confirmatur quod inſolutum in ſect. 2. in hunc locum fuit reſeruatum. n.1 p.206.
2. Prima ſententia ait, illa duo principia. Deus eſt verax; & Deus reuelauit; credi propter ſe, neque in alia principia reſolui. Sed ſeipſis credi in actu ſignato, & in actu exercito. n.2.p.206
3. Impugnatur hæc ſolutio, quia non euitat argumenti vim. n.3.p.207.
4. Proponitur ſecundæ ſententiæ ſolutio, quæ adhuc minus ſufficiens oſtenditur. n.4.p.207.
5. Tertia ſolutio proponitur, quia in maiora incidit incommoda, & nodum non ſoluit. n 5.p.208.
6. Quartæ ſententiæ fusè ſolutio exponitur requirens duo principia ex terminis nota, ex quibus diſcurſu ſaltem virtuali omnes propoſitiones fidei dependant. Vnum ex his dicitur elici ab habitu, à fidei aſſenſu immediato, & euidenti ſaltem in ſapientibus; quod eſt: Deus eſt verax. n.6.p 208.
7. Alterum principium eſt: Deus reuelauit myſteria fidei: Cuius aſſenſus dicitur obſcurus, ſed immediatus, & ex habitu fidei etiam elicitus. n.7.p.209.
8. Exponitur qua ratione hic aſſenſus immediatus ſit, & obſcurus: Item quomodo mediata reuelatio exiſtimetur ex ſuis terminis nota. n.8.p.209.
9. Occurritur obiectioni quæ contra traditam doctrinam fieri poſſet, non eſſe vulgarem hunc modum reuelationis, neque pueris, vel ruſticis accomodatum. n.9.p.210.
10. Oſtenduntur aliqua incommoda huius quartæ ſententiæ. Primum eſt dari propoſitionem ex ſuis terminis, & per ſe notam, & illius aſſenſum eſſe obſcurum. Secundum propoſitionem ex ſuis terminis notam habere medium à priori in eſſendo, per quod demonſtretur. Tertium quod idem habitus ex arbitrio credentis ſit reſpectu eiuſdem pro-

poſitionis diſcurſiuus, & non diſcurſiuus ad inſtar habitus primi principij. n. 10. p.210.

11. Maiora alia in Theologia abſurda contra eandem opinionem inferuntur. Primum quod eſt in ordine. Quartum in eo cernitur, quod admittat eundem habitum fidei elicere aſſenſus diuerſæ ſpeciei alios primorum principiorum, alios diſcurſiuos, alios euidentes, & alios obſcuros. n.11.p.211.

12. Quintum oſtenditur quam infirmo nitatur fundamento ad ponendum habitum inclinantem ad hos aſſenſus ita diuerſos. Sextum facit incertam, & dubiam reuelationem, quæ pertinet ad motiuum fidei. n.12 p.212.

13. Septimum proprijſſimum fidei actum neceſſarium ſaltem quoad ſpeciem facit. n.13. p.212.

14. Octauum, contra eandem ſententiam concluditur in diſcurſu ſuo formali, ſeu virtuali concluſionem continere eadem principia, & eſſe in vtilem principiorum repetitionem, & idem propter ſe ipſum credi. n.14.p.213.

SECTIO V.

1. Duplex via oſtenditur ſoluendi prædictam difficultatem: prima ex prima, & ſecunda ſententia aliqua aſſumit, & nodum ſoluit magis accedendo ad modum defendendi communem; & ſtatuit (quod ſatis eſt) quod ratio motiua apprehendatur, & ex illius apprehenſione omnes propoſitiones de fide immediate credantur, tanquam prima principia. n.1.p.213.

2. Probatur, & declaratur hæc doctrina, oſtenditurque quomodo ſufficiat apprehenſio reuelationis, quæ nobis eſt obiectiua, ſed formalis, ac immediata Dei Nuntiis facta fuit. n.2.p.214.

3. Proponitur altera via eundem nodum expediendi: nempe præter reuelationem obiectiuam, & mediatam, requiri etiam immediatam, & formalem obſcuram, quæ eſt ratio motiua in actu exercito aſſentiendi, & illuminatiua obiecti credendi, neque diſtinguitur à gratia excitante. n.3.p 214.

4. Probatur primo ex variis locis ſacræ ſcripturæ. n.4.p.215.

5. Secunda ſuadetur pluribus, clariſque ſanctorum Patrum teſtimoniis. n 5.p.216.

6. Tertio ratione efficaci idem confirmatur. D. Auguſtinus interiorem illuminationem Dei teſtificationem appellauit: & quod talis ſit multis argumentis oſtenditur. n.6.p.216.

7. Proponitur prima obiectio, ad cuius ſolutiones duo ſupponuntur de gratia excitante iuxta communiſſimam Theologorum ſententiam in D. Auguſtin. doctrina fundatam, n.7.p.217.

8. Quomodo cognoſcatur reuelatio formalis, quæ eſt ratio motiua fidei; vt propter illam determinetur intellectus ad aſſenſum fidei à voluntate imperatum, n.8.p.218.

9. Secundo obijcitur, & oſtenditur quomodo prædicta ſententia huius temporis hæreticis omnino opponatur, & Catholicæ doctrinæ magis faueat. n.9.p.218.

SECTIO VI.

1. Hæreticorum Enthuſiaſmus, & priuati ſpiritus arrogantia confutatur, qui excluſa communi veritatis regula ad priuatam reuelationem in omnibus recurrunt. n.p.219.

2. Prima ſententia docet priuatam reuelationem non pertinere ad obiectum formale fidei. Quam Lorca limitat ſaltem in aliquibus, quæ non ſunt Chriſtianæ Religionis documenta. n.1.p.219.

3. Vera opinio tenet reuelationem quantumuis priuatam de quacunque materia ſufficienter propoſitam, pertinere ad obiectum formale fidei, prout Theologica nominatur. Ad cuius declarationem oſtenditur, quod diſcrimen ſit inter fidem Theologicam, & Catholicam. n.3 p 220.

4. Probatur prædicta ſententia ex iure, & ratione: ſpeciatim Lorcæ limitatio reijcitur. n.4.p.220.

5. Rationem præcipuam huius ſententiæ aliqui infirmare conantur; ſed immerito. n. 5. p.221.

6. Illorum rationes contra ipſos retorquentur Scientia Dei libera ſupponit diuerſitatem in naturis rerum, ſecundum earumdem Eſſentiam. n.6.p.221.

7. Reuelatio, quæ eſt formale obiectum fidei non eſt accipienda materialiter, prout eſt hæc, vel illa cognitio, ſed formaliter, vt ſignum eſt diuinæ veritatis, & diuina teſtificatio. n.7.p.211.

8. Reuelatio priuata non inſeruit fidei, vt Catholica eſt. Non ſolum ille, cui fit priuata reuelatio, ſed qui illius credibilitatis habet euidentiam, & moralem certitudinem, illi tenetur aſſentiri. Sed hæc longo examine probanda. n.8.p.222.

9. Priuata reuelatio de rebus, quæ ab Eccleſia non ſunt propoſitæ ad credendum, neceſſaria non eſt. Neque ex eo quod ſolum approbetur vt pia, & laudabilis, pertinet ad obiectum fidei Catholicæ. n 9.p.222.

10. Exponitur D. Thom. & D. Auguſt. quatenus traditæ doctrinæ videntur obſtare. n.10.p.122.

SECTIO VII.

1. Tria dubia ſub titulo diſtinguuntur. Primum eſt an Dei reuelatio euidens eſſe poſſit? Negat Bannes, & alij, quorum fundamentum aſſignatur. n.1.p.223.

2. Sententia tamen, quæ affirmat, vera eſt; nihil enim repugnat per euidentiam, quæ appellatur in atteſtante, certo, & infallibiliter Dei reuelationem cognoſci. n.2.p.223.

3. Saltem primo Angelo Dei reuelatio euidens fuit in atteſtante, & de aliis idem probabiliter dicitur. Idem de Adamo, de animis in Purgatorij loco detentis communiter aſſeritur. Et de aliis. n.3.p.224.

4. Reſpondetur rationibus in oppoſitum adductis. Aliqui effectus Deum poſſunt manifeſtare non ſolum vt cauſantem, ſed etiam vt loquentem. n.4.p.214.

5. Secundum dubium eſt, an ex reuelatione euidenti gignatur aſſenſus fidei eiuſdem

ſpeciei

ſpeciei cum noſtra. Negant aliqui, & probatur primo; diuerſis rationibus. n.5.p.214.
6. Idem ex doctrina D. Thomæ confirmatur aliis argumentis. n.6.p.225.
7. Nihilominus euidentia in atteſtante non tollit veram & propriam rationem fidei eiuſdem ſpeciei cum noſtra; & eſt ſententia D. Thom. & multo communior. n.7.p.215.
8. Ratione probatur. n.8.p.226.
9. Impugnatur reſponſio, quæ à recentioribus affertur, & inſufficiens oſtenditur. n.9.p.226.
10. Optimo argumento confirmatur præcedens impugnatio, & quid manifeſtet euidentia in atteſtante dilucide exponitur. n.10.p.227.
11. Angeli, Beata Virgo, & Apoſtoli habuerunt fidem eiuſdem ſpeciei cum noſtra, cum euidentia reuelationis. n.11.p.227.
12. Beata Virgo perfectius fuit illuminata, quam Angeli, & maioribus gratiæ donis cumulata. n.12.p.218.
13. Reſpondetur ad argumenta in contrarium, & ad primum duæ ſolutiones datæ reiiciuntur, vt pote minus ſufficientes. n.13.p.228.
14. Vera ſolutio traditur: beatus non elicit actum fidei, neque elicere poteſt ex reuelatione euidenti. Quando euidentia ſe habeat materialiter, & quando formaliter, in exemplis oſtenditur. n 14 p.229.
15. Reſpondetur ad ſecundum, & declaratur cum euidenti reuelatione ſtare poſſe libertatem fidei, non modo quoad exercitium, ſed etiam quoad ſpeciem. n.15.p.229.
16. Reſpondetur ad tertium, & exponitur quomodo euidentia naturalis, & ſupernaturalis in ratione rei, fidei actum non impediat; ſed in ratiooe ſigni. n.16.p.230.
17. Reſpondetur ad quartum, & oſtenditur qua ratione Chriſtus cognouerit futura contingentia, aliaque obiecta ſupernaturalia extra viſionem beatam. n.17.p.230.
18. De facto certum eſt fide, & experientia credentes non habere communiter reuelationem euidentem, neque illam requiri ad credendum. An illi, quibus facta eſt diuina reuelatio immediata, & fuerunt nuntij diuinæ veritatis, habuerint hanc euidentiam; Affirmant aliqui; & probant nonnullis rationibus, præcipua attingitur. n.18.p.230.
19. Non fuit neceſſaria euidentia in atteſtante iis, quibus primo facta eſt fidei reuelatio, etiam ſi plerumque illam, vel ſupernaturalem habuerint. n.19.p.231.
20. Prima pars aſſertionis probatur, non eſſe neceſſariam euidentiam. n.20.p.231.
21. Oſtenditur ſecunda quomodo aliqoibus facta eſt reuelatio euidens. n.21.p.231.
22. Ad rationem ſuprapoſitam datur reſponſio; & exempla daotur, in quibus prophetæ proprio ſpiritu decepti ſunt, & à Deo iuſſi ſunt dicta retractare. In euidentem ſcientiam Dei, & in infallibilem illius veritatem noſtra fides reſoluitur. n.3.p.231.

QVÆSTIO III.

SECTIO I.

1. Diſtinguuntur tria dubia tractanda. Declaratur quod dictum eſt notat.11. De infuſione habitualis gratiæ, & virtutum in baptiſmo. Quomodo de fide ſit. Etenim quod ſit donum in baptiſmo tum paruulis, tum adultis infuſum, de fide tenendum eſt: abſtrahendo à nomine qualitatis, vel habitus. n.1.p.232.
2. Probatur multis rationibus, quæ ex Conciliorum decretis colliguotur; ex quibus Theologico diſcurſu infertur hoc donum eſſe habitum permanentem infuſum, & operatiuum: Et contrarium non ſine temeritate poterit affirmari. n 2.p.233.
3. Hunc habitum quoad entitatem eſſe ſupernaturalem probatur. Qua ratione diſtinguatur potentia paſſiua naturalis, & ſupernaturalis per habitudinem ad diuerſa agentia: gratia, & alia accidentia ſupernaturalia proprie non creantur, ſed educuntur de potentiali, vel ſupernaturali ſubiecti. n 3 p.234.
4. Quæritur an habitus fidei ſupernaturalis phyſicè producatur ab actu primo fidei, vel intendatur à ſubſequentibus: aliqui affirmare videntur. n.4.p 2,5.
5. Vera tamen opinio docet, habitum fidei, neque produci, neque intendi phyſice à ſuis actibus, ſed meritorie, ſeu per modum congruæ diſpoſitionis. Aliquæ probationes huius veritatis vt minus ſufficientes reiiciuntur. n.5.p.235.
6. Verum fundamentum aſſignatur, ex definitione virtutis infuſæ deſumptum ex Auguſt, & D. Thom. n.6.p.235.
7. Reſpondetur ad rationes in contrarium propoſitas: ad primam aduertitur habitus infuſos eſſe adinſtar potentiarum, & cauſas æquiuocas principales ſuorum actuum, in quo à naturalibus differuot. Ad ſecundum de augmento habitus, deducitur reſponſio ex tradita doctrina. n.7.p.236.
8. Fidei habitus intenditur ab actibus intenſioribus diſpoſitiue, & meritorie non ſolum in iuſto, ſed etiam in peccatore fideli. Fides etiam informis inchoat ſupernaturale meritum, & imperfecta ſanctificatio eſt, n.8.p.136.
9. Fidei habitus intenſior eſſe poteſt in peccatore, quam in Iuſto, & in eodem homine intenſior eſſe poteſt, quam alij habitus virtutum infuſarum. n.9.p.237.
10. Quæritur an fides (idemque de ſpe dicitur) remiſſior eſſe poſſit in Iuſto quam charitas, & aliæ virtutes infuſæ. Affirmant aliqui, & probant, & negandum tamen eſt, cuius duæ rationes optimè aſſignantur. n.10.p.237.
11. Quæritur an actus fidei diuinæ producat ſaltem habitum naturalem. Aliqui affirmant, quæ opinio trifariam defenditur. n.11.p.238.
12. Verior tamen, & communior ſententia negat. Et probatur efficacibus argumentis: ex illo certiſſimo fundamento; habitus inclinant ad actus ſimiles in ratione ſpecifica iis, à quibus geniti ſunt: Item habet idem obiectum formale ſui actus, imo & materiale. n.12.p.238.
13. Argumentis in oppoſitum adductis ſatisfit. Quomodo ſaluetur experientia hæretici facile

Digitized by Google

aſſentientis aliis articulis, quos non negat. n.13.p.239.

SECTIO II.

1. Proponuntur quatuor dubitationes. Ad quas ſupponitur habitum fidei eſſe in intellectu. Prima ergo eſt de ſimplicitate habitus fidei. n.1.p.240.
2. Fides habitualis eſt vna qualitas ſimplex; Et ſine fundamento diſtinguitur aliud lumen infuſum ad aſſentiundum leuelatis. n. 2. p.240.
3. Quæritur ſecundo an habitus fidei ſit ſpeculatiuus, an practicus? Ad cuius ſolutionem exponitur, quiſnam ſit habitus practicus. Et referuntur diuerſæ ſententiæ. n.3.p.241.
4. Habitus fidei etiamſi vnus ſit, & ſimplex formaliter, ſpeculatiuus eſt, & practicus. n.4.p.241.
5. Tertia dubitatio eſt: An habitus fidei ſit virtus intellectualis ad quam ſupponitur diuiſio virtutis in moralem; & intellectualem. Aliqui negant fidem proprie, & in rigore eſſe virtutem. n.5.p.142.
6. Fides vera virtus eſt intellectualis non tamen ſtatum perfectæ virtutis habet, quando eſt informis. n.6.p.241.
7. Explicatur definitio virtutis ab Ariſtotele tradita, & ſatisfit oppoſitis rationibus. n.7. p.243.
8. Quarto quæritur, Vtrum dentur ſpecies ſupernaturales inſeruientes apprehenſionibus circa obiecta fidei diuinæ. Ad hoc ſupponitur dari ſpecies memoratiuas ex actibus relictas. Has ergo ex actibus fidei ſupernaturales relinqui aliqui affirmant. n.8.p.243.
9. Neque requiruntur ſpecies impreſſæ ſupernaturales ad apprehenſiones fidei diuinæ, neque ex actibus eiuſdem fidei relinquuntur. n.9.p.244.
10. Species memoratiua, mediante qua recordamur actus ſupernaturalis, eſt naturalis. n.10.p.244.

SECTIO III.

1. Per quid formetur fides, & quomodo informis à formata diſtinguatur? Non rectè dixit Richardus, fidem phyſice à charitate formari. n.1.p.344.
2. Alij non bene diſtinguunt ſpecie fidem formatam ab informi, qua de re error Gloſſæ in editione veteri notatur: alij etiam reijciuntur, qui aliquid intrinſecum deeſſe fidei informi credunt, & virtutem Theologicam non eſſe arbitrantur. n 2.p.245.
3. Habitus fidei informis eſt ille idem, qui antequam amitteretur gratia, erat in iuſto, neque aliud intrinſecum ex charitatis receſſu deperdit. Et probatur; oſtenditurque quomodo Catholici oppoſitum opinantes hæreticorum errori faueant. n.3 p.245.
4. Actus fidei informis, & formatæ non differunt per modum aliquem accidentarium, qui in vno, non in alio ſit, ſed moraliter, & extrinſece. Declaratur extrinſeca informatio charitatis erga fidem. n 4 p.246.
5. Fidea informis à Deo conſeruatur. Probatur ex ſacris literis. n.5.p.247.
6. Optimæ congruentiæ idem oſtendunt. n.6. p.248.
7. Redditur ratio cur non maneat habitus pœnitentiæ informis. n.7.p.248.
8. Reſpondetur argumentis in contrarium, & declaratur quomodo etiam habitus piæ affectionis conſeruetur informis, & fidei habitum ex parte intellectus comitetur. Non eſt tamen eadem ratio de habitu prudentiæ ſupernaturalis. n.8.p.148.
9. Habitum fidei non infundi ſine gratia aliqui exiſtimant. n.9.p.249.
10. Alij putant habitum fidei non infundi ſine gratia ante baptiſmum, bene tamen in baptiſmo. n.10.p.249.
11. Vera ſententia eſt habitum fidei informis infundi à Deo, poſita diſpoſitione propria ad illum, nempe actu fidei: ſiue ante baptiſmum, ſiue in baptiſmo, ſiue poſt; quando deperditur per infidelitatem. Habitus de nouo per actum fidei recuperatur. n.11.p 149.
12. Optimæ congruentiæ ad probandam dictam opinionem. n.12.p.250.
13. Soluuntur argumenta in contrarium adducta. n.13.p.251.

SECTIO III.

1. Fidei capaces ſunt ſoli Angeli, & homines: de his quæritur quomodo ſe habeant ad fidem in via, & in termino. n.1.p.251.
2. Omnes Angeli in via habuerunt fidem tam actualem quam habitualem; deducitur ex ſacris literis, & ex D. Auguſt. n 2.p.252.
4. Ratione oſtenditur præcedens doctrina de fide Angelorum. n 4 p.253.
5. Quæritur an hæc Angelorum fides fuerit eiuſdem ſpeciei cum noſtra. Aliqui negant; & probant variis rationibus probabiliſque eſt opinio. n.5.p.253.
6. Verior tamen ſententia, & tenenda, affirmat eſſe eiuſdem ſpeciei. n 6.p.254.
7. Intellectus Angeli cum æquali lumine gloriæ, cæteris paribus non elicit præſtantiorem viſionem beatam, quam intellectus humanus. p.7.p.254.
8. Aſſenſus, & diſſenſus ex parte intellectua non ſunt ex ſe diuerſi nutus ſpeciei diſtincti formaliter ex modo tendendi potentiæ intellectiuæ, ſed materialiter ex modo ſignificandi idem obiectum. Similiter in voluntate idem eſt modus tendendi, quam quis volt bonum amico, & malum inimico, ſolum in obiecto materiali eſt diuerſitas. Et licet hic modus tenendi, ſeu nutus per aſſenſum, & diſſenſum, per amorem, & odioſum ſint formaliter ſpecie diuerſi, reſpectu aſſenſus fidei diuinæ ſemper materialiter ſe habent. n.8.p.154.
9. Primi parentes in Paradiſo fidem tam actualem, quam habitualem habuerunt. Oppoſitum dicere temerarium eſt. n 9.p 255.
10. In anima exiſtente in Purgatorio permanet habitualis fides, non in damnatis: quamuis de his contrarium aſſerere nullam aliam meretur cenſuram, quam quod falſa ſit opinio. n.10.p.255.
11. Aſſignatur diuerſa ratio cur characteres maneant in damnatis, non vero habitus fidei

fidei. n.11.p.255.
12. Triplex datur expoſitio illi loco Iacobi Dæmones credunt. n.12.p.256.
13. Qualis nam ſit Dæmonum fides, exponitur cum D. Thom. & aliis, & cur dicatur quodammodo coacta. n.13.p.256.
14. De facto in beatis non manet fides habitualis, neque de potentia abſoluta eſſe poteſt actualis de obiectis viſis, ſeu euidenter cognitis. Non repugnat tamen conſeruari habitualem, vel dari actualem de obiecto obſcuro. n.14.p.257.
15. Exponuntur Patres, qui ſignificare videntur manere in patria fidem, & ſpem. n.15. p.257.
16. Catholica ſententia contra Durand. docet per quemlibet infidelitatis actum, totum fidei habitum amitti. Probatur ex ſcriptura, & Tridentino; item ex abſurdo. n.16. p.258.
17. Idem oſtenditur ratione à priori. n.17. p.258.
18. Duo proponuntur dubia. Primum, an quælibet infidelitas fidem tam actualem, quam habitualem phyſicè expellat, an vero demeritorie diuerſæ de hoc puncto opiniones referuntur. n.18.p.259.
19. Hæreſis non ob ſolum demeritum, neque per phyſicam efficientiam fidem expellit; ſed per ſuam formam ex natura rei actibus fidei repugnantem, & conſequenter poſtulantem vt Deus ſubtrahat concurſum, quo habitum fidei conſeruabat. Et in primis probatur, quod ſolum demeritorie non expellatur fides. n.19.p.259.
20. Quod non expellatur fides per hæreſim phyſicè, ſed formaliter ex natura rei probatur, quæ erat ſecunda & tertia pars aſſertionis. n.20.p.259.
21. Obiicitur contra præcedentem doctrinam. n.21.p.260
22. Tollitur obiectionis fundamentum, & tradita doctrina confirmatur facta comparatione amoris Dei ex toto corde, & aſſenſus fidei ex toto corde. n.22.p.261.
23. Probatur vltima aſſertionis pars actum hæreſis ſecundum rei naturam poſtulare, vt Deus ſuſpendat concurſum, per quem habitum fidei conſeruabat. n.23.p.261.
24. Secunda dubitatio eſt, an habitus fidei diminui poſſit. Cui reſpondetur, quod habitus fidei diminutionem non patitur, ſed per quemlibet actum hæreſis in totum deperditur; quod idem de charitate, & ſpe dicitur. Ad probationem tria prænotantur. Primum, habitum fidei capacem eſſe intenſionis, & remiſſionis: ſecundum, Deum non tollere, ſeu minuere dona gratiæ ſine cauſa ex parte noſtra. Tertium, habitum fidei per ſolum actum hæreſis amitti poſſe, non per aliud peccatum, neque per ceſſationem actuum. n.24.p.262.

SECTIO V.

1. Non eſt dubium, Deum eſſe efficientem cauſam principalem aſſenſus fidei, aliam cauſam ſecundam principalem inquirimus, quæ ab effectu cognoſcetur. Tres proponuntur difficultates. Prima an aſſenſus fidei ſit quoad entitatem ſupernaturalis: ad quam ſupponitur, quid ſit ſupernaturale quoad ſubſtantiam, & quoad modum. n.1. p.263.
2. Prima ſententia docet aſſenſum fidei diuinæ non eſſe quoad ſubſtantiam ſupernaturalem, ſed naturalem. n.2.p.263.
3. Secunda ſententia admittit quidem aſſenſum fidei quoad entitatem ſupernaturalem: ſed addit illum non ſpecificari ab authoritate, & veritate Dei reuelantis: quia propter hoc motiuum actum naturalem etiam poſſibilem agnoſcit. n.3.p.264.
4. Probatur hæc ſententia quoad poſteriorem partem. n.4.p.264.
5. Actus fidei diuinæ quoad ſuam phyſicam entitatem eſt, ordinis ſupernaturalis, ideoque nullus ſimilis in ſpecie per vires naturæ fieri poteſt. n.5.p.265.
6. Obiectioni contra probationem præcedentis ſententiæ occurritur, & iſta magis confirmatur; oſtendendo non ſaluari Conciliorum decreta per ſolum modum ſupernaturalem in aſſenſu fidei. n.6.p.265.
7. Reſpondetur ad argumenta primæ opinionis. Et oſtenditur vitalitatem actus, & libertatem non tollere illius ſupernaturalitatem quoad ſubſtantiam. n.7.p.266.
8. Fides diuina diſtinguitur ab acquiſita per ſuam rationem formalem motiuam, nempe primam veritatem reuelantem, verumque Dei teſtimonium, ſeu falſo exiſtimatum. n.8.p.266.
9. Vltra alias rationes ex abſurdo oſtenditur contra ſecundam ſententiam ex eo ſequi hominem non poſſe obligari ad credendum ſicut oportet. n.9.p.267.
10. In reſponſione ad primum ex oppoſitis, fidelem poſſe cognoſcere certiſſime ſuum fidei actum aliqui arbitrantur. Oppoſita tamen ſententia verior, & communior eſt. n.10. p.267.
11. Reſpondetur ad ſecundum, & declaratur caſus, in quo Deus negaret auxilium ſupernaturale, quando intellectus conaretur aſſentiri propter ſupernaturale motiuum. n.11.p.268.
12. Reſpondetur ad tertium, & oſtenditur actus diuerſarum potentiarum diſtingui poſſe ex ratione, *ſub qua*, non tamen eiuſdem potentiæ intellectiuæ, ſed ex ratione *propter quam*, nempe motiuam. Motus rectus, & circularis, vel non diſtinguuntur eſſentialiter; vel non per vltimum terminum nempe vltimum mutatum eſſe; ſed per vbi ſucceſſiue productum, in altero per rectam lineam, in altero per circularem. n.12 p.268.
13. Bonum diuerſimode conſideratum, & propoſitum voluntatem ad diuerſos affectus excitat. n.13.p.268.
14. Aſſenſus fidei infuſæ procedit ab habitu fidei tanquam à cauſa principali effectiua. n.14.p.269.
15. Quæritur an ſine habitu ex ſolo Dei auxilio ſpeciali, intellectus aſſenſum fidei elicere valeat. Aliqui negant. n.15 p.269.
16. Habitus fidei non eſt abſolute neceſſarius;

Digitized by Google

ſed per ſpeciale Dei auxilium ſuppleri poteſt. n.16.p.299.

17. Occurritur obiectioni, & oſtenditur, per quid conſtituatur potentia obedieotialis in actu primo completo ad effectus ſupra ſuam naturam. n.17.p.270.

18. Quæritur an primus fidei actus in adulto ante baptiſmum fiat ab habitu? aliqui ab habitu fieri affirmant. Negatiua tamen vera ſententia eſt; & ab auxilio procedere aſſerendum. n.18.p.270.

19. Probatur hæc ſententia, & declaratur locus Concilij Tridentini, io quo fides ooſtra fundamentum, & radix humanæ ſalutis dicitur; Item locus Iudæ Apoſtoli. n.19. p.271.

20. Confirmatur eadem doctrina, & quam neceſſaria diſpoſitio antecedens ſit actus fidei ad habitus infuſiooem in adulto. n.20. p.271.

21. Idem dicendom quando elicitur actus fidei intenſior quam ſit habitus, neceſſarium enim eſt in eo caſu auxilium Dei ſpeciale: quod intelligitur, quando actus in maiori eſt intenſione, quam actiuitas habitus efficere queat. n.21.p.272.

22. Dubitatur vtrum habitus fidei non modo poteſtatem, ſed facilitatem etiam ad actus ſupernaturales potentiæ cooferat? Aliqui negant, alij vtramque partem probabilem credunt. Affirmatiua ſententia eſt tenenda. n.22.p.272.

23. Redditur ratio cur puer baptizatus, item adultus de nouo conuerſus ad fidem non experiatur faciltatem in aſſenſibus fidei. Nullum ioconueniens eſt, quod habitus fidei per actus aliarum virtutum infuſarum intendatur. n.23.p.273.

SECTIO VI.

1. Exponitur ſenſus quæſtionis, quæ non excitatur de diſcurſu per accidens, & vt conditio quædam eſt antecedens aſſenſum fidei: duobus modis diſcurſiuus intelligi poſſet aſſenſus fidei: formaliter ratione medij, vel materialiter ratione materialis obiecti. n.1. p.273.

2. Vtroque modo aſſenſum diſcurſiuum formaliter, admittunt multi. Et multis probant, & hæc eſt prima opinio. n.2.p.274.

3. Secunda non admittit diſcurſum in aſſenſu fidei ratione obiecti materialis, ſed ſolum ratione formalis obiecti, ſeu medij o.3.p.274.

4. Tertia ſententia nullo modo aſſenſum fidei diſcurſiuum admittit: ſed omoes propoſitiones illius velut prima principia immediate, id eſt ex nullis aliis principiis deducta iudicari. n.4.p.274.

5. Idem efficaciter oſtenditur ex abſurdis, quæ in aliis ſententiis ſequuntur. n.5.p.275.

6. Excluditur reſponſio aliquorum, & oſtenditur noo poſſe pendere aſſenſum fidei ex cognitione bonæ illationis. n.6.p.276.

7. Altera reſponſio minus veriſimilis impugnatur. Non enim bonitas conſequentiæ cognitione ſupernaturali per lumen fidei agnoſcitur. Non datur diſcurſus formalis, ſeu virtualis vbi duplex ſaltem iudicium formale, ſeu virtuale, non interuenit. n.7. p.276.

8. Idem oſtenditur ex libertate, & merito ad credendam omnem veritatem per ſe directe, & formaliter potius, quam ſub reflectione ſolis Theologis manifeſta. n.8 p.277.

9. Reſpondetur argumentis in oppoſitum. Ad primum declaratur conuenientia aſſenſus fidei cum aſſenſu primi principij, & differentia ab aſſenſu diſcurſiuo ſcientifico. n 9. p.277.

10. Ad ſecundum non recte aliqui negant in humana fide noo interuenire diſcurſum. Eſt enim dioerſa ratio inter humanam, & diuinam fidem, ea aſſignatur. n.10.p.278.

11. Alia argumenta pro ſecuoda parte primæ ſententiæ diſſoluuntur. Tria Corollaria deducuotur. Primum eſt omnem aſſenſum Theologicum etiam ex duabus præmiſſis de fide illatum eſſe naturalem in ſubſtantia. n.11.p.278.

12. Habitus Theologicus, qui gignitur ab illo aſſenſu conſequenter naturalis eſt in entitate, cauſa ſupernaturalis, quando naturali modo influit, effectum producit naturalem, ſicut cauſa infinita finito modo operans effectum efficit finitum. n.12.p.278.

13. Secundum. Aſſenſus Theologici ſunt ſpecie diuerſi, quoties præmiſſæ de fide, ſeu partim de fide, partim naturales, ſunt diuerſæ. n.13.p.279.

14. Tertium Corollarium. Habitus Theologiæ oon eſt ſimplex qualitas, ſed multi habitus diuerſi ſcieotiam faciunt collectione vnam io ordine ad vnum obiectum, videlicet Deum. Diſcrimina inter habitum fidei, & Theologicum aſſignantur. n.14.p.279.

15. Propoſitiones, quæ ex reuelatis inferuntur ſecundum aliquos, ſunt de fide, alij vero de fide eſſe negant. Diſtinctione eſt opus in hoc puncto; & duo aſſereoda. Primum quando propoſitio particularis in ſe diſtincte vel confuſe in formali ſignificato vniuerſalis reuelatæ continetur, ſatis eſt ſi vniuerſalis illi quouis modo applicetur, vt de fide cenſeatur. n.15.p.279.

16. Secundum aſſertum: Non ſatis eſt reuelatio immediata, & virtualis, ratione Connexionis neceſſariæ cum prædicato, vel ſubiecto propoſitionis de fide, vt propoſitio reuelata dicatur, & proprie de fide ſit; neque qui illam negauerit proprie hæreticus dicitor; quamuis talis præſumatur. n.16.p.280.

17. Licet habitus Theologicus manere poſſit in hæretico, aſſenſus tamen Theologicus ab hæretico elici non poteſt. n.17.p.280.

SECTIO VII.

1. Diſtinguitur triplex difficultas: prima eſt vtrum certitudo aſſenſus fidei maior ſit qualibet alia certitudine in naturali ſcientia inuenta. Cuius negantem partem aliqui ſuſtineot, & multis probare conteodunt. n.1. p.281.

2. Pars tamen affirmatiua ex ſacris literis, & ſanctorum Patrum teſtimonijs roboratur, & defenditur. n.2.p.281.

3. Secunda difficultas eſt de fundamento huius

veritatis,

veritatis, vnde nam proueniat hæc certitudo. Excluditur primus modus declarandi hunc exceſſum certitudinis ſecundum ſe, non quoad nos in aſſenſu fidei. n.3 p.282.

4. Reiicitur ſecundus modus declarandi maiorem certitudinem fidei ex firmiori adhæſione ad obiectum tantummodo. n 4.p.282.

5. Speciatim impugnantur Recentiores, qui prædictam adhæſionis certitudinem maiorem, fidei propriam eſſe aſſeuerant. n.5. p.283.

6. Maior certitudo fidei intrinſeca eſt actui; & deſumitur ex parte cauſæ formalis obiectiuæ, & efficientis: quæ ideo poſtulat maiorem adhæſionem ex libro voluntatis arbitrio prouenientem ad probationem triplex Certitudo declaratur. n.6.p.283.

7. Prima præcedentis aſſertionis pars variis, & efficacibus argumentis ſuadetur. n.7.p.284.

8. Probatur ſecunda pars de firmioris intellectus adhæſione per aſſeuſum fidei; & ſatisfit rationibus pro ſecundo modo defendendi maiorem fidei certitudinem propoſitis. Veritas, & certitudo in cognitionibus quoad formam ſpecificam perfectiorem, ſuſcipiunt magis, & minus. Et inter duo impoſſibilia, vnum magis impoſſibile eſſe cenſetur, quam aliud. n.8.p.284.

9. Reſpondetur argumentis pro ſententia Durandi. Scientia naturalis babet maiorem certitudinem ſecundum quid, id eſt maiorem certitudinem determinationis prouenientis ex euidentia, quæ dicitur à Thom. ex parte ſubiecti, ſeu quoad nos. Habet tamen minorem certitudinem ſimpliciter, quam aſſenſus fidei. Cum contingentia propoſitionis ſtare poteſt maior certitudo, quam ſit in neceſſaria propoſitione. n.9.p.285.

10. Rogatur primo an fides certior ſit viſione beata, vel ſcientia ſupernaturali? Aliqui affirmant viſionem beatam non eſſe certiorem ex parte medij. Dicendum tamen illam eſſe fide certiorem ſimpliciter, & abſolute loquendo, & probatur. n.10.p.285.

11. Scientia ſupernaturalis in ratione cauſæ obiectiuæ; & efficientis non habet maiorem certitudinem fidei aſſenſu, quamuis quoad aliquam myſteriorum manifeſtationem maiorem, fidem aliquantulum excedat. n.11. p.286.

12. Explicantur diuerſi reſpectus eiuſdem actus fidei, quo credimus Deum, Deo, ex Deo, & in Deum. Omnes in vno actu reperiri poſſunt; non tamen omnes in omnibus fidei aſſenſibus reperiuntur. Qui neceſſarij omnino ſint, declaratur. n.12.p.286.

13. Etiam in ſenſu, in quo propoſitio, *In*, dicit reſpectum ad cauſam finalem ſine ſcrupulo dici poteſt, peccatorem credere in Deum; licet perfectus modus credendi in Deum, tanquam vltimum finem in iuſtis ſolummodo reperiatur. n.13.p.287.

14. Quæritur ſecundo vtrum infideles cognoſcere poſſint fide humana, vel cognitione naturali verum Deum. Negant aliqui Thomiſtæ, ita D. Thom. interpretantes. Dicendum tamen infideles poſſe cognoſcere Deum, licet errent in aliquo prædicato, quod ipſi tribuant confuſe concepto ſine conditione repugnante ex parte ſubiecti. n.14.p.287.

15. Mens D. Thomæ à recentioribus male expoſita variis coniecturis, & rationibus oſtenditur. n.15.p.287.

16. Vera interpretatio præcedenti doctrinæ conſentanea traditur. n.16.p.288.

17. Rogatur tertio vtrum omnes actus fidei ſint eiuſdem ſpeciei? Et reſpondetur affirmatiuè, quia eadem eſt ratio formalis in omnibus adæquata. n.17.p.288.

SECTIO VIII.

1. Aſſenſus fidei effectiue procedit ab intellectu, quidquid aliqui male philoſophantes dixerint; Totam intelligendi vim ab ſpeciebus intellectui aduenire. Item alij contra veram Theologiam aſſerentes, ſaltem in actus ſupernaturales intellectum non influere effectiue. n.1.p.289.

2. Prædictus concurſus effectiuus proxime, & immediate ab intellectu procedit, non remote mediante habitu ſupernaturali. n.2.p.290.

3. Reſponſio data argumento confirmanti traditam doctrinam vrgetur, & diuerſis inſtantiis conuincitur, ſibi vel Tridentino repugnare. n.3.p.290.

4. Probatur vlterius prædicta doctrina, occurrunt aduerſarij, & eorum reſponſio confutatur. n.4.p.291.

5. Intellectus non concurrit effectiue ad aſſenſum fidei diuinæ, vt virtus pure naturalis, etiam inchoata, ſed vt obedientialis. Ad probationem duo prænotantur. n.5.p.291.

6. Ex prænotatis deducitur probatio aſſertionis præcedentis. n.6.p.291.

7. Secundò efficaciter idem oſtenditur, & reſponſio aduerſariorum vrgetur. n.7.p.292.

8. Ægidij de Præſent. ſpecialis repugnantia in propoſitionibus de hoc puncto demonſtratur. n 8.p.292.

9. Declaratur ſententia D. Thomæ in hac re, & D. Auguſtini teſtimonium exponitur. Potentia vitaliter operans non reſpicit actus ſupernaturales poſitiue, ſed negatiue; nam ſolum ad naturales poſitiue inclinatur; vtrique tamen actus participant rationem communem ad naturale, & ſupernaturale, à qua potentia ſpecificatur. n 9 p.293.

10. Soluitur quædam inſtantia, & diſcrimen inter potentiam obedientialem vitalem, & non vitalem oſtenditur. n.10.p.293.

11. Intellectus eſt cauſa inſtrumentalis reſpectu aſſenſus fidei, idemque dicendum de qualibet potentia vitali comparatione actus ſupernaturalis, cum quo ſolum habet proportionem negatiuam. Probatur ex ratione cauſæ inſtrumentalis. n.11.p.294.

12. Quæritur an iudicium, quod antecedit affectum voluntatis imperantis aſſenſum fidei, ſit naturale, an ſupernaturale. Diſtinguere oportet duo iudicia alterum, de euidentia credibilitatis in obiecto: alterum prudentiale, quod dictet obiectum hic, & nunc credendum. De hoc ſecundo eſt quæſtio, & aliqui dicunt eſſe ſupernaturale. n.12.p.295.

13. Dicendum eſſe ſecundum ſubſtantiam natu-

rale, & quoad modum ſupernaturale. n.13. p.295.
14. Vrgentur omnes ſolutiones argumenti probantis iudicium prædictum non pertinere ad fidem infuſam. n.14.p.296.
15. Oſtenditur non pertinere prædictum iudicium ad prudentiam ſupernaturalem. n.15. p.297.
16. Quomodo hoc prudentiale iudicium ſit ſupernaturale quoad modum tantum, expenditur; & rationes difficultatis proponuntur. n.16.p.297.
17. Præter iudicium prudentiæ naturalis, requiritur illuminatio ex parte intellectus Spiritus ſancti, & inſpiratio ex parte voluntatis. n.17.p.299.

SECTIO IX.

1. Quæritur primo an voluntas phyſico influxu efficiat aſſenſum fidei in intellectu? Aliqui affirmant. n.1.p.298.
2. Voluntas non effectiuo in fluxu phyſico, ſed morali tantum imperio per connexionem, & ſympathiam potentiarum, quæ eidem voluntati ſubordinantur in actibus liberis, eaſdem potentias ad ſuorum actuum exercitium determinat. n.2.p.298.
3. Voluntatis affectus reſpectu aſſenſus fidei cauſa efficiens moralis eſt, non phyſica. Quia per vſum, ſeu imperium intellectum determinat. Verum cùm hic vſus non ſit ſine affectu voluntatis, remote etiam dici poteſt cauſa phyſica aſſenſus, quatenus cauſat ſuum affectum, à quo aſſenſus imperatur. n.3.p.299.
4. De modo, quo libere voluntas moueat intellectum ad aſſenſum fidei. Prima opinio ait hanc liberam motionem ſolum in applicando, vel auertendo intellectum à conſideratione motiuorum conſiſtere. Hæc non ſatisfacit Patrum, & Conciliorum decretis. n.4.p.300.
5. Secunda opinio ait voluntatem ſine vlla ratione motiua poſſe determinare intellectum ad aſſenſum, vel diſſenſum ex ſuo arbitrio. Impugnatur vt omnino improbabilis ſententia. n.5.p.300.
6. Tertia ſententia requirit voluntatis determinationem ad aſſenſum fidei humanæ antecedentis diuinam. Illo vero poſito ait ſatis eſſe ſi voluntas intellectum ſuæ naturæ relinquat, vt aſſentiatur fide diuina. Hæc etiam opinio, & Conciliis, & rationi repugnat. n.6.p.300.
7. An ad aſſenſum fidei humanæ requiratur determinatio voluntatis, aliqui negant, alij vero veriſimilius affirmant. Hic tamen affectus, cum naturalis ſit, non ſufficit ad fidem diuinam. n.7.p.300.
8. Quarta opinio affectum voluntatis requirit ad aliquos actus fidei, non ad omnes, quæ etiam reiicitur. n.8.p.301.
9. Ad omnes, & ſingulos actus fidei diuinæ prærequiritur determinatio voluntatis per affectum actualem poſitiuum, à quo fides libera denominatur quoad exercitium, & quoad ſpeciem in iis, quibus mediate, & obſcure fidei myſteria reuelantur. n.9.p.301.
10. Prima Concluſionis pars ratione probatur. n.10.p.301.
11. Hinc quatuor præcedentes opiniones impugnantur. n.11.p.302.
12. Probatur ſecunda pars aſſertionis de determinatione voluntatis tam quoad ſpeciem, quam quoad exercitium. n.11.p.302.
13. Soluitur obiectio prima, & oſtenditur voluntatem determinare non per modum obiecti ſuadentis, ſed principij imperantis. n.13.p.303.
14. Soluitur altera obiectio. In qua aliqui dicunt fidem neceſſario eſſe ex determinatione liberæ voluntatis etiam de potentia Dei abſoluta. Et probant variis rationibus. n.14. p.303.
15. Actus fidei eſſe poteſt de potentia Dei abſoluta ex determinatione voluntatis neceſſariæ; item ſine voluntate, ex Dei determinatione, ſeu infuſione. Et rationibus in oppoſitum occurritur. n.15.p.304.
16. De fide certum eſt ipſum *credere*, liberum, & morale, item laudabile eſſe & honeſtum. n.16.p.305.
17. Actus fidei propter ſuam honeſtatem ſine relatione extrinſeca per charitatem, vel aliam virtutem imperantem à Iuſto elicitus augmentum gratiæ, & gloriæ meretur de condigno: à peccatore, ſeu infideli factus, habet meritum de congruo per modum diſpoſitionis in ordine ad iuſtificationem. n.17.p.305.
18. Probatur ratione prima pars, & oſtenditur caſus, in quo ſolus actus fidei ſufficiat ad ſecundam iuſtificationem. n.18.p.306.
19. Probatur ſecunda pars, & conditione smeriti de congruo declarantur. n.19.p.306.
20. Actus fidei ab infideli, ſeu peccatore elicitus de congruo meretur remiſſionem peccatorum, & primam gratiam mediate, ſeu remote, proxime vero infuſionem habitus fidei, vel augmentum illius, vel aliquod auxilium gratiæ. n.20.p.307.
21. Dubitatur an ſi in eodem inſtanti, in quo actus fidei à peccatore elicitur, ſimul ſit actus contritionis vel charitatis, ſit actus fidei meritorius de condigno primæ gratiæ, & primæ gloriæ. Reſpondetur per illum actum non mereri primam gratiam, ſed primam gloriam de condigno. n.21.p.307.

SECTIO X.

1. Proponuntur quatuor difficultates ſub hoc titulo declarandæ: prima an actus piæ affectionis ſit ſupernaturalis in entitate ad quod ſupponitur tanquam de fide certum, hanc piam affectionem voluntatis ad fidem, aliquo modo eſſe ſupernaturalem, neque ex ſolis naturæ viribus haberi poſſe. n.1.p.308.
2. Aliqui exiſtimant piæ affectionis voluntatem eſſe naturalem quoad ſubſtantiam. n.2.p.309.
3. Vera ſententia eſt, eſſe ſupernaturalem, quod multis, & efficacibus argumentis oſtenditur, n.3.p.309.
4. Reſpondetur rationibus in contrarium adductis. n.4.p.310.
5. Secunda difficultas eſt ad quam virtutis ſpeciem prædictus voluntatis affectus pertineat, quæ cum tertia coniungitur an, peculiarem virtutis habitum ſibi vendicet. De qua re ſex

ſententiæ

ſententiæ referuntur diuerſæ. n.5.p.311.
6. In affectu voluntatis imperante aſſenſum fidei, eſt peculiaris honeſtas diſtincta à cæteris virtutibus Theologicis, & moralibus. Antequam probetur, duo notantur de honeſtate, formali, & obiectiua. n.6.p.311.
7. Affectus voluntatis ad credendum cum aſſenſu intellectus, vnum efficiunt actum perfectum virtutis in ratione moraliter, & honeſte credendi. Huius affectus peculiaris honeſtas oſtenditur ab honeſtate cæterarum virtutum diuerſa. n.7.p.311.
8. Datur ſpecialis habitus ſupernaturalis in voluntate ad producendum naturali modo piæ voluntatis affectum, qui habitus eodem modo ſe habet reſpectu ſui actus, ſicut habitus fidei, comparatione aſſenſus eiuſdem fidei, neque inter virtutes morales numerandus, ſed cum Theologalibus, cum ſit fides initiatiue. n.8.p.313.
9. Hic habitus in voluntate producitur, intenditur, conſeruatur, & deperditur eodem modo, quo de habitu fidei dictum eſt. n.9 p.314.
10. Quarta difficultas eſt, an hic affectus poſſit vitiari, & ſimiliter actus fidei in intellectu exiſtens. Aliqui affirmant, & docent ſaltem ex circunſtantia, vel ab actu reflexo imperante, actum fidei prauum poſſe fieri. n.10. p.314.
11. Actus fidei neque ab intrinſeco, & directe, neque ab extrinſeco ex circunſtantia, vel ab actu reflexo imperante poteſt vitiari. n.11, p.314.
12. Occurritur obiectioni contra probationem primæ partis præcedentis aſſertionis. n.12. p.315.
13. Actus etiam ex circunſtantia malus non poteſt eſſe ex Dei auxilio ſpeciali. Actus voluntatis, qui præciſe tendit in obiectum propter propriam illius honeſtatem, nullam accipit bonitatem, aut malitiam ab actu imperante, n.13.p.315.
14. Reſpondetur rationibus in oppoſitum. Falſa eſt fides, quæ ex affectu ſolius temporalis lucri naſcitur. Actus fidei ſecundum ſe non poteſt à Deo prohiberi, aut ratione ſui vetari, & illicitum reddi. n.14.p.316.

QVÆSTIO IV.

Diſponuntur dubitationes in hac quæſtione tractandæ. n.1.p.317.

SECTIO I.

1. Quot ſint acceptiones huius nominis, Eccleſia, & quæ illius Etbymologia, & à Synagoga diſtinctio. n.1.p.317.
2. Proponitur definitio Eccleſiæ in eo ſenſu, quo ad militantem accommodatur, & non Angelos, ſed ſolos homines fideles viatores continet. n.2.p.317.
3. Hæretici ſunt extra Eccleſiam, non tamen occulti, ſed publici, illi enim occulti in externa profeſſione, & ſacramentorum Communione cum fidelibus communicant, & hoc ſatis eſt, vt ad hoc corpus myſticum pertinere exiſtimentur. n.3.p.318.
4. Hæreticus, Schyſmaticus, & excommunicatus occultus quandiu toleratur in officio ſeu præfectura, iuriſdictionem babet Eccleſiaſticam, vt actus validos faciat. n.4.p.319.
5. Vt quis dicatur eſſe in Eccleſia, non opus eſt vt reuera ſit baptizatus, & internum habeat characterem. Quod de hæreticis occultis dicimus de ſchiſmaticis, & excomunicatis item occultis dicendum. n.5.p.319.
6. Aliqui exiſtimant Catechumenos non eſſe in Eccleſia, & variis rationibus probant. Dicendum tamen eos tali modo in Eccleſia eſſe, vt verum ſit in Eccleſia ſaluari n.6.p.319.
7. Catechumeni ſunt membra Eccleſiæ concepta, non nata, & ſunt in ea merito fidei quamuis cum fidelibus baptizatis numerum non faciant. n.7.p.320.
8. Reſpondetur contrariis argumentis. Poſſe, vel nonpoſſe puniri ab Eccleſia, non facit, nec tollit illius membrum eſſe. n.8 p.320.
9. Excommunicati non ſunt in Eccleſia, ſi publice denuntiati ſint per validam, & iuſtam ſententiam. n.9.p.321.
10. Schiſmatici non ſunt intra Eccleſiam, quia illius ſcindunt vnitatem. n.10.p.321.
11. Nec beati, nec damnati, neque in Purgatorio exiſtentes ad Eccleſiam, de qua loquimur, militantem ſpectant. Nullam Chriſti vicarius in vita functos directe, & per ſe, ſed indirecte, & obiectiue iuriſdictionem exercet. n.11.p.311.
12. Septem Eccleſiæ prærogatiuæ numerantur: præcipuæ duæ vltimæ in duabus ſequentibus ſectionibus oſtendentur: priores quinque curſim in hac explicantur. Prima eſt Eccleſiam dici vnam. Cuius vnitatis cauſæ aſſignantur, n.12.p.322.
13. Altera Eccleſiæ excellentia eſt dici ſanctam, huius rationes notantur. n.13.p.323.
14. Tertia prærogatiua eſt Catholicam nominari, quod inuiſum eſt hæreticis vocabulum: Cuius dantur rationes. n.14.323.
15. Quarta excellentia eſt, Apoſtolicam vocari: huius redduntur cauſæ. n.15.p.323.
16. Quinta proprietas Eccleſiæ eſt, viſibilem eſſe, contra quam inſurgunt hæretici. n.16. p.323.
17. In quo ſenſu vera Chriſti Eccleſia ſit viſibilis. n.17.p 324.
18. Hæreticorum ſophyſticis rationibus occurritur. n.18.p.325.

SECTIO II.

1. Si ſumatur Eccleſia quatenus ab initio mundi incepit, certum eſt non ſemper eiſdem legibus, Cæremoniis, & ritibus vſam fuiſſe. Aliqui dicunt ab Adamo, & Eua Eccleſiam cœpiſſe. n.1.p.325.
2. A primis parentibus Eccleſia cœpit, ſed perfectum ſtatum, & propriam huius nominis appellationem non niſi poſt Abelem natum ſortita eſt. Ad inſtitutionem Collegij tres de iure ciuili requiruntur perſonæ, quamuis in vna Collegij iura poſſint conſeruari Ad inſtitutionem populi, vel particularis Eccleſiæ decem poſtulantur. n.2 p.326.
3. Notantur rationes, quæ in Abele concurrunt vt ab eo Dei populus, ſeu Eccleſia cœperit computari, & ſtatum perfectum

Digitized by Google

habere. n.3.p.326.

4. Poſtquam Eccleſia cœpit, ſine interruptione permanſit: & nunc vna, eademque in ſubſtantia fidei, & vnius Dei cultu, & iuris naturalis obſeruatione, licet diſpari ſacramentorum ritu, poſitiuique iuris obligatione perſeuerat. n.4.p.327.

5. Diſcurſu facto per veteris teſtamenti Patriarchas Eccleſiæ progreſſus oſtenditur. Et in primis ab Abele vſque ad Sethi ſobolem. n.5.p.327.

6. A Sethi progenie vſque ad Semi ſobolem fidelium in Eccleſia viuentium decurſus extenditur: quo etiam tempore Melchidæſec vixit. n.6.p.328.

7. A ſemi filiis vſque ad Moyſen idem Eccleſiæ perſeuerantis progreſſus declaratur. n.7. p.328.

8. De tempore legis ſcriptæ vſque ad Chriſti aduentum. n.8.p.329.

9. Tandem de Chriſtiana Eccleſia oſtenditur, à ſui initio vſque ad mundi finem perpetuo duraturam. n.9.p.330.

10. Contra doctrinam aliqua opponuntur. n.10.p.330.

11. Reſpondetur ad primum, & oſtenditur, vt probabilius, internam fidem paſſionis tempore in Apoſtolis permanſiſſe & redditur ratio, cur Cereus candidus in triduo paſſionis ad matutinum non extinguatur. n.11. p.330.

12. Aliis duabus obiectionibus ſatisfit. De tribulatione Eccleſiæ tempore D. Hyeronim. & tempore Antichriſti. n.12.p.330.

SECTIO III.

1. Exponitur, in qua conſideratione de authoritate Eccleſiæ hic nobis agendum eſt. n.1. p.331.

2. Duplex Eccleſiæ auctoritas, vna diuina, altera humana declaratur. Et inquiritur an vniuerſalis Eccleſia errare poſſit ex ignorantia, aut malitia, & pertinacia, quod de particulari Eccleſia admitti poteſt ſine dubio. n.2. p.332.

3. Tota quæſtio eſt de Eccleſia vniuerſali: de qua aliqui hæretici affirmant poſſe errare: ad quod probandum efficaciora argumenta proferuntur. n.3.p.332.

4. Vniuerſalis Eccleſiæ in definitionibus fidei errare nequit, ſiue per hæreſim, ſiue per ignorantiam inuincibilem. n.4 p.333.

5. Cur Eccleſia dicatur columna, & firmamentum veritatis. Si Eccleſia per ignorantiam errare poſſet; nihil eſſet firmum in rebus fidei. n.5 p.333.

6. Eccleſia Dei non poteſt aliquid ignorare ex iis, quæ omnino neceſſaria ſunt ad ſalutem, & à Deo reuelata ſunt, vt credantur. n.6.p.334.

7. Quamuis quæ Eccleſia credit, tanquam pia, & probabilia, non ſint infallibiliter vera, ſi tamen tota Eccleſia in re aliqua conſpiret, dicendum illam in hoc non errare practice, neque ſpeculatiue. n.7.p.334.

8. Omnes ſimul paſtores particulares, & Doctores Eccleſiæ errare non poſſunt in docenda fide: neque ſentiendo contra fidem ſecundum probabiliorem ſententiam. n.8.p.335.

9. Reſpondetur argumentis in oppoſitum Solutio Bannes ad primum argumentum reiicitur. In Deo non eſt libertas ad peccandum. Actus certior pendere poteſt ab alio minus certo, tanquam à conditione. n 9.p 335.

10. Eccleſia decurſu temporis aliqua de fide declarat, quorum errorem, vel poſitiuam ignorantiam non habuit, ſed priuatiuam, opportuno tempore auferendam. n 10.p.336.

11. Proponuntur aliqua ex iis, quæ Auguſt. deduxit ex vniuerſalis Eccleſiæ conſenſu tanquam ex infallibili regula. Exponuntur loca ſacræ ſcript. in quibus videbatur ſignificari omnes paſtores erraſſe. n.11.p.336.

12. Propoſitio de fide ſemel propoſita ab Eccleſia ad credendum reuocari non poteſt, neque tanquam de fide oppoſitum proponi valet. Hæc numero Eccleſia, quæ eſt nunc ſub regimine præſentis Pontificis eſt illa, cui omnes conditiones Eccleſiæ Vniuerſalis conueniunt, ſecundum fidem. n.12 p.337.

13. Eccleſiam Æthyopiæ multis ante ſæculis à Romana ſeparatam ad matris gremium rediiſſe anno 1628. certò narratur. n.13.p.338.

SECTIO IV.

1. Fidelibus ad credendum neceſſarium non eſt, vt Deus tantum interius, vel exterius immediate, & per ſe eos de rebus fidei edoceat. In tribus euentis accidere poteſt, homines à Deo ſpeciatim de rebus fidei erudiri. n.1.p.339.

2. Exterior fidei propoſitio nihil conducit niſi Deus interiori illuminatione hominum mentes colluſtret, & ſui ſpiritus virtute corda aperiat. Non opus eſt antequam quis credat, prius certo, & infallibiliter agnoſcere Eccleſiæ auctoritatem. n.2.p.339.

3. Propoſitio non fit ab Eccleſia immediate ſingulis credentibus. n.3.p.340.

4. Aliqui fidem acquiſitam de auctoritate Eccleſiæ neceſſario præcedere fidem diuinam, arbitrantur. n.4.p.340.

5. Alij negant ex natura rei, & abſolute loquendo prærequiri fidem acquiſitam, vel aliam humanam notitiam ante aſſenſum fidei, quamuis ſecundum ordinariam legem ita contingat. n.5.p.341.

6. Secundum vulgarem credendi modum, humana fides, vel notitia aliqua naturalis fidei diuinæ aſſenſum præcedit: licet in aliquo caſu neutra neceſſaria ſit. n.6.p.341.

7. Regulariter ante aſſenſum fidei ſemper interuenit Eccleſiæ propoſitio mediata, & cognitio illius auctoritatis ſaltem confuſa, & implicita; quamuis ex natura rei ſufficiat priuatæ perſonæ propoſitio. n.7.p.342.

8. Occurritur obiectioni contra præcedentem doctrinam. n.8.p.342.

9. In lege naturæ multi crediderunt ſine propoſitione Eccleſiæ. n.9.p.342.

10. Soluitur obiectio aduerſus traditam doctrinam. n.10.p.343.

11. Diſtinctio aliquorum inter aſſeuerationem, & propoſitionem rerum fidei, quam facit Eccleſia, reiicitur. n.11.p.343.

12. Opinio aliquorum aſſerentium aſſenſum fidei reſolui in auctoritatem Eccleſiæ vti in

cauſam formalem. n.12.p 344.

13. Altera ſententia docet cognitionem naturalem humanam ex propoſitione Eccleſiæ acceptam, ad aſſenſum fidei concurrere in genere cauſæ efficientis. Tertia opinio ait, quamuis cognitio naturalis præcedens nullo modo ſit cauſa aſſenſus fidei, eſſe tamen conditionem prærequiſitam, & neceſſario cum illo coniunctam. n.13.p.344.

14. Dicendum tamen primò quod noſtra fides non reſoluitur in auctoritatem Eccleſię, tanquam in rationem formalem etiam partialem. n.14 p.344.

15. Secundo, noſtra fides quoad nos bene intelligitur reſolui in diuinam Eccleſiæ auctoritatem; quatenus in propoſitione Eccleſiæ Dei auctoritas tanquam in eff. ctu relucet. n.15. p.345.

16. Tertio, aſſenſus noſtræ fidei non reſoluitur in propoſitionem Eccleſiæ, tanquam in cauſam efficientem phyſicam, vel moralem per ſe. n.16.p.346.

17. Quarto, fides humana quæ ſequitur propoſitionem Eccleſię & antecedere dicitur fidem diuinam, non habet connexionem cum fidei diuinæ aſſenſu neceſſariam. n.17.p.346.

18. Nullus vitioſus circulus committitur, ſi credamus myſteria fidei eſſe reuelata, quia ita proponit Eccleſia; & deinde propoſitionem Eccleſiæ eſſe infallibilem, quia Deus ita reuelauit. n.18.p.347.

QVÆSTIO V.

1. Diſtinguuntur effectus, qui à fide formaliter, vel obiectiue accepta proueniunt phyſice, ſeu moraliter. Tres ſpeciatim effectus fidei formaliter ſumptæ aſſignantur. n.1.p.347.

2. Soluuntur obiectiones, quæ videntur oſtendere timorem non eſſe effectum fidei formalis. Exponitur locus Eccleſiaſtici ſecundo, timor ſeruilis plerumque oritur à fide informi; filialis à formata. Aliquando tamen filialis timor ab informi fide; & ſeruilis quoad ſubſtantiam à formata poteſt prouenire. n.2.p.348.

3. Duplex effectus moralis ex fide accepta obiectiue proueniens aſſignatur, nempe duplex obligatio credendi, & profitendi fidem. De quibus in particulari agendum. n.3.p.348.

4. Duplex eſt credendi neceſſitas: medij, & præcepti. n.4.p.349.

SECTIO I.

1. Aliqui exiſtimant in aliquo caſu poſſe hominem iuſtificari & ſaluari ſine fide cum ſola naturali cognitione Dei, & boni honeſti. n.1.p.349.

2. In qualibet lege, & omni tempore ſupernaturalis fides fuit neceſſarium omnino medium ad ſalutem. n.2.p.350.

3. Ratione probatur præcedens aſſertio. n.3. p.351.

4. Hæc fides, quæ neceſſaria dicitur neceſſitate medij, ſupernaturalis eſt ex parte principij, ſeu cauſæ efficientis, & ex parte rationis formalis, & ſine huius actu nullus adultus vllo tempore iuſtificatus eſt. n.4.p.351.

5. Satisfit argumentis in oppoſitum adductis, & explicantur loca D. Pauli iuxta traditam doctrinam in germano ſenſu. n.5.p.351.

6. Aliqui exiſtimant neque in infidelibus, neque in ruſticis dari poſſe ignorantiam inuincibilem eorum, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem. Oppoſita tamen ſententia eſt vera, & communis. n.6.p.351.

7. Qua ratione ſe habeat diuina prouidentia in vocandis hominibus ad fidem. n.7.p.353.

8. Redditur ratio cur ſufficiat baptiſmus in voto, nō vero fides in voto ad ſalutem. n.8.p.353.

9. Dilectio ſuper omnia, per quam homo iuſtificatur, ſemper eſt ſupernaturalis, & ideo ſupernaturalem ſupponit fidem. n.9.p.354.

SECTIO II.

1. Quæ ſit fides explicita, & implicita. n.1.p.354.

2. In quo conueniant omnes Theologi, quod neceſſario ſit credendum neceſſitate medij. n.2.p.355.

3. Duplex proponitur obiectio, quod non videatur neceſſaria, neceſſitate medij, cognitio ſeu fides Dei remuneratoris. n.3.p.355.

4. Amor ſui in viro probo laudandus eſt, non vituperandus. Omnia, quæ ad amicitiam ſpectant, à propria perſona ad reliquas deueniunt. Quæ bonitas Dei ſit obiectum charitatis. n.4.p.355.

5. Ex alio capite oſtenditur moraliter eſſe impoſſibile Deū ſuper omnia diligere, antequam ille, vt remunerator cognoſcatur. n.5.p.356.

6. Sicut ſeta filum, ita timor introducit charitatem. n.6.p.356.

7. Fœditas peccati quomodo ex ſola ratione naturali cognoſcitur, & vt illi ſolum contrariatur non eſt ſufficiens motiuum ad attritionem, quæ cum ſacramento hominem ad iuſtificationem perducit. n.7 p.356.

8. Dubitatur an fides eorū, quę per lumen naturale cognoſcuntur, ſit medium neceſſarium ad ſalutem: Aliqui negant. Vera ſententia affirmat; & efficaciter probatur. n.8.p.357.

9. In qualibet lege neceſſarium fuit credere Deum eſſe ſupremum Dominum, & vniuerſi creatorem. Alia etiam notantur quæ neceſſario credenda ſunt. n.9 p 358.

10. An oporteat hæc credere per diſtinctos conceptus? Reſpondetur negatiue; ſed ſatis eſſe quod determinate, & in particulari in ſe, vel in alio neceſſario coniunctum credatur, quod neceſſario credendum eſt. n.10.p.358.

11. Quando Deus particulari conceptu, vt auctor vniuerſi, & ſpiritualis, ſanctitatis, ſeu iuſtificationis humanæ, Item vt ſupernaturalis finis hominis, & remunerator in altera vita bonorum, & malorum creditur, nullus alius peculiaris conceptus obiecti neceſſario credendi requiritur ex neceſſitate medij in lege ſcripta, & naturali. n.11.p.359.

12. Fidem Chriſti, vt abſtrahit ab implicita, & explicita eſſe ad ſalutem neceſſariam de fide conſtat, vnde duo errores Iudæorum, & Pelagianorum confutantur. n.11.359.

13. Tripliciter intelligi poteſt fides explicita Chriſti neceſſaria ante Chriſti aduentum. Diuerſæ de hoc puncto opiniones proponuntur. n.13.p.360.

14. Fides Chriſti explicita neceſſaria non fuit ad ſalutem tempore legis naturæ, & ſcriptæ. n.14.p.360.

15. Variæ referuntur ſententiæ, an poſt legis nouę promulgationem fides explicita Chriſti, ſit medium neceſſariũ ad ſalutem. n.15.p.361.
16. Prima ſententia negans quinque rationibus confirmatur. n.16.p.361.
17. Secunda ſententia omnino oppoſita affirmat eſſe neceſſariam talem fidem explicitam. Tertia diſtinguit, & ait non eſſe neceſſariam omnino ad iuſtificationem, ſed ad vitam æternam obtinendam. n.17.p.361.
18. Quarta opinio aliter diſtinguit, aitque fidem Chriſti eſſe medium neceſſarium, vel in re habitam, vel in voto. n.18.p.362.
19. Vera ſententia duabus aſſertionibus declaratur: prima, fides explicita Chriſti non magis neceſſaria eſt ad æternam ſalutem, & gloriam; quam ad iuſtificationem. n.19.p.363.
20. Secunda aſſertio, ſeparata quæſtione de vocabulo, fides explicita Chriſti vel ſolum neceſſitate præcepti vel quod probabilius iudicatur, neceſſaria eſt neceſſitate medij in re habenda. n.20.p.363.
21. Abſolute præfertur 1. ſententia, & oſtenditur eſſe D. Auguſt. & D. Thomæ. Sacræ ſcripturæ, & Patrum teſtimonijs confirmatur. n.21.p.364.
22. Congruentiæ, quæ idem corroborant, proponuntur. n.22.p.365.
23. Argumentis pro prima ſententia ſatisfit. n.23.p.365.
24. Attritio ſufficiens cum ſacramento Baptiſmi ex auxiliari Dei gratia prouenit, & fidem Chriſti ſupponit in eo, qui ad ſacramentum accedit. n.24.p.366.
25. Ad iuſtificationem primam adulti ſemper præcedere debet fides actualis, & formalis; ad ſecundam, & reliquam ſequentem hominis fidelis, & iuſti ſufficiet habitualis, quamuis actualis regulariter præcedere ſoleat. n.25.p.366.
26. In iis, quæ ex diſpenſatione diuina proficiſcuntur, ex reuelatis cognoſcere oportet, quo pacto ſe habeant myſteria gratiæ; neque tam ad id, quod ex natura rei poteſt euenire, quam ad id, quod Deus reuelauit, attendendum. n.26.p.367.
27. Quid de fide, & iuſtitia Cornelij exiſtimandum ſit. n.27.p.367.
28. De myſterio Trinitatis idem dicendũ, & de illius fide, quod de myſterio Incarnationis, & fide Chriſti explicita diximus. n.28.p.368.

SECTIO III.

1. Aliqua tanquam certa prius ſupponuntur. Primum, datum fuiſſe hominibus pręceptum fidei in qualibet lege. n.1.p.368.
2. Secundum, hoc pręceptum credendi eſſe iuris diuini, & naturalis, non pure ſumpti, ſed ex ſuppoſitione, & reſpectiue per connaturalitatem ad ſtatum hominis eleuati ad ordinem gratiæ, & finem ſupernaturalem. n.2.p.369.
3. Tertium, hoc præceptum partim eſſe negatiuum, partim poſitiuum, & quoad vtramque partem eſſe maxime conforme naturæ rationali. Negatiui obligatio eſt quoad ſpeciem: Poſitiui vero obligatio eſt quoad exercitium. Modus, quo vtriuſque obligatio incipit, declaratur. n.3.p.369.
4. Quartum, obligationem præcepti fidei oriri ex ipſamet fidei virtute, quauis aliarum virtutum obligatione præcisa. Circa fidem vero præceptum ſtudioſitatis quomodo verſetur. n.4.p.370.
5. Omnia illa, quę neceſſario credenda eſſe diximus ſupra, in qualibet lege ex neceſſitate medij ſub præceptum fidei cadunt. n.5.p.371.
6. Vltra prędicta, aliqua erant in lege veteri ſub præcepti obligatione credenda. n.6.p.371.
7. Exponitur D. Pauli locus, & redditur ratio, cur lex vetus factorum; lex vero noua fidei appellatur. n.7.p.372.
8. Erronea eſt opinio, aſſerere fideles laicos ſufficienter credere, ſi credant omne id, quod credit Eccleſia; quamuis aliud explicite non credant. n.8.p.372.
9. Omnes fideles tenentur ex præcepto credere omnes articulos fidei, qui in Symbolo Apoſtolorum continentur, quoad ſubſtantiam, & ſecundum vnius cuiuſque mentis captum. n.9.p.373.
10. Qua ratione à rudioribus hi articuli cognoſci debeant. n.10.p.373.
11. Tenentur præterea fideles ſcire præcepta decalogi, & ſanctæ matris Eccleſiæ: item ſacramenta, præſertim tria; baptiſmum, pœnitentiam, & Euchariſtiam, & orationem Dominicam. n.11.p.373.
12. Epiſcopi, Parochi, Concionatores, Confeſſarij, & alij quibus animarum cura incumbit, multo maiorem rerum fidei cognitionem; item eorum, quæ ad mores pertinent, quam reliqui fideles habere tenentur. n.12.p.374.
13. Sed dubitatur, quando hæc credere fideles obligentur. Variæ ſententiæ referuntur; & de præcepto fidei negatiuo conſtat pro ſemper obligari, & nihil, quod de fide eſt, negare. n.13.p.375.
14. Vera ſententia declaratur de tempore quo ad poſitiuum credendi actum fidelis obligatur, ratione ipſius fidei. n.14.p.375.
15. In aliis etiam euentis ratione aliorum actuum, obligatio credendi ex præcepto conſurgit. n.15.p.376.
16. Quæritur, an omnes fideles poſſint, vel teneantur credere ſe habere fidem ad ſalutem neceſſariam. Variæ referuntur ſententiæ. n.16.p.376.
17. Neque certitudine fidei diuinæ, neque certitudine Theologici diſcurſus, aut cognitionis euidentis cognoſcere poſſumus nos habere fidem infuſam. Et conſequenter non tenemur credere nos habere fidem ſupernaturalem. n.17.p.377.
18. Morali quadam certitudine, & coniecturali fideles poſſunt, & tenentur ſcire ſe habere fidem, ſicut oportet. Quamuis populum conceptu quodam confuſo id iudicare ſufficiat. n.18.p.378.

SECTIO IV.

1. Externa fidei confeſſio, moralis illius effectus eſt, ad fideique præceptum ſpectans; neque refert, quod hic idem actum externæ confeſſionis materialiter ad virtutem veracitatis pertineat. n.1.p.379.

2. Etiam reſpectu externæ profeſſionis fidei duplex præcepti obligatio datur: altera negatiua, altera poſitiua; illa prior obligatio eſt totius temporis, & ſemper vrget, vt fides docet, contra aliquorum hęreticorum errores. n.2.p.379.

3. Negare ſe Chriſtianũ ſeu Papiſtã in vno ſenſu magis communi, eſt fidem negare; in alio, qui etiã eſſe poterit vulgaris, non ita. n.3.p.379.

4. Quæritur an liceat verbis ambiguis, & cum reſtrictione mentali, fidem negare coram tyranno iniuſte interrogante: affirmant aliqui, Falſa tamen eſt opinio. n 4.p.379.

5. Cootra præceptum fidei peccat qui externis ſignis eum reſtrictione mentali, verbiſque ambiguis quoad apparentiam ſolum externam fidem negat, aut hæreſim confirmat ſerio ad exiſtimationem præſentiom, non per iocum, vel in theatro, & ficẽt. n.5.p.380.

6. Argumentis oppoſitæ ſententiæ ſatisfit. Quid Eliſæus Naamam permiſerit cum regem ſuum in templum idoli euntem comitaretur. Iebu de zelo laudatur non de mendacio. n.6.p.380.

7. Dubitatur an prædicta doctrina eodẽ modo vera ſit, licet interrogans non ſit perſona publica, ſed priuata, affirmant aliqui, ſententia tamen negatiua magis placet. n.7.p.381.

8. Quæritur an factis nimirum, actionibus, veſtibus, aut aliis inſignibus, vera religio occultari, & falſa poſſit iodicari. Ad reſponſionem præſupponitur hæc ſigna eſſe in duplici genere. n.8.p.381.

9. Nunquam licet falſam religionem ſimulare factis, aut ſignis ex natura ſua, vel ex vſu, aut inſtitutione ad falſæ ſectæ profeſſionem per ſe, & primario ordinatis; etiam ad euitandum vitæ periculum, ſecus ſi ea facta, & ſigna per ſe, & primario alios habeaot fines, & vſus. n.9.p.381.

10. Noo licet vti circuncisione ad mortificationem carnis, vel imitationem Chriſti, neque aliis cæremoniis Iudæorum propriis, vel idololatrarũ; neque licet coram miniſtris hæreticis matrimonia contrahere. n.10.p.382.

11. Non licet ſignifero vexillum geſtare, in qoo depicta eſt idoli imago, aut Mahometi, vel in quo ſcripta ſunt verba, quibus inuocantur falſi Dij, niſi in certo caſu ad decipiendos hoſtes ſine exercitus Chriſtiani ſcandalo. n.11.p.382.

12. De veſtibus, aliiſque inſignibus quid dicendum, declaratur. n.12.p.382.

13. Ex ſecunda concluſionis parte alia deducuntur Corollaria. Primum de eſu Carnium in diebus prohibitis in hoſpitiis hæreticorum. De quo notatur in quibus circunſtantiis fieri liceat: etiamſi idolothyta ſint; & in quibus non liceat. n.13.p.383.

14. Notantur caſus in quibus licet ad templa infidelium, & Conciones hæreticorũ ire, & dominos in his actibus comitari. n.14.p.383.

15. Quæritur vtrum thuris oblatio in honorem politicum gentilium ſtatuis à fidelibus inter Sinas commorantibus ſine idololatriæ, vel ſuperſtitionis periculo fieri poſſit. Reſpondetur negatiue, & ratio redditur. n.15.p.384.

16. Non licet obedire regi ad templa idolorum, vel ad conciones hęreticorum publico edicto ire cogenti fideles, vt ſuæ Sectæ faciat profeſſores. Sine hoc edicto cauſa curioſitatis, vel alia honeſtiori ad confutandum, vel illudendum infidelium erroribus ire licebit. n.16.p.384.

17. Licet fidelibus cum cauſa vti veſtibus, quæ propriæ ſunt aliquarum Nationum infidelium, & non ad cultum falſæ ſectæ, ſed ad diſtinctionem nationis inſtitutæ ſunt. Imo etiam quando per illas in eodem regno fideles ab infidelibus ſecernuntur. n.17.p.385.

18. In perſecutionis tempore fugere, vel ſe abſcondere licet fidelibus, ne cum vitæ periculo fidem coram tyranno profiteri eogantur; quod certa moderatiooe eſt intelligendum. n. 18. p. 385.

19. Aliquando non modo laudabilis, ſed ex præcepto neceſſaria eſt fuga in perſecutione. n.19.p.386.

20. Quæritur quando obligetur fidelis ad confeſſionem externam ratione fidei, quod enim de hac detur pręceptũ, certũ eſt. n.20.p 386.

21. Numerantur caſus, in quibus externa profeſſio ratione ipſius fidei ex præcepto depoſcitur; & de obligatione profitendi fidem coram perſona publica redit ſermo, & confirmatur præcedens doctrina. n.21.p.387.

22. Dupliciter Dei honorem fidelis ſubtrahit: vno modo negatiue, altero poſitiue; non profitendo fidem. In priori caſu non obligatur ex præcepto, ſed in poſteriori. n.21.p.387.

23. Proponuntur duo caſus, generaleſve regulæ, in quibus ad externam fidei profeſſionem obligantur fideles ratione aliarum virtutum, non ipſius fidei immediate. n.23.p 388.

24. Moralis neceſſitas, & vtilitas aliquando æquiparantur, ac perinde ſe habent. n.24. p.388.

25. Aſſignantur caſus in quibus fidelis teneretur ſe tyrannis non manifeſtare, nec ſuam fidem publicè profiteri; & quæ regula in hoc ſit obſeruanda. n.25.p.388.

SECTIO V.

1. Ratio difficultatis aperitur. n.1.p.389.

2. Si nomen Thyenchu appellatiuum ſit ſignificando Dominum Cœli, & nullius Idoli proprium, eo vti licet Cochynchinenſibus, etiamſi ante fidei cognitionem illud vſurparent, aliiſque de Deo falſis opinionibus inuoluerent. n.2 p.389.

3. Vltra auctoritatem ſacræ ſcripturæ Theologica ratione probatur. n.3.p.389.

4. Si prædictum nomen alicui idolo appropiatum inueniatur, illo vti fidelibus non licet in Dei inuocatione. n.4.p 390.

SECTIO VI.

1. Quæ decreta de hac profeſſione fidei prodierint. n.1.p 391.

2. Numerantur perſonæ, quæ fidei profeſſionem facere tenentur. n.2.p.391.

3. Ex vi conſtitutionis Pij. 4. comprehenduntur non ſolum Magiſtri proprij, ſed etiam ſubſtituti. Item ſuperiores primi quarumcumque domorum, conuentuũ, ſeu Collegiorum. Quamuis quoad ſuperiores religio-

num non ſit in vſu ſaltem inter mendicantes; & qui eorum priuilegijs vtuntur. n.3.p.391.

4. Quæritur vtrum comprehendantur prouiſi ante horum decretorum promulgationem. De Magiſtris certum eſt comprehendi, de prouiſis, & in poſſeſſionem non ingreſſis: ſimiliter de aliis iam poſſidentibus, iam dicitur fuiſſe declaratum. n.4.p.392.

5. Dubitatur an ad alias perſonas extendatur hoc decretum Tridentini? Reſpondetur non extendi ad prouiſos de beneficiis in Collegiatis, neque de portionibus in Cathedralibus. Extendi tamen ad perſonatus, & ad canonicos regulares Eccleſiarum cathedralium; item ad Commēdatarios, quando commenda in canonicatu cathedrali conſtituta in eorum vtilitatem vertitur. n.5.p.392.

6. Ad profeſſionem fidei non tenentur coadiutores: quia non ſunt vere canonici. Tenentur tamen promouendi ad dignitates conſiſtoriales. n.6.p.392.

7. Agenti incumbit probare negatiuam, in qua fundatur. Tenetur tamen, qui profeſſionem fidei fecit, id oſtendere, & probare coram ordinario, ſeu viſitatore, ſi de hac re inquirat. n.7.p.393.

8. Inquiritur, & ſtatuitur quo tempore fieri debeat hæc fidei profeſſio à prædictis perſonis. Duo menſes præſcripti non computantur niſi à die poſſeſſionis acceptæ à prouiſo; quamuis per illum ſteterit, quominus poſſeſſionem acciperet. n 8.p.393.

9. Qui intra duos menſes profeſſionem fidei non emiſit, etiam poſtea eam facere tenetur. n.9.p.393.

10. Quotieſcumque de nouo prouiſus obtinet parochialem Eccleſiam, vel canonicatum, tenetur ad fidei profeſſionem emittendam, etiamſi antea illam fecerit, idem dicendum de noua promotione ad Cathedram. n.10. p.394.

11. Qui modus, & forma ſit hanc fidei profeſſionem faciendi. n.11.p.394.

12. Quando Epiſcopus eſt in Capitulo, ſatis eſt ſi prouiſus Canonicus vnam in Capitulo faciat profeſſionem fidei; hæc enim duplici æquiualet. Idem dicendum quando ſede Vacante in Capitulo fit profeſſio fidei, etiam non præſente Vicario Capituli. n.12.p.394.

13. Hoc iuramentum fieri debet corporali manus contactu, qua Euangelia tangantur. Aliqui dicunt ſatis eſſe fieri hanc profeſſionem fidei per procuratorem. Oppoſita tamen ſententia probabilior eſt; & tenenda ſimpliciter. n.13.p.395.

14. Qui ſciens, & prudens hoc præceptum tranſgreditur, mortale committit peccatum. Qui tamen per ignorantiam ſine malitia profeſſionem fidei non fecit, neque culpam, neque pœnam incurrit. n.14.p.396.

15. Promouentes ad Cathedram, ad gradum, ad prælaturam, & alia ſupradicta ante profeſſionem fidei; ſi Epiſcopi ſint, ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto prohibentur: ſi non ſint Epiſcopi, ipſo iure ſunt excommunicati, & promotiones ſunt nullius valoris. n.15. p.396.

16. Prouiſi de beneficiis, ſi profeſſionem fidei non emittant poſt duos menſes à die poſſeſſionis acceptę, fructus non faciunt ſuos; nec illis poſſeſſio ſuffragatur. Et declaratur, quando nomine fructuum diſtributiones quotidianæ non veniunt. n.16.p.397.

17. Dubitatur an reſtitutio fructuum fieri debeat ante ſententiam iudicis. Affirmant aliqui probabiliter. Veriſimilior tamen eſt ſententia negatiua. n.17.p.397.

18. Dubitatur etiam an omittens hanc profeſſionem fidei, iuuari poſſit per regulam Cancellariæ de triennali poſſeſſione. Negant aliqui. Sed cum communi ſententia affirmandum. n.18.p.398.

19. Non tamen excuſatur in foro externo ſoluēdi pœnam, ſeu reſtituendi fructus; qui per ignorantiam, fidei profeſſionem omiſit. n.19. p.398.

20. Quæritur cui reſtituendi ſint hi fructus male percepti. Cui quæſtioni cum diſtinctione reſpondetur. Quando tamen hi fructus ad Capitulum ſpectant, non poteſt componere canonicus cum Capitularibus ſuper fructibus perceptis. n 20.p.398.

21. Dubitatur an ordinarius poſſit donare fructus amiſſos ob defectum profeſſionis fidei. Reſpondetur negatiue: ſicut neque etiam poteſt canonicus haberi pro præſente, & fructus percipere de licentia Capituli.

22. Simile iuramentum, & profeſſio fidei à Regibus, & Imperatoribus Catholicis fieri conſueuit. n.21.p.399.

Sequitur Titulus de Conſtitutionibus.

Digitized by Google

PROOEMIALIS PROLVSIO IN PRÆFATIONES IVRIS PONTIFICII.

IVris Pontificij cum Cæſareo concordiam Deo auſpice aggreſſus, illud in primis curaui, quæſtiones procemiales moleſtas magis, quàm vtiles præſcindere, ad Iuſtiniani Imperatoris exemplum; quippe qui in prima conſtitutione de nouo Codice faciendo, §. quibus ſpecialiter, ait ſe ſuperuacuas præfationes reſecari permiſiſſe: cui concinit illud in noſtro proœmio Gregoriano, *reſecatis ſic ſuperfluis.* & rationem Imperator reddidit aptiſſimam in l. 2. C. de veteri iure, & §. ſed & ſi quid forſitan, *quia multo vtilius eſt pauca idonea effundere, quàm multis inutilibus hominem prægrauari.* Etenim vtilia multis inutilibus permixta confuſionem potius quàm eruditionem pariunt, moleſtiamque magis, quàm ſcientiam promouent. Verùm omnes Canonici Iuris textus commentaturus, mei instituti officio deeſſem, ſi eiuſdem iuris proœmia prætergreſſus, eorum difficultates breui ſaltem non expenderem. Tria igitur habemus in hoc iure proœmia. 1. Ante quinque libros Decretalium. 2. Ante alios quinque ſexti. 3. Totidem Clementinarum libros præcedit. Extrauagantes ſeu decretum Gratiani nulla præfatio anteiuit. Primum ergo hæc proœmia commentabor, ibique occurrentia dubia reſoluam. Deinde quæ ad extrauagantes, & Gratiani decretum ſpectant ſcitu digna, ad calcem proluſionis apponentur.

Expediuntur difficultates in Proœmio Gregorij ad Decretales conſideratæ.

CAPVT PRIMVM.

GRegorij Proœmium in duas partes diuiditur, nempe ſalutationem, & epiſtolam. In 1. quis ſcribat, & ad quos epiſtola dirigatur cum Apoſtolica benedictione oſtenditur. In 2. ſuam in hac compilatione facienda intentionem Gregorius manifeſtat: quamobrem de hac 1. parte quatuor ſe offerunt difficultates.
1. Prima eſt, quot fuerint Decretalium compilationes, & à quibus auctoribus editæ? Gregorius Toloſanus in partitionibus Iuris, tit. 1. & cap. 5. ſex numerat Decretalium epiſtolarum compilationes, quæ poſt Gratiani Decretum, & ante hanc vltimam Gregorij in lucem prodiêre. Verùm vel ipſe tantum voluit complecti approbatas, vel etiam non approbatas; ſi primum, plures numerauit: ſi ſecundum, pauciores. Etenim compilationes approbatæ ſolummodo quinque cenſentur, vt docet Ioann. Calderinus in proœmi. decret. num. 15. Ioann. Andr. ibidem num. 16. cum aliis. Præter has tres, aliæ non approbatæ ab eiſdem authoribus numerantur hoc ordine. Nam poſt compilationem libri Decretorum, plures conſtitutiones ac decretales epiſtolæ à Romanis Pontificibus decurſu temporis emanarunt. quædam etiam Conciliorum capita, extra illam compilationem remanſerant, ex his Bernardus Præpoſitus, & tandem Epiſcopus Papienſis, volumen vnum quinque libris, & idoneis titulis diſtinctũ compoſuit, & primam fecit compilationem, magiſtrorum vſu approbatam. Quem ſequutus Gilbertus eadem ferè methodo, ſed breuiori ac elegantiori ſtylo 2. concinnauit additis conſtitutionibus poſt Bernardi compilationem editis. 3. Alanus digeſſit; & quia has duas vſus non probauit, ex illis 4. Ioannes Galenſis, ſeu Vvalenſis, vt ipſum nominat Ioann. Andr. in proœm. decret. num. 16. confecit, quam ſcholarium, & magiſtrorum approbatio communis recepit. & hæc fuit 1. approbata. Poſtea Bernardus Compoſtellanus de regiſtris Innoc. III. quintam edidit, quæ Romana dicta eſt, ab authore tunc in Romana Curia commorante. Quia tamen hæc compilatio ex toto recepta non fuit: nonnulla enim in ea inſerta minus placebant, idem Innocentius III. ex ſuis Conſtitutionibus & Decretalibus Epiſtolis aliam per Petrum Beneuentanum elucubratam Pontificia authoritate confirmauit. Et hæc in ordine 6. ex approbatis 2. ex Pontificiis compilationibus prima fuit, & Innocentij compilatio nuncupata. Sed cum idem Pontifex ediderit poſtea plures alias Decretales Epiſtolas, & in Concilio Lateranenſi Generali multas conſtitutiones ſanciuerit, aliam fecit compilationem, quæ ſeptima fuit in ordine numeratis omnibus, & ex approbatis quarta,

Digitized by Google

ex Pontificiiſque 1. Tandem octauam etiam
Pontificiam ac approbatam condidit ex ſuis
Conſtitutionibus Honorius III. vt teſtatur
Platina, Gregor. Toloſan. Ioann. Calderinus,
& Ioann. Andreas citati.
2. Ex his octo compilationibus quinque ap-
probatis & tribus Pontificiis ſuam fieri iuſſit
Gregorius IX. patria Anagninus, ex gente Si-
gnia de Comitibus natus, ex qua Illuſtriſſi-
ma familia quæ vulgò de Conti vocatur, de-
cem Pontifices ſummi numerantur ab Azor.
par. 2. inſtitut. lib. 3. cap. 43. quæſt. 5. vnus
fuit Gregor. ex conſobrina Innocentij III.
nepos, & ab eo inter purpuratos patres adſcri-
ptus anno 1227. altero die ab obitu Honorij
ad Pontificatus apicem aſſumptus, cùm ſep-
tem iam annos Eccleſiæ vniuerſalis regimen
feliciter tenuiſſet, decreta Romanorum Pon-
tificum quo quæque tempora condita erant,
diuerſis tum Conciliis, tum Conſtitutionibus,
ac epiſtolis ſparſa ad communem ſtudentium,
& iudicantium vtilitatem in breue compen-
3. dium redigere conatus, Sanctum Raymun-
dum de Pennafort Barcinonenſem, eiuſdem
Pontificis Capellanum, & Pœnitentiarium
ad hoc opus elegit, quod trium annorum ſpa-
tio feliciſſimè abſoluit anno 1237. vt docet
Platina in vita Gregor. & Genebrar. in chro-
nolog. Raymundum verò fuiſſe compilatorem
non modò in hac procemiali epiſtola idem
Gregorius, ſed etiam Clemens octauus in
decretali conſtitutione 77. canonizationis
eiuſdem ſancti teſtificatur. Prædicto com-
pendio adiectæ ſunt gloſſæ ſatis eruditæ à
Bernardo Botono Parmenſi, & Canonico
Bononienſi.

Eſt igitur huius compilationis, quæ his
quinque decretalium epiſtolarum libris con-
tinetur, author Gregorius nonus, qui tam-
quam vniuerſalis Eccleſiæ paſtor antonoma-
ſtica Epiſcopi nomenclatione ſibi authorita-
tem conciliat, ad confirmandas ſequentes
conſtitutiones Attamen ſe ſimul ſeruum ſer-
uorum Dei nuncupat, vt ſummi Pontificatus
maieſtatem ſubmiſſa ſerui nuncupatione tem-
peraret, & quamuis Ioann. Andr. aſſerat in
procemio lib. 6. Gregorium primum ante alios
4. Pontifices ſe hoc titulo nominaſſe, idemque
teneat Gloſſ. in cap. quoties, 1. quæſt. 7. Cal-
derin. hic, num. 36. & alij: multo prius ante
Gregorium primum hunc ſibi titulum vſur-
pauit Luſitanus ille Pontifex Damaſus, luci-
diſſimum Eccleſiæ candelabrum, virtutis mu-
nus, ac fidei adamas, vt à ſexto Concilio
Conſtantinopolitano appellatur; idque dili-
genter notauit Anaſtaſius Germonius de In-
dultis Apoſtol. §. ſeruus ſeruorum, num. 1. &
conſtat ex epiſtola, quam idem Damaſus ſcri-
pſit ad Stephanum Archiepiſcopum; & Con-
cilia Africæ, quæ tomo 1. Conciliorum habe-
tur, quæ incipit, Damaſus ſeruus ſeruorum
Dei. Cum igitur Damaſus ducentis viginti &
duobus annis priuſquam Gregorius primus
cognomento Magnus Pontifex creatus eſſet,
ille anno 368. hic anno 590. euidenter ſequi-
tur prius Damaſum, illum ſubmiſſionis titu-
lum ſibi arrogaſſe; poſtea verò Gregorium
primum eodem frequenter vſum ſucceſſores

A ſequuti ſunt, ante Gregorium, ſed poſt Da-
maſum Iuſtinianus in l. 1. C. de officio præ-
fecti prætorio ſe vltimum ſeruum Dei, id eſt
minimum, vt declarat gloſſa, nominauit, hoc
tamen diſcrimine quod Imperator Dei ſeruus,
Pontifices ſerui ſeruorum Dei multo ſubmiſ-
ſius nuncupantur: ad exemplum Chriſti Ser-
uatoris, qui non venit miniſtrari, ſed mini-
ſtrare, Matthæi 20. & Marci 10.

Cognito ex ipſamet præfatione huius ope-
ris authore tam imperante quàm exequente,
a. ſuboritur difficultas de illis ad quos Gre-
gorius has decretales epiſtolas dirigit. Nam
in procemio ſolùm Bononiæ, vel Pariſiis ſtu-
dentium meminit, ibi *Doctoribus & Scholari-
bus vniuerſis Bononiæ commorantibus.* in alio
Vaticano Codice habetur: *Pariſiis:* vnde patet
B Pontificem cum Magiſtris, ac diſcipulis, qui 5.
ſuam in ſcholis non in Caſtris operam na-
uant, tantummodo loqui. nam qui in Caſtris
ſtudent, priuilegiis occaſione ſtudij ſibi con-
ceſſis non gaudent, vt probatur ex cap. tuæ
Fraternitatis, de Cleric. non reſident. & con-
cinit l. 40. Generaliter ſancimus, §. 1. C. de
Epiſcop. & Cleric. qui textus canonizatur
in cap. generaliter, 16. quæſt. 1. & concordat
l. final. habita, quæ eſt noua Conſtitutio Fe-
derici C. ne filius pro patre. Et dices hinc ſe-
qui, etiam eos qui in aliis Vniuerſitatibus ſtu-
dent, ad harum Decretalium obſeruationem
non obligari. Nam literæ Pontificum eos tan-
tum conſtringunt ad quos diriguntur, iuxta
cap. & G. & cap. cum olim t. de offic. & po-
teſtat. Iud. de legat. ſed hæ literæ nonniſi ad
C Bononienſes, vel Pariſienſes mittuntur, ergo
alios non conſtringunt.

Ioann. Calderin. hic num. 39. & alij ad hanc 6.
obiectionem reſpondent: quamuis ſalutatio
ſolos expreſſos complectatur, obligationem
has conſtitutiones, decretaleſque epiſtolas
obſeruandi ad omnes pertinere Vniuerſitates.
Verùm hæc reſponſio non placet. nam ad
omnes quibus epiſtolam mittit, ſalutatio debet
extendi, eos enim ſalutare intendit Pontifex
& Apoſtolicam benedictionem impertiri ad
quos literas dirigit; cùm ergo omnibus tum
Doctoribus, tum ſcholaſticis in publicis Vni-
uerſitatibus & iudiciis præcipiat, vt hanc re-
cipiant compilationem, neque aliam abſque
Sedis Apoſtolicæ auctoritate fieri permittat,
ſequitur ad omnes hanc dirigi ſalutem, & be-
D nedictionem extendi, ne minus liberalis be-
nedictio, quàm prohibitio exiſtimetur. Pro-
banda igitur eſt reſponſio Gloſſæ verb. *Bono-
niæ,* ideo Pontificem cum Bononienſibus ſpe-
ciatim loqui, quia tunc temporis Bononiæ
communius ac generalius in vtroque iure ſtu-
dium effloreret, ad quod ex omnibus mundi
partibus ſcholares confluerent, præſertim cum
plura exemplaria ex vrbe ad ſingula Catholi-
corum ſtudia, & Vniuerſitates fuerint tranſ-
miſſa. nec opus erat vnicuique ſuam Epiſto-
lam atque adeo tot procemia facere, quot
Chriſtianorum academiæ eo tempore reperi-
rentur. Accedit quòd Canones Pontificij, vt
infrà ſuo loco dicemus, in Curia pro toto or-
be promulgantur, nec oportet vt ſingulorum
auribus intimentur, per cap. ad hæc de poſtu-

lat. & cap. quod dictis, diſtinctione 16.
7. 3. Difficultati occaſionem dat illa particula
dilectis filiis, nam vt literæ Apoſtolicæ ex inue-
terato ſtylo Curiæ poſſint facilè recognoſci,
ſcire oportet, quo pacto iuxta diuerſos perſo-
narum gradus ad quos illæ diriguntur, diuerſæ
fiant inſcriptiones? qua de re dico 1. quando
ſummus Pontifex ſcribit Epiſcopo, aliiſque
in gradu maioribus, videlicet Patriarchæ, Pri-
mati, ſeu Archiepiſcopo; ita ait, Venerabili
fratri noſtro, ſeu Venerabilibus fratribus,
quando cum multis loquitur. Probatur ex cap.
Venerabilis, de coonſuetudine, cap. Venerabi-
lem, de elect. cap. Venerabili, de offic. delegat.
cap. Venerabilis de Iudiciis, item de dolo &
cootumac. ac de teſtib. cogend. cap. quam gra-
ui de crimine falſi, cap. Venerabil. de confir-
mat. vtil. & inutil. & in multis aliis teſtib.
quos pluſquàm quinquaginta oumerari teſta-
tur Germonius de Indultis, §. dilecto, nùm. 17.
Venerabiles verò dicuntur Epiſcopi à ſum-
mo Pontifice, quia cum illo paternæ curæ &
ſolicitudinis participes ſunt, ideoque tam-
quam patres eos filij debent venerari, per l. 1.
ff. ſi filius. ff. de obſeq. à liber. præſtand. & l.
5. *ſemper in ciuitate noſtra ſenectus venerabilis
fuit*. ff. de iure immunitatis. Fratres verò nun-
cupantur non autem filij, quia vt ait Inno-
8. centius III. in cap. per Venerabilem. §. ſunt
autem, qui filij ſint legitimi. ſunt ſacerdotes
leuitici generis fratres noſtri, qui nobis iure
leuitico in exequutione Sacerdotalis officij
Coadiutores exiſtunt. Ideoque ad hunc titu-
lum promerendum non ſufficit electio, ſed
neceſſaria eſt conſecratio, vel ſaltem confir-
matio: nam qui adhuc conſecratus non eſt, ad-
9. huc paternæ ſolicitudinis non eſt particeps,
quippe qui ea, quæ ordinis ſunt exequi non
poteſt, per cap. tranſmiſſum, & ibi Gloſſa ver-
bo, *de talibus*. & cap. quod ſicut de electione
& qui non eſt confirmatus, neque iuriſdictio-
nis officia exercet. Sunt igitur Epiſcopi ve-
nerabiles patres, quia cum Papa in ea parte,
in qua præpoſiti ſunt, in Epiſcopalis officij
exequutione ſocij, & fratres cenſentur iuxta
cap. per Venerabilem citatum, & cap. fratres,
de pœnit. diſtinct. 51. Quod verò ad electum
Epiſcopum ſcribens, filium non patrem nomi-
net, notat præter Germonium citatum num.
22. Marcheſanus par. 1. de commiſſion. ap-
pellat. ab exequut. breu. §. 2. num. 148. qui
cum præpoſito in cap. Later. nu. 22. quæſt. 7.
excipit Epiſcopum electum iam confirmatum,
quia hic etiam ante conſecrationem frater di-
citur. nota tamen diſcrimen inter Epiſtolam
datam viuo Epiſcopo, & illam quæ de mortuo
meminit, illum enim Venerabilem, hũc bonæ
memoriæ fratrem perhibet Summus Pontifex.
10. Dico 2. quando literæ diriguntur Collegio
Cardinalium, vel ad aliquos Cardinales, inter
quos vnus tantum eſſet Epiſcopus, eos Vene-
rabiles fratres Papa nõminat, non dilectos fi-
lios. Si verò ad Cardinales ſeorſim ab Epiſ-
copis Preſbyteros, ſeu Diaconos reſcribat, fi-
lios dicit. Prima pars probatur ex cap. in Ge-
neſi prope finem de elect. extrauag. ad condi-
torem Ioan. 22. de verbor. ſignificat. extrauag.
execrabilis. §. nos itaque iuncta gloſſ. verb.
A *cum fratribus*. de præbend. cap. 1. verſic. quod
in fratribus noſtris, vbi gloſſa de offic. legat.
in 6. Germonius vbi ſuprà, num. 20. cum Ho-
ſtien. ad cap. ad deliberandum, colum. 3. de
Iudæ. & ratio eſt, quia dignior pars trahit ad
ſe minus dignam, vt docet Sanch. de matrim.
lib. 3. diſp. 29. num. 8. Barboſa de principiis
iuris, verbo *dignum*. ex l. quæ religioſis. ff. de
rei vendicat. l. ſi communem. ff. quemadmo-
dum ſeruit. amitt. & aliis ab eodem relatis. Et
ſub eadem inſcriptione comprehendit omnes
Pontifex, quia cum aliquo vel aliquibus Epiſ-
copis permiſcentur, aliquando tamen inter
Epiſcopos & non Epiſcopos Cardinales di-
ſtinguit Papa, & illos fratres, hos filios dicit,
vt in cap. ad Apoſtolicæ ad initium de ſenteot.
& re iudica. in 6. 2. pars oſtenditur ex cap. 1.
B de ſupplend. negligent. Prælat. gloſſ. ad cap. 1.
de offic. legat. in 6. Bartol. ad cap. in præſen-
tia, colum. 4. de probat. & ad cap. 1. colum. 2.
de locat. Felyn. latè in cap. Venerabilis, oum.
1. de exception. Rebuff. ad formam mandat.
Apoſtolic. in verb. *fratri*. vnde conſequenter
Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis vti-
tur illis verbis, *fraternitati tuæ*. Aliis verò in-
ferioribus ſcribens Pontifex, aliam loquendi
formam vſurpat, nempè, *diſcretioni veſtræ*. ita
notat Marcheſanus citatos num. 157. & pro-
batur ex cap. accedens de conuerſation. con-
iug. & in cap. accedentib. de priuileg. in verb.
fraternitati. in cap. ſanè de regular. in cap. in
his de priuileg. At ſi Cardinali non Epiſcopo
aliquid demandetur, tam in mandatis quàm in
reſcriptis dici ſolet, Circumſpectioni tuæ.
C Aliter dicendum eſt ſi Papa ſcribat ſchola- 11.
ribus in aliqua Vniuerſitate commorantibus,
& inter eos vnus ſit Epiſcopus. tunc enim ad-
huc dilectos filios nominabit, & ex vi huius
inſcriptionis Epiſcopum nõ excludet, ita tenet
Zabarell. in principio Clementinarum, num.
2. Vnde Abbas in hoc proœmio num. 5. ait,
ſi Papa ſcribat Vniuerſitati, & omnes appellet
filios, non vitiari reſcriptum, licet ibi aliqui
ſint Epiſcopi. *Non enim*, inquit, *veriſimile eſt
quod in ſtudio non fuiſſent Epiſcopi ſtudentes, &
tamen omnes appellat filios*. Et ſanè hoc ideo di-
xit, quia tunc magis in vſu erat, vt Epiſcopi in
Vniuerſitatibus ſtuderent, quàm nunc fieri ſo-
leat. & ſi licet coniectari ideo ſummus Ponti-
fex iu hoc caſu Epiſcopos cum reliquis ſcho-
laribus filios oominabat, quia qui in Vniuer-
D ſitate ſtudebaot, adhuc ætatis defectu conſe-
crati non erant: quocumque tamen modo ſit,
eamdẽ differentiã à nobis notatã de reſcripto
à Papa ſcholaribus miſſo, inter quos ſit aliquis
Epiſcopus, tradidit Marcheſanus de Cõmiſſ.
appell. ab exequut. par. 1. nu. 149. cum Decio
in cap. cum Venerabilis, num. 1. de except.
Secunda pars præcedentis aſſertionis, nimi-
rum, omnes alios, qui Epiſcopi non ſint, fi-
lios dici, tenet Barba. in cap. in præſentia, co-
lum. 4. de probat. latè Felyn. in cap. cum Ve-
nerabilis citatum num. 1. probatur ex cap. 1.
de ſupplend. negligent. Prælat. gloſſ. in cap. 1.
de offic. legati in 6. verbo, noſtris fratribus,
citans cap. licet 3. de teſtib. in quo Cardinalis
dilectos filius nuncupatur. Si tamen literæ
mittantur ad Abbatiſſas, & Moniales, ac de-

nique maximos Principes vt potè Reges ac Reginas: additur hæc particula, in Chriſto, verbi gratia, dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſæ, probatur ex cap. cum dilecta, de reſcript. cap. cum dilecta, de confirmat. vtil. & inutil. cap. dilectæ, de except. & paſſim de Regibus docet. Ioann. de Imol. & Andr. Siculus in cap. cum dilecta, de reſcript. & Ludouic. Gomes in tract. Gratiæ expectat num. 6. & probatur ex cap. Chariſſimus, de conuerſat. coniug. Clem. vnica de iureiurand. Clem. paſtoralis de ſentent. & re iudicat. vbi Reges Chariſſimos in Chriſto filios noſtros Summus Pontifex appellat, ita ad Ferdinandum Regem Hiſpaniæ & Reginam Eliſabetham ſcribit Alex. VI. in bulla 2. quæ incipit, *Inter cætera.* tom. 1. Bullarij, & idem Pontifex in bulla 1. *Dum intra noſtra.* ad Carolum V. Imperatorem. Addit Germon. de Indult. §. dilecto, num. 15. cum Durand. non addi particulam, noſtro, niſi Sanctiſſimus alicui familiari ſuo ſcribat, vt verbi gratia, Capellano ſeu cubiculario, ac ſimilibus, è cōtra tamen ſtat Clem. paſtoralis citata. vbi ſic ait Clemens, *Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Robertum Siciliæ Regem.*

Filios ergo appellat Pontifex reliquos Chriſti fideles præter Epiſcopos, ad paternæ curæ, & ſolicitudinis indicium, & honoris ergò; ac denique quia cùm Chriſti Vicarius ſit, qui nos ſancti Spiritus gratia regenerauit; huncq; vniuerſalis Eccleſiæ communem patrem ſui loco reliquerit, nos illi debitam obedientiam, ac honorem pro filiorum obſequio reddamus. Ab hac regula excipiuntur hæretici, ſeu excommunicati, qui à Pontifice non vocantur filij. Ita teſtatur Durand. in ſpecul. tit. de reſcript. præſent. §. ratione, num. 5. quem ſequuntur Marcheſanus vbi ſuprà, num. 168. & Germon. num. 12. non enim his Pontifex benedictionem impertitur, ſed vel illam omittit, vt fecit Paulus III. in Conſtit. 7. quæ incipit, *Eius, qui immobilis:* in qua Henricum octauum Angliæ Regem excommunicatione damnauit, vel loco illius particulæ Apoſtolicam benedictionem, ſubnectit illam, *ſpiritum ſanioris conſilij*, vt authores proximè citati aduertunt.

12. 4. Difficultas eſt, an ſi in alia forma exhiberentur Apoſtolicæ literæ, argui poſſent falſitatis. Sanè Marcheſanus citatus num. 177. ait ſatis eſſe ad falſitatis ſuſpicionem ſi literæ Apoſtolicæ atramento vel plumbo lineatæ non ſint. Illud ſanè indicium manifeſtius eſſet, ſi verbi gratia, ille titulus, ſeruus ſeruorum Dei, in illis deeſſet: nam ſine eo fidem non facere teſtatur Mandoſ. in gloſſ. facultat. *Regen. in verb. ſeruus ſeruorum.* quia confectæ non ſunt ſecundùm Curiæ ſtylum, quem ſequitur Germonius vbi ſuprà, §. ſeruus ſeruorum Dei, num. 24. & probat authoritate l. ſacri afflatus, vbi Bald. in princip. C. de diuerſ. reſcript. & cap. quam graui de crimin. falſi, cap. porrecta: ibique gloſſ. verb. confirmatur, de confirmat. vtil. & inutil. Gloſſ. ad cap. cauſam quæ, 2. in verb. rationi de reſcript. Abb. ad cap. ex parte 2. num. 2. de poteſtat. & offic. iud. de leg. Felin. ad cap. ex parte 1. num. 16. verſic. ſtylus, de reſcript. Roman. conſil. 376. num. 12. verſic. 2. ratio. Ita enim 13.
proprius eſt ſummi Pontificis hic titulus, vt nulli alteri Epiſcopo, eo vti liceat; nam licet omnes Clerici Deo ſeruire, atque obſequi ſpecialis officij prærogatiua teneantur, iuxta cap. Cleros, diſt. 21. poſt initium, & cap. ſecundum Apoſtolum de præbendis, cum multis aliis. Nullus alius ſacerdos niſi ſummus hunc ſibi titulum poterit arrogare, vt ante Mandoſium & Germonium citatos docuit Ludouicus Gomes in repet. ad cap. 1. num. 10. de conſtitut. in 6.

Soluuntur alia dubia de ſecunda Proœmij parte.

CAPVT II.

Diuiditur hæc ſecunda Proœmij pars in exordium, narrationem, & cōcluſionem. 1.
Exordium incipit, *Rex pacificus.* in quo Gregor. oſtendit qua ratione poſitiuum ius expediens iudicetur. Etenim ſi homines Creatoris diſpoſitioni in omnibus obtemperantes rectæ rationis ductum ſequerentur, & Dei voluntati ſemper ad honeſta dirigenti morem gererent, nullo alio poſitiuo iure opus eſſet, præter illud à natura inſitum. Sed quia effrænis hominum licentia auſa eſt naturæ iura violare, nec ad interiorem ſuæ mentis legem attendit, externorum ſenſuum voluptate ſeducta, ideo exterior promulgatur lex, quæ licentioſam appetitus procacitatem refrænet. Hinc prima dubitatio oritur, quem pacifici regis nomine intelligamus. Gloſſa Abb. Ioannes Andr. & alij hoc loco Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum exponunt, qui ab initio mundi prouidit ſubditos ſuos fore pudicos, & verùm quamuis meritò dicatur Chriſtus Dominus rex pacificus, *Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum.* ad Epheſios 2. num. 14. *Pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.* ad Coloſſenſes 1. num. 20. & ſub Salomonis, id eſt, pacifici Regis figura, & ante illum in Melchiſedech adumbratus fuit verus *rex Salem, quod eſt pacis.* ad Hebræos 7. num. 7. & denique quòd tamquam aliis mutuam dederit pacem, ſibi verò vti propriam & naturalem iure optimo ſuam dixerit; pacem meam do vobis. Ioann. 14. num. 27. de quo in cap. ad Apoſtolicæ, de ſentent. & re iudicat. in 6. cum Gloſſa ibidem. Nihilominus hæc explicatio mihi minus placet; non enim Chriſtum Ieſum ab initio mundi homines ſibi
ſubditos diſpoſuiſſe ſignificauit Gregor. ſed 2.
Deum qui vſque adeo pacificus mundi gubernator eſt, & pacem ſibi ita attribuit, vt aliquando dicatur Deus pacis, 2. Cor. 13. num. 11. aliquando pax Dei, ad Philippen. 4. num. 7. & ita declarat Ioann. Calderin. & Ioann. Andr. 2. loco. Item Ioann. de Imol. ibidem, num. 1. Bald. num. 4. Anton. Butr. & Ioan. de Anan. ad initium proœmij verbo, Rex pacificus. Dices poſſe declarari illos priores interpretes de Chriſto, ex ea qua Deus erat; quod ſignificauit Ægid. Bellamer. qui nomine Regis Chriſtum; nomine pacifici Deum expoſuit.

Reſpondeo,

Reſpondeo, licet hæc interpretatio permitti poſſit cum eo addito, ſimpliciter tamen minus propria locutio eſt; quamuis enim Chriſtus Dominus poſt Verbi incarnationem multa opera fecerit, quatenus Deus erat: videlicet dimittere peccata Ioanni Baptiſtæ in matris vtero: ſanctificantem gratiam impertiri. Ventis & mari tranquillitatem imperare, aliaque miracula pèr humanitatem tamquam diuinitatis organum propria virtute operatus ſit, non tam propriè loquimur ſi dicamus Chriſtum quatenus Deum ante Verbi diuini hypoſtaticam vnionem in vtero Deiparæ factam diuina prouidentia ab initio mundum gubernaſſe. Nam Chriſti nomen ſupponit pro compoſito ex natura diuina, & humana in Verbo ſubſiſtente, quod compoſitum non fuit ante Verbi incarnationem. Nam iuxta veram Patrum doctrinam ex illo dumtaxat momento, quo Verbum caro factum eſt, Verbum appellatur Chriſtus, vt docet Athan. in ſerm. Epiphaniæ. Cyrill. lib. de recta fide ad Theod. longè à medio, & lib. 1. de recta fide ad Reginas, paulò poſt princ. Damaſc. lib. 4. de fide cap. 6. Et hoc ſine controuerſia eſſe apud Catholicos certiſſimum teſtatur Vaſq. in 3. par. diſput. 67. cap. 4. num. 14. Ergo nomine Regis pacifici propriiſſimè loquendo non Chriſtus intelligitur, ſed Deus ipſe vnus & trinus, qui indiuiſa perſonarum operatione, antequam ipſe fieret homo, totius orbis fabricam molitus eſt, in eoque hominem pacificum, id eſt ſecum pacem habentem ſubiecto rectæ rationi appetitu procreauit, & omnes pacificos eſſe voluit.

3. Vnde ſecunda dubitatio naſcitur, quos vocet Gregor. *pudicos, pacificos, & modeſtos?* Et, ni fallor, alludit ad locum Eccleſiaſtes cap. 7. num. 30. *Solummodo hoc inueni quod fecerit Deus hominem rectum*; quem locum exponit Auguſtin. lib. 14. de ciuit. cap. 11. & 27. item de corrept. & gratia cap. 10. Hieronym. ibidem, & lib. 1. contra Iouin. D. Thom. 1. par. quæſt. 95. artic. 1. & recentiores ad literam de prima noſtrorum parentum iuſtitia originalique rectitudine in qua à Deo creati ſunt cum ſubiectione partis ſenſitiuæ ad rationalem, poſt primam tamen peccati labem, amiſſa originali iuſtitia, proprio arbitrio relicti, ad malum proclinant, appetituſque contra naturalis iuris dictamina, & rectæ rationis imperium conſurgit, & voluptatem præfert honeſtati. Vnde verba, quæ ſequuntur, *Et ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus.* declarat Hieronym. ibidem hoc modo. quia homo vitio ſuo ad peiora per liberum arbitrium delapſus eſt, maiora quærens, & vltra vires cogitans; & concinit Bonauent. qui in prologo 2. ſentent. ait: *Tunc enim homo rectus eſt, quando intelligentia adæquatur ſummæ veritati in cognoſcendo: voluntas conformatur ſummæ bonitati in diligendo; & virtus continuatur ſummæ poteſtati in operando.* Et concludit, *Immiſcuit igitur ſe homo in infinitis quæſtionibus per curioſitatem, dum cecidit à veritate in ignorantiam: per cupiditatem, dum cecidit à bonitate in malitiam; per inſtabilitatem, dum cecidit à poteſtate in impotentiam.* Ad hunc ergo ſcripturæ locum alludens noſter Pontifex. Gregor. vt etiam ſentit Calderin. num. 50. & Ioann. de Imol. num. 10. oſtendit quomodo Deus in prima parentum creatione eos fecerit pudicos, pacificos, & modeſtos. Quia ſicut bene aduertit Anton. Butrio hîc, num. 3. vt homo in hac vita ſecundùm Deum & bonos mores honeſtè viuat, *debet eſſe,* ait, *pudicus in ſe, pacificus quoad alios.* Et ita ſanè modeſtus erit, quia totius honeſtatis modum, ac virtutis medium tenebit. Huc pertinet illa adæquata diuiſio virtutum moralium, quam tradit D. Thom. 12. quæſt. 60. artic. 2. nempe virtutes aliæ circa paſſiones, aliæ circa operationes verſantur. In qua diuiſione nomen commune operationis reſtringitur ad illam virtutis ſpeciem ſubalternam, quæ eſt ad alterum. vt Caietan. Lorca, cæterique Thomiſtæ ibidem aduertunt. Quamobrem, qui proprias paſſiones rectè moderatur, actus virtutum exercet, quæ includuntur in primo membro, & hic pudicus dicitur à Gregorio, qui operationes in ordine ad alterum rectè dirigit, alterius membri virtutes colit, & pacificus nominatur: vterque verò modeſtus eſt, & temperatus, quia vel in ordine ad alterum modum virtutis conſequitur.

4. Patet ex dictis quinam pudici, & pacifici nomine comprehendantur. Hos ergo non modò Summus Pontifex ſibi ſubditos habere præoptat, ſed etiam Imperator, qui in authent. de Lenonibus; §. ſancimus, collat. 3. ita ait: *Sancimus igitur omnes quidem ſecundum quod poſſunt caſtitatem agere, quæ etiam ſola Deo cum fiducia potis eſt hominum animas præſentare.* & in procemio Inſtitut. legibus armata proponitur Imperialis Maieſtas, vt tempus pacis rectè poſſit gubernare, & per legitimos tramites calumniarum iniquitates expellat. vt tamen quales deſiderat ſubditos, Princeps faciat pudici, & tranquilli animi exemplo præluceat, idcirco enim exorditur Gregor. à Rege pacifico. Vnde id primò notauit Abbas hoc loco oſtendi, qualis eſſe debeat princeps, videlicet pacificus, & talis quales vult ſubditos. & Aldericus de Roſa in l. decernimus, in princip. c. de ſacroſanct. Eccleſ. dixit Regem diuinæ Maieſtatis imaginem eſſe, qui non debet ſæuire in ſubditos etiam infirmos. & ex Regis inſignibus, eiuſdem prærogatiuas colligere licet. Annulus enim pacis, fidei, fœderiſq; putatur indicium. iuxta cap. noſtrates, 30. quæſt. 5. ſceptrum iuſtitiæ adminiſtrandæ officium deſignat, de quo Hieron. relatus in cap. Regum 30. q. 5. Gladius ſcelerum vindictã denotat ex eodem Doctore in cap. non ſolum, eadem quæſt. *non enim ſine cauſa gladium portat,* vt ſcribit Apoſt. ad Roman. 13. Denique purpura, & diadema excellentiam & maieſtatem repræſentant per cap. Conſtantinus, diſt. 96. & cap. duo 12. quæſt. 2. Verùm de hac re conſulantur qui de Chriſtiano principe ſcripſerunt, præſertim Patres Ioann de Torres, & Petrus de Ribadan.

5. Tertia dubitatio eſt, de quanam cupiditate agat Pontifex ibi, *ſed effrena cupiditas.* quamuis enim illam multis probroſiſque nominibus compellarit, adhuc à nonnullis minùs

cognita eſt. Etenim auaritiam, quæ dicitur A
cauſa omnium malorum, in cap. bonorum, diſt.
47. gloſſ. interpretatur; idemque Abbas docet
hoc loco poſt princip. Caldenn. num. 51. An-
ton. Butr. num. 15. poſt Ioann. Andr. qui-
bus ſi opponas, illam contrarietatem, quod
ſui prodiga dicatur; cùm auaritia ad alterum
liberalitatis extremum pertineat, non ad pro-
digalitatem: reſpondent cum gloſſ. eſſe pro-
digam in euacuatione virtutum, licet auidiſ-
ſima ſit in retentione temporalium. verùm hæc
reſponſio potius moralis quàm literalis vide-
tur. Nam quis vnquam dixit auaritiam virtu-
tum, quas non habuit iacturam facere, eaſ-
que prodigere virtutes, quas numquam aſſe-
quuta eſt? Deinde prodiga dicitur auaritia ſui,
non alieni. quantò igitur minus ad vitium per-
tinet virtus, ab eoque aliena eſt, tantò diffici- B
lius intelligitur, quod auaritia virtutem pro-
fundat, quando ſui prodiga cenſetur. Quam-
obrem cupiditatis vocabulum non pro aua-
ritia prodigalitati oppoſita, ſed magis in ge-
nere pro concupiſcentia actuali, vel habituali
in malum prona intelligenda eſt, de qua tam-
quam malorum omnium radice loquitur tex-
tus in cap. quia radix, de pœni. diſt. 2. & quam
charitati oppoſitam facit, quia claritatem
accipit pro amore honeſti & boni: cupidita-
tem verò pro concupiſcentia mali, & illiciti.
ita etiam 2. loco declarauit Calderin. num. 51.
& Ioann. Imol. num. 1. notab. 5. & num.
10. oppoſ. 7. Siue igitur intelligatur appetitus
ſenſitiuus originalis peccati corruptela in ſta-
6. tu naturæ lapſæ ad malum procliuis, ſiue
qualibet actualis concupiſcentia inhoneſti & C
illiciti, meritò dicitur cupiditas ſui prodiga,
non quod virtutes prodigere ſeu perdere exi-
ſtimetur, quas nec habet, neque ad ipſam
pertinent, ſed quod ſeipſam perimat, & con-
cupiſcendo plus nimio illam etiam, quam
concupiſcit voluptatem amittat. aurum in-
exhauſta ſiti cupit auarus, & vt illud coacer-
uet ſe victu defraudat, ſuamque concupiſcen-
do edendi perdit cupiditatem. turpis carnis
illecebra captus vſque adeo luxuriæ indulget,
vt corruptis ipſius naturę organis ſuæ volupta-
tis oblectamenta natiuo calore deperdito non
ſentiat, & ſic verè ſui prodiga cupiditas inte-
rit. immo ſola aſſuetudo, & concupiſcendi
facilitas ipſam tollit cupiditatem, vt optimè
Plinius Iunior aduertit lib. 8. epiſt. 20. *Om-
nium*, inquit, *rerum cupido langueſcit cùm fa-
cilis occaſio eſt.* D

Hæc cupiditas eſt illa pacis æmula, litium
mater, iurgiorum fons, ſcaturigo vitiorum,
ſcelerum ſentina, quæ ſemper aliquid ſobti-
lius, vel elegantius excogitat, vſitata con-
temnens, vt Seneca 6. quæſtionum natural. §.
ex cauſa, de loxuriæ furore tradidit. hæc deni-
que hominem ad iuſtitiæ rectitudinem à Deo
creatum infinitis quæſtionibus immiſcet. no-
ſtram declarationem Gregoriana illatio con-
firmauit, dum illam cupiditatem noxium ap-
petitum nuncupauit. *Ideo*, ait, *lex proditur, vt
noxius appetitus ſub iuris regula limitetur.* ex
hominis licentioſo concupiſcentiæ conatu le-
gis neceſſitatem deduxit. Vnde 4. naſcitur
7. dubitatio qualis ſit neceſſitas legis poſitiuæ
humanæ. nam præter naturalem legem ſatius
videbatur, reſpublicas rectis iudicũ arbitriis,
ſapientiſſimorumque magiſtratuum præcep-
tis gubernari, quàm tot poſitiuis legibus con-
ſtringi. Primò, quia Iuſtinus lib. primo hiſtor.
ait olim populos ſine vllis legibus ſolo prin-
cipum arbitrio gubernari ſolere, nec Roma-
na Reſpublica, authore Liuio lib. 2. per 300.
annos aliquem habuit poſitiui iuris vſum: ſic
vt igitur in illa primæua ætate nulla opus fuit
humana lege in hac noſtra: *quid leges ſine mo-
ribus ſanæ proficiunt?* vt cecinit Horat. lib. 3.
Carmin. ode 24. Secundò, vt docet Pierius
lib. 26. de Araneo, cap. 50. humanæ leges
aranearum telis æquiparantur. nam vt iſtis
muſcæ puſilla animalia ſolent irretiri: valen-
tiora verò perrupto textu facile quoquo libue-
rit, elabuntur. ita leges miſeram plebeculam
conſtringunt, à potentioribus tamen reſcin-
duntur. quam ſimilitudinem Valerius Maxi-
mus lib. 7. cap. 2. Anacharſi, Plutarchus
verò in Solone tribuit Zeleuco. 3. In ægritudi-
ne quid proſunt medicinæ libri, niſi infirmus
medicũ vocet, & ipſius ſe regimini ſubmittat?
ne quicquam à libris ſanitatem efflagitat: ſed
leges ſunt veluti medicinæ libri, Rex verò &
iudex eſt iuſtum ipſum animatum ſeu iuſtitia
viuens: vt docuit Ariſtot. 5. Ethicorum, cap.
4. Ergo ſuperuacanea lex eſt. 4. illa optima eſt
regiminis ratio, quæ fortior ſimul, & ſuauior
æſtimatur: vt pote diuinæ gubernationi magis
conformis, quæ ex Sapient. 8. *attingit à fine
vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſua-
uiter*: ſed ſuauius, & efficacius homines à ma-
giſtratibus, quàm à legibus gubernantur: illæ
enim duriſſimæ, ſeruatu difficiles, item mor-
tuæ, ac generaliter latæ, caſus particulares non
reſpiciunt, iuxta l. 3. iura, l. 9. neque, l. 11. non
poſſunt, ff. de legib. Meritò igitur Plato bonos
magiſtratus bonis legibus prætulit. Nam hæ
abſque illis prorſus inutiles ſunt. nullus enim
eas ſeruabit, ſi magiſtratus timor non vrgeat.
at magiſtratus ipſi ſibi ſunt leges, ita de Plato-
ne docet Gregor. Toloſan. lib. 4. de repub.
cap. 5 num. 1. & Marſilius Fiſcinus argumen-
to in 6. dialogum Platonis, qui dicitur de iu-
ſtitia, ſeu republica.

Nullum tamen ex his, & ſimilibus argu- 8.
mentis humanarum legum neceſſitatem con-
uellit, quæ tot rationibus, & textibus corro-
boratur, nam leges honeſtatem tuentur, cap.
porrò, 35. quæſt. 5. vtilitatem conſequuntur,
cap. tali 1. quæſt. 7. negligentiam remouent,
cap. volumus, diſtinct. 89. diligentiam con-
ciliant, cap. peruenit, diſt. 18. oppreſſionem
vitant, cap. prædicator, 16. quæſt. 1. ſobie-
ctionem ſeruant, cap. eſto ſubiectus. mota ne-
gotia terminant, auth. vt facta nouæ conſtit.
collat. 5. in principio metu pœnæ ex impiis
pios, & ſpe præmii ex bonis efficiunt meliores.
l. 1. ff de iuſtit. & iur. plura huius neceſſitatis ar-
gumẽta videri poſſũt apud Rebuff. in procem.
reg. conſtit. gloſſ. 1. num. 14. Sebaſt. Medic.
in repetit. cap. erit autem lex, diſt. 4. num. 5.
Hoſtien. in Summ. de conſtitut. §. quæ eſt
cauſa, conſtit. ſanè Ioſeph. Stephanus de vnica
relig. cap. 1. Iulij ſententiam commendat,
quippe qui de legibus dixerit, *ſalus noſtra, ſalus
legum*

Digitized by Google

legum eſto. quamobrem meritiſſimè Gregor. A in noſtro procemio legis oſtendens neceſſitatem ait, *lex proditur, vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur.* cui concinit Leo Imperator qui in procemio conſtitutionum nonnullarum ita loquitur, *ſunt leges tamquam cuſtodes vitæ noſtræ, & medici, dum mala ne oriantur, impediunt, & quæ irrepſerunt corrigunt, & euellunt,* & conſtitutione 19. *qui leges*, inquit, *reipublicæ oculos eſſe dixerit, is profectò nihil indecens pronuntiauerit: quemadmodum enim res maxime neceſſaria eſt animali non titubans oculus: ita & reipublicæ legum æquus & rectus ſtatus.* Iam verò Iuſtinianus Imperator in procemio inſtitut. dixit, *Imperatoriam Maieſtatem non ſolum armis decoratam, verum etiam legibus oportet eſſe armatam.* Et in l. vnica de nouo B C. confirmando ſic incipit. *Ex præcepto huius almæ vrbis Conſtātini conſulis, ac patrij ſummæ Reipublicæ initio de ſtirpe duarum rerum, armorum ſcilicet atque legum venient, &c.* Denique quàm neceſſaria eſt homini vita, & viatori in tenebricoſa nocte lux, & patens via, ac in difficillimis humanæ vitæ caſibus conſilium, tam neceſſariam eſſe legem, & ſapientis conſilium Spiritus ſanctus indicauit prouerb. 3. num. 21. *Cuſtodi legem atque conſilium, & erit vita animæ tuæ,* & cap. 6. num. 23. *Mandatum lucerna eſt lex, & lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ,* & ne crederetur de lege tantum diuina fuiſſe loquutum cap. 8. num. 15. ait, *per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* quod Auguſt. tract. 6. in Ioannem expoſuit his verbis, *ipſa iura humana per Impe-* C *ratores Deus diſtribuit generi humano: tolle iura Imperatorum, & quis audet dicere, mea eſt illa villa? &c.* Rationis Theologicæ loco Gregorij diſcurſus inſeruit. ille enim in veritate Theologica fundatur, nempe in appetitus humani corruptela, qui poſt naturæ lapſum, relicto peccati fomite in malum proclinat; cui legis frænum imponi neceſſe eſt, ne ad iniqua effræni impetu rapiantur.

Ad primum in oppoſitū reſpondetur quod ex illa primæuæ ætatis experientia homines addiſcere potuerunt, iuris poſitiui humani
9. vſum non modò vtilem, ſed omnino neceſſarium eſſe, quæ enim experti ſunt incommoda, hanc legum neceſſitatem manifeſtarunt. Viderunt enim ciuitatem ſine legē, vt corpus ſine mente, ſuis partibus, & neruis ac ſangui- D ne, & membris vti non poſſe. vt Cicero pro Cluentio teſtatus eſt. & quamdiu homines ſine legibus viuebant, nihil à feris atrociſſimis diſcrepabant, vt docuit Plato 9. de legibus. & hanc cauſam reddit rationi ſuperius traditæ congruentem. *Nullius hominis ingenium ita à natura inſtitutum eſt, vt quæ ad publicum humanæ vitæ bonum conferunt, ſufficienter cognoſcat; ac ſi cognouerit, vt optimum, id quod nouit ſemper agere poſſit, ac velit.* quamuis enim Plato ſtatum naturæ lapſæ non agnouerit, ſatis tamen expertus eſt, quot erroribus in homine facultas cognoſcendi, quot vitiis virtus appetendi obnoxia ſubiaceret, niſi lex mentem colluſtraret, & prauam appetitus propenſionem caſtigaret. Horatius in loco citato vim cogentem in magiſtratibus exoptat, ne leges prauo vſu abolitæ vaniſſimè chartas complerent, vt verſiculus antecedens demonſtrat, *ſi non ſupplicio culpa reciditur, quid leges? &c*

Ad 2. 3. & 4. dico illa tantum oſtendere 10.
leges ſine Regis ac Magiſtratuum cogente potentia, nihil, aut parum efficere; vel ſi cum acceptione perſonarum humani iuris obſeruatio vigeat. Nam ſi bona lex, & bonus Rex ſeorſim conſiderentur, & ad inuicem conferantur, ita vt altero carēre neceſſe ſit, non dubito bonum Regem recto reipublicæ regimini magis profuturum, quàm bonum ſed inermem impotentemque legem. Verùm nos aliam facimus comparationem, nimirum vtrum ſatius eſſet Rempublicam à Magiſtratu ſine legibus ſolo naturalis dictamine arbitrio iudicante, an ſuperaddito legum adminiculo gubernari. & hoc ſecundum tenet receptiſſima Philoſophorum, ac Theologorum
ſententia cum Ariſtotele 2. politic. cap. 7. & 11.
3. cap. 12. D. Thom. 12. quæſt. 95. artic. 1. ad 2. & 3. reliquos authores citatos reperies apud Bellarm. 3. de laïcis cap. 10. Valent. tom. 2. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 3. Vaſq. diſput. 152. ad primam 2. cap. 3. num. 36. Simancas 4. de Repub. cap. 18. Rebuff. in procem. reg. conſtit. gloſſ. 1. num. 13. & inter varias rationes, quæ ab his afferuntur, hæ ſunt præcipuæ. Prima, quia cùm leges generaliter ferantur, & in futurum, minus periculum eſt inordinati affectus in iis condendis, quàm cùm iudices de præſentibus, & determinatis caſibus diſponunt, in quibus ſua ſæpè, ſuorumve vtilitas, aut vindicta inimicorum permiſcetur; nam tunc facile errat oculus vbi errat affectus, & nunc metu, nunc præmio, ſæpe amore, aut odio iudicium præuertitur. iuxta cap. quatuor modis, 11. quæſt. 3. 2. leges maturiori iudicio maiori conſultatione ſolent, & debent promulgari, quàm particularium cauſarum deciſiones. Vnde de Alexand. Seuero dixit Rebuff. citatus num. 21. numquam legem tuliſſe, quin priùs viginti ſaltem iuris peritos, & quinquaginta diſertiſſimos viros conſuluiſſet. ſimile eſt illud Chiriaci Strozæ monitum, qui lib. 7. de repub. poſt libros Politicorum Ariſtotelis ait, *Ad ferendam legem qui animum adiecit, neceſſe habet Minoris inſtitutum tenere: ferunt enim Minorem annis nouem Gnoſio in antro latuiſſe, ibiq; legum ferendarum rationem à Ioue ſumpſiſſe.* & quicquid ſit de Minoris fabula, de Moyſe ſacra narrat hiſtoria, non vt conderet, ſed vt acciperet à Deo legem quadraginta dierum ſpatio ieiunum ſenſim à populo, & reliquis principibus cum Deo egiſſe, Exod. 24. quod optimè D. Auguſtin. in ſerm. 65. de tempore adnotauit: *Moyſes*, ait, *primus quadraginta diebus ac noctibus cum ieiunaſſet, legem Domini accipere meruit, per quam populis imperaret.* 3. quia facilius inueniri poſſunt pauci ſapientes, ac probi, à quibus accuratè, diligenterque optimæ leges dictentur, quàm tanta iudicum multitudo, quanta opus eſt, vt tot mandata prudenter & opportunè promulgent, quot in vno regno ferri expediunt. vnus enim princeps quantumuis prudentiſſimus, omnibus cauſis

dirimendis, & negotiis ſui regni tractandis non ſufficit. eoque vita functo omnia denuò à ſucceſſore inſtaurare oporteret. Neceſſaria igitur eſt iuris regula, per quam genus humanum, vt honeſtè viuat, alterum non lædat, ius ſuum vnicuique tribuat, informetur. ad quæ tria omnia iuris præcepta reducuntur l. 10. iuſtitia, ff. de iuſtit. & iur. & in illo duplici virtutum genere continentur. primum eſt; quod hominem in ordine ad ſe moderatur, ſecundum ad alterum: vt notat Gloſſ. hîc, cui concinit gloſſa ciuilis in l. 10. citatam verbo, *honeſtè*. & ſequent.

12. Narratio præmij ac operis commendatio incipit à verſic. ſanè, & eſt huius compilationis vtilitas, immò, & neceſſitas, quæ oſtenditur. primò ex diuerſitate voluminum in quibus aliæ compilationes continerentur. 2. ex ſimilitudine & contrarietate caſuum, quæ prolixitatem, & confuſionem parere ſolent; & facit Gregorij diſcrimen inter conſtitutiones, & decretales epiſtolas, de quo in diſp. 1. ad tit. de conſtit. agedum. concordat Iuſtinian. l. vnica de nouo C. facien. ibi, *multitudine conſtitutionum*, &c. & l. ſequenti de nouo C. confirmando, vbi, *cùm ſit neceſſarium multitudinem conſtitutionum*, & item l. vnica de emendatione, C. adhuc clarius in princip. *Conſtitutiones, quæ in diuerſa volumina fuerant diſperſa, & quamplurima ſimilitudine, nec non diuerſitate vacillabant.* Denique in proœmio ff. verſ. *& antea quidem*, paulò poſt princip. Verùm quia aliqua videtur obſtare huic reſolutioni, ſecúda eſt in ordine dubitatio, quomodo Pontificis verba debeant intelligi, quando ſe vitare dicit ſimilitudinem, & contrarietatem caſuum, & conſequenter ſuperfluitatem, & confuſionem. Nam in his quinque libris multi ſunt caſus ſimiles. nam cap. cognoſcentes; & cap. quoniam de conſtit. tam ſimiles ſunt vt eorum ſumma oſtendit. Item cap. ſi quando, de reſcript. ſimile quid continet, atque cap. cùm contineamur, de præbend. Deinde cap. cùm Venerabilis, de except. habetur cum eadem ferè doctrina ſub titulo de relig. domib. & plures alij textus ſub diuerſis titulis ſimiles paſſim occurrunt. Imò non modò ſimiles, ſed etiam repetiti totidem verbis, vt patet in cap. ſignificantibus, de oblation. libelli, & de appellation. Ex alia parte etiam non deeſt contrarietas textuum in hac compilatione, vt apparet in cap. 1. de reſcript. comparato cum cap. ex parte, de offic. iudic. de leg. vnde Hoſtien. gloſſam. redarguit; eò quod dixerit in hac compilatione nihil eſſe contrarium, cùm tamen cap. vt debitus, de appellat multa corrigat iura præcedentia, item cap. de multa, de præbend.

13. Ad primum de ſimilitudine textuum, dico Gregor. loqui de ſimilitudine nimia, hæc enim ſolum ſuperfluitatem inducit, aliqua enim ſimilitudo inter textus maximè iuuat, vt ſeſe ad inuicem confirment. tunc verò non cenſetur nimia ſimilitudo, quando licet in aliquibus conueniant, in aliis tamen differunt, & ſimpliciter diuerſæ ſunt deciſiones. & ſæpe multa videntur ſimilia, quæ reuera non ſunt, iuxta caput, nuptiarum, 27. quæſt. 1. vnde illa duo capita de conſtitut. ita ſimilia ſunt, vt cap. quoniam ſupra, cap. cognoſcentes, aliquid addat, vt infra dicemus. idemque de cæteris dicendum cenſent Calderin. hîc, num. 57. Ioann. de Imol. num. 2. & 11. Antonius de Butrio, num. 9. & alij communiter, quando verò aliqua clauſula, vel totus textus repetitur in diuerſis titulis, vel fit propter ſeparationem difficilem, ſi enim aliqua clauſula ſeparetur ab aliis quibus eſt annexa, totus deciſionis ſenſus confunderetur, qui in illa fundatur, aut per illam declaratur, vel contingit propter diuerſum effectum, ſeu reſpectum, v. gratia cap. ſignificantibus, ad oblationem libelli, & ad appellationem, qui ſunt diuerſi effectus, in diuerſis titulis collocatur. & concordat ſecundum Antonium de Butrio vbi ſuprà, l. cùm fundus, §. ſeruum tuum imprudens, ff. ſi certum petatur: vincta, l. ſi ſeruus. §. ſeruum tuum imprudens, ff. de action. empt. & alia iura notata per Ioann. Andr. in dictum cap. ſignificantibus, & in cap. à nobis de Iure patronat. Tandem addit Calderin. num. 57. ex hoc ſatis oſtendi nihil in rebus humanis ita perfectum, quod amplius perfici non poſſit, neque hanc humanam imbecillitatem denegat Flauius Imperator in l 2. citata, §. ſed quid autem· *quia*, inquit, *omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, diuinitatis magis quàm mortalitatis eſt.* Ad 2. de contrarietate, reſpondetur aliqua iura ad ſpeciem ſibi videri contraria; ſed reuera non ita eſſe; & omnes oppoſitiones rectè ſolui poſſe, vt Deo dante in ſequentibus faciemus. Ij verò textus, qui alios priores corrigunt, ita illis contrariantur, vt prioribus reuocatis poſteriora tantum iuris vigorem retineant, atque adeo contraria non ſuperſint, vt bene notauit Ioann. de Imol. hîc, num. 4. neque illi textus priores reuocati à poſterioribus ſuperflui ſunt. quia ius antiquius oſtendunt, & ad diſcernendam iuris æquitatem conducunt.

Narrationem perſequitur Pontifex, & compilatorem Raymundum indigetat, de quo in prima difficultate cap. 1. egimus. denique concludit duo præcipiens: primum, vt tam in ſcholis quàm in iudiciis hæc compilatio ſola in vſu ſit. 2. ne quis aliam abſque ſpeciali Apoſtolicæ ſedis authoritate edere præſumat. ſed contra primum, 6. & vltima dubitatio ſuboritur, quia multæ ex his decretalibus indulgentiam & ſpecialem diſpenſationem, ſeu priuilegium, continent; vt in capite, qua diligentia, & cap. quod ſicut, de elect. cap. veniens, & ſequens de filiis presbyter. cap. conſtitutus, de conſtitut. præbend. & ſimilibus. Sed his vti non poſſumus, quia ius commune non inducunt, neque ad conſequentiam trahi poſſunt, cap. petiſti 7. quæſt. 1. & cap. quæ exorbitant, de regul. iuris in 6. ergo hoc dubium tetigêre gloſſa verbo, *in iudiciis* item Ioann. Calderin. num. 58. Anton. de Butr. num. 14. poſt Hoſtienſem & Ioan Andr. Idem Imol. §. volentes, num. 4. poſt Philip. ac diuerſimodè reſpondent primò omnes has decretales ad iudiciorum vſum dirigi, quia propoſitio eſt indefinita, quæ non modò per regulã logicæ ſæpè æquipollet vniuerſali: ſed etiam iuxta cap. ſi Romanorum, 19. diſt.

Google

19. diſtinct. & cap. quia circa, de priuileg. concordatque l. 9. ſi cui, ff. de ſeruitutibus, & l. 22. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrbanor.
14. prædiorum; neque propter vnam vel duas, aut plures decretales, quæ ſpecialem indulgentiam, ac diſpenſationem reſpiciant, deſinit eſſe doctrina generalis, ſimiliter in cap. reuera, de conſecrat. diſtinct. 2. ait Ambroſ. *Qui panem illum manducauerũt, omnes in deſerto mortui ſunt*: & tamen eacipiuntur expreſsè ab ſcriptura Caleb. & Ieſue, Num. 14. num. 30. immò alios nominatim non acceptos ſub illa mortis ſententia ante ingreſſum terræ promiſſionis non fuiſſe comprehenſos probant Lor. & Cornel. ibidem: ſolum enim eos qui contra Dominum murmurarunt, hoc capitis ſupplicio puniendos dicit ſcriptura ibi, num. 29. *In ſolitudine hac iacebunt corpora veſtra, omnes qui numerati eſtis à viginti annis, & ſupra; & murmuraſtis contra me, non intrabitis terram ſupra quam leuaui manum meam, vt habitare vos facerem.* Sicut ergo in illo teatu Ambroſ. paucos eaceptos non curat, ita neque illas paucas decretales tollere doctrinam generalem, quia parum, & nihil æquiparantur, l. 4. ſed ſi ex parte non modica, ff. quod cum eo qui in aliena poteſtate, & l. 7. illud quoque, de tribut. actione, notatq; in gloſſa verb. nihil cum, l. minus, de verbor. ſignification. & l. verbum amplius, eod. tit. Gloſſ. in cap. ſi proponente, de reſcript. verb. *minus*, plura iura referens Hippolyt. ſingular. 276. Tiraquell. in tract. de iudicio in rebus exiguis, verſic. 8. Surd. conſil. 192. num. 2. Couarr. lib. 2. variar. reſolut. 18. reſolut. num. 6. Bartol. & alij doctores in authent. præterea C. vnde vir & vxor, &c. q. final. Bartol. ſoc. conſil. 30. num. 3. volum. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 97. num. 17.

15. Verùm hæc reſponſio facile vrgeri poteſt, quia de paruo, & modico ſæpe habetur ratio, non enim ſolum maiora, ſed minora furta curantur, iuxta cap. fur. 14. quæſt. 6. & qui vnum modicum beneficium tacuit, quod habebat, fraudulentam, & inualidam facit alterius impetrationem, iuxta. cap. ſi proponente citatum. Vnde in cap. de appellationib. ſub titulo, de appellation. pro cauſis minimis non minus, quàm pro maiorib. appellari poſſe decernitur, quamobrem Ioann. Imol. citatus in 2. oppoſition. cum Bartol. diſtinguit & in remediis extraordinariis, quale eſt illud quod inducit reſtitutionem contra ius commune, modicum non curatur, ideoque de paruo damno non datur reſtitutio in integrum, cap. 1. de in integr. reſtitut. l. 22. ſi proprietarius, ff. de damn. infect. In ordinariis tamen remediis de modico habetur ratio, vt in iuribus allegatis; quare cùm noſter caſus de ordinario decretalium iure loquatur ab omnibus generaliter recipiendo, & ad vſum ſcholarum, ac iudicor. reducendo, nulla illius pars etiam minima, talis eſſe debet, quæ prædicto vſui non inſeruiat; quamobrem reſpondent 2. gloſſa & doctores citati, hunc locum intelligendum eſſe diſtributiuè nimirum, quod dicitur *in ſcholis* referendum ad decretales omnes, ſiue contineant indulgentiam, ſiue ius commune, illud verò, *in iudiciis* intelligendum reſpectu decretalium, quæ ius vniuerſale concernunt. Adhuc tamen inſtare poſſumus contra hanc ſecundam ſolutionem, quia decretales continentes indulgentiam, ſeu diſpenſationem, ad ſcholas pertinent non ſine fructu, ſed cum ordine ad praxim iudicialem: ergo non minus oportet in iudiciis, quàm in ſcholis ſcire, vbi, & quando ſit diſpenſandum; ideo enim ponitur titulus de priuilegiis in hac compilatione, item in 6. & in Clem. vt non ſolum in ſcholis, ſed etiam in iudiciis ſciatur, quo pacto debeant diſpenſationes & priuilegia intelligi & eaplicari, & in iudiciis bene expedit ſcire, qois caſus egeat diſpenſatione, vt in aliis firmetur ius commune, quod poſſit diſpenſare Epiſcopus, quando illi permittitur: exemplo, cap. dilectus, de temporib. ordinan. & ius indulgentiæ ac diſpenſationis ſæpe habetur pro communi, & vt debitum peti poteſt, vt notauit Anton. de Butr. hîc, num. 18. ea cap. eaigunt, 1. quæſt. 7. & cap. Domino ſancto diſtinct. 50. Reſpódeo ergo cum eodem Butrio & Ioann. Imol. citato, etiam illa iura, quæ diſpenſationem & indolgentiam continent, vſui eſſe poſſe non modò in ſcholis, ſed etiam in iudiciis, ob rationes aſſignatas, & ſæpiſſimè ex particulari diſpenſatione generalis doctrina deducitur, quæ in iudiciis omnino tenenda eſt. Aliæ quæſtiones, quæ hîc ab authoribus excitari ſolent, ſub titulo de conſtitutionibus locum habent commodiorem.

Exponitur proœmium Sexti, authoris nomen operiſque inſtitutum aperitur, & ſeptem proœmij dubia ſoluuntur.

CAPVT III.

SExti decretalium auctor Bonifacius fuit, 1.
huius nominis octauus ex Illuſtriſſima Caietanorum familia natus, & in Cæleſtini locum Pontificatum renuntiantis ſuffectus, vt Platina, Illeſcas, aliique, qui de Pontificum vitis ſcripſerunt, vno ore teſtantur, concinit inſcriptio huius libri, quæ in Vaticano Codice aliiſque antiquiſſimis reperta ſic habet: *Incipit liber 6. decretalium Domini Bonifacij Papæ Octaui*, & licet Pontifex alioqui iuris vtriuſque peritia excelleret, aliis paſtoralis officii curis diſtractus, hanc compilationem ſolus non fecit, ſed alios ſibi adiutores aſciuit, qui in eadem præfatione nominantur: Nempe Guillelmus Ebruduni Archiepiſcopus, Berengarius Epiſcopus Biterrenſis, & Ricardus de Senis, Romanæ Eccleſiæ Cancellarius, & poſtea Diaconus Cardinalis ſancti Euſtachij: vt addit gloſſa hîc. Operis inſtitutum aperit Bonifacius poſt ſalutationem, quæ vt ſuprà diximus in altero proœmio præcedenti, ad omnes tum magiſtros, tum diſcipulos extenditur, ſiue in Bononienſi, ſiue in aliis Vniuerſitatibus verſarentur. Ait ergo Pontifex ſe pro ſubditorum vtilitate libentiſ-

ſimè laborare, & peruigili ſtudio quamplures
noctes ducere inſomnes, vt litigantium pro-
teruiam reprimat, & fraudulentam vaſro-
rum ſubtilitatem vincat, ac denique à ſanctæ
Eccleſiæ foro ſcandala propellat, præſertim
cum à multis eſſet requiſitus vt ex editis ex-
trauagantibus quæ poſt compilationem Gre-
gorij Noni à diuerſis Pontificibus emanarunt,
quæ teneri, quæque refutari deberent, dili-
genter edoceret; quod quidem efficere cona-
tus doctiſſimorum virorum opera adiutus,
multas, vel ſuperfluas, vel iuri contrarias
conſtitutiones in totum ſeu ex parte reſeca-
uit, aut in melius reformauit. Ex eis verò
ſextum librum confecit, vt ſenarij numeri
perfectionem adimpleret; & deinde quia ſi
ſub eiſdem titulis, libriſque Gregorij has De-
cretales collocari iuberet, multa deſtrui
vetera volumina, & noua cum magnis im-
penſis fieri oporteret. Tandem concludit tum
Doctoribus, tum ſcholaribus præcipiens, vt
librum hunc maturè compoſitum, & ad eos
ſub bulla tranſmiſſum, libenter ſubmiſſeque
recipiant, ac in iudiciis ſcholiſque illo vtan-
tur: cæteris conſtitutionibus omnino exclu-
ſis, quæ vel in hac, vel in illa Gregorij com-
pilatione non continerentur.

2. Pro concordia huius proœmij cum humano
& diuino iure præter ea, quæ de primo proœ-
mio diximus, notatur primo in eo quod dicitur
ſanctam Eccleſiam totius orbis obtinere ma-
giſtratum, concinere cum ſacra pagin. Ioan.
21. *Paſce oues meas*: nam poſtquam filios
Petro commendauit, *Paſce agnos meos*, oues
etiam illius magiſterio ſubiecit, vt commiſ-
ſio ad vniuerſalis Eccleſiæ regimen hoc ver-
bo compleretur; quod notauit Toletus cum
D. Bernardo, qui lib. 2. de conſiderat. ad
Eugenium. cap. 8. per oues non ſolùm Epi-
ſcopos, & Paſtores Eccleſiarum, ſed etiam
Apoſtolos ſignificari docet. Item confirma-
tur ex cap. 1. & 2. diſt. 21. cap. damnamus,
de ſumm. Trinit. cap. vno eod. tit. in 6. &
l. iubemus, C. de ſacroſanct. Eccleſiis, 2. cir-
ca labores, quos pro ſubditorum quiete ſubire
dicit Pontifex, & noctes inſomnes tranſire,
3. idem dicit Imperator in auth. vt iudices ſine
quoquo ſuffrag. in princip. & auth. vt diuinæ
iuſſion. & ſubſcript. habeant, in princip.
cum aliis textibus quos ibidem refert gloſſ.
prima, 3. de nonis litigiorum formis, quas
homines ſingulis diebus excogitant, & Pon-
tifex amouere contendit, verba videntur ac-
cepta, à l. 2. §. ſed quia diuinæ, C. de veter.
iur. Enucl. ibi. *Multas enim formas edere na-
tura nouas de properat*. ad quod alludens Boni-
facius ait, *Et quas humana natura nouas ſem-
per deproperans edere formas, lites quotidie in-
uenire conatur*. Vnde lubet aduertere proui-
dentiam, & induſtriam Pontificum, & Im-
peratorum æquiparari; ſicut enim illi *tam pro-
inde quàm vtiliter* compilationes conſtitutio-
num diuerſas effecerunt; ita hos in legibus ci-
uilibus colligendis *diuturna ſuper rerum com-
muni vtilitate cura ſolicitauit*, vt Iuſtinianus,
l. vnica de nouo Cod. faciendo in fine teſtatur,
item de emendatione C. in princip. immo ſi-
cut Bonifacius ait ſe ad correctionem mo-
A rum ſubditorumque quietem multa ſtatuiſſe
ſalubria etiam Imperator dicit, l. 1. C. de ſe-
cund. nupt. *ne in iis, in quibus correctionem mo-
rum inducimus, fiſci videamur habere rationem*.
4. denique cum Gloſſa, hîc verbo, Epiſcopus,
concordat optima Gloſſa 1. l. 1. tit 5. partit. 1.
& gloſſ. 1. l. 3. eod. tit. & gloſ. 4. ad l. 9.
eod. tit. in medio.

Aliqua nunc expedienda ſunt dubia, quæ
hoc loco authores mouere ſolent. Primum eſt, 4.
cùm Bonifacius antea dictus fuiſſet Benedi-
ctus, huius occaſione inquirunt doctores vn-
de prouenit nomina à Pontificibus mutari
quando ad ſummum Pontificatum aſſumun-
tur? Aliqui ſequuti Platinam in vita Sergij 2.
& vt refert Archidiac. ex Chronica Martini
exiſtimarunt ideo ſolitam fieri hanc nominis
B mutationem, quia Sergius ſecundus antea
Os porci appellabatur, & ob cognomẽti turpi-
tudinem, poſtea Sergij nomen accepit: Vnde
ad reliquos Pontifices hanc mutandi nominis
conſuetudinem manaſſe affirmant. Eamdem
rationem ex Alberto magno ſuprà, cap. 1.
Ioannis refert Turrecrem. in comment. ad
decretum Eugenij 4. de vnione Græcorum
in verb. Eugen. Menoch. de arbitr. iudic. ca-
ſu 318. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. cancell.
gloſſ. 1. num. 44. & alij apud Cenodo ad
ſext. Collectan. 13. num. 1. Verùm quod de
Sergio 2. dici ſolet, falſum omnino eſt. nam
hic numquam nomen mutauit, ſed antea Ser-
gius, ſicut & illius pater vocabatur. Sergius
tamen 4. cognomento Buccaporci nominatus,
non ob nominis turpitudinem, ſed ob reue-
C rentiam, cùm antea Petrus diceretur, ad Pon-
tificatum aſſumptus, Sergij nomen optauit, in-
dignum reputans eodem ſe vocari nomine,
quo Chriſtus Principem Apoſtolorum ex Si-
mone Petrum nominauit, vt teſtatur Baron.
in Annal. anno 1009. & Baouius, nec du-
bium faciat, quod idem Baron. anno 844.
hoc de Sergio 3. aſſeruit: nam Typographi er-
ror videtur, cùm inferiùs in Sergio 4. rei ve-
ritas à Baronio manifeſtetur.

Aptior illa eſt mutationis nominis ratio 5.
quam tradit Guido hoc loco cum gloſſ. verb.
Bonifacius. Geminianus ibidem num. 14.
quia omnis Chriſti actio noſtra inſtructio eſt,
iuxta cap. Deus omnipotens, 2. q. 1. cap.
exemplum, 12. quæſt 1. cap. ſolemnitates, de
conſecrat. diſtinct. 1. ſicut Chriſtus Simonis
D nomen in Petrum mutauit, & à petra nomi-
nauit, Matth. 16. & habetur in cap. ita do-
minus, diſt. 19. cap. in nouo, & cap. quamuis,
diſt. 21. cap. fidelior, diſt. 50. quo ſignifica-
ret Dominus Petrum in alterum virum tranſ-
ire, & ex nominis ſoliditate ſtabilem fidei
firmitatem poſſe coniectari: Ita reliqui Pon-
tifices ad ſupremam Pontificatus infulam eue-
cti, mutato veteri homine cum nomine no-
uum Chriſti virtutibus reformatum ſibi in-
duendum arbitrentur, quod non obſcurè ſi-
gnificauit Auguſtin. in cap. 1. Ioannis tra-
ctat. 7. cùm in Petri nomine Eccleſiæ Catho-
licæ firmitatem figurari teſtetur his verbis, *Si
antè vocaretur Petrus, non antè videres myſterium
petræ, & putares caſu eum ſic nominari, non pro-
uidentia Dei, ideo Deus voluit aliud vocari, vt*

ex ipſa

ex ipſa commutatione nominis, Sacramenti
6. *viuacitas commendaretur.* Neque Sergius
Quartus fuit prior qui nomen mutauit; Nam
Adrianus 3. qui multis annis illum præceſſit,
relicto Agapeti nomine, Adrianus dictus eſt,
& poſt illum, etiam ante Sergium, Stephanus
5. antea Baſilius vocabatur. Ab eadem veri-
tate deflectit ſenteotia, quæ ab Adriano 3. vſ-
que ad Dominum noſtrum Vrbanum Octa-
uum omnes Pontifices præter Adrianum 6.
& Marcellum 2. mutaſſe nomina, aſſeuerat;
quam ſequitur Auguſtinus. Barboſa Doctot
alioqui diligentiſſimus in Collect. ad proœ-
mium decret. §. verum, neque bene hoc tri-
buit Azor. lib. 2. inſtit. cap 43. quæſt. 5.
ille enim manifeſtè ait, eos Pontifices, qui
proximè ſequuti ſunt Adrianum 3. & Stepha-
num 5. nomina non mutaſſe; deinde inferius
addit hanc conſuetudinem poſt Ioann. 12.
paulatim introductam quaſi in legem tranſiſ-
ſe, licet Adrianus 6. & Marcellus 2. no-
mina ſua retinuerint. Itaque prætereos, multi
alij poſt Adrianum 3. nomina antiqua in Pon-
tificatu conſeruarunt, vt facile videre eſt apud
7. eos, qui de vitis Pontificum ſcripſêre. Hanc
motandi nominis conſuetudinem à priſcis
Romanis obſeruatam inuenio in Libertinis,
qui quando iure aurei annuli donabantur, ad
equeſtrem ſplendorem auocati, relictis no-
minibus antiquis veterum Romanorum no-
mina aſſumebant: ne obſoleti nominis nota
conſequotum honorem deturparet, vt do-
cet Alex. lib. 6. genial. dierum, cap. 29.
Alios, qui nomen mutarunt perilluſtres viros
meminit Menoch. de iudic arbitr. lib. 2. ca-
ſu 318. num. 8. Denique fauet huic conſue-
tudini ſacra veteris teſtamenti pagina: Nam
Deus promouens Abrahamum, & patrem
multarum gentium efficiens, proprium illius
nomen addita ſyllaba locupletauit, Geneſ. 17.
num. 5. quia vt ait Procop. hoc loco, nomen
quoque proficienti mutatur, quod quidem
non temerè fit, ſed vt ſit indicium ad melio-
ra progreſſus, quem ipſe cœperat, confir-
mando eius incrementa virtutis. Similiter
Moyſes nomen Ioſue impoſuit inſigni Iſraë-
lis Imperatori, cùm antea Oſee diceretur,
Num. 13. num. 17. ſiue hæc nominis muta-
tio facta fuerit quando Dux Iſraëlitici populi
contra Amalecitas conſtitotus eſt, illoſque
debellauit: vt ſentit Origenes, Auguſtin.
Lactant. Tertull. Theod. Serarius & Cor-
nel. ſiue quando miſſus eſt Legatus ad terram
promiſſionis explorandam: vt tenet Proco-
pius, Anaſtaſius, Nicænus, Ioſtinus, Oleaſter,
& etiam Auguſtious, quos relatos inuenies
apud Lorinum ſuper Numer. 13. cap.

Huius occaſione rogabis an liceat cuilibet
8. propria auctoritate nomen ſibi mutare? Re-
ſpondeo affirmatiuè, dummodo liber ſit, non
ſeruus, & non in fraudem faciat, probatur
ex l. 1. C. de mutat. nomin. vbi habetur. *Sic-
ut in initio nominis, cognominis, prænominis
recognoſcendi ſingulos impoſitio libera eſt priuatis,
ita eorum mutatio innocentibus periculoſa non
eſt; mutare itaque nomen, vel prænomen, ſiue
cognomen ſine aliqua fraude licito iure ſi liber es,
ſecundùm ea quæ ſæpe ſtatuta ſunt, minimè pro-*
A *hiberis: nullo ex hoc præiudicio futuro.* Clara
ſunt legis verba, & ſine controuerſia apud
Doctores: Itaque ſeruo nomen ſibi mutare
non licet, vt Bald. Angel. & alij ad citatam l.
docent. Felyn. in proœm. Gregor. num. 37.
Menoch. citatus, num. 18. Nec item cum
præiudicio, ſeu fraude alterius quod duplici-
ter contingere poteſt. Primò, ſi quis alterius
nomen aſſumeret non diſſimulata ſua perſona.
Secundò, ſi alterum ſe eſſe mentiatur, & cum
nouo nomine ſe alteram perſonam ſimulet.
Priori modo pœna falſi incurritur, vt docet
Bald. aliique in l. citata, Bartol. in proœm.
ff. veter. §. nos, & in l. falſi, ff ad l. Cornel.
de falſ. Gregor. Toloſ. lib. 36. ſyntagm. iur.
cap. 4. num. 1. quæ pœna falſi olim ſanctio-
ne, l. Syllæ dictatoris in homine libero erat
B aquæ & ignis interdictio, in ſeruo vltimum
ſupplicium, teſte Paulo Manutio, de legib.
Roman. Hodie verò ſeruis idem datur ſup-
plicium, liberis verò bonorum publicatio,
& deportatio, iuxta l. 2. ff. ad l. Cornel. de
falſ. vt notat Bonifacius Vitalinus in tract.
Maleficiorum, de pœna mutantis ſibi nomen.
Verùm cùm deportationis pœna nunc in vſu
non ſit, vt docet Menoch. de arbitr. iudic lib.
2. caſu 330. num. 5. & illius loco arbitraria
ſucceſſerit, ſequitur etiam in noſtro caſu pœ-
nam mutantis ſibi nomen ad fraudem, v. g.
creditoris, iudicum arbitrio relinqui. Vnde
Bartol. in l. qui ſub prætextu, ff. de ſacro-
ſanct. Eccleſ. dixit illum, qui per fraudem
Cleri nomen vſurpauit, pro motu Iudicis pu-
C niri, id eſt pœna arbitraria, vt declarat Felyn.
vbi ſuprà, num. 38. ſimiliter punitur, qui fal-
sò ſibi doctoris nomen arrogat, vt docent
Felyn ibidem, Bartol. in l. reddatur, C. de
profeſſ. & med. lib. 10. & in l. cos, § qui ſe
pro milite, ff. de falſis lap. allegat. 18. Rinc.
conſil 99. num. 6. Francus in cap. vt Apo-
ſtolica, num. 4. de priuileg. in 6. Barbat. cap.
1. de Magiſtr. Corſet. tract. de poteſt. & ex-
cellent. regis, quæſt. 90. cum aliis quos ſe-
quitur Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. ca-
ſu 318. num. 21. Hinc eſt, quod mercator,
qui per fraudem nomen, vel ſignum ſoum mu-
tat, pœna falſi plectitur, vt tenet Bald. in
Rubr. C. de fide inſtrument. nom. 12. ex l.
Paulus, ff. de ſolution. Felyn. in proœm.
Gregor. nom. 37. & de Notario idem docet
D Bald. in proœm. Cod num. 3. de eodem falſi
crimine accuſatur, qui nomen nobilitatis
falſo ſibi arrogat, vt poſt alios tradit Tira-
quell. de nobilitat. cap. 13. Reouff. in tract.
nominat. quæſt. 12.

Altero modo mutari poteſt nomen cum ſi-
mulatione alterios perſonæ ob vnius cum al-
tero ſimilitudinē, qualis fuit illa Iacobi fraus,
Geneſ. 25. cùm ſe Eſau eſſe ſimulaoit, qua
de re varia exempla refert Valer. Maxim. lib.
9. cap. 16. plura alia congerit Menoch. di-
cto caſu 318. num. 31. multos referens, qui
per hanc ſimulationem regnum impudenter
affectarunt, quam fraudem noſtra Luſitania
in multis ſycophantis experta eſt, qui Re-
gem Sebaſtianum mentiti, ad regnum fraudu-
lenter aſpirabant. Hos igitur vaferrimos ho-
minum impoſtores hodie pœna arbitraria

plecti pro ratione impoſturæ, damnique ex ea emergentis docet Vlpian. egregio reſponſo, in l. 9. quamuis, ff. de reb. eorũ qui ſub tutela, & ibi, *æſtimabis quatenus tam calidum cõmentum in exemplum coercere debeat*, cuius reſponſi declarationem reperies apud Menoch. de arbitr. iudic. caſu 425. aliaque de nominis mutatione apud Toloſan. lib. 36. ſyntagm. iur. cap. 4. extra hos caſus ſcrutinis, & fraudis propria auctoritate quilibet ſibi nomen mutare poteſt. Verumtamen optimum conſilium dedit Nauarr. quod eſt 6. lib. 5. de crimine falſi, quamuis propria autoritate poſſit quilibet nomen mutare, longè melius eſſe, & ſecurius, id ſine autoritate Epiſcopi, Regis, ſeu gubernatoris non facere, vt euitet præſumptionis periculum, quæ contra illum concipi, & obiici poteſt, cum de falſitate arguendo, ſi inueniatur contractus, quo ipſe debitor conſtituatur ante illam nominis mutationem, & ob mutatum nomen debitor nequeat inueniri, addit Geminian. hoc loco, num. 15. ſi in ſingulari caſu aliquis nomen ſibi mutet, tunc præſumi fraudem, & probat ex l. falſi, ff. de crimine falſi, ſi verò generaliter nomen mutet in omni caſu, tunc non præſumi fraudẽ, refertque Iacob. de Butrio; quæ ſententia vera eſt, niſi aliunde fraudis præſumptio probaretur, per illam l. 1. C. de mutat. nominis.

Secundum dubiũ eſt, quinam Pontifex hanc
10. ſalutationis præfationem priùs ponere conſueuerit? Reſpondet Archidiac. hîc, fuiſſe Cletum, quod intelligendum eſt ſub his terminis. Nam vt optimè aduertit Germonius tract. de indultis, verb. *ſalutem*, ſalutandi mos ad initium Epiſtolarum antiquiſſimus fuit, non modò apud fideles, ſed etiam gentiles, vt in Tullij & Plinij Epiſtolis videre eſt, & hic etiam fuit veterum iuris conſultorum ſtylus: vt obſeruauit Mandoſ. in gloſſ. facult. in verb. *fratribus noſtris*, & probat ea l. *Dominus Labeo Celso ſalutem*, ff. de teſtam. vide quæ de hac ſalutatione diximus in explicatione præcedentis procemij cap. 1. & 2.

Tertium, An ſi aliquis doctor, vel ſcholaris eſſet excommunicatus, per hanc ſalutationem pontificiam abſolueretur, ſi quidem, vt diximus in procemio Gregor. ad omnes extenditur, non ſolum Bononiæ, ſed aliis Vniuerſitatibus ſtudentes. Reſpondeo primò generalem
11. ſalutationem non comprehendere excommunicatos, vt bene reſpondet Petr. de Ancharan. hîc, num. 15. & ratio eſt, quia beneficium generale Canonis, vel hominis non complectitur maleuolos, & odioſos, ex cap. alma, §. quia verò, & §. illis, de ſentent. excommunication. in 6. & concinit quod notat Bartol. in l. ſi quis in graui, §. ſi ea ſtipulatu, ff. ad Senatuſc. Syllan. & l. 4. idem, §. ſi tibi iudicium, ff. de condict. ob turp. cauſ. vbi præmium paratum indicanti furem cum comprehendit, ipſum furem indicantem ſe, & ſocios latrocinij. Secundò etiamſi hæc ſalutatio ad omnes ſcholaſticos, & doctores pertinere dicatur, excommunicatos ab excommunicationis cenſura non abſolueret, vt optimè notauit gloſſa in procemio Gregoriano, verbo, *ſalutem*, & probatur ea cap. ſi aliquando, de

A ſentent. excommunicat. cap. cùm deſideres, cod. tit. & Clement. ſi ſummus, eodem.

Quartum, An appellatione ſcholarium veniant doctores, vel è contrà in partem affirmantem inclinat Ancharan. hîc num. 19. reſpondendum tamen negatiuè, primò ex hoc textu, quia hîc tamquam diuerſa ponuntur argumento, l. ſi idem, C. de Codicill. 2. quia illa particula, *&*, habet de ſe copulare diuerſa, iuxta gloſſ. in rubr. ff de vir. & fact. ignor. Pariſ. in additione ad Bartol. & tradunt doctores, præſertim Iaſon ad l. 1. num. 2. ff. de iur. & fact. ignor. tcatus in cap. querelam, de ſimon. Cornel. conſil. 69. num. 3. lib. 1. & tenuit Rota in Romana Saluianã interdicti vigeſima ſexta Aprilis 1599. co- 12.
ram Illuſtriſſimo Cardinali Lancelloto: ergo
B neque ſcholares pro doctoribus, nec è contra accipiuntur, quod intelligendum eſt, tam in fauorabilib. quàm in odioſis, vt notat Franch. hoc loco in princip. poſt Ioann. Andream & Flor. quibus addit Nicolaus Superantius Baldum, in cap. cum diuerſis, de priuileg. in 6. & Cardinalem Alex. in cap. certum eſt, diſt. 50. Dices, Rector comprehenditur nomine ſcholaris, ſicut Abbas appellatione Monach. ex cap. final. de ſimon. in 6. Ioann. de Anan. & alij ibidem. Felyn. in cap. non dubium, de ſentent. excommunica. quam ſententiam tenent Ioan. Andr. & Florent. in procem. Gregor. tam in odioſis quàm in fauorabilibus, quamuis Franchus ſolum in fauorabilibus illud admittat, argum. cap. ſtatutum iuncto, cap. licet, canon. de electiõn. in 6. in quo
C patet nomine Eccleſiæ parochialis in odioſis non venire Eccleſiam collegiatam aliàs parochialem: ergo ſaltem in fauorabilibus doctor veniet nomine ſcholaris, ſicut de Rectore dicitur. Reſpondeo eſſe diuerſam rationem, quia doctor deſinit eſſe ſcholaris, ſeu diſcipulus, & ad magiſterium euchitur per gradum doctoris: at doctoris dignitas non tollit ſcholaris addiſcentis officiũ. Fatere tamen in Vniuerſitate, in qua Rector iam ſcholaris non eſt, vt in Conimbricenſi tam in odioſis, quàm in fauorabilibus Rectorem ſcholarium appellatione non comprehendi; nota tamen quod in Vniuerſitatib. in quibus primo, vel ſecundo anno curſus in Iure, vel Theologia perdiſcenda ſcholares ad doctoratum aſſumuntur, meritò poſſunt doctores ſcholarium
D nomine venire: quia cum adhuc diſcipuli ſint, & ſcholas frequentent, vt eminentiores audiant doctores, ſcholares eſſe non deſinunt, vt ego vidi in aliquibus Vniuerſitatibus Italiæ Doctores, 2. ſui ſtudij anno factos, & ad docendi munus aſſumptos, ſcholas adhuc primorum doctorum adire.

Sed quid de licentiato dicendum, venitne 13.
nomine doctoris, an ſcholaris? Archidiacon. concludit hîc licentiatum, licet participet de vtroque, ſcilicet de ſcholari & doctore, argumento, l. falſa, §. 1. ff. de condit. & demonſtr. magis tamen participare naturam ſcholaris, ad quod facit gloſſ. hîc verb. Epiſcopus, & ſuprà in cap. primo de religioſ. domib. vbi appellatione Epiſcopi non comprehenditur electus, & confirmatus, donec conſacretur, ſed

facit

facit ſpeciem mixtam, & vocatur electus in cap. noſtri de electión. idem tot. gloſſ. in clem. quamuis de pro competent. & in clem. 1. in verb. *quamuis Pontificem*, de pœnis. Abbas in cap. ſuper his, §. cum verò, de elect. cum additione Celſi ibidem verb. *electus* Felyn. in cap. eam te colum. 5. verſic. 3. reſtringitur, de reſcript. Oldrad. conſil. 104. reſoluit ſimiliter franch. hic cum Imola, Baldo, & Dominic. licentiatum eſſe teſtium ſpeciem mixtam, & in fauorabilibus ſub appellatione tam doctor. quam ſcholarum comprehendi, non tamen in odioſis ſeu oneroſis, quia hæc odioſa quando applicantur ſimplicibus, ſub his intelliguntur mixta: vt notari ſolet in l. 2. ff. de verbor. ſignification. vnde colligit licentiatum non teneri ad onera matriculæ, ſicut ſcholares tenentur.

14. Quintum an vera ſit illa gloſſa verb. *ſeruus ſeruorum Dei* quæ ait ex humilitate hoc dici à ſummo Pontifice, ſecundùm quam ſubmittit ſe iudicio ſeculari & probat, ex cap. nos ſi 2. quæſt. 7. Reſpondeo, hanc gloſſam quoad hanc partem eſſe falſam & communiter reprobari, quia prima ſedes à nemine iudicatur nedum à ſæcularis iudicij poteſtate cui ſi clerici non ſubiiciuntur, multo minus Eccleſiæ caput illi ſubmitti licebit, ille vero textus alium habet ſenſum, quem hoc loco exponere non oportet. Vide Iaſin. in l. eſt receptum, num. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Variæ hoc loco excitantur quæſt. à doctorib. præſertim à Petro de Anclarano, quæ ad Doctores & ſcholares item ad Vniuerſitatem ex iis conflata ſpectant: eas omnes prudens omitto; quia ad declarationem huius præfationis nihil condicũt.

15. Sextum occaſione illius gloſæ verbo *filij*, quæ docet, licet aliquis Epiſcopus eſſet in ſtudio Bononienſi ſcholaris, vel doctor, adhuc reſcriptum huius procemij non fore ſurreptitrium: inquirunt aliqui recentiores, ſi Epiſcopus ſit in ſtudio præcedere ne debeat Rectoré vniuerſitatis? alij affirmant, alij negant. Diſtinguendum tamen exiſtimo, nam in actibus publicis vniuerſitatis, & ſcholarũ Rector etiamſi Epiſcopus non ſit, præcedit Epiſcopũ, ſi Epiſcopus in ſtudio, vt ſcholaris ſe gerat, ſecus autem, ſi neque ſcholaris ſit, neque vt talis in actibus publicis ſcholarum compareat: ita reſoluit Abbas in cap. poſtulaſti, num. 8. de conceſſion. præbend. & in cap. auditis n. 4. de electione: Decius, in cap. ſignificatum, num. 2. de præbend. & conſil. 161. in princip. Felyn. in rubr de maioritat. & obed. num. 9. io procem. Gregor. tract. de autoritate magni conſil. num. 63. Anton. de Præt. tract. de iuriſdict. Epiſcop. cap. 6. num. 53. Rebuff. in prax. beneficiorum, tit. de Vicarijs Epiſcop. num. 28. Marinus Treuia in commentariis Feudorum, lib. 1. Purpurat. in l. 1. num. 190. de offic. eius & Ludouicus Bolognettus, in authent. habita, D. ne filius pro patre & Monach. conſil. 51. num. 43 & de arbitrar. iudic. caſo 68. n. 24. neque contra hoc facit, cap. ſolitæ de maioritat. & obedient. & Conſilium Tridentin. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 17. ita enim probant, 2. partem noſtræ reſolutionis vt pri-

A mam non infirment, nam in capite *ſolitæ* non vult ſummus Pontifex vt Epiſcopus ante Imperatorem, ſeu Regem in quolibet loco etiam extra Eccleſiam priorem locum obtineat, ſed tantum iuſſit ne in ſiniſtra parte iuxta ſcabellum pedum Imperatoris Patriarcha Conſtantino politanus ſederet. Immo ſicut alij Reges, & Principes ſuis Archiepiſcopis, & Epiſcopis faciunt, adueniente Patriarcha Imperator *reuerenter aſſurgeret, & iuxta ſe venerabilem ſedem illi aſſignaret*. Similiter Tridentinum ſolum conqueritur, quia *Epiſcopi cum Regum miniſtris, regulis, ac Baronibus in Eccleſia & extra indecenti quadam demiſſione ſeſe gerunt, & veluti inferiores miniſtri altaris nimis indigne non ſolum loco cedunt, ſed etiam perſonaliter illis inſeruiunt*. Vnde man-

B dat eiſdem Epiſcopis, vt ab his de cætero abſtineant, ne in Eccleſia ſua loco cedant cum miniſtri Dei ſint altari proximiores, neuè extra Eccleſiam prædictis principibus perſonaliter inſeruiant: quando verò Epiſcopus in publicis actibus Rectori loco cedit, vt ſcholaris ſe gerit, non vt Epiſcopus, neque dignitati ſuæ detrahit, quia nulli perſonaliter inſeruit; & confirmatur, quia ſuæ dignitatati non derogat, neque contra Tridentinum facit Epiſcopus, qui non vt Prælatus, ſed vt Canonicus ſedet in capitulo infra Archidiaconum; vel Decanum; qui præeſt iuxta caput à collatione de appellation. in 6. cap. poſtulaſti, de conceſſion. præbend. cap. ſtatuimus de maioritat. & obedient. cap. vltimum, diſt. 17. vt notat gloſſa, in cap. à collatione,

C verb. *prælatus*: ergo neque qui vt ſcholaris ſe gerens in actu publico Vniuerſitatis Rectori loco cedit.

Septimum, quia gloſſ. verb. commorantibus adiungit ex Hoſtienſe, *multi morantur qui parum ſtudent; & hos forte curialiter reprehendere voluit*. Hinc aliqui dubitandi anſam arripuere, an ſcholares, qui nec ſtudent, nec ſcholas intrant iure pro ſcholaribus repotandi ſint, & ſcholarium priuilegio gaudere debeant. Pro parte negatina ſtat Cuman. in l. 1. ff. ſolut. matrim. per text. in l. qui duas. §. penult. ff. de excuſat. tutor. & facit gloſſ. in cap. porrectum, de regul. & cap. 2. de ſtat. Monach. Item: hîc videtur enim ſignificare Pontificem eos ſolum pro ſcholaribus habere, qui Bononiæ, vel in alia vniuerſitate mo- 16.

D rantur ſtudij frequentandi cauſa, non verò illos, qui huc illùc vagantur, & ſcholas nec de limine ſalutant. Idem tenet Bald. in autent. habita colum. 6. C. ne filius pro patre. Bartol. in l. qui ſub prætextu, C. de Collegiatis, & lib. 12. & in l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſanct. Eccleſ. per hos textus vbi ait ſcholarem etiam ſcriptum in matricula, ſi nec ſtudeat, nec ſcholas frequentet priuilegio ſcholarium non gaudere Abb. in cap. in fin, de Iudic. Iaſon. & Alexand. in l. ſcrinarios, C. de teſtam. milit. Felin. in procem. Greg. num. 43. Abberic. in l. nec non, ff, ex quibus cauſis maior. & Rebuff. in tract. priuileg. ſchol. priuil. 3. num. 11. probaturque ex cap. cauere 22. quæſt. 5. vbi probatur, quod illo, qui ſe dicit Chriſtianum, & opera Chriſti

non facit, mentitur, ergo ſimiliter qui ſe ſcho- A larē dicir, & nec ſtudet, nec ſcholas frequentat, non verus ſed mentitus dicetur ſcholaris: atque adeo priuilegio ſcholariū non gaudebit. Confirmatur, quia ceſſanre cauſa priuilegij ceſſar priuilegium. vt cum multis docet Tiraquell. ceſſante cauſa, p. 1. num. 216. Vnde concludit Bald. in l. ſeruis ex hoc rexru, C. de Epiſcop. & Cleric. quod priuilegium conceſſum ſtudentibus, vel habirantibus certo loco non durat niſi durante ſtudio, vel habitatione. Partem affirmariuam tenuir Bartol. vr videtur ſibi contrarius, in l. 1. C. de tyronibus, lib. 11. n. 1. vbi concludit quod ſcholaris quamuis vagus gaudet priuilegio ſcholarium: item Geminian. hic colum. vltima vbi ait, ita fuiſſe aliquando reſolutum. Paulus, de Leat. Cardinalis & alij Canoni- B ſtæ, ibidem Iaton. in l. 1. num. 50. ff. ſolut. matrim. Componit has ſentenrias Ripa, mediamque inter vtramque viam tenet meo iudicio certiorem; aitque in cap. 1. num. 94. de iudic. quod ſi ſcholaris non eſt omnino vagus, ſed aliqualiter ſtudet, licet parum, dummodo honeſtè viuat, illum ſcholarium priuilegio gaudere, & hanc eſſe dicir opinionem Cardinalis & Iatoc. in quam Gloſſa noſtra magis inclinat ſi quidem etiam illos qui parum ſtudēt ſcholarium nomine comprehendi ſignificauit, quamuis curialiter à Pontifice reprehenderentur, quia paruo ſtudio quaſi ſola habitatione in Vniuerſiratibus ſcholarium priuilegio potiri vellent. Illud tamen huic ſententiæ addendum, quod Bartol. in l. qui ſub prætextu, C. de Collegiatis lib. 12. hanc C legem continere iudicium petitorium, ne quis gaudeat priuilegio artis quam exercere recuſat: interim tamen *cum ſit in quaſi poſſeſſione illius iuris priuilegij, debet gaudere priuilegio illo.* Similiter ergo ſcholaris in matricula ſcriptus, ſi inhoneſtè viuat, nihil ſtudeat, & huc illuc vagetur, conrra illum eſt iudicium petitoriū: vt illi priuilegium auferatur; quamdiu tamen eſt in quaſi poſſeſſione priuilegij, illo gaudere cenſetur: & ratio eſt, quia, vt ceſſante cauſa priuilegium ceſſare dicatur, neceſſe eſt vt ſententia reſciſſoriè præcedat, vt Tiraquell. citatus, num. 220. obſeruat cum Bald. Ioan. Andr. & Philipp. Franc. ex variis textibus ex quo loco lectorem remittit Tiraquell. ad l. ſi vnquam verb. reuertarur num. 398. & ex his ſoluuntur duæ rationes pro prima ſen- D tentia negante.

Reſoluitur graue dubium circa gloſſam, verbo Benedictionem.

CAPVT IV.

VLtimo loco graoior occurrit difficultas quomodo intelligenda ſit gloſſ. in verb. ***benedictionem*** & an rota illius doctrina ſit tanquam vera retinenda. Nam cum aſſerat per benedictionem prælati deuote ſuſceptam venialia remirti: poſtea adiungit alia remedia, quæ partim ſunr ſacramenra, vt ſumptio Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis; partim ſunt ſacramentalia vt deuota acceptio aquæ benedictæ, tunſio pectoris, generalis confeſſio, eleemoſyna, ieiunium, &c. Deinde aduertit hanc remiſſionem venialium non fieri in remanenre in ſtaru peccati mortalis, quia veniale ſine mortali dimitti non poteſt, & loquitur de potentia ordinaria per quam venialia de facto ſolenr remirti, non de abſoluta: de prima igitur & 2. parte huius gloſſæ diſputaor Theologi, in 3. p. quæſt. 87. artic. 3. & 4. & quantum ad primam omnes facile admittunr Sacramenta poſſe cauſare remiſſionem venialium ex opere operato, id eſt habito reſpectu ad opus ipſum exercitum, & ad illius virtutem, ſeu dignitatem, etiamſi ex parte operantis meritum ſufficiens, non detur ad illorum remiſſionem, niſi accedente Sacramento, de quo late Suarius, in 3. p. tom. 4. de pœnitentia diſput. 12. ſect. 1. & alij ad locum citatum D. Thom. Difficultas in hac par- 1. te ſolum eſt de Sacramentalibus, an ex opere operato remittere poſſinr venialia: ad cuius ſolutionem aduertendum eſt, quod Sacramentalia propriè dicantur cæremoniæ ab Eccleſia inſtitutæ ad ornatum, ſolemnemque ritum Sacramentorum, & ad excitandam Chriſtiani populi deuotionem. In hac tamen difficultate minus propriè accipiuntur, nempè in latiori ſignificatu, pro quibuſdam rebus, ſeu actionibus ſacris, quibus ſoler hic effectus, nempe remiſſio venialium attribui, & ad ſex reduci ſolent, quæ hoc verſu contioentur,

Orans, tinctus, edens, confeſſus, dans, benedicens.

Quarum ſignificatio eſt; Oratio dominica, aqua benedicta, panis benedictus, confeſſio geoeralis, Eleemoſyoa, & Benedictio Epiſcopi. De his ergo inquirirur, an ex opere operato remittaot venialia per ſe immediatè, an verò ex opere operaotis, ratione alicuius actus meritorij, qui cum illis fiat: & quidem de aqua benedicta ex opere operato remittere venialia, docuit Domioic. Soto, in 4. d. 15. quæſt. 2. artic. 3. Cano. lib. 12. de locis, cap. 13. Ledeſma 1. 4. quæſt. 28. art. 3. Maior diſt. 15. quæſt. 2. Item de benedictione Epiſcopi, de oratione in Eccleſia conſecrata, & de qualibet Sacramenrali vnctione, quamuis Sacramentum non ſir: idem docet Nugno Cabezudo in 3. pari quæſt. 87. artic. 3. difficultate 3. vbi ſubiungit Suarium nouam opinionem tradidiſſe, eo quod dixerit eſſe antiquorum Theologorum opioionem, quod hæc Sacrameotalia non remirtant venialia ex opere operato. Item nullum eſſe Sacramentale in Eccleſia, de quo conſtet inſtitutum eſſe ad remittenda venialia ex opere operaro. Et denique probabilius eſſe poteſtatem in Eccleſia non eſſe ad inſtituenda ſigna ſenſibilia, quæ ſint inſtrumenta per quæ ex opere operato immediate, & per ſe remittantur hæc peccata ſanè poſſet Magiſter Cubezudo recordari quod difficultate 2. ad eundem artic. 3. citauerir Alenſem, Richard. Palud. Syluest. Tabien. aſſerentes per aquam benedictam, quod eſt vnum ex his Sacramentalibus magis vſitatum non remitti venialia ex opere operato, & conſequenrer idem exiſtimantes de reliquis Sacramentalibus: & ſpeciatim Gabriel de omnibus

loquitur

Digitized by Google

loquitur nulli concedens virtutem ex opere operato præter illos authores poſſit citare Petrum à Soto, lect.18. de pænit. & Durand. in 4. diſt. 21. quæſt. 3. vbi de confeſſione generali. Idem docet Palud. in 4. diſtinct. 2. quæſt. 1. artic. 2. concluſ. 2. & Turrecrem. in cap. tres autem, de pœnit. diſt. 1. & in c. aquam de conſecr. diſt. 3. ne ſcilicet diceret nouam eſſe opinionem Suar. quam vt ipſe fatetur tot antiqui tenuerunt, & eamdem in hac parte, quatenus Sacramentalibus virtus negatur ex opepere operato ad remittenda venialia, tenet Vaſques, in 3. par. quæſt. 87. artic. 3. dub. 1. quamuis vlterius ſemper requirat actum charitatis, vel deteſtationem illorum propter Deum & veram contritionem.

2. Itaque ſiue dicas cum Vaſque neceſſariam eſſe dilectionem, vel contritionem ad remiſſionem Venialium, ſiue cum Suar. io 4. tom. citato diſp. 11. ſect. 3. num. 11. etiam per ſolam attritionem, immo per contrarium propoſitum, vel actum virtutis repugnantem veniali peccato, & excludentem illius complacentiam, peccatum veniale remitti poſſe in iuſtis; ſemper verum eſt non remitti per ſola Sacramentalia, ex opere operato: ſed vlterius requiri actum operantis ad quem per vſum Sacramentalis excitetur, & cum eo coniungatur. Et ſanè dicere aquam benedictam quotieſcumque aſſumitur à fideli eleuari à Deo vt inſtrumentum phyſicum realiter attingens animam, & emundare illam à veniali, vt tuetur Cabezudo ſupra citatus difficultate 2. & idem aſſerere de benedictione Epiſcopi; quod etiam vbi non eſt præſens aſſumatur à Deo vt inſtrumentum obedientiale ad tangendam animam, & remittendum peccatum veniale, vt idem docet author difficultate, 3. ſane magis nouum eſt: ſi quidem pro hac ſententia nullum citat authorem niſi D. Thomam quem dicit hoc inſinuare, ex eo ſolum quod inter remedia contra peccatum veniale à D. Thom. artic. 3. ponantur aqua benedicta, tunſio pectoris, confeſſio generalis, benedictio Epiſcopi, & oratio dominica tamquam res quæ operantur ad remiſſionem venialium. Verum ſatis ſe declarauit D. Thom. etiam hæc in tantum ait inſeruire ad hanc remiſſionem in quantum coniunguntur, vel cum deteſtatione ipſorum venialium, vel cum actu reuerentiæ in Deum, & res diuinas, non quòd realiter, & phyſice attingerent, & mundarent animam à veniali: hoc enim neque D. Thom. neqoe vllus ex antiquis Theologis iudicauit. Et probatur primo quia ſine fundamento, & neceſſitate conceduntur, hæc miracula de inſtrumentali, & phyſica efficientia in ſacramentalibus ab Eccleſia inſtitutis, quia oeque ex ſacra pagina, neque ex aliqua determinatione Eccleſiæ id colligitur. Nam cap. aquam ſale, de conſecrat. diſt. 3. ne verbum quidem facit de efficientia phyſica, neque de opere operato, & teſtem appello hac in re Cardinalem Turrecrematam optimum iuris interpretem qui ad hunc textum aquam ſale, verſus finem ſequutus Albertum & Petrum de Taranta ait, *aqua benedicta hoc facit non per modum Sacramenti, ſed per modum Ameriti: in quantum excitat ad motum voluntatis per quem fit remiſſio peccatorum.* Quamuis ergo aliqui Theologi concedant illam inſtrumentalē, & obedientialem virtutem in Sacramentis, vt phyſicè gratiam producant & conſequenter mortale peccatum expellant, non tamen auſi ſunt id concedere Sacramentalibus ab Eccleſia inſtitutis reſpectu venialium, nullum enim ad id aſſereodum ſufficiens fundamentū inuenerunt. 2. nec ſufficit conſuetudo Eccleſiæ, quæ aſſignatur etiam pro fundamento huius efficaciæ, & virtutis ex opere operato quam Sacramentalibus concedit Dominicus Soto, & Nugrio Cabezudo: Nam ſola conſuetudo, & vſus huius boni operis, qualis eſt nimirum aſperſio aquæ benedictæ, confeſſio generalis, & ſimilia, non B magis poterit hoc efficere, in his, quàm in aliis operibus piis, & honeſtis, quorum vſus eſt in Eccleſia: ergo præter conſuetudinem requiritur ioſtitutio eiuſdem Eccleſiæ, quæ tamen non conſtat. Dices non ſolam conſuetudinem, ſed etiam apprehenſionem, ſub qua prædicta Sacramentalia in vſu ſunt. ad hunc effectum remittendi venialia fuiſſe virtualem inſtitutionem: ſed contra: hæc apprehenſio ſi formalis inſtitutio non fuit, ſemper fuit falſa; ergo non potuit concedere hanc virtutem, & efficaciam ſpecіatim his operibus. Hanc inſtantiam Magiſter Nugno appellat ridiculam, quia ipſe ſupponit fuiſſe veram apprehenſionem: At non videt ſe manifeſte ſupponere falſum, nam ſi nulla eſt inſtitutio antecedens; quæ efficiat, vt ſacramentale habeat C prædictam virtutem ex opere operato, ex eo quod ego apprehendam in illo eſſe hanc efficaciam, mea apprehenſio Sacramētale efficax non facit ad faciendum quod de ſe facere oon poteſt, immo falſo iudico hanc illi virtutem ineſſe: præterea plures ſunt qui oppoſitum iudicent ex ſapientibus, qui hoc in conſiderationem, ſeu quæſtionem vocaot: neque Pontifices antiquiores, vel recentiores hanc inſtitutiooem declararunt; & cum res ſit tanti ponderis, non eſt ſine clara inſtitutione aſſerenda, præſertim cùm nulla neceſſitas ſit coocedendi tantam virtutem Sacramentalibus, quantam admittimus in Sacramentis, immo in hoc maior concederetur Sacramentalibus, qoo enim minores ſint maculæ veniales, qoæ cum gratiæ candore ſtare poſſunt, D ea efficaciter virtus Sacrameotalis eſſe deberet, ſiquidem vel mioimam peccati venialia maculam ab anima excluderet. Confirmatur quia in ſententia Magiſtri Nugno art. 2. diffic. 3. peccatum veniale eſt macula moralis & phyſica, quæ priuat animam tali, vel tali perfectione gratiæ; ergo virtus per quam phyſicè deletur, debet eſſe talis, quæ inducat talem perfectionem gratiæ, tunc rogo an hæc perfectio ſit noua gratia, vel ſit aliqua forma, per quam illa perfici dicatur: non dicet eſſe nouam gratiam habitualem, quia ipſe author. eod. artic. diffic. 1. ait cum D. Thom. ad remiſſionem venialis non requiri nouæ gratiæ infuſionem: ergo illa virtus Sacramentalis tam efficax eſſe debet, quæ poſſit illam formam perfectiuam gratiæ phyſice producere

Digitized by Google

ergo iam Sacramentale in virtute, aliqua ex
parte ſuperat Sacramentum; quod nullus
Theologus admittit longior: huius veritatis
probatio ad titulum de conſecratione Eccle-
ſiæ & vel de penitentia & remiſſion. ſpectat.
3. Quod attinet ad ſecundam partem gloſſæ,
quod veniale peccatum ſine mortali non di-
mittitur, Nauarrus oppoſitum probabilius
judicat, in cap. 1. §. ſacerdos, in gloſſa ſem-
per remittatur num. 28. ſequutus Pariſienſes,
& Vuendelinum: idem tenuit Gabr. in 4. di-
ſtinct. 16. quæſt. 5. artic. 3. Durand. ibidem
quæſt. 2. Maior diſt. 21. quæſt. prima & col-
ligitur ex Scoto ibidem quæſt. 1. §. in iſta
quæſtione vbi ait peccatum veniale non puni-
ri pœna æterna, etiamſi coniungatur cum
mortali in alia vita, ſed permanente pœna
mortalis peccati pœnam venialium finiri & in
4. diſt. 15. quæſt. prima, ait tranſacto actu
peccati venialis non relinqui niſi ſolum rea-
tū pœnæ, & idem ſit ab eo liberari & certam
finitæ pœnæ obligationem perſoluere. Vera
tamen & communis eſt ſententia noſtræ gloſ-
4. ſæ, quam ſequitur D. Thom. 3. p. quæſt. 86.
artic. 4. Caiet. & reliqui Thomiſtæ ibidem;
Suar. tom. 4. diſp. 11 ſect. 2. Alenſ. Ricard.
Bonauen. Paludan. & alij citati à Suar. ibi-
dem, n. 4. Probatur primo. Homo non po-
teſt conſequi remiſſionem peccati venialis ſi-
ne aliqua diſpoſitione ex parte ipſius, nam ſi
nullam operationem peccatoris expectaret,
actu peccati venialis ceſſante, ſtatim remitte-
retur, & ceſſaret: hoc autem repugnat com-
muni exiſtimationi totius Eccleſiæ, item di-
uinæ iuſtitiæ: ergo requiritur diſpoſitio ex
parte peccatoris: ſed hæc, quamdiu ille exiſtit
in mortali, non eſt accepta Deo, neque illi
quidquam prodeſt ad promerendum apud
Deum ſpirituale bonum, iuxta D. Paulum 1.
ad Corinth. 3. *ſi Charitatem non habuero nihil
mihi prodeſt*, & Eccleſiaſt. 34. *dona iniquorum
non probat altiſſimus; & in multitudine ſacriſi-
ciorum non propitiabitur.* Ergo peccatū veniale
tantū non remittitur in peccatore exiſtente in
mortali. Secundò omne peccatum veniale in-
fert aliquam iniuriam Deo: ergo ad illius re-
miſſionem requiritur ſatisfactio condigna, &
proportionata, atque adeò Deo accepta; ſed
vt hæc ſatisfactio ſit Deo accepta, cōdigna, &
proportionata requiritur gratia antecedens,
vel ſaltem concomitans in peccatore, ergo
veniale non remittitur ſine mortali cum quo
erat. Probatur minor. Satisfactio inimici in
eadem inimicitia, & odio perſeuerantis non
poteſt eſſe accepta offenſo, ſed quamdiu pec-
cator habet mortalem maculam, perſeuerat in
odio Dei. ergo non poteſt exhibere in tali ſtatu
ſatisfactionem proportionatā, nec per conſe-
quens acceptam Deo. 3. Omnis remiſſio etiam
venialiū fit ex meritis Chriſti: ſed hæc non ap-
plicantur, niſi membris viuis, qualia non ſunt
peccatores in mortali exiſtentes: ergo hi con-
ſequi nequeunt remiſſionem venialium.
5. Nauarri argumenta contra hanc ſenten-
tiam hîc ſoluere lubet, quia illa non inuenio
omnia ſoluta, neque citatum hunc doctorem
apud recentiores citatos. Obiicit ergo primo
textum in cap. primo, §. Sacerdos de penit.

A diſtinct. 6. ibi, *nam venialia ſemper remitte-
bantur per ceremonias*; quæ verba indicant Iu-
dæis volentibus lapidare adulteram, remiſſa
fuiſſe venialia per ceremonias relictis morta-
bus. Et ad idem facit gloſſa, in cap. 8. Ioan-
nis vnde hoc teſtimonium ſumptum eſt. Se-
cundò, vnum veniale ſine alio remittitur, vt
omnes Theologi fatentur: ergo etiam vnum
veniale ſine mortali remitti poteſt. 3. Venialia
remittuntur, ſine noua gratiæ infuſione teſte
D. Thoma, quæſt. 87. citata, artic. 4. ergo.
Quartò pœna debita veniali eſt temporaria,
ſicut illa quæ præſcripta eſt peccato mortali
iam remiſſo quoad culpam: ſed peccator exi-
ſtens in mortali non ſolum ſatisfacit præcepto
confeſſarij per exhibitionem pænitentiæ ſibi
impoſitæ, ſed etiam tollit pœnam tempora-
B riam illi peccato remiſſo debitam. ergo. 5.
ſi puer antequam baptizetur venialiter peccet,
& moriatur antè ſuſceptum baptiſmum non
punietur pæna perpetua inferni: ergo remit-
tetur illi veniale, etiamſi in graui, ſeu mortali
originali permaneat. 6. ad hoc facit gloſſ. in
proœmio ſexti verb. *benedictionem*, & ſic ma-
gis exaltatur diuina miſericordia.

Ad primum Reſp. neque gloſſam, neque
textum ex ea ſumptum fauere ſententiæ Na-
uarri, non enim indicat fuiſſe remiſſa venia-
lia relictis mortalibus, ſed aſſerit non eſſe ſo-
lum venialia, illa in quibus erant Iudæi, qui
adulteram accuſabant, & ſecundùm legem
lapidare volebant. Nam ſi tantum venialia
haberent, & in gratia Dei eſſent, facilis eſ-
C ſet remiſſio interuentu cuiuſlibet cæremoniæ
legalis, per quam excitarentur ad quemlibet
actum virtutis, & facilius actum charitatis
erga Deum elicere poſſent: ſed cum in mor-
talibus non minus grauibus obſtinati perma-
nerent, & Chriſto Domino inſidiarentur,
merito illos de grauiori crimine Chriſtus
Dominus tacitè redarguit, non de veniali
peccato. Concinit gloſſa ad hunc textū verb.
ſemper remittatur, quæ Hugonis ſententiam
reijcit, quod hinc colligeret veniale ſine mor-
tali, cum quo eſt, remitti. Ad ſecundum ne-
gatur conſequentia: maior ratio eſt, quia qui
in gratia eſt ſatisfactionē Deo acceptam offerre
poteſt, & non oportet vt illam pro omnibus,
ſufficientem tribuat: ſi enim omnia ſimul
venialia deteſtari non valeat ob infirmita-
D tem, poterit nihilominus de aliquibus pœni-
tere, vel actus exercere illis contrarios, per
quos mereatur à Deo obtinere illorum remiſ-
ſionem, quod ſatis eſſe diximus cum Suar. in
prima par. huius dubij, & idem tenet tom.
3. de gratia lib. 7. cap. 24. num. 4.

De materia tertij argumenti agens Ma-
giſter Nugno. 3. par. ad quæſtionem 87. artic.
2. difficult. prima ait; per actus remiſſiores
charitatis, & per actus deuotionis, per quos
venialia remittuntur, augeri quidem gratiam
in eſſe gratiæ, licet non augeatur in eſſe habi-
tus: ſed contra: eſſe gratiæ, de qua eſt quæſtio,
eſt idem omnino à parte rei cum eſſe habituali
ipſius: ergo impoſſibile eſt, vt augeatur in
eſſe gratiæ, & non in eſſe habitus. Magis con-
ſequenter ad opinionem D. Thom. exiſti-
mant alijs Thomiſtæ, vt refert Suar. vbi
ſupra,

ſuprà, num. 27. remiſſionem peccati venialis in homine non ſemper eſſe coniunctam cum augmento gratiæ, quia poteſt aliquis actus bonus eſſe ſufficiens diſpoſitio ad remiſſionem venialis, & non ad augendam gratiam, vt patet in actu contritionis de peccato veniali, qui remiſſior ſit quàm gratia; quia iuxta ſententiam D. Thomæ 12. quæſt. 114. artic. 8. & 3. p. quæſt. 87. artic. 2. ad 2. gratia non augetur per actus remiſſiores, quàm ipſa ſit. Præterea, forſitan D. Thom. quando dixit, vt remitterentur venialia, non requiri neceſſariò quod infunderetur aliqua habitualis gratia, non loquutus eſt de augmento ipſius gratiæ, ſed de infuſione primæ gratiæ habitualis, vt illum explicauit Sotus in 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. artic 2. (quam declarationem reiicit: ſed non conuincit Nugno ſoprà citatus.) Nam, cùm D. Thom. 12. quæſt. 51. artic. 1. & 2. & 22. quæſt. 24. artic. 5. eaiſtimarit intentionem qualitatis non fieri per additionem gradus ad gradum, ſed per maiorem radicationem, ſeu perfectionem modum afficiendi ſubiectum, conſequenter dixit non oportere, vt quando remittuntur venialia, noua habitualis gratia infunderetur, quia quando ſolùm illa remittuntur, iam ſupponitur gratia in eo, cui condonantur. Verùm quia longè probabilior eſt ſententia per quoſlibet actus meritorios iuſti in gratia exiſtentis intendi, & augeri gratiam, vt tenent Maior, Gabriel, Alman, Victoria, Vega; Soto, Cumel. Vaſq. & Lorca, quos refert & ſequitur Suar. tom. 3. de gratia, & præterea probabilius ſit intétionem fieri per additionem gradus ad gradum qualitatis, quæ intenditur, vt docent Henric. Alenſ. Bonau. Albert. Scot. & alij quos ſequuntur Fonſ. 8. Metaph. cap. 3. q. 2. ſect. 2. & 3. Suar. in Metaph. diſp. 46. ſect. 1. n. 34. Vaſq. 12. diſp. 82. cap. 3. negandum eſt illud antecedens in 3. argumento, quia illa diſpoſitio meritoria, quæ neceſſaria eſt ad remiſſionem venialis in iuſto, ſemper eſt coniuncta cum augmento gratiæ in aliquo gradu adiuncto gradibus iam præhabitis.

6. Ad quartum, concedendum eſt pœnam veniali peccato debitam eſſe temporariam, item illam debitam mortali iam remiſſo quoad culpam: negandum tamen peccatorem exiſtentem in mortali obtinere remiſſionem pœnæ durante tali ſtatu, quamuis ſatisfacere poſſit præcepto Confeſſarij adimplendo opera ſibi ab illo impoſita; neque enim ad integritatem Sacramenti neceſſarius eſt ſtatus gratiæ, & conſequenter neque ad pœnitétiam peccatori impoſitam peragendam, ſed ſolùm ad effectū ſubſequendum, qui eſt remiſſio pœnæ, vt optimè tradit Suar. tom. 4. in 3. p. & 5. refert.

Ad 5. facile reſpondent Caiet. Conrad. Medin. Cumel. & alij Thomiſtæ cum D. Thom. 12. quæſt. 89. artic. 6. non poſſe contingere prædictum caſum: quia puer ante baptiſmum perueniens ad vſum rationis tenetur neceſſariò conuerti ad Deum, & ita vel gratiam obtinebit, vel peccabit mortaliter, & ſanè Nauarr. cùm hanc opinionem teneat, & doceat in cap. quando de conſecrat. diſt. 1. notab. 2. n. 15. & in Manual. cap. 11. n. 7. ne- A ceſſariò cogitur dicere, caſum eſſe impoſſibilem. Verùm quia multo communior & verior eſt opinio, quæ caſum admittit, & concedit poſſe puerum non baptizatum primò peccare venialiter quàm mortaliter, vt tenet Suar. tom. 4. de pœnit. diſp. 11. ſect. 2. n. 15. Vaſq. 12. diſp. 149. Salaſ. ibid. tract. 13. diſp. 18. ſect. 2. cum multis ex antiquiorib. ab eo relatis, qui eandem ſententiá, vt magis veriſimilem defendunt. Ad argumentū conceſſo antecedente neganda eſt conſequentia, quia quamuis ille puer pro peccato veniali temporalem tantùm pœnam ſubire deberet, vt ſatisfaceret quoad pœnam, numquá tamen ei remitteretur culpa, nec tolleretur macula ex veniali relicta, quamdiu non tolleretur originalis. Plures reſponſiones ad hunc caſum videri poſſunt apud re- B centiores citatos, præſertim Salaſ. ſect. 7. & Suar. ſect. 2. ad 6. Neſcio quo iure pro ſe adducat Nauarr. gloſſam in eo loco, cùm manifeſtè aſſerat quod dixi de remiſſione venialium, intelligendum eſſe in eo, qui non eſt in mortali, vt notatur de pœnit. diſt. 1. cap. perfecta in, vltima gloſſ. neqoe dicere poteſt Nauarr. exaltare miſericordiam, quod iuſtitiam Dei offendit, quæ poſtulat ne inimico in odio, & mortali culpa obſtinato venialis culpa remittatur. Reliqua quæ pertinent ad declarationem noſtri prooemij, à Gloſſa bene exponuntur.

In prooemio Clementinarum Authoris nomen operiſque inſtitutum declaratur cum concordantiis ad ciuile ius.

C

CAPVT V.

PRoœmialis hæc Epiſtola ſeu conſtitutio ſalutationem continet prorſus ſimilem præcedentibus: immo totidem conceptis verbis, vnum ſi excipias Ioannis nomen, celeberrimum quidem inter Pontifica nomina: tres 1.
enim ſupra viginti numerãtur huius nominis Pontifices: hic noſter 22. fuit Iacobus antea dictus, Gallus natione, Cadurci vrbe Aquitaniæ à patre Arnoldo Deuſa miſero, veteramentarioq; ſutore natus, quem tamen ingenij præſtantia, doctrinæ claritudo, prudentiæ maturitas, morumque integritas euexit, nam primùm Arelatenſis Epiſcopus, & Caroli ſecūdi Regis Cancellarius efficitur, vbi tantam ſui officij famam auxit, vt Archiep. Aucnionenſis, mox Cardinalis & Epiſcop. Portuenſis D à Clemente Quinto fuerit creatus, eoque è viuis diſcedente totius Eccleſiæ obtinuit principatum, ann. Dom. M.CCC.XVI. & prætermiſſis rebus geſtis ſanè inſignibus per octodecim ſui Pontificatus annos, duo quæ ad noſtri proœmij expoſitionem conducunt, tantummodo adnotabo; primum cùm vtriuſque Iuris eſſet peritiſſimus, & cõſtitutiones à prædeceſſore ſuo factas, non tamen ſub hoc volumine promulgatas reperiſſet, eas non immutare, non corrigere; ſed firmiſſimi Iuris auctoritatem illis dare ſtatuit: cùm enim vidiſſet omnia illa decreta de formatorum reformationi difficilium nodorum ſolutioni, negotiorumque præſentium, & immũentium expeditioni maximè neceſſaria eſſe, anteceſſoris factum perficere, ſui officij debitum

debitum iudicauit, illis verbis, *ſucceſſiſſe debemus*. Decorum namque eſt ſucceſſori inchoata ſui prædeceſſoris opera non deſpicatui habere; ſed ad perfectionis verticem deducere. Iuxta monitum Gregorij in cap. quia Ioannes 12. quæſt. 5. cap. hæc huius, eadem cauſa quæſt. 2. cap. Adrianus, diſt. 63. & denique in ſingulari textu, cap. literis, de reſcript. ibi, *cùm factum prædeceſſores noſtri potius quàm noſtrum fuerimus proſequuti*. Quod Doctores cum gloſſa, verb. *cum factum*, adnotare conſueuerunt. Secundum eſt, quod Clementis nomen Ioannes, non ſuum, conſtitutionibus indidit, vnde Clementinæ dictæ ſunt: cum tamen vita functo Pontifice multæ illarum promulgatæ non eſſent, & quæ promulgatæ erant extra, corpus Iuris errantes, certum & indubitatum efficacis legis vigorem non obtinerent, ſed intra concipientis vterum morte præueniente intercederent. Nec dicas Ioannem ſaltem procemium ſuum conſtitutionibus Clementis præpoſuiſſe: nam ſuperuacaneum requires à mortuo mandatum, ſi Pontificis mortui imperium depoſcas; quam enim obligandi vim procemium Clementis conſtitutionibus daret? cùm illam à mortuo Pontifice accipere nequiuiſſet; hanc ergo illis lucem & obligandi virtutem perpetuam Ioannes ſuo procemio impertiuit, cum ſcholis, & iudiciis perpetuò obſeruandas præſcripſit, & in corpore Iuris concluſit.

3. Verùm cùm tria habeamus Iuris Canonici procemia, illa in hoc inter ſe differunt. Nam Gregor. in primo præcipuè intendit poſitiui iuris initia effectuſque exponere: quomodo ſcilicet humanum ius emanauerit ad effrenatæ cupiditatis licentiam comprimendam, item litigantium diſſidia componere ad præcludendos iniuſtitiæ aditus. Bonifacius in 2. ex ea paſtorali regiminis cura prouenire contendit, ſubiectorum commodis conſulere, eorumque ſaluti inuigilare; quare ſcandala, & lites quæ ex praua antiqui iuris interpretatione ſubortæ erant, nouis declarationibus, & decretis præſcindere decreuit Ioannes nunc in 3. Conſtitutionum multiplicitatem excuſans, ne illam ſacræ paginæ notam incurreret Eccleſiaſtes vltimo *faciendi plures libros nullus eſt finis*, has conſtitutiones à prædeceſſore ſuo editas, morum reformationi, & difficilium quæſtionum ſolutioni maximè neceſſarias accepiſſe dicit, ſeque non tam authorem, quàm promulgatorem à publicæ vtilitatis neceſſitate compulſum, eas in lucem dare, atteſtatur. Vnde colliges in his procemiis non eſſe ſuperfluitatem, nec inanem repetitionem: Etenim ius quantumuis maturè, clareque compoſitum, non ſufficit ad omnes caſus emergentes decidendos, quare ſemper opportuna & neceſſaria eſt principis declaratio, & cùm homo ſuo vitio ad malum procliuis mores ſubuertere non deſinat, principem decet nouis legibus veluti falcibus vitia præſcindere, & radicitus extirpare.

4. Hinc iam patebit huius tertij procemij diſcurſus. In quo Pontifex ait nullam eſſe conſtitutionem quantumuis claram, & maturo conſilio editam, quæ propter occurrẽtes caſus, vel ambiguitate terminorum, vel hominum peruerſitate in dubium non euocetur, quare neceſſariam omnino eſſe principis auctoritatem; quæ ambigua exponat, litigioſa decidat, intricata expediat, diſſona concordet, peruerſa reformet, quod à Conſtitutionibus Clementis præſtari aſſeuerat, quas ipſe ſub ſuis titulis diſpoſitas in Vienneneſi Concilio; item antea, & poſt decreuerat, ſed in vulgus dare morte præuentus non potuit. Verùm cùm in paſtorali cura Ioannes ſuccederet, ne tam ſalutaria declarata perirent, & malis præſentibus tam opportuna remedia deeſſent, cùm primum potuit ea in lucem dare ſtatuit, & temporis opportunitatem nactus interpoſita ſui imperij authoritate per Apoſtolicas literas ab vniuerſis Chriſti fidelib. prædictas conſtitutiones tam in iudiciali foro, quàm in cuiuſlibet Vniuerſitatis ſtudio iubet obſeruari. Iam enim in ſuperioribus procemiis aduertimus, quod non ſolum ad Bononienſes, ſed ad omnes, qui ſub Chriſti Vicario Eccleſiæque Vniuerſalis finibus continẽtur, hæc procemialis Epiſtola dirigatur; non enim oportet vt legum promulgatio omnes nominatim appellet: neque omnium auribus intimetur, vt infrà de promulgatione agentes latè demonſtratur.

Cæterùm de concordantiis, aliiſque procemij dubiis, quæ ex ſuperioribus innoteſcunt, hîc rurſus agere non expedit, alia attingam, quæ ſuprà notata non ſunt, & in primis ante concordantias vide differentiam qua ſe Pontifex ſummus Chriſti ſubmiſſionem & modeſtiam imitatus, vnicum ſui officij & dignitatis nomen aliis Epiſcopis commune vſurpat ſic dicens. *Ioannes Epiſcopus.* Ita ſimiliter Gregor. & Bonifacius. At Imperator Iuſti- 5.
nianus faſtum ſæcularem præ ſe ferens, tot ſe titulis ac nominibus indigetat, quot in tribus aliis procemiis iuris ciuilis, ff. C. inſtitut. inſcribuntur: *Imperator Cæſar Flauius Iuſtinianus, Alemanicus Gotthicus, &c.* ita obſeruauit Bellarm. hoc loco, notab. 4. Tria verò procemia iuris ciuilis numeraui, quæ alioqui duo, vel quinque videri poſſent, quia quamuis ſub hoc nomine procemij duo tantum ſint, ff. & inſtitut. tres tituli priores, C. de nouo, C. facien. confirmando, & de emendatione einſdem C, vnius procemij loco proponuntur, & quamuis ad particularem Senatum vrbis Conſtantinopolitanæ, in primo & tertio titulo, C. ſcribatur. Item ad particulares perſonas, nempe in procemio, ff. ad Legum Doctores Theophylum, Dorotheum, Theodorum, & in 2. tit. de Iuſtiniano, C. confirm. ad Præfectum prætorio, tamen cum omnibus ſui imperij populis pariter Imperatorem loqui, omneſque his legibus conſtringere certum eſt, & hoc ſanè illud inſtitut. procemium declarauit, quod cupidæ legum iuuentuti mittitur vniuerſæ.

De concordantiis verò cum ciuili iure quatuor præcipuas noto: prima eſt, cum verbo, *nulla iuris*, & concordat l. 9. neque leges, & duæ aliæ leges ſequentes ff. de legibus, l. 2. §. his legibus, ff. de orig. iuris, l. 2. §. ſed quia diuinæ, C. de veter. vir. enuclea. authent. de Tabellionib. 6.

Tabellionib. circa medium, l. 17. tit. 1. partit. 1. ibidem gloſſ. 1. & 4. l. 11. tit. 1. partit. 1. l. 9. tit. 7. partit. 3. ibidem gloſſ. 1. Didac. Perez pagin. 200. colum. 2. poſt princip. per text. in proœm. tit. 3. lib. 2. ordin. 2. cum verb. *Machinationes*, concinit Authent, vt ij qui obligatas ſe habere prohibent & ibidem. *Quid enim homo ad malitiam ſemel deditus non adueniat?* vbi vide gloſſam ciuilem verb. *adueniat*. 3. cum verb. *ambiguitatis*, concordat. l. 19. in ambigua, ff. de legib. l. 3. in ambiguo, ff. de rebus dubiis, l. 67. quoties de regul. iur. His ambiguitatibus & machinationibus medentur nouæ Conſtitut. iuxta authent. hæc conſtitutio innouat coll. 6. & authent. hæc conſtitutio interpretatur coll. item 6. 4. cum verbo, *quia etiam*, conueniunt ea, quæ in proœmio Gregorij diximus de effrenata cupiditate, & appetitu noxio, quibus adde l. 1. tit. 1. lib. 8. recopilat. Azeued. ibidem, numero 14. Didac. Perez gloſſ. in rubr. tit. 19. lib. 8. ordin.

Circa notabilia video multas in hoc proœmio excitari quæſtiones, quæ ſub titulo de conſtitutionibus proprium habent locum, ideoque eas illuc remitto, tria tamen huius proœmij verba maius negotium faceſſunt, & difficultatem ingerunt loci propriam. *Primum ſub bulla*, 2. *de cætero*, 3. *Pontificatus*.

7. Quantum ad primum, prætermiſſis aliis bullæ ſignificationibus, illa, à qua credo bullam pontificiam nomen accepiſſe, geſtamen erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant triumphatores incluſis intra eam remediis, quæ aduerſus inuidiam validiſſima exiſtimarentur, hinc deductus eſt mos; vt bulla in vſum puerorum vſurparetur, aurea, ſi ingenui eſſent; ſcortea, ſi libertini, quam collo appenſam geſtabant ad omen, & vota conciliandæ virtutis, eos triumphatoribus ſimiles fore augurantes, quibus primis in annis bullæ, & prætextæ munera ceſſerunt. Inter hos filius fuit Tarquinij Priſci, qui de Sabinis triumphum egit, & filium ſuum quatuordecim annos natum, quod eo bello hoſtem manu percuſſerat, pro concione laudauit, & bullâ aureâ, prætextâque donauit, teſtis eſt Macrob. Saturnalium lib. 1. Hinc diplomata pontificia, à quibus plumbeum ſigillum dependet, bullæ nomenclationem accepêre. Verùm inter bullam & breue, quod etiam diploma eſt ſummi Pontificis appenſo ſigno munitum, hoc intercedit diſcrimen, quod bulla maiorem inuoluit verborum & clauſularum apparatum; breue verò à breuitate denominatur, quia in eo ſub breui verborum compendio multa dicuntur, nec non ad inſtar Canonum & Decretorũ; in breuibus commiſſiones, mandata Papæ ac præcepta ſtylo breuiori compillantur. Ita Marcheſanus par. 1. de commiſſ. appell. ab exequut. breu. cap. 1. num. 2. conuenitque hæc breuis acceptio cum alia à ciuili iure vſurpata. Nam breues, ſchedulæ erant exiguæ, in quibus & nomina debitorum, & priuata quæque negotia notabantur, vt docet Briſſon. de verbor. ſignificat. & patet ex l. vltima, C. de conueniendis fiſci debit. lib. 10. & l. 1. de excuſat. artific. C. eodem li... l. 1. de exact. tribut. eod. lib... 1. de apochis publicis eodem lib. l. penult. in fin. de Canon. largition. eodem lib. 10. C. vnde Lamprid. in Alex. ait Notarium, qui falſum cauſæ breuem in conſilio Imperatorio retuliſſet, &c.

Hinc illa oritur difficultas, quando, & quatenus bulla neceſſaria eſt ad faciendam fidem, de qua dico primò, quamuis ſcriptura ſeu bullatio neceſſaria non ſit ad ſubſtantiam, & eſſentiam gratię Apoſtolicæ, tamen ſine authentica ſcriptura, & bulla, gratia probari non poteſt: itaque expeditio bullæ omnino neceſſaria eſt ad faciendam fidem, ita docet Cardinalis hîc cum Archidiac. & Ioann. Andreas, additque à Rota deciſum fuiſſe quod Seraphin. deciſ. 1275. conteſtatur, dicens hoc in ſexcentis deciſionibus fuiſſe à Rota obſeruatum, concinit gloſſ. in proœm. 6. verb. *Bulla*. Socinus & Molina infra citandi, poſt alios. Probatur primò, quia alioqui mandatum principis ſine authentica ſcriptura credendum non eſſe docet l. vnica C. de mandato principis, concordatque caput, nobiliſſimus, diſt. 97. 2. quia gratiæ ſeu bullę imperfectæ nulla adhibenda eſt fides, teſte Rebuff. in prax. benef. titul. quæ contra Bullam oppon. poſt. num. 21. Maſcard. de probat. concluſ. 243. ſed ante ſcripturam & bullationem licet gratia per ſolum principis fiat in ſubſtantia & eſſentia perfecta ſit, tamen non eſt in forma probante, ergo illi non eſt adhibenda fides. Hanc minorem latè probat Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 55. cum multis, confirmatur primò, quia imperfecta bulla verè & propriè bulla non dicitur, ſicut nec teſtamentum, quod iuris ſolemnitate caret, quamuis vulgò, & impropriè teſtamenta dicantur, falſa, iniuſta, irrita, & rupta, per l. 2. §. 1. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, l. finali, ff. eodem tit. Alex. conſil. 215. in princip. volum. 2. Vbi ait imperfectam bullam non eſſe dignam bullæ nomine, & refert l. Polla in fin. C. de his quibus vt indig. & inſtitut. §. penult. quemadmodum teſtam. confirmatur 2. nam expeditio nulla & ineſſicax perinde eſt, ac ſi non eſſet in rerum natura, per cap. inter corporalia, de tranſlat. Epiſcop. & notari ſolet in l. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit. 8.

Dico 2. bullæ deperditæ tenor per teſtes, qui periti ſint, & vſum terminoſque bullarũ rectè calleant, probari poteſt: in caſu quo bulla, & ſupplicatio earumdemque regiſtra combuſta, vel amiſſa forent, ita Felyn. in rubr. de conſtitut. colum. penult. ante num. 7. item Cardinalis ſuprà citatus, quamuis difficile credat poſſe probari omnem continentiam gratiæ & omnem bullæ formalitatem, expreſsè tamen traditur in additione ad deciſionem 27. aliàs 332. de reſcript. in nou. & tenent Decius conſil. 82. colum. 2. & conſil. 215. numero 1. Mandoſ. in regul. 26. cancel. de non iudican. iuxt. mod. ſupplic. quæſt. 6. Afflict. deciſ. 274. Angel. in l. 2. §. diuus, in fin. ff. de iure fiſci, Bald. in l. ſicut iniquum, C. de fid. inſtrum. & in l. 1. eod. tit. Salycet. ibid. Caſtrenſ. in l. noſtram, colum. vltima, C. de teſtament. Probatur, contenta in ſcriptura authentica poſſunt probari per teſtes, qui de illius tenore deponant, vt expreſ- 9.

ſètraditur in cap.eum olim,de priuileg. gloſſ. & doctores ibidem, verb. ſine reprehenſ. ſpeciatim eaſum extendunt ad literas Apoſtolicas deperditas, concordatque l. 5. ſicut iniquum, C. de fide inſtrum. Bartol. ibidem & in authent. ſi quis in aliquo, C. de edend. Bald. in l 1. ff. ſi certum petat. Abbas in cap. Alberieus, colum. 1. de teſtib. & in cap. ſicut nobis, colum. 1. de ſentent. & re iudicat. Felyn. ibidem numero 2. Alex. conſil. 196. numero 9. lib. 2. Ergo idem dicendum eſt de bulla expedita, quæ probatur amiſſa, quòd illius tenor per teſtes probari poſſit, quibus quò magis intelligentes, ac periti ſint, eò maior adhibenda eſt fides de literarum tenore.

10. Dico 3. ſi actor produeat bullam poſt terminum ad articulos præſentandos præſcriptum, nec conſtat de die expeditionis, in dubio præſumendum eſt ante terminum fuiſſe expeditam, vt euitetur nullitas actus. Ita Gomes in regul. Cancel. de vtriuſque ſignat. compen. numero 54. vbi addit Rotam voluiſſe ſatis eſſe in bullis menſein eſſe appoſitum, vt in vna Gebennen. beneficiorum menſe Martio 1520. declarauit: Item Calderin. con ſilio ſecundo de pecul. Clericor. Maſcard. de probat. concluſionum. 244. numero; primò probatur, quia in dubio ſemper præſumitur actus legitimo tempore abſolutus vt euitetur contumacia, vt notat Bartol. in l. non ſolum, §. ſed & probari, ff. de oper. nou. nuneiat. confirmatur, nam quando duo actus eodem tempore facti reperiuntur in dubio, priùs ille præſumitur factus, qui fieri debuit, vt actus valeret, vt tenet Decius concil. 10. colum. 11. Felyn. in cap. paſtoralis, colum. 4. de reſeript. Iaſon in l. hac conſultiſſima in 1. & 2. column. C. qui teſtam. face. poſt. Bald. in l. cum teſtamento, §. hæc verba ad finem, ff. de hæred. inſtit. Alex. conſil. 114. num. 7. lib. 4. per l. meritò, ff. pro ſocio, & idem Alex. in l. diuortio, col. 4. ff. ſolut. matrim. & ſæpè hoc dictum pro ſingulari vſurpat Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 7. numero 51. referens multos.

11. Dico 4. Tranſumptum ex regiſtro bullarum authenticum plenam facit fidem ſicut originalis bulla in Romana Curia, non verò extra, niſi ex priuilegio, quando additur illa clauſula, vt tranſumptis fides habeatur; tres partes habet aſſertio: Prima pars deciſa fuit ſæpè à Rota deciſio. 28. de probat. aliàs 620. in antiq. & deciſ. 10. de fide inſtrum. aliàs 689. in antiquis, & coram Seraphin. deciſ. 1428. in vna Vlyſſiponen. Prioratus, vigeſima ſeptima Martij anno 1602. dico verò vt tranſumptum ſit authenticum, quia tranſumptio debet eſſe legitima, vt ſcilieet fiat authoritate illius, cuius interſit, vt in deciſione proximè citata dicitur cum Caſſador. deciſ. 2. numero 3. de iudic. eamdem partem concluſionis tradit Boër. conſil. 2. num. 3. Belenc. de charit. ſubſid. quæſt. 113. Sarnen. in cap. ſtatutum, numero 60. de reſcript. in 6. Alex. in authent. ſi quis in aliquo, C. de edend. numero 9. & conſil. 138. lib. 1. Lanfranc. de Oria. in cap. quoniam contra, numero 11. de probat. ratio eſt, quia quando tranſumptum authoritate publica legitimè extrahitur ab originali, acquirit omnem authoritatem ad faciendam fidem, quam habebat originale, nam alioqui vetuſtate perirent inſtrumenta, & fortuitis caſibus incendij perderentur tituli, & iura iuſtè poſſidentium: cui incommodo vt ſubuenirent Leges & Canones, multa decreuêre in tit. de fide inſtrum. Nota tamen quod tranſumptum ſolius ſupplicationis, ſolùm fidem facit ad probandam ſupplicationem, non verò ad probandam conceſſionem aut illius tenorem, vt obſeruat Mandoſ. in regul. cancellar. de non iudieand. iuxta formam ſupplieat. numero 2. Belenc. loco citato, Bellamer. deciſ. 251. Roman. conſil. 336. numero 5. item Rota in deciſ. 28. ſuprà citata. 2. pars probatur, & redditur ratio differentiæ cur tranſumptum Bullæ Pontificiæ valeat in Romana Curia, & non extra. Nam in Curia facile confugere poſſumus ad regiſtrum & originale, item ad ſummum Pontificem, ſi de tranſumpti viribus, clauſuliſque dubitetur, vt quotidie fieri ſolet, quod extra Curiam non eſt ita facile, & ita tenet Speculator in tit. de probat. §. videndum reſtat, numero 3. Mandoſ. citatus, & Maſcard. de probat. concluſio. 246. vbi totam hanc aſſertionem tuetur. 3. pars oſtenditur, quia in multis bullis additur hæc clauſula ad finem, vt tranſumptis habeatur fides, quæ clauſula ne ſuperuacanea ſit, & vt aliquem præſtet effectum, intelligenda eſt extra Romanam Curiam, vbi ſine eo priuilegio fidem non faceret bullæ tranſumptum.

12. Dico 5. Bullæ tranſumptum à regiſtro, in quo originale eſt caſſatum, de mandato Domini Auditoris de Camera, & expeditorum, non facit fidem. Item ſi non reperiatur bulla regiſtrata in regiſtro bullarum, ſuſpicionem inducit falſitatis. Ita Verall. deciſ. 74. part. 1. & Caſſador. ſuper regul. deciſ. 5. numero 6. probatur, quia bullę Apoſtolieę inſtrumentis æquiparantur, vt docet Sarnen. in regul. de public. reſignat. quæſt. 9. numero 8. & regiſtrum Bullarum reputatur prothecollum ſeu originale iuxta Rotam in deciſ. 28. de probat. in antiq; & deciſ. 10. de fid. inſtrument. in eiſdem, Bellamer. deciſ. 251. Belenc. de charitat. ſubſid. quæſt. 113. num. 6. Staphil. de liter. grat. & iuſt. fol. 140. & 143. Sed quando originale ſeu prothocollum eſt cancellatum, vel in eo non reperitur tranſumptum, omnia inſtrumenta extracta cenſentur caſſata, vel præſumuntur falſa, iuxta Bald. conſil. 14. num. 1. lib. 5. Sarmen. in regul. de iure quæſito non tollend. quæſt. 20. Felyn. in cap. quoniã contra, colum. 8. num. 7. de probat. Ergo idem dicendum de tranſumpto bullæ, quæ eſt in originali caſſata, vel in prothocollo non reperitur, atque adeo nulla illi danda eſt fides per l. 24. Iubemus, C. de probation. l. 2. in fin. C. de fid. inſtrum. Iaſon. in l. Labeo, ff. de pactis, Bald. in l. ſi præſes, num. 6. quomodo & quando iud. & doctores cõmuniter in cap. ex bis de fid. inſtrument. Pariſ. conſ. 28. lib. 2.

13. Dico 6. Bullæ falſitas arguitur, ſi contra ſupplicationis ſignaturam ſit expedita, ita Maſcard. de probat. concluſ. 242. cum Rebuff. in prax. benef. titu. de diſpenſatione ratione ætatis, numero 12. Ratio eſt, quia literæ expeditæ

ditæ teſtificantur conceſſionem principis : ſed ſignatura ſupplicationis continet tenorem & ſubſtantiam conceſſionis: ergo ſi contra ſignaturam expediuntur, contra veritatem gratiæ procedunt, & merito falſitatis arguũtur. Notant ſeu excipiũt dicti authores, caſum, in quo literæ expeditæ contra ſignaturam in aliqua ſupplicationis parte, faciunt fidem : videlicet ſi quis in ſupplicatione diceret ſe eſſe annorum viginti trium, & deinde antequam expediuit literas beneficij compleuit legitimam ætatem viginti quinque annorum, literæ expeditæ ſine vlla ætatis mentione faciunt fidem, neque pars eis opponi poteſt, quod non conueniat ſignaturæ: nam illa pars conceſſionis cedebat in fauorem impetrantis, cui pars renuntiare poteſt, quia iam ad legitimam ætatem peruenit, per cap. ſi diligenti de foro compet. Similiter ſi quis in ſupplicatione diceret ſe pati defectum natalium ex ſoluto & ſoluta, poſtea illius pater matrem in vxorem duxit, ſane poterit bulla expediri prætermiſſo natalium defectu, eo quod ſuperueniens matrimonium naturalem filium iam natum legitimare poteſt iuxta cap. tanta, qui filij ſint legit. Attamen licet vera ſit doctrina horum caſuum, & ſimilium, non tamen faciunt exceptionem contra vniuerſalem doctrinam noſtræ aſſertionis, quia non procedunt hi caſus contra ſignaturam, ſed potius præter vel citra illam: qoia renuntiata fauoris ſeu conceſſionis parte, nihil contra, vel vltra illam bulla contioet : ſed ſolum negatiuè ſe habet, quatenos non teſtificatur totam conceſſionis gratiam, quæ in fauorem impetrantis cedit.

14. Secunda Difficultas eſt circa verbum *de cætero*. Nam illud oſtendit incipere obligare has conſtitutiones Clementis poſt Ioannis 22. publicationem, & non ante, & confirmatur, quia in eodem procemio ait Pontifex Ioannes, Clementem decreuiſſe, has conſtitutiones iam in vnom volumen congeſtas dare in vulgus, & ſuum in hac parte propoſitum noo impleuiſſe, ergo ſignum eſt noo fuiſſe publicatas. Ex alio capite conſtat ſaltem plures ex his conſtitutionibus fuiſſe in Coocilio generali Viennenſi ſub eodem Clemente Quinto publicatas, vt teſtatur Bellarmin. tom 2. controuerſ. lib. 1. de Conciliis, cap. 5. cum Palmerio, Platina & Onufrio, & huiuſmodi decreta refert Bzouius anno 1313. & antea 1311. adduxerat Clementinam vnicam, quæ habetur, ſub titulo, de ſumm. Trioita. & fide cathol. & Clem. ad noſtrum, de hæretic. Deinde ex gloſſ. hoc in loco in verb. *Ante*, & in verb. de cætero in principio, conſtat aliqua decreta ex his fuiſſe publicata, & de facto ligare cœpiſſe viuente Clemente, præſertim ſeptem : tria ante Concilium Viennenſe, verbi gratia Clem. dudum, de iudic. Clem. quoniam, de immunit. Eccleſ. Clemen. ex frequentibus, de ſentent. excommonicat. Quatuor verò in Coocilio, vel poſt Concilium, oimirum Clemen. vnica, de ſumm. Trinitat. Clemen. oe Romani, de elect. Clem. Romani, de iur. iuran. & Clemen. paſtoralis, de re iudic. & de aliis conſtitutionibus idem dicendum eſſe, ſuadet il- A larum inſcriptio, quia cum reliquis in Concilio Viennenſi decretæ & publicatæ inſcribuutur.

Diceodum nihilominus eſt verbum *de cætero* merito appoſitum in procemio Ioannis, duplicem effectum habere : voum reſpectu omnium Clementinarum, alterum reſpectu aliquarum tantum. Primus reſpectu omnium eſt dare has Clementinas in vulgus vno volumine ſub ſuis titulis digeſtas, & corpori Iuris adiunctas cum ea auctoritate quam habent Pontificum decreta poſtquàm in corpore Iuris conſtituuntur. Nam etiamſi multa ex his antea obligarent, vt pote iam ſolemniter publicata, tamen more extrauagantium in corpore Iuris locum non habebant : nec illam authoritatem quam ex huiuſmodi po- B ſitioue & quadam incorporatione Iuris denuo ſortitæ ſunt. Alter effectus reſpectu aliquarum conſtitutionum eſt, vt ſi de illis dubium erat, an ob defectum inſufficieotis publicationis adhuc obligandi vim non haberent, vel quia vſu receptæ non erant, vel quia earum executio in viridi obſeruantia non perſeuerauit, iam poſthac nullus dubitationi locus relinqueretur; illas enim, quaſi denuo faceret, eiſque obligandi vim nunc primum daret, inpoſterum ſemoto quolibet dubio ab omnibus obſeruari iubet, omneſque ſiue antea promulgatæ & receptæ eſſent, ſiue oon, iam nunc ſicut reliquas conſtitutiones in corpore Iuris contentas in vniuerſali ſtudio, ac in iudiciali foro allegari, ac recipi, & hæc tandem eſt reſolutio gloſſæ, quamuis, C oon ita diſtinctè propoſira, quam ſequitur Cardinal. poſt alios hoc in loco verb. *vniuerſitati*.

Tertia Difficultas eſt circa notationem gloſſæ verb. *Pontificatus* vbi Gloſſa ait Ioannem 22. electum fuiſſe, die ſeptima Auguſti, Coronatum verò quinta Septembris, & à die Coronationis dici incipere Pontificatum, quod quidem declaratione indiget, ne quis hinc errandi accipiat occaſionem, credens ſummum Pontificem talem non debere appellari ante coronationem : quaſi per ſolam electiooem aſſumptus non ſit ad ſummi Pontificatus apicem; quem errorem tribuit Alphonſus Soto in procem. regul. Cancellar. gloſſæ noſtræ hoc loco & in data. verbo *Pontificatus* cum tamen looge alia ſit mens gloſſæ: D vt ſtatim dicam: eamdem errandi occaſionem ſumere poſſunt aliqui ex eo quod docet Abbas in procemio Clement. teſte Felyn. in cap. eam te, de reſcript. oum. 1. ſummum Pontificem non appellari niſi Coronatum, benedictum, & conſecratum; & quod ait Baldus in procemio decretalium colum. 7. vt ei tribuit ſpeculat. par. 2. de reſcript. præſent. §. 9. num. 18. Papam ante coronationem non habere poteſtatem regendi, ſeu adminiſtrandi ſpiritualia, ſed ſolum temporalia. Ad tollendam huius erroris occaſionem, excommunicationem per decretalem extrauagantem fulminauit Clemeos Papa quintus; (vt eſt in inſcriptione:) ſed vt docet Felyn. citatus colum. 5. num. 6. Clemens fuit ſexus, contra eos, qui literas ſuas ante coronationem 15.

expeditas ex hoc capite non reciperent, quod ante accepta coronationis inſignia non deberet Pontifex ſe prouiſionibus, reſeruationibus aliiſque faciendis gratis immittere; quæ extrauagans eſt vltima ſub tit. de ſentent. excommunicat.

16. Dicendum igitur eſt Papam poſtquam electus eſt omnem omnino iuriſdictionem adminiſtrandi & regendi tam temporalia quam ſpiritualia Vniuerſalis Eccleſiæ quæ ad ſummum Pontificem ſpectant, ſtatim obtinere, & ad ſummum Pontificatus apicem aſſumi, & à ſolo Chriſto confirmari, ſeu informari pontificatus dignitate. Probatur ex cap. finali, de conceſſion. præbendar. in 6. Gemioian. cùm gloſſ. ibidem & ex cap. licet, de elect. ibique Doctores communiter cap. in nomine Domini, diſt. 23. & cap. ſi quis pecunia, diſt. 79. quod vt melius intelligatur notandum eſt cum Bellarm. de Romano Pontifice, lib. 2. cap 17. §. obſeruandum eſt, & ſeq. quamuis electores ſummi Pontificis verè dicantur illum facere ſeu creare, & eſſe cauſa cur ille adipiſcatur pontificiam dignitatem, non tamen illi conferunt pontificatus poteſtatem, neque cauſa ſunt huius poteſtatis, ſolum enim ſe habent electores veluti cauſæ diſpoſitiuæ materiæ ſen ſubiecti in quod Chriſtus formam Pontificatus nempe poteſtatem pontificiam introducit: exemplum eſt manifeſtum in generatione humana. Nam quamuis parentes diſponant materiam ad introductionem animæ rationalis, & ideo dicantur generare & cauſare filium, ſolus tamen Deus creat animam rationalem, & illam in materiam diſpoſitam introducit. Itaque in perſona Pontificis concurrunt tria. Primùm eſt ſubiectum hominis, quod habet cauſas naturales. Secundùm diſpoſitiones remotæ nempe vt ſit fidelis, baptizatus & de quibus ſuo loco dicendum, & diſpoſitiones proximæ nempe ſuffragia ſufficientia ad deſignationem perſonæ legitime & canonicè electæ. Tertiùm Collatio poteſtatis pontificiæ, quæ eſt coniunctio ſummi Pontificatus cum tali perſona deſignata: ſolum igitur illam diſpoſitionem proximam nempe deſignationem, Pontifici conferunt electores: nam dare pontificatum tali perſonæ ſpectat ad Chriſtum cuius Vicarius in terris eſt. Vnde facta electione legitima ſtatim illi electo Pontificatum Chriſtus Dominus confert, & conſequenter totam iuriſdictionem ad regendam vniuerſalem Eccleſiam, & ad adminiſtrandum tam temporalia, quàm ſpiritualia ille electus illico conſequitur, ſolum obſeruandum eſt, ſi crearetur pontifex per

17. electionem legitimam fidelia Eremita, qui ſacerdos non eſſet, vel Cardinalis presbyter, ſeu qui non eſſet Epiſcopus, vt ſæpè contingit, antequam ordinetur presbyter non poterit facere ſacrum, vel abſoluere à peccatis Sacramentaliter, neque antequam ſit Epiſcopus poterit conferre ordines ſacros, & ſimilia miniſteria exequi per ſe, quæ ſunt effectus ſacri ordinis, & conſecrationem in miniſtro iure diuino prærequirunt.

18. Cum veritate tamen huius doctrinæ ſtat

A quod de ſtylo Curiæ non ſoleat Pontifex ſui Pontificatus annos computare niſi à die coronationis, vt bene aduertit Cardinal. Tuſch. lit. P. concluſ. 67. cum Butrio conſil. 43. in princip. vbi ait, quod Papa recipit Pontificatum & adminiſtrationem à die electionis, licet de ſtylo, qui ſeruandus eſt, non incipiat Pootificatus, niſi à die Coronationis. Addit Alphonſ. Gloſſator hodie de vſu Curiæ, licet ſupplicationes ſignatæ ſint in Conclaui ſtatim poſt electionem pontificis non ſolere datari, niſi poſt coronationem; poſſe tamen datari ex tunc: nempe ex eo tempore quo ſignatæ ſunt: addit gloſſa in data ſexti quam ſequitur Syluan. de benefic. part. 1. quæſt 2. num. 36. ſpeculat. vbi ſupra & alij, quando literæ Apoſtolicæ expediuntur ante coronationem non niſi dimidiata bulla ſignari quoad B illam partem quæ habet capita Apoſtolor. ſculpta, reliqua verò pars, vbi nomen Pontificis poni deberet ſine nomine plana eſt. Hinc intelliges gloſſam in locis citatis ſecundùm hanc curiæ conſuetudinem loqui, non enim negat ex quo per electionem Papa aſſumptus eſt, ſummã Pontificatus poteſtatem, & iuriſdictionem conſequi, ſed hoc vocabulo *Pontificatus* non vti niſi à coronationis die. Itaque ſi ante coronationem expediantur literæ Pontificiæ in data dicitur datum anno aſſumptionis ooſtræ primo, itaque nomen *aſſumptio* computat tempus à die electionis: nomen *Pontificatus* à die coronationis: non potuit clarius ſuam mentem Gloſſa exponere quam illis verbis in fine libri ſexti C ad datam verb. Pontificatus: *conſuetudo*, inquit, *eſt Romanorum Pontificum, (quæ potius eorum ſolito vſu quam iure roboratur) quod poſt electionem ante conſecrationem, & coronationem non ſcribunt Pontificatum in data*, fundaturqoe hæc conſuetudo in l. final. in fin. C. de quadr. preſcript. ibi, *ex quo imperiales ſuſcepimus inſulas*, dicitur enim dies in quo coronatur Imperator dies ortus imperij iuxta legem vltimam, C. de fer. & l. antepenult. ff. de milit. teſtam. & quantum oporteat hoc ſcire ad agnoſcendum, quænam literæ prius ſint expeditæ, patebit ex hoc caſu, nam pono quod quis obtinuit Bullam à Domino noſtro Vrbano Octauo, cuius data erat anno 3. Pontificatus idibus auguſti; alter verò alteram expediuit cum data etiam anno 4. Pon- D tificatus menſe Octobris, clarum eſt ſi computatio fiat à die aſſumptionis, quod præcedit bulla idibus auguſti expedita; quia Dominus noſter aſſumptus eſt ſextà die auguſti; ergo facta computatione ab aſſumptione, quæ expedita eſſet idibus auguſti præcederet alteram, menſe Octobri obtentam. quia tamen computatio Pontificatus fieri debet à die ſancti Michaëlis vigeſima nona Septembris, quo die Beatiſſimus pater coronatus fuit; ideo bulla expedita Octobri anno 4. Pontificatus prior eſt altera data idibus auguſti an. item 4. Pontificatus, quia hæc poſt decem menſes emanauit: ſimilem caſum refert Gloſſa in data ſexta ſuprà citata, de facto contigiſſe, in duabus expectatiuis, quarum poſterior ob imperitiam huius ſtyli priori prælata

eſt

eſt, quod intelligendum eſt, quando non po-
nitur in bulla annus Domini, ſi enim po-
natur ex eo tolli poterit dubitatio, quia annus
aſſumptionis non erit idem, qui pontifica-
tus; ſed erit ſubſequens, vel ſi putetur idem
eſſe initium pontificatus, & aſſumptionis,
bulla de contradictione arguetur ex eo quod
ſit annus pontificatus idem: Et annus Do-
mini ſit ſubſequens in bulla idibus Auguſti
data.

De auctoritate Extrauagantium, num omnes, & ſolæ corpori iuris inſertæ fidem faciant in iudicio.

CAPVT VI.

QVamuis neque Extrauagantes neque
Gratiani decretum præfatio aliqua
præceſſerit, quam commentari oporteat, ad
notitiam tamen horum textuum, & autho-
rum à quibus proceſſerunt, aliquid mihi eſt
integrum procemiari. Conſtitutiones igitur
Romanorum Pontificum, quæ licet corpori
Iuris annexæ, non ſint promulgatæ in ge-
nerali compilatione Iuris, ſed extra illud va-
gabantur, dictæ ſunt Extrauagantes per cap.
paſtoralis, de fide inſtrumen. huiuſmodi ve-
rò conſtitutiones in hoc volumine cum ſexto
& Clementis reperiuntur, & ſunt in dupli-
ci genere, nam priores viginti ſub quatuor-
decim titulis diſpoſitæ omnes à Ioanne 22.
editæ ſunt. Poſteriores quæ extrauagantes
communes dicuntur à diuerſis Pontificibus
emanarunt, & in quinque libros ſob diuerſis
titulis digeruntur, inter quas etiam aliquæ à
Ioanne 22. editæ ioueniuntur, Immo, vna,
quæ eſt Extrauag. execrabilis, de præbend.
& dignitatib. inter priores, & poſteriores
totidem verbis tepetitur, ſed rogatis cur ſe-
paratæ ſunt viginti extrauagaotes Ioannis
22. ab aliis, & cur non ſunt diſpoſitæ in ſuo
loco in diuerſis libris, cum reliquis commu-
nibus, illæ priores viginti, non inuenio al-
teram huius diſpoſitionis rationem niſi quia
illæ viginti ſeparatæ peculiarem habent gloſ-
ſam Zenzilini de Caſſanis: reliquæ verò
Gloſſis Ioannis Monachi Pichardi; Item
Guilielmi de Monte Lauduno, & Ioannis
Franciſci de Pauinis illoſtrantur; idcirco-
que illa extrauag. Execrabilis repetitur ioter
communes, quia ibi gloſſatur à Guilielmo,
ſed fateor poſſe poni illam gloſſam ad finem
alterius gloſſæ Zenzilini ſicut ad finem om-
nium extrauagantium Ioannis ponontur
apoſtillæ Franciſci de Pauinis ne chartæ ſine
vtilitate impleantur.

Præterea inter communes extrauagantes
aliquæ Clementi Quinto attribuuntur. In
quo illa eſt difficultas, quod in inſcriptione
illarum dicitur illas emanaſſe poſt ſextum:
ſed quando Clemens Quintus mortuus eſt,
Ioannes 22. omnes illius Conſtitutiones in
ordine digeſtas, & in vnum volumen com-
poſitas edidit, vt ſuperiori capite vidimus,
ergo poſt Clementis Quinti mortem noua
alia conſtitotio extrauagans ſub illius nomi-
A ne non poterat denuò euulgati, qui vim ali-
quam obligandi induceret, vnde immerito à
Clemente Quinto cooſtitutiones iſtæ cenſen-
tur prodiiſſe: ſanè illam vltimam de ſentent.
excommunicat *Quia nonnulli* Clementi ſexto
tribuit Felyn. in cap. eam te de reſcript.
numero primo & Solua. de benefic. par. 1.
quæſt. 2. num. 37. Cæterum dubitari poteſt
an omnes hæ extrauagantes & ſolæ faciant
ius, itaut ſententia contra illas lata ſit nulla:
hanc dubitationem ſequentibus aſſertioni-
bus reſoluam.

Prima, Hæ Extrauagantes corpori Iuris
inſertæ, item aliæ quæ in bullario Pontifi-
cum tribus tomis collectæ, & impreſſæ cir-
cumferuntur in iudiciis faciunt fidem etiam
ſi non producantur, & ſententia contra il-
B las lata eſt oulla vt potè contra ius: ita Ro-
man. conſil. 260. num. 2. Felyo. poſt Ab-
batem Butr. & Ancharan. in cap. 1. colum.
6. verſic. ſecundus caſus de re iudicat. Bald.
in l. legts ſacratiſſimæ quæſt. 2. C. de legib.
Philipp. Franc. in cap. 1. notab. 4. de con-
ſtitut. in 6. Ioſeph. Ludouic. de ſtatutis con-
cluſ. 1. poſt alios Iuſch. lita E. concluſ. 679.
num. 4. Andr. Gamba, de auct. legat. de la-
tere, num. 395. Probatur quia Extrauagan-
tes ſunt notoriæ, & iam poſt publicationem
ſatis euulgatæ cenſentur per librorum ex-
cuſſionem: ergo non poteſt præſumi de illis
ignorantia, nam idem eſt eſſe notorium, &
eſſe in iudicio productum vt tenet Alex. in l.
cum prolatis, num. 13. & 19. ff. de re iudicat.
Mandos in addition. ad conſilium Roman.
C citatum qui refert patrem ſuum in 1. quæſt.
28. tegula num. 4. ſicut ergo quæuis ſenten-
tia contra legem lata cenſetur nulla; ita ſi
contra extrauagantem notoriam feratur
omnino nulla iudicanda, vt late probat Fran-
ciſc. de Pauinis in præludio ad Extrauag.
Ioannis 22. cum Bald. Butrio, & aliis, ex l.
1. §. item cum contra ſacras, ff. quæ ſenten.
ſine appell. reſcind. exemplum erit in extra-
uag. Execrabilis iuxta Abb. in cap. paſtoralis
de fide inſtrumentorum, & in extrauag. ad
regimẽ, quæ citatur in deciſ. 22. de præbend.
alias 338. in nouis. Item in aliis frequenter
citantur aliæ, quæ oon ſunt annexæ corpo-
ri Iuris, vt patet in deciſione 205. num. 3.
par. 1. in nouiſſimis.
D Secunda, Aliæ Extrauagantes ſi in archi- 5.
uio publico aſſeruantur non poteſt de eis du-
bitari, & præſumuntur vſu receptæ, ita Io-
ſeph Roman. & Franciſc. de Pauinis ſupra
citati Tuſch. lit. E. concluſ. 680. Probatur
per authent. ad hæc, C. de fide inſtrument.
cum aliis textibus, qui ab eiſdem doctoribus
referuntur, quæ enim in archiuio publico
aſſeruantur ſufficientem habent publicita-
tem, & niſi contrarium probetur, illa conſer-
natio authoritate publica ſtabilita receptio-
nem vſumque illius iuris indicat, nec niſi per
contrariam probationem præſumptionem
iuris recepti euertit; quod dico de extraua-
gantibus communibus intelligendum, & ap-
plicandum eſt particularibus ſtatutis, nam
ſtatutum quod inter alia habetur, vel in ar-
chiuio publico poſt ſui publicationem aſſer-

Digitized by Google

uatur, eamdem fidem facit, & autori tamen habet reſpectu illius loci ſeu prouinciæ particularis ad quam dirigitur, & eodem modo hanc doctrinam ad ſtatuta applicat Franciſc. de Pauinis citatus cum Bald. in ſuo peculio verbo *ſtatutum*, neque ſequiras neceſſario in his extrauagantibus datam, ita Bartol. in gloſſ. final. ad extrauag. quæ ſint rebelles, & Franciſc. de Pauinis in prælud. ad extrauag. col. 2. quod tamen eſt intelligendum, de extrauagantibus, quæ poſt compilationem ſexti emanarunt, vt bene aduertit Ioan. Audr. & alij in prooem. 6. ad finem & nos ſupra obſeruauimus.

Tertia Aſſertio, Quando verò Extrauagans non eſt nota, vt faciat fidem in iudicio, & vt ſententia contra illam lata nulla ſit, oportet vt producatur authentica, alioqui neque ſententia contra illam irrita erit, neque in iudicio illi fides dabitur. Ita Ioſephus Ludouic. de ſtatutis concluſ. 1. in fine cum doctoribus communiter in cap. paſtoralis de fid. inſtrument. Caſſiodor. decis 8. de conceſſion. præbend. Felyn. in cap. 1. colum. 5. num. 12. de ſentent. & re iudicat. cum Rutr. Cardinal. Imol. Abb. Domin. Bart. Angel. Bald. & aliis Tuſch. lit. E. concluſ. 679. n. 1. & 2. poſt Zabarell. conſil. 71. in fin. & Caſtrenſ. conſil. 278. in princip. lib. 2. & conſil. 135. in princ. lib. 2. probatur l. 33. cum prolatis, ff. de re iudicat. Secundùm intellectum, quem ſequitur Bartol. Bald. Angel. & alij citati à Felyno vbi ſupra; & concordat. cap. cauſa quæ inter de ſent. & re iudica: & cap. paſtoralis citatum: ratio eſt quia in eo caſu præſumitur probabilis ignorantia talis extrauagantis, vel ſaltem non fuiſſe vſu receptã: Extrauagantes verò quæ, vſu receptæ non ſunt ad ſui obſeruationem non obligant per cap. 1. vbi latè Felyn. & alij doctores id tradunt, de tregu. & pac. Socin. in l. ſi filius, num. 7. ff. de liber. & poſthum. Decius conſil. 469. num. 8. Pariſ. conſil. 105. num. 8. lib. 4. Cephal. conſil. 136. num. 18. lib. 1. Roland. à Vall. conſ. 99. num. 39. lib. 2. cum multis quos referunt, & eſt communis ſententia. Aduertit tamen Franciſc. de Pauinis in prælud. extrauag. colum. 2. has extrauagantes producendas eſſe extra Curiam ſub plumbo, in Curia verò ſub ſigillo Cancellarij ſi deſcriptæ ſunt in libro Cancellariæ; vel ſub ſigillo Camerarij auditoris ſi in Camera Apoſtolica aſſeruantur.

Excipit tamen Felyn. in cap. 1. de re iudicat colum. 6. num. 12. caſum, in quo pars petiiſſet à iudice vt de illa extrauagante, de qua ipſe dubitabat, quia non proferebatur authentica, conſuleret ſuperiorem, nam ſi Iudex noluit id facere, ſententia contra illam extrauagantem erit nulla; & refert pro hac ſententia Bald. in cap. paſtoralis in princip. de fide inſtrum. & probat ex l. verum §. ex facto, ff. de min. ibi *ad imperatorem ſe* retulit. Verum mihi hac in re magis placet opinio Abbatis Butrij, Imol. & alior. in cap. paſtoralis citatum, qui docent quando nulla eſt notitia de extrauagante quæ allegatur non teneri iudicem conſulere ſuperiorem, Immo A melius facere ſi non conſulat quia videtur extrauagans allegata in fraudem ad dilationem cauſæ: ſi tamen aliqua notitia habetur de extrauagante allegata, ſed Iudex dubitat, tunc dicunt arctari iudicem ad ſuperiorem recurrere, quicquid in oppoſitum iudicent Petrus, & Ioann. Adr. citati ab Abbate n. 3. contra quos ait Abbas procedere textum paſtoralis, qui per verba imperatiui loquitur, & iudici præſcribit vt in dubia extrauagante, quæ iuri communi diſſonat, ſuperiorem conſulat. Addit tamen Abb. Butr. & Imol. ſi Iudex adhuc inconſulto ſuperiori ſententiam ferat contra extrauagantem, validam fore, quamuis Iudex male fecerit non conſulendo, & veniat puniendus: ratio eſt quia in hoc capite præcipitus actus conſulendi, non verò irritatur B actus ſentent. ferendæ. Deinde quãdiu Iudex certus non eſt de decretali non offendit iuris auctoritatem; & ſicut contra ius dubium ſententia lata valida eſt, ita contra extrauagantem dubiam in dubio facti; quod magis efficax eſt ad faciendam dubitationem à fortiori valida reputabitur, ſed de hoc latius hoc loco.

De auctoritate Decreti à Gratiano compoſiti.

CAPVT VII.

LIbrum ab auctore auctoritatis commendationem mutuari nemo dubitat. Dicen- C dum ergo eſt quis fuerit Decreti auctos, & quo tempore hoc opus editum, quis illius Gloſſatos, & denique num ab aliquo Pontifice fierit confirmatum: quibus expeditis, quamlibet autoritatem habeat, facile innoteſcit. Quod verò Gratianus Decreti, quod Coocosdia diſcordantium canonum inſcribitur, compilatos fuerit, & auctor, nullus ambigit: patet ex gloſſ. multis in locis Gratianum nominante vt in cap. diſt. 20. verb. claues, & 7. quæſt. 1. cap. quia frater, §. ambitionis gloſſ. 1. & notat Ioann. Andr. in Mercurialibus de regul. iur. in 6. ſuper data vbi ait hoc eſſe notorium, & propter hoc forſitan Gratianum huic operi nomen ſuum non inſcripſiſſe. Verum Codex Vaticanus hanc habet inſcriptionem. *Decretum Gratia-* D *ni Monachi ſancti Felicis Bononienſis Ordinis ſancti Benedicti compilatum in dicto Monaſterio Anno Domini Milleſſimo Centeſſimo quinquageſſimo primo tempore Eugenij Papa Tertij.* Non ſunt tamen citra controuerſiam reliqua quæ in hoc titulo notantur, excepto auctoris nomine, nam de patria aliqui hallucinati ſunt cum Tritemio de viris illuſtr. Ordinis ſancti Benedicti, lib. 2. cap. 113. qui Monachum Claſſenſem appellant Monaſterio nomen patriæ tribuentes: natus enim eſt in Tuſciæ ciuitate, quæ Cluſuim, ſeu Guiſa dicta eſt, non Claſſa, vt aliqui deprauatè legunt in Chronico qnod inſcribitur Pomærium Eccleſiæ Ranenatis, & ſeruatur in Bibliotheca Vaticana. Obſeruarunt hunc errorem Baron. anno 1151. & Poſſeuinus in apparatu verbo Gratianus.

Gratianus. Præterea auctores citati, & alij aſſerunt Gratianum ſancti Benedicti Monachum fuiſſe: idem teſtatur Baptiſta de ſancto Blaſio in rubricam decreti n. 2. cum Laurentio de Bononia, & Nicolao de Tudechis. item Gregor. Toloſano de Generali Collect. ioris, tit. 1. n. 15. cum Hugone ad cap. poſt appellationem, §. forma 2. q. 6. Vnde Monachi ſancti Proculi Bononiæ ſuum eſſe affirmarũt, & ideo in clauſtro, quod hortum reſpicit, ſtatuam ei marmoream erexerunt & in hac ſententia eſt Maranta in praxi 3. p. n. 34. & ſeq. Monachi ſancti Felicis ſuum eſſe dicunt. Arnoldus Vion, vt refert Poſſeuinus, quò vtriuſque Monaſterij Monachos conciliaret, aſſeruit Gratianum prius monaſticam vitam in Monaſterio ſancti Proculi fuiſſe profeſſum, deinde maioris commodi gratia ad Monaſterium ſanctorum Felicis & Naboris tranſiiſſe, qui eſt eiuſdem ordinis, ibique decretum compoſuiſſe, quod fortaſſe Carolus Sigonius indicauit, lib. 1. de Epiſcopis Bononi. vbi non curauit quo in monaſterio ſancti Benedicti vitam monaſticam incepiſſet: ſed ſolum aſſeruit in Monaſterio ſancti Felicis decretum compoſuiſſe. Præpoſit. tamen Alexand. etiam decreti compoſitionem in Monaſterio ſancti Proculi factam confirmat in procem. decreti ad initium, ego verò pluribus aſſentior hac de re teſtimoniis, atque adeo Gratianum ſancti Benedicti Monachum fuiſſe, & in illo Bononienſi Monaſterio ſancti Felicis opus hoc elucubraſſe multo probabilius exiſtimo.

De tempore etiam controuertitur. Nam Baptiſta de ſancto Blaſio num. 4. ait compoſitum fuiſſe decretum anno 1105. & probat ex 2. quæſt. 6. §. forma vbi in forma petendi Apoſtolos data eſt 1105. vt hic author ait, at in aliis antiquis Codicibus eſt 1161. in emendata editione nouiſſimè facta iuſſu Gregorij Decimi-tertij legitur anno 1141. Tritemius citatus ait decretum compoſitum fuiſſe anno 1127. quod Toloſanus vbi ſupra in ſcholio dicit forſitan verum eſſe, de initio compoſitionis. Gloſſa Vgonis ad §. forma 2. quæſt. 6. item Præpoſit. Alexand. in procemio: Maranta & alij aſſerunt editum fuiſſe anno 1150. docente Iacobo Bononienſi ius ciuile & Alexandro Theologiam, qui poſtea fuit Papa Alexander Tertius: Verùm Baron. Gregor. Toloſanus & Poſſeuinus ſequuti Pomerium Rauenatis, ſentiunt hoc Gratiani opus anno 1151. in lucem prodiiſſe, quæ ſententia mihi veriſimilior videtur, licet non inficiar potuiſſe ante decem annos, vel ante viginti quatuor ab auctore inchoari. Mirum enim non eſt tam arduum, tamque elaboratum opus tot annorum ſpatio componi, vt Baptiſta de ſancto Blaſio obſeruauit, neque in hac temporum ſupputatione plus moror: Vide Thomam Cananum in procemio decreti plures alios hac de re referentem numero 120. & ſequent. vbi etiam illam tangit quæſtionem, an Gratianus fuerit frater Petri Lombardi Magiſtri ſententiarum & inſignis Theologorum anteſignani, alteriuſque Petri Comeſtoris, qui

A hiſtoriam ſcholaſticam ſcripſit. Nam Aegid. Bellamer. in præfatione ad rubricam decreti numero 7. dub. 3. affirmat. hos tres inſignes viros, fratres fuiſſe. Thomas Canan. Ferrari. hic numero 131. dubitat. Præpoſitus verò negat, & tamquam fabulam vulgo ſparſam reprobat ſanctus Antonin. 3. par. ſuæ hiſtor. tit. 15. cap. 6. quem ſequitur Baron. annal. anno 1164. §. hic Iacet, quibus aſſentior: & probo primò quia Gratianus florere cæpit ſub Henrico Quarto circa annum 1120. Petrus Lombardus, ſub Conrado 3. ad annum 1140. at Petrus Comeſtor ſub Federico prioribus annis ſui imperij prope annum 1160. Secundo ef-
B ficacius, quia Gratianus erat Etruſcus Cluſij natus: at Petrus Lombardus Nouarienſis, & Comeſtor Tercenſis, quî ergo fieri potuit, vt quos patriæ locus & florentis ætatis tempus diſiunxit, vnus matris vtero clauderentur?

Vidimus Gratiani auctoritatem, qui licet in Theologia, vel in iure Doctor, tamquam perſona priuata ſuæ decretorum compilationi nec Iuris formam, nec obligandi vim potuit conferre. Veniamus ad ipſum opus, & quæramus an aliundè hanc vim formamue comparauerit. In quo duo ſunt citra controuerſiam. Primum eſt non omnia, quæ in hac decretorum compilatione continentur, Iuris auctoritatem habere, immò nec rectæ fidei, ſeu Theologiæ veritatem, cum in hoc
C volumine errores aliquot contineantur omnibus catholicis rectè ſentientibus manifeſti; & hi non ſolum in additionibus Gratiani, ſed etiam in decretis nonnullis ab eo adductis & in Gloſſis; quæ omnia ſpeciatim narrare huius loci non eſt; aliqua tamen exempla adducam. Nam in primis quod attinet ad decreta, aliqua adducuntur à Gratiano, quæ per contrariam conſuetudinem, ſeu conſtitutionem abrogata ſunt: Vt quod diſt. 4. in cap. ſtatuimus, & duobus ſequent. decernitur, vt quadrageſimale ieiunium à Clericis ſtatim poſt ſexageſimam inchoetur. Item quod ſtatuitur 22. quæſt. quinta in cap. honeſtum, vt niſi à Ieiunis in iudicio iuramentum præſtetur, præterea quod diſt. 63. per plura capita de electione Romani Pontificis & cæterorum Epiſcoporum edo-
D cetur.

§. De additionibus Gratiani illud obſeruandum quod ſua cum ſanctorũ verbis ſępè continuat, quare circumſpectè legẽdus, ne ſanctorum patrum, præſertim. D. Auguſt. verba eſſe putẽtur, quod Poſſeuinus aduertit verbo *Gratianus*, §. de Gratiano. Deinde diſt. 19. §. hoc autem, & §. quia ergo, dum Anaſtaſium damnat quod illicitè, & non Canonicè contra decreta Pontificum fecerit; & Imperatori Anaſtaſio morẽ geſſerit, non ſanè Anaſtaſius ſuo minus ſatisfaciens officio, ſed Gratianus minus Theologiam ſciens oſtenditur. Baptizati enim ab excommunicatis ſeu hæreticis, ſecundum Eccleſiæ ritum verè ſunt baptizati, & ſimiliter ab excommunicatis Epiſcopis ordinati iuxta vſum Eccleſiæ vere & valide ordinati cenſentur. Præterea 11. q. 1. vbi quæ-

ritur an Clericis liceat bona propria habere, arguit pro & contra multa allegans & poſt cap. præcipimus, §. cum ergo, reſoluit Clericis orientalib. quibus licet matrimunio coniungi, item occidentalibus anre ordinationẽ ſuam legitime coniugatis, licere propriũ habere ad filiorum ſuſteurationem: aliis verò qui à pueritia clericatum iniuerè id minimè licitum eſſe, quod ſanè verum non eſſe conſtat. Denique diſt. 1. de pœnitentia quærens vtrum peccata commiſſa ſola cordis contritione abſque ſacrameutali confeſſione præmiſſa etiam cùm adeſt copia confeſſoris dimittantur, an verò neceſſaria ſit confeſſio, diſputat pro vtraque parte, randem in §. vltimo nihil determinat, & iudicio lectoris relinquit, vt quam velir partem ſequatur, cum tamen in vera & catholica ſententia confeſſio ſacrameutalis peccatoribus in mortali exiſtentibus neceſſaria ſit, & ſaltem in anno ſemel facienda; ac in mortis periculo. Mitto alia eiuſdem auctoris ſacræ Theologiæ minus conſona, ſuis in locis coufutanda.

4. Iam verò gloſſa quamuis plerumque bona ſit, & ſatis erudita, breuis, ſed ſucci plena, quam compoſuit Ioannes Theutonicus, vt docet Bartholom. Brixienſis in ſua gloſſ. 1. Ioan. Andr. in Mercuriali ſuper data de regul. iur. in 6. Cardinal. in Clem. 1. de iure iurand. circa finem, Petrus de Saxon. in c. 1. de conſtit. Baptiſta de ſancto Blaſio in repetit in rubr. decreti q. 3. n. 5. Poſſeuinus in apparatu verb. *Ioannes*: eamdemque gloſſam in multis ſuppleuerit Barthol. Brixiens: vt idem teſtatur ad c. tenpus 13. q. 2. & in aliis locis; non tamen in omnibus probatur, aliqua enim coutinet, quæ à vera Theologia aberrant. Nam in cap. tenpus 13. quæſt. 2. verb. *propitiationes* docet Gloſſa ſuffragia pro iis, qui in inferno detinentur, illis prodeſſe, vt mirius torqneantur, quamuis non vt à pœnis liberentur; quod eſt falſum vt pater ex D. Thom. in 4. diſt. 45. quæſt. 2. artic. 2. malè igitur interpretatur Gloſſa ibi dictum Auguſtini, non enim pro mediocriter Malis, de quibus loquitur Auguſt. & quibus ſuffragia proficiunt, intelligendi ſunt, qui propter mortalia in inferno cruciantur, ſed qui propter venialia, vel mortalia iam dimiſſa quoad culpam, non quoad pœnam in purgatorio detinentur, vr exponit D. Antonin. 3. par. tit. 11. c. 8. §. 4. Deinde in cap. tribus gradibus gloſſa in verb. *miſcere* de ſpeciebus ſacræ Euchariſtiæ à fidelibus ſumptæ affert varias opiniones ferè omnes falſas, & tandem concludit. *Certum eſt quod ſpecies quam cito dentibus tenentur tam cito in cælum rapitur corpus Chriſti*, quæ ſeutenria eſt pluſquam falſa, manifeſtum enim continet errorem, quem notat cum receptiſſima Theologorum ſententia Suar. tom. 3. in 3. par. diſput. 46. ſect. vltima, §. ſequitur 2. & diſput 54. ſect. 2. ad initium, quamdiu enim non corrumpuntur ſpecies panis & vini, ſub illis manet corpus Chriſti ſiue in ore permaneant, ſiue in ſtomachum deſcendant, prætermitto plures alios errores ſub propriis titulis confutandos, ſatis enim ſunt hæc exempla, vt cognoſcamus in hac concordia Grariani multa eſſe tum decreta, tum ipſius auctoris, vel gloſſatoris additamenta, quæ non modo non ſeruanrur, ſed omnino à Theologis reprobantur.

5. Secundum etiam certum eſt, in hac compilatione mulra eſſe Concilior. & ſummorum Pontificum decreta, ſanctorumque Patrum teſtimonia quæ ab Eccleſia recipiuntur, quæque in vſu ac viridi obſeruantia permanent vt patet ex cap. ſi Romanorum, diſt. 19. item ex mulris decretis, quæ ex æcumenicis Conciliis generalibus deſumuntur. Denique ex variis textibus, decretalium vbi hoc decretum allegatur, vt in cap. continebatur, de deſponſar. impuber. ibi *cum in decretis habeatur* vbi Gloſſa ait ſubaudi ſcilicet 33. q. 1. cap. ſi quis acceperit, cap. nobis, de iure patron. cap. relatum 4. de teſtam. clem. 1. de iure iurand. & in aliis. Quod vt magis pateat, aduertere oporrct ante compilationes decretalium Epiſtolarũ, de quibus in primo prooemio diximus, varias collectiones canonũ præceſſiſſe quas omnes diligenter numerauit Gregorius Toloſanus partitionum iuris, lib. 1. rit. 1. n. 9. & latius in admonitione ad lectorem, quæ præmittitur in hoc decrero, Pij Quarti, Pij Quinti, & Gregorij Decimi tertij iuſſu, reformato continentur. Nam poſt duas illas antiquiſſimas Canonum collectiones, vnam Clementis Romani Diui Petri ſucceſſoris in octo libros redactam, & alteram, quæ à Nicolao Papa in cap. ſi Romanor. diſt. 19. Codex Canonũ nominatur, cuius decreta à Leone 4. in cap. de libellis diſt. 20. afferuntur. Primus, qui poſtea maiorem Canonũ collectionem fecit, Iſidorus fuit Hiſpalenſis, incipiens à Canonibus Apoſtolor. vſque ad Conciliũ Hiſpalenſe ſecundũ: huic ſucceſſit Burchardi collectio, quæ decretorum libros viginti in diuerſas materias diſtributos complectitur. Burchardum imitatus eſt Iuo, qui duas collectiones fecit Canonum, ſeu ſanctionum Eccleſiaſticarum, & Conciliorum, additis etiam ciuilibus: maiorem appellauit Panormia, minorem, quæ erat prioris epitome, ſimplicer decretum nominauit: quamuis hanc Hugoni cuidam Iuonis abbreuiatori attribuant nonnulli. Denique collectiones alias feciſſe dicuntur, Creſconius, Anſelmus, Deuſdedit Cardinalis, & Gregorius preſbyter, cuius collectio Polycarpum inſcribitur. Thomas Cananus in prooem. decreri n. 337. & Tuſch. lit D. concluſ. 110. n. 6. ſex numerant decretorum collectiones: primam Iſidori, ſecundam Iuonis, tertiam Hugonis, quartam Fulgentij Diaconi Carthaginenſis; quintam Brochardi, ſextam Gratiani, qui ex reliquis tandem ſuum compoſuit decretum, quod ideo concordiam diſcordantium Canonum nuncupauit; quia non tantum decreta colligere ſtuduit, ſed etiam propoſitis quæſtionibus, & in vtramque partem diſputaris, quæ inter ſe pugnantia viderentur, ipſe in concordiam reuocare contendit.

Inter hæc decreta, & Gratiani addimenta, paleas, non vt inanes ſine vllo vtilitatis grano abijcias. Nam inter illas multa ſunt, quæ

in

in decretalibus & apud Collectores Gratiano
antiquiores reperiuntur, vt in illa admoni-
tione ad lectorẽ citata obſeruatur. De Palea-
rum etymologia aliis placet τὰ παλαιὰ id eſt
antiqua dicta ſcripta, quia ex vetuſtis Codici-
bus accepta, & antea in tranſcriptis fuerint
omiſſa. Alij à Cardinali auctore, qui Proto-
palea ſeu Quarta palea dicebatur, has addi-
tiones nomen mutuari arbitrantur, tandem
alij à dictione πάλιν ideſt rurſum, vocari Pa-
leas, quaſi additiones, ſeu repetitiones, de
quo plura Toloſanus in lib. de iuris arte cap.
8. Ex his iam liquet multa in hoc decreto
reperiri, quæ obſeruari, & reuereri oportet.
Controuerſia igitur eſt, vtrum præter aucto-
ritatem, quam habet vnum quodque caput
in hoc decreto contentum ex ſe, aliam Iuris
7. vim ſortiatur ex eo ſolum, quod in hac col-
lectione reperiatur? Negat Sanchez, lib. 9.
de matrimon. diſp. 12. ſequutus Ripam in
l. s. num. 69. ff. ſi cert. petat. Maiorem in
4. diſt. 27. quæſt. finali, §. dubitatur an is.
Caiet. 22. quæſt. 89. artic. 8. dub. vltimo,
§. ad primum dicitur. Aragon. ibidem dub.
3. in ſolut. ad ſecundum. Sotum lib. 7. de iu-
ſtit. quæſt. 3. artic. 1. paulo poſt initium. Va-
lent. 22. diſp. 6. quæſt. 6. de voto, puncto 6.
§. hinc ſequitur, & videtur hæc ſententia
probari ex cap. de libellis, diſt. 20. vbi Leo
4. explicans quæ vim Canonum habeant ad
cauſarum deciſionem, retulit Canones pon-
tificios & Conciliorum generalium decreta;
iis nihil ſtatuentibus dixit ſanctorum dicta
magnanimiter eſſe retinenda; ergo non nu-
merauit illa inter Canones, quibus cauſa de-
cidenda eſſet: ſed inter ea, quæ dirigunt &
magni facienda ſunt.

Vera tamen eſt meo Iuditio ſententia
affirmatiua, vt pote quæ ſolidioribus nititur
fundamentis. Primum eſt commune iuriſ-
8. peritorum placitum, nam pro oppoſita parte
vnum tantum Ripam ex Iuriſtis adduxit
Sanchez qui in contraria ſententia fuit vt ſta-
tim referam, & in loco ſupracitato ſolum
ait leges ciuiles in Decreto Gratiani non eſ-
ſe Canonizatas, ex eo quod à Gratiano
Regiſtratæ ſint in decretis, ſed quatenus alio-
qui ſunt approbatæ, & num. 66. dixerat de-
cretum Gratiani fuiſſe approbatum ſecun-
dum communem ſententiam, non tamen ſe-
cundum omnia; quia in generali approba-
tione non intelliguntur, tamquam appro-
bata, comprehendi ſcripta ſpecialiter repro-
bata, iuxta Gloſ. in l. 1. §. fin. ff. de his qui ſunt
ſui vel alien. iur. Felyn. in c. ad noſtram, co-
lum. 2. de iur. iur. Alios auctores refert pro
prima ſententia negante Salas de leg. tract. 14.
diſp. 8. ſect. 13. n. 64. quos ipſe ſequi vide-
tur, quia quamuis, n. 67. aſſerat dicta patrũ
in decreto contenta de præcepto, vel de con-
ſilio nos dirigere, nullam tamen eis concedit
legis, vel ligandi vim, nec vllam approba-
tionem à ſummis Pontificibus datam agnoſ-
cit, immo in n. 67. ad 5. ad primam ſenten-
tiam deflectit: quicquid tamen ſit de illius
ſententia, certe auctores, quos refert n. 64.
pro prima opinione negante omnem prorſus
obligandi vim decretis, vel dictis patrum ex

A eo quod in decreto contineantur, vel hoc dif-
ficultatis punctum non attingunt, vel illi
ſententiæ non fauent, ſed oppoſitam docent.
Nam Caſtro aduerſ. hæreſ. lib. 1. c. 7. &
Couarr. variar. reſolut. lib. 4. c. 16. n. 6. ſolum
notant, & merito Gloſſatorem refellunt,
quia in cap. vlt. diſt. 15. dixerit Gelaſium
Papam in eo textu iuſſiſſe, vt omnia dicta
ſanctorum, tamquàm authentica haberentur,
& vſque ad vltimum iota tenerentur, quod
falſum eſt, vt ibi dicemus: verum non erat
quæſtio de dictis patrum ſolùm in decreto
contentis, ſed de omnibus ſcriptis ſanctorum
abſolutè ab Eccleſia ex eo ſolũ probatis, quod
Catholicæ fidei non repugnarent, non quod
obſeruari tamquam canones iuberentur. Iam
verò Emanuel, Roiz, Maranta, & alij anti-
B quiores ibidem citati à Salas manifeſtè con-
cedunt ſanctorum dicta ex eo quod inſerta
ſunt in decreto, vim habere & auctoritatem
ad deciſionem cauſarum, & vel à ſummis
Pontificibus, vel conſuetudine & vſu rece-
pta fuiſſe, & apprubata, vt ſtatim referam.

Primum igitur fundamentum petitur ab
auctoritate doctorum, præſertim Iuriſtarum
ita communiſſimè ſentientium. Ita Abb. in 9.
c. 2. de reſcript. n. 9. Felyn. ibid. n. 43. De-
cius ibid. vbi ait volumen Decreti eſſe ap-
probatum tamquam Iuris librum ad idem c.
2. Ripa, n. 8. Archidiacon. in c. quis neſciat
diſtinct. 9. ad finem & in c. de his 2. diſt. 50.
in princip. Præpoſit. ibid. quæſt. 5. verſic. re-
deundo ad textum. Gemin. n. 2. Turrecrem.
poſt Hugonem ibid. n. 5. Item in proœmio
C decreti art. 8. n. 25. vbi etiam Thomas Ca-
nan. n. 144. Azon. à Ramenghis ibid. n. 25.
Ioan. Baptiſta de ſancto Blaſio n. 50. Cuias
lib. 1. Inſtitut. Maior. titul s. n. 5. Cencdo in
Collectan. 16. ad Decretum Emanuel. Roiz.
tom. 1. quæſt. regular. q. 6. art. 12. Tuſch.
litt. D. concluſ. 110. vbi ait hunc librum ap-
probatum fuiſſe à Sixto Tertio. Maranta in
pract. 3. p. q. vnic. n. 36. & ſeq. vbi ait fuiſſe
approbatum Eugenio Tertio; quod etiam do-
cet Sebaſtian. Medic. in tract. de legib. par. 1.
quæſt. 3. n. 9. Addunt vero Maranta & Tuſ-
chus iam nunc id negari non poſſe cum ap-
probatum fuerit hoc decretũ per Bullam Gre-
gorij decimi tertij in qua hoc decretũ appellat
ius Canonicum vt in 2. fundamento dicemus:
Fuiſſe verò approbatũ hoc decretum in præ-
D dicta Bulla docet etiam Gregor. Toloſanus
in partition. iur. canon. lib. 1. tit. 1. cap. s. n.
56. Ex Theologis hanc ſententiam tenuit Me-
dina de ſacrorum hominum continent. lib. 2.
cap. 33. in fine: quis ergo contra tam vnani-
mem Iuriſtarum conſenſum iam nunc aude-
bit dicere decreta in Gratiani collectione con-
tenta nihil inſeruire ad cauſarum deciſionem
niſi ex alio capite Canonis habeant authori-
tatem à ſuo conditore deſumptam?

Secundum eſt teſtimonium & approbatio 10.
Gregorij XIII. ad quam oppoſitæ ſententiæ
auctores non reſpexerunt, non enim illam
citarunt. Cum tamen Greg. in prima Bulla
quæ eſt ad initium huius decreti, inter par-
tes corporis Iuris cum decretalibus, Sexto,
Clementinis, & Extrauagantib. ſine diſcrimi-

ne hoc etiam decretum comprehendat & totum ex his partibus conſtans Iuris Canonici corpus appellet, ibi, *hoc Iuris Canonici corpus fideliter*, &c. & infrà, *hoc ius canonicum ſic expurgatum ad omnes vbique Chriſti fideles ſartum rectumque perueniat*, quod vt integrum & incorruptum in poſteram perſeueraret, excommunicatiooe latæ Sententiæ interdixit, ne quis huiuſmodi libris Iuris Canonici addere vel detrahere audeat, ſed vt ita recogniti, & expurgati poſt hac imprimantur: itaque ſi ne diſcrimine libros Iuris Canonici nuncupat Gregorius decretum Gratiani ſimul cum decretalibus, Sexto, & Clementinis, & Extrauagantibus, & vt oſtenderet Pontifex ſe non omnia approbare, quæ in hoc decreto continentur, in eadem Bulla aduertit Gratiano, & alijs *Gloſſarum auctoribus*, B *qui viri pij & Catholici fuerunt, ignoſcendum, ſi quid ob errorem, vel quia nondum pleraque* à ſacris Conciliis *definita fuerunt, liberius loquuti ſunt.* Vnde in locis, io quibus aliquis videtur error obrepere, notis ad marginem adiunctis, eam doctrinam recipiendam non eſſe aduertitur: idqoe ſignificauit Pontifex cum in eadem Bulla dixit, quod *Decretum iam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illuſtratum exiſtat.*

11. Tertium quia ille communis vſus & vniuerſalis catholicorum conſuetudo allegandi in iudiciis & in ſcholis capita huius decreti præſertim, quæ ex ſummis Pontificibus, œcumenicis Conciliis & ſanctis Patribus à Gratiano afferuntur, tacita quædam approbatio C eſt. Nam ipſi etiam Pontifices decretorum librum citant vt fecit Alex. 3. in c. continebat. de diſpenſat. impub. ibi *cum in decretis habeatur.* alludens ad cap. ſi quis acceperit 33. q. 1. & alij in aliis textibus, quos adduximus in 2. præſuppoſito: nec ſatisfaciet, qui dixerit allegari ſolùm decreta Pontificũ, vel Conciliorũ; nam in cap. nobis de Iure patronat. Clemen. 3. hæc decreta allegantur ibi, *ſicut in ſacris eſt Canonibus inſtitutum*, alluditurque ad textum D. Ambroſ. ex ſermone quadrageſimæ qui incipit Quicumqne 16. qu. 7. vt notauit in eo loco gloſſa verb. *Canonibus*, quod idem verbum excludit aliam reſponſiooem datam à Sanchez citato, hæc teſtimonia Patrum noo allegari tamquam textus Iuris, nam hoc eſt illudere vocabulorum proprietati & verbum D Canonis ad impropriam ſignificationem diſtorquere: & confirmatur quia ſummi Pontifices ſemper magni fecerunt ſanctorum patrum teſtimonia, vt egregiè Bonifacius in cap. ſunt nonnulli 16. quæſt. 1. fatetur dicens *Nos verò santorum Patrum inſtituti exemplis, quibus periculoſum eſt refragari*, &c. ergo à fortiori illa æſtimanda ſunt quæ iam in decreto inſerta tamquam ius Canonicum à ſummo Pontifice Gregorio emendatum, euulgantur.

Itaque omnia decreta, quæ in hac compilatione ex ſacris Conciliis, ſummis Pontificibus & ſanctis Patribus afferuntur, quæ poſtea per poſteriores ſummorum Pontificum conſtitutiones non inueniuntur reuocata, vel per non vſum, contrariamuè conſuetudinem antiquata, omnino recipienda eſſe, tamquam A partes Iuris Canonici in actionibus, iudiciis ac ſcholis obſeruandas exiſtimo tribus iactis fundamentis ſubnixus: obſerua tamen non omnia patrum teſtimonia in decreto contẽta, & approbata habere ſe ſemper per modum præcepti, ſed aliquando ad inſtar conſilij vt in titulo de conſtitut. infra latè dicemus. Non idem tamen eſt ferendum iudicium de Paleis aut de Gratiani doctrina in illationibus ac textuũ nexibus, nec denique de eiuſdem decreti rubricis: hæc enim licet Magiſtralis doctrinæ auctoritatem contineant, quæ ſi textus deſit & iuri Canonico ac veræ Theologiæ conformetur, merito poterit allegari, & tanti fieri, quanti gloſſa, aut magnæ opinioois author, tamen Iuris vim non habent, neque vt textus hic inſeruntur. Ratio eſt quia citati authores nihil illis plos tribuunt: & Gregor. XIII. noluit paleas Gratiani doctrinam, vel rubricas nomine Iuris Canonici comprehendere, ſi enim id vellet, manifeſtis verbis declararet; cum videret, illa io communi vſu, & ſolita doctorum interpretatione Iuris vigorem non habere, vt doc[illegible] Thomas Canan in procem. decret, n. 625. cum Ioan. Andr. Card. Ant. Butr. Federic. de Sen. Archidiac. Felyn. Iaſon. Abbate, Imol. ſpecul. & Corſet. idem tenet Baptiſta de ſancto Blaſio in rubr. decreti, n. 11. & 15. referens aliquos ex his.

Voa tantùm ſupereſt difficultas de legibus Imperatorum, & Iuriſconſultorũ reſponſis, 12.
quæ in hoc decreto inſerit Gratianus an Canonizatæ cenſeantur, ferè omnes doctores ſupra citati & alij relati à Cenedo collect. 16. n. C 8. ad Decretum item à Sanchez, Emanuel, Rod. & à Ioanne de Salas vbi ſupra, exiſtimant leges ciuiles in decreto contentas in eademmet Iuris ciuilis diſpoſitione relinqui, ſine alia de oouo auctoritate ſuperaddita: probat Thom. Canan n. 631. in procem. Decreti ex Gloſſ. 2. in c. 1. de exceptionibus: item in c. ſuper eo 1. de teſtib. ſed debilis eſt hæc probatio oam gloſſa his in locis refert diſcrimen inter ius Canonic. & ciuile in teſtibus criminoſis recipiendis & excludendis: & quamuis illud ius ciuile caooniaatum foret in Decreto per contrariam diſpoſitiooem decretalium reuocaretur. Probant item reliqui doctores, quia Gratianus vt priuatus Monachus nullam habebat auctoritatem canoniaandi ciuiles leges, neque ex alio capite conſtat de D certa approbatione ſummi Pootificis, per quam illæ, tamquam canones reciperentur. Verùm huic obiectioni ſatisfacit Cardioalis Iuſchus, qui lit. D. concluſ. 110. n. 11. ita ait *hodie temporibus noſtris fuit approbatum Decretum, et contenta in eo ſunt leges Canonica effecta vt in Bulla felicis recordationis Gregorij Papa decimi tertij, qui magna diligentia multa corrupta, et mutilata corrigi, et ſuppleri fecit, & nihil addi vel detrahi poſſe ſanxit ſub pœna excõmunicationis, et ad ſinceră ſuam naturalem veritatem educi fecit, et corpus Iuris Canonici ſimul cum Decretalibus, ſexto, et Clementinis appellauit.* Idem tenet, Toloſanus vbi ſupra qui ſine vlla diſtinctione ait Decretum Gratiani fuiſſe approbatum à Gregorio Decimo Tertio, neque leges ciuiles ab hac approbatione

ne excludit, quæ duo teſtimonia pluris facienda ſunt quàm reliqua Iuriſtarum qui Pontificem Gregorium præceſſerunt.

Ego ſanè, vt dicam quod ſentio; magis claram deſiderarem Pontificis approbationem, quatenus extenditur ad leges ciuiles in decreto contentas: vt videlicet manifeſtis verbis diceret, vt pro conſtitutionibus Canonicis haberentur, non modo Conciliorum, & Pontificum decreta, item ſanctorum Patrum placita; ſed etiam Imperatorum leges ac Iuris prudentium reſponſa in Decreto inſerta, quæ aliis Canonici Iuris conſtitutionibus poſterioribus, non contradicerent. Verùm propter auctoritatem Cardinalis, & Toloſani, qui ſic bullam Pontificis interpretantur, dico mihi probabilius videri illas leges. quæ reliquis conſtitutionibus Iuris Canonici conformantur, vel ſaltem non ſunt illis diſſonæ pro canonicis recipiendas ex eo ſolum, quod in decreto à Pontifice approbato inſerantur; immo aliquam, vel aliquaa ex illis iam ante Gregorij approbationem fuiſſe ab Eccleſia receptas, & pro Canonibus habitas. Primum probo, *Nam ſacrorum Canonum ſtatuta, principum Conſtitutionibus adiuuantur*, vt habetur in cap. primo de nou. oper. nunciat. vbi gloſſa verbo *adiuuantur* addidit. *in cauſa Eccleſiaſtica vbi Canones deficiunt ſecundum leges iudicandum*, iuxta cap. ii in adiutorium, cap. de capitulis, cap. quis autem & ſimilia, diſt. 10. quæ in tit. de conſtit. declarabimus: ergo de cæteris legibus, quæ cum Canonibus non permiſcentur, hoc Pontifices decreuerunt, plus aliquid tribuendum illis quæ in adiutorium Canonici Iuris iam inter decreta Pontificum collocantur, præſertim cum totum hoc decreti corpus ſine vlla decretorum diſtinctione canonicum ius appelletur. Secundum oſtendo ex Clem. vnica de Perer. vbi cum ageret Clemens de iuramenti forma quod Imperatores facere conſueuerunt, ita ait, *forma iuramenti huiuſmodi ſacris inſerta Canonibus manifeſtat.* & infra in eadem Clement. *ſecundùm formam in decretis, quæ incipit, Tibi Domino*, aliudque ad conſtitutionem Ottonis adductam, 63. diſt. cap. tibi Domino, vt Gloſſa vtroque loco obſeruauit: quis ergo neget canonizatam eſſe hanc conſtitutionem ab Ottone factam, & continentem illam iuramenti formam, quam Pontifex inſertam eſſe canonibus dixit, & cum decretis computauit? Cum ergo Clemens Quintus tôt annis Gregorium Decimum tertium præceſſiſſet, certe euidenter ſequitur aliquam vel aliquas ex his ſæcularium principum conſtitutionibus vſu, & approbatione pontificum fuiſſe prius receptas, & pro canonibus habitas.

Qua ratione diſtribuitur ius Canonicum per libros, titulos, diſtinctiones, cauſas, & quæſtiones.

CAPVT VIII.

IN partitione, ſicut etiam in declaratione canonici Iuris non incipio ab antiquiori,

A quale vt diximus illud eſt, quod Gratiani decretum complectitur, ſed à poſteriori, & receptiori, per quod, antiquius ſi obſtat, derogetur, quale in decretalibus, Sexto, Clementinis, ac Extrauagantibus continetur. Hoc igitur poſterius inſtar Digeſtorum per libros, & titulos diſtribuitur, libros vndeviginti numerat, quinque in decretalibus Gregorij, totidem in ſexto Bonifacij, qui licet Sextus dicatur comparatione quinque decretalium alios tamen quinque libros complectitur. Item quinque in conſtitutionibus Clementis & quatuor in Extrauagantibus communibus. Nam viginti Extrauagantes Ioannis primo loco adductæ in quatuordecim ti-
B tulos diuiduntur ſine diſtinctione librorum: Vt autem, cognoſcatur quot titulos habet vnuſquiſque liber, conſulatur tabula ſequens.

Liber primus decretalium titulos habet.	43
Liber ſecundus.	30
Liber tertius.	50
Liber quartus.	21
Liber quintus, numerato titulo de regulis iuris.	41
In Sexto.	185
Liber primus titulos complectitur.	22
Liber ſecundus	15
C *Liber tertius.*	24
Liber quartus.	3
Liber quintus, numerato titulo de regul. iuris.	13
In Clementinis.	77
Liber primus continet titulos.	11
Liber ſecundus.	12
Liber tertius.	17
Liber quartus, vnicum tantum caput.	1
Liber quintus.	11
In Extrauagantibus communibus.	52
Liber primus habet titulos.	9
Liber ſecundus.	3
Liber tertius.	13
D *Nullus habetur titulus ad librum quartum ſpectans.*	...
Liber quintus.	10
	35

Notandumque nullum titulum reperiri in Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, tam communibus, quam in illis viginti Ioannis 22. qui non ſit in libris decretalium, multos verò in decretalibus, qui in reliquis Sexti, Clementinarum, & Extrauagantium non inueniuntur, qui verò hi ſint, facile quis deprehendet, ſi tabulas titulorum conſulat, quæ ante hæc iuris volumina præfigi ſolent, & vnam cum alia conferat. Hinc iam rationem agnoſces cur ad titulos decretalium in noſtra concordia illos omnes, qui in aliis

voluminibos ſexti: Clement. & Extrauag. continentur, merito reducamus.

a. Ius prius & antiquius quod eſt decretum Gratiani in tres partes diuiditur: in prima vna ſupra centum diſtinctiones numerantur. Secunda cauſas triginta ſex complectitur, quarum vnaquęque in plures quæſtiones diſtribuitur, ſola trigeſima tertia cauſa, quæ eſt de pœnitentia in quinque quæſtiones diuiſa, ſubdiuidit tertiam quęſtionem in ſeptem diſtinctiones. In tertia parte Decreti quinque diſtinctiones de conſecrat. ſunt. Itaque ſi omnes diſtinctiones numeres, ſunt centum & tredecim: ſi cauſas, triginta ſex; ſi quæſtiones, centum, & ſeptuaginta duæ. Quia verò in vna quaque cauſa facile videtur, quot contineat quæſtiones; neque tabula Iulij Pacij nobis ad id opus eſſe exiſtimo, neque verſibus Baptiſtæ de ſancto Blaſio in rubricam decreti num. 38. qui in eodem decreto tria millia, & nonaginta capitula recenſet. Si quæras cur Gratianus hac varietate diſtinctionum, cauſarum & quæſtionum vſus fuerit? & cur in tres partes Decretum diſtribuatur? reſpondet Baptiſta citatus num. 34. nullam huios rei vrgentem adduci poſſe rationem, ſicut Iacobus de Beluiſo repondet ad ſimilem quæſtionem, in prima rubr. authenticorum dum quærit, cur Authenticorum liber in tres partes diuiſus ſit. Ego ſanè dicerem Gratianom acturum de iure diuino, & humanu præſertim Eccleſiaſtico, item de Eccleſiaſticis miniſtris quatenus ad Eccleſiæ Hierarchiam, & regimen neceſſarij ſunt; primam partem claritatis gratia diſtinctionibus partitam confeciſſe. Deinde de Eccle-

A ſiaſticis iudiciis tractaturum, cum in eo multiplices cauſas, & in vna quaque plures quæſt. expendere oporteret, cauſas, & quæſt. diuerſas in ſecunda parte produxit & quia illa Tertiæ cauſæ quæſtio tertia nimis prolixa erat, in varias diſtinctiones à Gratiano partita eſt. Has diſtinctiones docet Baptiſta de ſancto Blaſio loco citato num. 36. debere allegari in plurali de pœnitentiis, non de pœnitentia, ſicut prædicatores & Iuris ignari, vt ipſe ait, allegant, probatque ex titulo decretalium, de pœnit. & remiſſ. Verùm non modo in antiquis textibus, ſed etiam in emendatis à Gregorio decimo tertio lego de pœnitentia in ſingulari: Neque oportebat vt titulus decretalium cum hoc conformaretur. Vnde immerito, qui in ſingulari allegauerit Iuris ignarus appellabitur. Tandem, quia

B expletis cauſis forenſibus Eccleſiaſticis, ad abſolutionem Decreti deerat tractatus de Sacramentis, illum in 3. parte annectit Gratianus, & in varias diſtinctiones partitur. Confirmatur hæc ratio ex diuiſione, quam tradunt Archidiaconus in prooem. Decreti, n. 9. Bellamer. num. 10. Geminian. nom. 4. & 11. Præpoſit. Alexand. 6. vbi dicunt in prima parte diſtinctionum agi de miniſtris Eccleſiæ & eorum officiis. In ſecunda cauſarum, de negotiis tam Clericorum, quàm Laicorum, in 3. de Sacramentis. Aliam aſſignat rationem Baptiſma citato num. 34. cur Gratianus in tres partes diuiſerit Decretum, videlicet, quod Deus ſibi in Trinitate complaceat, à qua primus Iuris Canonici titulus exorditur.

TITVLVS

Digitized by Google

TITVLVS PRIMVS

De ſumma Trinitate, & fide Catholica.

EXPONITVR RVBRICA, ET TEXTVS ILLAM concernantes.

COMMENTATIO PRIMA.

CVm in noua editione ciuilis Iuris in Cod. ſub eodem titulo de ſumma Trinitate & fide Cathol. octo leges proferantur. (Nam duo alia capita, quæ ibi inſeruntur pertinent ad Epiſtolam Papæ Ioannis 2. ad Iuſtin. datam) non erit abs re ſi totidem textus exponamus, quos toto canonico iure diſperſos ad hanc rubricam præcipuè ſpectantes inuenio; nam de duobus hic poſitis, & totidem vno in 6. altero in Clement. nemo dubitabit: ſi quidem de duobus hic poſitis, & totidem vno in 6. Clement. nemo dubitabit: ſi quidem ſub eodem titulo ſunt, quatuor alios aſſignarunt Abbas, Ioann. Andr. & alij in princip. huius rubricæ. Nempe cap. qui Epiſcopus, diſt. 23. & cap. prima igitur, de conſecrat. diſt. 4 item duo poſtrema capita de conſecrat. diſt. 5. hos ergo textus in præſenti commentatione declarabo.

Quid tituli vocabula ſignificent, & cur cæteris hæc rubrica præcedat.

NOTATIO PRIMA.

1. NOmen *Trinitatis*, ſeu Græcè Τριάς non eſt in ſacra ſcriptura expreſſum, euidenter tamen deſumitur ex duobus potiſſimũ locis noui teſtamenti (præter alia, quæ non ita clara in veteri & nouo teſtamento habentur, quorum aliqua infra indicabo) primo Matth. vltimo num. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Secundo ex prima epiſtola Ioannis, cap. 5. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & tres vnum ſunt.* Vnde meritiſſimo patres antiquiſſimi dixerunt proſeminatores dogmatis de Trinitate fuiſſe Chriſtũ Dominũ & Apoſtolos: ex his enim duobus teſtimoniis alterum eſt Chriſti Domini: alterum illius Apoſtoli, cui clarius inter alia hoc Trinitatis myſterium, & perſonarum proceſſiones reuelauit. Quamobrem D. Baſilius in ſermone contra Sabennianos & Arium ita ait; *Dominus ſic docuit. Apoſtoli prædicauerunt, patres conſeruarunt Martyres confirmarunt.* & ſtatim addit. *Hanc coniunctionem Trinitatis declarat baptiſmi traditio, & fides in eo confeſſio.*

A Item, Athanaſius in epiſtola ad Serapionem, *Dominus*, inquit, *emittens Apoſtolos ſuos præcepit eis hoc fundamentum in Eccleſia ponere, proficiſcentes inquit, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, &c.* Item Irænæus his adhuc antiquior lib. 1. cap. 2. *Eccleſia, ait, per vniuerſum orbem vſque ad fines terræ ſeminata ab Apoſtolis, & diſcipulis eorum accepit eam fidem, quæ eſt in vnum Deum patrem omnipotentem, & in vnum Chriſtum filium Dei & in Spiritum ſanctum.* Alia Apoſtolorum teſtimonia de hoc myſterio relata inueniuntur: de Ioanne Euangeliſta apud Prochorum in illius vita cap. 1. de Sancto Petro apud Clemen. lib. 1. recognitionum. Vtuntur etiam hoc vocabulo Trinitatis ex antiquiſſimis Patribus Dionyſius de diuin. nominibus cap. 3. in princip. & cap. 13. poſt med. Iuſtinus in expoſitione rectæ fidei de Trinitat. quæſt. 17. 18. & 129. S. Martialis Apoſtolorum diſcipulus, epiſtola ad Burdegalenſes cap. 10. Felix Papa 1. epiſt. 3. ad Benignum ante medium, item regula fidei diuinitus tradita Gregorio Taumaturgo de qua Greg. Nyſſenus. Tertullian. lib. contra Praxeam; Cyprianus in ſermone de oratione domin. quos reliqui poſteriores ſequuntur; qui de hoc myſterio eruditè ſcripſerunt: ex Græcis Gregor. Neocæſarienſis in confeſſione fidei: Athanaſ. de æterna ſubſtantia Filij & Spiritus ſancti, contra Sabellij Gregales. Cyrill. Hieroſolymitan. catechiſ. 16. Nazianz. orat. 13. q. 1. de pace & 29. de dogmate & conſtitut. Epiſcop. & 32. in præſentia 150. Epiſcop. & aliis orationibus de Theologia. Epiph. hæreſ. 57. & 62. Gregor. Nyſſen. de ſancta Trinitat. aduerſus Iudeos & ad Euſtachium, aliiſque ſubſequent. orati ex latinis Hilarius 12. libros dedit, Auguſt. 15. Fulgent. vnum ad obiect. Arianorum; Boet. duos ad Symachum, Richardus de ſancto Victore ſex, totidem Ambroſ. ad Gratianum, Ruffinus Apologiam de fide ſua ad Anaſtaſ. & alij complures, quos refert Iodocus, in theſauro cathol. lib. 1. artic 4.

De ſignificatione vero huius vocabuli *Trinitas* obſeruandum eſt cum D. Thom. 1. p. quæſt. 31. art. 1. ad 5. ſecundùm Etymologiam illud denotare vnam eſſentiam trium perſonarum, atque adeò importare in recto

eſſentiæ vnitatem, & multiplicitatem perſonarum in obliquo, quaſi diceret Trinitas, id eſt trium vnitas, ſed ſecundùm veram, ac germanam vocis ſignificationem potius ſignificari in recto numerum perſonarum, & in obliquo vnitatem eſſentiæ: idemque eſt Trinitas atque ternarius numerus perſonarum, vnam eſſentiam habentium, quare Trinitas de formali ſolú ſignificat numerũ talium perſonarum, quæ ad inuicẽ referuntur, & in vna eſſentia vniuntur. Vnde refellitur error cuiuſdam Valentini Gentilis Itali, qui aſſerebat Trinitatem ſignificare trium vnitatem: quem modum loquendi optimè impugnat Bellarm. tom. 1. controuerſ. 2. de Chriſto lib. 2. cap. 5. primò, quia alioqui abſurdè loqueretur Eccleſia in ſymbolo Athanaſ. Trinitatem in vnitate veneremur: idem enim eſſet, ac ſi diceret trium vnitatem in vnitate veneremur. 2. quia concilia, & patres opponunt Trinitatem vnitati & illam perſonis tribuunt hanc eſſentiæ. Nam Patres Concilij Toletani 11. in profeſſione fidei verſus medium, ita loquuntur. *In relatione perſonarum numerus cernitur; in diuinitatis verò ſubſtantia quid ennumeratum ſit non comprehenditur.* Item D. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 1. *Trinitas*, inquit, *ad perſonas refertur, vnitas ad naturam*, & quamuis Trinitas per antonomaſiam iam à nobis pro diuina vſurpetur, ad diſtinctionem aliarum rerum, quæ in ternario numero in vno aliquo tertio vniuntur, verbi gratia in lucerna in qua, cùm vna ſit, coniunguntur ignis, ſplendor, & calor, quæ ſunt res realiter diſtinctæ, item intellectus, memoria, & voluntas in vna eademque animæ ſubſtantia radicantur, quod exemplum affert Auguſtin. lib. 15. de Trinitat. cap. 22. Vt ergo à noſtro titulo quoad hanc partem creatæ Trinitates excludantur, (quæ in rigore Trinitates non ſunt: quia numquam aſſignantur tria inter ſe realiter diſtincta, quæ realiter cùm vno tertio identificentur:) ideo additur illud adiectiuum *ſumma*, id eſt maxima, ſeu diuina, in qua omnes diuinæ perfectiones reſumuntur, quæ ſola huius generis Trinitas eſt, vt cùm ternario perſonarum vnius ſubſtantiæ, & eſſentiæ realis identitas habeatur: ita exponit adiectiuum *ſumma*. Panormitanus ad rubric. in princip. Ioann. Andr. Bald. Hoſtienſ. & alij ibidem & illam ita appellat Leandrus Hiſpaniarum Epiſcopus vt refertur in cap. doctrina de conſecrat. diſt. 4.

3. Cæterum de multiplici ſignificatu fidei habes duas gloſſas: vnam in præſenti rubrica, alteram in cap. mouet 22. quæſt. 1. verbo *neque*: omnes ſignificationes ad nouem reduci poſſunt. Prima eſt qua fides pro dictorum factorumuè conſtantia & veritate accipitur, vt illam M. Tullius explicat lib. 1. officiorum: ita l. 1. ff. de pactis in princip. inſtitut. in proœm. §. cumquè, in cap. Innocens 22. quæſt. 4. & cap. noli 23. quæſt. 1. in hoc ſenſu loquitur Paulus ad Roman. 3. numero 3. ibidem, *numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit?* id eſt conſtantiam, in dictiſque & promiſſis veritatem eludet ſeu eneruabit? 2. pro ipſamet promiſſione in hoc ſenſu dixit Mantuanus, *accipe, daque fidem*, item cap. coniuges, & cap. coniux. 27. quæſt. 2. D. Paul. 1. ad Timoth. 5. numero 12. ibi *quia primam fidem irritam fecerunt*: quia verò coniugium mutuam promiſſionem in ſponſalibus & traditionem corporis in matrimonio inuoluit, contractuſque eſt conſtantiam & veritatem contrahentium depoſcens, ideo fides 3. coniugalis thori caſtitatem, ſeu fidelitatem deſignat in cap. quemadmodum de iureiur. in cap. caue 28. quæſt. 1. cap. omne itaque 17. quæſt. 2. & cap. vltimo de condit. appoſ. vt refert gloſſ. magna hoc loco. 4. ſumitur fides pro fiducia qua quis alteri ſe credit, l. vltima, C. plus valere, quod agitur, quam. & l. 19. quod vendidi ff. de contrah. empt. inſtit. de rer. diuiſ. §. venditæ 5. pro probatione vt in rubr. de probat & l. 13. cum de ætate eodem tit. item l. 5. non eſt, C. de edendo, 6. pro cautione ita in l. 12. in ſacris 3. C. de proxim. ſcur. ſcrin. & lib. 12. iuxta gloſſ. ibidem §. 1. verb. *fides* vnde fide ſua iubere, id eſt ſponſorem ſe conſtituere, & periculum in ſe recipere, ita Vlpianus in l. 75. vbi autem §. illud dubitationem in fin. ff. de verbor. obligat. 7. ſignificatio fidei eſt, quando pro conſcientia vſurpatur vt in cap. literas de reſtitut. ſpoliat. §. nos autem cap. quoniam omnes de præſcript. & cap. quærat §. illud autem circa medium de pœnit. diſtinc. 3. vbi refertur Ambroſ. ſic interpretans illud Pauli ad Roman. 14. in fine, *omne quod non eſt ex fide*, id eſt ex bona conſcientia, *peccatum eſt*, & 28. quæſt. 1. §. ex his. 8. fides totam legem Chriſtianam & Catholicam religionem ſignificat, & hunc ſignificatum habet in cap. de Iudæis diſtinc. 45. vt teſtatur Iulius Pacius in Analitic. C. de ſumma Trinitat. numero 15. non verò ſignificat baptiſmi ſacramentum, vt gloſſa hoc loco docet; aſſerit enim ibi Concil. Toletanum 4. vt qui baptiſmum receperunt, cogantur eam fidem, ac religionem Catholicam retinere, quam in baptiſmo profeſſi ſunt. 9. accipitur fides pro obiecto naturali fidei, id eſt pro omnibus ijs, quæ nobis credenda proponuntur, item pro fide infuſa actuali, vel habituali, qua mediante rebus creditis aſſentimur: actualis eſt in intellectu quando aliquis propoſitionibus de fide aſſentitur: habitualis in intellectu relinquitur Chriſtiani & Catholici, etiam ſine actuali credendi exercitio. In hac vltima ſignificatione fides à textibus ſub hoc titulo vſurpatur: & de illa in diſputatione ſequenti poſt hanc commentationem diſceptabo.

Vt tamen melius intelligatur de qua fide noſter titulus loquatur, additur illud verbum *Catholica*, quod idem eſt, atque vniuerſalis, & vbique porrecta: nam Καθολικὸς ſignificat vniuerſale, vt obſeruat Abbas hoc loco in princip. Archidiacon. & Geminian. in cap. fundamenta de elect. in 6. quos cæteri Canoniſtæ ibidem ſequuntur & Legiſtæ poſt Guiliel. de Cu. in rubric. C. de Summ. Trinitat. eſt autem hoc proprium Chriſtianæ fidei & religionis inſigne, vt ad diſtinctionem hæreſum, & aliarum ſectarum, Gentilium, Iudæorum, & Saracenorum, Catholica nominetur, vt infra quæſt. 4. agentes de Eccleſia, 4.

ſia, eiuſque notis latius proſequemur. Hinc patebit declaratio ſimilis tituli, quem Iuſtinianus ad initium C. ſimiliter collocauit, vt iam incipiat concordia noſtri iuris Canonici cum ciuili innoteſcere. Octo numerantur leges ſub hac rubrica in Codice, interquas illa eſt Epiſtola Ioannis Papę 2. quę incipit, Inter claras, cuius reſiduum poſt Epiſtolam imperatoris ſubiungitur. Pontifex verò in ſuis literis ita commendat Imperatoris veram, & Catholicam fidem & ſyderea luce clariorem irradiare teſtatur, vt non conqueratur quod in materia ſpirituali, & ad religionem ſpectante leges condiderit, ſed cum ea tempeſtate ſæuitia tyrannorum, & hæreticorum veſania vndique oppugnata Eccleſia Catholica brachij ſæcularis auxilio indigeret, Imperatori gratias agit, quod Patrum decreta de Chriſtianæ fidei veritate omnibus obſeruanda præſcripſerit, quæ præſcripta Pontifex ſua auctoritate cõfirmauit his verbis, *de religione Catholicæ fidei ea ſapitis, ea ſcripſiſtis, ea protuliſtis, ea populis fidelibus publicaſtis, quæ (ſicut diximus) & ſedis Apoſtolicæ doctrina, & ſanctorum Patrum decreuit auctoritas, & nos confirmauimus in omnibus*. alij potius legunt, *& nos confirmamus*. Verũ ſi in præterito legatur referendũ eſt ad id quod ſupra dixerat in fine illius partis ex Epiſtola inter claras quę poſt l. nemo clericus, C. de ſumm. Trinitat. ſubſequitur.

5. Quod attinet ad rationem de præcedentia huius tituli, vtraque Gloſſa tam Canonica quam ciuilis eam deſumere intendit à loco Pauli ad Roman. 14. ſupra citato, *omne quod non eſt ex fide peccatum eſt*, & quia ordo noſtræ reparationis à fide ſumpſit exordium, ideo ratio poſtulabat vt de fide catholica primò ageretur. Verum licet Auguſtin. in lib. 1. contra duas Epiſtolas Pelagij cap. 3. & in Epiſtol. ad Romanos verſus finem; item Fulgentius de Incarnatione & Gratia Chriſti cap. 24. & Proſper. in Epiſtola ad Rufinum de grat. & liber. arbitr. locum Pauli interpretentur de fide Chriſtiana, non tamen ex eo probare intendunt omnia opera, quæ ab infidelibus fiunt, eſſe peccata, ſed alia eſt eorum intentio, quæ non pertinet ad rationem, quæ inquiritur. Minuſque ad illam iuuat locus Pauli in
6. receptiori Patrum expoſitione, Origen. Chriſoſt. Oecumen. Theodor. Theophil. Ambroſ. Anſelm. & recentiorum, qui fidem pro conſcientia hoc loco interpretantur, vt ſupra diximus, quare ſecundum hanc interpretationem non video quomodò ad inſtitutum faciat auctoritas Apoſtoli, & multo minus, cum ea expoſitione, quam in hac rubr. numero 2. probat Auguſt. Barboſa ſequutus alios recentiores, inter quos immerito recenſet Azor. vt ſtatim dicam, ait enim ille doctor Paulum ſignificare voluiſſe, non ſolum id eſſe peccatum, quod eſt contra Conſcientiam, ſeu fidem, qua creditur, aliquid eſſe peccatum, ſed etiam quod non procedit ex fide, id eſt ex iudicio, quo quis actu, vel virtute putat id licere, quæ ſane expoſitio nullo modo mihi placet: quia ſic explicatus Paulus magis receptæ Theologorum ſententiæ repugnat. Nam quamuis verum ſit ex mente Apoſtoli omne

A id eſſe peccatum, quod iuxta conſcientiam aliquid mandantem non fit, (quod ſolum dicit Azor 1 par. inſtit. moral: lib. 2. cap. 8. quæſt. 3.) non requiritur tamen antecedens 7.
iudicium, actu, vel virtute de honeſtate obiecti ad hoc, vt opus peccaminoſum non ſit. Nam quando conſcientia erronea actu non eſt in intellectu, ſi aliquid fiat contra illam, quæ antea præceſſit, & non retractata eſt, per contrarium iudicium, opus quod in eo caſu fit, ſi de ſe ſit bonum, vel de ſe non ſit malum, non cenſetur eſſe contra conſcientiam, neque peccat qui id operatur ſine præcedenti iudicio de honeſtate actus ex obliuione, vel inconſiderantia vt loquuntur Theologi: hanc ſententiam tenet Sanchez in decalogo tom. 1. lib. 1. cap. numero 7. Vaſq. 12.
B diſq. 60. cap. 3. in fin. Salas item 12. quæſt. 21. tract. 8. diſp. vnica, ſect. 3. numero 29. Azor. vbi ſupra quæſt. 12. & alij communiter aſſerentes opus eſſe, vt iudicium conſcientiæ errantis actu perſeueret, vt opus contra illam factum culpæ imputetur: & ratio eſt, quia ad hoc vt illud iudicium virtute manere dicatur, non ſufficit, quod non retractetur, ſed oportet, vt aliquo ſuo affectu maneat, in quem deriuetur illa virtus, quæ influere debet, & refundere in opus malitiam: ſed nullus eſt huiuſmodi effectus, quia ſpecies memoratiua, quæ ex præterito iudicio relinquitur, vel habitus quando operans omnino obliuiſcitur præcedentis iudicij nullo modo potentiam excitant, neque in opus influunt ergo &c. 2. ex oppoſito ſequitur, ſi infidelis ſemel credat
C ad bonitatem operis eſſe neceſſarium illud referri ad idolum, omnia opera illius erunt peccata, etiamſi de ſe bona ſint, & actu de tali reſpectu ad idolum non recordetur: quod tamen eſt magnum abſurdum. 3. quæ neceſſitas eſt præcedentis iudicij de honeſtate obiecti, ne opus de ſe bonum, quod ex inconſiderantia cum libertate tamen fit, culpæ imputetur? ſanè nulla, ergo immerito opera de ſe honeſta ſeu indifferentia cum peccatis numerantur.

Alias rationes adducunt Gloſſæ de tituli 8.
præcedentia, inter quas optima illa eſt, quam gloſſa ciuilis attingit, nimirum, quia acturus de iuſtitia, prius agere debet de præcipua illius parte, qualis eſt religio, pars quidem non ſubiectiua, ſed potentialis, ſeu annexa iuſtitiæ vt
D ait D. Thomas 22. quæſt. 80. artic. 2. & cum religionis chriſtianæ fundamentum ſit fides, & fidei chriſtianæ primum & præcipuum obiectum credendum, ſit Deus Trinus & vnus, ideo tit. de ſumm. Trinitat. & fid. cathol. merito præcedit. Hanc rationem quia præ reliquis placet, patrum teſtimoniis locupletabo. In principis Clemens Alex. lib. 2. Stromat. ante medium, fidem dixit eſſe primam ad ſalutem inclinationem. Cyrillus Hieroſolymitan. catechiſ. 1. ait fidem eſſe quaſi oculum, & lampadem ad ſalutis viam inueniendam. Cyrill. Alex. lib. 4. in Ioann. cap. 9. ſcribit. *Ianua & via in vitam fides erit.* D. Ambroſ. lib. 1. de Sacram. in princip. item Hieron. in cap. 3. Epiſt. ad Epheſ. & Auguſt. de bono perſeuer. cap. 2. de prædeſtinat. ſanct. cap. 7. &

alibi ſæpè ſimilia inculcant. Tandem Ioan. Chriſoſt. de fide, ſpe, & charitate fidem appellat originem iuſtitiæ, fidei enim fundamentum ſi deſit, nihil boni poterit ſuperædificari, quod ad iuſtitiam, ſeu honeſtam viuendi actionem Deo acceptam conducat, vt teſtatur Gregorius relatus in cap. cum Paulus 1. quæſt. 1. & notat Gloſſa ad cap. illi offerunt. 1. quæſt. 1. verb. *truncato*, vbi ait fidem eſſe caput omnium honeſtarum actionum, quæ ſunt Deo acceptæ. Theodoretus verò in principio lib. 12. Græc. affect. ſic ait. *Quod enim radix eſt arbori, quod oculus corpori, quodque telis contexendis ipſaſunt ſtamina, hoc perficiendis animis eſt veritatis cognitio, ſtabiliſque rerum diuinarum fides.* Cum igitur primum fidei chriſtianæ myſterium ſit ſumma Trinitas, rectè à ſumma Trinitate & fide Catholica exordium ſumitur. Accedit quia non potuit aliud iuris initium aptius poni, quam Trinitas ſumma & cætera, quæ ad fidem, ſeu ius ſacrum pertinent, ad cuius normam omnia iura ſunt examinanda, & eatenus probanda, quatenus diuino iuri non repugnant, ſed conſentanea ſunt. Vnde iam patet quam congruenter ſub hoc titulo & ſubſequenti de conſtitutionibus, nos de cauſis & effectibus diuini humanique iuris agere Deo auſpice properemus.

Declarantur attributa Dei abſoluta in cap. Firmiter *indicata, quæ in perſonis non multiplicantur.*

NOTATIO II.

1. SVmptum eſt hoc caput ex Concilio Lateranenſi 12. generali, & œcumenico ex his duodecim 4. omoium, quæ in Europa habita ſunt celeberrimo, vt teſtatur Franciſcus Longus à Curiolano anno 1215. quo idem Concilium fuit celebratum: illi præfuit Innocentius 3. anno ſui Pontificatus 18. ſub illius finem, actum eſt in hoc Concilio de ſeptuaginta capitibus ad diuerſarum hæreſum confutationem, morumqoe reformationem, ac Hieroſolymitanæ vrbis recuperationem: diuidi ſolet in duas partes cum Abbate hoc loco numero 1. vel in quinque cum gloſſa. Nos ad maiorem illius claritatem & diſtinctionem illud partimur in ſeptem, quæ per totidem notatiooes innoteſcent: iu prima notantur attribota, quæ vnitatem eſſentiæ retinent, eademque in perſonis reperiuntur, quales ſunt *vnus Deus, verus, æternus, immenſus, incommutabilis, incomprehenſibilis, omnipotens, ineffabilis.* In 2. ibi *Pater & Filius & Spiritus ſanctus* & indicantur proprietates relatiuæ & proceſſiones ad intra diuinarum perſonarum. In 3. ibi *Vnum vniuerſorum principium* & declarantur actiones ad extra, quæ à tota Trinitate indiuiſim proficiſcuntur: item creatio Angelorum, & reliqua opera ſex dierum. In 4. exponitur reuelatio ſalutaris & cœleſtis doctrinæ, ſeu promulgatio diuinæ legis: ibi, *hæc ſancta Trinitas, & primo per Moyſen, & ſanctos prophetas*, &c. quæ reuelatio cùm

A nouiſſimè per incarnatum Dei verbum facta ſit, Incarnationis myſterium attingitur. In 5. ibi *qui cum ſecundùm Diuinitatem*, &c. de Chriſti Domini Paſſioue, morte, deſcenſu ad inferos, reſurrectione, aſcenſu ad ſuperos, & ſecundo aduentu ad vniuerſale iudiciom agitur. In 6. Sanctæ Eccleſiæ vnitatem, ſacroſanctæque Euchariſtiæ in primis, deinde Ordinis, ſacramēta proponuntur à §. *vna verò*. Et tandem in 7. de ſacramentis baptiſmi, & pœnitentiæ tractatur ibi, *ſacramentum verò baptiſmi*, &c. Et quamuis gloſſa verbo *vna* alijque Canoniſtæ verb. *coniugati*, de ſacramento coniugij, hoc loco agi arbitrentur, certum eſt ex contextu nihil de matrimonio, quatenus ſacramentum eſt hîc definiri, ſed ſolum diuerſi hominum ſtatus indicantur, in

B quibus vnuſquiſque ſuam poteſt ſalutem operari, quæ per fidem operibus bonis, & charitate ſormatam obtinetur.

Quantum ad primam partem, de qua in hac notatione dicā, ius ciuile eodem titolo non ita 2. diſtinxit hæc Dei attributa abſoluta, videlicet æternitatem, immenſitatē, omnipotentiam & reliqua, ſatis tamen oſtendit, aliqua eſſe in Deo, quæ non multiplicantur in perſonis; nempe Deitatem, l. 1. & 2. in princip. l. 5. recta §. l. 6. ſaluatorem §. 1. & ibidem vnam ſubſtantiam, & vnam poteſtatem, & l. 2. nullus hæreticus, aſſeritur: quod Chriſtus Dominus vnum habeat cum patre Dei nomen, quem locum corrigere voluit Iulius Pacius in Analyſi Cod. de ſumm. Trinitat. numero

C 2. & legendum credidit *vno numine pro vno nomine*. Verùm hæc correctio ſine cauſa ſenſum textus immutat, qui eſt nomen Dei non multiplicari in perſonis, tres enim perſonæ non dicuntur tres dij, ſicut *nec tres æterni, neque tres increati, aut tres immenſi*, vt in ſymbolo Athanaſij Eccleſia cantat. Diſtinctius hæc abſoluta Dei attributa propoſuit noſter textus, quæ antequam ſigillatim explicentur, illa præ oculis habenda eſt ſimilitudo, quæ Canticorum 5. habetur, verſic 11. *caput tuum aurum optimum* &c. vbi Lyrano interprete aurea ſponſi cæleſtis dignitas, ſeu diuinitas in aoreo capite figurata decoro comarum, id eſt, attributalium perfectionum ornamento pulcreſcit. Etenim ſicuti comas in capitis ornatum natura produxit, ita Dei attributa, quorum

D affectibus diuina nobis pulchritudo innoteſcit, in diuinitate radicari, & Dei ſubſtantiæ inhæreſcere more hominum cogitamus. Verùm cur hæc comæ *ſicut elata palmarum nigra ſunt, quaſi coruus*, vt ibidem dicitur, niſi vt nigricanti colore palam fiat, quantum Diuinæ perfectiooes à noſtris ſenſibus remotæ ſupra humanæ mentis captum euehantur, quæ enim è longiori tractu proſpicimus, obſcuriora & nigro veluti colore induta præſentantur; ſola ergo prælucentis fidei face adiuti hos ſubtiliſſimos diuinitatis crines diſcernere & explicare auſi ſomus.

Quamobrem ſciendum eſt ad rationem diuini attributi, duas requiri conditiones: prima eſt vt ſit perfectio ſimpliciter ſimplex, id eſt, quam melius ſit habere quam non habere, probatur, quia quamuis Deus ſit ſimpliciſſima

ſubſtantia

Digitized by Google

ſubſtantia ſpiritualis, & actus puriſſimus: A quia neque eſt forma formabilis habens ſe per modum potentiæ reſpectu alterius actus, neque forma informans aliquam potentiam, cum qua veniat in compoſitionem alicuius compoſiti per ſe, vel per accidens: hoc enim inuoluit manifeſtam imperfectionem; concipitur tamen hæc vnica perfectio diuina, vt multiplex, quia adæquatè vno conceptu nequit intelligi. Vnde ſicut in perfectiori ſubſtantia, nempe in creatura intellectiua, qualis eſt Angelus, vel homo, cognoſcimus ſubſtantiam, ſeu eſſentiam, & proprietates ſeu attributa quæ illi adiacent, nimirum intellectum, & voluntatem; ita in Deo primò cognoſcimus eſſe quoddam actuale, & neceſſarium ſubſtantiale, & deinde huic ſubſtantiæ perfectiſſimæ intelligimus conuenire omnes perfectiones, B quas melius ſit habere, quam non habere, ne aliqua Deo perfectio deſit, & à qua omnis imperfectionis mixtura recedat, & quamuis hanc conditionem non exigat Suar. de Deo Trino, & vno lib. 1. cap. 9. numero 13. & de Trinitate lib. 3. cap. 11. numerat enim inter attributa, ea quæ ex tempore Deo conueniunt, vt eſſe creatorem, prædictam tamen conditionem requirit Oſtolina 1. par. quæſt. 28. §. hactenus & omnes antiquiores Theologi quos refert, & ſequitur Chriſtophorus Gillios tom. 1. lib. 2. tract. 2. cap. 5. numero 4. quare per hanc conditionem excluduntur à ratione attributi propriè ſumpti prædicata notionalia, vt paternitas, & filiatio, quæ non ſunt perfectiones ſimpliciter ſimplices, vt ſequenti notatione dicemus. C Item illa quæ Deo non conueniunt neceſſario, ſed poſita determinatione libera ſuæ volũtatis, & ex tẽpore de Deo dicuntur, vt eſſe creatorẽ, quia nõ augent perfectionẽ diuinam ſimpliciter, nam æquè perfectus eſſet Deus, licet nullam conderet creaturam; & æquè beatus eſſet ſine creaturis, ac cum illis nunc eſt.

4. Secunda conditio eſt vt Dei perfectio attributalis concipiatur per modum adiacentis inſtar creatarum perfectionum ex quibus cognoſcatur, per affirmationem, vel remotionem, eſſentiæ diuinæ conuenire qua præciſe eſſentia eſt: per hanc conditionem excluduntur prædicata diuina, quæ pertinent noſtro intelligendi modo ad intrinſecam rationem eſſentiæ, vt eſſe ſubſtantiam à ſe neceſſario exiſtentem, infinitam, & ſpiritualem, &c. D probator, quia vt ait Henric. in ſumm. artic. 32. quæſt. 1. ad 3. & Baſſolis in prima diſtinct. 22. quæſt. 2. artic. 1. eſſentialia prædicata Dei concipiuntur, vt perfectiones primariæ, quæ eſſentiam conſtituunt: attributa verò, vt ſecundariæ, & inſtar proprietatum, quæ ad eſſentia conſequuntur: quia tamen eſſentiæ conueniunt præcisè quà eſſentia eſt, proprietates ſunt abſolutæ, non relatiuæ; & ideo nullum ex his attributis multiplicatur ad multiplicationem perſonarum, ſed vnitatem eſſentiæ retinent, & eadem numero indiuiſim tribus perſonis communicantur. Dixi hæc Dei attributa cognoſci ex perfectionibus creatis conuenire Deo per affirmationem, vel remotionem, quia inter prædicata, quæ Deo tribuimus, aliqua ſunt affirmatiua, vt potentia, ſcientia, amor, iuſtitia, & alia negatiua, cuiuſmodi ſunt plura, quæ in noſtro textu notantur, in quo Deus dicitur *immenſus, incommutabilis, incomprehenſibilis* & quæ prædicata tam propria Dei ſunt vt Auguſt. lib. 1. de Trinitat. cap. 1 Damaſc. l. 1. Orthodoxæ fidei cap. 4. & alij patres ſæpè doceant nullum prędicatũ de Deo propriè dici, niſi quod negationem importat, & alij, quorum meminit D. Thom. 1. p. quæſt. 13. artic. 1. dicant quando aliquod prædicatum per affirmationem Deo tribuimus, vt illius proprium ſit, neceſſario habere vim remotionis, vel per illud nos tantum ſignificare Deum eſſe cauſam talis perfectionis v. g. quando dico Deum eſſe ſapientem, vel ſignifico illum non eſſe ſicut res inſipientes, vel eſſe cauſam ſapientiæ: horum tamen loquendi modũ reijcit D. Thom. quia alioqui de Deo dici poſſet, quod ſit corpus, quia per hoc ſignificaretur, illũ non eſſe ens in potentia, vel illũ eſſe cauſam corporis: cum tamẽ illa propoſitio ſit hęretica, Deus eſt corpus.

Quamobrem negandum non eſt aliqua de Deo propriiſſima dici per poſitionem, ſeu affirmationem, quia ſignificant aliquid, quod verè & realiter eſt in Deo. 5. Patres verò citati dupliciter exponi poſſunt: primò, cum Suar. de Deo trino & vno, lib. 1. cap. 9. numero 11. vt loquantur non de re ſignificata, ſed de modo ſignificandi: quod vt pateat, aduerte cum D. Thom. quæſt. citata artic. 3. nomina quæ Deo attribuuntur bifariam ſpectari poſſe: primò, ſecundùm rem ſignificatam. 2. ſecundum modum ſignificandi: priori modo verè & propriè dicuntur de Deo aliqua prædicata poſitiua; vt iuſtus, ſapiens & ſimilia, quia ſignificant perfectiones, quæ formaliter ſunt in Deo, & melius eſt in Deo eſſe, quam non eſſe: quamuis enim ex creaturis cognoſcantur, quando appropriantur Deo, illas ſeparamus ab eſſe limitato, alijſque imperfectionibus creaturarũ, & ſecundùm ſuum eſſe excellentiſſimum accipimus. Poſteriori modo ſecundùm formam ſignificandi, ſemper aliquam metaphoram, & improprietatem inuoluunt, nam ſi ſunt concreta, vt iuſtus, ſapiens, ſignificant per modum compoſitionis, & adiacentis, quomodo non ſunt in Deo, quia reuera non adiacent, neque componunt, ſi verò ſint abſtracta vt ſapientia, & iuſtitia ſignificãt per modũ formę informantis, & hac ratione à parte rei nõ ſunt formæ extra Dei eſſentiã, quamuis propter noſtrum imperfectum concipiendi, & ſignificandi modum, iis vtamur nominibus. Quia tamen prędicati proprietas ſpectari debet ſecundùm rem, quam verè & propriè ſignificat, non ſecundùm modum ſignificando, ideo vt tribuatur Deo, ſatis eſt ſignificare perfectionem verè & realiter in Deo exiſtentem: neque impediet concretio, vel abſtractio nominis, quia ſi eſt concretum, ſignificat perfectionem Dei ſubſiſtentẽ, & conſummatam: ſi abſtractum, Dei ſimplicitatem manifeſtat, & ſic verè dicitur de Deo, Deus eſt iuſtitia. 2. exponi poſſunt Patres vt ſignificent nullum nomen poſitiuum Deo propriè conuenire, quatenus ſignificat perfectionem in creaturis

inuentam, & cum imperfectionibus ſemper permixtam, ſed oportere vt adiunctam habeat negationem limitationis & concipiatur vt infinita in ſuo genere. V.G. Sapientia infinita, omnipotentia, id eſt potentia infinita, & ſic de cęteris: & ſicut poſitiua prędicta ſemper importare debent negationem limitationis creatæ, vt Deo propriè conueniant, ita negatiua vt cenſeantur perfectiones ſimpliciter, non debent accipi formaliter, vt puram negationem formæ ſignificant: ſed fundamentaliter quatenus declarant perfectionem poſitiuam, quæ per illam negationem declaratur. Vnde aliqua nomina huiuſmodi, vtrumque indicant, vt immenſitas, quæ Dei præſentiam vbique ſine menſura, vel termino diffuſam oſtendit, æternitas, quæ durationem ſine principio, vel ſine cuilibet durationis menſuræ correſpondentem manifeſtat.

6. Has duas conditiones ad veram & propriiſſimam rationem attributi tantum requirunt Richard. in 1. diſt. 2. artic. 1. quæſt. 3. artic. 1. Ocham. ibidem quæſt. 2. lit. F. & quæſt. 3. lit. P. Gabriel quæſt. 2. artic. 1. Alliacenſis quæſt. 6. artic. 2. Aureolus in 1. diſt. 8. quæſt. 3. artic. 2. Mayronius ibidem quæſt. 7. artic. 3. 1. p. articuli in fin. Hiſpalenſis quæſt. 4. artic. 3. notabili 1. Bartholomæus Torres 1. p. quæſt. 28. artic. 2. diſp. 3. par. 2. initio. Nicolaus de Nyſe tract. 1. par. 3. portione 1. quæſt. vnica notand. 2. Capicol. eadem diſt. 8. quæſt. 4. initio. Clypeus Thomiſtarum in Porphir quæſt. 10. artic. 1. ante 1. concluſ. Soncinas in 1. diſt. 8. quęſt. 4. concluſ. 2. qui tres vltimi addunt hanc fuiſſe D. Thomæ mentem: neque requirunt vlteriùs aliam cõditionem ab aliis admiſſam, nẽpe vt perfectio attributalis ſecũdũ rationem analogicã Deo conueniat, & creaturis: quam conditionem merito etiam excludunt Suar. de Deo Trino & vno tract. 1. lib. 1. cap. 9. numero 4. & 8. & tract. 3. lib. 3. cap. 11. numero 4. Molin. 1. par. quæſt. 28. artic. 2. diſp. 2. Vaſq. 1. par. diſp. 116. numero 3. Et ratio eſt quia attributa negatiua, quæ in noſtro textu continentur, verè & propriè ſunt proprietates abſolutæ diuinæ eſſentiæ, & tamen non reperiuntur ſecundùm rationem analogicam in creaturis: nulla enim datur immenſitas, neque incommutabilitas creata, & vt cognoſcantur eſſe in Deo, ſatis eſt quod forma negata nempe mutabilitas, & menſurabilitas detur in creatis: etenim negationes per formas negatas dignoſcuntur. Ex duabus igitur conditionibus ſupra traditis ita deſcribit attributum Dei Gillius cap. 5. citato in fine. Eſt perfectio ſimpliciter concepta per modum proprietatis adiacentis eſſentiæ diuinæ, prout à nobis intelligitur ſub ratione præciſa eſſentiæ: tota hæc deſcriptio patet ex declaratione præcedentium duarum conditionum.

7. Patet etiam ex dictis, celebris patrum diuiſio quam tradit Suar. cap. 9. citato numero 4. cum D. Thom. D. Dionyſ. Baſil. Cipariſſ. Auguſt. & Clem. Alex. videlicet Dei attributa partim eſſe affirmatiua, partim negatiua, hæc remouent à Deo imperfectiones, quæ ſunt formæ negatæ: illa ponunt perfectiones,

A quæ in ſua ratione imperfectionem non important. Duo tamen hîc inquires: primùm an hæc attributa certò definiantur numero? 2. quomodo ab eſſentia & inter ſe diſtinguantur? Ad primum dico, de his attributis aliter loquendum, vt in ſe ſunt fundamentaliter & inſtè; aliter vt à nobis cognoſcuntur, & à Theologis de facto explicantur: priori modo cum Deus infinitus ſit in perfectione, & in infinitum imitabilis, nulla enim aſſignari poteſt ſpecies entis adeo perfecta, quà non poſſit Deus aliam creare perfectiorem, ſequitur diuinam perfectionem præbere poſſe fundamentum intellectui creato, vt illam non tot quin pluribus inadęquatis conceptibus percipiat in ordine ad perfectiones creaturarum, quæ diuinam imitantur, & ita de ſe infinita B Dei perfectio poſtular infinitam attributorum multitudinem: poſteriori modo ad certum numerum reduci poſſunt. Nam attributa adæquatè diuiduntur in poſitiua, & negatiua, ſed imperfectiones, quas negatiua à Deo remouent, item perfectiones, quas de Deo poſitiua affirmant, & quę ex creaturis innoteſcant de facto finitæ ſunt; ergo illa prout à Theologis declarantur, & à nobis de facto concipiuntur, certo numero definiuntur: illa verò omnia perſequi, non eſt noſtri inſtituti.

Ad 2. reſpondeo hæc attributa neque inter ſe, neque ab eſſentia diſtingui à parte rei, 8.
ſed tantum per intellectum noſtrum cum fundamento in re, quam diſtinctionem philoſophi appellant C diſtinctionem rationis ratiocinatæ, id eſt rei, quæ cum vna ſit virtute, tamen eſt multiplex, quia fundamentum præbet intellectui eam inadæquatè concipiendi, quaſi multiplex eſſet. Ita D. Thom 1. p. quæſt. 13. artic. 4. & in 1. diſtinct. 2. quæſt. 1. artic. 2. Magiſter in 1. diſtinct. 8. Alenſ. 1. par. quęſt. 23. memb. 4. artic. 1. Dur. in 1. diſt. 2. quęſt. 2. Idem ex Patribus & multis aliis Scholaſticis doctoribus confirmant Molin. 1. par. quęſt. 28. artic. 2. diſp. 1. concluſ. 2. Suar. in ſumma de Deo Trino tract. 1. lib. 1. cap. 10. numero 3. Vaſq. 1. par. diſp. 116. cap. 4. Gillius lib. 2. tract. 5. cap. 4. 5. & 6. Immo & Scotus licet illum ſectatores alio diſtorqueant in re idem ſentit: nam in 1. diſt. 2 quęſt. 7. §. ſed hîc reſtat, appellat hanc diſtinctionem virtualem ex natura rei & actualem rationis, vnde nomine D diſtinctionis formalis ex natura rei intelligit hanc diſtinctionem virtualem cum fundamento in re vt interpretatur Gulielmus de Rubione in 1. diſt. 8. quęſt. 3. artic. 2. ad finem: & latius Angelus Piloſus 1. p. diſp. 8. artic. 6. in princip. Iaccellus 12. metaphyſ. quęſt. 19. art. 3. Quod verò non diſtinguantur ex natura rei attributa ab eſſentia Dei neque inter ſe, probatur. Nam omnis diſtinctio à parte rei inter duo, vel eſt tamquam rei à re, vel tamquam modi à re, vt oſtendunt præſtantiores Metaphyſici cum Suar. tom. 1. metaphyſ. diſput. 8. ſect. 1. ſed attributa non ſunt diuerſæ res ab eſſentia, vel ad inuicem, ideoque non diſtingui realiter deducitur ex definitione Concilij Rhemenſis ſub Eugenio 3. vt refert D. Bern. ſerm. 80. in cantic. Nam ſi damnauit diſtinctionem realem inter diuinas

Digitized by Google

diuinas ratio: :s, & eſſentiam propter ſummam Dei ſir.plicitatem, quæ omnem compoſitionem rerum diuerſarum excludet, à fortiori idem error damnandus eſt de diſtinctione reali attributorum ab eſſentia & inter ſe; in quem incurriſſe Gualterum docet Gillius citatus cap. 4. neque item diſtinguuntur tanquam modi à re modificata, quia hæc compoſitio etiam repugnat ſummæ vnitati, & ſimplicitati Dei, vt erudite probat Gillius c. 7. 8. 9. & 10. eſt enim Deus actus puriſſimus, ſimpliciſſimus, & in abſolutis omnino vnus à parte rei. Hinc enim prouenit illud Theologicum principium: in Deo omnia ſunt vnum niſi obſtet relationum oppoſitio.

Vnde iam facto deſcenſu ad ſingula attributa Dei abſoluta, quorum meminit textus, in illud primum incurrimus, quo Deus dicitur *Vnus ſolus*. Ab huius attributi veritate deflexerunt non modo ethnici qui plures Deos colere conſueuerunt: ſed & Cerdon, Appelles, & Gnoſtici qui duos, vnum bonum, malú alterum commenti ſunt, vt Irenæus, Tertull. Epiphan. Theodor. & Nicetas teſtantur de Cedrone, Aug. hæres 6. de Gnoſticis; idem Aug. hæres. 23. & Euſeb. li. 5. c. 13. de Appelle, hoc ipſum affirmant: circa idem ſimiliter erranit Petrus Fullo, qui tres Deos eſſe affirmauit, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum teſte Felice Papa in epiſtola ad eum ſcripta: in eumdem ferè errorem lapſus eſt Ioannes Philoponus, qui tres eſſe Deos ex profeſſo docuit, & Treitharum ſectam inſtituit vt tenent Nicephorus lib. 16. c. 47. & Leontius de ſectis, item Duitæ in Polonia, qui Petrú Gomeſium ſequuti, Patrem & Filiú duos eſſe Deos aſſerebant, vt refert Caniſius de Corruptelis verbi Dei, & Alphonſus Piſanus in præfatione ad Concilium Nicænum. Probatur tamen ex ſacra pagina Deum eſſe vnum ſolum, Deuter. 6. n. 4. *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter Deus vnus eſt*, quod teſtimonium refertur Marci 12. n. 29. pſal. 85. verſic. 10. *Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus*, item 1. Reg. 2. n. 2. *non eſt ſanctus, vt eſt Dominus: neque enim eſt alius extra te*, & alibi ſæpè. Poſſe verò demonſtrari Deum eſſe vnum ſaltem à poſteriori docet Alenſ. Albert. D. Thom. Bonau. Ægid. Rich. Ferrar. Henric. Duran. Heruæus, Scot. Aureolus, Tolet. Argent. Hiſpalen. Aquilan. Bachonus, Marſilius, & Ant. Andr. quos refert & ſequitur Gillius l. 2. tract. 3. c. 7. ratio verò pręcipua, qua id oſtenditur, illa eſt, ens neceſſariú à ſe eſt vnum tantum, ſed Deus eſt ens neceſſarium à ſe: ergo Deus vnus tantum eſſe poteſt hanc rationem latè & eruditè proſequuntur Gillius citatus n. 3. & Suar. in Metaphy. diſp. 30. ſect. 10. num. 6. & ſequent. Cum ergo vnitas ſit indiuiſio rei in ſe, & negatio diuiſionis in alia: Vnitas verò vel eſt analogica, vel vniuoca generis, aut ſpeciei; vel denique indiuidualis. Vnitatem analogicam habent ſubſtantia, & accidens, in eo quod vtrumque dicitur ens, ſed habent rationes toto genere diuerſas. Vniuocam generis habent duæ ſpecies, homo ſcilicet, & Leo in animali, vterque enim eſt animal, ſed differunt per ſpecificas differentias, rationale & rugibile: ſpecificam habent Petrus & Paulus in homine: quia ſunt eiuſdem ſpeciei, nulla ex his vnitatibus competit diuinitati; illa enim excludit omnem communitatem analogicam, genericam, vel ſpecificam; conuenit ergo ei tantum indiuidualis, quæ quia talem naturam ſequitur, nempe diuinam, vnitas talis eſt indiuidualis, quæ quatenus diuina, excludit omnem conuenientiam in prædicato diuinitatis, non ſolum vniuocam, ſed etiam analogicam, vt bene oſtendit Gillius cap. 8. num. 2. An verò Deus dicatur vnus numero, pertinet ad modum loquendi, de quo idem doctor cap. 10. vbi diuerſos ſanctor. Patrum & Theologorum loquendi modos adducit.

Secundo dicitur in textu Deus *Verus*. Gloſſa ait verum dici ad differentiam fictorum, vel vt notat Abb. colum. 2. cum D. Thom. quia eſſentialiter, & naturaliter eſt Deus: alij dicuntur Dij per adoptionem, ſeu per nuncupationem & diuinitatis participationem vt pſal. 81. ego addo primo etiam dici verum, vt indicetur paſſio tranſcendentalis conſequens diuinitatem, talis enim eſt, quę nata ſit facere veram ſui exiſtimationem, exiſtimo enim denominationem veri ſumi ab ipſamet entitate rei ſecundùm quod habet eſſe conformabile intellectui, cum D. Thom. contra Gentes c. 60. quia vero diuinitas poteſt facere intellectum verum cognoſcentem illam vt eſt in ſe Deus verus dicitur. Secundo quia non ſolum illi falſitas obiectiua, ſed etiam formalis repugnat, etenim nec in cognoſcendo falli, neque dicendo fallere poteſt, quod maximè neceſſarium erat definire ad ſtabiliendam noſtræ fidei doctrinam, de qua in textu ſermo erat, vt in diſp. 1. & quæſt. 1. dicemus.

Tertio dicitur *æternus*. Ita ad Roman. cap. vltimo *ſecundum præceptum æterni Dei*. Eſai 40. *Deus ſempiternus Dominus* & 57. *excelſus, & ſublimis habitans æternitatem*. Eccleſ. 18. *qui viuit in æternum creauit omnia ſimul*: & rectè poſt vnitatem Dei veri ponitur æternitatis attributum. Nam D. Thom. in 1. diſt. 8. q. 2. art. 1. ad 1. æternitatem vocat vnitatem, ſicut è contrario tempus propter partiú ſucceſſionem habet rationem multitudinis, ideo enim, ab Ariſtot. lib. 4. phyſic. c. 11. text. 100. definitur; tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius. Et Hugo de ſancto Victore de Sacramentis lib. 1. p. 3. c. 31. dixit *in vnitate agnoſcimus æternitatem*. Cæterum æternitas hoc loco ſignificat propriè durationem exiſtentiæ diuinæ, & definitur à Boet. lib. 3. dę conſolatione proſ. vltima, *interminabilis vita tota ſimul, & perfecta poſſeſſio*. Vbi poſſeſſionis verbum ſignificat ſtabilitatem, & dominium rei, quæ poſſidetur ut cum Alenſe, Alberto, & Diuo Thom. notat Gillius lib 2. tract. 10. cap. 2. num. 1. vbi hanc definitionem egregiè declarat dicitur tota ſimul, vt ſignificetur ſucceſſionis carentia, item per vitam interminabilem ſignificatur impoſſibilitas mutationis, ſeu diminutionis in eſſe, ſeu viuere quod omni termino, tam ex parte principij, quàm ex parte finis caret, denique perfecta dicitur poſſeſſio propter inde-

pendentiam æternitatis, cum enim à nullius cauſalitate dependeat, nullius concurſus ſuſpenſione corrumpi poteſt, vt poteſt Angelus, quem Deus ab æterno crearet: vel perfecta dicitur, quia ita perfecta eſt poſſeſſio, vt illi nulla alia perfectionis acceſſio poſſibilis ſit, quod in nullam ſobſtantiam ſpiritualem creatam cadere poteſt: hæc enim quamuis in eſſe ſubſtantiali ſucceſſionem non admittat, in actibus ſuis accidentalibus, per quos perficitur, ſucceſſionem, & additionem neceſſario admittit, vt latius exponit Suar. in Metaphyſ. tom. 2. diſput. 50. ſect. 3. numero 6.

12 Quarto *Immenſus*. Immenſitatis oſtenditur attributum circa quod naufragauerunt in fide quos refert Anaſtaſius Synaïta tom. 1. Biblioth. lib. 2. de rectis fidei catholicæ dogmat. *Nefarium prorſus & impium exiſtimantes tantam maieſtatem* (ſcilicet Dei) *corpora ingredi minus decentia ſqualore, & grauiolenti pædore oppleta, aut certè impias animas introire*: ſimiliter errarunt quos Hugo Victorin. lib. 1. de ſacr. p. 3. c. 17. allegat dicentes *Deum per potentiam, & non per eſſentiam vbique eſſe, quia eum contingere poſſent inquinationes ſordium, ſi vbique eſſet eſſentialiter*. Conuincuntur verò ex Hierem. 24. vbi Deus ait *Cælum & terram ego impleo*, cum enim nullus repelere poſſit, id à quo abeſt, ſi Deus replet omnia, neceſſario omnibus præſens eſt. Item ex 3. Reg. 8. & 2. Paralip. cap. 2. Iob. 11. & 22. & aliis ſacrarum literarum locis in quib. aſſeritur, quod Deus rebus creatis capi nequeat, vt diuinæ præſentiæ immenſitas cognoſcatur; quæ, vt ait Auguſtin. lib. de eſſentia diuinitatis, *à nulla ex creaturis metiri poteſt*; vnde immenſi nomen accepit: hanc verò præſentiam Dei ex omnipotentia & operatione Dei ad omnes res demonſtrari poſſe multis ſacræ paginæ, Patrumque teſtimoniis, & rationibus probat Gillius lib. 2. tract. 9. cap. 3. & ſeqoentibus vſque ad 11. in quo illos tres exponit modos quibus Deus eſt in rebus: per eſſentiam, per potentiam, & per preſentiam, ſed quia præſentia duplex eſt; alia localis, alia obiectiua, ſeu cognitionis, illa quæ pertinet ad immenſitatem localis eſt, per quam Deus eſt in rebus per eſſentiam, id eſt per intimum illapſum, & indiſtantiam ab illis ſicut per potentiam in rebus eſt, quatenus ad illas comparatur, vt agens, & per præſentiam cognitionis intuitiuæ retum omnium actu exiſtentium, quæ enim intuemur præſentia nobis ſunt, qui duo poſteriores modi eſſendi pertinent ad duo alia attributa, nempe omnipotentiæ, & eſſentiæ.

13. Quinto Dicitur Deus *Incommutabilis*. Cum verò iuxta Hugonem Victorinum lib. 7. eruditionis Didaſcalicæ, qui eſt de Trinitatis ſummæ agnitione, tripliciter res moueatur: nempè ſecundum formam, tempus & locum, ſicut æternitas excludit à Deo mutationem ſecundum tempus, & immenſitas ſecundum locum, ita immutabilitas excludit omnem mutationem ſecundùm formam, ſiue ſubſtantialem, ſiue accidentalem, ſiuè phyſicam, ſiue moralem: ita habetur Malach. 3. A *Ego Deus & non mutor* Numer. 23. *Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur*. Item Iacobi 1. nec mutationis, ſeu viciſſitudinis vmbra in Deo conceditur, *apud quem non eſt tranſmutatio nec viciſsitudinis obumbratio*, vt non ſolum ab eo phyſica mutatio, ſed etiam quæuis moralis inconſtantia, ſi hæc in Deo etiam ſine phyſica mutatione per variationem actuum liberorum conſiderari poſſet, vt Suarius admittit tom. 2. Metaphyſ. diſput. 30. ſect. 9. numero 58. quamuis Gillius lib. 2. tract. 8. cap. 9. oppoſitum exiſtimet: ait enim: ſi varietas in Deo eſſet penes actus liberos, veram & phyſicam fore, non adumbratilem, ſeu B moralem mutationem cuius controuerſiæ ſolutionem cum alijs Theologicis ſpeculationibus prætereo, ſolumque addo omnem mutationem quæcumque illa ſit, Deo omnino repugnare: & ratio ſumitur tum ex neceſſitate, tum ex ſimplicitate & ratione actus puri ens enim à ſe & abſolutè neceſſarium mutationem ſubſtantialem admittere nequit, & cum ſimul ſit ſimpliciſſimus & puriſſimus actus, non modo ſubſtantialem, ſed etiam accidentalem reijcit mutationem, quia accidentium incapax eſt: hanc rationem dilatat Gillius tracta 8. citato cap. 3.

Obijcies. Gloſſa verbo immutabilis aſſerit Deum ſæpe mutare ſententiam ſuam iuxta caput Vnuſquiſque in fine & cap. incommutabilis 22. quæſt. 4. cuius ſumma C eſt, *incommutabilis Deus quandoque ſua mutat ſtatuta*, ergo ſaltem aliqua moralis inconſtantia conceditur à Gloſſa, & ab his textibus, nam mutatio ſententiæ vel ſtatuti aliqua mutatio eſt, ſi non phyſica, ſaltem moralis, & videtur indicari ab ſcriptura Geneſ. 6. *pœnitet me feciſſe hominem* & Hieremiæ 18. *ſi pœnitentiam egerit genſilla à malo ſuo, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei*, ſed pœnitentia hæc non eſt ſine mutatione propoſiti: ergo videtur admitti mutatio in voluntate diuina. Denique Deus ex tempore realiter dicitur creator: ergo à relatione reali ex tempore ei adueniente: ergo mutatur cum nouam denominationem realem relatiuam ſine noua forma habere non poſſit. 14.

De materia huius obiectionis latè Theo- D logi cum D. Thom. 1. p. quæſt. 9. per totam & quæſt. 19, artic. 7. cum quibus breuiter reſpondeo, aliud eſſe mutare voluntatem, aliud verò velle aliquarum rerum mutationem, Primum repugnat immutabilitati, non ſecundum, quia poteſt aliquis eadem voluntate immobiliter permanente, velle quod nunc fiat hoc, nunc illud, ſic Deus voluit, vt præcepta legalia obſeruarentur tempore quo lex Moyſis viguit, quæ poſtea non ſolum mortua, ſed etiam mortifera eadem voluntate immobili fore decreuit, & ratio eſt, quia voluntas tunc ſolum mutatur, quando incipit velle, quod æntea non voluit, vel deſinit velle quod voluit, quod in ſecundo caſu, non contingit, itaque mutatio eſt in rebus volitis, non in voluntate, ideoque immutabilis Dei volun-

tas

tas cum ſtatutorum mutatione ſtare poteſt; ille verò modus loquendi ſacræ ſcripturæ metaphoricus eſt, non proprius, neque enim veram in Deo pœnitentiam eſſe poſſe ſignificat; ſed more noſtro loquitur. Nam ſicut nos ſi alicuius pœniteat deſtruimus illud, vel quantum poſſumus deſtruere conamur, ita ſe habet in effectu Deus non in affectu, vt eadem ſacra pagina declarat 1. Reg. 15. *pœnitudine non flectetur* (de Deo loquitur (*neque enim homo eſt vt agat pœnitentiam*: item cum eadem voluntatis immutabilitate ſtat mutatio ſententiæ diuinæ comminatoriæ, & conditionatæ, qua decreuit punire peccatores, niſi reſipiſcerent: non tamen ſtat cum mutatione ſententiæ punitiuæ, definitiuæ, & abſolutæ, quia iam præſupponit cognitionem impœnitentiæ, fioaliſque obſtinationis. Ad id quod vltimo loco opponitur de denominatione reali creatoris, Reſp. Deum denominari realiter, creantem, ſeu creatorem ab actione creandi, vel à relatione exiſtente in creatura, ſine vlla mutatione ipſius Dei, etiamſi de nouo habeat illam realem denominationem: quia non ab intrinſeco: ſumitur ſed ab extrinſeco, & ratio eſt, quia Deus non ordinatur realiter ad creaturas; ſed è contra ipſæ realiter ordinantur ad Deum: cui tamquam creatori reuera ſubiiciuntur: exemplum habemus in relationibus non mutuis, quas concedit Ariſtoteles 5. Metaphyſ. cap. 15. text. 20. v. g. in ſcibili, & ſenſibili, quæ relatiuè dicuntur, non per relationem realem, quam in ſe habeant, ſed per relationem in ſcientia, & ſenſu exiſtentem, ita D. Thom. 1. par. quæſt. 13. artic. 7. quem communiter Theologi ſequuntur, late Gillius lib. 2. tract. 8. c. 12. nu. 5. cum Alenſi, Anſelmo, Richardo, & aliis.

15. *Sexto Incomprehenſibilis* Deus dicitur, ita habetur Ierem. 32. num. 19. vbi Deus dicitur *magnus conſilio, et incomprehenſibilis cogitatu*, & Iob. 11. *Forſitan veſtigia Dei comprehendes? et vſque ad perfectum, omnipotentem reperies?* Vt tamen aliquas patrum locutiones, aliaque ſcripturæ loca rectè & conſonè ad hæc interpretemur; diſtinguere oportet modos comprehenſionis diuerſos, ſeu potius verbi *comprehenſio* duo ſignificata. Nam aliquando ſumitur pro conſequutione, ſeu fruitione rei deſideratę, in quo ſenſu loquitur Paulus 1. Corinth. 9. *ſic currite vt comprehendatis*, & ad Philippenſes 3. *ſequor ſi quomodo comprehendam*: & quia viſio beata eſt quædam fruitio & poſſeſſio Dei à iuſtis expetita, & deſiderata à viatoribus, quædam Dei comprehenſio dicitur à ſanctis Patribus Nazianz. orat. 26. & 34. Auguſt. ſerm. 38. de verbis Domini. Damaſcen. lib. 4 cap. 37. & Chriſoſt. de incomprehenſibili Dei natura homil. 5. & homil 10. in 2. epiſtol. ad Corinth. vbi ait *Cogita quantam lætitiam nobis allatura ſit manifeſta ipſa comprehenſio*, id eſt clara Dei viſio. Secundo accipitur comprehenſio pro cognitione non ſolum clara, ſed ita adæquata rei, vt illius nihil lateat cognoſcenté, ſed videntis cognitioni finiatur, vt ait Auguſtin. epiſt. 112. cap. 8. & lib. 12. de ciuitat. cap. 18. & in

A idem recidit, quod D. Thom. 1. par. quæſt. 12. artic. 7. ait comprehenſionem eſſe cognitionem rei quantum ex ſe cognoſcibilis eſt, & hoc 2. modo intelligitur attributum Dei per quod dicitur incomprehenſibilis comparatione cuiuſuis intellectus creati, vel creabilis; itaque comprehenſio quam negat attributum; neque accipitur in primo ſenſu, neque comparatio fit ad cognitionem, quam Deus de ſe habet: quia certum eſt Deum ſe ipſum comprehendere, ſicut habet infinitam cognoſcibilitatis perfectionem, ita etiam cognitio, quam de ſe habet infinita eſt, & modus cognoſcendi eſt etiam infinitè perfectus. Vnde colliges certum eſſe de fide, Deum eſſe certo quodam modo incomprehenſibilem, quo nulli alteri creaturæ competere poteſt, vt docet B Suar. Valent. & alij quos refert & ſequitur Iacobus Granadus 1. par. diſp. 13. ſect. 2. & hoc voluit Concilium Lateranen. in præſenti textu, quamuis aliter explicetur à Vaſq. 1. par. diſp. 52. c. 2. Quis autem ille ſit modus inter Theologos controuertitur, illorum ſententia mihi magis placet, qui dicunt ad comprehenſionem Dei non ſolum requiri cognitioné claram, & intuitiuam Dei, ſed etiam infinitá intenſiuè, & extenſiuè quæ attingat quicquid in Deo eſt formaliter & eminenter: ita Granadus vbi ſupra ſect. 1. n. 8. Anibal. 1. p. diſ. 23. c. 4. & ante hos Suar. de Deo Trino & lib. 2. c. 29. n. 13. & ratio eſt quia licet beati clarè videant in Deo totum eſſe formale illius, non attingúe ita perfecte illud eſſe Dei vt ex vi ſuæ viſionis cognoſcant omnia, quæ à Deo emanare poſ- C ſunt: neque accedunt ad penetrandas omnes perfectiones ſecundarias Dei, quamuis omnes primarias videant. Perfectio primaria dicitur, v. g. omnipotentia, ſecundaria verò illa connexio huius omnipotentiæ cum creaturis poſſibilibus. Item primaria eſt ſcientia Dei, ſecundaria connexio huius ſcientiæ cum omnibus obiectis, ad quæ ſcientia extenditur.

Septimo Dicitur *Deus omnipotens*. Plures, 16. qui circa hoc attributum perdite errarunt & impudenter, refert Iodocus de controuerſiis fidei lib. 1. artic. 3. Paſſim tamen in ſacra ſcriptura Deus omnipotens ſeu omnia potens nominatur Geneſ. 17. num. 1. item 28. num. 13. Iob. 42. num. 2. & alibi ſæpè. Probatur quia omne ens poſſibile, quod non eſt à ſe, ſed D ab alio, dependet ab aliqua potentia, à qua fit, & à qua ponatur in actu: ſed hęc potentia non poteſt eſſe alia quàm diuina, quæ omnem potentiæ perfectionem includit, ergo Deus eſt omnipotens: Hanc rationem tetigit Auguſtin. lib. 29. contra Fauſtum cap. 5. D. Thom. q. 1. de potentia artic. 7. huius omnipotentiæ obiectum eſt quidquid contradictionem non inuoluit, abſolutè, non reſpectiuè cóſideratum: quod idcirco addo, quia mendacium & quoduis aliud peccatum non implicat contradictionem, & tamen ſub omnipotentiam Dei non cadit reſpectiuè, id eſt mendacium Dei, vel peccatum Dei, quia hoc implicat contradictionem. At peccatum abſolutè ſeu mendacium abſolutè eo modo, quo eſt poſſibile, nempe ab homine, vel ab Angelo cadit

ſub diuinam potentiam concurrentem generali concurſu, vt author naturæ ad illam entitatem actus poſitiui, cui deformitas peccati inhæreſcit: ſimiliter dolorem pati, eſt aliquid poſſibile abſolutè, quamuis reſpectiué comparatione Dei, qua Deus eſt, implicet contradictionem, ideoque eo modo, quo eſt poſſibile, cadit ſub obiecto omnipotẽtię diuinæ concurrentis ad actionem realem, cum qua identificatur paſſio iuxta receptiorem philoſophorum ſententiam. Plura de hac omnipotentia Theologi cum D. Thom. q. 25. pertractant.

17. Octauo & vltimo Deus dicitur *ineffabilis* id eſt innominabilis. At quomodo Deus dicitur ineffabilis, cum de nulla alia re frequentius loquamur? quomodo innominabilis eſt, cum de illius nominibus diſſerant Theologi cum D. Thom. 1. p. quæſt. 13. & Alenſi 1. p. à quæſt. 48. vſque ad 70. quo ſpectat illa verborum pugna, de qua Auguſtin. lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 6. *ſi illud eſt ineffabile quod dici non poteſt, non eſt ineffabile, quod vel ineffabile dici poteſt.* Ad huius ergo attributi intellectum eſt ſupponendum, ſicut ex cognitione oritur ſermo, & nominum impoſitio, ita ex præcedenti attributo, quo Deus dicitur incomprehenſibilis, & excludit cognitionem creatam, quæ ſemper inferior eſt, & inadæquata cognoſcibilitati diuinæ, naſci, quod ſit ineffabilis in hoc ſenſu, vt nullo nomine, voce, vel ſigno tota eius excellentia ſatis declarari poſſit. Nam ſemper illa cognoſcibilitas, quæ à cognitione inadæquata non attingitur in obiecto nominari non poteſt, neque ſigno aliquo explicari; quare ſicut repugnat cognitione Deum comprehendi, ita ſermone, vt ita dicam comprehenſiue declaratiuo exponi: ita declarat hoc attributũ Iacobus Granadus 1. par. diſp. 13. ſect. 2. n. 13. & impugnat Vaſq. eo quod attributum *ineffabilis*, & illud aliud *incomprehenſibilis* explicet de viatoribus, & creaturis naturaliter conſideratis ex quibus Deum comprehendi non poſſe ait, additque ita exponendum eſſe Concilium Lateranenſe in cap. Firmiter, quia non curauit Concilium an Deus ab intellectu beati poſſet comprehendi, vel nominari.

Cum tamen iam ſupra dixerimus attributum incomprehenſibilis de quolibet intellectu creato naturaliter ſumpto, vel ſupernaturaliter eleuato per lumen gloriæ procedere, cum eodem Iacobo, Valentia, Suar. Idem de attributo *ineffabilis* dicendum. Nam Concilium eodem modo loquitur, de his attributis atque de attributo *incommutabilis*, ſed hoc non excludit mutationem reſpectu aliquorum, ſed reſpectu omnium mutationum: ergo etiam illa duo excludent comprehenſionem, ſeu loquutionẽ reſpectu omnium creaturarum, non reſpectu aliquorum tantum videlicet viatorum; nam ſi declaratio in hoc ſenſu eſt certiſſima, & in hoc ſenſu vocabula, *ineffabilis*, & *incomprehenſibilis* abſolutè prolata à Concilio in ſua proprietate faciunt ſenſum vniuerſalem, & illimitatum, cur ad viatores in ſenſu minus proprio reſtringentur? Et ex eo mihi magis perſuadeo Concilium in hoc ſenſu loquutum fuiſſe, quia abſtinuit ab

A attributo inuiſibilis, nam hoc ſolũ cum dicta limitatione intelligi deberet, nempe à viatoribus, & à creaturis de facto productis, quoniam à beatis certum eſt de fide Deum clarè videri, & de aliquo intellectu poſſibili, an per ſua naturalia poſſit Deum videre, inter Theologos cõtrouertitur: ſolum ergo illa attributa notauit Conciliũ, quæ ſine limitatione veram, & catholicam doctrinam continebant. Vnde ſicut comprehendi non poteſt Deus ab intellectu creato, ita neque à creatura declarari, vel exponi comprehenſiuè, id eſt, vt excitet, vel ſignificet conceptum comprehenſiuũ alicuius creaturæ, quia voces ſunt ſigna conceptuũ loquentis, & excitant ſimilem cognitionem in audiente, qui vocis ſignificatum agnoſcit. Eadem abſoluta loquẽdi forma loquitur Dama-
B ſcenus lib. 1. c. 4. *In Deo impoſſibile eſt quidnam eſſentia ſua, ac natura ipſe ſit, dicere*, Nazian. orat. 49. *Hoc eſt Deus, quod cum dicitur, non poteſt dici: cum æſtimatur, non poteſt æſtimari, cum definitur ipſa definitione creſcit*, quæ verba vſurpauit Ambroſ. lib. de fide contra Arianos c. 6. & Auguſtin. Sermon. 190. de tempore, & continent ſolutionem illius pugnę verborũ de quibus Auguſtinus ſupra citatus; poſſumus enim imperfectè in hac vita habere Dei conceptum, & loqui de Deo; vt in beata intuitiuè illum videre & de illo clarè cognito ſermocinari, numquam tamen comprehendere, neque illius excellentiam verbis, aut nominibus comprehenſius declarare.

C *De proceſſionibus Dei ad intra, & relatiuis proprietatibus in textu aſſignatis.*

NOTATIO III.

EXpoſitis attributis Dei abſolutis, ad proprietates relatiuas ipſius, & proceſſionis 1.
ad intra progreditur noſter textus ibi. *Pater, Filius & Spiritus ſanctus tres quidem perſonæ*, &c. vſque ad verbum *coæterni*: vbi tota ſanctiſſimæ Trinitatis materia reſumitur: concinit ius ciuile l. 1. in princip. l. 5. recta l. 6. ſaluatorem de ſumma Trinitat. & quamuis l. 2. nullus eod. tit. vt Cuiacius exiſtimat, videatur fauere errori Græcorum de proceſſione Spiritus ſancti à ſolo patre, quatenus ait, *qui Spiritum ſanctũ (quem ex ſummo rerum parente ſperamus & accipimus) negando non violas*. vt
D gloſſ. notat verbo *quem*, tamen, vt optimè aduertit Iulius Pacius in Anal. C. de ſumma Trinit. n. 14. immerito lex detorquetur ad errorem Græcorum. Primo quia ibi non eſt ſermo de proceſſione ad intra, ſed de noſtra ſpe, & acceptione Spiritus ſancti per infuſionem gratiæ, & donorum, quæ eſt actio ad extra, & à tota Trinitate indiuiſim procedente: Vnde ſicut quando dicimus *Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem Cæli & terræ*, non negamus duas perſonas ad creandum concurriſſe per vnam eamdemque actionem, ita lex quando dicit nos ſperare & accipere Spiritum ſanctum à patre, non negat etiam à Filio, & Spiritu ſancto Spiritus ſancti dona prouenire. Secundo etiamſi lex loqueretur de proceſſione ad intra Spiritus

ſancti

ſancti. Verum eſt dicere quod à Patre procedat, non tamen à ſolo Patre vt Græci errantes dixere. Vnde Concil. Conſtantinopolit. primum quod eſt generale: ſecundum poſt cap. 7. loquens de ſpiritu ſancto confitetur illum *dominum viuificantem ex patre procedentem*. Immo Chriſtus Dominus Ioann. 15. num. 26. eodem modo loquitur. *Quem ego mittam vobis à patre Spiritum, qui à patre procedit*. Ex quo loco rectè deducitur illum, qui dicit ſpiritum à Patre procedere, vt bene & ſane intelligatur, neceſſario explicandum eſſe, quod ſimul à patre filioque Spiritus ſanctus procedat; propter identitatem filij cum patre in omnibus, ſola paternitate, & filiatione reſeruatis, vt bene notat Didacus Riuz de Montia de Trinitate diſp. 67. ſect. 4. numero 3. Concordat etiam cum hac B parte textus l. 1. tit. 1. for. leg. cum gloſſ. & l. 1. tit. 1. lib. 1. ordin. ibidemque Didacus Perez gloſſ. 1. & 4. in princip. item par. 1. tit. 3. in ſumma ibidem gloſſ. 1. & l. 7. tit. 5. partit. 2. & ibidem gloſſ. 1.

Eundem ordinem obſeruant Theologi cum D. Thom. & Magiſtro ſentent. quem ſeruat noſter textus in enumerandis Dei attributis: Nam poſtquam de Deo, & illius attributis abſolutis diſputarunt, 1. p. à princip. vſque ad quæſtionem 27. & in 1. lib. ſentent. vſque ad diſtinct. 9. incipiunt quæſt. 27. & diſt. 9. de perſonis diuinis & earum proceſſionibus, ac proprietatibus relatiuis diſceptare. Et quamuis pauciſſimis verbis noſtri textus tota Trinitatis materia ſummatim C contineatur quo ad ea quæ de fide credimus; ex quibus variæ concluſiones Theologicæ deducuntur, & in illis locis tractantur per plures quæſtiones, noſtri tamen inſtituti non eſt, totam hanc materiam Theologicis ſpeculationibus perſequi, ſed tantum rationem Theologicam eorum quæ in textu attinguntur, breuiter perſtingere, ne Iuris Canonici periti in materia ſui textus ad interrogationem rationis tamquam ignari ad Theologos remittant interrogantem? quamobrem etſi prolixior ſit hæc notatio, mirum non eſt, quia in reddenda ratione textus: difficiliores huius materiæ nodos oportet explicare. De myſterio igitur Trinitatis certum eſt non poſſe illud per ſolam rationem naturalem agnoſci, nedum demonſtrari, in quo Raymundus Lul- D lus errauit, vt refert Cymeric. in direct. inquiſ. p. 2. q. 6. art. 96. Vaſp. 1. par. diſp. 133. cap. 1. & 4. Probatur p. ex Matth. 11. quod clarius traditur lucæ. 10. n. 22. *Nemo ſcit quis ſit filius niſi pater, & quis ſit pater niſi filius, & cui voluerit filius reuelare*, quo teſtimonio vtitur Concil. Nicænum lib. 2. poſt medium, §. ne quęras, ad probandum nobis eſſe impoſſibile diuinæ generationis myſteriũ ſolo naturali lumine penetrare, & ita tenent Patres,
5. & Theologi communi conſenſu. Secundo ſuadetur hac ratione, omnis noſtra cognitio naturalis vel eſt per cauſam, vel per effectus: ſed Trinitatis nulla poteſt eſſe cauſa: cum omnes tres perſonæ ſint vnus Deus, cuius totum eſſe neceſſarium eſt, & à ſe independenter ab omni cauſa: item nullus eſt effectus Trinitatis, quà talis eſt, nam creaturæ omnes procedunt à Deo per omnipotentiam, quæ Deo conuenit, quà vnus eſt: & cum ipſa etiam vna ſit reſpectu actionum ad extra, omnes perſonæ per indiuiduam actionem ad productionem creaturarum concurrunt, ergo creaturæ quatenus effectus Dei ſunt, ſola naturali ratione Deum non Trinum, ſed vnum manifeſtant.

Quod quidem eſt intelligendum non ſolum de cognitione certa, & euidenti, ſed etiam dè cognitione probabili, nempe ex ſola ratione naturali probabilem de myſterio Trinitatis haberi non poſſe ab homine, vel ab Angelo cognitionem. Ita cum Theologorum communi ſententia docet Didacus Ruiz diſp. 41. ſect. 5. probatur fundamentis ſupra adductis, & ſpeciatim de Angelo oſtenditur. Nam Angelicus intellectus licet humano perſpicacior ſit, & ſubſtantias ſpirituales creatas prout in ſe ſunt per ſpecies proprias agnoſcat, Deum tamen vt in ſe eſt, per propriam ſpeciem naturaliter non agnoſcit, ſed per comparationem ad ſe, & alias ſubſtantias immateriales remotis imperfectionibus, ſed nulla ſubſtantia ſpiritualis creata ducere poteſt Angelum ad notitiam probabilem Trinitatis: cum in nulla Deus quatenus Trinus, ſed qua, vnus appareat, ergo &c. Immo addo etiam ſuppoſita fide, ſeu reuelatione diuina per ſolum naturæ lumen, ſeu naturale medium, Trinitatem demonſtrari non poſſe, etiam probabili demonſtratione. Ita Didacus citatus diſp. 43. ſect. 3. n. 14. ratio eſt, quia lumen fidei, vel reuelatio ſupernaturalis efficere nequit, vt ratio naturalis ſupra ſuam ſphærã per ſe ſolam aſcendat, & vltra ſibi præſcriptos agnitionis, & probationis limites progrediatur, niſi enim coniungatur reuelatio cũ principiis naturalibus, eaque eleuet, non auget illorum virtutẽ naturalem: ergo efficere nequit vt illa principia contineãt concluſionem, quam ſuapte natura non continebant. Exemplum erit in lumine gloriæ quod licet eleuare poſſit intellectum creatum ad videndum Deum, non tamen faciet, vt intellectus ſine cõcurſu luminis ſupernaturalis, vel auxilij Dei ſpecialis ſola ſua virtute naturali concurrens Deum videat. Similiter licet intellectus eleuatus per habitũ fidei myſteriũ Trinitatis infaillibili certitudine teneat, & aſſenſum fidei producat, numquam tamen fides actualis, vel habitualis inhærens intellectui efficit, vt ſolum naturale lumen per naturales rationes tantum ſuperet occurrentes difficultates, & alias naturales rationes Trinitatis myſterio oppoſitas, quæ tamen accedente auctoritate Dei reuelantis omnes ex naturali lumine fidei conſortio facile diſſoluuntur. Nam Trinitas perſonarũ in eadem Dei eſſentia non eſt contra rationem, vel lumen naturale ſimpliciter, & abſolute, neque contra aliquod principium per ſe notum: ergo nihil in oppoſitũ adduci poteſt, quod à lumine naturali non ſoluatur fidei lumine ſuperaddito, ſi quis enim opponat illud principum philoſophorũ, quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe: ſtatim occurritur ſolũ habere

vim in rebus creatis, & finitis, non vero in ente in creato, & infinito, de quo fides oppoſitũ docet, quæ infaillibilem habet certitudinẽ.

4. Neque in dedecus fidei cedit, quod ſecretiora illius myſteria ratione naturali probari nequeant, immo eius excellentiam ſupra omnia creata oſtendit, & è contra; qui ratione naturali hęc diuinitatis arcana diſcurſu naturali niteretur demonſtrare, duplici ex capite illis derogaret, vt Viuianus ad hunc textum §. 1. cum D. Thoma 1. p. quæſt. 32. artic. 1. notauit. Primo quantum ad dignitatem ipſorum, & noſtræ fidei, quæ eſt de rebus abſconditis, & rationem humanam ſuperantibus iuxta illud Paul. 1. ad Corint. 2. *loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt:* & ad Hebræos 11. *fides eſt argumentum non apparentium.* Secundo quantum ad vtilitatem traheodi alios ad fidem, ſi quis enim ad probandas res fidei, naturales rationes adducit minus efficaces, ſe infidelium irriſioni exponit, eiſque anſam præbet, vt catholicis illudant, qui tam infirmis niſi fundamentis res tam difficiles intellectu ſibi perſuadeant. Vnde concludit D. Thom. citatus. *Quæ ſunt Dei non ſunt tentanda probare niſi per auctoritates his, qui auctoritates ſuſcipiũt, apud alios verò ſufficit defendere non eſſe impoſſibile quod fides prædicat.*

5. Per hoc tamen non excludimus ſimilitudines in rebus naturalibus huius ſanctiſſimæ triadis, quæ à patribus celebrantur ad iuuandam vtcumque noſtram intelligendi infirmitatem: in iis verò ſimilitudinibus, licet exiqua ſit proportio, & infinita diſſimilitudo; aliqua tamen prọ rudioribus præſertim inſtruendis vtilitas eſt. Prima eſt Athanas, tom. 2. in quæſt. quarum prima eſt quid eſt Deus, tota quæſt. 4. vbi ait, *Typus patris eſt orbis ſolaris: typus filij radius: typus Spiritus ſancti eſt lumen ſolis, proinde dic itaị in ſole orbis, radius; & lumen, non dicimus autem tres ſoles, ſed vnum & ſolum: ſimiliter & in Deo Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, vnus Deus & non tres,* Secundam ſimilitodinem affert Itidoras lib. 2. de differentiis ſpiritualibus cap. 2. de igne ad hunc modum, *ſicut ignis, candor, & calor tria quidem vocabula, ſed res vna* (intellige pro re vna, nempe vnam ſubſtantiam nam alioqui candor & calor realiter diſtingũtur ab igne:) *ita in relatione perſonarum Trinitas eſt, in ſubſtantia verò perſonarum vnus Deus.* Deniquè prætermiſſis aliis quas erudite congerit Didacus de Montoya diſp. 44. de Trinit. ſect. 2. & 3. maximè notandum eſt quod de hac re D. Auguſtin. lib. 6. de Trinitat. non procul à fio. docet, licet in reliquis creaturis aliqua repreſentatio Trinitatis per modum veſtigij appareat, in rationalibus tamen per modum imaginis inueniri, quatenus in eis verbum conceptum, & amor procedens reperitur.

6. Sed veniamus ad textum, & eorum, quæ in eo definiuntur fundameotum in ſacra pagina, & Theologica ratione aſſignemus. In primis tres perſonas numerat, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, in vna eſſentia ſeu ſubſtantia omuino ſimplici, ad hoc oſtendendum duo ſupponere opportet. Primum eſt, ex Boet, in lib. de duabus naturis paulo poſt priocipium, & Anſelmo, in Monolog. cap. 76. perſonam ſic definiri. Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtãtia: nomine ſobſtantiæ intelligunt aliqui ſubſiſtẽtiam, de qua ſtatim dicemus, ſed rectius intelligitur ſubſtantia completa, vt excludantur à ratione perſonæ non modo accidentia ſed etiam partes ſubſtantiales vt materia & anima rationalis, dicitur verò indiuidua, id eſt alteri ſuppoſito incommunicabilis, & ſic reijciuntur ſubſtantiæ communes, verbi gratia animal & homo, & humanitas Chriſti Domini, hæc enim communicatur ſuppoſito Verbi, illæ communes ſubſtantiæ communicantur particularibus & indiuiduis ſubſtantiis, verbi gratia Petro & Paulo: per naturam rationalem ſignificat Boetius intellectualem vt exponit D. Thom. 1. par. quæſt. 29. artic. 3. ad 4. ideoque comprehendit non ſolum humanam naturam, ſed etiam Angelicam & diuinam, & ſolum reiicit alia ſuppoſita viuentium & non viuentium, quæ rationales, ſeu intellectiuæ naturæ noo ſunt, hoc enim intercedit diſcrimen inter perſonam, & ſuppoſitum, quod ſuppoſitum ſignificet indiuiduum completum, & incommunicabile cujuſcumque ſubſtantiæ: Perſonæ verò contractior ſit ſignificatio, ſolum enim dicitur de indiuiduis naturæ intellectualis, ideoque D. Thom. citatus dixit nomen perſonæ pertinere ad diguitatem: indicauitque Cicero 1. de officiis dum dixit, impoſuit nobis ipſa natura perſonam magnæ cum excellentia, præſtantiaque animantium reliquorum.

Secundo ſupponendũ eſt ad maiorẽ claritatem primi præſuppoſiti, in vno quoque ſingulari indiuiduo ſubſtãtiæ, tria cõſiderari poſſe. Primo naturam ſingularẽ, verbi gratia Petri ſeu Bucephali, quæ appellari ſolet ſubſtaotia ſeu eſſentia. Secundo terminum ſeu complementum ipſius naturæ nempe Petreitatem, quæ à Theologis dici ſolet perſonalitas in indiuiduis rationalibus, & ſoppoſitalitas in omnibus indiuiduis ſubſtantiæ, item ſubſiſtantia & hypoſtaſis; quamuis hæc duo vocabula in diuinis aliqui Theologi pro prædicatis abſolutis vſurpent, duplicem enim in Deo agnoſcunt ſubſiſtentiam, & hypoſtaſim: vnam abſolutam communicabilem tribus perſonis, & tres relatiuas trium perſonarum proprias. 3. Conſiderari poteſt compoſitum ex natura ſingulari, & termino ſeu complemento illius, quod dicitur ſuppoſitum ſeu perſona cum illo diſcrimine ſupra poſito. De ſignificatione eorum vocabulorum videri poſſunt Suar. tom. 1. in 3. par. diſput. 11. ſect. 3. & 4. & in metaphyſ. diſp. 34. ſect. 1. Vaſq. 1. p. diſp. 124. & 127. aliique Theologi cum D. Thom. vbi ſupra.

Hinc iam patet nomen perſonæ propriiſſi- 7.
mè de Deo dici, quia illius ratio & definitio propiiſſimè Deo conuenit, ideoquè teſte Nazian. orat. 21. de laud. Athanaſ. hac voce, *Perſona* in diuinis non ſolum Athanaſius, ſed etiam alij Patres Græci vſi ſunt. Item Concilium Nicenum lib. 12. non longè à fine. Epheſin. tom. 6. cap. 17. ad finem. Hiſpal. 2. canon.

canon 13. & Toletan. 11. in confeſſione fidei. Probatur à D. Thom. illo artic. 3. citato, nam perſona ſpectat, ad perfectionem, & dignitatem, ſed omnis perfectio inuenta ſub aliqua ratione analogica in creaturis, Deo tribuenda eſt, ergo &c. maior conſtat ex definitione, nam eſſe ſubſtantiam ſingularem intellectualem per ſe ſubſiſtentem & in ſuo eſſe completam, eſt perfectio: confirmatur, quia omnis natura completa, & perfecta, habet vltimum terminum ſuæ exiſtentiæ: ſed vltimus terminus ſubſtantiæ per ſe ſubſiſtentis eſt incommunicabilem eſſe alteri ſubſiſtenti: ergo cum Deus ſit ex ſe, & per ſe ſubſiſtens perfectiſſimo modo non carebit hoc vltimo termino, quo redditur incommunicabilis ſubſtantia naturæ intellectualis, quæ erat definitio perſonæ., & hæc ratio probat in Deo eſſe perſonam prout abſtrahit ab vna, & à pluribus. Vnde duo colliges: primum eſſentiam ſeu naturam in hoc diſtingui à perſona & hypoſtaſi, quod eſſentia, ſeu natura ſit tamquam commune aliquid, pluribus communicabile; perſona verò ſeu hypoſtatis tamquam aliquid proprium ſingulare, indiuiduum, & incommunicabile. Ita Gregor. Nyſſen. de differentia eſſentiæ, & hypoſtaſeos non longè à princip. Baſil. epiſtol. 43. ad Gregor. Nyſſen. Athanaſ. dialog. 1. de ſanct. Trinitat. in medio. Iuſtin. in expoſitione fidei de Trinitat. Nazianz. vbi ſupra. Damaſcen. lib. de decretis primæ inſtitutionis cap. 2. Concilium Nicænum 2. quod eſt generale ſeptimum in profeſſione fidei ad initium. Florentinum ſeſſio 18. poſt medium. Secundum; nomen perſonæ ſignificare de formali rationem incommunicabilitatis nempè rationem vt ſubſiſtentem per modum ſubſtantiæ connotando in obliquo naturam intellectualem: hanc eſſe ſententiam D. Thomæ 1. par. quæſt. 29. artic. 4. docet Suarez lib. 3. de Trinitat. cap. 3. num. 7. Didacus de Montoya de Trinitat. diſput. 32. cap. 7. num. 3. concluſ. 1. & 2. referens etiam Caietan. Ferrar. Valent. Carthuſ. & Altiſſiodorenſem; idque ex modo loquendi patrum oſtendit; dixi nomen *perſona* ſignificare potius relationem per modum ſubſtantiæ, quam per modum relationis, quia perſona communiſſimè ſumpta prout abſtrahit à creata & increata, abſtrahit ab abſoluta, & reſpectiua, & licet quando applicatur ad diuinam, coincidat cum relatione, non tamen ſignificatur ſub modo ſeu termino reſpectiuo: vnde relationem ſignificat tamquam hypoſtaſim: & hoc ſignificauit D. Thom. citatus quando dixit nomen perſonæ ſignificare relationem materialiter. Quod verò nomine perſonæ eſſentia non dicatur de formali, ſed ſolum in obliquo, probatur; quia nomen ſubſtantiuũ non multiplicatur niſi totũ ſuum ſignificatum formale multiplicetur, vt cum antiquis & recentioribus Theologis docet Diadacus diſp. 77. ſect. 2. & 3. ſed ſi perſona ſignificaret de formali eſſentiam, non poſſent dici in Deo eſſe plures perſonæ, niſi ſimul dicerentur plures naturæ, & plures eſſentiæ: ergo eſſentia ſeu natura non ſignificatur primario, & directè

A nomine *perſona*. Quod verò perſonæ multiplicentur vt noſter textus definit iam probo.

Trinitas perſonarum in nouo teſtamento euidentius traditur: Matth. vltimo *Baptizantes eos in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti*, Ioann. 15. *Ego mittam vobis a patre ſpiritum veritatis*, & 1. Canonica eiuſdem Ioan. cap. 5. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt.* In veteri teſtamento licet obſcurius eadem oſtenditur veritas, Geneſ. 18. de illa apparitione Angelorum facta Abrahamo dicitur. *Apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum, quos cum vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adorauit in terram: & dixit Domine ſi inueni gratiam* B *in oculis tuis ne tranſeas ſeruum tuum.* De Trinitatis Myſterio locum interpretatur Auguſtin. de Trinitat. lib. 2. cap. 11. & 12. & lib. 16. de Ciuitat. cap. 29. & Hilarius lib. 4. de Trinitat. prope medium ait Abrahamum tres vidiſſe & vnum adoraſſe, Trinitatem perſonarum, & vnitatem eſſentiæ agnoſcendo: Idem docet Athanas, dialogo 3. de Sanct. Trinit. contra Macedon. & Gregor. Nyce. lib. de Trinitate, & aduentu Domini col. 2: Item Pſalm. 48. ſic habetur. *verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*, quem locũ de eodem myſterio exponit Cocilium Nicænum lib. 2. poſt medium, §. ſæpe numero, & §. in lib. Iob. & Iuſtinus in expoſitione fidei de Trinit. Iræneus lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 19. & lib. C 3. cap. 8. & plures alij: denique Eſaiæ 6. *Seraphim clamabant alter ad alterum, & dicebant, ſanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus exercituum*, cui concinit idem Hymnus triſagius Apocalypſ. 4. quem quatuor animalia requiem non habentia diem ac noctem repetebant. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens*, quod teſtimonium Patres frequentiſſimè vſurparunt, inter quos tres Pontifices reperio. Primo fuit Alexander Primus in epiſtola prima cap. 6. vbi plura alia ſacræ paginæ loca adducit. Secundus fuit Benedictus primus, qui in epiſtola vnica profert eodem ſacræ ſcripturæ loca, totidem fere verbis, quæ Alexander: illa verò epiſtola habetur tom. 1. Concil. hæc tom. 2. Tertius fuit Felix tertius epiſtola 3. ex Syno- D do Romana ſcribens ad Petrum Fullonem, vbi prodigioſum narrat miraculum his verbis. *Cum terra motu Conſtantinopolis quateretur, populuſque in Campo oraret infantulus toto populo ſpectante cum Proclo Ciuitatis Epiſcopo, in Cælum per vnam horam raptus eſt, ibique huiuſmodi didicit hymnum.* (Nempe ſanctus, ſanct. ſanct. & de quo ſermocinabatur. *Rurſumque deſcendens nuntiauit, quæ in æthere audiebat, dicens de cælo quaſi de multitudine pſallentium, huiuſmodi laudes intonuiſſe auribus ſuis, dictumque ſibi, vt eam laudationem populo indicaret, quam vbi populi inceperant, ciuitatem receperunt, Deoque per huiuſmodi laudem propitio facto ab imminenti ira liberati ſunt.*

Theologica ratione eadem Trinitas perſonarum oſtenditur. Nam in Deo perſonæ mul- 9.

tiplicantur propter proceſſiones, & oppoſitionem relatiuam, inter principium productiuum, & terminum productum, quæ enim abſoluta ſunt in Deo, vel oppoſitionem non habent, ſunt omnino idem à parte rei; vt ex Patrum, & Conciliorum definitione conſtat: ſed duæ tantum ſunt productiones, ſeu proceſſiones ad intra, quas per comparationem ad duas operationes immanentes ſubſtantiæ intellectualis agnoſcimus, nempe intellectionem, & volitionem: ergo vna perſona procedit per intellectum & altera per voluntatem: non enim poſſunt per intellectionem diuinam duæ perſonæ procedere, vel per volitionem; quia vnica exhaurit, & adæquat totam principij producentis virtutem: duæ igitur erunt perſonæ productæ, ſed vlterius oportet vt vna ſit aliarum principium, ergo tres tantum ſunt perſonæ. Neque refert quod duarum proceſſionum duo eſſe debeant principia, & duo termini, & conſequenter quatuor relationes reales: vt infra dicemus; quia principium ſpirationis actiuæ ſolum opponitur ſpirationi paſſiuæ, quare non repugnat eſſe ſimul cum relatione generantis, & geniti, nimirum patris, & filij, quas perſonas cum relatio ſpirantis iam conſtitutas reperiat per duas relationes oppoſitas, & illis non opponatur, quartam non conſtituit perſonam, ſed primæ ineſt, & ſecundæ communicatur. à prima, omnia enim pater communicat Filio præter relationem patris. Ad huius Trinitatis congruentiam oſtendendam plurimum confert illa ternarij numeri perfectio de qua Ariſtoteles lib. 1. de Cælo cap. 1. text. 2. & 3. vbi ait. *Ipſa tria omnia ſunt, & ipſum ter omniquaque. Quemadmodum enim aiunt & Pythagorici: ipſum omne, & omnia tribus determinata ſunt: finis enim & medium, et principium, numerum habent eum, qui ipſius omnis eſt; hac autem eum qui Trinitatis eſt, quapropter à natura accipientes tamquam leges illius, & ad ſacrificia deorum hoc vtimur numero.* Vidit Ariſtoteles antiquiſſimam gentium conſuctudinem ternario in ſacrificiis vtentium, & quia iguorabat ratioñe vel initium illius; putauit eſſe naturæ legem, ex ternarij perfectione deductam: conſuctudinis huius meminit Maro Ecloga 8.

Terna tibi hac primum triplici diuerſa colore
Licia circundo, terque hac altaria circum
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.

Et forſitan mos iſte à ſupernaturali doctrina fidei originem duxit. Nam antiqui patriarchæ veri Dei cultores ſupernaturali reuelatione Trinitatis myſteriū edocti hoc numero Deum colere cæperunt, inde vero hac conſuetudine in ſuperſtitionem degenerante ethnici ternarium in Idolorum ſacrificiis adhibere ſoliti ſunt, etenim aliqualem cognitionem Trinitatis imperfectam, & ſubobſcuram in antiquis Philoſophis fuiſſe, vel à Patriarchis, vel à ſacris ſcripturis, vel à Sybillis, vel denique à Demonum reſponſis acceptam non dubito; id latè probat ex patribus & ſcholaſticis doctoribus Didacus de Montoya diſput. 45. ſect. 1. & 2.

*Sed vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſim-*A *plex*: omnino conſtat primo ex illa prima Canonica Ioann. cap. 5. *& hi tres vnum ſunt*; Item teſte eodem Ioanne in cap. 10. *ego et Pater vnum ſumus.* Secundo quia conſubſtantialitas Trinitatis ab Apoſtolorum doctrina emanauit, ſic enim Iacobus frater Domini in Liturgia in principio *Spiritum ſanctum conſubſtantialem* dicit, ſimiliter in medio *Filium vnigenitum cum patre conſubſtantialem, et coæternum* nominat, tandem in fine ait *conſubſtantialem Trinitatem Patrem, Filium, et Spiritum ſanctum.* Tertio ex Concilijs, & patribus quorum teſtimonia latè refert Montoya diſp. 20. ſect. 7. & 8. item diſp. 21. ſect. 3. ratio eſt quia perfectiſſimæ ſubſtantiæ, eſſentiæ, ſeu naturæ qualis eſt diuina debetur perfectiſſima vnitas; ſed ſi plures numero B eſſent naturæ, ſubſtantiæ, ſeu eſſentiæ, & ſolam haberent vnitatem ſpecificam non tribueretur ſubſtantiæ diuinæ vnitas ſimpliciter, & perfectiſſima qualis eſt indiuidua, & numerica, ſed vnitas ſpecifica, quæ dicitur ſecundùm quid, qualis eſt vnitas humanitatis à ſingularibus abſtractæ: ergo natura & ſubſtantia diuina eſt vna numero. Idem probant Theologi ex infinitate ſimpliciter, & in omni genere quæ in ſubſtantia & natura diuina reperitur, item ex ſumma ſimplicitate omnem compoſitionem à parte rei excludente, vt indicat gloſſa verb. ſimplex omnino.

Pater à nullo, hoc nomen Pater primæ perſonæ proprium eſt; quia relatiuam illius indicat proprietatem; ideoque non eſt appro- C priatum vt ſapientiæ nomen quæ filio attribuitur, & ſimpliciter eſt tribus perſonis communis; neque eſt nomen Metaphoricū quomodo agnus de Chriſto dicitur, ſed ita verè & propriè conuenit primæ perſonæ, vt ſinè impropietate aliqua illi tribuatur, non alteri perſonæ cum eadem proprietate. Probatur ex 1. Ioan. Canonica cap. 5. vbi ſæpè Chriſtus Dominus Filius Dei dicitur verus *et ſimus in vero Filio eius Ieſu Chriſto.* Item ex multis locis noui teſtamenti: id conſtat præcipuè in Euangelio Ioannis, & ſane illo capite 17. Chriſtus Dominus Patrem ſuum alloquutus ait *Manifeſtaui nomen tuum hominibus: addit* Cyrillus lib. 10. Theſauri c. 6. *quia videlicet verus pater es, et filium verum habes Ioannes etiam ait vt ſimus in vero filio eius*, & D eodem modo locum exponunt Auguſtin. tract. 106. in Ioann. Chriſoſt. homil. 8. Theophilactus, Euthymius, Leontius, & Rupertus ad eundem locum, vt ibi nomen Patris à Chriſto Domino ſignificaretur, ſibi enim peculiariter commendatum habuit patris ſui ſingularem proprietatem hominibus propalare, quæ quam ſingulariter conueniat ſummo parenti ſuper omnes, qui filios generant, pulchrè oſtendit Nazian. orat. 23. in laudem Heronis prope finem. *Proprio ac ſingulari modo pater eſt tum quia ſolus: non enim enim mulieris coniunctione atque congreſſu: tum quia ſolius nempe vnigeniti: tum quia ſolum non enim ipſe priuſquam pater eſſet filius fuit: tum quia in totum et totius pater, quod de nobis certo affirmari nequit: tum quia à principio nec enim poſterius pater eſſe cepit, eodem modo filium verè*

eſſe filium: quod & ſolus, & ſolius, & ſingulari modo, & ſolum (non enim pater ſimul eſt) & in totum, & totus, & à principio hanc rationem habens. Ratio eſt quia proceſſioni ſecundę perſonæ à prima verè conuenit generationis definitio vt videbimus: ergo perſona generans eſt pater & genita filius. Vnde patres Nicæni Concilij lib. 2. paulo poſt primum §. Sancta, ſecundam perſonam confeſſi ſunt, *Vere filium veri Patris.*

12. Ad hanc proprietatem poſitiuam paternitatis ſequitur altera negatiua eiuſdem primæ perſonæ non minus propria, quæ eſt eſſe à nullo, id eſt improductam eſſe: probatur à D. Thom. 1. par. quæſt. 33. artic. 4. quia pater eſt primum principium proceſſionum in diuinis, ergo ei conuenit eſſe à nullo alio principio, nam ea ratione qua eſt primum principium, poſtulat non habere aliud primum, & conſequenter à nullo principio eſſe: antecedens illud probatur ex Ioann. 1. *In principio erat verbum,* id eſt in patre iuxta Atlan. oratione 5. contra Arrianos in princip. Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioann. cap. 1. Gregor. Nyſſen. in orat. de fide ad Simplicium poſt medium. Auguſtin. lib. 6. de Trinitat. cap. 2. & lib. 3. contra Maximinum cap. 17. Item in illud pſalm. 109. *Tecum principium in die virtutis tua.* Proſper ibitem, Clemens Alex. orat. adhortat. ad gentes. Origen. tract. 1. in Ioann. & homil. 2. in diuerſos. Theophilus Antioch. lib. 4. allegoriarum. Idacius lib. 4. contra Varimadum. Ruper. & Beda in 1. Ioann. D. Thom. opuſc. 1. contra errores Græcorum cap. 1. Idem deducunt Nazian. & Patres Græci ex loco pſalmi citato vt refert Lonnus, ibidem: Euidentius colligitur ex antecedentibus, item ex ſequentibus, quando oſtendemus filium & ſpiritum ſanctum procedere à patre, nam ſi tres tantum ſunt perſonæ, vt oſtenſum eſt, & duæ procedunt à patre: ergo pater à nulla procedit, quia mutua proceſſio eſt impoſſibilis inter producens & productum, iuxta illud Philoſophi lib. 1. phiſic. cap. 5. *principia, nec ex ſeſe mutuo eſſe, nec ex aliis, ſed ex his omnia oportet.* Hæc patris proprietas negatiua declaratur nomine ingeniti ſeu innaſcibilis, & ſic non modo non conuenit filio, qui eſt genitus, ſed nec ſpiritui ſancto. Nam quamuis hi termini *ingenitus* ſeu *non genitus*, quatenus præcisè negant proceſſionem per generationem, poſſent dici de ſpiritu ſancto; quia tamen in communi vſu patrum & theologorum hoc vocabulum, negat omnem proceſſionem: vt probat Didacus de Montoya diſp. 42. ſect. 3. & 8. ideo ſoli Patri conuenit; idcirco enim Nicęnum Concilium in profeſſione fidei quam refert Nazian. oratio. 5. de fide Nicæna appellat ſpiritum ſanctum nec genitum, nec ingenitum, & Syrmienſis ſynodus canone 19. ita decernit, *Si quis ſpiritum ſanctum paracletum dicens, innaſcibilem Deum dicat, anathema ſit.*

13. *Filius à Patre ſolo.* Supra cum proprietate paternitatis veræ veram pariter filiationem ſecundæ perſonæ oſtendimus, & quod à ſolo patre procedat patet ex ſexta ſynodo. act. 11. colum. 2. vbi Patriarcha Hieroſolymorum

A in Epiſt. profeſſ. fidei colum. 2. ita de filio ſcribit, *Non aliud principium quam patrem agnoſcentem, ſed nec aliunde quam ex patre ipſam ſubſtantiam habet.* Item Clemens Romanus lib. 2. recognit. ait, *filium Dei vnigenitum dicimus non ex alio initio, ſed ex ipſo ineffabiliter natum,* nempe Deo patre. Huc pertinent illa Nazian. verba de ſpeciali prærogatiua paternitatis in prima perſona, cui correſpondet correlatiua excellentia in filiatione, quod *ſolus*, id eſt vnigenitus, *ſolius* id eſt ſine matris conſortio, *ſingulari modo*, naturam eamdem ſingularem patris participans, *ſolum* quia ſolum filius eſt non pater, in totum & totus, quia totus filius & ſecundum omnem ſuam perfectionem eſſentialem à patre procedit *à principio ſine* principio. Vbi notanda eſt duplex ratio principij, alia notionalis reſpectu proceſſionis ad intra, alia eſſentialis reſpectu operationis ad B extra: ſiuè hæc ſit cū principio durationis, vt de facto fuit diuina operatio ad extra, quod ſequenti notatione dicemus, ſiue ab ęterno eſſet, quod ſaltem in permanentibus multi Theologi, Philoſophique admittunt de poſſibili, filius verò principium habet ſolum notionale ſuæ generationis, ſuæ originis, ita eluditur illa Arij ęquiuocatio in Epiſtol. ad Euſeb. Nicomed. & in Epiſtol. ad Alex. Alexandrinum ita probantis filium non eſſe Deum. *Principium habet filius: Deus verò ſine principio eſt.* Nam vtraque propoſitio eſt vera, ſi principium in prima pro principio originis vſurpetur: & in 2. pro principio eſſentiali vel durationis; & vtraque falſa ſi in prima intelligatur principium eſſentiale, & in ſecunda principium notionale, & terminus Deus ſupponat pro filio vel pro ſpiritu ſancto: falſo C igitur colligebat, qui ex eo quod filius non haberet principium durationis, ſeu cauſam propriè ſumptam ſui eſſe, inferebat, non habere originem & fontem ſuæ proceſſionis. Ratio verò cur à ſolo patre filius procedat, ex ſupradictis conſtat, nam ſi tres tantum ſunt perſonæ, & tertia non eſt origo ſecundæ, quia prima & ſecunda ſunt principium tertiæ vt ſtatim dicam, ſequitur quod ſecunda à ſola prima procedat.

Spiritus ſanctus ab vtroque abſque initio erat ſine fine. 14. Suppoſita ſpiritus ſancti diuinitate, quam cum duabus aliis perſonis peræque ipſe participat, non fuit in eccleſia dubium de proceſſione ſpiritus ſancti à patre, cum manifeſte id aſſerat Chriſtus Dominus apud Ioann. cap. 55. *Spiritum veritatis, qui à patre procedit,* tota contentio inter Græcos & Latinos fuit de proceſſione à filio, quam primo negarunt Neſtoriani teſte D. Thom. 1. par. quæſt. 36. artic. 2. ad 3. qui in eodem errore fuiſſe Theodoretum & Damaſcenum & plures alios teſtatur. Cœpit hic error circa annum quadringenteſimum & trigeſimum, tunc enim Neſtoriani in confeſſione fidei quæ tom. 2. concil. extat in actis Concil. Epheſin. cap. 37. vel ſecundùm editionem recentiorem 31. poſtquam confeſſi ſunt ſpiritum ſanctum ex deo procedere addiderunt, *Filium tamen non nominamus, neque per filium ſubſtantiam ſuam ſortitum eſſe dicimus:* procedente verò

tempore ſit apud Græcos hic error inualuit, vt anno milleſimo quinquageſimo quarto aperto ſchiſmate ab Eccleſia latina diſceſſerint, & Michaël Patriarcha Conſtantinopolit. fretus patrocinio Grçci Imperatoris Conſtantini cognomento Monomachi Latinos quos Arimiſtas vocabat, excommunicare auſus ſi, ſub Pontifice Leone nono, vt ipſe Leo refert in epiſtól. 7. ad Conſtantinum Imperatorem. Item Baron. Genebrard. Sigebertus an. 1054. & Anſelm. de proceſſ. Spirit. ſanct. tom. 3. qua de cauſa Eugenius Concilium 4. Florentinũ celebrari curauit an. 1439. in quo Græci cum Latinis conſenſerunt, & ad Symbolum illud addere permiſerunt, *qui ex patre filioque procedit*. Probatur primo hæc veritas catholica ex Ioann. 19 *ille me clarificabit, quia de meo accipiet*, quæ verba in quo ſenſu dixerit, ipſe dominus expoſuit eod. cap. *omnia quæ habet pater mea ſunt, propterea dixi, quia de meo accipiet*, quod idem latins declarauit Florent. in literis vnionis poſt medium, *Quoniam*, inquit, *omnia quæ patris ſunt ipſe pater vnigenito filio ſuo gignendo dedit, præter eſſe patrem: hoc ipſum quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, ipſe Filius à patre æternaliter habet à quo æternaliter etiam genitus eſt*, ſi enim omnia Filius accepit à patre præter paternitatem, cum ſpiratio actiua paternitas non ſit, etiam, hoc filio dedit quod eſt eſſe principium Spiritus ſancti. Ita arguit Auguſtin. tract. 99. in Ioann. & lib. 3. contra Maximinum cap. 14. Secundo eodem modo dicitur ſpiritus Filij ad Galatas 4. *miſit Deus ſpiritum Filij ſui in corda noſtra*, & ad Romanos 8. *ſi quis ſpiritum Chriſti non habet, quomodo dicitur ſpiritus Patris*, Matth. 10. *ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis*, quod in Concilio Nicæno lib. 2. ad finem, §. cum ſit copioſa, notatur ibi *Spiritus ſancti ex eodem patre procedentis, qui & proprius eſt Filij* vt ait Paulus *qui ſpiritũ Chriſti non habet*, &c. Hanc verò proceſſionẽ ex filio plura Concilia ante hoc Lateranenſe diſertis ac perſpicuis verbis declararunt, quæ videri poſſunt apud Didacum de Montoya diſp. 67. ſect. 4. nu. 4. & ſect. 5. ibidem ſect. 6. 7. & 8. Græcorum & Latinorum acies inſtruit qui pro eodem dogmate propugnarunt.

15. Inter rationes Theologicas duæ ſunt præcipuæ: prima eſt, quia inter diuinas perſonas ſolum datur diſtinctio vbi cernitur relatiua oppoſitio: ſed Spiritus ſanctus realiter diſtinguitur à filio ex dictis: ergo inter Filium & Spiritum ſanctum datur oppoſitio: atqui hæc oppoſitio alia eſſe nequit niſi originis. Ideo enim D. Thom. 1. part. quæſt. 36. art. 2. & de potent. quæſt. 10. artic. 50. Alenſ. 1. par. quçſt. 45. memb. 4. Alber. 1. par. q. 31. membr. 3. Bonau. in 1. diſt. 11. ar. 1. quçſt. 1. Dur. ibid. quçſt. 2. Ægid. art. 1. quæſt. 3. Heruæus quæſt. 1. Argent. quæſt. 2. artic. 2. Capreol. quæſt. prima, art. 1. Marſ. in 1. quæſt. 15. art. 3. ad 3. Caietan. Canarien. & Mol. ad articulum D. Bonau. citatum Vaſq. diſp. 147. c. 4. Valent. diſput. 10. de Trinitat. punct. 3. Bellarm. tom. 1. de Chriſto cap. 26. Suar. lib. 10. de Trinitat. cap. 2. aſſerunt ſi Spiritus ſanctus non procederet à Filio, non fore realiter diſtinctum ab illo, ſed à ſolo patre à quo procederet; Solum propter illud principium, quod in diuinis omnia ſunt vnum, vbi non obſtat relationis oppoſitio. Nam Concilia & patres non agnoſcunt alia conſtitutiua, ſeu diſtinctiua diuinarum perſonarum, niſi relationes & origines ſecundum rationem principij, & procedentis à principio oppoſito relatiuè, vt videre eſt in Concilio Toletano 11. in confeſſion. fidei: & ibidem Vuormacinenſe item, Florentinum, Fuſius ſeſſion. 18. poſt medium §. diuina ſubſtantia & §. dixi equidem. Secunda: filius per generationẽ accipit à patre omnia præter paternitatem vt diximus ex Ioan. 16 inter hæc autem eſt voluntas cum potentia ſpirandi; ergo filius neceſſario producit Spirit. ſanct. Nam hæ proceſſiones ad intra ſunt neceſſariæ, Deus enim neceſſario eſt vnus in eſſentia & Trinus in perſonis, hæc fuit ratiocinatio Chriſti Domini, quando in illo loco Ioannis dixit ſe propterea dixiſſe Spiritum ſanctum de ſuo accipere, quia omnia, quæ pater habebat, ſua erant: & confirmatur primo, quia opera Trinitatis ſunt indiuiſa, ideſt, communia illis perſonis, in quibus eadem operandi virtus ſupponitur, vt notatione ſequenti probabimus, ergo ſi filius in ea prioritate originis ſupponitur cum eadem fæcunditate ſpirandi quam habet pater, non poteſt non procedere ab illa paſſiua ſpiratio: confirmatur ſecundo, quia non alia ratione patres, & doctores docent omnipotentiam Dei, quamuis filio & Spiritu ſancto communicetur ſolum in patre poteſt generare filium, non verò in filio, neque in Spiritu ſancto generare aliũ filium, niſi quia illa in patre generat ſibi terminum adæquatum, quem quando in aliis reperitur perſonis, inuenit iam productum: ſed omnipotentia communicata filio non inuenit productum terminum ſuum quatenus eſt potentia ſpiratiua, ergo niſi in filio poſſit habere eamdem virtutem non communicabitur filio ſecundùm totam ſuam virtutem, ergo neceſſario dicendum eſt Spiritum ſanctum à patre, & à filio procedere. Additur abſque initio ſemper ac ſine fine; vt de Spiritu ſancto ſimiliter dicatur quod de filio ſupra diximus habere ſcilicet principium originis, non verò durationis quod nomine initij ſignificatur; ſed eamdem cum patre & filio æternitatem participet.

Pater generans filius naſcens, oſtenditur diſtinctiuum proceſſionis ſecundæ perſonæ à prima, nam cum in diuinis duæ ſint proceſſiones; vna per intellectum, altera per voluntatem. Primam eſſe veram, & propriam generationem textus definit. Sileat ergo monſtruoſa Mahometi vox, quæ ex Synagogæ Caluaria inter Arianorum feces putreſcente erupit, *& vnum Deum, qui nec genitus ſit, nec genuerit*, implè proclamauit, vt teſtatur Damaſcenus lib. de hæres. prope finem, noſtra enim veritas catholica à regio decantatur pſalte æterni patris perſonam agente pſalm. 109. *Ex vtero ante Luciferum genui te*, quem locum contra Iudæos, & Arianos patres producunt ad confirmandã æternam Chriſti generationem 16.

generationem quos vide apud Lorinum ibidem & Commentatores D. Tom. 1. par. q. 27. artic. 7. idem deducunt ex pſal. 2. quem Rabini etiam de Meſſia exponunt, vt aduertit Galatinus lib. 3. c. 5. quam ob cauſam Apoſtoli huius pſalmi teſtimoniis frequenter vtuntur ad probanda Chriſti Seruatoris Myſteria; Actorum 4. & 13. item Paulus ad oſtendendam Chriſti diuinitatem ad Hebræos 1. n. 7. *cui enim Angelorum dixit Deus, filius meus es tu, ego hodie genui te?* Merito igitur arguit Fulgent. ad 2. obiectionem Arianorum, *Quis filium dicat & genitum neſciat? quis patrem valeat credere, quem non conſideret genuiſſe?* Similia habet Auguſtin. lib. 5. de Trinit. c. 6. & 7. probatur deinde ex Eſaiæ 53. *generationem eius quis enarrabit?* vt exponit Xiſtus Secundus, epiſt. 1. ad Gratum Epiſcopum, quæ habetur tom. 1. Conciliorum & alij patres communiter. Eccleſiaſt. 24. *Ex ore altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam*, vt Ambroſ. de diuinitate filij cap. 2. declarat & alij patres frequentiſſime, concinitque Paulus ad Coloſſ. 1. dicens, *qui eſt imago Dei inuiſibilis primogenitus omnis creaturæ*, neque hęc primogenia dignitas Chriſti comparatione creaturarum tamquam naturalis filij ad adoptiuos, quæ infinita duratione præcedit, tollit vnigeniti excellentiam & ſingulares ſuæ generationis prærogatiuas propter quas à Ioann. 1. n. 31. dicitur *vnigenitus, qui eſt in ſinu patris.* Denique ex diuerſis Conciliis idem confirmatur, quæ apud Commentatores D. Thom. 1. par. quæſt. 27. artic. 2. allegantur.

17. Ad aſſignandam rationem, ſupponimus cum eodem D. Thom. Verbi diuini generationem æternam non eſſe illam, quam Ariſtoteles lib. 1. de generat cap. 4. text. 23. definit mutationem totius in totum nullo ſenſibili manente, vt ſubiecto eius, quæ in minus proprio ſignificatu tribuitur productioni ſubſtantiali cuiuſlibet entis naturalis ex præſuppoſita materia, ſed eam, quæ cum maiori proprietate vocabuli productioni viuentium accommodatur, quæ dicitur proceſſio viuentis à principio vitæ coniuncto, ſecundum rationē ſimilitudinis ſaltem in ſpecie infima: hanc definitionē ex D. Thom. Ariſt. & Damaſc. colligit Curſus Conimbric. lib. 1. de generat. c. 4. q. 10. art. 1. dicitur proceſſio, ſeu productio à principio vitali, cui genitum ſubſtātiale coniunctū ſit, quando primo oritur, per quod indicatur genitum ex ſubſtantia generantis oriri, & hoc eſt diſcrimen obſeruatum à Nazianz. orat. 1. ante med. Elia Cretenſi ibid. n. 71. & Baſilio lib. 4. contra Eunomi. inter genitum & factū. Nam quod generatur ex ſubſtantia eſt eius, qui generat; quod fit non eſt ex ſubſtantia eius, qui facit: additur, *ſecundū ſimilitudinem naturæ* iuxta illud Geneſ. 5. *Adam genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam*, vt exponit Richard. Victorin. lib. 6. de Trinitat cap. 19. Ideoque Ariſtotel. lib. 2. de anima cap. 2. de anima cap. 1. text. 34. ait *naturaliſſimum enim operum, quæ in viuentibus, quæcumque perfecta & non mutila ſunt, aut generationem ſpontaneam habent, eſt facile aliud quale ipſum, animal quidem animal, plantam autem plantam*: ſubiungitur denique *ſaltem in ſpecie infima*, quia ſi ſimilitudo poſſet eſſe perfectior qualis eſt numerica, non tollet, ſed perficiet generationem: hanc definitionem competere proceſſioni ſecūdæ perſonæ patet, quia Verbum diuinum per actum immanentem intellectus diuini procedit, vt viuens vita intellectuali à patre viuente, & adeo illi coniuncto, vt ideo, in ſinu patris eſſe dicatur & ideo patris exprimit ſimilitudinem, vt eandem numero naturam, & ſubſtantiam cum patre participet.

Ad maiorem claritatem prædictæ rationis, & difficultatis ſtatim attingendæ de diſcrimine inter proceſſiones ſecundæ & tertiæ perſonæ, notandum eſt contra Durandum in 1. diſt. 6. quæſt. 2. & diſt. 10. quæſt. 2. & alios, diuinas proceſſiones non fieri immediate per eſſentiam diuinam prout diſtinguitur virtute ab intellectu, & voluntate, ſed formaliter per operationes intelligendi & volendi: hęc eſt ſententia adeo certa vt fidei proxima cenſeatur, quam tenet D. Thom. 1. par. quæſt. 27. per totam, præſertim artic. 1. 3. & 5. ibidem. Caiet. Cananienſ. Banez, Zumel, Molina, Valent. Vaſq. & Suar. lib. 1. de Trinitat. c. 5. qui alios antiquiores allegant. Probatur. Verbum mentis eſt ille terminus internæ loquutionis, quo mediante intelligens cum abſente quaſi cum præſente ſermocinatur: ergo ſi filius ex vi ſuæ proceſſionis per intellectum formaliter non procedit, non eſt propriè verbum neque imago patris, contra illud Ioannis 1. *In principio erat verbum*, & 1. Ioan. 1. *tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo, Pater Verbum*, & contra illud Pauli ad Hebræos 1. vbi filius dicitur figura ſubſtantiæ patris & ad Coloſſenſ. 1. imago Dei: ergo neceſſario dicendū eſt Filiū procedere per intellectionē patris: ſimiliter Spiritus ſanctus ex vi ſuæ proceſſionis eſt notionalis amor, vt appellatur à Concilio Toletano 11. in confeſſione fidei, Auguſtin. lib. 6. de Trinit. c. 5. & lib. 7. c. 3. & aliis multis patribus, quos refert Didacus de Montoya diſp. 71. ſect. 1. & diſp. 73. ſect. 1. & hinc eſt quod Spiritus ſanctus vtramque perſonā primam & ſecundam, vt vnum ſuæ proceſſionis principium requirat cum enim procedat ex perfecto amore mutuo, ac neceſſario, duas perſonas requirit, inter quas exerceatur, idcirco enim Anſelmus ſermone 3. de Pentecoſt. *Spiritum ſanctum firmiſſimum & indiſſolubile Trinitatis vinculum*, appellauit: ab Auguſtino verò *ineffabilis complexus patris, & imaginis*, nuncupatur. Quemadmodum ergo dicere ſeu loqui in diuinis, idem eſt quod producere Verbum, & eſt notionale propriū patris, conſiſtitque non in ſola intellectione eſſentiali (quia hanc habet Filius & Spiritus ſanctus) ſed ſupra intellectionem addit relationem generantis: ita amare notionaliter idem eſt, quod ſpirare amorem productum; & ſic non conſiſtit in ſola dilectione eſſentiali, quæ etiam in Spiritu ſancto reperitur, ſed in amore notionali, qui ſupra eſſentialem addit relationem ſpiratoris in patre & filio exiſtentem, ibique 18.

mero 10.) poſtulare autem in perſona producente relationem propriam, ſeu, quod idem eſt, quod habeat ipſam naturam ſine tali productione. Cuius fundamentum ex auctoritate præcipuum eſt illud Ioann. Theologi in Concil. Florent. ſeſſ. 18. paulo poſt medium §. dixi equidem, vbi ait, *filium ex patre ac ex patris ſubſtantia generari, idem ſignificare, ita tamen vt perſona ſit producens, & generans, principium autem, quo ipſa perſona generat, ſit id, quod ſolum communicabile eſt.* 2. teſtimonium eſt D. Thom. 1. par. quæſt. 41. artic. 5. qui docet potentiam generandi ſignificare eſſentiam in recto, & paternitatem in obliquo, quod Cumel ibidem quæſt. 1. propoſ. 34. eodem modo exponit, quo Suar. videlicet vt paternitas ſit conditio, non verò aliquid formaliter pertinens ad potentiam generatiuam. Ratio eſt primò quia illud eſt principium generationis, ſecundùm quod generans aſſimilat ſibi genitum: ſed pater non in paternitate, ſed in eſſentia aſſimilat ſibi filium ſubſtantiæ ſuæ figuram, & diuinitatis imaginem; ergo ſecundo quia ſicut in creatis ſubſiſtentia, ſeu perſonalitas, licet ſit aliquid neceſſario prærequiſitum in agente, quoniam actiones ſunt ſuppoſitorũm, non tamen eſt principium agendi: ita in diuinis paternitas erit quidem conditio neceſſaria, vt pater generet, non tamen erit principium aliquo modo complens virtutem & vim potentiæ generatiuæ; quæ ratio in loco Concil. ſupracitati adducitur, idem cum proportione dicitur de ratione ſpiratoris in patre, & filio exiſtentis reſpectu proceſſionis ſpiritus ſancti.

Dicendum tamen exiſtimo illam formalitatem notionalem eſſe complementum potentiæ productiuæ ad intra, ſiue generandi, ſiue ſpirandi, & ita totam producendi potentiam includere eſſentiam, intellectionem, vel volitionem, & proprietatem perſonæ producentis ſub aliqua ratione. Ita Albert. Mag. Richard. Henric. Valent. & alij quos refert & ſequitur Arrubal. ad 1. p. tom. 2. diſp. 143. cap. 3. idem tenet Vaſq. 1. par. tom. 2. diſp. 164. cap. 5. licet in modo loquendi differat. Probatur primo ex Concil. Florent. in Confeſſione Patrum Latinorum, qui confitentur patrem, & filium vnam habere poteſtatem producendi ſpiritum ſanctum, quæ vna poteſtas ibi aſſignatur tamquam proprietas patri, & filio tantum communis: at ſola eſſentia & volitio hanc proprietatem, ſeu poteſtatem, non conſtituit: neque oppoſitum docet in loco ſupra citato. Nam in græco, non eſt illa particula *ſolum*; vnde in alia tranſlatione latina, quæ ſimul cum Græca Pauli Quinti auctoritate excuſa eſt, non habetur, ita enim legitur. *Dicimus filium generari ex Patre idem eſſe, atque dicere, filium generari ex ſubſtantia patris; ita vt quòd producit ſiue generat perſona ſit, principium verò quod generat, ſit ipſa, qua alijs communicatur*, quod tantum oſtendit eſſentiam eſſe principium vt *quo* radicale per quod non tollitur compleri per proprietatem notionalem patris vel ſpiritus ſub ratione determinantis & complentis principium productiuum diſtinctum à termino producto. 2. probatur ex D. Thom. 1. par. quæſt. 36. artic. 4. ad primum vbi ait, *ſpiritus ſanctus procedit à Patre, & à filio in quantum ſunt vnum in virtute ſpiratiua, quæ quodammodo ſignificat naturam cum proprietate*: item ad 2. ait, *cum dicitur pater & filius ſunt vnum principium ſpiritus ſancti, deſignatur vna proprietas, quæ eſt forma ſignificata per nomen.* Neque ſibi contradicit quando in eo loco ſupra citato & aliis docet relationem in obliquo ſignificari, non enim negat pertinere proprietatem ad formale complementum principij generatiui, ſed ſub ratione relationis de connotato inuolui: tribus enim modis poſſumus concipere illam proprietatem: primo vt formale complementum ad producendum cum eſſentia. 2. vt eſt ratio ſubſiſtentiæ, ſeu perſonalitatis conſtituentis perſonam. 3. ſub ratione paternitatis reſpicientis terminum productum: proprietas primo modo ſumpta pertinet ad formale ſignificatum potentiæ productiuæ 2. & 3. ad connotationem.

Tertio ratione oſtenditur: primo, quia de ratione potentiæ eſt vt intrinſecè à termino producto diſtinguatur: ſed forma intrinſecè abſoluta non poteſt intrinſecè diſtingui à perſona diuina producta; ergo potentia productiua non poteſt ſolum in ſuo formali ſignificato intrinſecè includere eſſentiam, quæ ſecundum ſe totam eſt quid abſolutum: maior patet: quia alioqui potentia produceret ſe ipſam; illa enim eſt magis immediata ratio influendi, & producendi terminum: ergo niſi diſtinguatur ab illo, erit ratio influendi, & producendi ſe ipſam 2. hæc potentia productiua ad intra, & actus producendi ſecundũ rem & ſunt idẽ adæquate, ſecundùm rationem ratiocinatã in Deo: & ſolum penes modũ ſignificandi differunt nam in Deo non eſt potentia quæ in actu primo cõcipiatur in ordine ad actũ: eſſet enim concipere perfectionem diuinam cum manifeſta imperfectione, nempe potentialitate: ſed actus generandi, verbi gratia, nõ ſolùm inuoluit formaliter intellectionem, ſed etiam paternitatem ſub aliqua ratione, vt cum cõmuni Theologorum ſententia oſtendit Annibal ad 1. p. tom. 2. diſp. 140. cap. 2. num. 8. ergo idem dicendum de potentia generatiua. 3. pater per potentiam generatiuam ita intendit aſſimilare ſibi filium in natura omnino eadem quam illi communicat, vt ſimul intendat ſui imaginem producere, & filium à ſe realiter diſtinctum generare: ſed ſicut ad aſſimilationem in natura requiritur eſſentia tamquam principium, ita ad diſtinctionem productæ perſonæ requiritur complementum proprietatis diſtinguentis principium à termino: ergo tam eſſentia quam proprietas formaliter includuntur in ratione potentiæ generatiuæ: nec dicas hoc probare de principio, *quod* producit, non de principio *quo* producitur terminus; nam non minus requiritur diſtinctio inter principium, *quo* & terminum productum quam inter principiom, *quod*, & eumdem terminum, vt in prima ratione notaui. Ad fundamenta Suarij quod attinet ad auctoritatem iam reſpondi: prima verò ſolum probat eſſentiam eſſe principiũ *quo*, quod nos nõ negamus, licet vnus vel alter ex antiquis theologis aſſe-

ruerit ſolam relationem eſſe potentiam generandi in patre, & ſpirandi in patre & filio: quod aliqui recentiores nunc innouare conati ſunt: non attendentes quod manifeſtè repugnant Concilij Florentini teſtimonio ſupra citato, D. Thomæ, Scoto, & ſectatoribus vtriuſque ſcholæ, quos refert Didacus de Montoya diſp. 100. ſect. 2. item conuincantur euidenri ratione, quia pater ſecundùm illud principiũ generat ſecundùm quod aſſimilat ſibi filiũ: ſed non in filiatione, ſed in natura ſimilem generat: ergo ſola relatio non poteſt eſſe principium, *quo*, ſeu potentia generatiua. Ad ſecundam rationem Suarij dico quamuis in creatis ſubſiſtentia non ſit principiũ agendi neque complementum principij actiui; *quo*: quia ſemper rotum principium producens eſt realiter diſtinctum à termino producto: In diuinis tamen cum eſſentia diuina ſola non diſtinguatur realiter à genito, vel ſpirato, antequam intelligatur determinata & cõpleta per ſubſiſtentiam relatiuam non poteſt eſſe adæquarum principium producens ſufficienter diſtinctum, etiam, *vt quo* vt oſtendimus.

25. Alium modũ defendendi opinionẽ D. Thom. & declarandi potentiam productiuam ad intra tradunt Sylueſt. quæſt. 41. artic. 5. Ripa & Nazarius ad art. 5. quæſt. 41. primæ partis, qui meo iudicio in intelligibilis eſt; & in terminis repugnantiam inuoluit: dicunt enim proprietatem relatiuam neque præciſe conditionem eſſe, neque eſſe vltimam vim complentem potentiam generatiuam patris, verbi gratia, & tamen habere ſe vt principium cointellectũ eſſentię, & conſtitotiuũ, modificatiuumque potentiæ, quod vt eiſdem terminis aoctorum pateſiat prætermiſſis Sylueſt. & Ripa idem enim dicunr licet obſcurius, tres propoſitiones propooit Nazarius controuerſ. 1. ad citat. artic. 5. *Prima: relatio non eſt præciſè conditio potentiæ notionalis. Secunda: relatio non eſt vis quædam vltima potentiæ notionalis, per quam fiat actio generationis, aut ſpirationis. Tertia: relatio eſt principium cointellectum eſſentiæ ſimul cum ipſa potentiam conſtituens, & actionem eius modicans*, quis non videat hanc tertiam propoſirionem vel modum in intelligibilem tuendi potentiam productiuam ad intra tradere, vel manifeſtè cum prima & ſecunda propoſitione pugnare? Nam ſi relatio pura conditio non eſt, ſed aliquid pertioens ad formale conſtitutiuum potentiæ notionalis, ſanè negari non poteſt eſſe complementum principij quo producitur terminus, tota enim potentia ſecundùm ſuum eſſe formale eſt principium quo operationis: ergo ſi proprietas notionalis pertinet ad formale conſtitutioum potentiæ, impoſſibile eſt non eſſe principium quo formaliter ad intra perſona operatur, quod conuincunt rationes ſupra poſitæ.

26. Hinc iam patet reſponſio ad 2. quod in ſuperiori inſtantia deducitur; cuius gratia hanc fecimus diſgreſſionem de potentia generatiua. Dico enim omnẽ potenriã in Deo ſimpliciter acceptam in omnibus perſonis reperiri: qoia ſimpliciter accepta ſolum pro obiecto habet omne poſſibile ad extra, & ſic eſt attributum abſolutum omnibus perſonis commune, quod

A manifeſtè docuit D. Thom. cum dixit potentiam generandi non pertinere ad omnipotentiam ſimpliciter, ſed ad omnipotenti patris. Poteſt enim omnipotẽtia accipi vt dicit præter attributũ abſolutum, notionalem potenriã productiuã ad intra, & ſic oõ eſt eadem in ſingulis perſonis; ſed ſolum in prima eſt ad generandum, in prima & ſecunda ad ſpirandum. Vrgebis: omnipotentia, vt coniungitur in patre cũ virtute generandi, & ſpirãdi, habet aliquam vim poſitiuam & realem, quæ pertinet ad perfectionẽ patris: ſed hæc vis poſitiua & realis nõ eſt in filio, vr eſt generandi potentia, nec in ſpiritu ſancto ad generandũ, vel ſpirandum: ergo aliqua perfectio omnipotẽtiæ eſt in vna perſona, quæ non eſt in alia. Reſpondeo concesſa maiori & minori, & diſtinguendo

B conſequens, ſi enim intelligatur aliqua perfectio ſimpliciter ſimplex, neganda eſt conſequentia, ſi ſermo ſit de perfectione ſecundùm quid, & non ſimpliciter ſimplici, concedenda.

Quæ diſtinctio, vt melius intelligatur, & obiter oſtendamus an relationes diuinę ſecundùm ſuum peculiarem conceptum ratione diſtinctum ab eſſentia dicant perfectionem: Notandum ex Ariſtot. 5. metaphyſic. cap. 16. in princip. perfectum eſſe id, cui in ſuo genere nihil deeſt, quare res perfecta dicitur, quaſi conſummate facta, quippe illud *per* auget ſignificationẽ vt ex D. Gregor. notat D. Thom. 1. par. quæſt. 4. artic. 1. Verùm quia ſecundùm Ariſtotelem citatum, perfectum dupliciter dicitur: primò entitatiuè, quando ſcilicet rei ni- 27.

C hil deeſt ex iis, quæ illã intrinſecè conſtituunt, verbi gratia, entitas hominis ex corpore & animo integratur, & perficitur inrrinſecè. 2. modo dicitur perfectum, cui nihil deeſt nõ ſolum intrinſecè, ſed etiã ex formis ſupradictis, quibus bene ſe habet v.g. in homine bona corporis diſpoſitio, ſanitas, & ſimilia, quibus homo perficitur. Vnde duplex colligitur perfectio: alia entitatiua & tranſcendentalis, quia per omnia rerum genera tranſcendit; altera formalis. Primo modo perfectio ſumitur abſolutè in ſe conſiderata; eſt enim integritas rei in ſuo eſſe conſummatę: 1. reſpectiuè in ordine ad aliud. Inquirunt ergo Theologi an relationes diuinæ ſecundùm ſuum conceptum peculiarem dicant perfectionem entitatinam diſtinctam virtute, à perſectione eſſentiæ diuinæ. Item formalem reſpectu ipſius eſſen-

D tiæ, quam perficiant per ſuperadditam perfectionem virtute diſtinctam? Et reſpondent magis communiter, præſertim recentiores; vtroque modo proprietates relatiuas ſecundùm ſuum conceptum peculiarem perfectiones eſſe in ſe entitatiuas reſpectu perſonarum, & formales reſpectu eſſentiæ, noſtro concipiendi modo. Ita tenet Damaſc. & cum eo Clutouæus, Ocham. Gabriel. Caietan. Medin. Valent. & alij quos refert & ſequitur Annibal 1. par. tom. 2. diſp. 105. cap. 3. & 4. quibus adde Aureolum in 1. diſt. 19. par. 2. art. 3. propoſ. 1. Suar. lib. 3. de Trinitat. cap. 9. num. 14. & cap. 10. & 3. p. tom. 1. diſp. 11. ſect. 4. colum. 5. & vt puto clarè id docuit D. Thom. quæſt. 9. de potentia artic. 9. ad 17. Probatur primo de tranſcendentali perfectio-

ne:.

Digitized by Google

ne: nam tranſcendētalis perfectio ex dictis eſt integritas rei in ſuo proprio, & peculiari eſſe: ſed paternitati in ſuo peculiari eſſe talis proprietatis, ita virtualiter diſtinctæ, nihil deeſt, ſed integra eſt, & conſummata, neque enim integratur in tali eſſe proprio reſpectiuo per perfectionem abſolutā eſſentiæ: ergo ſecundò de perfectione formali, quia forma ſuā perfectionem communicat ſubiecto in quo eſt: ergo ſi relatio dicit perfectionem tranſcendentem, illaque conſtituit perſonam cum eſſentia, ſane perfectio illius eſt formalis, ſicut ſubſiſtentia creata conſtituens cum natura perſonam formalis perfectio eſt perſonæ, & naturæ: confirmatur, quia relationes in prima, & ſecunda perſona neceſſariæ ſunt ad communicationem eſſentiæ: ſed hæc communicatio eſt perfectio eſſentiæ: ergo illæ noſtro intelligendi modo eſſentiæ perfectiones ſunt: accedit quod poſſe terminare naturam creatam eo modo: quo in quinta notatione dicemus, eſt perfectio, ſed relatio per ſe immediate terminat humanitatem Chriſti, non eſſentia: ergo relatio perfectionem entitatiuam, & formalē in ſuo conceptu peculiari includit. Alias plures confirmationes vide apud Suar. & Annibal citatos.

Vt autem intelligatur quę perfectio ſit relatio diuina; aduertendum eſt, quod perfectio
28. alia eſt ſimplex quæ non habet admixtam imperfectione, alia non ſimplex, ſed mixta, quia imperfectionis mixturam patitur, vt habitus ſcientię, & intellectus, qnamuis enim hæ perfectiones ſint hominis, habent illam imperfectionem, nempe formas eſſe accidentales à ſubiecto in ſuo eſſe depeudentes. Deinde ſimplex perfectio alia dicitur ſimpliciter ſimplex, altera ſimplex ſecundùm quid. Illa definitur à Theologis, quæ melior eſt ipſa, quam non ipſa, & hoc modo ſe habent omnia attributa abſoluta Dei, quorum vna conditio eſt eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicem: vt pręcedenti notatione dixi. Verbi gratia, ſapientia melior eſt Deo, & omnibus perſonis, quam non ſapientia: perfectio ſimplex ſecundùm quid eſt, quæ licet alicui perſonæ particulari magis conueniat, quam oppoſita, tamen ſecundùm ſe non magis perficit rationem entis, quam oppoſita: immo alteri magis conueniet oppoſita perfectio: exempla habemus in perfectionibus non ſimplicibus, verbi gratia calor melior eſt igni quam frigus, & frigus aquæ melius quam calor, inter elementa; & inter ſubſtantias intellectiuas, ſcientia melior eſt quam non ſcientia reſpectu cuiuſcumque ſubſtantiæ intellectiuæ creatæ: ergo ſicut in perfectionibus mixtis alia ſimpliciter perfectio eſt reſpectu cuiuſcumque; alia ſecundùm quid, ita in ſimplicibus omniſque imperfectionis expertibus, quales ſunt diuinæ, aliæ erunt ſimpliciter ſimplices, nempe attributa abſoluta; aliæ ſimplices ſecundùm quid nempe relatiuæ. Nam paternitas melior eſt patri, quam filiatio, & filio melior eſt ſpiratio actiua, & ſpiritui ſancto melior paſſiua.

Neque hinc abſolutè inferas aliquam perfectionem eſſe in vna perſona, quæ non ſit in
29. alia, ſeu plus perfectionis habere omnes tres, quam ſingulas. Nam perfectio ſine addito in diuinis ſignificat abſolutam, & ſimpliciter ſimplicem, vnde falſum eſt in vna perſona eſſe perfectionem abſolutam, & ſimpliciter ſimplicem, quæ in alia non ſit; vel plus perfectionis abſolutæ eſſe in vna quàm in omnibus: ſiquidem eædem perfectiones attributales abſolutæ cum eadem eſſentia ſingulis & omnibus communicantur. Rogabis an ſaltem verum ſit quod aliqua perfectio relatiua & ſimplex ſecundum quid ſit in vna perſona, quæ non ſit in alia, item plures perfectiones relatiuas eſſe in omnibus, quam in ſingulis. Reſpondeo adhuc hoc concedendum non eſſe, niſi cum alia limitatione: nempe aliquam perfectionem relatiuam eſſe formaliter in vna perſona, quæ noo eſt in alia formaliter, ſed tantum radicaliter, & eminenter: item plures perfectiones relatiuas formaliter eſſe in omnibus perſonis quàm in ſingulis ſint formaliter, licet ſint eminenter, & radicaliter, quia in ſingelis eſt eſſentia & natura diuina, quæ propter ſuam infinitatem & fœcunditatem poſtulat relationes perſonales, quarū eſt radix cum omnibus identificata à parte rei, quod ſufficit, vt vni perſonæ dicantur perfectiones aliarum eminenter conuenire, & radicaliter, ratione eſſentiæ cum qua identificantur.

Spiritus ſanctus procedens. Non minus inenarrablis eſt ſpiritus ſancti proceſſio, quam ver- 30.
bi generatio, vt docet Damaſc. lib. 1. fidei c. 5. vnde in vtraque Chriſoſt. homil. 1. de incomprehenſibili Dei Natur. ſuam non erubuit ignorantiam profiteri, *Filium, ait, a patre Deo immortali genitum noui: ſed quemadmodum ignoro, ſpiritum procedere ex eo ſcio, ſed quemadmodum neſcio*: deſudant nihilominus theologorum ingenia, ad oſtendendam diuerſitatem inter verbi & ſpiritus ſancti proceſſionem, vt illa vera generatio, hæc non ita, exiſtimetur; & ideo commune vocabulum proceſſionis ſpiritus ſancti ſpirationi appropriatur. Quod non ſine maximo fundamento Theologi faciunt, primo quia iam appropriata fuit à ſacra pagina hæc vox *proceſſio*, ſpiritus ſancti productioni. Ioann. 15. *ſpiritum veritatis, qui à patre procedit.* 2. quia eadem loquendi forma vſi ſunt patres & concilia. Athanaſ. in ſymbolo, *nec genitus ſed procedens*, in Concilio Nicæno 1. & in Conſtantinopol. 1. in ſimbolis, item in Epheſ. & Toletan. 1 & 11. in confeſſionibus fidei, & in multis aliis, quæ cum noſtro Lateranenſi conſeotiunt, Gregor. Nyſſ. in Epiſtol. de imagine contra Apollin. ſpiritum ſanctum appellat perſonam *ex proceſſione ortam*, Nazian. orat. 35. quæſt. 3. de theolog. de filio, & ſpiritu ſancto ait: *alter ſoboles: alter proceſſio*: alios patres refert Didacus de Montoya dip. 7. ſect. 1. Tertio quia non deſunt huius rei rationes quarum prima & præcipna eſt, quæ in Concilio Florent. ſeſſ. 18. colum. 2. §. omiſſis & §. ex tua: communi Latinorum & Græcorum conſenſu approbatur. Nam cùm in creaturis inueniatur ſuppoſitum viuens, quod vere & propriè generatur, quia ex vi ſuę productionis euadit ſimile in natura, inde potuit generationis nomen deriuari ad ſignificandam ſpecialem verbi productionem ex vi ſuæ productionis, procedentis, ſecundùm ſimilitudinem. At

è contra cum nullum viuens ſuppoſitum in-
ueniatur, quod à creaturis ſpirantibus pro-
ducatur, commune proceſſionis nomen pe-
culiari modo, quo producitur tertia perſona,
accommodatur. Hanc rationem ita compro-
bat D. Thom. 1. quæſt. 36. art. in corpore & in
1. diſtinct. 13. quęſt. [illegible]. artic. 3. ad 2. vt non
excludat illam quæ magis placet Bonauen. in
1. diſt. 13. art. 1. quęſt. 2. ad 3. & ſit 2. quia ſi-
cut ingeniti nomen ſoli patri accommodatur,
quia pater nec generatur, nec procedit à per-
ſona generante, ita ſpiritus ſanctus proce-
dens dicitur, quia procedit à perſona proce-
dente, nempè à filio, & ſolus eſt, qui proce-
dit non producens.

31. Maius nobis negotium faceſſit rationem
reddere, cur hæc ſpiritus ſancti proceſſio ge-
neratio non ſit; & ratio dubitandi eſt, quia
ſpiritus ſanctus eſt ſuppoſitum viuens, quod
procedit à viuente ſibi non minus coniuncto,
quam verbo, & cum ſit perſona diuina, & qua
talis producta poſtulat proceſſionem ſecun-
dùm ſimilitudinem naturæ, quam participat,
eamdemque, quam participat verbum: ergo
etiam proceſſioni ſpiritus ſancti conuenit tota
generationis definitio. Inſolubilem nodum
reputant nonnulli Theologi hanc inſtantiam:
alij verò diuerſimodè ſoluere conantur, quo-
rum diuerſas reſponſiones adducunt Suar. lib.
11. c. 5. Vaſq. 1. par. diſp. 113. Anibal. diſp. 98.
cap. 3. Didacus de Montoya diſp. 7. per totam.
Communior reſponſio eſt ſpiritus ſancti pro-
ceſſionem ideo non eſſe generationem, quia ex
vitalis proceſſionis formaliſſimè ſumptę non
procedit ſpiritus ſanctus ſecundùm ſimilitu-
dinem: quamuis materialiter participet eam-
dem naturam, uam tota proceſſionis forma-
litas deſumitur ex principio magis immedia-
to, & formali per quod procedit perſona: cum
igitur 2. perſona procedat per intellectum; 3.
per voluntatem, procedit ſecundùm ſimilitu-
dinem formaliſſimè, non 3. Quod vt melius
intelligatur notanda ſunt duo: primum intel-
lectum ex ſua natura habere, producere ter-
minum ſimilem principio, quo vtitur, & de-
terminari ad intelligendũ obiectum per prin-
cipium ſibi intrinſecum, vnde ſpecies intelli-
gibiles impreſſæ ſunt veluti obiectorum vir-
tutes Intellectũ determinantes ad concipien-
dum obiectum, quod intelligendo ſibi pręſens
fuit intellectus; vnde dicitur cõcipere & con-
ceptus producere, ex ſpeciebus intelligibili-
bus, quæ obiectorum ſemina ab aliquibus
philoſophis dicuntur, & ſi contingat obie-
ctum eſſe per ſe ipſum præſens potentiæ pro-
portionatum, illique vnitum, potentia non
indiget ſpecie illius veluti vicina, ſed ipſum
obiectum per ſe determinat potentiam ad co-
gnitionem ſui, & formandum illius verbum,
quantum poteſt ſimile. v. g. Angelus ſe ipſum
cognoſcit concurrente ex parte principij An-
geli intellectu cum ipſius ſubſtantia ſpiritua-
li, cui intellectus vnitur: quin opus ſit alia
ſpecie impreſſa ad cognitionem ſui, quia
ſubſtantia Angeli eſt proportionata, & ſuffi-
cienter vnita, ideoque per ſe poteſt determi-
nare intellectum ad ſui cognitionem, & in
verbo ſui imaginem producere.

A Longe aliter ſe habet voluntas, quia non 32.
trahit ad ſe obiectum repræſentando illud,
ſed ſupponit illud in cognitione repræſenta-
tum, & trahitur ab illo, ſuoque amore inſtar
impulſus ſeu ponderis in illud fertur; quo
reſpexit Auguſt. lib. 11. de ciuitat. Dei cap. 28.
cum dixit, *Amores corporum momenta ſunt pon-
derum, ita enim corpus pondere ſicut anima amore
fertur, quocumque fertur.* Vnde non produci-
tur à voluntate terminus, qui ſit ſimilitudo
obiecti: ſed quædam qualitas inſtar grauita-
tis, vel leuitatis in corpore, quæ ſurſum, vel
deorſum tendit ſiue ad modum impulſus la-
pidis proiecti. Neque vmquam obiectum per
ſe ſecundùm ſuam naturam & realem exi-
ſtentiam voluntatem determinat ad amorem:
B ſed ſemper illud ſequitur voluntas, prout in
cognitione præcedente repræſentatur: verbi
gratia, ſubſtantia Angeli per ſe non determi-
nat, neque excitat voluntatem Angeli ad ſui
amorem: ſed per cognitionem ſui, quæ amo-
rem præcedit, quare cum ſubſtantia Angeli
duobus modis concurrere intelligatur ad co-
gnitionem ſui; primo quatenus natura, in
qua intellectus producit ſuum terminum,
quomodo etiam concurrit cum voluntate ad
amorem ſui. 2. quatenus per ſe ipſam vni-
tam intellectui illum ad producendam ſui re-
pręſentationem determinat; hoc 2. modo non
concurrit voluntas ad amorem ſui, ſed me-
diante cognitione ſemper tendit in obiectum
repræſentatum, & in ſe produit quemdam
veluti impulſum ad illud.

C Secundum notandum, eſt, Naturam diui- 33.
nam, ita ſe habere in terminanda productio-
ne, atque in inchoanda, etenim ſicut non eſt
principium ad intra producendi immediatum
vt natura, ſed vt intellectio, ſeu volitio, ita non
terminat productionem ſub ratione naturæ,
ſed ſub ratione imaginis, ſeu amoris: & ratio
huius eſt, quia in huiuſmodi productionibus
communicatur ipſum operandi principium,
ſecundùm omnem rationem abſolutam, quam
continet, & nihil idem omnino ſub eadẽ ratio-
ne neceſſario multiplicatur, nam eadẽ entitas
in eodẽ ſtatu, & modo, nihil de nouo efficit re-
plicata niſi ſuperuacaneam multiplicationem:
hinc prouenit, quod ſi ſecunda perſona non
produceretur ſub ratione imaginis, nullius rei
gratia fore intelligeretur, & ſimiliter niſi ter-
D tia ſub ratione amoris procederet, ſuperuaca-
nea cenſeretur: igitur perſonę non producun-
tur, ſub ratione deitatis, ſed ſub ratione alte-
rius formæ; & conſequenter neutra productio
illarũ dici poteſt generatio ex eo præciſe, quod
tendat in naturam, qua natura eſt, quod ex-
preſſe docuit D. Thom. 1. par. quęſt. 27. artic.
4. præſertim ad 1. & eſt maximè conſenta-
neum, vt diuinitas, qua diuinitas, præciſè ſit
improducibilis, quamobrem iam apparet ma-
nifeſtum diſcrimen inter generationes crea-
ta, & diuinam, licet enim diuina cum illis
conueniat quod ſit formalis aſſimilitatio ge-
niti ad parentem in eadem reali natura, tamen
in hoc differunt, quod creatæ cum finitæ ſint,
& non communicent genitis eamdem nume-
ro naturam, ſunt productiones naturæ, ſub ra-
tione naturæ, quæ ſemper eſt num. diuerſa: at
diuina

diuina eum communicet genito eamdem naturam numero ob ſuam infinitatem illam ſub alia ratione formalis ſimilitudinis geniti communicare debet, vt ex vi ſuę formaliſſimę proceſſionis perſona procedens ſecundùm rationem ſimilitudinis procedere dicatur, & conſequenter generari: itaque non ſufficit recipere eamdem naturam diuinam ad hoc vt perſonam recipiens generari dicatur, ſed vlterius oportet recipere illam ſub ratione ſimilitudinis intentionalis cum reali coniuncta, ita enim ſub ratione verę, & propriiſſimæ imaginis generantis perſona filij procedet.

34. His duobus pręſuppoſitis dico manifeſtum diſcrimen apparere inter generationem ſecundę perſonę, & proceſſionem tertię: ſecundę enim conuenit tota deffinitio generationis, quatenus diuinæ generationi remotis imperfectionibus creaturarum aptari debet. At proceſſioni tertię perſonę vltima deeſt particula ſecundùm ſimilitudinem, quia ſpiritus ſanctus ex vi ſuæ proceſſionis formaliſſimè conſideratæ, non procedit ſecundùm ſimilitudinem realem, & intentionalem. Vtrumque oſtẽdo. Nam ſecunda perſona cum procedat per intellectum, terminus productus debet aſſimilari principio determinanti, quæ eſt natura diuina, & per ſemetipſam ſuum intellectum determinat ad ſui cognitionem, & ad ſui imaginem producendam, quę cum eſſe nequeat accidentalis, quia in Deo non eſt forma accidẽtalis, neceſſario erit ſubſtantialis imago vnde realiter & intentionaliter ſimilis ſecunda perſona procedit, ſi enim Angeli intellectio forma eſſet ſubſtantialis, quando ſe ipſum per ſuam ſubſtantiam intelligit, ſui imaginem ſubſtantialem produceret ſibi realiter, & intentionaliter ſimilem, quia tamen eius intellectio non poteſt eſſe forma ſubſtantialis, nam in creaturis operatio non eſt de illarum eſſentia, vnde ſemper ſunt capaces accidentium, imago, quam Angelus producit, ſe ipſum cognoſcendo, tantum eſt intentionalis, & forma accidentalis, neque participat eamdem naturam Angeli. Tertia verò perſona è cõtra quia per intellectum non procedit, ſed per voluntatẽ, quę ſequitur formam apprehenſam, non verò realem, & amor, qui eſt terminus, non repræſentat in ſe rem amatàm, ſed in illam tendit prout repræſentatur in intellectu: quamuis ſpiritus ſanctus ex vi ſuæ proceſſionis diuinæ eamdem naturam numero recipiat, non cenſetur procedere ſimilis formaliter, repræſentando eamdem naturam per modum imaginis ſubſtantialis: & ſic non procedit ſecundùm ſimilitudinem ſub ratione formali requiſita ad generationem diuinam, vt in ſecundo præſuppoſito oſtendi: hanc differentiam breuiori quidem verborum compendio tradidit D. Thom. 1. par. quæſt. 27. artic. 4. & exiſtimo illam ſignificaſſe antiquos theologos dum rationem aſſignantes, cum ſpiritus ſancti proceſſio non eſſet generatio, dixerunt Verbum eſſe filium, quia procedit per modum naturæ, ſpiritum, ſanctum non eſſe filium, quia procedit per modum voluntatis: intellexerunt enim verbum per modum naturæ procedere quia ex vi ſuæ naturæ correſpondere debet principio, illudque realiter, & intentionaliter repreſentare, quia ſola realis participatio eiuſdem naturæ, quam ſpiritui ſancto negare non poſſent, non erat ſufficiens, vt cenſeretur procedere per modum naturæ: ita Alenſ. 1. par. quæſt. 43. Bonau. in 1. diſt. 13. artic. 1. quæſt, 2. ad 1. Richard. ibidem artic. 1. quæſt. 3.

Conſubſtantiales, & coæquales, & coomnipotentes, & coæterni. Conſubſtantiales dicuntur perſonæ, id eſt vnius eiuſdemque ſubſtantiæ, & eſſentiæ, vt ſupra in hac notatione verbo *Vna eſſentia* declaraui, concinitque lex 5. cum recta l. 6. cum ſaluatorem & l. 9. Reddentes, C. de ſumm. Trinitat. Præterea dicuntur perſonæ coæquales, quia eamdem habent perfectionis menſuram, nempe infinitam. Contra hanc catholicam veritatem errores ſibi ad inuicem repugnantes prodierunt: primus filio ſimilitudinem conceſſit, vt eum patri coæqualem eſſe denegaret: huius meminit Nazianzen. tract. de fide, orat. 29. & Baſil. epiſtol. 28. ad finem: ſecundus fuit illorum, qui in eo ſenſu Patri ſimilem filium docebant, in quo vtrumque vnam eſſe perſonam aſſerebant: hunc errorem octauus Orientalium Canon teſte Hilario de ſynodis damnauit: tertius in quo fuit Eunomius & alij Ariani, nec ſimilem nec æqualem patri filium admiſit, vt refert Ambroſ. lib. 1. de fid. ad Gratian. cap. 4. Eſſe tamen omnes tres perſonas perfectiſſimè ſimiles & æquales prorſus, fides docet, & quidem de filij ſimilitudine, & æqualitate teſtatur Ioannes 14. vbi Chriſtus Dominus dixit Philippo patrem videre cupienti, *Philippe qui videt me, videt & patrem meum.* Item Paulus ad Philipenſ. 2. *qui enim in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*: de ſpiritus ſancti ſimilitudine & æqualitate ad patrem & filium ex eodem Paulo ad Galat. 4. *Miſit Deus ſpiritum filij ſui*, & 1. Corinth. 2. *quæ ſunt Dei nemo nouit niſi ſpiritus Dei*: item in eadem epiſtol. cap. 12. *omnia autem hæc operatur vnus, atque idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult*: plura loca ſacræ ſcripturæ, Conciliorum, & Patrum vide apud Didacũ de Montoya diſp. 54. de ęqualitate filij cum Patre & diſp. 66. agens de æqualitate ſpiritus ſancti ad vtrumque.

Probo primo ex D. Thom. 1. par. quæſt. 42. artic. 1. in corpore, perſonarum æqualitatem, 35.
quia ſecundum philoſophum 10. metaphiſ. text. 15. & ſeq. æquale dicitur quaſi per negationem maioris: at in perſonis diuinis, *nihil maius, aut minus: ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales*, vt habetur in ſymbol. Athanaſ. 2. ex Auguſtino lib. 3. contra Maximum cap. 7. vbi ſic ait, *Deus pater æqualem ſibi gignere filium aut non potuerit, aut noluerit: ſi non potuit infirmus: ſi noluit inuidus inuenitur.* Nam niſi omnipotens pater ſibi æqualem filium habere negligeret, per inuidiam, ex ſe degenerem naſci nõ pateretur. 3. Ne quis cum Eunomio dicat non eſſe ſimiles in quibus non eſt qualitas, neque eſſe æquales, in quibus non

eſt quantitas : iuxta Ariſtot. lib. 5. Metaph. A cap. 15. tex. 20. *Similia ſunt quorum qualitas vna : æqualia autem quorum quantitas vna.* Optimè oſtendit Baſilius lib. 1. contra Eunomium poſt medium de qua ſimilitudine, & æqualitate loquamur cum perſooas diuinas ſimiles & æquales confitemur. *Ego vero* inquit, *in hoc ipſo pono ſimilitudinem, quoniam ſicut pater ab omni compoſitione liber eſt, ita filius ſimplex omnino, & incompoſitus, & ſimilitudinem non formarum qualitatis identitate, ſed ipſa ſubſtantia perſpici arbitror : nam quibuſcumque forma, vel figura adiacet, iis identitate qualitatis ineſt formarum ſimilitudo : quæ verò ſine forma, & ſine figura natura eſt, reliquum eſt vt ſimilitudinem in ſubſtantia ipſa, & æqualitatem non in menſura magnitudinis, ſed identitate virtutis poſſideat.* B Vnde iam patet quam merito coæternæ ſint & omnipotentes perſonæ, quæ eamdem durationis menſuram, nempè æternitatem, eamdemque omoipotentiæ virtutem participant, vt ſtatim in notatione ſequenti ad initium oſtendam. De coæternitate filij agens D. Thom. 1. par. quęſt. 42. artic. 2. rationem affert, quæ ſpiritui ſancto ita conuenit, nam proceſſiones ad intra neceſſarię ſint, non liberæ, & à natura diuina ab æterno proueniant eamdem æternitatem perſonæ procedentes neceſſario participant.

3. Supereſt in hac reſolutionem gloſſæ hoc loco vetbo *coæterni* declarare : opponit enim ex ſymbolo Athanaſ. quod non dicantur tres æterni, ſed vous æternus : cum tamen in noſtro textu Pater & filius & ſpiritus ſãctus coæterni hominentur, reſpõdet eoim illic ſubſtantiuè, C hîc adiectiuè dictiones *æternus, & omnipotens* vſurpari, quod ita intellige, vt vera ſit ſolutio; quod in ſymbolo Athanaſij nomen *æternus*, & *omnipotens* ſupponebat pro illo ſubſtantiuo *Deus*, cui illa adiectiua applicabantur, & cũ Deus ſit nomen ſubſtantiuum, quod nequit in plurali dici, quia eius formale ſignificatum nempe diuinitas multiplicari non poteſt : ideo illa nomina adiectiua Deo applicata multiplicationem excludebant. At in noſtro textu adiectiua *coæternus, & coomnipotens* ſupponebant pro illo ſubſtantiuo *perſona* ad quod ſubſtantiuum referebantur, & cum ex ſupradictis perſonæ ſignificatum formale non ſit eſſentia, ſed ſubſiſtentia, hypoſtaſis, ſeu ſuppoſitalitas, quæ ſunt plures de quibus illa adiectiua dicuntur, D ideo eædem dictiones adiectiuæ æternus & omnipotens multiplicationẽ non reſpuunt, nam nomina adiectiua vt in plurali dicantur, ſolum requirunt multiplicationem ſuppoſitorum, verbi gratia, voa albedo in tribus lapidibus dicuntur tria alba non ita tamen in ſubſtantiuis, vna enim humanitas in tribus ſuppoſitis non dicuntur tres homioes, & ratio eſt quia adiectiuum ſignificat formam per modum adiacentis, ſeu potius adiacentiam formę aut ſuppoſitum ſub forma, vnde quando pluribus ſubiectis eadem forma adiacet, dantur plures adiacentię, ſeu vniones, ſeu plura ſuppoſita ſub forma, ideoque ſunt plura alba, nempe adiectiue, pluraque ſuppoſita alba, ſubſtantiuum verò verbi gratia homo ſiguificat de formali humanitatem, quæ ſi vna eſt non facit multiplicationem, ideoque non ſunt plures homines, ita D. Thom. 1. par. quęſt. 36. art. 4. io cotpor. & quæſt. 39. artic. 3. in corpor. Scot. in 1. diſt. 1. quæſt. 12. §. ad quæſtionem iſtam & cum ipſis vttaque ſchola.

17. Ex dictis in tota hac notatione colliges quinque eſſe in tota Trinitatę notiones, prima eſt innaſcibilitas, 2. paternitas, 3. filiatio, 4. ſpiratio actiua, 5. ſpiratio paſſiua. Notio verò eſt propria ratio cognoſcendi perſonam diuinam vt definit D. Thom. 1. part. quęſt. 32. artic. 3. prima igitur proprietas eſt negatiua : quatuor quæ ſequuntur relatiuæ, ex quibus ſolum tres ſunt perſonarum conſtitutiuæ, quia ſpiratio actiua cum prima & ſecunda perſona identificatur & vtramque iam conſtitutam ſupponit, nempe per paternitatem, & filiationem, & quamuis Gabriel pauciores, Scotus plures notiones agnouerint : communior tamen Theologorum ſententia, nec plures nec pauciores aſſignauit, ita D. Thom. 1. par. quęſt. 32. artic. 3. & 4. ibidem Caiet, Canarienſ. Molin. Valent. Vaſq. Tumel. Rip. Nazar. & reliqui illius ſectatores Bellarm. tom. 1. lib. 2. de Chriſto cap. 5. §. denique. Suar. lib. 5. de Trinitate. cap. 10. qui ex Antiquioribus referunt multo plures doctores.

De actionibus, & operibus ad extra, quæ à tota Trinitate proueniunt indiuiſim.

NOTATIO IIII.

1. V*Num vniuerſorum principium.* Poſtquam egit noſter textus de proceſſionibus perſooarum ad intra egreditur ad actiones, & opera Dei ad extra, & licet in proceſſionibus ad intra duo aſſignauerit principia; nempe patrem reſpectu filij, item Patrem & filium comparatione ſpiritus ſancti; vnum tantum operatiooum ad extra principium eſſe definit. Concinit l. 2. nullus C. de ſumma Trinitat. & l. 6. cum recta eodem tit. in illa Deum Patrem appellat Imperator, *ſummum rerum parentem*, in hac de filio ait *ex quo omnia, & per quem omnia*, idemque de ſpiritu ſancto ſentire intelligitur cum doceat totius Trinitatis vnam eamdemque Deitatem, & poteſtatem eſſe in l. cum recta citata; ſimiliter gloſſa 1. ciuilis ad eamdem Rub. ait, *cum omnia ab ipſa Trinitate procedant.* Pari paſſu Theologi cum D. Thom. peracta Trinitatis materia 1. par. quęſt. 43. incluſiue ſequenti quæſt. 44. de proceſſione creaturarum à Deo, & omnium entium, prima cauſa diſſetere ſolent.

Ex hoc textu confutatur Arianorum error aſſerentium filium ſine vlla cooperatione patris mundi fabricam condidiſſe, & creaturas vniuerſas creaſſe, ita referat Athanaſ. orat. 3. contra Arian. Auguſt. lib. vnico contra ſermon. Arian. cap. 3. Cyrill. Alexand. lib. 1. theſauri

Digitized by Google

1. theſauri cap. 1. pro his Arianis pugnabat ille philoſophus relatus in Concilio Niceno lib. 2. prope medium, aſſerebatque *inſtrumentum eſſe præparatum filium, vt per ipſum omnia crearet Deus*, cuius hæreſim ſuſcitauit Lutherus, qui in cap. primo Geneſ. Filium Patris Inſtrumentum appellauit, contra quos manifeſtum eſt Ioannis teſtimonium cap. 5. vbi Chriſtus Dominus certa quadam & repetita iusjurandi forma ſic ait. *Amen amen dico vobis: non poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit patem facientem: quæcumque enim ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit*, & quamuis aliqui patres crediderint in hoc loco Chriſtum Dominum de ſe ſecundum humanam naturam loqui, veriſimilius eſt de ipſa perſona Verbi eſſe hoc dictum intelligendum: primo quia ſimilia de Spiritu ſancto dicuntur. Ioann. 16. *non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet, loquetur*, hoc eſt vt exponit Didymus lib. 2. de Spiritu ſancto, *non ſine me; & ſine meo & patris arbitrio: quia inſeparabilis à mea, & patris eſt voluntate*. Secundo quia ad ſenſum noſtræ definitionis locum exponunt grauiſſimi, & antiquiſſimi patres Athanaſ. in diſp. contra Arrium habita in Concil. Nicæno colum. 3. dialogo 2. de ſancta Trinit. Marcellinus Papa epiſtola prima ad Salamonem Epiſcopum, Baſilius lib. 4. contra Eunom. Greg. Nycen. in epiſtol contra Appollinar. de imagin. vbi ait *vna, & ſimilis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti efficacitas, vna ſententia; quæcumque ſi quidem fecerit pater, indiuiſus cooperator eſt filius, & quæcumque fecerit filius, aut Spiritus ſanctus omnino cooperatur indiuiſo pater*: & ſimilia habent Cyrill. io Ioan. lib. 2. c. 135. Chriſoſt. ibidem homil. 37. poſt med. Damaſc. lib. 4. fidei cap. 19. Hilarius lib. 7. & 9. de Trinitat. Auguſtin. tract. 20. in Ioann. col. 3. & lib. 15. de Trinitat. cap. 14.

Idem confirmat ille verſiculus pſalm. 32. *verbo domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum*, quem Iuſtinus in expoſitione fidei de Trinitate hoc modo interpretatur. *Imo ne in mundi quidem opificio filij ſpiritusque operam à patre ſemouent diuina oracula. Id quod ex Dauide licet diſcere, verbo Domini*: & ſimiliter declarat Dauidis teſtimonium Epiphan. in Ancorato paulu poſt princip. & inde probationem aſſumit ad exponendum locum Geneſ. 1. *faciamus*, ponderans illud *faciamus* his verbis *Cum dicas faciamus, de filio ac ſancto Spiritu, vtique eum dicere, dixerim, ſic enim dicit ſcriptura, verbo Domini cæli firmati ſunt, &c.* eadem prorſus declaratione & probatione vſus eſt tom. 3. in ſerm. de Trinitat. poſt init. Denique prætermiſſis aliis Eſaiæ locum cap. 4. non tacebo, quem Iſidorus Hiſpalenſis lib. contra Iudæos ſiue de Natiuitate Domini ad Florentiam cap. 4. de Trinitatis indiuiſibili operatione pulchra ſimilitudine enarrauit. *Totam*, inquit, *Trinitatem in digitorum numerum comprehendens ſic prædicas Eſaias Quis menſus eſt pugillo aquas & cælum palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ. In tribus quippe digitis propheta trinam diuinæ omnipo-*

A *tentiæ æqualitatem ſub quadam myſterij lance librauit; & parilitate virtutis cooperationem potentiæ, & vnitatem ſubſtantiæ, quæ vna & eadem eſt, in Trinitate tribus digitis declarauit.* Eamdemque virtutis, & operationis identitatem ſub metaphora brachij, manus, & digiti oſtendit idem Iſidor. lib. 7. Etymolog. cap. 2. & 3. item lib. 2. de differentiis ſpiritual. cap. 5. & ex ſacra ſcriptura mutuatam eſſe hanc ſimilitudinem, & metaphoricam loquutionem docet Nicena Synodus lib. 2. 5. in lib. Iob. Athanaſ. in orat. 3. contra Arrian. ſect. 3. Baſil. lib. 5. aduerſus Eunom. Chriſoſtom. tom. 1. in pſalm. 107. Anaſt. Synaita lib. 1. de rectis fidei dogmat. Cyrill. Alex. lib. 3. theſaur. cap. 1. Ambroſ. lib. 3. de Spirit. ſancto cap. 2. 3. & 6. Leo ſermo- B ne 8. de natiu. ad finem.

Vnde iam ſe prodit prima ratio Theologica. Nam omnipotentia Dei eſt principium omnium creaturarum, & actionum ad extra: ſed hæc eſt attributum abſolutum, vt ſupra diximus, quod cum ſequatur vnitatem eſſentiæ, vnum, & idem eſt in tribus perſonis: ergo Dei actiones & opera ad extra ab vno principio indiuiſim promanant. Maiorem probat D. Thom. quæſt. 44. citata artic. 1. in corp. ratione quam Caietan. ibidem ait eſſe peripateticis, & Platonicis communem, quicquid eſt tale per participationem ab eo eſſe debet cui eſſentialiter conuenit eſſe tale: verbi gratia quia ferrum eſt ignitum, per participationem ab igne hoc habet; quia ignis per ſuam eſſentiam eſt talis; ſed ſolus Deus C eſt ſuum eſſe; ſeu habet eſſe neceſſarium & à ſe, reliqua verò omnia habent eſſe ab alio, quia non habent eſſe neceſſarium: ergo creaturæ neceſſario ſuum eſſe ab eo participant, qui eſt ſuum eſſe, ſeu cui eſſentialiter conuenit exiſtere, ſicut quoduis aliud prædicatum eſſentiale, & conſequenter ſolus Deus eſt principium neceſſarium reliquorum entium quæ à ſe non ſunt: in qua ratiune abſtrahit D. Thom. ab eſſe à Deo mediate, vel immediate: quod verò de facto Deus ſolus fuerit primum & proximum principium huius vniuerſi, & omnium creaturarum probauit D. Thom. quæſt. ſequenti artic. 5. & quæſt. 65. artic. 1. ſpeciatim de corporalibus, de quibus ſtatim dicemus; nunc adhuc aliquis quæret, quæ neceſſitas vrget, & quæ ratio, vt non D ſolum qua vnus ſed etiam qua Trinus indiuiſibili actione operaretur ad extra. Reſpondeo fide ductrice id demonſtrari. Primo quia Deus eſt agens intellectuale perfectiſſimè operans per intellectum, & voluntatem rerum omnium naturalium, ſicut artifex ſuo modo eſt artificialium, ſed artifex per verbom in intellectu conceptum, & per amorem ſuæ voluntatis ad aliquid relatum operatur: ergo Deus pater operatus eſt creaturam per ſuum verbum, quod eſt Deus filius, & per ſuum amorem, qui eſt Spiritus ſanctus, ita D. Thom. quęſt. 45. citata artic. 6. in corpore, & ante illum eadem ratiocinatione vſi ſunt Baſil. lib. 5. contra Eunom. prope medium, Auguſt. lib. 11. de Trinitat. cap. 24. poſt med. & lib. 2. de Geneſ. ad lit. cap.

6. Cyrillus lib. 3. theſau. cap. 1. poſt medium & alij. Secundo non ſolum non poteſt eſſe intellectio diuina ſine ſuo termino intrinſeco quod eſt verbum: ſed neque pater loqui poteſt, & imperare creaturis vt fiant, niſi verbo loquatur: rurſus amor diuinus non ſolum nequit eſſe ſine ſuo termino intrinſeco, qui eſt Spiritus ſanctus, ſed neque Deus poteſt eſſe completè & perfectè donator, niſi producendo Spiritum ſanctum, qui eſt perſonaliter donum, ergo vt Deus ſe creaturis communicet, & donet eſſe creaturis in rerum natura, vtramque perſonam neceſſario cum prima concurrere oportet per eamdem actionem, & conſequenter omnes tres vnum conſtituunt principium operandi ad extra.

5. *Creator viſibilium, & inuiſibilium, ſpiritualium, & corporalium.* Diuerſi ex hoc textu confutantur errores. Primus eſt illorum philoſophorum, qui lumine fidei deſtituti ex nihilo nil fieri poſſe crediderũt: vnde Ariſtotel. 1. Phyſic. text. 33. & 3. de cælo textu 35. deduxit mundum eſſe ab æterno, quem errorem Theologi cum D. Thom. 1. par. quæſt. 45. artic. 2. conuincunt, ex ſupra tradita ratione: nam ſi aliquid neceſſario præſupponitur ex quo Deus reliqua producerer, illud improducibile foret, & à Deo independens, atque adeo ex ſe eſſet contra rationem ſupra aſſignatam, quæ probat ſolum Deum eſſe neceſſarium principium rerum omnium. Secundus error eſt Simonis Magi, qui, vt ait Tertull. lib. de præſcript. cap. 46. primus ex Euangelio hæreticus hunc mundum viſibilem, & homines non à Deo, ſed ab Angelis factos fuiſſe dicebat, Angelos vero ex ſe ipſis, & ex muliere quadam circumlatrice, quam Helenam nominabat; & ſe Deum Patrem Filium & Spiritum ſanctum ſtultè iactabat, vt præter Tertullian. ſcribunt Irenæus lib. 1. aduerſus hæres. cap. 20. & 21. Epiphan. hæreſi 21. Theod. lib. 1. hæretic. fabularum cap. 3. Tertius error erit hæreſis Saturnili & ſectatorum, qui admittebant Deum fuiſſe Angelorum Creatorem, verum ex his Angelis ſeptem contra Dei voluntatem hunc mundum viſibilem condidiſſe, illiſque verbis vſos fuiſſe Geneſ. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*; Ita referunt Tertull. vbi ſupra & Theodor. cap. de Saturnilo Epiphan. hæreſ. 23. Irenæus lib. 1. cap. 22. Auguſtin. lib. de hæreſibus cap. 3. qui hunc hæreticum Saturninum vocat. Quartus error fuit illa Manichæorum hæreſis aſſerentium dari duo principia, & duos Deos, alterum bonorum, malorum alterum, vt not. 2. diximus, hunc enim mundum bonis & malis ſubſtãtijs permixtum eſſe dicebant; & vnum quodque eorum diuerſum habuiſſe auctorem, vt teſtantur Epiphan. hæreſi 66. Theod. citatus cap. vltimo. Theophil in cap. 6. Ioan. in princip. & Concil. Brachar. per plures Canones in quibus cum Manichæo ferè ſemper coniungit Priſcilianum, de quo ait Iſidorus lib. 8. Originum cap. 5. ex Gnoſticorum Manichæorum erroribus permixtum dogma compoſuiſſe in Hiſpania. Quintus eſt error Origenis, quem impugnat ſtatim poſt errorem Manichæorum Auguſt. lib. 11. de Ciuitat. à c. 23. Aſſerebat enim Deum non per ſe, nec ex primaria intentione creaturas viſibiles produxiſſe: ſed prius creaſſe animas, & ſpirituales creaturas, & occaſione peccati illarum corpora produxiſſe, vt in eis velut in ergaſtulis peccati commiſſi pœnas luerent. Ita Origen. lib. 1. penar. cap. 7. & 8. & lib. 2. cap. 8. & 9. & lib. 3. cap. 1. quem errorem in eo præter Auguſtin. citatum notarunt Sophron. in epiſt. approbata in ſexta ſynodo actione 11. & Anaſtaſ. Synai. lib. 11. Examer. vbi refert Methodium, qui variis ſacrę paginæ teſtimoniis hunc errorem confutauit.

Catholicam tamen textus veritatem docent Theologi cum Magiſtro in 2. diſt. 1. & D. Thom. 1. par. quęſt. 44. artic. 1. & 2. & quæſt. 45. art. 1. &. 9. & quęſt. 65. art. 1. Hugone Victorino lib. 1. de Sacram. par. 1. cap. 1. qui omnes de vera, & propria creatione exponunt verba Geneſ. 1. *In principio creauit Deus cælum, & terram.* Neque tergiuerſationi locum relinquit illa conſtantiſſimę matris exhortatio, quæ habetur 2. Machabæorum 7. *Peto nate, vt aſpicias ad cælum, & terram, & ad omnia, quæ in eis ſunt, & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus.* Proh quantum fidei diuinę lumen ſuperat naturalis philoſophię induſtriã; quippe quod fæminam philoſophorum & Theologorum fecerit Magiſtram. Idem probatur ex Eccleſiaſt. 18. *qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul*, & alijs locis: & vt textus indicaret per veram creationem hunc mundum viſibilem factum à Deo fuiſſe, addidit particulam *de nihilo* ibi, *vtramque de nihilo condidit creaturam.* Nam omnes Doctores definiunt creationem eſſe productionem alicuius ex nihilo, vt docet Vaſq. & alij Theologi cum D. Thom. 1. par. quæſt. 45. art. 1. Quod verò ſolus Deus hanc mundi fabricam & omnia quæ in vniuerſo ſunt, condiderit, paſſim in ſacra ſcriptura indicatur vbi ſoli Deo creatiu Cæli, & Terræ tribuitur: vnum tantum refero clariſſimum locum Eſec. 44. *Ego ſum Dominus faciens omnia, extendens cælos, ſolus ſtabiliens terram, & nullus mecum.* Ita etiam in omnibus ſymbolis & profeſſionibus fidei, quæ in Conciliis prætermittuntur declaratum eſt; ſpeciatim in Bracharenſi 1. cap. 13. idem docent patres citati, qui contra prædictos errores ſcripſerunt. Ratio verò eſt, quia ſicut creaturæ ſpirituales propter eſſe quod habent minimè neceſſarium omnino dependent à Deo, opportuit vt per productionem ex nihilo id eſt ex nullo eſſe actualis exiſtentiæ à Deo fierent; ita potuerunt fieri corporales, & viſibiles, nam hæ ante creationem erant ſub nihilo actualis eſſe, ſicut ſpirituales: imo ex ea parte, qua imperfectiores creaturæ ſunt, facilior erat earum creatio; & ſecundum totum eſſe de nouo eſſe cæperunt, ſicut creaturæ ſubſiſtentes, & ſpirituales: quod verò ſolus Deus ad earum creationem concurrerit ex ſacris literis, Conciliis, & patribus conſtat, ratione naturalis

turali verò oſtendi non poteſt. Nam cum ſaltem, vt inſtrumentum aſſumi poſſit à Deo creatura ad producendas aliquas res viſibiles ex nihilo, vt boni philoſophi docent, & tenet Suar. in Metaphyſ. diſp. 20. ſect. 3. quod de facto Deus in vniuerſi fabrica non fuerit vſus conſortio creaturæ, vt concauſæ, inſtrumentalis ratione naturali demonſtrari non valet, quamuis enim Deus tali inſtrumento non indigeat, neque creatura ſit ex natura ſua inſtrumentum ad id deſtinatum; poterat tamen Deus illam ſuper naturā ſuam eleuare, & conſortio ſuæ actionis pariter cum illa mundum creare: ſicut magiſter qui pueri manum tenens calamo characteres delineare docet, & ſcripturam pariter exarat, neceſſario igitur ad ſacras literas & Conciliorum definitiones nobis recurrendum eſt in locis citatis.

5. *Ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam.* Creationem prædictam vniuerſi non ab æterno fuiſſe immo nullam ſpiritualem, vel corporalem ex æternitate cępiſſe definit: ita oſtenditur 1. ex Paulo ad Epheſ. 1. *elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem* Item Ioann. 17. *Clarifica me tu pater claritate quam habui priuſquam mundus eſſet apud te* & Prouerbior. 8. *Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum antequam quicquam faceret à principio.* Secundo ex ſynodo 6. act. 11. & patrum communi conſenſu ad illud Geneſ. 1. *In principio creauit Deus Cælum & terram.* Vnde D. Hilar. in pſalm. 148. ait in creatis nihil æternum admitti, & hinc colligunt patres verbum non eſſe creaturam. Baſil. lib. 2. contra Eunom. Athan. lib. de decret. Nicænæ ſynodi. Damaſc. lib. 1. de fide cap. 8. eo quod nulla creatura eſt ab æterno, ſicut eſt verbum, quod *erat in principio apud Deum, & omnia per ipſum facta ſunt.* Verum naturali ratione demonſtrari non poteſt creaturas omnes in tempore à Deo conditas: quia ſaltem aliquas ab æterno potuiſſe creari docent optimi philoſophi & Theologi, vt videre eſt apud Suar. in Metaphiſ. diſput. 20. ſect. vltima. Vaſq. 1. par. diſput. 117. cap. 1. Daniel. Malon. in 2. diſt. 1. diſp. 7. aſſert. 2. & 3. ideoque D. Thom. 1. par. quæſt. 46. artic. 2. ait *Mundum non ſemper fuiſſe ſola fide tenetur & demonſtratiue probari non poteſt.* Nam nouitas eſſendi in mundo neque ex parte ipſius, neque ex parte Dei producentis demonſtrationem recipit: non ex parte mundi, quia demonſtratio requirit materiam neceſſariam, at mundum incipere hic, & nunc, illi contingenter accidit non neceſſario: id enim pendebat ex libera Dei voluntate per quam mundum non neceſſario, ſed libere produxit: non ex parte ipſius. Dei, quia voluntas Dei libera nequit ratione inueſtigari.

6. Non deſunt tamen optimæ congruentiæ, quæ tam ex parte Dei, quam ex parte creaturarum oſtendant magis eſſe rationi conſentaneum omnes res creatas in tempore à Deo procreari. Ex parte Dei quia hinc manifeſtior oſtenditur creaturarum dependentia à prima cauſa, neceſſitaſque influxus diuini vt in hanc lucem prodirent, quam ſi ab æterno

A eſſent. Præterea euidentius intelligimus Deum non neceſſario, ſed libere illas produxiſſe, neque ob ſuum commodum, ſed ſola illis benefaciendi voluntate ſe communicaſſe. Qui enim ab æternitate ſibi ſufficiens ſumma fœlicitate abſque creaturarum miniſterio fruebatur, ſolo beneficentiæ ſuę arbitrio in ipſarum vtilitatem in tempore creaturarum opificio animū appulit: ex parte etiam creaturarū hoc magis conſentaneum fuit earū naturis: Etenim omnis ſubſtantia creata vel eſt corruptibilis, vel ſaltem mutabilis, ſiue ſecundum aliquam qualitatem perfectiuam, ſiue ſecundum locum, ſiue per actum immanentem, ſiue per impulſum, vel motum tran-

B ſeuntem ſuæ ſubſtantiæ, ab altera impreſſum: ſed ſtatus æternitatis neceſſariò ſecum defert immutabilitatem per tempus infinitum, ergo minus conſentaneum eſt naturis rerum creatarum ab æterno fieri. Minor probatur, nam ſubſtantia, quæ ab æterno crearetur neceſſario deberet permanere cum iis actibus immanentibus, & in eo loco in quo creata fuiſſet per durationem infinitam, à parte antea, ſin minus rogo, ſi non ita manſit ſed poſt certam & finitam durationem mutata eſt quoad actus internos, vel quoad externum locum, ſequitur non fuiſſe creatam ab æterno, quod probo. Nam illa mutatio non incæpit ab æterno; quia ante illam creata eſt ſubſtantia, & ante æternitatem nulla eſt duratio: ſed illa duratio, quæ præceſſit mutationem eſt finita,

C vt dicitur, ergo coniuncta cum illa, quæ cum ſubſtantiæ mutatione incepit, non faciet infinitam, neque æternam, quia ex duabus finitis durationibus fieri non poteſt vna infinita: mitto alias rationes, quibus probant præſtantiores philoſophi mundum quoad generationes, vel motus ſucceſſiuos non potuiſſe fieri ab æterno, quod latè oſtendit Suar. de opere ſex dierum lib. 1. cap. 2. num. 9. & ſequent.

Idem ab externis ſignis, ac teſtimoniis deducitur manifeſtè, nam præter noſtræ fi- 7.
dei auctoritatem & credibilitatis ſigna, quæ mundi, & rerum creatarum initiū produnt: antiqui philoſophi teſte Ariſtotele lib. 1. de cælo c. 10. text. 102. ita vulgo iactabant, & hunc eſſe communem infidelium conſenſum ex humanis hiſtoriis coniectamur, quarum

D nulla antiquitatis meminit ante ſex annorum millia præeuntis; nullaque rerum humanarum, aut mundi veſtigia ante prædicta ſæcula apparent, etenim Moyſis hiſtoria non excedit hoc anno, quo hæc ſcribo annorum ſummam 5713. quia iuxta computationem Genebr. Saliani & aliorum ab exordio mundi vſque ad Natiuitatem Chriſti tranſierunt an. 4086. à natiuitate verò Domini hucuſque 1627. numerantur, qui ſimul cùm illis ſummam 5713. conficiunt, & quamuis Moyſis hyſtoriam omnium antiquiſſimam eſſe dicat Suar. vbi ſupra num. 22. cum Ioſeph. Clemen. Alexand. Iuſtin. Tertullian. Euſebio, & Auguſt. quos refert; ſi tamen Sinuarum annalibus danda eſt fides, illorum ſacra hiſtoria, & ſcriptura, quam Sinicam vocant, conſiderata annorum computatione, & ini-

tio materialis ſpheræ & aſtrologiæ, quæ apud ipſos Sinas viget, ſcripta fuit tempore Abrahami pluſquam quingentis annis, priuſquam Moyſes ſacram hyſtoriam ſcripſiſſet. Ita accepi ex informatione ſcripta, quam multis cum libris Sinarum figuris ſcriptis ſummo Pontifici Vrbano Domino noſtro obtulit Pater Sebaſtianus Viyra noſtræ ſocietatis hoc anno è Iapone procurator Romam veniens à prouinciali congregatione miſſus, qui viginti annos continuos apud Iapones, & Sinis commoratus Sinarum, & Iaponum linguam, ſcientiam, mores, ac ritus apprimè didicit. Vnde efficax deſumitur è profanis teſtimonium, quo infideles ipſi noſtras ſacras literas de prima mundi molitione ſuis tabulis conuicti recipiant. Nam cum Sinarum hiſtotia narret nouem capita centum, & quadraginta familiis ad habitandam illam regionem perrexiſſe ſecundum ſuam computationem aliquot annis poſtquam contigit, apud Babelis turrim linguarum confuſio, & toto terrarum orbe illarum gentium diſperſio, neque apud illos antiquitatis obſeruantiſſimos, alia antiquior memoria aſſeruetur, & ab eo tantum tempore ſolis, & planetarum curſus obſeruetur, & materialem habeant ſpheram, ſequitur etiam ſecundùm antiquiſſimam hiſtoriam Sinarum ſacras literas de prima orbis molitione ante ſex annorum millia confirmari. Verùm hoc argumentum aliis de reliquo contra atheiſmum diſputantibus.

7. *Condidit Creaturam ſpiritualem, & corporalem: angelicam videlicet & mundanam: ac deinde mundanam quaſi communem ex corpore & ſpiritu conſtitutam.* Tria creaturarum genera in hac rerum omnium vniuerſitate à Deo condita intellige. Primum Angelorum qui ſecundum totam ſuæ naturæ integritatem ſubſtantię ſunt ſimplices, & omnino ſpirituales. Secundum reliquorum corporum ſiue cæleſtium, ſiue inferiorum tam ſimplicium elementorum, quam mixtorum: ſiue non viuentium, ſiue etiam vitam habentium, infra hominem; omnes enim hæc creaturæ ſecundùm ſuam totam ſubſtantiam materiales ſunt: ſicut Angeli ſoli ſunt ſpirituales; quibus contra poſuit mundanam creaturam, quæ nulla parte ſui cum illis communicat. Tertium vtrumque participat extremum & ex ſpirituali animo, & corpore materiali, & organico, in vnum hominem coaleſcit, Quod attinet ad primum de quo ſola eſſe poteſt difficultas, nam reliqua vel manu tangimus, vel oculis perſpicimus, ſeu ratiocinando coniectamur: ſane Angelos eſſe non modo ſacra ſcriptura, quæ paſſim illorum meminit: item ſancti Patres, & ſcholaſtici Doctores, ſed etiam antiqui philoſophi Mercurius Triſmegiſtus, Orpheus, Homerus, Empedocles, Heſiodus, Thales Mileſius, Plato, & Ariſtoteles affirmarunt; quorum teſtimonia commentatores D. Thom. 1. p. quæſt. 50. artic. 1. proferunt, ſpeciatim Stephanus Bubalus præ reliquis eruditus hac in re examinauit philoſophorum placita ad artic. 1. citatum quæſito 1. difficultate 2.

A Immo id etiam naturalis ratio ſuadet ex vniformi cæleſtium ſpherarum, errantiumque ſine errore ſyderum motu: item ex aliis effectibus: præſertim illis, qui ex Magia, quæ dæmoniaca dicitur frequenter occurrunt, qualis eſt in energumenis, ſeu arreptitiis diuerſarum linguarum loquutio, quas numquam didicerunt, Idolorum reſponſa, aliæque complures præſtigiæ, qua non niſi à malis Angelis poſſunt prouenire, vt D. Thom. 3. contra Gentes cap. 23. & quæſt. 6. de potentia artic. 10. deducit.

Maius dubium eſt an noſter textus definiat hos Angelos omnino ſpirituales eſſe, & nullo etiam ſubtili ſeu aerio corpore conſtare: contra id quod multi ex catholicis doctoribus tradiderunt quando hæc veritas non ita di- 8.
B ſcuſſa erat: Ex illis verò qui corpoream molem Angelis tribuunt aliqui eos ideò faciunt omnino corporeos, quia nihil omnino ſpirituale agnoſcunt; in quo errore fuerunt multi ex antiquis Philoſophis vt refert Ariſtoteles lib. 1. phyſic. & metaph. per multa capita, & lib. 4. phiſic. text. 52. & 67. item D. Thom. opuſc. 15. cap. 1. idem tenuerunt Saducæi vt teſtantur Chryſoſtom. Oecumen. Theophil. Liran. Carthuſ. & alij. Actorum. 23. verſic 8. ſed hi potius angelos negabant, quam corporeos eſſe aſſerebant, vt ex loco ſacræ paginæ conſtat ibi *Saducæi enim dicunt non eſſe reſurrectionem, neque Angelum neque ſpiritum*: Eumdem errorem tribuit Tertulliano Iſidor. lib. 8. Etymolog. cap. 5. ſu-
C miturque ex lib. de carne Chriſti cap. 6. nec mirum, quia idem Tertullian. non modo Angelos, & animas hominum, ſed etiam Deum fecit corporeum, vt de illo aſſeruit Auguſtin. lib. 10. de Geneſ. ad liter, cap. penult. & vltimo & epiſtol. 158. ad Optatum. Speciatim in Angelis corpoream molem agnoſcere videntur Hilar. cap. 5. in Matth. Elias in oration. 1. Nazianz. §. nihil enim mihi. Caſſian. collat. 7. cap. 13. Senior Machar. homil. 4. tom. 4. Biblioth. qui nihil creatum omnino eſſe crediderunt ideoque Angelos & animas ſubtiliores eſſe ſubſtantias aſtruebant. Alij verò Patres & ſcholaſtici Doctores ſi non omnino corporeos angelos eſſe dixerunt, ſaltem eorum eſſentiam ſubtili quadam materia conſtare affirmarunt,
D eoſque compoſitos ex forma ſpirituali, & materia tenui, ac aërea agnoſcebant: ita tribui ſolet Origen. Cæſari. Baſil. Athanaſ. Method. Auguſtin. Bernar. Rupert. Claudian. Eugubin. Niphar. Franciſco Gregor. Caiet. Item illis omnibus, qui locum Geneſ. 6. *Videntes Filij Dei filias hominum* de Angelis exponunt, vt ſunt Lactant. Ambroſ. Irenę. Ioſeph. Iuſtin. Clemen. Alexand. Euſeb. Cęſar. & alij quos referunt partim Suar. de Angelis lib. 1. cap. 6. partim Vaſq. 1. par. diſp. 178. cap. 2. quamuis hos maiori ex parte ab hoc errore vendicare iure contendat Stephan. Bubal. ad art. 1. citatum quæſt. 5. difficult. 1. §. 3. & ſeq.

Cæterum nunc iam indubitatum eſt angelos ſubſtantias eſſe omnino incorporeas, ne- 9.
que vllam etiam ſubtilioris materię compo-

Digitized by Google

ſitionem admittere, ſed totos ſpirituales eſſe propter communem conſenſum Eccleſię, Parrum & theologorum, in ſacris literis fundatum. Nam boni Angeli, qui Deo aſſiſtunt Apocalip. 1. ſpiritus dicuntur, & cap. 5. ſeptem ſpiritus dicuntur miſſi in omnem terram, vnde ad Hebræos 1. dicitur *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi*. Item mali Angeli Matth. 10. verſ. 1. ſpiritus immundi nominantur & apud Lucam ſimiliter ſpiritus vocantur cap. 10. verſ. 20. *ſpiritus vobis ſubyciuntur* & cap. 11. verſ. 26. *aſſumit ſeptem alio ſpiritus nequiores ſe*. Quod verò ſpiritus rem incorpoream ſignificet patet ex loco Actorum 23. citato, etenim Saducæi Angelum & animam negabant, quia creaturam incorpoream non agnoſcebant. Item ex Ioannis 4. *ſpiritus eſt Deus* & Iacobi 2. in fine *corpus ſine ſpiritu mortuum eſt*: ſicut ergo Deus & anima noſtra ſpiritus vocantur quia nihil materiale, & corporeum etiam ſubtiliſſimum admittunt, ita Angelus non anima, ſed ſimpliciter ſpiritus dicitur in ſacris literis quod obſeruauit Auguſtinus lib. 1. retract. cap. 10. & 16. & lib. 2. cap. 14. non tamen ſatis conſtat inter recentiores, vtrum, qui oppoſitum aſſereret aliquam cenſuram incurreret; quoniam D. Thom. in primis diuerſo modo loquentem reperio: nam q. 16. de malo art. 1. in corpore ad initium ait, *ſiue Demones habeant corpora ſibi naturaliter vnita, ſiue non, hoc non multum refert ad fidei Chriſtianæ Doctrinam*. At quæſt. 6. de potentia artic. 6. in corpore paulo ante finem oppoſitum ſentire videtur dum dicit. *In hoc cerruſſimè à doctrina tam Platonis, quam Ariſtotelis, doctrina fidei diſcordat: quod ponimus multas ſubſtantias penitus corporibus non vnitas, plures, quam aliquis eorum*, vbi de Agelis illi ſermo erat & illos incorporeos multis rationibus confirmauerat: cum ergo hanc fidei doctrinam appellet, certum videtur iuxta illius mentem contra doctrinam fidei ſentire qui oppoſitum affirmaret. Denique in art. 1. citato quæſt. 50. 1. par. ita reſoluit Angelos eſſe Incorporeos, vt non tamquam ex fide certum doceat, neque Concilium Lateranenſe in noſtra decretali allegat, quam ignorare non potuit, cum illam opuſc. 23. commentariis ſuis illuſtrarit.

Hinc eſt quod prima ſententia quam tenent recentiores maiori ex parte ad citatum artic. 1. docet ſine temeritatis nota iam nunc defendi non poſſe angelos eſſe corporeos: non audent tamen id tamquam hæreticum, vel erroneum damnare: ita Mol. ad illum artic. 1. Vaſq. diſp. 178. cap. 2. Suar. lib. 1. de Angel. cap. 6. n. 10. Iacob. Granad. diſp. 1. §. dicendum in fin. Annibal. diſp. 348. cap. 2. §. contraria ſententia: ratio eorum eſt quia inſtitutum Concil. in hoc textu non fuit definire Angelos eſſe ſpirituales: ſed docere Deum eſſe omnium creatorem; & deinde enumerando ea; quæ à Deo creata ſunt, certiorem ſententiam protuliſſe de ſpiritualitate Angelorum, & animarum quin hoc vellet definire tamquam de fide certum, quamobrem Bartolom. Carranza in annotat. ad 7. ſynodum act. 5. aſſerit hanc controuerſiam nondum Eccleſiæ cenſura eſſe determinatam; idem tenet Sixtus Senenſ. lib. 5. Bibliot. annotat. 8. Cano. lib. 5. de locis cap. 5. quæſt. 4. in fine. Secunda ſententia vlterius procedit. Nam Delrius lib. 4. diſquiſit. magic. cap. 4. quæſt. 5. lect. 5. ait ſententiam aſſerentem angelos eſſe corporeos erroneam eſſe, vel ſaltem prorſus temerariam: & idem ferè docuit Valent. diſp. 4. quæſt. 2. punct. 1. §. ſi quis autem. Tandem 3. opinio eſt abſolutè aſſerentium eſſe errorem dicere Angelos eſſe corporeos & contra definitionem Concilij Lateranenſis. Ita Cumel. 1. part. quæſt. 51. artic. 1. concluſ. 1. in fin. Tolet. de anim. poſt. quæſt. 4. proœmialem propoſ. 5. vbi ait parum cautè putare nonnullos verba Concilij poſſe effugere: item Stephan. Bubal. citato loco num. 10. Curſus Conimb. de anima ſeparata diſput. 1. artic. 5. qui exiſtimat in eod Concilio definiri animam noſtram eſſe ſpiritualem, quod etiam indicat Suar. cum diſp. 13. Metaph. ſect. 14. num. 10. ait eſſe à fide alienum dicere animam noſtram componi ex materia: quid ergo dicendum ſit in hac opinionum varietate, ſequenti propoſitione exponam.

Etiamſi propter auctoritatem recentiorum pro prima opinione poſſit excuſari ab hæreſi, ſeu errore in fide, qui in illa eſſet ſenteotia, & conſequenter pænas ob hæreſim non incurrere tamen conſideratis verbis contextus in toto hoc capite tertiam opinionem iudico probabiliorem. Prima pars patet, quia authores pro prima ſententia adducti aliter interpretantes textum opinionẽ faciunt probabilem: qua poſita non eſſet quaſi hæreticus damnandus, qui pertinaciter Angelos corporeos faceret. Secundam Confirmo, primò quia textus proponit nobis res fide diuina credendas eodem modo incipiens, *firmiter credimus & ſimpliciter confitemur*: ſed in iis quæ docet de Deo vno & Trino eiuſque attributis abſolutis, ac proprietatibus relatiuis, certiſſimum eſt, continere fidei definitionem: ergo in iis, quæ ſtatim addit Deum eſſe vnicum principium, qui *vtramque de nihilo condidit creaturam ſpiritualem, & corporalem, angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam, quaſi communem ex ſpiritu & corpore* eodem modo credendum proponit, ſicut propoſuerat. *Pater generans, filius naſcens*, & reliqua. Secundo quia quæ ſequuntur, de Incarnatione, vita, morte, & paſſione Chriſti Seruatoris, item de ſacramentis definitionem continent, vt omnes fatentur: quomodo igitur potuit Concilium intermittere in hac confeſſione fidei aliqua, quæ ſine definitione relinqueret, quin explicaret? Tertio D. Thom. illo opuſc. 33, exponens hanc decretalem, ait in illa confutari illorum errorem, qui animam noſtram ſpiritum eſſe negabant: ergo cum eodem modo dicatur ſubſtantia angelica ſpiritualis, etiam hoc ſub eadem definitione cadit, & forſitan D. Thom. de Angelis hoc ſpeciatim non declarauit, quia idem de illis dicendum conſequenter crediderat quod de anima aſſerebat. Vnde

In illo loco ſupra citato, in quo ait, non pertinere ad doctrinam fidei quod Dæmones habeant corpora ſibi naturaliter vnita, intelligendus eſt de corporibus, cum quibus vniantur per accidens; vnione quidem accidentali, ſed non per ſe, neque ſpectante ad conſtitutionem ſubſtantiæ Angelicæ, ſicut multi Theologi docent Dæmones materiali igni alligari ad eorum torturam: item ſicut alij dicunt, Angelos bonos, & malos eſſe in loco per vnionem ad corpora, & cum naturaliter in loco ſint, naturalis, erit hæc vnio, quæ ſanè ad fidei definitionem non attinent.

10. Oppones dictum Ioannis Epiſcopi Theſalon. in 2. ſynod. Nicena, & vniuerſali. 7. actione 5. vbi ait Angelos, & animas noſtras non eſſe omnino corporis expertes, & inuiſibiles; verum tenui corpore præditos, aëreo, ſiue igneo; quod probat ex pſalm. 103. qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem. Reſp. non omnia quæ dixit prædictus Epiſcopus approbaſſe ſanctã ſynodum, ſed ſolum illum epilogum à Tharaſio Patriarcha propoſitum Patribus; videlicet. *Oſtendit autem Pater quod & Angelos depingere oporteat quando circumſcribi poſſunt, & vt homines apparuerunt, ſancta ſynodus dixit, etiam Domine.* Itaque Concilium non curauit alia falſa, quæ Ioannes permiſcuit; & Tharaſius non repetiuit, neque propoſuit; ſed ſolum id, de quo erat controuerſia, nempe de pingendis imaginibus angelorum, eo quod pictura circumſcribi poſſent eo modo, quo ſub humana figura apparuerunt, & hæc eſt melior ſolutio, quam aliæ, quæ à recentioribus afferuntur, & ab Stephano Bubalo loco citato merito reijciuntur, ſicut & aliæ declarationes noſtri textus illi minus conſentaneæ.

11. Rogabis an eadem certitudine conſtet Angelos pariter creatos eſſe cum cælo, terra, & reliquis elementis: prima ſententia eſt Ferrarienſ. 2. contra Gentes cap. 83. §. ſed circa hoc, qui aſſerit opinionem dicentem angelos creatos eſſe ante mundum, damnatam eſſe in noſtro textu ibi, *qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis de nihilo condidit creaturam ſpiritualem, & corporalem, angelicam videlicet & mundanam*: & ad hanc ſententiam reducere conatur D. Thomam penitus renitentem, vt ſtatim dicam; idem tenet Cornel. ad cap. 1. Geneſis verſ. 1. §. quæres vbi, credens id definiri in noſtro textu: quod etiam docet Guilicl. Eſtius ibidem. Salian. in apparatu ad annales cap. 7. num. 4. Secunda ſententia docet eadem certitudine tenendum Angelos ſimul cum cæleſtibus ſphæris, & elementis creatos fuiſſe, atque ſupradictum eſt angelos eſſe incorporeos: vnde illi authores qui oppoſitum temeritatis nota damnarunt in illa quæſtione de ſpiritualitate angelorum, idem dicunt de ſimultanea creatione cum hac mundi fabrica inferiori, & ſuperiori: nempe temerarium fore, qui angelos ante mundum creatos eſſe affirmarit. Ita Molin. 1. par. q. 61. art. 3. §. verum cum. Item Suarius de Angelis lib. 1. cap. 3. num. 15. ſecutus Valentiam & Bannes alioſque recentiores ad citatum articulum tertium. Tertia opinio aſſerit multo probabilius eſſe Angelos ſimul cum mundo creatos fuiſſe, oppoſitum tamen aſſerentem nulla eſſe cenſura dignum. Ita D. Thom. art. 3. proxime citato vbi ait, *quamuis contrarium non ſit erroneum, præcipuè propter auctoritatem Nazianzeni cuius tanta eſt auctoritas, vt nullus vnquam eius dictis calumniam inferre præſumpſerit, ſicut, neque Athanaſii, vt Hieronimus inquit.* Caietan. ibidem. Sixtus ſenenſis lib. 5. Biblioth. annotat. 5. Vaſq. 1. par. diſp. 224. per totam, præſertim per cap. 4. & 5. quem, neſcio quo iure dicat Suar. citatus n. 12. exiſtimaſſe non potuiſſe Eccleſiam hanc ſententiam definire, cum ad initium cap. 4. contrarium dicat, & ſolum cap. 2. & 3. oſtendat non habuiſſe Concilium Lateranenſe, fundamentum ſufficiens in ſacra ſcriptura, prout à patribus exponitur, neque in eorundem Patrum expoſitione, ad hoc vt coniectemur de facto definitionem hanc tradidiſſe in præſenti textu verbis adeo ambiguis & in alio ſenſu explicandis: idem docet Arrubal. in annotat. quæſtion. 61. concluſ. 2. Iacob. Granad. controuerſ. 7. general. tract. 10. numero 10.

Hanc tertiam ſententiam iudico probabiliorem. Prima illius pars ſuadetur primo, quia ſunt aliqua loca ſacræ ſcripturæ, quæ ſecundum magis receptam expoſitionem Patrum indicant angelos ſimul cum cælo & terra creatos eſſe: primus eſt ex mente Auguſtin. 11. de Ciuit. Dei cap. 6. ille locus Geneſ. 1. *In principio creauit Deus Cælum & terram. In principio* enim ſignificat creationis initium: quare cum Angeli creati ſint, maxime veriſimile eſt eorum creationem non præteriiſſe Moyſen, ſed cum cæli creatione eam coniunxiſſe, quod non obſcurè ſignificauit Dauid pſalm. 148. vbi cum cæleſtia ad Dei laudem prouocaret, *Laudate Dominum de Cælis.* ſtatim indicat quid Cælorum nomine intelligendum ſit. *Laudate Dominum omnes Angeli eius, Laudate Deum, omnes Virtutes eius, Laudate eum Sol & Luna*, & rationem addit, *quia ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt*, quaſi diceret, quia omnia hæc ſimul Dei verbo & imperio fuerunt procreata: ita præter Auguſtin. locum Geneſ. exponit Procop. in præfat. in Geneſ. & alij ex antiq. Patribus quos refert Lipoman. Geneſ. 1. quibus adde Pererium, Emanuelem & Delrio ibidem. Secundus locus eſt Eccleſiaſt. 18. *qui viuit in æternum creauit omnia ſimul*, id eſt, tam ſpiritualia, quam corporalia, cælos nimirum & elementa. Ita D. Aug. lib. 4. de Geneſ. ad lit. c. 33. & 34. Greg. 32. Moral. c. 9. D. Thom. 1. p. q. 74. art. 2. ad 2. Secundo probatur; quia multo communior eſt expoſitio noſtri textus, quæ illam particulam *ſimul* declarat de ſimultate creationis angelicæ ſubſtantiæ & mundanæ. Tertio quia optimæ ſunt ad hoc probandum congruentię: vnam aſſignat D. Thom. à priori artic. 3. alteram Alenſ. 2. par. quæſtio 19. memb. 3. artic. 1. prima deſumitur ex perfectione artificis, qui hoc vniuerſum condidit per modum 12.

Digitized by Google

dum vnius arte facti, quod vt perfectum eſſet tum ſpiritualibus, tum corporalibus ſubſtantiis conſtare deberet, ideoque non produxit Deus vnam partem ante aliam. Poſterior ex caſu Angelorum accipitur. Nam Angeli peccauerunt poſt creationem Cæli, & elementorum, è Cælo enim ceciderunt. Eſaiæ cap. 14. Lucæ 10. vt exponit Hieronym. lib. 6. In Eſai. & eſt communis Patrum expoſitio quod Deus *eos rudentibus inferni detractos in Tartarum tradidit cruciandos* vt dicitur 2. Petr. cap. 2. *igneque æterno comburendos: qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius* Matth. 25. ſed mali Angeli poſt paruam ſuæ creationis morulam peccarunt, vt eſt communis Theologorum ſententia, ergo non ante mundum creati ſunt.

13. Secunda pars noſtræ aſſertionis oſtenditur primò, quia loca ſcripturæ, quæ adducuntur, alios etiam ſenſus admittunt probabiles, & à patribus receptos; nam ille locus Geneſ. 1. quantum ad particulam *in principio*, declaratur, id eſt, in filio; vel vt denotet non initium creandi, ſed principium temporis, quod in motu corporeo conſiſtit; denotatque inceptionem durationis, non quamcumque, ſed inceptionem rerum corporalium, de quarum creatione ſolum expreſſa mentio fit. Vnde ille etiam Dauidis verſiculus non vrget; quia ad illius germanum ſenſum retinendum ſatis eſt quod illæ creaturæ quas ad Dei laudes inuitat, à Deo creatæ ſint, & ad conditoris honorem & gloriam tamquam ad vltimum & præcipuum illarum finem ordinentur. Alter locus Eccleſiaſt. in illa particula *ſimul* ſi credimus Ianſenio ex græco illam interpretante, non denotat, ſimultatem temporis, ſed paritatem, collectionem, ſeu communitatem rerum, & idem eſt ac pariter, ſeu communiter, quia in ſacra ſcriptura ſæpe in hoc ſenſu exponitur: pſalm. 13. *omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt*, & pſalm. 48. *ſimul inſipiens & ſtultus peribunt*, & ita declarari poſſe ſine aliqua temeritate textum noſtrum docent Vaſq. Granad. & alij pro tertia ſententia citati, quamuis non negent multo probabiliorem eſſe alterum ſenſum, quem Gloſſa & Doctores communiter ſequuntur. Verbo *ſimul* cum hæc particula ſit copulatiua & denotet vnitatem eorum, quæ congregat per text. in cap. 1. de conſuetud. in 6. Pariſ. conſil. 79. numero 20. volumine. 3. Bald. in lib. 1. §. Is itaquè, colum. 1. C. de caducitat. tollend. Roland. conſil. 61. numero 14. tom. 3. Secondo, quia vel auctores 2. ſententiæ dicunt ea loca ſcripturæ, & Concil. in noſtro textu admittere poſſe alteram interpretationem quamuis minus probabilem; vel non: ſi hoc ſecundum, non dicant tantum temerarium, ſed erroneum eſſe, & hæreticum, oppoſitum aſſerere: ſi quidem in ſcriptura, & Concilio generali definitum eſt: ſi primum, non video cur temeritatis nota contraria ſententia damnetur, quam tot tantæquè auctoritatis

A patres tenuerunt Baſil. Anaſtaſ. Synacta, Nazianz. Nicetas, Damaſc. Moſes Epiſc. Syrus, Clemens Roman. Ambroſ. Hilar. Hieronym. Caſſiam. Iſidorus, quos refert Suarius lib. 1. de Angelis cap. 3. neque ob id eos vnquam damnari vidimus ab iis, qui oppoſitum aſſerebant. Imo D. Auguſtin. lib. 11. de ciuitat. cap. 32. de hoc puncto loquens ait, *non è contrario referam contentionem*, & idem repetit aliis in locis citatis à Suar. vbi ſupra, numero ſeptimo: clarius in lib. de Incarnat. cap. 6. *quando iſti* (de Angelis ſermo erat) *creati ſint, vel quales aut quomodo ſint, non ſatis in manifeſto diſtinguitur.* Denique D. Thom. non ſolum non damnauit oppoſitam ſententiam, vt ſupra diximus, referentes illius verba; ſed expo-
B nens noſtram decretalem ſolum dixit Concilium in illa particula *ſimul* ſolum intendiſſe errorem Origenis à nobis ſupra relatum damnare. Neque obſtat quod Origen. erroris in Concil. 5. Conſtantinopol. fuerit damnatus, cuius Canones refert Nicephoras lib. 17. hiſtor. cap. 27. Nam iterum à Lateranenſi; vt integrum Symbolum præmitteret, potuit damnari: etenim nouum non eſt errores in Conciliis ſequentibus refutari, qui in antecedentibus iam fuerant damnati, vt in Trident. ſeſſ. 6. can. 1. 2. & 3. aliqua Pelagij dogmata damnantur in Concilio Mileuitano & Africano antea damnata.

Diabolus enim & alij Dæmones à Deo quidem natura creati ſunt boni, &c. Duplex error 14.
C per hæc verba excluditur. Primus eorum qui nullos dari dæmones, ſeu malos angelos aſſerebant: huius meminit Origen. tract. 4. in Matth. vbi agitur de puero lunatico cap. 17. numero 14. quem Marcus cap. 9. numero 18. & Lucas 9. numero 37. à ſpiritu immando vexari teſtantur: meminit etiam D Thom. in 4. diſtinct. 34. quæſt. 1. artic. 3. & Turrecrem. in cap. ſi per Sartiarias artic. 1. 33. quæſt. 1. quem errorem multis modis commenti ſunt hæretici, quos refert Couius in theſauro lib. 4. artic. 5. Alter error eſt Manichæis & Priſcillianiſtis communis. Illi enim vnum principium à ſe ſumme malum eſſe aſſerebant: hi ſimiliter Diabolum dicebant procliui malum natura, à ſe ſine alio auctore è tenebris emer-
D ſiſſe, huius meminit, & reijcit Concil. Brachar. 1. can. 6. & Leo Papa epiſtol. 91. alias 93. ad Turibalum cap. 6. idem fere de Porphirio refert Auguſtin. lib. 10. de ciuitat. cap. 11. Lactantius alio modo hunc errorem recitat lib. 2. cap. 14. nempe dæmones ex Angelorum cum fœminis concubitu progenitos ab ipſa peccati origine ſpurcitiem traxiſſe. Catholica tamen noſtri textus veritas ſolido ſacræ paginæ fundamento ſuffulta contra primum ſuadetur ex ſapient. 2. numero 24. *Inuidia autem Diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Abacuc. cap. 3. numero 5. *Egredietur diabolus ante pedes eius.* Leuit. 17. numero 7. *Nequaquam vltra immolabunt hoſtias ſuas dæmonibus.* Thobiæ 3.

numero 8. *Dæmonium nomine Aſmodæus occiderat eos*, & mille alijs in locis. Deinde ex effectibus creberrimè occurrentibus, qui non niſi ex Diabolica Magia prouenire poſſent, euidenter conuincitur. Diabolus dicitur, & dæmon: Græca ſunt vocabula, nam διάβολος latinè dicitur calumniator, δαίμων verò ſapiens, quibus nominibus malorum ſpirituum erga homines ſimultatem, ac maleuolentiam intelligimus, quia illos aſtu, doloue malo ſtudent calumniari: & quamuis antiqui philoſophi dæmonis nomen in bonam partem aliquando acceperint, & bonis Angelis tribuerint, vt teſtatur Marſ. Ficin. in comment. ad conuiuium Platonis orat. 6. cap. 3. tamen vt docet Auguſtin. lib. 8. de Ciuitat. Dei cap. 13. & lib. 9. cap. 19. ſecundùm ſacrarum literarum conſuetudinem, & Chriſtianorum vſum dæmones non niſi in malam partem accipiuntur; immundique ſpiritus hac voce ſemper ſignificantur.

14. Secundus error expreſſus in textu damnatur, oſtenditurque Dæmones natura bonos à Deo fuiſſe procreatos. Idem probatur primo ex ſacra pagina Geneſ. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Interim verò Angelos creauerat; malus igitur non fecit. Præterea ex Epiſtola Iudæ numero 6. *Angelos verò qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit*, item Petri 2. num. 4. *ſi enim Deus Angelis peccantibus non pepercit.* Vtrumquè locum Lorinus in epiſtolas Petri ſanctorum Patrum teſtimonijs doctiſſimè illuſtrauit. Denique ſub perſona Regis Tyri Luciferum impiorum ſpirituum ducem Ezechiel cap. 28. numero 12. ſic alloquitur: *Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia & decore in delicijs paradiſi fuiſti.* En primus angelorum ſtatus, & gratiæ principatus cum naturali fœlicitate coniunctus, à quo ſponte dæmones eciderunt: ita communiter Patres ad Ezechielem, quorum plures Cornelius, Sanches, & alij recentiores ibidem allegant. Secundò probatur ex Concilio Brachar. ſupra citato: item ex Carthagin. cap. 1. vbi inter alias interrogationes illi faciendas, qui Epiſcopus creatur, vna eſt an credat, *ſi diabolus non per conditionem, ſed per arbitrium factus eſt malus*, quibus aſtipulantur Patres & ſcholaſtici doctores vt videre eſt apud recentiores Theologos, commentatores Magiſt. in 2. diſt. 3. 5. & 6. item D. Thom. 1. par. quæſt. 63. artic. 4. Tertio ratione ex D. Thom. omne ens in quantum eſt, ac naturam habet aliquam, in bonum aliquod tendit naturaliter, vt pote ex principio bono exiſtens: quia ſemper effectus ad ſuum principium refertur, & ad illud conuertitur: ſed natura intellectualis eſt ens inter reliqua perfectiſſimum: ergo naturaliter ordinatur in bonum hoc verò bonum in quod natura intellectualis tendit eſt vniuerſale, quod illa per apprehenſionem poteſt agnoſcere, & per voluntatem appetere:

A Hinc eſt quod ſi ſubſtantia intellectualis per intellectum, & voluntatem operans in malum proclinat, illud non niſi ſub boni ratione appetit, & libera voluntate peccat, non neceſſitate. Nam voluntas intellectualis creaturæ non poteſt naturaliter ad malú peccati inclinari: ſi enim per modum naturæ, & neceſſitate fatali ad aliquod obiectum appetendum neceſſitaretur, ad vnumque determinaretur, minimè peccaret, nam ratio peccati in ratione liberi fundatur, quam præſupponit, ideoque ad peccandum iudicij indifferentia præcedere debet, & voluntas de ſe ita diſpoſita, vt poſitis omnibus ad agendum requiſitis, poſſit agere vel non agere. Vnde ſi ſupponamus voluntatem de ſe inclinari in malum, ſeu peccatum naturaliter B cum omnimoda determinatione, non ipſi, ſed Deo peccatum imputaretur, quod eſt impium, & contra rationem naturalem Deum Creatorem peccato facere obnoxium. Latius in hoc puncto diſcurrit Suar. lib. 7. de Angelis cap. 2. reſtat igitur vt voluntate non neceſſitate: malitia, non natura angeli facti ſint mali.

Homo verò diaboli ſuggeſtione peccauit. Præter hæreſes quas de primo hominis peccato refert & reijcit Couius tom. 2. lib. 2. art. 1. tres ſpeciatim errores notandi ſunt, qui de vaferrimo huius peccati auctore proferuntur: primus omnium ſtultiſſimus eſt illorum, qui à Græco ſerpentis vocabulo Ophitæ dicti ſunt, hi dicebant ſapientiam Dei rerum creatori contrariam hominis oculos ape- C ruiſſe ad bonum malumque internoſcendum, atque adeo Chriſtum fuiſſe illum ſerpentem à quo vt Geneſ. 3. narratur, Eccleſia decepta eſt, hos tamen ab eodem humani generis hoſte magis deceptos, & obcæcatos confutant Irænæus lib. 1. cap. 34. Tertull. de præſcript. cap. 47. Epiphan. hæreſi 47. Auguſtin. de hæreſ. in hær. 17. & 46. Clem. Alexand. 7. ſtromat. Theod. Damaſc. & Philaſtrius relati à Leonardo Mario in Geneſi cap. 3. numero 5. Secundus error docet ſerpentem non fuiſſe animal habens corpus viſibile, nequè per locutionem ſenſibilem cum Eua egiſſe: ſed omnem illam hiſtoriam per metaphoram eſſe intelligendam: ita refert Ambroſ. lib. de paradiſo cap. 2. & tenuit Origenes vt exiſtimat Suarius de ope- D re ſex dierum lib. 4. cap. 1. numero 2. ſed forſitan more ſuo allegoricum ſenſum expoſuit, literalem non negauit, vt Leonardus citatus numero 6. opinatur. Tertia ſententia proxima errori prædicto, & cum erroribus computata à Suario citato numero 3. Pereira, & alijs in Geneſ. aſſeruit in ſacra hiſtoria nomine ſerpentis ſignificari ipſum Dæmonem non in aſſumpto ſerpentis corpore, vel apparenti, ſed per ſuggeſtionem internam cum Eua locutum. Attamen vt notat Oleaſt. in Geneſ. huic & præcedenti ſententiæ pœna ſerpenti inflicta exſibilat. 15.

16. Dicendum ergo eſt ſuggeſtionem Diaboli de qua textus loquitur per externam

tentationem

tentationem corporeo auditu perceptam viſibilis ſerpentis interuentu eueniſſe, ita D. Thom. 22. quæſt. 165. artic. 2. & 3. quem ſequuntur reliqui Theologi, ſiue ſerpens, quo tamquam inſtrumento Dæmon vſus eſt, apparens fuerit, & phantaſticus, vt ait Eugubin in Coſmopopeia: & indicat Cyrillus libro tertio contra Iulian. ſiue verus, vt Baſil. Chryſoſt. Theod. Auguſt. quos referunt & ſequuntur Cornel. in Geneſ. & Suar. citatus numero 15. Probatur primo quia ſuppoſita narratione Geneſ. 3. quæ veritatem continet infallibilem, negari non poteſt colloquium externi ſermonis inter ſerpentem, & mulierem; niſi à verborum proprietate recedatur, quod ſine magna neceſſitate, & anctoritate in explicatione ſacrarum literarum non admittitur. Secundo quia ex aliis ſacræ paginæ locis hæc expoſitio innoteſcit. Nam ſapientiæ 2. numero 24. dicitur. *Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum*, in quo alluditur ad dæmonis tentationem per quam primos hominum parentes decepit, deinde quod per ſerpentem veram, vel apparentem hanc tentationem diabolus fecerit, manfeſtè indicatur Apocalyp. 20. vbi ille vocatur *Draco, & ſerpens*
15. *antiquus.* Vtrumque comprehendit Paulus 2. ad Corint. 11. numero 3. *Timeo autem ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri*: conſtat autem non à vero ſerpente noſtros corrumpi ſenſus, ſed à Dæmone qui ſerpentis miniſterio vſus eſt, & idcirco quia ille ſerpentis corpus induit, vt Euam deciperet, ſerpentem Apoſtolus appellauit. Tertio optima ratione oſtendit D. Thom. vbi ſupra ad ſecundum per externam, non per internam ſuggeſtionem, Euam à Diabolo fuiſſe tentatam. Quò Vicinior Dæmon homini aliquid ſuggerit, eò plus poteſtatis ſibi conceſſæ in illo habere oſtenditur: ſed in ſuggeſtione interiori Dæmon proxime & immediate hominis phantaſiam immutat; in exteriori verò ſola exterior creatura ſeu obiectum humani ſenſus extrinſecus immutatur: ergo externa tantum fuit ſuggeſtio in ſtatu Innocentiæ ante peccatum. Conſequentiam, de qua ſola eſſe poſſet dubitatio, probat D. Thom. his verbis. *Diabolus enim minimum poteſtatis habet in homine ante peccatum; & ideo non potuit eum interiori ſuggeſtione, ſed ſolum exteriori tentare*, quam rationem fusè proſequitur & confirmat Suar. lib. 4. de opere ſex dierum cap. 1. num. 5. & ſequent.

Cæleſtis doctrinæ reuelatio, & Verbi æterni incarnatio explicatur.

NOTATIO V.

HÆc ſancta Trinitas, &c. vſque ad *humano generi doctrinam tribuit ſalutarem.*
1. Poſtquam Deum vnum, & Trinum vniuerſi creatorem textus noſter confeſſus eſt: vt non modo naturæ, ſed etiam gratiæ au-
A ctorem eſſe manifeſtaret, ſubiunxit Deum pro temporum commoditate homines ad ſupernaturalem beatitudinem creatns in finem ſuum ſemper ſalutaribus monitis dirigere prucuraſſe: nam cum homo à Deo conditus, naturæ, & gratiæ donis cumulatiſſimè adornatus, Dei præceptum tranſgreſſus, amiſſa originali iuſtitia ſe cum poſteris præcipitem ageret; illa bona, quæ inſtar fœudi diuini, ſeu primogenituræ ſub fidelitatis, & obedientiæ pacto conceſſa erant, ob læſæ Maieſtatis crimen iure diuino proſcripta, non modo parentes, qui actualem culpam admiſerant, ſed etiam poſteri perdiderunt, & naturam gratia exutam, originaliquè labe vitiatam, filij à parentibus traxêre. Ideo prouidus, ac benignus pa-
B rens ne perderet omnes, quos condidit, Patriarchas veteris teſtamenti crebris reuelationibus illuſtrauit, , & cæleſtibus donis cumulatos ad ſui cultum, & venerationem laceſſiuit; vt per hos, reliquos populos ad veram Dei agnitionem, vrtutumquè conſequutionem & rectam viuendi diſciplinam traheret. Poſtea ſucceſſu temporis ingraueſcente humani generis malitia, indieſquè ſerpente morum corruptela, Deus legis ſcriptæ frænum hominnm licentiæ ingeſſit, ſi quidem naturalis Iuris dictamina omnium mentibus inſita eos ab impietate abducere nequiuiſſent Verùm in ipſo naſcentis iuris exordio veſani idololatræ, populi legiſlatorem Moyſem, Dei zelo excandeſcentem ad fractionem tabularum
C quas à Domino ſcriptas acceperat, coëgerunt. Plures alios poſt Moyſen Deus Prophetas miſit, qui & deprauatos mortalium mores corrigerent, & ad nouæ legis futuræ myſteria diſponerent, vt qui impleta euentis promiſſa viderent, vel diuinæ veritati animos panderent, vel in meridiana luce cæcutire gauderent. Huc ſpectat illud magniloquum D. Pauli exordium ad Hæbræos ſcribentis, *Multifariam multiſquè modis olim Deus loquens patribus, in prophetis, nouiſſime diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio.*

Qui locus meo iudicio melius exponit noſtrum textum quam gloſſa verbo *ordinatiſſima*, vbi tria tempora diſtinguuntur, in 2.
quibus triplex viguit lex: nempe lex natu-
D ralis, lex ſcripta, & lex gratiæ (de quibus latè in ſequenti titulo diſput. ſecunda dicemus) aptius tamen declaratur textus per verba Pauli, ſicut enim Apoſtolus duo tantum tempora diſtinguit per duo aduerbia *Olim, & Nouiſſime* (quod Sameiron. hoc in loco optime obſeruauit,) Vnde illa duo tempora legis naturalis, & ſcriptæ pariter coniunxit, vel potius ſolum ad ſcriptam legem alluſit in antitheſi prærogatiuarum, quibus lex noua veterem præcellit: ita noſter textus, ad poſitiuas tantum leges attendens duo alia aduerbia adducit. *Primo & Tandem* ſub quibus duo præſertim tempora diſcriminauit: ſub priori doctrinam comprehendit, quæ per Moyſem & Prophetas

16.

prodita toto veteri teſtamento contioetur, A ſub poſteriori illam ſignificat, quæ nouiſſimis diebus tandem aliquando per vnigenitum Dei Filium & Apoſtolos eoulgata ſacris Euangeliis, cæteriſque noui teſtamenti Canonicis libris concluditur; & in libris totum ius diuinum ſcriptum habemus cuius cauſas ſequenti titulo proſequemur. Probatur manifeſtè hæc expoſitio: quia ſi de tempore, quo lex naturalis vigebat ante Moyſem textus loqueretur, non diceret *primo per Moyſem*, nam ante illum per antiquiores Patriarchas adeo ſalutarem doctrinam prius traditam fuiſſe, certum eſt; vt patet ex cap. 4. Geneſ. numero 26. vbi de Enos dicitur, *iſte capit inuocare nomen Domini*, vel vt ex Hebræo transfert Lippomanus *tunc captum eſt vt inuocaretur in* B *nomine Domini* eodemque ferè modò legit aquila Chaldaica parap. transfert, *Tunc ceperunt homines orare in nomine Domini* Quod non ita eſt intelligendum, quaſi antea non inuocaretur nomen Domini ab Adam, Abele, immo & à Caimo, quamuis minus religioſe, & ab aliis maioribus, ſed quia ſuper priores Enos pius extitit & religioſus, neque ſolum pietatem coluit, ſed etiam docuit, ac prædicauit, vel nouas quaſdam precandi formulas, rituſue ac ceremonias diuini cultus adinuenit; quibus homines ad peculiarem Dei cultum prouocauit. Ita Thomas Vabalden. quem ſequitur Bellarm. lib. 2. de Monachis capite 5. Anton. Fonſeca in notis ad Caiet. item Lippom. Pereir. C Corn. Ferdinan. Marius & alij recentiores in Geneſ Vnde ſe famoſum Fecit Enos ac nomen conſequutus eſt glorioſum vt Chriſoſt. in Geneſ. *Vidiſti*, inquit, *appellationem diademate clariorem, purpura nobiliorem? quid fuerit illo beatius, qui inuocatione Dei ornatur, idque pro nomine poſſidet?* Item Gen. ſ. 12. numero 5. de Abrahamo dicitur. *Tulitque Sarai vxorem ſuam & Loth filium fratris ſui, vniuerſamque ſubſtantiam quam poſſederant, & animas quas fecerant in Aran.* Has verò animas Lyranus interpretatur viros, ac mulieres, quas ab idolatria ad verum Dei cultum conuerterant; idemque ſentit Lippom. eſtque communis Hebræorum expoſitio, cui Chaldaica lectio maximè fauet, quæ ſic habet; *Et animas* D *quas legi ſubiecerant in Aran.* Legi, nimirum naturali vnum Deum religiosè colendi. Non eſt igitur dubium per Patriarchas Moyſe antiquiores ſalutarem doctrinam populis fuiſſe vulgatam. Verùm non legimus aliam priorem Moyſaica, ſacram ſcripturam præceſſiſſe, ad quam idcirco dixi textum reſpexiſſe & duo tantum tempora diſtinxiſſe.

Tandem Vnigenitus Dei Filius, &c. Sicut ſub aduerbio *Primò* totum tempus ante Domini noſtri Ieſu Chriſti aduentum complectitur textus, ita ſub hoc *Tandem* reliquum gratiæ tempus comprehenditur, quo in orbe terrarum fons gratiæ in vitam æternam ſalientis è virgineo vtero ſcaturiuit: cum verò his pauciſſimis verbis Concilium ineffabile Incarnationis diuinæ myſterium comprehenderit, de quo reccotiores noſtri temporis Theologi vnum, vel duo volumina ſunt elucubrati, ego in hac, & ſequenti notatione ea tantum attingam quæ ad claram textus cognitionem, & confirmationem neceſſaria æſtimabo. Dicitur in primis Ieſus Chriſtus vnigenitus Dei naturalis non adoptiuus, etiamſi ſecundùm humanitatem conſideretur. Ideoque etiam quatenus homo merito vnigenitus cenſetur cum ipſe ſolus ſit naturalis filius. Concinit lex. 5. cum recta §. 1. lex. 6. §. credimus, & §. ſimiliter lex. 7. §. pauci & §. ac reuerendiſſimi lex. 8. Reddentes §. manifeſtum & §. omnes de ſumm. Trinitat. idem tenent Theologi Alenſ. 3. par. quæſt. 10. memb. 4. Magiſt. in 3. diſtinct. 10. cap. 4. Albert. ibidem artic. 13. Bonauent. artic 2. qoaſt. 1. D. Thom. 3. part. quæſt. 10. 23. artic. 4. Caiet. Soarius, Lorca & alij. Ibidem addit merito Vaſq. in 3. par. diſput. 89. cap. 6. numero 22. adeò eſſe certam hanc doctrinam, vt oppoſita tamquam hæretica contra Felicem, & Elipandum declarata ſit ab Adriano primo in epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & in epiſtola Concilij Francoſordienſis ad eoſdem, & in libro ſacroſyllabo edito in ipſo Concilio, opera præſertim Paulini epiſcopi Aquilienſis, & denique in epiſtola Caroli Magni ad Elipandum ex eodem Concilio, quæ quidem epiſtolæ habentur inter acta Concilij Francofor. tom. 3. Concil. hoc verò Concilum Francoford. quamuis Prouinciale vt approbatum, & à communi Eccleſia receptum declaratur in notis Seuerini Binij ad idem Concilium.

Probat Adrianus primo ex Paulo ad Roman. 8. numero 32. *Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Scimus*, commentatur pontifex, *quia non eſt traditus ſecundum diuinitatem, ſed ſecundùm quod verus homo erat, illum nimirum qui traditus eſt id eſt, hominem ipſum Apoſtolus proprium Dei Filium proteſtatur.* Secundo ex Matth. 3. & 17. *hic eſt filius meus dilctlus, ſuper quem*, inquit, *deſcendit Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ ſuper Deum, an ſuper hominem*: & paulo inferius? *de eo ergo hominis filio ſuper quem Spiritus ſanctus deſcendit, licet vnus ſit Dei, & hominis filius, vox patris intonuit* dicens, *Hic eſt Filius meus* Plura alia teſtimonia ex eodem Concilio, & ex Patribus erudite congeſta adducunt Suarius tom. 1. in 3. par. diſput. 49. ſect. 1. & 2. in 3. editione: item Vaſquez citatus cap. 8. & ſequentibus: duo non prætermittam, quæ indicant præcipuam rationem Theologicam pro hac veritate: primũ habetur in lib. Sacroſyllabo ſopra citato. *Dei ergo Filius qua ratione credi poteſt adoptiuus, qui inſeparabiliter aſſumpto homine in vna perſona coeunte vtraque natura, non duo filij, alius Dei, & alius hominis, vt (ſicut illi errando æſtimant) adoptiuus ſit filius hominis.* Secundum eſt grauiſſimi patris Alcuini lib.

3. de

3. de Trinitat. cap. 9. vbi ſic ait: *quoniam æterna diuinitas filij cum plena humanitate ſua, & eadem plena humanitas filij cum æterna diuinitate ſua vna eſt in ſancta Trinitate perſona, & hæc non adoptiua, ſed propria & perfecta, & ipſe totus in diuinitate, ac in humanitate ſua vnigenitus & verus Filius Dei, ideo cum Patre & Spiritu ſancto, vnus eſt Deus*; & ſtatim tamquam hæreticum damnat, qui affirmare præſumpſerit, proprium Filium Dei in humana natura eſſe adoptiuum: His accedit auctoritas noſtri textus, qui illum hominem, qui dictus eſt Ieſus Chriſtus, vnigenitum Dei Filium nuncupauit, quia naturalem credidit non adoptiuum, plures enim alios Deus Filios habet adoptiuos iuxta ilud Ioan. 1. n. 12. dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri.

Prima ratio quam D. Thom. Bonauent.
4. & alij citati adducunt, ita ſe habet, filiatio propriè conuenit perſonæ, non autem naturæ: notatione enim quarta probauimus filiationem eſſe proprietatem perſonalem, ſed in Chriſto vna tantum eſt perſona diuina, cui conuenit per naturam eſſe Filium Dei: ergo eidem perſonæ conuenire nequit filiatio adoptiua: conſequentia probatur, quia filiatio naturalis eſt filiatio ſimpliciter, filiatio verò adoptiua eſt filiationis naturalis ſimilitudo, & quædam participatio, quæ opponitur naturali, quia eſt filiatio ſecundùm quid, & ſimilitudinaria. Vnde concludit D. Thom. illo artic. 4. in corpore, *non autem recipitur, aliquid dici participatiue quod per ſe dicitur.* Suarius in ſect. 2. §. ad probandum & Vaſquez cap. 12. numero 7. dicunt hanc rationem optimè oſtendere Chriſtum abſolutè, & ſimpliciter dici non poſſe filium adoptiuum: non tamen demonſtrare, Chriſtum cum hac reduplicatione, quatenus hominem, non poſſe dici adoptiuum. Nam ſicut quamuis Chriſtus ſit ens per eſſentiam ſimpliciter, quia eſt Deus; tamen in quantum homo, eſt ens per participationem ratione humanitatis; ita etiam filiatio ſimpliciter Chriſti, quatenus Deus eſt, non excludit adoptiuam quatenus homo eſt, & ſicut filiatio temporalis reſpectu virginis non excludit æternam reſpectu patris, ita ſtare poterit naturalis, & adoptiua reſpectu eiuſdem patris. Verùm prædictam rationem hæ inſtantiæ minus ſufficientem non reddunt, ſi rectè expendatur, nam ratio etiam oſtendit, Chriſtum quatenus homo eſt ſpecificatiuè, non eſſe Filium adoptiuum, quia eſt ſuppoſitum diuinum, cui filiatio naturali contraria conuenire nequit, qualis eſt adoptiua, quæ ſolum per aſſimilationem filiatio dicitur. Deinde etiamſi filiatio diuina reſpectu patris humanam non excludat reſpectu Virginis Mariæ, neutra tamen habet conditionem repugnantem & incompatibilem cum altera: quia ſunt ad diuerſas perſonas, & diuerſas ſupponunt generationes, temporalem & æternam. At filiatio eiuſdem filij ad eumdem patrem cum non varietur ſuppoſitum, quod filiatio denominat, ſiuè perſonalitas terminet naturam diuinam; ſiue humanam, eſt eadem

A perſona, Deus & homo, & idem filius, qui naturalis eſſe nequit, & adoptiuus reſpectu eiuſdem patris. Dixi ſupra *ſpecificatiuè*, quia hæc propoſitio Chriſtus, quatenus homo eſt Filius Dei naturalis, ſi reduplicatiuè ſumatur & in ſenſu cauſali, tunc non erit vera, faciet enim hunc ſenſum; nempe Chriſtum eſſe Filium Dei, quia eſt homo. Sumenda ergo eſt propoſitio ſpecificatiuè, nimirum Chriſtus quatenus homo, id eſt, qui verus eſt homo, & ſecundùm quod homo eſt.

Non eſt negandum Concilium ſupra citatum alia etiam ratione vti, quam magis probant Vaſq. cap. 13. & Suarius vbi ſupra; quam addo, quia primam magis confirmat.
B De ratione adoptionis eſt, vt extranea perſona acceptetur liberaliter ad hæreditatem ita docent D. Thom. 3. par. quæſtion. 1. artic. 5. ad ſecundum & in 3. diſt. 10. quæſt. 2. artic. 1. quæſtiuncula prima in corpore. Item Accurſ. Hotom. Picard. & alij inſtitut. de adoptionibus, §. 1. ſed hoc locum non habet in Chriſto etiam quatenus homine, quia talis eſt perſona quæ in nulla durationis differentia, neque in aliquo rationis ſigno concipi poteſt, vt extranea à diuina filiatione; nec acceptatur ad diuinam hæreditatem acceptatione purè extrinſeca, & liberali, ſed aceptatione quaſi intrinſeca, & connaturali ac debita, ratione vnionis hypoſtaticæ, qua humana natura verbo diuino vnitur, vt ſtatim declarabo: ergo &c. Confir-
C matur & declaratur minor, nam adoptatos ſolo adoptantis affectu, & deſiderio in filium liberaliter ſubrogatur: At Chriſtus vel Chriſti perſona ſeu humanitas non fuit coniuncta ſolo affectu adoptantis, ſed reipſa ſecundum veritatem naturæ vnitæ perſonæ filij cui poſt aſſumptionem humanitatis verbum manſit naturaliter, id eſt phyſicè ſubſtantialiter vnitum, ſicut ergo pars alicui ſubſtantialiter vnita non dicitur adoptata ab illa, ita neque humanitas à verbo aſſumpta.

Vtramque rationem vt inefficacem excludit Lorca: Verum poſtea vtramque recipit & vt Vaſquez contradiceret, ſibi repugnauit. Nam diſput. 84. in 3. par. membr. 3. numero 35. ait primam rationem quam adduximus eſſe inefficacem ad oſtendendum in vna perſona non eſſe duas filiationes
D alteram naturalem, alteram adoptiuam, quod intelligere debuit reſpectu eiuſdem patris: nam alioqui extra chorum pſalleret. Eandem verò infra membr. 4. numero 44. approbauit. Secundam verò refert membr. 3. num. 37. & impugnat num. 38. poſtea verò membr. 4. num. 33. ipſam adducit ad probationem ſuæ concluſionis, ſecundæ. Et quia hæc omnia legenti patebunt, ne chartam ſine emolumento impleam, ſatis eſt numeros notare in quibus auctor apertè ſibi non conſtat; Vnde duo argumenta quæ memb. 3. num. 38. adducit, ſi quam vim habent contra eumdem auctorem membr. 4. num 44. retorqueantur. Nam ſi iſte author in hoc tertio aſſerto docet Chriſtum Dominum etiam in quantum homo eſt, eſſe Filium Dei naturalem, vt reuerà dici debet cur contra

Vaſq. tamquam peculiare abſurdum infert,
qood inducat nouum modum filiationis na-
turalis Dei Theologis penitus inauditum,
cum ſolum doceat id quod in tertio ipſius aſ-
ſerto continetur, & quamuis adiungat, hanc
veritatem eſſe iam ab Eccleſia receptam pro-
pter teſtimonia ſuperius tacta. In hoc idem
Lorca memb. 4. n. 50. etiam minus conſen-
tanèe ad Doctrinam Concilij loquitur. Nam
cum admittat aliquas rationes, quas Patrea
Concilij contra Felicem, & Eſipandum pro-
duxere & intendat contra aliquos ſcholaſticos
Doctores probare Chriſtum quatenus homi-
nem non eſſe filium adoptiuum, quia Patres
aſſumunt, & ſupponunt adoptionem habere
conditiones repugnantes, filiationi naturali:
Nihilominus addit per hoc non damnari ſen-
tentiam illorum Doctorum: quia patres non
intenderunt damnare illam niſi in ſenſu Ne-
ſtoriano, non verò memineruot adoptionis,
prout ab ſcholaſticis aſſerta eſt: ſed quis non
videt ipſas rationes, quas allegat oppoſitum
manifeſtè oſtendere? Vnde ergo aliam fuiſſe
mentem Concilij ſomniauit, vt illam quam
ipſius concilij rationes manifeſtant, non ad-
mittat: & quæ eſt alia adoptio, quæ à ſcho-
laſticis aſſerta eſt, quam illa, contra quam
aliquæ Concilij rationes proceduot, vt ipſe
fatetur? excludenda ergo eſt tamquam op-
poſita definitioni Catholicæ illa propoſitio;
Chriſtus, quatenus homo, filius eſt adopti-
uus.

7. *A tota Trinitate communiter incarnatus.* Ad
ineffabile Incarnationis myſterium gradum
facit fidei profeſſio Conciliaris: quam In-
carnationem D. Auguſtinus lib. 10. de Ci-
uitat. cap. 29. *ſummum eſſe exemplum gra-
tiæ arbitratur.* Etenim *gratia Dei non potuit
gratius commendari, quam vt ipſe vnicus Dei
Filius in ſe incommutabiliter manens indueret
hominem, & ſpem dilectionis ſuæ daret homi-
nibus, homine medio.* Porro Incaruationis no-
men nou eſt primo in hoc Concilio inuen-
tum. Nam illud in multo antiquioribus Con-
ciliis reperio ſecundum antiquam Eccleſiæ
tranſlationem & in primis in Niceno ſym-
bolo, *& Incarnatus eſt.* Deinde in Epheſino
variis in locis præſertim tom. 5. cap. 21. §.
*veneror quoque & adoro Incarnationis myſte-
rium.* Item in aliis generalibus: nempe Chal-
cedon. & Lateranen. ſub Martino 1. & aliis
prouincialibus Carthagioen. 4. Toletan. 1.
4. 6. & 11. & aliis paſſim; & in ſacra pagina
habet fundamentum nempe Ioann. 1. *Ver-
bum caro factum eſt*, vbi caro per Synecdo-
chen pro toto homine vſurpatur, vt ſæpè in
ſacris literis Geoeſ. 6. *omnis quippe caro corru-
perat viam ſuam*, & alibi eodem ſenſu vſi ſunt
antiquiſſimi Patres, quos refert Suarius
tom. 1. in 3. par. in præfat. ad fin. Conue-
niunt etiam omnes Doctores Catholici, In-
carnationem eſſe à tota Trinitate tamquam
à cauſa efficiente, quamuis ſolum ad perſo-
nam filij immediatè terminetur vnio illa hu-
manitatis, quæ à tota Trinitate producitur.
Ita docetur in Niceno ſymbolo in Concilio
Tholetano 6. in confeſſione fidei, & Lateran.
ſub Martino primo & ab Auguſtin. 1. de

A Trinit. cap. 5. in Enchirid. cap. 38. & tract.
10. in Ioan. D. Thom. 3. part. quæſt. 3. art.
4. & 31. art. 1. Item Scoto in tertio, diſtinct.
5. §. ad primam, cum reliquis Theologis
ibidem.

Ratio eſt, quia Incarnatio vel conſideratur
vt actio, vel vt vnio per talem actionem pro- 8.
ducta: primo modo ſumitur Incarnatio velu-
ti in fieri, vt loquuntur philoſophi; ſecun-
do modo in facto eſſe: ſed quouis modo
accipiatur, ſemper à diuina virtute, ſeu om-
nipotentia procedit, quæ eſt toti Trinita-
ti communis: ergo, Incarnatio à tota Trini-
tate prouenit tamquam à cauſa efficiente, li-
cet non exerceatur coniunctio illa, quæ à to-
ta Trinitate fit, cum omnibus perſonis, ſed
ſolum immediate cum ſecunda inter quam
B & humanitatem ſubſtantialis quædam vnio
interuenit, quæ hypoſtatica dicitur, quia il-
lius terminus eſt hypoſtaſis, ſeu ſobſtantia
verbi diuini. Abbas hic adducit exemplum
hominis, qui à duobus adiotus ſe indueret;
vnus maneret indutus, cum tres ad illum in-
duendum concurrerent: aliud appono magis
philoſophicum: eadem intellectio procedere
poteſt ab intellectu, habitu, & ſpecie, &
tamen ſolus intellectus illam recipit. Ex illa
vnione hypoſtatica vnum compoſitum per ſe
reſultat ex natura humana & ſecunda perſona
diuina; nam ſicut anima ratiooalis, quæ to-
ta eſt ſpiritualis, vnitur corpori, & cum eo fa-
cit vnum compoſitum ſubſtantialiter, quod
eſt homo: neque oportet vt anima rationalis
recipiat in ſe aliquem modum, ſed ſatis eſt,
C ſi ex parte materiæ detur materialis vnio, in
illaque recipiatur intrinſece, vt attingat, &
vniat animam corpori; Ita perſona verbi
cum natura humana faciet vnum compoſi-
tum per ſe ſubſtantialiter, etiamſi vnio ſolum
in humanitate intrinſecè recipiatur & ſic lo-
co ſuppoſitalitatis creatæ, qua ſubſiſtens eſſe
deberet perſona humana; ſuccedit diuina
perſona tam ſubſtantialiter vnita, vt verum
efficiat hominem Deum: quia vna perſooa,
duas terminat naturas: nempe diuinam, à
qua non diſtinguitur à parte rei; & huma-
oam, à qua licet realiter diſtinguatur, ſicut
diſtinguuntur anima & corpus; cum ea tamen
facit vnum compoſitum per ſe ex vnione rea-
li, & ſubſtantiali naturæ humanæ ad per-
ſonam diuioam reſultans, & in hac re vlte-
D rius progredi non eſt huius loci.

*Ex Maria ſemper Virgine ſpiritus ſancti coope- 9.
ratione conceptus*, Concordat lex 5. cum recta
§. credentes l. 6. cum ſaluatorem §. credimus
l. 7. cum velimus §. pauci, & §. ac reueren-
diſſimi & §. per omnia l. 8. reddentes §. ma-
nifeſtum & §. omnia de ſumma, Trinitat: ni-
hil enim tam confirmatum nec toties repeti-
tum inuenio, in hoc ciuili vire ad hunc titu-
lum de articulis fidei quam Deiparæ ſemper
Virginis puritatem, & ſpiritus ſancti coope-
rationem ad æterni verbi incarnationem.
Tria dubia expedienda ſunt in his verbis: pri-
mum, quomodo facta ſit conceptio Chriſti?
Secundum, Cur ſpeciatim tribuantur ſpiri-
tui ſancto opus & actio, quæ indiuiſim à tota
proceſſit Trinitate? Tertium, qua ratione
Deipara

Deipara Virgo, non ſolum ante partum, ſed in partu, & poſt partum illæſam, imo pulchriorem ſemper Virginitatem conſeruarit. De primo dico, quod poſt Angeli annuntiationem cum primum cæpit Virgo beatiſſima illa verba ſui conſenſus proferre, cæpit puriſſimns Virginis ſanguis concurrere ad deſignatum conceptionis locum; hunc vero localem motum facultas naturalis, & vitalis Virginis, ſpiritu ſancto vim, & efficaciam huic virtuti naturali præſtante, cauſauit, & quamdiù ea verba, Virgo proferebat, *Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundùm verbum tuum,* (quæ ſumma cum deuotione pronunciauit) ille puriſſimus ſanguis in Deiparæ vtero coniunctus eſt. In eo verò inſtanti extrinſeco quo verborum prolatio finita eſt, & ſanguinis motus ceſſauit, ſpiritus ſanctus ex eo corpuſcolum organis omnibus diſtinctum, in perfectiſſima humorum, qualitatumque temperie, aptiſſimum ad rationalis animæ informationem affioxit. Quantitas verò corporis fuit minima, quæ humano corpori eſſe poterat naturalis, Verbi gratia inſtar magnæ formicæ, paulo tamen minor, quam illa eſſe ſolet ſub qua in bene proportionatis hominibus quadrageſimo die à conceptione hominis corpus efformatur, quia paulatim creſcendo ad ordinariam quantitatem in qua cæteri homines communiter generantur, Chriſti corpus diuina virtute & miraculoſo modo efformatum in vtero Virginis quadrageſimo die poterat peruenire. Ita D. Thom. in 3. diſtinct. 3. quæſt. 5. artic. 2. ad 3. & 3. par. quæſt. 33. artic. 1. & 4. contra gent. cap. 44. Suar. tom. 2. in 3. par. diſp. 11. ſect. 2.

Probatur, quia hic dicendi modus non multiplicat miracula ſine neceſſitate, ſed ſolum profert illa, quæ decens verbi diuini incarnatio & humanitatis aſſumptio requirebat. Ideo enim non diximus ſanguinem, Virginis ſine motu in eodem inſtanti adductum fuiſſe ad Deiparæ vterum; quia magis connaturaliter hoc fieri poterat per motum, & interuentu facultatis vitalis, & naturalis ſanctiſſimæ Virginis. Volumus tamen vt in inſtanti efformatum eſſet diuinum Chriſti corpuſculum ne beata Virgo aliquid primus conciperet, quam verbum incarnatum; nam ſi eo tempore antecedenti, quo ſanguis in carnem verti, & in oſſa dureſcere, & omnia corporis organa effingi potuerunt, ſanguinis materia, forma ipſius iam corrupta, ſub alia forma eſſet, quæ anima Chriſti non eſſet, ſequeretur illud compoſitum prius à Virgine fuiſſe conceptum, quam verbum incarnatum: contra id quod diuinæ literæ indicant: item Concilia, & patres docuerunt. Indicant ſacræ literæ Matth. 1. numero 20. Nam cum Angelus ad Ioſeph loqueretur de Conceptione Chriſti Domini ait, *quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt*, vbi Baſil. humil. 25. de humana Chriſti gener. ponderat egregiè illud, *natum eſt* his verbis, *Hinc deprehendere licet quod non ſecundùm modum carnis conſtitutio Domini fuit: conceptum namque illico perfectum, non per interualla paulatim formatum, vt planè verba declarant: non enim dicit quod in ea*

A *conceptum eſt, ſed quod in ea natum eſt.* Idem ponderauit Damaſcen. lib. 3. de fide cap. 2. Euthymius in Matth. Itaque hi Patres natum interpretantur Chriſtum in vtero Virginis; quia non per interualla conceptus fuit, quaſi caro prius formaretur, quam vniretur verbo, & animæ rationali, ſed in eodem inſtanti ſtatim prima Virginis conceptio ad filium Dei terminata fuerit, dicente Angelo Lucæ 1. *Ecce concipies in vtero, & paries filium*, quem infra declarauit, *Magnum & altiſſimi filium.* Concilia etiam id definiunt nempe 6. ſynod. actione 11. in Epiſtola Sophronij ibi, *ſimul quippe caro, ſimul Dei Verbi caro, ſimul caro animata rationalis, ſimul Dei caro animata rationalis.* Idem habetur in 7. ſynoB do in epiſtola Theodor. Hieroſolymit: quam omnes patres receperunt & in Concil. Francoford, in epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ propè finem, vbi Nazianzeni verba in Epiſtola ad Quirinum referuntur, *non prius in vtero Virginis caro concepta eſt, & poſtmodum diuinitas venit in carnem.* Denique præter citatos idem docent, Ignatius in Epiſtola ad Trallianos, Leo Papa epiſt. 11. agens contra Eutychen. Fulgent. de fide ad Petrum cap. 18. Auguſtin. epiſtol. 3. Ambroſ. de Incarn. cap. 6. & 7. Theod. dialogo 2. & alij.

Secundum dubium erat, cur ſpiritui ſancto attribuitur hæc miraculoſa efformatio Chriſti corporis, in Conceptione Virginis, cum ſit actio ad extra à tota Trinitate pariter procedens. Reſpondeo tam Creationem animæ Chriſti & efformationem corporis organici, C quam vnionem vtriuſque partis inter ſe, item partium, & totius humanitatis cum verbo à tota Trinitate tamquam ab vno creatore naturæ, & gratiæ auctore proceſſiſſe: Verum ſpiritui ſancto ob tres congruentias ſpeciatim attribui, quas D. Thom. 3. par. quæſt. 32. artic. 1. & reliqui Theologi cum eo ibidem aſſignant. Prima ſumitur ex natura Incarnationis, quæ Vnitio ſeu vnio eſt diuinæ perſonæ ad humanam naturam eximij amoris opus, *ſic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Ioan. 3. Cum ergo ſpiritus ſanctus amor ſit, vinculumque patris & filij: hæc infinita donatio infinitum Dei amorem manifeſtauit; & non niſi ab infinito ſpiritus ſancti amore proficiſci indicauit tam arctum vtriuſque naturæ humanæ & D diuinæ vinculum in vna & eadem perſona ſubſiſtentis. 2. quia communicatio gratiæ ſpiritui ſancto tribuitur iuxta Paulum 1. ad Corint. 12. *Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus*: Gratia verò vnionis naturæ communicata omnium maxima eſt, vt ſupra diximus ex Auguſtin. qui hanc rationem tetigit in Enchirid. cap. 40. 3. quia ſanctificatio eſt effectus peculiariter ſpiritui ſancto appropriatus, ipſe enim ſpiritus eſt ſanctificationis vt dicitur ad Roman. 1. & ad Galatas 4. ait Paulus ab effectu arguens ſeu à poſteriori vt docet Caietan. & ita declarat Anſelmus: *Quoniam eſtis filij Dei miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem Abba pater,* Sicut ergo ſpiritus ſanctus dicitur nos ſanctificare, & filios Dei adoptiuos reddere, ita ſpe-

ciatim Chriſti Domini ſanctificator, & auctor filiationis non adoptiuæ, ſed naturalis ipſius cenſetur; numquam tamen idcirco ſpiritus ſanctus pater Chriſti, quatenus homo dici poteſt, vt apertè docet Concilium Toletan. 11. *Nec tamen*, inquit, *ſpiritus ſanctus pater eſſe credendus eſt filij pro eo quod Maria ſpiritu ſancto obumbrante concepit, ne duos patres filij videamur aſſerere quod vtique nefas eſt dici.* Idem docet Auguſtin in Enchirid. cap. 38. & 39. & 2. de Trinitat. cap. 10. Rupert. item & Ambroſ. quos refert Suar. tom. 2. in 3. partem quæſt. 32. art. 3. in commentatione art. 1. vbi alia verba refert multo diuerſa ex eodem Concilio Tolet. 11. quæ ibi non inuenio. Denique reddit rationem D. Thom. eodem artic. citato ad primum quia Chriſtus non procedit à ſpiritu ſancto ſecundùm ſimilitudinem ſpeciei, procedit tamen à Virgine Maria materiam ſubminiſtrante &, vt exiſtimo, actiuè concurrente ad productionem vnionis inter animam, & corpus Chriſti.

11. Supereſt Tertium dubium de integritate virginis ante partum, in partu, & poſt partum: cuius affirmatiua pars eſt de fide iuxta D. Thom. 3. par. quæſt. 28. artic. 1. 2. & 3. conſideratis tribus illis circumſtantiis temporis in quibus poterat Virginitas matris periclitari. Ego ſolum ſcripturæ & Conciliorum teſtimonia attingam, ex quibus hæc veritas manifeſtatur. Et quidem ante partum Matth. 1. *quod enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt*, & infra; *& non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum.* Ante partum ſimul & in partu: hoc docuit Iſai. 7. *Ecce Virgo concipiet & pariet* Quod verò hîc locus de Virgine quę integra concipere, & parere deberet, intelligendus ſit, Matthæus expoſuit illo loco cap. 1. *hoc autem totum factum eſt, vt impleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem, Ecce Virgo in vtero habebit & pariet filium*: & hæc eſt Patrum communiſſima expoſitio nullo excepto, qui huius loci meminit. Imò aliqui exiſtimant hæc verba eſſe prius Angeli ad Ioſeph, ab Euangeliſta verò referri: ita Chriſoſt. Theophil. Euthym. ibidem, Irenæ lib. 4. contra hæreſes cap. 4. Ambroſ. epiſt. 81. Auguſtin. Serm. 14. de Natiuitate. Deinde pſalm. 21. numero 10. *tu es qui extraxiſti me de ventre*, declarat Cyrillus Hieroſolymitanus catechiſ. 1. de mirabili & prodigioſo modo, quo Chriſtus ex matris vtero ſeruata illius integritate prodijt, & teſte Lorino omnes patres ex hoc loco colligunt conceptionem, & natiuitatem Chriſti diuinitus factas. *Quid eſt*, inquit Auguſtin. epiſt. 120. cap. 12. *tu es qui extraxiſti me de ventre, ſi ad ipſum Ieſum de Virgine procreatum refertur? an inde ſignificare voluit partum Virginis ſeruata virginitate mirabili? Vt cùm Deus feciſſe dicitur quod illic mirabiliter factum eſt, nemini incredibile videatur* Denique perpetuam Deiparæ Virginitatem ſub quadam Metaphora in literali ſenſu Ezechiel prædixit cap. 44. numero 2. *Porta hæc clauſa erit: non aperietur; & vir non tranſibit per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam*: ita exponit Hieronym. dialog. 2. contra Pelag. Auguſtin. Serm. 2. & 14. de Natiuitat.

A Damaſcen. lib. 4. cap. 15. Chriſoſt. tom. 3. de Ioann. Bapt. Ambroſ. epiſtol. 81. & reliqui Patres communiter, qui hoc teſtimonium ad huius veritatis probationē vſurpant. Accedunt Conciliorum definitiones: Epheſ. Chalced. & alia in confeſſionibus fidei 5. ſynod. Canone 5. 6. ſynod. actione 11. Lateranen. ſub Martino 1. can. 1. Sιricij Papę cū Concil. Romano in Epiſtola decretali quę tom. 1. Concil. habetur, & inter Epiſtolas Ambroſ. eſt 80. Confirmatque antonomaſia in nomenclatione Virginis, quæ ſpeciali prærogatiua Virginem decorat, & diuinæ fœcunditati æquiparat, quæ ſumma cum puritate filium propriè generauit: Vnde Trinitatem primam Virginem appellauit Nazianzen. in laudem Virginitatis, *Prima trias Virgo eſt*, & hanc B ſolam conuenientiam pro ratione aſſigno, oportebat enim vt Chriſtus, qui qua Deus, ex patre Virgine ab æterno gignitur, ex matre item Virgine, qua homo, in tempore naſceretur: plura alia patrum teſtimonia videri poſſunt apud Suar. tom. 2. in 3. par. diſp. 5. ſect. 1. 2. & 3. ex eiſdem teſtimonijs veritas carnis Chriſti deſumitur, & ex iis quæ ſequenti notatione de illius paſſione, & morte afferemus.

Articuli de Chriſti natiuitate, paſſione, reſurrectione, aſcenſu in cælos, & eius ſecundo aduentu proponuntur.

NOTATIO VI.

Qvi cum ſecundùm diuinitatem ſit immortalis, &c. 5.
C Tam clare natiuitas in carne paſſibili temporalis, item æterna Chriſti diuinitas, & immortalitas in textu exponitur, vt nulla indigeat declaratione. Iidem ferè articuli verbis parum diſſimilibus à iure ciuili proponuntur in legibus ſuperiori notatione citatis, præſertim in epiſtola Iuſtiniani ad Pontificē quę refertur in l. 8. reddentes §. manifeſtum & §. omnes verò de ſūma Trinitat. Hoc vnū aduertere, & oſtendere neceſſarium duco, Chriſtum Dominū dum nobis *vita viam manifeſtius demonſtrauit*, vt ait textus, toto ſuæ vitæ decurſu ab ipſis incunabulis, vſque ad mirabilem ſuper cæleſtes orbes aſcenſum, id ſemper præ oculis habuiſſe, vt in eadem perſona, & veritatem carnis noſtræ, & maieſtatem diuinitatis ſuæ mundus agnoſceret. D *Etenim*, vt docuit Auguſtinus tract. 28. in Ioan. prope initium, *ſemper hoc egit dictis & factis ſuis, vt Deus crederetur & homo*, quæ cauſa fuit, vt in iis euentis, in quibus humanitatis humilitas Chriſtum magis deprimere videbatur; diuinitatis ſublimitas clarius eluceret: quando infans inuolutus pannis in ſtabulo vagit, ab Angelis in cælo ſaluator Deo gloriam, hominibus pacem allaturus proclamatur; & quærentibus illum Magis, ſydera famulantur: quando in Circuncisionis ſigno peccati labem ſimulat à ſe prorſus alienam IESV nomine peccatricis naturæ redemptor diuinitus nominatur: quando cum pœnitentibus ad ſuſcipiendum à Ioanne baptiſmum aqua Iordanis abluitur, Spiritus ſanctus viſibili ſigno ſuper ipſum deſcendit, & pariter

cum

cum patris voce filium ſibi dilectum demon- A
ſtrantis, Chriſti diuinitatem conteſtatur; vt legitimum de perſona filij duæ aliæ teſtimonium facerent. Denique vt cætera omittam, quæ à patribus ſolent obſeruari, in cruce quando cum iniquis reputatus & ab inimicis in patibulo clauis, in ſenſu linguis configitur, Centurioni internos fidei oculos aperit, latroni paradiſum, & ipſis etiam inimicis lachrimoſæ orationis interuentu gratiam compunctionis elargitur: atque adeo mundi vniuerſitas obſequij, quod humanum genus denegauerat, ſuis conuulſa ſedibus exhibuit famulatum, non enim terra ſolum collidentium ſeſe petrarum ſciſſione, effractis tumulis ſubſilientibus mortuis, ſolutis tremore compagibus mugiit ſed ipſa etiam ſydera lugubri tenebrarum amictu vitæ auctorem fatiſcere de- B
monſtrarunt. Itaque vt homo moritur, qui vt Deus mortuos ad vitam reuocat à ſepulchris.

2. Duplici verò ex capite immortalitas Chriſto debebatur. Primò quia Deus erat, cuius eſſe ipſum viuere eſt, & ſicut impoſſibile eſt, vt res ſine ſua eſſentia ſit, ita Deum ſine vita eſſe repugnat, vt docent Theologi cum D. Thom. 1. par. quæſt. 18. artic. 4. Vnde illa propoſitio, Deus mortuus eſt, per communicationem Idiomatum ratione humanitatis verificatur. Nam ſecunda illa perſona, quæ Deus eſt in humanitate ſua paſſus eſt ſeparationem animæ à corpore. Communicatio autem Idiomatum eſt diuinarum, & humanarum proprietatum, ſeu attributorum inter Deum & hominem mutua prædicatio cum C
enim diuina, & humana natura in vnam perſonam conueniat, inde effectum eſt, vt humana de Deo, diuina de homine prædicentur, quando materialiter pro perſona prædicatio ſuppouit: ita communiter Theologi cum D. Thom. 3. par. quęſt. 16. Chriſto igitur, quatenus Deus erat, immortalitas debebatur, Præterea illi debebatur etiam quatenus homini propter vnionem humanitatis ad verbum, & viſionem beatam, qua ipſius anima fruebatur ab inſtanti ſuæ Incarnationis, quod ita certum eſt, vt contrarium dicere non modo temerarium ſit, ſed potius erroneum, & hæreſi proximum, vt Suares docet tom. 1. in 3. par. diſp. 25. ſect. 1. Anima igitur glorioſa & vnio hypoſtatica corporis Chriſti iure poſtulabat corpus immortale, & impaſſibile, D
immò glorioſis dotibus adornatum. Verum per miraculum filius Dei corpus aſſumpſit paſſibile, & ne à diuinitate perſonæ, ſeu ab animæ beatitudine gloria in corpus redundaret, ab ipſo conceptionis inſtanti impediuit.

3. Contra hanc catholicam veritatem pugnarunt qui non verum ſed phantaſticum corpus à Verbo aſſumptum affirmarunt: quales fuerunt Marcion, Lucanus, Cerdon, Procliniaſtitæ, Manichæi, Prodianitæ, & Priſcilianiſtæ: item qui licet verum conceſſerint Chriſto corpus, non eiuſdem eſſe rationis cum noſtro aſſerebant, ſed ex elementis formatum vt putauit Apelles, vel cœleſte vt Valentinus, Armenij, & Gnoſtici credide-runt, vel denique diuinum ex ipſa diuinitate efformatum, vt Apollinaris malè diuinauit. Tandem alij verum corpus & eiuſdem rationis cum noſtro in Chriſto agnouerunt, ſed paſſibile denegarunt: huius erroris auctorem Iulianum Halicarnaſſæum, & Caianum facit Damaſcenus hæreſ. 84. & Nicephor. lib. 17. hiſtor. cap. 29. ſimiles alios errores refert Coccius in theſauro tom. 1. lib. 2. artic. 1. Probatur tamen Chriſtum aſſumpſiſſe corpus ſicut noſtrum mortale, & paſſibile; Primo ex ſacris literis, nam illum, *Virum dolorum & ſcientem infirmitatem*, Eſai. dixit cap. 53. numero 3. & addit, *vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit*, & ex Euangelica hiſtoria conſtat Chriſtum famem, ſitim, corporiſque fatigationem ſenſiſſe, & de ſe Lucæ 24. numero 26. ipſe teſtatur, *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* Prima Petri cap. 4. numero 1. *Chriſto igitur in carne paſſo, &c.* 2. ex Pontificum Conciliorumque definitione: in primis in Concil. Epheſin. multis in locis, in Chalcedonenſi actione 5. in 5. ſynodo acti one 8. in 6. act. 11. 13. & 18. in Lateranenſi ſub Martino primo, & in aliis in ſymbolis fidei ex Damaſo Papa in Epiſtola & profeſſione fidei: ad Paulinum ex Leone epiſtol. 11. aliiſque Patribus quos refert Coccius citatus. 3. ex conuenientia rationum, quas ad tria capita reducit D. Thom. primo ad redemptionis finem; voluit enim nos copioſiſſima ſatisfactione redimere. 2. ad veritatem Incarnationis magis confirmandam. 3. ad præbendum nobis patientiæ exemplum, iuxta illud Petri 1. cap. 2. numero 2. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum.* Vnde ob has rationes Chriſti vita continua paſſio fuit: vbi primum naſci, cæpit & mori: pſalmo 9. quem de Chriſto interpretantur Euſebius, Theodoret. Didymus, Nyſſenus, Hieron. Auguſtin. Euthym. Caſſiodorus & reliqui fere antiquiores, quos ſequitur Lyranus, pro titulo eſt, *Pro occultis filij*, Theodoſio legit, *de florida ætate filij*: Symmachus *de morte filij*. Mirum magis quod Theodoretus ait concordiſſimè omnes: quæ enim iſta eſt concordia, quæ magis videtur lectionum pugna? niſi quia in Chriſto infantia, ætaſque florida mors ipſa putatur, ipſius viuere perpetuum pati, ac mori fuit: ipſe eſt qui in perſona Dauidis dicebat, vt patres præſertim Latini exponunt, *Pauper ego ſum, & in laboribus à iuuentute mea. Pſalm.* 87. numero 16. alij teſte Lorino legunt, *Deficiens, moriens, expirans, fatiſcens, à iuuentute mea*, quaſi non prius viuere cæperit quam fatiſcere, reſpirare, quam expirare: proſequitur hoc argumentum Tertull. de Carne Chriſti cap. 6. vbi inter alia ait, *Chriſtus mori miſſus, naſci quoque neceſſario habuit, vt mori poſſet, non enim mori ſolet, niſi quod naſcitur, mutuum debitum eſt inter ſe natiuitati cum mortalitate, forma moriendi, cauſa naſcendi eſt.*

In ligno Crucis paſſus & mortuus. Baſilidis 4.
Hæreſis excluditur, qui vt refert Irenæus, Tertull. Epiphan. Philaſtrius Auguſtin. & Theodoretus, aſſeruit non ipſum Chriſtum ſed eius loco Symonem Cyrenæum paſſum

eſſe permutato habitu, ac forma. Reijcitur A
etiam Caianitarum hæreſis, qui vt ex Iſidor.
& Damaſc. teſtatur D. Thom. 3. par. quæſt.
50. artic. 5. in corpore Chriſtum verè paſſum
fuiſſe denegabant; ſicut ſupra citati, qui vel
phantaſticum ſolummodo vel ſaltem im-
mortale & incorruptibile corpus in Chriſto
admittebant. Verum tam manifeſte ac dılu-
cide Chriſti mortem narrant Euangeliſtæ, &
Conciliorum ſymbola profitentur vt ſola hę-
reticorum impudentia potuerit tergiuerſari,
quod Chriſtus, *mortuus ſit propter delicta noſtra,*
ad Roman. 4. *& humiliauit ſemetipſum factus
obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis,*
ad Philippen. 2. numero 8. Et ratio eſt quia
ſuppoſito miraculo quod anima beata corpo-
ri paſſibili vniretur, & caro vnita Verbo di-
uino, doloribus, & cruciatibus eſſet expoſi- B
ta ob congruentias iam dictas, tot flagris per-
cuſſa inhumaniter; capite ſpinis perforato,
manibus pedibus cruci confixis, venis exhau-
ſtis, naturales diſpoſitiones conſeruare nequi-
bat ad informationẽ animę & viuificationẽ ne-
ceſſarias: quare naturaliter ſequuta eſt mors,
facta ſeparatione animæ à corpore: Vnde in
illo triduo paſſionis humanitas Chriſti non
fuit, neque Chriſtus homo extitit, quamuis
verbum neque corporis vita functi, neque ani-
mi vnionem amiſerit, vt communiter docent
Theologi cum D. Thom. 3. par. quæſt. 50.
artic. 4. ad primum & Magiſtro in 3. diſt. 21.
& eſt communis traditio, & conſenſus Ec-
cleſiæ, euidenterque colligitur ex ſymbolis
tam Apoſtolorum quàm Conciliorum in qui-
bus Dei filius eodem modo dicitur, *natus ex* C
*Maria Virgine paſſus ſub Pontio Pilato & Cruci-
fixus*, atque dicitur, *mortuus, ſepultus, deſcendit
ad inferos*: ſed illæ propoſitiones ſunt veræ per
communicationem idiomatum, quia verbum
diuinũ eſt vnitũ hypoſtaticè humanitati, quæ
ſine ſua naturali ſubſiſtentia in perſona verbi
ſubſiſtebat: ergo ſimiliter hæ propoſitiones cũ
non verificentur ratione totius humanitatis,
quæ in triduo non fuit: veritatem ſortiuntur
ratione partium, quę adhuc in verbo ſubſiſte-
bant, licet ab inuicem ſeparatæ, & ita ratione
corporis dicitur mortuus & ſepultus Dei fi-
lius, & ratione animæ deſcendit ad inferos.
Nam alioqui niſi retineret verbum vtriuſque
partis vnionem, ſed in vna quaque natura-
lis ſubſiſtentia reſultaret, falſa eſſet illa prędi-
catio, ſepultus eſt filius Dei, quia iam illud D
corpus pertineret ad aliam ſubſiſtentiam; &
ſimiliter non verè diceretur deſcendere ra-
tione animæ, quando quidem illa aliam ha-
beret ſubſiſtentiam, & in eo triduo nullam
vnionem, nec reſpectum haberet ad verbum,
in quo prædicationis veritas fundaretur.

Deſcendit ad inferos. Circa hunc articulum
5. hæretici noſtri temporis diuerſimode delira-
runt; quorum agmen ducit Marcion, qui vt
refert Irenæus lib. 1. cap. 29. vt ſuæ farinæ vi-
ros beatitudine donaret iuſtos verò ſuæ pro-
feſſioni contrarios in Tartarum detruderet,
docuit Abelem, Enoch, Noë, Abraham, &
reliquos Patriarchas à Chriſto non fuiſſe
ab inferis liberatos, ſed ibidem eos reliquiſſe
quod nollent ipſi credere: Cain vero, Nem-
brot Sodomitas, & omnes impios ab inferis
extractos ad Dei regnum perueniſſe. Vicit
Lutheri Blaſphemia Marcionem ducem: illo
enim exponens pſalm. 16. aſſeruit Chriſti
animam apud inferos damnatorum pœnas
exoluiſſe. Ioannes Caluinus Lutheri cate-
chiſmum maiorem & minorem de vero deſ-
cenſu animę Chriſti ad inferos non recepit:
immo fabulam appellauit lib. 2. inſtit. cap. 16.
§. 9. & quia veritas deſcenſus illi diſplicuit
aduincta hæreſis arriſit; vnde in cap. 30.
Iob. & in Catechiſmo edito 1562. ita deſ-
cenſum ad inferos declarauit vt Chriſti ani-
ma omnes angores & cruciatus peccatori-
bus debitos ſuſtinuerit. Præterea Eraſmus
Roterodamus in expoſitione ſymboli apoſtol.
catechiſ. 4. ait Cyprianum dixiſſe hunc ar-
ticulum non haberi in ſymbolo Romano, &
ipſam verborum inconcinnitatem arguere ab
alio quopiam inter textum emblema, & an
Thomas Aquinas addiderit ſe ſubdubitare
dicit: In multis errauit. Ruffini enim illa eſt
ſymboli expoſitio, non Cypriani, vt in nouis
Cypriani editionibus prenotatur, & Bellarm.
de ſcriptor. eccleſ. obſeruat. Suam vero hac in
re ſententiam catholicæ veritati conformem
tradidit Cyprianus in tom. 3. de paſſione
Chriſti colum. 5. & de aſcenſione colum. 5.
Deinde ſi Ruffino credidit illam particulam
non haberi in ſymbolo, cur, quod Ruffinus
ſubiunxit, non probauit? addit enim implici-
tè contineri in articulo, ſepultus eſt, quia ſicut
corpus ad locum corporum deſcendit, ita ani-
ma ad locum animarum: malè ergo ſubdubi-
tat à D. Thoma, vel ab alio additum articu-
lum hunc, qui in ſymbolo Athanaſij habetur,
& cuius meminit Cyrillus Cathechiſ. 4. &
14. Chriſoſtom. homil. 2. de ſymbol. Euſeb.
lib. 1. hiſtor. cap. vltim. vbi ait Tadæum Chri-
ſti fidem in ſummam redigentem hunc arti-
culum cum aliis poſuiſſe. D. Auguſtin. ſerm.
115. de tempore agens de traditione ſymboli,
ſingulaſque particulas ſingulis apoſtolis tri-
buens, hunc articulum Thomæ Apoſtolo at-
tribuit. Verius ergo huic ſancto Thomæ, non
Aquinati hunc articulum Eraſmus attribue-
ret: Denique Henricus Zuuinglius, Marti-
nus Bucerus, Henricus Bolligerus, Ioannes
Bantius, Theodorus Beza, & alij relati à
Coccio in theſauro tom. 1. lib. 2. artic. 4. ita
recipiunt hunc articulum vt in illo nihil aliud
quam Chriſti mors, & ſepultura declaretur,
quibus proxime accedit Benedictus Aretius,
qui in problematibus theolog. per deſcenſum
Chriſti ad inferos ipſius mortem malis ſpiri-
tibus manifeſtatam intellexit, à quo non lon-
ge abeſt ſententia Dur. in 3. diſt. 22. quęſt. 3.
qui licet admittat locum illum ſubterraneum
in quo iuſtorum animæ detinebantur ante
Chriſti mortem, & ad illud Chriſti animam
deſcendiſſe, exponit tamen hunc deſcenſum
Metaphorice, quia credit non propriè ſecun-
dum ſuam ſubſtantiam & præſentiam Chri-
ſti animam deſcendiſſe, ſed per ſuam virtu-
tem & efficaciam. In errorem extremè op-
poſitum Theologi Vuirtenbergenſes lapſi
ſunt: quatenus lib. concordiæ pag. 750. do-
cent, *ſimpliciter credimus quod tota perſona Deus,*

&

homo, poſt ſepulturam deſcenderit ad inferos, non contenti quod anima ſola à corpore ſeparata deſcenderit.

6. Verum hic fidei articulus ita intelligendus eſt, vt Chriſtus ſecundum animam beatam, ideoque impaſſibilem omnique cruciatu immunem in ſua ſubſtantia & præſentia dicatur deſcendiſſe ad locum ſubterraneum, in quo iuſtorum animæ perpurgatæ detinebantur, hæc declaratio quod attinet ad impaſſibilitatem animæ Chriſti, & immunitatem ab interno cruciatu ſeu afflictione damnatorum, aut à pœna illius ſubſtantiæ illata ab igne Inferni vel Purgatorij, eſt de fide, vt ex ſacra ſcriptura & Patribus probat Bellarm. tom. 1. controuerſ. Gener. 2. lib. 4. De Chriſti anima cap. 8. Suar. tom. 2. in 3. par. diſp. 43. ſect. 1. & patet primo, ex Lucę 23. *Hodie mecum eris in Paradiſo*: quod ponderans Hilarius lib. 10. de Trinitat. quaſi cum recentioribus hæreticis ageret, ait, *Dominus communionem ei paradiſi mox pollicetur, tu Chriſtum ſub pœnali terrore conſtituis.* Paulus verò ad Philipp. 2. Chriſti obedientiã morte Crucis terminatam eſſe dicit, *Exinaniuit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem: mortem autem Crucis; propter quod & Deus exaltauit illum, &c.* Secundo ſuadetur quia omnes ſancti dum exponunt Chriſti deſcenſum ad inferos, ſimul declarant non vt reum vel pœnis ſubiectum, ſed vt victorem & triumphatorem deſcendiſſe: quorum teſtimonia referunt Bellarm. & Suar. citati: inter Patres elegantius hunc deſcenſum deſcribit Auguſtin. ſerm. 137. de tempore, declarans illa Oſeæ verba cap. 13. *Morſus tuus ero inferne*, de triumphali ad inferos deſcenſu. Tertio, quia anima Chriſti ſeparata à corpore mortis interuentu extra viam erat. Nam ſtatus viatoris ad merendum diuina lege aſſignatus eſt quamdiu in hac vita mortali homo ſui compos permanet: ergo tempus ad merendum & ſatisfaciendum pro hominibus Chriſti morte erat definitum: ſed ſi anima Chriſti ſubiret pœnas inferni vel purgatorij, eas non ob culpam ſuam, neque ob penæ reatum propter peccatum à ſe commiſſum pateretur, ſed ad ſatisfaciendum pro hominibus ex charitate non ex neceſſitate: quia humanitas Chriſti gratia vnionis hypoſtaticæ erat impeccabilis. Ergo ex nulla cauſa, & ſine vtilitate anima Chriſti pœnis obnoxia fingitur, quæ inſtitutæ ſunt, vt extra ſtatum viæ vel damnatos æternum crucient in inferno, vel iuſtos ad purgandum proprij delicti reatum in purgatorio detineant.

7. Et licet non ſit negandum animam Chriſti in illo triduo aliquibus perfectionibus accidentalis gloriæ fuiſſe priuatam, quas poſt reſurrectionem adepta eſt: quia carebat corpore, ad quod informandum naturaliter ordinabatur; item omnibus operationibus ſenſuum, quæ cum gaudio & voluptate ab anima in corpore glorioſo exercerentur: numquam tamen admittendum eſt animam Chriſti idcirco aliquam pœnam propriè loquendo ſuſtinuiſſe: & fugienda eſt loquendi forma, qua Caiet. D. Thom. in 3. p. quæſt. 52.

A artic. 4. declarauit. Nam quia D. Thom. dixerat, *ſicut Chriſtus vt noſtras pœnas in ſe ſuſciperet voluit corpus ſuum in ſepulchro poni, ita etiam voluit animam ſuam ad infernum deſcendere*, ita hæc verba interpretatur Caiet. vt dicat Chriſti corpus eſſe in ſepulchro, & animam in inferno, fuiſſe pœnas à Chriſto ſuſceptas, & hoc modo declarat actorum 2. illa verba, *Quem Deus ſuſcitauit à mortuis ſolutis doloribus inferni*, nempe illum à pœnalibus liberando, quas in inferno patiebatur ex parte animæ quia erat ſeparata à corpore, & in loco vili: & ſimiles pœnalitates conſiderari poſſunt ex parte corporis, à quibus tamquam à pœnis liberari tam animam quam corpus peculiare credidit fuiſſe bene-B ficium Chriſto factum, probatque ex pſalm. 15. *Non derelinques animam meam in inferno; Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, Bartholom. Medin. in expoſit. eiuſdem artic. 4. etiamſi negat animam apud inferos ſubiiſſe aliquam pœnam, admittit nihilominus paſſam fuiſſe pœnalitates ſupradictas.

8. Verum non video diſtinctionem inter pœnam, & pœnalitatem, ſi vtraque eodem modo propriè, vel impropriè accipiatur, vel ergo Medina vtrumque vocabulum cum proprietate accipit, vel neutrum: ſi primum nec paſſio pœnæ proprie dictæ, neque paſſio pœnalitatis decent ſtatum animæ beatæ extra viam conſtitutæ, per quam neque mereri C neque pro altero ſatisfacere poteſt, pœna enim, vel pœnalitas propriè non eſt defectus alicuius perfectionis completæ, & debitæ beato; ſin minus cogemur dicere animas ſanctorum, nunc in gloria pati has pœnalitates, immo etiam Chriſtum hodie aliquam pœnalitatem ſubire: eo quod illi deeſt aliquod præmium accidentale, & aliqua perfectio illi debita, quia caret ſocietate multorum prædeſtinatorum in cælo & integro complemento ſui corporis myſtici: item caret exaltatione ſui nominis, & honore ſibi debito ab omnibus hominibus exhibendo: & mala aliqua extrinſeca tolerat nempe blaſphemari, & in Iudæorum opinione, vt ſeductorem, & iniquum reputari; D quæ tamen nullo modo dicendæ ſunt pœnæ, ſeu pœnalitates ſimpliciter loquendo: quia neque in ſupplicium peccati, vel ſatisfactionem culpæ alienæ aut propriæ ſubſtinentur: ſi verò pœnalitas impropriè accipiatur pro carentia cuiuſdam perfectionis, quæ mortis pœnam conſequuta eſt, & quæ aſſumitur ad veritatem mortis, & reſurrectionis Chriſti magis confirmandam in eodem ſenſu improprio dici poteſt pœna. Verum quia loqui debemus in ſenſu proprio: neque pœnalitatem, neque pœnam ſimpliciter in Chriſti anima poſt mortem agnoſcimus; & D. Thomas eſt interpretandus: Nam quando dixit, *Chriſtus vt ſuſciperet noſtras pœnas*, accepit pœnam materialiter, ideſt, ea quæ in nobis habent rationem pœnæ: numquam verò ſignificauit, ea reſpectu Chriſti habere rationem pœnæ formaliter & propriè ſumptæ, quod manifeſte oſtendo ex dictis in artic. 1. præſertim ad primum: ait enim, *decuit Chriſtum in in-*

ferium deſcendere : non tamquam ipſe eſſet debitor pœna : ſed vt eos qui erant pœnæ obnoxij liberaret, quo in loco reduplicatio illa, *non tamquam*, indicat pœnam formaliter à D. Thom. formaliter conſiderari ne ſibi contradiceret: ſi enim illam pœnam adhuc in complementum ſatisfactionis pro noſtra culpa ſuſtineret, ſane debitor erat voluntarius ſicut debitor fuit mortis; quia voluit naſci in carne paſſibili vt pro nobis moriendo ſatisfaceret: cum ergo neget D. Thom. in inferno Chriſtum fuiſſe obnoxium ſeu debitorem pœnæ, ſequitur illam materialiter non conſideraſſe, nam re vera id quod reſpectu noſtri pœna erat ad infernum deſcendere, reſpectu illius triumphus fuit & victoria, vt in corpore eiuſdem articuli declarat idem doctor. Vtramque acceptionem pœnæ acutè indicat Bonauent. in 3. diſt. 22. quæſt. 4. cum ait Chriſtum fuiſſe in loco pœnæ ſine pœna, id eſt fuit in eo loco in quo eſſe, pœna erat reſpectu hominum.

9. Quamobrem non rectè declarantur illa loca ſacræ ſcripturæ à Caietano adducta. Nam ille prior locus duos habere poteſt ſenſus, quorum vterque placuit Auguſtino, Ambroſio, Lyrano & alijs Patribus quos refert & ſequitur Lorinus actorum 2. numero 24. *Nam ſolutis doloribus inferni*, aut intelligitur de doloribus Chriſti, qui vt cum proprietate accipiantur, Chriſti animam attingere nequiuerunt, ſed ab iis fuit omnino præuenta & libera, prorſuſque impaſſibilis iuxta ſtatum animæ beatæ iam à via & ſtatu merendi, ac ſatisfaciendi egreſſa. Aut declaratur de doloribus & pœnis iuſtarum animarum, quas Chriſtus ab inferis eduxit. Iam vero poſterior locus pſalmi 15. non eſt declarandus de pœna aliqua, quam anima Chriſti pateretur apud inferos etiam accidentaria & extrinſeca: ſed ſecundùm expoſitionem D. Petri act. 2. & D. Pauli actor. 13. prædicitur reſurrectio Chriſti, quæ per partes declaratur, quia neque detenta fuit in limbo anima, neque corpus corruptionem paſſum eſt, & quamuis concedamus hoc fuiſſe beneficium Chriſto factum, vel potius accidentale præmium ipſius meritis debitum, item donum conſequens ad exigentiam vnionis hypoſtaticæ: inde tamen non ſequitur carentiam huius doni fuiſſe propriè pœnam, ſed medium quoddam aptum ad ea exequenda, quæ Deus circa homines diſpoſerat.

10. Quod attinet ad alteram declarationis partem de deſcenſu animæ Chriſti per ſuam ſubſtantiam & in reali præſentia ad inferos; aſſertio noſtra eſt de fide, & ſententia Durandi non modo probabilis non eſt, vt exiſtimauit Petrus Mirandul. in Apolog. quæſt. 1. ſed potius vt erronea, & hæretica damnanda; quia omnes ſcholaſtici præter Durand. ita fidei articulum declarant in 3. diſt. 23. teſte Suar. tom. 2. in 3. par. diſp. 43. ſect. 2. §. duo ergo. Probat Catechiſmus Roman. in expoſitione huius articuli, ex Oſeæ 13. numero 14. *Ero mors tua ô mors; morſus tuus ero inferne*: item ex Zachar. 9. numero 11. *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua*, & ex Paulo ad Coloſſens. 2. numero 13. *Expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo*, quæ loca in literali ſenſu, & communi patrum conſenſu, hanc veritatem catholicam continent: accedit illuſtre illud Pauli teſtimonium ad Epheſ. 4. numero 9. *quod autem aſcendit quid eſt niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ?* vt cum Hieronym. Chryſoſtom. Ambroſ. & aliis Patribus declarat Iuſtinian. ad hunc locum & alia multa adducit ex ſacris literis & ſanctis Patribus in notatione Marginali ad eiuſdem veritatis confirmationem de reali deſcenſu animæ Chriſti ad limbum, multo tamen plures ex Græcis & Latinis inferam; & ſunt ferè omnes boni nominis doctores qui in Eccleſia floruerunt quorum prætermiſſis teſtimoniis nomina & loca indicabo, vt ſciatur quo iure Hæretici nouè introductum hunc fidei articulum temerè affirmarint. Ignat. in epiſtol. ad Trallianos Theophilus Antioch. lib. 4. allegoriarum in Ioann. Irenæus lib. 5. cap. 31. Clem. Alex. lib. 6. Stromat. cap. 2. Hyppolitus de conſummatione mundi & in oratione ad magnum canticum. Origenes in homil. 15. in Geneſ. & ad cap. 5. epiſt. ad Roman. Gregorius Neocæſarien. Oratione in Epiphan. Euſeb. Cæſar. lib. 4. cap. 12. de demonſtrat. Euang. & lib. 10. cap. 8. & Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 1. cap. 13. Macarius Hieroſol. in actis Concil. Nicæni lib. 2. Athanaſ. de Incarnat, & de ſalutar Chriſti aduent. & homil. de ſemente Cyrill. Hieroſoly. Catechiſ. 4. & 14. illum; natorum Baſil. in pſalm. 44. & 48. Epiphan. Hæreſ. 46. contra Tationos & Hæreſ. 69. Nazianz. orat. 35. quæ eſt. 3. theolog. Nyſſenus, orat. 1. in Chriſti reſurrect. Theophil. Alex. epiſt. 1. paſchali Chryſoſtom. ſerm. 5. de reſurrect. & homil. 4. in Marcum. Syneſius hymno 7. & 9. Philo Carpathius in Cantica. Caſſianus de Canonic. diurnar. orat. lib. 3. cap. 3. Cyrill. Alex. de recta in Deum fide ad Theodoſium. Proclus Conſtantin. homil. de Natiuitate Domini. Theodoretus dialogo 3. Titus Boſtrenſis ad cap. 23. Lucæ. Olympiodorus ad cap. 19. Iob. Nonnus Panopolitanus, in Metaphraſi ad cap. 2. Ioannis, & ad cap. 11. de Lazaro. Dorotheus doctrina 22. Procop. ad cap. 49. Geneſ. & 41. Eſai. Anaſtaſius ſynaita in Hexameron de opere ſeptimi diei, & de rectæ fidei dogmat lib. 4. & 5. Heſychius in Canticũ Ionę. Sophronius Hieroſol. in Chriſti Natalit. Germanus Conſtantinop. In Theoria, & de Cruce Domini ſono 4. Damaſc. Orthodox. fid. lib. 3. cap. 29. & orat, de tranſfigur. item de fidelib. defunct. Coſmaſ. Hieroſol. in Theogoniam hymno 8. Marcus Idruntinus hymno in magno ſabatho. Nicephor. Conſtantinopol. epiſtol. ad Leonem. Michael Syngelus in Dionyſio Areopagita, Theophilact. ad cap. 27. Matth. & 4. ad epheſ. Theodorus Aburaca diſp. 15. Suidas in voce Adam. Simeon Metaphraſt. in vita Stephani Iunioris. Euthym.

in

in pſalmium 106. Michael Glycas part. A 3. Annalium. Theorianus epiſtol. ad ſacerd. de Ieiunio ſabathi, Nicetas in oration. 42. Naxian. hi ſunt Græci qui à primo ſæculo poſt Christum vſque ad 1120. annum vixere.

Ex Latinis idem teſtificantur Tertull. lib. de anima cap. 55. & contra Marcion. lib. 2. cap. 4. lib. 4. cap. 6. & lib. 5. cap. 10. Cyprianus de vnctione Chriſmatis & de reſurrection. Christi, Zeno Veron. ſerm. 3. de paſch. Victorinus Pictauienſis de Christo Deo & homine, Lactant. lib. 4. Inſtit. cap. 12. Hilar. lib. 10. de Trinitat. Iulius Firmicus de Myſteriis & error. profan. relig. cap. 25. Marius Victor. lib. 4. aduerſ. Arrium, Ambroſ. de Domin. Incarnat. de ſacram. cap. 5. ad cap. 4. Epheſ. B & lib. 4. de fid. cap. 1. Paciomus epiſt. 3. contra tractatus Nouatian. Prudentius in Apotheoſi contra Lebionem & hymn. 1. & 9. ad Galli cantum, Hienn. epiſt. 3. cap. 3. in pſalm. 15. & ad cap. 3. Eccleſiaſt. Ruffinus in expoſitione ſymboli, Gaudentius Brixien. tract. 6. in Exod. Auguſtin. præter locum ſupra citatum epiſt. 57. ad Dardanum in ſolutione 1. quæſt. epiſtol. 99. ad Euodium, lib. 20. de Ciuitat. cap. 15. in pſalm. 85. & tract. 111. in Ioano. Paulinus de obitu Celſi pueri. Maximus Taurinus homil. 2. in Pentecoſt. Arnobius in pſam. 37. Petrus Chriſolog. ſerm. 65. & 123. Eucher. de quæſt. Nou. teſt. in Lucam, Sedulius lib. 3. & 4. Paſchali. Cæſar Arelaten. homil. 3. de paſcb. & 38. Claudian. Mamertus de re- C greſſu anim. ab infer. Gennad. Maſſil. de eccleſiaſt. dogmat. cap. 78. Vigilius lib. 2. contra Eutychem, Fulgeot. in Thraſimuodum regem lib. 3. cap. 31. Symmachus Papa in Apolog. aduerſus Anaſt. Imperat. Hormiſda Papa epiſtol. ad Iuſtinum Imperat. cap. 3. Primaſius ad cap. 4. ad Epheſ. & cap. 5. Apoc. Caſſiodorus in pſalm. 15. & 138. Gregor. Turon. lib. 10. hiſtor. Franc. cap. 13. Gregor. Magn. lib. 13. Moral. cap. 15. & 16. Iſidor. ſentent. lib. 1. de ſummo bono cap. 16. Hildephonſ. de Virginitate Mariæ cap. 12. Beda ad pſal. 85. Alcuinus ad cap. 3. eccleſiaſt. & de diuinis offic. cap. 18. Anſbertus in Apocal. lib. 9. Carolus Magnus epiſtol. ad Elipandum, Haymo ad c. 4. ad Epheſ. Rabanus de D vniuerſo lib. 4. cap. 10. Remigius in pſalm. 85. & ad c. 9. Zachar. Algerus de Euchar. lib. 2. c. 8. Anſelmus in Elucidario ad cap. 10. ad Roman. & 2. ad Coloſſen. Rupert. de glor. & honor. filij hom. ad c. 8. Mattb. lib. 7. Hugo de ſacram. lib. 2. epiſt. par. 1. c. 11. Bernard. Sermon. 75. io Cantic. Petrus Cluniacenſis lib. 4. epiſt. 1. Arnoldus de verbis Domini tract. 6. & 7. Omnes iſti tam Græci, quam Latini Patres D. Thomam præceſſerunt ad minimom pluſquam quinquaginta annis, vt mendacem Eraſmum & parum in ſanctis Patribus verſatum conuincamus, qui ſanctum Thomam hunc articulum fidei addidiſſe ſubdubitat. O impudens ignorantia hæreticorum noſtri ſæculi!

Secundo oſtenditur ex Eccleſiæ definitione 111
in ſymbolo Apoſtolorum, prout refertur ab Auguſt. & Euſebio ſupra citatis & vt nunc ab Eccleſia recitatur: item ex ſymbolo Athanaſ. ex ſymbolo Concil. Epheſin. circa medium eiuſdem Concil. ex ſynodo Ariminen. apud Athanaſ. & Concil. Toletan. 4. in confeſſione fidei & denique ex noſtro textu Concil. Lateranen. Optima verò conuenientia deſcenſus huius ad inferos, quam maiori ex parte patres attingunt, eſt: vt Chriſtus Dominus, qui Dæmonem humanæ perditionis authorem moriendo vicerat, captiuas iuſtorum animas quaſi in vinculis detentas ruptis poſtibus, ſolutis vinculorum nexibus victor, & triumphabundus ingrediens à tyrannica Dæmonis poteſtate eriperet; & clara ſui totiuſque Trinitatis viſione conſolaretur, vt ſic ad ſuperos remeans ad ſuæ reſurrectionis celebritatem dum in terris manebat dignum duceret comitatum: ratio verò cur in Nicæna ſynodo & aliis Conciliis Generalibus non exprimatur hic articulus, fuit, quia ſubintelligebatur ſub illa particula ſepultus, quam alia tamen Concilia, item ſymbola maioris expreſſionis gratia declararunt. Exiſtimat tamen Suarius tom. 2. in 3. par. diſp. 43. ſect. 2. in fin. probabilius eſſe hunc articulum non eſſe ex iis quem fideles ex præcepto ſcire tenentur, quia non eſt res admodum neceſſaria ſingulis hominibus, & ob hanc cauſam fortaſſe omiſſam fuiſſe in Concilio Nicæno: oppoſitum tamen exiſtimat Medin. in 3. par. quæſt. 51. art. 1. cuius opinionem etiam probabilem & ſecuram Suar. arbitratur, quam ego in praxi tenendam exiſtimo, vt eccleſia facit, quæ in Catechiſmo Romano de hoc articulo fideles erudiendos eſſe voluit. Vtrum verò Chriſtus non modo ad limbum ſed etiam ad purgatorium deſcenderit, & vtrum omnes an ſolum aliquas animas ab igne liberarit, non pertinet ad doctrinam fidei, ſed ad theologicam concertationem: videatur D. Thom. 3. par. quæſt. 52. & eius commentatores.

Surrexit à mortuis, & aſcendit in cælum. 12[illegible]
Chriſti reſurrectio non modo eſt definita de fide & expreſſa in omnibus ſymbolis, fideique confeſſionibus, quæ in Generalibus Conciliis reperiuntur, ſed ſpeciatim in Nicæno additur, *tertia die ſecundùm ſcripturas*, quod ſumptum eſt ex D. Paulo qui 1. ad Corint. 15. ait. *Quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundùm ſcripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertio die ſecundùm ſcripturas.* Cum enim hæc Myſteria creditu difficilia viderentur, & alioqui fidelibus maximè neceſſaria eſſet illorum firma & ſtabilis fides, ideo in authenticis literis ſpiritu ſancto dictante antequam fierent, & poſtquam facta ſunt, ſcripta nobis ab eccleſia clarè & expreſſe proponuntur, qua arguendi ratione diſcipulos de reſurrectione aliquantulum vacillantes Chriſtus iam reſurgens in viaque

apparens conuicit vt patet ex Luca cap. 24. vbi Dominus ait, *Hæc ſunt verba quæ loquutus ſum ad vos, quam adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis & pſalmis de me*, quæ loca tam veteris teſtamenti, quam noui, quia facile occurrunt, illa omnia prætermitto: per hunc verò articulum, Cherinthi error confutatur, de quo ait Epiphan. hæreſ. 28. illum exiſtimaſſe Chriſtum mortuum quidem fuiſſe, ſed reſurrectionem ſuam ad tempus generalis reſurrectionis diſtuliſſe; cuius erroris tacito nomine meminit Tertullian. de Carne Chriſti cap. 24. Alio modo refert hunc Cherinthi errorem Irenæus lib. 1. contra hæreſes cap. 24. ait enim Cherinthum aſſeruiſſe Chriſtum paſſionis tempore à Ieſu receſſiſſe, & ſolum Ieſum, non Chriſtum mortuum fuiſſe & ſurrexiſſe. Idcirco tamen addit text. noſter Chriſtum in Carne ſurrexiſſe, & in vtroque nempe in carne, & anima cælum aſcendiſſe, vt reſurrectionis, & aſcenſionis modum indicaret, & illi oppoſitos errores confutaret. Nam reſurrectio Domini facta eſt per vnionem eiuſdem animæ Chriſti ab inferis egreſſæ, clauſoque ſepulchro ingreſſæ, ad Corpus debito diſpoſitionum apparatu diſpoſitum vnitæ, ſic enim oportebat, vt ipſum corpus quod organum, & inſtrumentum fuerat meriti reſurrectionis, & exaltationis gloriam participaret, iuxta illud Auguſtin. tract. 104. In Ioannem *humilitas paſſionis meritum eſt reſurrectionis*: ſic etiam illud Eſaiæ cap. 25. numero 5. vaticinium Dominus adimpleuit, *præcipitauit mortem in ſempiternum*, ad quem locum alludens D. Paulus 1. Corinth. 15. ait, *Tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt abſorpta eſt mors in Victoria*: ita coniectantur Hieron. & Haymo in Eſaiam S. Thom. Salmeiron, & Emanuel Sa in D. Paulum & ſine dubio declarat optime Gaſpar Sanches in Eſai. quia pro præcipitauit in Hebræo eſt בִּלַּע billag. quod eſt *abſorpſit ſeu præcipitauit*. Vnde quia cum eiſdem literis radicalibus mutatis punctis legi poteſt בֻּלַּע bullag. id eſt *abſorpta eſt, præcipitata eſt*: Item לָנֶצַח Lanctſach verti poteſt, *In victoria*, vel in *perpetuum*; mirum non eſt ſi diuerſa videatur lectio D. Pauli à noſtra vulgari in Eſai. Senſus tamen idem eſt, nempe à Chriſto mortem eſſe præcipitatam, ſeu abſorptam in perpetuum, & in victoria quam Chriſbis de illa reportauit: hac enim reſurrectione ſua Chriſtus oſtendit teſte Athanaſ. lib. de Incarnat. verbi. *Non ex imbecillitate mortuum eſſe: ſed ad extinguendam mortem qua profligata quid reliquum erat niſi vt trophæum deuictæ mortis excitaretur?* Neque ſolum moriendo Chriſtus mortem profligauit, quæ contra primos parentes, & omnes poſteros præualuerat, ſed mortuum corpus ſuſcitando, ſic enim, *calcata morte factus eſt nobis reſurrectio*, vt commentatus eſt Cyrill. locum Eſaie. Hoc ſuæ victoriæ trophæum ſeruator Dominus hac de cauſa non modo oculis frequenter temperato claritatis fulgore exhibuit, ſed manibus etiam tractandum præbuit notis A vulnerum cicatricibus inſignitum.

Et licet in generali hominum reſurrectione ad diſponendam materiam corporum; ad colligendos mortuorum cineres, & ad locum reſurrectionis deferendos Theologi in 4. diſt. 43. & 44. miniſterium Angelorum exigant, quorum interuentu Deus vniuſcuiuſque corporis materiam diſponet, aptamque reddet, vt ab anima ſua informetur: nullo tamen huiuſmodi miniſterio Angelorum opus fuit ad Chriſti reſurrectionem, totum enim præſtari potuit ab ipſius anima: nempe diſpoſitio corporis, ſparſi ſanguinis, & aliarum partium collectio, ſi quæ tormentorum vi à corpore ſeparatæ erant, & intra ſepulchrum clauſum comportandæ: Denique ipſa vnio animæ ad corpus, quæ, vt in Metaphy- B ſica dictaui, ex parte materiæ ſe habet, & modus eſt materialis, qui corpus immediatè & intrinſecè afficit, animamque attingit, & formaliter vnit corpori, hæc omnia anima quia verbo erat vnita tamquam cauſa inſtrumentalis, & phyſica efficere potuit, eo modo, quo humanitas Chriſti tamquam diuinitatis organum cauſa phiſica inſtrumentalis erat miraculorum, quæ Chriſtus operabatur, vt docet D. Thom. 3. par. quaſt. 12. artic. 1. & 2. Caiet. & alij Thomiſtæ ibidem & poſt multos alios Suar. diſp. 31. ſect. 3. §. nihilominus. Et ſpeciatim de reſurrectione Chriſti ex patribus, & ſcholaſticis doctoribus habemus illam fuiſſe ab eo factam propria ipſius virtute, vt teſta- C tur idem Suar. tom. 2. in 3. par. diſp. 45. ſect. 2. §. dicendum & nullus mentionem facit de Angelorum interuentu hac in re: & ratio eſt, quia vbi eſt ſufficiens, decens & proportionatum principium alicuius actionis proximum, ſuperfluum erat adhibere remotum & extrinſecum, quod minus decens eſt, ſed anima vnita verbo eſt ſufficiens principium magis decens, & proximum ad actionem, vel actiones prædictas colligendi reliquias ſui corporis, diſponendi illud, & producendi vnionem inter ſe & ipſum corpus, ergo ita de facto contigit: confirmatur quia collectas reliquias non poterant Angeli clauſo ſepulchro introducere ad corpus per naturalem virtutem, quia non poſſunt ponere vnum corpus pe- D netratiuè cum alio, neque deferre illud ab vno extremo ad aliud, niſi per medium fluidum, ſed ſepulchrum ante reſurrectionem apertum non fuit: Ergo hoc miniſteriom ad Angelos non ſpectabat, ſi enim illis Deus vti deberet tamquam inſtrumentis ad effectus ſupernaturales, magis connaturale erat, vt anima Chriſti vſurparetur ad illos, quæ inſtrumentum erat Verbo coniunctum, & alioqui effectus illi ad corpus & animam Chriſti pertinebant. 13.

Vbi primum Chriſti anima corpus à ſe diſpoſitum ingreſſa, illud ſibi ſubſtantiali vnione coniunxit, partiales modi vnionum, per quos anima & corpus Chriſti hypoſtaticè verbo vniebántur ſe ipſis cohæſerunt 14.

runt: cum enim formales vniones eſſent, non in digebant alia vnione qua coniungerentur: quare in eodem inſtanti tota humanitas reunita eſt verbo & homo Chriſtus reſurrexit glorioſi corporis dotibus perilluſtris, & qua ratione in carne paſſibili virginis vterum, concluſum puritatis hortum tranſiuit, ita in carne immortali maiori iure ſubtilitatis dote clauſum ſepulchrum peruaſit, & ad diſcipulos ianuis clauſis intrauit, quod textus ſignificauit cum in carne ſimul & anima ad Cælum aſcendiſſe declarat, nulla enim maior difficultas in penetratione clauſtri virginalis, ſepulcbri marmorei, aut ianuæ obſeratæ quam in penetratione cælorum quos lib. Iob. cap. 37. ferro, & adamante ſolidiores dixit. At Chriſtum Dominum aſcenſu ſuo cælos penetraſſe teſtatur Paulus ad hæbræos 4. *Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Ieſum filium Dei, teneamus fidei noſtræ confeſſionem.* Vnde excluditur Chriſtolitarum hæreſis, qui teſte Damaſceno de hæreſibus aſſerebant Chriſtum Dominum, cum excitatus eſſet ab inferis, ibi corpore cum anima relicto cum ſola diuinitate cælum petiiſſe. Reijciuntur etiam Berengarius, Caluinus, Bullingerus, Theodorus Beza, & alij quos refert Coricus tom. 1. theſauri lib. 2. artic. 5. affirmantes Chriſtum neque è clauſo ſepulchro exiſſe, neque clauſis ianuis ad diſcipulos intraſſe. Inter quos citatur etiam Petrus Martyr in dialogo fol. 95. vbi ſcribit, *Chriſtum non intraſſe ad diſcipulos per oſtia clauſa ſed per feneſtras, vel vndecumque voluerit ingreſſum eſſe.* Cuius ſententiæ ſubſcribit Durand. in 4. diſt. 44. quæſt. 6. quatenus ait implicare contradictionem, vt duo corpora in eodem loco ſe penetrent, & ſimul ſint, quod etiam probabile credit Paludanus, opinionem tamen hanc Chriſtiano philoſopho, ſeu theologo tueri non licet, vt optimè docet Curſ. Conimb. in lib. 4. phiſic. cap. 5. quæſt. 4. artic. 2. quia occaſionem præbet errandi circa multa myſteria fidei, vt docet Suar. tom. 2. in 3. part. 48. ſect. 5. §. hæc verò: & ratio eſt, quia hoc non implicat contradictionem: nam ſicut duæ qualitates contrariæ in grandu ſummo eſſe ſimul nequeunt naturaliter in eodem ſubiecto, quantum enim vna intenditur, altera tantumdem remittitur: & tamen Deus poteſt eas ſimul in gradu intenſo in eodem ſubiecto ponere: ita ſimiliter licet duæ quantitates ſe excludant ad inuicem ab eodem loco naturaliter, non repugnabit diuinitus poni ſimul. hæc enim phyſica eſt repugnantia non logica, & ideo à Dei omnipotentia vinci poteſt: & confirmatur quia de facto quantitas corporis Chriſti Domini modo magis miraculoſo eſt ſimul cum quantitate hoſtiæ conſecratæ: ergo poterunt poni ſimul modo magis connaturali vtrique, nempè extenſiuè.

15. *Venturus in fine ſæculi iudicaturus viuos & mortuos, &c.* Per hæc & ſequentia verba ſe-

A cundus Chriſti aduentus ad vniuerſale iudicium deſcribitur, quando omnes mortales in generali reſurrectione ante illius tribunal in eadem carne præſentati exactam ſuorum operum reddent rationem; & pro meritis præmia, vel pœnam æternum duraturam audita finali ſententia conſequentur, quamquam Prodiænitæ, Hermoniamite Manichæi, Borboriani nec iudicium, nec reſurrectionem credant, vt de iiſdem dicit Philaſtrius; & quamuis Albanenſes, vt iam factum iudicium non formident, quod de his Guido in ſumma tradidit. His & ſimilibus prætermiſſis erroribus contra hunc articulum vltimum, qui videri poſſunt apud Coccium tom. 2. the-

B ſauri. lib 10. art. 4. & 5. ad teſtimonia ſacræ paginæ præcipua quibus hæc veritas mititur, veniamus: primo oſtenditur ex veteri teſtamento Exod. 3. numero 6. quem locum in teſtimonium Chriſtus Dominus adduxit ad reſurrectionem comprobandam Matth. 22. numero 31. *De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis quod dictum eſt à Deo, dicente vobis, ego ſum Deus Abraham, & Deus Iacob: non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium*, ex hac enim Dei nomenclatura recordatio, & prouidentia illius agnoſcitur per quam iuſtis perfectum præmium reſeruat, quod ipſorum animæ non aſſequerentur, niſi cum corporibus pariter æter-

C nam obtinerent felicitatem, quomodo locum exponunt Hieronym. Anſelm. D. Thom. & alij in Matth. neque enim Deus dici poſſet Dominus illorum, qui iam obierant, ſi omnino perijſſent. Viuebant ergo ſecundum aliquam partem ſui nempe per animas, quas corporibus reſtituendas ſignificat, qui non animarum tantummodo, ſed hominum ad quorum conſtitutionem pertinent, ſe Deum proteſtatur; vt reſurrectionis ſpem in nobis aleret: item in locis notiſſimis Iob. 14. numero. 14. & cap. 19. numero 25. Eſai. 66. numero 14. Ezechiel. 37. numero 4. Accedit illud quod robuſtum teſtimonium vocat Hieronym. in 37. Ezechielis, Danielis

D 12. numero 2. *Multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt; alij in vitam æternam; & alij in opprobrium*, illa vero numeralis dictio *Multi*, iuxta conſuetam phraſim ſacræ ſcripturæ, ſignificat omnes, teſte Theodoret. & alijs in Daniel. Hieronym. vbi ſupra, Auguſtin. lib. 20. de Ciuitat. cap. 25. Denique apertiſſimum eſt illud 2. Machab. 7. numero 9. vbi vnus ex inuictis fratribus Machabæis ſic tyrannum alloquitur. *Tu quidem ſceleſtiſſime in præſenti vita nos perdis, ſed Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus in æterna vitæ reſurrectione ſuſcitabit:* ſimilia in eodem capite ſemel atque iterum repetuntur. 2. ex nouo teſtamento Ioannis 5. numero 28. *Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem eius, & procedent, qui bona egerunt in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt in reſurrectionem iudicij.* 1. Corinth. 15. numero 12. ſic argumentatur

Paulus ad noſtram reſurrectionem confir- A mandam, *ſi autem Chriſtus prædicatur quod reſurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt?* Et quia ſimilia paſſim occurrunt, reliqua omitto. 3. eadem veritas in omnibus Eccleſiæ ſymbolis, & in confeſſionibus Conciliorum continetur, concinitque ius ciuile in l. 7. cum velimus §. per omnia de ſumm. Trinitat. vbi ſymbolum Nicænum recitatum poſtea in Epheſin. Concil. teneri & cuſtodiri à ſe Imperator profitetur.

Solum hac in re difficultatem facit, an om-
16. nes reſurrecturi ſint? Nam duo ſunt loca Pauli ex quibus multi Patres deducunt iuſtos, quos nouiſſima Iudicij dies viuos inuenerit, immutandos quidem, ſed non reſurrecturos, quia non morientur. Prior locus eſt 1. Corinth. 15. numero 51. Nam vbi noſtra vulgaris legit, *omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur*, Græca lectio habet, *omnes quidem non dormiemus, ſed omnes immutabimur.* Poſterior eſt ad Theſſalon. cap. 4. numero 17. *Et mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aëra*: ita vtrumque locum interpretantur Chriſoſtom. Theod. Theophil. Oecumen. ibidem, Origen. lib. 2. & 5. contra Celſum, Iuſtin. quæſt. 109. ad orthodox. eamdem ſententiam & lectionem græcam prioris loci probabilem credunt Hieronym. in epiſtol. 151. ad Minerium, ſequutus Theodorum Heracl. & Apollinarium. Item Tertullianus de reſurrection. carn. cap. 41. C & 24. Auguſtin. quæſt. 3. ad Dulcitium, Gennadius de eccleſiaſt. dogmat. cap. 7. Fulgent. lib. 3. prognoſt. cap. 48. idem docet Caietan. in cap. 10. Actorum, numero 42. vbi dicitur Chriſtus conſtitutus à Deo Iudex viuorum, & mortuorum: ait enim hoc loco viuos dici qui adueniente Chriſto Iudice perſeuerabunt in vita, & omninò non morientur: qua ratione ea ſymboli verba in noſtro textu contenta, *iudicaturus viuos & mortuos*, declaranda eſſe exiſtimant de illis, qui vſque ad iudicij diem viui permanebunt, quique cum mortuis reſurgentibus pariter iudicabuntur.

17. Hanc ſententiam vt temerariam reijciunt Sotus in 4. diſt. 43. quæſt. 2. artic. 4. & Ca- D therinus in citatum locum ad Corint. nulla tamen digna eſt cenſura, ſed ſolum tamquam minus probabilem, & ab omnibus noſtri ſæculi ſcriptoribus communiter reiectam prorſus excludendam iudico. Primum probo, quia neque adhuc quidquam in hoc puncto Eccleſia definiuit; neque illi ſententiæ deſunt patroni & defenſores grauiſſimi, qui ſacræ ſcripturæ teſtimoniis ſaltem quoad ſpeciem & prætextum aliquem ſuffulti, eam probabilem iudicarunt: ideoque nullo modo prædictam opinionem damnarunt D. Thom. neque alij hoc dubium mouentes, Canus 5. de locis cap. 14. Sixtus 6. Biblio. ann. 265. Suares. tom. 2. in 3. part. diſp. 50. ſect. 2. Pamel. in Tertull. citato loco. Valent. in 3. par. diſp. 11. quęſt. 3. punct. 3. Henriq. lib. de vltimo fine hominis cap. 25. Salaſ. 12. quęſt. 3. tract. 2. diſp. 14. ſect. 3. in fin. 2. oſtendo, quia non modo Thom. 12. quęſt. 81. artic. 3. ad primum, & omnes Theologi in 4. diſtinct. 43. ſed omnes ſcriptores recencentiores, vt teſtatur de ſui temporis ſcriptoribus Gennad. vbi ſupra, *Maxima turba patrum tradente ſuſceperunt* ſententiam aſſerentem omnes homines ante diem indicij generalis morituros, & poſtea reſurrecturos, quod ſuadetur primo, ex clarioribus ſacrę paginæ teſtimoniis: Nam illud Geneſ. 3. numero 19. *puluis es & in puluerem reuerteris*, ſententia fuit definitiua mor- B tis, à qua ſi nec Chriſtus nec beata Virgo peccati expertes euaſerunt, multo minus alij euadent. Deinde pſalm. 88. numero 49. interrogatio illa Dauidis, *Quis eſt homo qui viuet & non videbit mortem? eruet animam ſuam de manu inferi*, idem oſtendit: hæc eſt illa immutabilis lex, quam iuxta Gregor. 11. moral. cap. 22. vocauit Iob cap. 53. numero 26. *ſcriptas contra ſe amaritudines*, alludens ad locum Geneſis citatum. Nam quod ſcribimus manet immutatum, quod loquimur tranſit: quare de morte Chriſti loquens Auguſtin. contra Pelic. cap. vltimo hinc rationem petit. *Credo mortuum eſſe filium Dei, non ſecundum pœnam iniuſtitiæ, quam ex toto non habuit; ſed ſecundum legem naturæ, quam pro humani generis redemptione ſuſcepit illa morte, qua dicitur, quis eſt homo, qui viuit, &c.* Idem habes Ioſue 23. numero 14.
& ad Hebræos 9. numero 27. Secundo 18.
quia loca quæ in oppoſitum adducuntur alios habent ſenſus textui magis conformes. Nam prior locus Pauli retenta editione vulgata hanc ſententiam apertè tradit, vnde non poteſt iam admitti altera Græca in ſenſu, qui vulgatam deſtruat: Latinam verò tradiderunt Gregor. Nyſſenus Tertullian. Hieronym. Ambroſ. & omnes ferè Latini vt teſtatur Iuſtinian. hîc numero 51. vbi ait duplicem fuiſſe apud Græcos Codices lectionem. Prima eſt, *Omnes enim dormiemus, non omnes immutabimur.* Secunda verò, *Omnes enim non dormiemus omnes autem immutabimur.* In prima ſignificatur omnes quidem morituros, ſed non omnes in corpore glorioſo ad honorem, & gloriam reſurrecturos. In 2. dicitur quod omnes reſurgent, quia non permanebunt in dormitione mortis; item omnes eſſe immutandos; ſiue ille terminus *omnes* comprehendat generalem omnium mortem, & reſurrectionem: ſiue limitetur ad iuſtos, & tunc immutari ſignificat ad immortalitatis beatæ felicitatem peruenire: ita ex Cyrillo & Oecumenio aliiſque Græcis Iuſtinianus.

Poſterior locus Pauli ita exponitur ab Auguſtin. lib. 10. de Ciuitat. cap. 20, vt non neget Paulus eos, quos cadentis mundi extrema viuos inuenerint, mortem ſubituros: ſed tantum ait rapiendos eſſe in aëra obuiam Chriſto,

Chriſto, vnde fieri poſſe, vt in ipſo raptu moriantur, & poſtea reſurgant: eamdem declarationem indicant Anſelmus, Beda, & alij,
19. merito tamen Suario citato diſplicet: Nam licet id Deo difficile non ſit, ſiue fundamento extraneum illud mortis genus fingitur in raptu corporis grauis, quod per miraculum in carne mortali rapiatur in aëra ad mortem ſubeundam, immò iam mortuum ab aëre ſuſtentabitur antequam reſurgat: cum naturali modo paulo ante mundi finem ſine his miraculis omnes tunc viui mori poſſent. Deinde verba Diui Pauli, *ſimul rapiemur cum illis*: item, *ſic ſemper cum Domino erimus*, declarant raptum illum ſimilem eſſe in omnibus, reſurgentibus, ſiue intelligantur, qui prius mortui ſunt, ſiue illi, qui relicti ſunt viui, & conſequenter dicuntur omnea ſimul eadem immortalitate donari, & in aëra rapi, & ſic ſemper cum Domino permanſuri, id eſt eodem modo quo rapiuntur, ergo non eſt dicendum quod morituri ſunt in raptu. Aliam declarationem ex Oecumen. & D. Thom. tradit Suar. nempe eos, qui tunc viui reperientur, paulo ante reſurrectionem morituros, cumque inter eorum mortem, & reſurrectionem modicum tempus intereſſe debeat, ideo D. Paulus de illis tamquàm de viuentibus loquitur, ratio vero, ob quam dixit hos non eſſe in reſurrectione præuenturos alios, qui multo ante abierant, non fuit quia ipſi non eſſent morituri: nam alioqui dubium non eſſet de præuentione: ſed quia cineres eorum, qui multo antea ſunt mortui, erunt toto orbe diſperſi, illorum verò corpora, qui paulo antè è vita diſceſſerunt forſitan adhuc integra permanebunt, ne facilior horum reſurrectio, quam illorum putaretur, ideo aduertit omnes ſimul in aëra rapiendos: eamdem expoſitionem tenet Concil. quæ probabilis quidem eſt, illud tamen mihi in ea difficile videtur, quod Paulus cum loquatur de viuis, qui paulo ante generalem reſurrectionem occumbent, ſe inter eos numeret, vel ipſe illorum perſonam ſubſtineat, cuius mortem ſciebat ſpiritus ſanctus, qui hanc ſcripturam dictabat, remotiſſimam fore à tempore iudicij. Quamobrem planior, & facilior ſenſus eſt ſi intelligamus Paulum ſignificare nullum fore ordinem, temporiſve, præcedentiam in reſurgendo, ſed æquam omnium conditionem; quod attinet ad reſurrectionis momentum, omneſque mortales vna ad vitam redituros, quamuis alij prius, alij poſterius moriantur. Vnde ſe optimè potuit cum viuis numerare, & omnes illos cum mortuis conferre, qui neque à ſe, neque à reliquis qui adhuc viuerent, in reſurrectione erant præueniendi: probat hanc expoſitionem Iuſtinian. numero 55. Neque illi obeſt quod Paulus dixerat, *& mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi*. Nam vt optime declarant Cornelius, & Iuſtinianus verbum primi in Græco eſt *πρῶτον* id eſt *primum*; & non ſignificat præcedentiam in reſurrectione iuſtorum, cum D. Paulus 1. ad Corint. 15. numero 52. affirmarit, *Omnes reſurgemus in momento, in ictu oculi*, nempe omnes tam bonos quam malos in eodem momento ad vitam redituros, vt Cyrill. Chriſoſtom. Euthym. & alij notant ad Ioannis 5. ſolum ergo fit comparatio reſurrectionis iuſtorum ad raptum eorumdem, itaut poſtquam iuſti in eodem inſtanti pariter cum impiis reſurrexerint, illi in aëra. Chriſto obuiam ituri rapientur. Pari modo quando in ſymbolo & actorum 10. Chriſtus dicitur Iudex viuorum & mortuorum, ſignificatur illum futurum eſſe iudicem tam eorum, qui viuunt quando ea doctrina traditur, quam eorum qui iam vita functi ſunt, quam explicationem vt planiorem tradit Suar. diſput. illa 50. ſect. 2. §. ad primam, quamuis aliam etiam probet cum Chryſoſtom. & Auguſtin. vt nomine viuorum intelligantur, qui vſque ad diem iudicij vitam producent, quos non oportet dicere numquam morituros. Quod verò attinet ad ſecundum Chriſti aduentum & ad modum formamue vniuerſalis iudicij, vide Suar. in 3. par. diſp. 57. per totam. Item quod poſt finale iudicium damnatos corpore, & anima perpetuas in inferno pœnas ſcelerum eſſe luituros, Iuſtos verò à Deo benedictos cum Chriſto in cæleſti, non in terreno regno in corpore & anima victuros per infinita ſæcula & pro meritorum diuerſitate diuerſis præmiis donandos, cum Angelis Deum viſuros, æternaque vita & ſumma felicitate fruituros, late ex ſcripturis Patribuſque tum Græcis, quàm Latinis probat Iodocus Coccus in theſauro tom. 2. lib. 10. in vltimis duobus articulis quibus hîc nihil addere neceſſa eſt.

Exponitur prior pars §. vna, vbi de Sacramentis Euchariſtia, & ordinis agitur.

NOTATIO VII.

V*Na vero eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, &c.* Concinit ex iure Canonico cap. ſequens Damnamus & cap. fideliter, eodem tit in 6. cap. alienus, cap. omnes, cap. quoniam vetus, cap. quicunque & alij textus 24. quæſt. 1. ex ciuili l. 8. inter claras ſeu nos reddentes in princ. C. de ſumma Trinitat. & fid. ibi, *ſemper nobis fuit magnum ſtudium vnitatem veſtra Apoſtolica ſedis, & ſtatum ſanctarum Dei Eccleſiarum cuſtodire.* In medio, *quæ caput eſt omnium ſanctarum Eccleſiarum*; & in fine *quæ ad vos eſt vnitas ſanctarum Eccleſiarum inturbata ſeruabitur quando per vos didicerunt omnes beatiſſimi Epiſcopi*: de qua materia agam in ſequenti diſput. 1. quæſt. 4. vbi probabo vnam eſſe Eccleſiam, extra quam nullus ſaluatur. In hac Eccleſia idem eſt ſacerdos & ſacrificium, videlicet Ieſus Chriſtus, iuxta caput quoniam vetus, citatum, ibi, *à ſacerdote victima ſalutem, à paſtore præſidium ouis efflagito.* Concordat Paulus ad He-

bræos 9. num. 11. 12. & 14. *Chriſtus aſſiſtens Pontifex*, &c. *per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta; Qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo.* Item ad Epheſ. 5. num. 2. *tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.* De hoc Pontifice ſemetipſum in ara Crucis offerente agit Auguſtin. in pſalm. 64. num. 4. dicens. *Pependit ipſe in Cruce, & impietates noſtræ propitiata ſunt. Impietates noſtras tu propitiaberis, tu ſacerdos, tu victima, tu oblator, tu oblatio*, de eodem Chriſti ſacerdotis ſummi in cruce ſe ipſum offerentis ſacrificio multa ex literis, & ſanctis patribus eruditè congerit Iacobus Pinto de Chriſto Crucifixo lib. 5. tit. 3.

2. *Cuius corpus, & ſanguis in Sacramento altaris, &c.* Vera & realis præſentia Chriſti Domini in ſacro ſancto Euchariſtiæ Sacramento ſtatuitur. In quo conſiſtit præcipuum huius Sacramenti myſterium, & eſt tertium, quod Chriſtianæ fidei meritum auget. Nam poſt Trinitatem, & Incarnationem de quibus iam ſupra, hoc ſequitur myſterium ſupra noſtri, immo & Angelici intellectus, vires naturales; quæ aſſequi cognitione non poſſunt, quomodo accidentia extra ſubiectum ſeparata exiſtant, & corpus Chriſti quantum ſub eiſdem accidentibus totum in toto, & totum in qualibet parte illorum collocetur permanenter. Contra hanc catholicam veritatem, & vnicum noſtri exilij ſolatium inſurrexerunt plures hæreticorum turmæ à primo ſæculo poſt Chriſtum vſque ad ætatem noſtram. Cœperunt Capharnaitæ increduli, *qui litigabant ad inuicem dicentes, quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Ioann. 6. ſequuti ſunt. Simon Magus, & Menander, vt teſtatur Ignatius apud Theodoret. dialogo tertio. Deinde Neſtoriani, Manichæi, Armenij, Iconomachi, Pauliciani, Bohemoli; Petrobuſſiani, Albigenſes, Lollardi, Thaboritæ, Caluiniſtæ, & Lutherani, qui cum ſuo Magiſtro in captiuitate Babilonica, & in libro contra Regem Angliæ, hanc realem Chriſti præſentiam ſine hæreſi negari poſſe contenderunt: hos ex parte retulit Bellarm. tom. 3. de Sacram. Euchariſtiæ lib. 1. cap. 1. & omnes fere; Iodocus latiſſimè tom. 2. theſauri lib. 6. artic. 1.

3. Verùm ad huius catholici dogmatis ſtabiliendam veritatem primo omnes quatuor Euangeliſtæ conſpirarunt Matth. 26. num. 26. Marcus 14. num. 22. Lucas 22. num. 17. & Ioannes 6. num. 51. vbi ait, *Panis, quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita*, & infra *Caro enim mea vere eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Inſtitutionem huius Sacramenti tres priores Euangeliſtæ meminerunt & Paulus Corinth. 10. num. 13. docuit. *Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur accepit panem*, &c. Secundo idem probant omnium fidelium Liturgiæ, ſeu Miſſæ, videlicet Liturgia D. Petri, qua Romani primum vſi ſunt, & canon miſſæ, quam Latina Eccleſia à mille annis & antea celebrare conſueuit. Item Li-

A turgia Eccleſiæ Hieroſolym. D. Iacob. fratre Domini authore, Liturgia Eccleſiæ Alexandrinæ auctore D. Marco Euangeliſta, Liturgia Æthiopum, quæ à D. Matthæo Apoſtolo ad illos miſſo conſcripta eſt: Liturgia Eccleſiæ Capadociæ Diuo Baſilio auctore: Liturgia Eccleſiæ Conſtãtinopolitanæ, quam edidit Ioannes Chryſoſtomus. Tertio Concilia idem definiunt. Nicænum in lib. 3. de diuina menſa, Epheſinum tom. 1. cap. 14. 6. Synod. Conſtantinop. actio 8. Concil. Trullenſe can. 26. & 102. Synod. 7. quod eſt Nycænum 2. act. 5. Arelatenſe ſecundum canone 15. Hiſpalenſe 2. cap. 7. Toletanum 12. cap. 5. Romanum ſub Leone 9. in quo

B lecta epiſtola Berengarij contra realem præſentiam Chriſti in diuiniſſimo Sacramento damnatus, eſt vt refert Lantfrancus initio libri contra Berengar: item Vercellenſe ſub eodem Leone 9. vt refert Vaſquez tom. 3. in 3. part. diſp. 179. cap. 2. Lateranen. cap. 1. vnde ſumptus eſt noſter textus: item Conſtantien. Viennenſe, & Florentinum vt refert Vaſq. proximè citatus: tandem Trident. ſeſſ. 13. cap. 1. & ſeq. item Cano. 1. ita ait *Si quis negauerit in ſanctiſſimo Euchariſtia Sacramento contineri vere, realiter, & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem vna cum anima & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proinde totum Chriſtum, ſed dixerit tantummodo eſſe in ſigno aut figura, vel virtute anathema ſit*, quæ verba latè exponit Bellarmin. lib. 1. citato

C c. 2. & ex illis diuerſos errores excludi oſtendit. Quarto, Patres tam Latini quàm Græci à primo ſæculo poſt Chriſtum eamdem veritatem docuerunt: eorum teſtimonia refert idem Bellarm. lib. 2. per diuerſa capita, & Iodocus Coccius tom. 2. theſauri lib. 6. artic. 1. Vaſq. citata diſput. cap. 3. & 4. Ratione ſuadetur quam Tridentin. indicauit cap. illo 1. & 4. ſeſſionis 13. citatæ; quia non implicat contradictionem, vt corpus Chriſti naturalem habeat eſſendi modum in cælo circumſcriptum, extenſum, ac viſibilem, & in Sacramento altaris definitiuum, id eſt, vt ſit totum in tota, & totum in qualibet parte hoſtiæ. Sed Redemptor noſter in vltima cæna diſertis ac perſpicuis verbis teſtatus eſt id quod in ſuis manibus habebat, & diſcipulis ſuis dabat ſub ſpecie panis & vini eſſe verum

D corpus ſuum, & verum ſanguinem, ita vt ad verborum illorum veritatem oporteret corpus, & ſanguinem Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini contineri verè & realiter: ergo ne infaillibili veritati verborum Chriſti derogetur, neceſſario fatendum eſt illum in hoc Sacramento verè & realiter præſentem eſſe. Dices hinc ſequi hæreticum eſſe negare ſeclusa Eccleſiæ auctoritate verba Chriſti Domini eſſe ſufficientia ad eamdem veritatem confirmandam: At in hac ſententia fuit Caiet. in commentario art. 1. q. 75. par. 3. quam tamen Theologi de hæreſi in hoc puncto non arguunt: Ergo, &c. Reſp. hæreticum quidem eſſe negare in illis verbis Chriſti Domini contineri veritatem præſentiæ realis Chriſti in Sacramento altaris, & hunc eſſe

ſenſum

ſenſum proprium illorũ verborum à Chriſto intentũ; item hæreticum eſſe dicere illa verba ſecundum ſe non eſſe ſufficientiæ ad faciendam fidem huius myſterij, nullum enim teſtimonium ſacræ ſcripturæ clarius poteſt veritatem aliquam ſignificare: addit Suar. ad illum articulum diſp. 46. ſect. 3. §. dicendum verò quoad nos ſecluſa Eccleſiæ definitione & Patrum communi conſenſu non ſufficere illa verba ad hoc, vt hæreticus diceretur, qui ſine pertinacia in alio ſenſu illa explicaret: præciſa enim declaratione Eccleſiæ, & patrum expoſitione, hoc in quolibet loco ſcripturæ etiam clariſſimo habet locum: ideo enim in Eccleſia neceſſaria fuit viua regula, quæ Spiritus ſancti aſſiſtentiam haberet, & auctoritatem infaillibilem interpretandi ſcripturas, quæ cauſa fuit, cur Concilium Tridentinum in illo cap. 1. & 4. ſeſſio. 13. ad verba Chriſti receptam ſemper ab Eccleſia interpretationem & Patrum traditionem adiunxit. Quia verò Caietani doctrina errandi occaſionem dare poterat, ille Commentarius iuſſu Pij Quinti in Romana editione expunctus eſt: plures probationes, & conuenientias, quæ hanc veritatem confirmant, reperies apud Suarium citatum ſect. 4. & ſequentibus.

4. Sed quęres an hęc veritas inter articulos fidei numeranda ſit: id eſt an tale dogma fidei ſit vt quilibet fidelis etiam rudis, illud ſcire teneatur: negant aliqui, quia hæc veritas non continetur in Symbolo. Affirmandum tamen eſt cum Ledeſma l. 4. quęſt 16. artic. 1. dub. 2. Suar. vbi ſupra ſect. 1. ad finem vbi plures alios refert, Durand. Scot. Gabr. & Sot. qui tamen, vt notat Vaſq. diſput. 179. citata cap. 2. num. 26. ſolum docent eſſe dogma fidei, non verò exprimunt ex iis eſſe, quæ neceſſario ſciri debent etiam à rudibus: quod aſſerimus: & ratio eſt quia omnes fideles tenentur ex iure diuino ſe ipſos probare ad illud debitè accipiendum iuxta illud Pauli. 1. Corinth. 11. *probet autem ſe ipſum homo, &c.* ergo ad hoc vt debitus honor & reuerentia huic Sacramento exhibeatur, omnes fideles etiam rudes tenentur ſcire io eo eſſe realiter & verè præſentem Chriſtum ſeruatorem. Deinde hic articulus habet ſpecialem difficultatem à reliquis diſtinctam, ob quam, & cathecumenis proponi, & à fidelibus ſpecialiter credi debet hoc myſterium. Verùm quidem eſt huius myſterij cognitionem non exigi ob fidem ſolam quatenus in ſpeculatione ſiſtit, ſed propter praxim, & vſum huius Sacramenti, ideoque expreſsè non ponitur in ſymbolo hic articulus, ibi enim ſolum continentur expreſsè, qui neceſſarij ſunt ſolum ob perfectam noſtræ fidei cognitionem: non vero omnes, qui ad vſum, & operationem neceſſario ſciri debent, quamuis Suar. cum D. Thom. 22. quæſt. 1. artic. 8. ad 6. ad omnipotentiæ articulum reduci exiſtimet; vel ad illum de ſancta Eccleſia quod D. Thomas ibi non dixit, quia ſolum loquebatur de articulis fidei extra ſymbolum, qui quatuordecim numerantur, in quibus nullus de ſancta Eccleſia proponitur Vaſquez exi-

A ſtimat reduci poſſe ad illum ſymboli articulum, de remiſſione peccatorum: ego ſane, vt non modo hoc Sacramentum, ſed & reliqua omnia comprehendam, quæ omnes fideles ſcire debent, vt illa debitè recipiant, illiſque reuerenter vtantur, in ſymbolo dicerem implicitè contineri illorum fidem in particula *remiſſionem peccatorum*, inter illos verò quatuordecim in ſexto pertinente ad ſanctificationem per gratiam: eſt enim communis omnium Sacramentorum effectus, gratiam ex opere operato conferre.

Tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina. Conuerſio panis & vini in Corpus & Sanguinem Chriſti nomine tranſubſtantiationis aptiſſimè ſignificatur, quod quidem nomen Concilium Tri-
B dentinum ſeſſio. 13. cap. 4. & Can. 2. ita probauit, vt anathemate damnet illum, qui oppoſitum ſenſerit; ibi, *quam quidem conuerſionem catholica Eccleſia aptiſſime tranſubſtantiationem appellat*: huius autem conuerſionis meminit Euſebius Emiſſenus homil. 5. de paſchate relatus in cap. quia corpus de conſecrati diſt. 2. ibi *Qui author eſt muneris ipſe eſt etiam teſtis veritatis; Nam inuiſibilis ſacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſui verbo ſecreta poteſtate conuertit, ita dicens, accipite & comedite, hoc eſt corpus meum.* Item Ambroſ. lib. 6. de Sacram. cap. 1. relatus in cap. forte dicas ead. diſt. ibi, *qui poſſit mutare & conuertere genera & inſtituta naturæ*: & Concil. Florent. in decreto Eu-
C genij ait, *ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertitur*: ſimilibus vocabulis vſi ſunt antiquiſſimi Patres vt oſtendant ex pane fieri corpus Chriſti, nempe migrare, tranſire, traijci, transferri, tranſformari, tranſelementari, quos allegat Suar. tom. 3. in 3. part. diſp. 50. ſect. 1. §. dico primo. Bellarm. tom. 3. lib. 3. de Euchariſt. cap. 20. nullum tamen ex his vocabulis tam manifeſtè rei veritatem declarat & oppoſitos errores confutat, atque nomen tranſubſtantiationis: ratio eſt quia cum tota ſubſtantia panis poſt verba conſecrationis deſinat eſſe, & conuertatur in aliam ſubſtantiam, quæ præcedentis loco ſubſtituitur nempe corpus & ſanguinem Chriſti: rectè tranſubſtantiatio appellatur, eamdemque loquen-
D di formam vſurpauit Innocentius Tertius in cap. Cum Marthæ vbi in principio ait de Chriſto Domino, *cum in corpus, & ſanguinem ſuum, panem tranſubſtantiauit & vinum*, & vt oſtenderet idem ſignificaſſe antiquos Patres quando alijs æquipollentibus verbis vſi ſunt, paulo inferius ita loquitur *panem, & vinum in corpus & ſanguinem proprium commutans.*

Hinc colliges primo licet tranſubſtantiationis vocabulum in Lateranenſi Concilio 5.
decretum fuerit, tamen tranſubſtantiationem ſecundum rem alijs vocibus declaratam, ſemper in Eccleſia receptam, & traditam fuiſſe à primo ſæculo vſque ad 13. in quo celebratum eſt Lateranenſe Concilium anno 1215. ex omnibus ſæculis antecedentib. vnum à ſingulis teſtimonium produco: ex primo

ſanctus Ignatius epiſtola ad Romanos ita ait, *Panem Dei volo panem cæleſtem quæ eſt caro Chriſti Filij Dei, qui factus eſt poſterioribus temporibus ex ſemine Dauid, & potum volo ſanguinem illius, quæ eſt charitas incorruptibilis, & vita æterna*: ſimile quid dicit ad Smyrnenſes vt author eſt Theodoretus Dialogo 3. Ex 2. ſæculo Irenæus lib. 4. cap. 34. ait *quemadmodum enim qui eſt è terra panis percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia*; & ſupra iam dixerat in hoc Sacramento corpus eſſe Domini, & calicem ſanguinis, quod magis explicauit lib. 5. c. 2. his verbis, *quando ergo & mixtus calix, & fractus panis percepit Verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis, & corporis Chriſti.* Ex 3. Cyprianus de Cœna Domini, *Panis iſte quem Dominus diſcipulis porrigebat, non effigie ſed natura mutatus omnipotentia verbi factus eſt caro, &c.* Ex 4. Cyrill. Hieroſolymit. cathechis. 4. Myſtagog. *Aquam aliquando mutauit in vinum, & non erit dignus cui credamus quod vinum in ſanguinem transmutauit*, & infra *ſub ſpecie panis datur tibi corpus; ſub ſpecie vini datur tibi ſanguis.* Ex 5. Gaudentius tract. 2. de Exod. poſt alia addit. Ne terrenum putes quod cæleſte effectum eſt per eum, qui tranſit in illud, & fecit illud ſuum corpus, & ſanguinem, in quo etiam ſæculo ne prætereas Auguſtini vocabulum quod ſermone 28. de verbis Domini vſurpauit, hunc enim panem diuinum ſuperſubſtantialem appellauit, id eſt ſupra communis panis ſubſtantiam in Chriſti corpus transmutatione eleuati. Ex 6. Caſſiodorus loquens de carne, & ſanguine Chriſti vt ſignificaret nihil ſubſtantiæ corruptibilis panis aut vini poſt conſecrationem remanere, dixit. *In iſta carne & ſanguine nil cruentum, nil corruptibile mens humana concipiat, ſed viuificatricem ſubſtantiam, atque ſalutarem, & ipſius verbi propriam factam.*

Sex alia ſæcula percurro & ex ſeptimo præclarum habemus ſancti Eligij Epiſcopi teſtimonium qui homil. 8. in Appendice bibliothecæ veteris, & tom. 7. in nouiſſima ita ait, *Manet poſt conſecrationem ſimilitudo panis, & vini ne ſit cuidam horror cruoris, ſed manet in eis gratia Redemptionis. De naturali enim nobis Chriſti veritate ipſe ait, caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. De veritate carnis & ſanguinis eius nullus relictus eſt ambigendi locus.* Quid clarius poſſet in re ipſa tranſubſtantiationis veritatem exponere? Ex 8. Alcuinus lib. de diuinis officiis cap. 39. de celebratione miſſæ non minus apertè eamdem teſtatur veritatem tranſitus ſubſtantiæ panis in corpus Chriſti, & Vini in ſanguinem. *Ille quidem panis, & illud vinum per ſe irrationabile eſt, ſed orat ſacerdos, vt ille rationabiliter tractatus & ab omnipotente Deo conſecratus rationabilis fiat tranſeundo in corpus Filij eius, &c.* & proſequitur Theologicum diſcurſum de modo eſſendi ſub Sacramento multis in locis. Ex 9. Theophilactus in cap. 29. Matth. declarans illa verba, hoc eſt corpus meum ita ait, *oſtendit quod ipſum corpus Domini eſt panis, qui ſanctificatur in altari, & non reſpondens figura, non enim dixit, hoc eſt figura, ſed hoc eſt corpus meum*

A *ineffabili enim operatione transformatur etiamſi nobis videatur panis*: Similia dixit ad cap. 14. Marci vbi vtitur verbo quod tranſelementari interpretatur, item ad Ioann. 6. repetit vocem, quæ ſignificat *transformari.* Ex 10. Fulbertus, ſeu Fulpertus Epiſcopus Carnotenſis in epiſtola ad Deodatum, *Dubitari*, inquit, *nefas eſt vt ad cuius nutum cuncta ſubito ex nihilo ſubſtiterunt, ſi pari potentia in ſpiritualibus Sacramentis terrena materiei natura, & Generis ſui meritum tranſcendens in Chriſti ſubſtantiam commutetur enim ipſe dicat, hoc eſt corpus meum, &c.* Ex 11. Lantfrancus aduerſus Berengarium loquens de hac commutatione panis, & vini in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti ait D. Ambroſium, & Auguſtinum hunc panem appellaſſe ſuperſubſtantialem, quia
B Caro Chriſti omnibus creatis ſubſtantiis maior extitit: deinde addit. *Credimus igitur terrenas ſubſtantias, quæ in menſa Domini per ſacerdotale miniſterium diuinitus ſanctificantur, ineffabiliter, incomprehenſibiliter, mirabiliter operante ſuperna potentia conuerti in ſubſtantiam Dominici corporis reſeruatis ipſarũ ſpeciebus, &c.* Ex 12. Hugo Victorinus lib. 2. de Sacrament. par. 8. cap. 7. verbis luce meridiana clarioribus tranſubſtantiationis ſignificatum expoſuit. *Per verba ſanctificationis vera panis & vera vini ſubſtantia in verum corpus & verum ſanguinem Chriſti conuertitur, ſola ſpecie panis & vini remanente, & ſubſtantia in ſubſtantiam tranſeunte, conuerſio autem ipſa non ſecundũ vnionem, ſed ſecundum tranſitionem credenda eſt.* Et per duodecim ſæcula antecedentia quindecim
C annis ante Concilium Lateranenſe aperte tranſubſtantiationis veritas declaratur: Plura teſtimonia his ſimilia prætermiſi, quibus ſanè hæreticorum proteruitas conuincitur, qui ex Concilio Lateranenſi primum hoc tranſubſtantiationis aſſertum prodiiſſe affirmarunt, nudo potius vocabulo illuſi, quàm illudentes rei veritatem probatiſſimis teſtibus ab ipſo Chriſtianæ religionis exordio teſtatam denegarunt. Inter quos magis impudenter in hiſtoria errauit Lutherus, qui in lib. de captiuit. Babilon. c. 1. non ſemel dixit tranſubſtantiationem Thomæ Aquinatis inuentum eſſe, cum ipſe nouem annis poſt celebrationem Concilij Lateranenſis anno 1224. natus ſit, vt teſtatur Bzouius anno 1274. n. 19. & Ferdinandus de Caſtillo in Hiſtor.
D Gener. ordin. Dominic. par. 1. lib. 3. cap. 32. Concilium vero anno 1215. factum fuerit vt Franciſcus Longus, Bzouius & alij eodem anno tradiderunt.

Cum igitur tam aperta eſſet tranſubſtantiationis veritas, mirum non eſt, ſi Innocentius Tertius & Concilium vocabulum propriiſſimũ adinuenerit quod illam ſignificantius exprimeret, & ab aliis conuerſionibus diſtinqueret; quia non eſt mutatio, ſicut cæteræ naturales in quibus corrupta forma priori; & accedente noua, mutatio datur ſubſtantialis permanente ſubiecto communi, nempe materia prima, vt male & contra fidem tenuit Durantius in 4. diſtinct. 11. q. 3. illumque hac de cauſa erroris coarguunt Palud. Caietan. Soto & alij quos ſequitur Suar-

tom.

tom. 3. in 3. par. diſp. 49. ſect. 3. concluſ. 2. Nam tota ſubſtantia panis ſecundùm materiam & formam in corpus, & ſanguinem Chriſti tranſit ſolis accidentibus relictis, vt noſter textus definit & Tridentinum vbi ſupra declarauit; quod cum ſingulare ſit, huiuſque conuerſionis ſupernaturalis proprium, expediens fuit nouum adinuenire nomen, quo illa clariſſimè ſignificaretur; neque enim nouum eſt in Eccleſia, ad hæreſes confutandos, fideique myſteria declaranda noua adinuenire vocabula, quæ veritates catholicas ab Eccleſia receptas exponerent: ſic olim nomina ὁμοούσιος, id eſt conſubſtantialis item; Θεοτόκος id eſt, Deipara & ſimilia inuenta ſunt: ſicut ergo Matthæi c. 17. num. 2. vt ſignificaret interpres mutationem Chriſti Domini in Tabor externumque ſui corporis ſplendorem transfigurationis vocabulo vſus eſt, quod mutationem vnius figuræ in aliam deſignat: eodem modo Eccleſia ſpiritu ſancto edocta: vt tranſitum vnius ſubſtantiæ in aliam indicaret, tranſubſtantiationem appellauit, vnde corrigendi ſunt aliqui theologi, qui doctrinam de tranſubſtantiatione, parum antiquam eſſe dixerunt: inter quos ſunt Scot. in 4. diſtinct. 10. quæſt. 1. §. quantum ergo ad iſtud, & diſt. 11. quæſt. 3. & Gabr. in Canone lect. 41. quibus ſe opponit Tridentinum dum cap. 4. de tranſubſtantiatione ait. *Quoniam autem Chriſtus redemptor noſter corpus ſuum id quod ſub ſpecie panis offerebat vere eſſe dixit: ideo perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuò ſancta hac Synodus declarat, per conſecrationem panis & vini conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis eius, quæ conuerſio conuenienter & propriè à ſancta catholica Eccleſia tranſubſtantiatio eſt appellata*: quare ſi prædicti authores loquerentur de vocabulo tranſubſtantiationis, tolerandum eſſet illorum aſſertum: ſuo enim tempore non multú antiquum dici poſſet, at doctrina adeò antiqua eſt vt ab incunabulis naſcentis Eccleſiæ ad illorum vſque tempora ſanctorum patrum traditione eadem ſemper extiterit.

8. Vnde colliges ſecundo definitum eſſe iam ab Eccleſia nihil ſubſtantiæ panis, aut vini in Sacramento altaris remanere: probatur primo ex Concilio Romano ſub Gregorio Septimo, vbi habemus poſtremã retractationem alterius erroris Berengarij, quippe qui cum primum errorem de præſentia Chriſti in Sacramento iam retractaſſet, & abiuraſſet in Concilio Turonenſi ſub Victore Secundo anno Domini 1055. de quo errore fuerat damnatus in Concilio Romano, & Vercellenſi anno 1050. celebratis ſub Leone Nono, & tunc non comparuerat, poſtea in eumdem errorem lapſus cum alios in ſuam hæreſim traheret, in altero Concilio Romano ſub Nicolao Secundo anno 1059. ſuam hæreſim certa verborum forma abiurauit, cuius abiurationis meminit Guitmundus lib. 3. de corpore, & ſanguine Chriſti, & Gratianus cap. ego Berengarius de conſecratione diſt. 2. Verum non ceſſauit Berengarius cum diſcipulis ſuis adhuc peſſimam doctrinam ſpargere. Nam licet ad priſtinum errorem plane non redierit, nouũ tamen excogitauit, nempe Chriſtum permanêre ſimul cum ſubſtantia panis, & vini in Euchariſtia, vt author eſt Guitmundus citato lib. colum. 12. qui huius hæreſis ſectatores nominat Impanatores. Ideo aliud Concilium Romanum conuocatum fuit contra Berengarium ſub Gregorio Septimo quod ſextum ab eodem Pontifice celebratum refert Franc. Longus; & illius meminit Vualdenſ. tom 2. de Sacrament. cap. 43. In hoc Concilio publicè comparuit Berengarius & certa verborum forma hunc ſecundum errorem abiurauit, & confeſſus eſt Chriſtum tantum in Euchariſtia remanêre poſt conſecrationem: huius etiam retractationis mentionem faciunt Surius, Blondus, & Sabellius quos ſequitur Vaſq. tom. 3. in 3. part. diſput. 179. cap. 2. num. 22. Secundo idem probat noſter textus ex Lateranen. aſſumens tranſubſtantiationis vocabulum, & docens ſpecies panis & vini ſolummodo relinqui, quæ doctrina traditur in cap. nos autem ſpecie: ex D. Auguſt. cap. ſpecies & ſimilitudo: ex D. Gregor. & in cap. panis eſt, ex D. Ambroſio de conſecrat. diſtinct. 2. Vnde gloſ. in citato cap. nos autem, recte aduertit ſpecierum nomine accidentia panis & vini ſignificari: & ratio eſt quia talem in Sacramento habent modum eſſendi vt illa accidentia agant, & patiantur alterationem qualitatum, & ex ſe ſpecies emittant viſibiles eodem modo poſt conſecrationem, atque antea quando ſubſtantiæ panis & vini inhæſerant. Tertio quia in Concilio Romano Generali damnati ſunt errores Vuicleffi & combuſti ipſius libri, in quibus vnus articulus erat, *ſubſtantia panis materialis, & ſimiliter ſubſtantia vini materialis manet in Sacramento altaris*, & quamuis huius Concilij Romani mentio non fiat in tomis Concil. neque apud Franciſcum Longum, alioſque recentiores; forſitan ratio eſt, quia fuit Concilium inchoatum, & ad Conſtantienſe prorogatum, indictumquè à Ioanne 23. qui poſtea in Concilio Conſtantienſi (ipſo approbante concilij ſententiam) Papatu fuit abdicatus, tamen illius Concilij Romani meminit Ioannes Cochlæus lib. 1. hiſtor. Huſit. Suar. tom. 3. in 3. par. diſp. 49. ſect. 2. §. dico 2. & Vaſq. loco citato n. 56. Bzouius anno 1413. ad initium: Immo & Concilium Conſtant. allegat idem Concilium Romanum & Generale appellat ſeſſ. 8. paulo poſt principiũ ſub titulo Tenores verò, &c. in qua ſeſſione paulo inferius referens articulos Ioan. Vuicleffi damnatos à Concilio, & à Martino V. in fine Concilij, primus eſt illa propoſitio proximè relata. Deoique quia in Florent. Concil. & clarius in Tridentino locis ſupra adductis eadem veritas definitur.

9. Ratio potiſſima, qua non modo antiqui patres ſed Eccleſia perpetuo vſa eſt vt teſtatur Trident. fundatur in verbis Chriſti Domini. Nam ſaluari non poſſet veritas verborum Chriſti Domini cum proprietate, niſi tota ſubſtantia panis in corpus Chriſti tran-

ſiret: quando enim illud quod in manibus habebat, & diſcipulis offerebat in vero & proprio ſenſu, dixit hoc eſſe corpus ſuum, ſane niſi ex vi verborum ſubſtantia tota panis deſineret eſſe, ſed adhuc maneret cum corpore Chriſti potius dicere debebat *hic eſt corpus meũ* per aduerbium locale, non per articulum ſubſtantiuum, *hoc*; ex quo redderetur propoſitio falſa, ſi quidem hoc quod videretur & daretur diſcipulis, eſſet panis in quo & cum quo ſimul eſſet corpus Chriſti, ſicut quando Chriſtus de ſepulchro clauſo exiuit: quamdiu fuit penetratiuè cum ſaxo, & intimè illi præſens, nemo vere dicere poterat *hoc eſt corpus Chriſti* oſtendendo ſaxum, ſed hic eſt corpus Chriſti: & ratio eſt quia quando aliena ſubſtantia eſt intimè præſens alteri, quæ ſuis accidentibus ornata videtur & ſentitur, impropriè oſtenditur, & offertur illa, quæ intimè præſens eſt per articulum ſubſtantiuum *hoc*, ſed vſurpari debet aduerbium locale: cum igitur Dominus articulo ſubſtantiuo vſus ſit, non locali, ſequitur veritatem verborum ſaluari in proprio ſenſu non poſſe, ſi ſubſtantia panis maneat ſub accidentibus. Confirmatur quia accidentia, quæ non habent ſe ad inſtar vaſis continentis ſubſtantiam alienam, ſed in ſua propria inhæreot primario & per ſe, in pronomine demonſtratiuo oſtendunt, & offerunt propriam ſubſtantiam non alienam. Vnde ſi panis maneret, potius dicere deberet Chriſtus Dominus *hic* eſt corpus meum per aduerbium locale, vel ſi pronomine vteretur, dicere deberet, hic eſt panis, in quo, ſeu cum quo eſt. corpus meum: ſi verò accidentia ſe habeant inſtar vaſis continentis quę nulli ſubſtãtię propriæ inhærẽãt: ſed intimè præſentem contineant alienam, pronomen ſubſtantiale demonſtrabit illam ſubſtantiã alienam; & accidentale accidentia. Vnde de hoſtia conſecrata verum eſt dicere hæc eſt albedo panis, ſcilicet exiſtentis ante conſecrationem, item hoc eſt corpus Chriſti: quemadmodum quando vna ſubſtantia continet aliam verbi gratia vas aquam, alterutrius pronomen accipi poteſt verè in demonſtratione vaſis, vel aquæ: poſſum enim dicere, hæc eſt aqua; & hoc eſt vas, quia vtraque ſubſtantia ſenſibili accidentium apparatu demonſtratur: cum igitur Chriſtus accidentia demonſtrauerit & vſus fuerit pronomine ſubſtantiali, demonſtrante corpus ſuum vt in proprio ſenſu vera ſit illius propoſitio, ex vi verborum deſinere debuit ſubſtantia, & ſub eiſdem accidentibus fieri præſens corpus ipſius.

10. Colliges tertio tranſubſtantiationem, ſiue ſit actio inter duas mutationes, ſubſtantiæ vnius deſinentis, & alterius aduenientis; ſiue ſit ordo ſubſtantiarum, quarum vna deſinat ex aduentu alterius iuxta diuerſos philoſophandi modos, de quibus late Suar. diſp. 50. & Vaſq. diſp. 181. neceſſario in terterminos poſitiuos exerceri, nempe inter terminum *à quo* qui eſt panis & vinum; item terminum ad quem, qui eſt corpus & ſanguis Chriſti, hinc eſt quod ſi eſt actio, illa nequeat dici ſimpliciter creatio; eſt quia creatio productio A ex nihilo, & non procedit à termino poſitiuo: nec generatio, quia hæc etiam procedit à priuatione, & ſupponit materiam, quæ manet ſub forma aduenientе. Præterea deſitio panis, & vini dici non poteſt annihilatio, nam hæ ſubſtantiæ deſinunt ex poſitione corporis, & ſanguinis Chriſti ſub accidentibus, ideoque dicuntur in corpus, & ſanguinem conuerti; atque adeo in terminum poſitiuum deſinere: confirmatur quia annihilatio eſt pura ſuſpenſio diuini concurſus, qui ad non eſſe rei terminatur: vel vt clarius dicam, eſt negatio concurſus conſeruatiui per quam res annihilata deſtruitur: vnde de ſua ratione terminum poſitiuum excludit, non ponit. At panis non deſtruitur per ſolam ſuſpenſionem B actionis conſeruatiuæ; ſed per poſitionem corporis Chriſti, ex qua ſequitur deſitio panis per ſuſpenſionem concurſus, quo conſeruabatur ſub ſpeciebus, quare ſicut, qui producendo formam in ſubiecto excludit ab eodem alteram formam illi oppoſitam, non poteſt dici annihilare; ita ſacerdos conſecrando, primario intendit poſitionem corporis Chriſti ſub accidentibus, ex cuius poſitione panis à quo ſuſtentabantur excluditur: & hoc ſatis erit ad declarandam catholicam doctrinam de tranſubſtantiatione prætermiſſis aliis quæſtiooibus Theologicis, quæ de hoc myſterio à recentioribus citatis latè tractantur.

Vt ad perficiendum myſterium Vnitatis, &c. 11.
Eodem titulo diuiniſſimum Sacramentum Concilium Tridentinum condecorat, nam C ſeſſio. 13. in princip. cum de Euchariſtia ſermo eſſet, ait *quam alioqui ſaluator noſter in Eccleſia ſua tamquam ſymbolum reliquit eius vnitatis & charitatis*, & eadem ſeſſio. cap. 8. omnes & ſingulos fideles hortatur, *vt in hoc pacis ſigno, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordia ſymbolo tandem aliquando conueniant.* Rectè vnitatis myſterium dicitur, per quod myſtici corporis membra in militante Eccleſia inter ſe, & cum Chriſto capite colligantur, ac vniuntur. *Vnum enim corpus ſumus.* ait Paulus 1. Corinth. 10. *qui de vno pane participamus*: hac de cauſa etiam communio appellatur vt docet D. Thom. 3. par. q. 73. art. 4. cum Damaſc. *Dicitur communio quia communicamus per ipſam Chriſto; & quia participamus eius carne & deitate; & quia cõmunicamus,* D *& vnimur ad inuicem per ipſam.* Nam ſicut quę in vno tertio vniuntur, inter ſe vniri cenſentur, ita fideles mediante hoc vnitatis myſterio myſticam vnionem, & conſanguinitatem cæleſtem adipiſcũtur. Eamdem reddidit Auguſtinus rationem, cum quæreret tract. 26. in Ioann. ſub finem, cur Chriſtus Dominus pro huius Sacramenti materia panem & vinum deſignauerit, & ſub illorum ſpeciebus ſe nobis tradiderit, nempe vt mutuam charitatem foueret, ſicut enim è multis granis in vnam coëuntibus maſſam, panis fit, & ex multis acinis vinum liqueſcit: ita qui hoc Sacramento participarent cor vnum & animam vnam haberent. *IESVS Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum*, ait Auguſtinus; *in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur, ex multis namque granis vnus panis efficitur*

efficitur, & ex multis racemis vinum conflat. Pulchrè ad hanc rem Cyrillus in Ioann. cap. 16. & Hilarius lib. 8. de Trinitat. cum enim exponerent illa Ioannis verba cap. 17. *Ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus,* rogant, quænam illa claritas ſit, quam filius à patre accepit? non niſi diuinitatem verbi carni vnitam, reſpondent. Hanc enim Chriſtus homo factus accepit, quando diuinitas humanitati in verbo ſubſiſtenti vnionis hypoſtaticæ interuentu ſubſtantialiter colligata eſt. At quo pacto Chriſtus hanc diuinitatem ſe Apoſtolis dediſſe affirmat? Tribuendo, inquiunt, carnem ſuam in cibum cum ea enim ſuam nobis diuinitatem impertitur, & nouo vnionis vinculo nos ſibi conſanguineos facit.

12. Neque facile eſt Theologis declarare, quæ illa ſit peculiaris vnio præter ſpiritualem per gratiam & charitatem, quam tamquam peculiarem huius Sacramenti effectum patres ſolent aſſignare, quos referunt Soar. tom. 3. in 3. par. diſp. 63. ſect. 3. Vaſq. ibidem diſp. 204. cap. 2. & cap. 3. vbi refert diuerſos modos declarandi hanc peculiarem vnionem carnis Chriſti cum noſtra, capite verò 4. ſuam ſententiam declarat, quæ quamuis in modo explicandi à Suar. differat, in re vterque conſentit: ex vtroque quod mihi magis placet delibabo. Dico igitur vnionem hanc ratione cuius fideles communicantes corpori Chriſti dicuntur eſſe illius membra, vna caro, & vnum corpus cum illo, vt docet Chryſoſtom. homil. 45. in Ioann. & homil. 60. & 61. ad populum Antiochen. ex affectu charitatis oriri, & per realem complexum, naturalemque comeſtionem conſummari. Nam licet non longo temporis ſpatio intra corpus noſtrum ſub ſpeciebus perſeueret, quia tamen quamdiu ibi adeſt ſuſcipienti immiſcetur, & vnum corpus cum illo conſtituit, ſicut in ſtomacho cibus etiam quandiu ſuam naturam retinet nobiſcum vnum corpus facere cenſetur, ideo etiam poſt tranſactam Chriſti præſentiam, moralis quædam habitudo inter Chriſtum, & ſuſcipientem relinquitur, & quædam affinitas, quæ facit nos eſſe aliquid Chriſti & carnem noſtram ratione illius coniunctionis, & contractus intrinſeci ſub ſpeciali Chriſti cura, vt illam ſanctificet, & ſuæ gloriæ participem efficiat: & hæc ſola vnio peculiaris præter ſpiritualem charitatis & gratiæ tamquã ſpecialis effectus huius Sacramenti admitti poteſt: non alia realis; & phyſica vnio, vel conuerſio carnis noſtræ in Chriſti carnem, aut è contra. Probatur: Nam vt ait D. Thom. 12. quæſt. artic. 1. in corpore, amor ſuaptè natura contendit ad vnionem realem amantium inter ſe eo modo, quo poteſt fieri, & in hoc ſenſu declarat verba Auguſt. 8. de Trinitat. cap. 10. quatenus ait quod amor ſit iunctura quædam duo aliqua copulans, vel copulare appetens amantem videlicet, & quod amatur, additque D. Thom. *Quod enim dicit copulans, refertur ad vnionem affectus, ſine qua non eſt amor, quod verò dicit copulare intendens, pertinet ad vnionem realem,* & in ſolutione ad 2. exponit Ariſtophanis dictum apud Ariſtot. 2. politic. cap. 2. qui dicebat talem eſſe amorem, vt virtute, illius, ſi fieri poſſet ex vtroque amante vnus fieret: quia verò hoc repugnat, amor quærit re ipſa vnionem, quæ conuenit & decet, & ideo D. Chryſoſt. citatus poſtquam dixit quod Chriſtus *Volens oſtendere deſiderium, quod erga nos habet, propterea ſemetipſum immiſcuit, & corpus ſuum in nos contemperauit, vt vnũ quid efficiamur tamquam corpus capiti coaptatum,* ſtatim adiunxit, *ardenter enim amantium hoc eſt*, ſed nulla alia vnio phyſica, & realis erat conueniens, ſeu decens præter illam quam docuimus; ergo hæc vnio fuit effectus diuini amoris, & hæc ſolum reperitur in ſuſcipientibus dignè, nam in his ſolum ex charitatis affectu prouenit prædicta realis coniunctio, & ſuſceptio, quia in aliis ea præſumptione, hypochriſi, aut alio vitio profecta cum ſpiritualem vnitatem non ſupponat, nec animi cum Deo coniunctionem efficiat per amorem, nec ab illa proficiſcatur; illa materialis ſumptio non niſi in condemnationem vergit ſuſcipientis.

Dum hanc vnionis vim exponeret Chryſoſtom. homil. 61. ad populum, illam noſtri textus conſiderationem adducit, videlicet vt *accipiamus ipſi de ſuo quod accepit ipſe de noſtro*: quamobrem Chriſtum ſic nos alloquentem Chryſoſtom. fingit. *Volui frater veſter eſſe, Carnem propter vos & ſanguinem aſſumpſi. Vobis viciſſim carnem, & ſanguinem per quæ cognatus ſum veſter trado*, hac ratione carnem noſtram, quam ipſe homo factus ſuam fecit, & diuinam, cum diuinitatis incremento fœnore reddit: hoc ipſum in cap. acceſſerunt ex D. Auguſtin. de conſecrat, diſtinct. 2. docuit. Gratianus, *de Carne*, inquit, *Maria carnem, accepit, & ipſam carnem ad manducandum ad ſalutem dedit.*

Hoc vtique Sacramentum nemo poteſt conficere niſi ſacerdos qui ritè fuerit ordinatus ſecundum claues Eccleſiæ. Ad aliud Sacramentum ordinis procedit textus cum ſuperiori coniunctum, per quod miniſter inſtituitur: vt ſacris initiatus illud ritè peragat ſacrificium, in quo Chriſti corpus & ſanguis offertur, quod vt declarem, ſuppono primo in Eccleſia aliquem ordinem Eccleſiaſticum eſſe Sacramentum vt ex Conciliis, Patribus, ſacris ſcripturis, & ſcholaſticis Doctoribus probat Bellarm. tom. 3. de Sacramento ordinis, Vaſq. tom. 3. in 3. par. diſp. 235. cap. 2. & ſeq. definiturque ab Henriques cum multis aliis lib. 10. de Sacramento ordinis cap. 1. num. 3. Ordo eſt ſignaculum Eccleſiæ quo traditur Ordinato ſpiritualis poteſtas circa Euchariſtiæ in miſſæ ſacrificio tractationem: ſuppono ſecundo non modo ſacerdotium ſed etiam Diaconatum ſaltem, eſſe Sacramentum ordinis à Chriſto inſtitutum, quæ propoſitio non minus eſt de fide, quam præcedens, vt bene docet Vaſquez diſput. 238. c. 2. quicquid in oppoſitum dicant Durand. in diſt. 24. quæſt. 1. num. 6. & Caietan tom. 1. opuſc. tract. 11. artic. vnico. Probatur: ex Trident. ſeſſ. 23. canone 6. vbi in Hierarchia Eccleſiaſtica tria perſonarum genera 13.

diſtinguit, quæ diuina ordinatione deputantur ad Eccleſiaſtica officia, *ſi quis dixerit in Eccleſia catholica non eſſe hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, qua conſtat ex Epiſcopis, preſbyteris, & miniſtris, anathema ſit.* Ex hoc enim canone conſtat inter Eccleſiaſticas perſonas noo modo Epiſcopos; & ſacerdotes, ſed etiam aliquos ex miniſtris diuino iure ordinari, & ſacris initiari: ergo ad minimum hi miniſtri erunt diaconi, qui ſacerdotio ſunt proximiores, & per manus impoſitionem ſub illa verborum forma *accipe Spiritum ſanctum* conſecrantur. Nam idem Tridentinum ſeſſ. 23. canone 4. damnat eos, qui dixerint per ſacram ordinationem non dari Spiritum ſanctum fruſtraquè Epiſcopos dicete illa verba *Accipe Spiritum ſanctum*: ne ergo ſine veritate ſed cum fructu Epiſcopus dicat Diaconum inſtituens illa verba, neceſſario dicendum eſt Diaconatum pertinere ad Sacramentum ordinis, quod etiam de ſubdiaconatu tenet communior & probabilior ſententia quamujs non tam firmo nitatur fundamento.

14. Suppono tertio non eſſe inter catholicos dubium in ſacerdotum ordinatione poteſtatem ſupernaturalem illis conferri, qua ſacerdotes ex inſtitutiooe diuina deputantur tum ad conſecrandum corpus & ſanguinem Chriſti Domini, tum ad remittenda peccata. Vnde Theologi diſtinguunt duplicem poteſtatem ſacerdotibus datam: alteram in ordine ad corpus Chriſti verum, & alteram io ordine ad myſticum, quæ eſt poteſtas clauium, ligandi, atquè ſoluendi, quæ poteſtas iuxta Extrauagant. Quia quorumdam, Ioann. 22. de verbor. ſignification. ita definitur, eſt *ſpiritualis poteſtas, qua Iudex Eccleſiaſticus dignos recipere, & indignos excludere debet à regno.* Nam in ordinatione ſacerdotis duplex conſideranda eſt materia partialis, & duplex forma. Prima eſt traditio Calicis cum vino, & patenæ cum hoſtia, cum illa parte formæ, *accipe poteſtatem offerendi ſacrificium Deo, miſſamquè celebrandi tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine Domini.* Deinde ad finem conſecrationis ſacerdotis, ſecuoda pars materiæ eſt impoſitio manuum quæ fit ab eodem Epiſcopo poſt communionem cum illis verbis, *accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.* In priori parte confertur prima poteſtas circa corpus Chriſti verum: in poſteriori ſecunda circa myſticum; & hæc propriiſſimè dicitur poteſtas clauium, qua perficitur & integratur ſacerdotij dignitas: ita Bellarm. citatus cap. 9. Vaſquez diſput. 239. cap. 3. & 4. Ægidius de Sacramento ordinis diſput. 20. dub. 17. concluſ. ſecunda, cum aliis quos referunt præſertim Vaſq. Has duas poteſtates diuerſis temporibus Apoſtolis dedit Chriſtus Dominus, priorem in vltima Cœna, vt definit Tridentinum ſeſſio. 22. cap. 1. & can. 2. ibi, *ſi quis dixerit illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, Chriſtum non inſtituiſſe Apoſtolos ſacerdotes: aut non ordinaſſe, vt ipſi aliique ſacerdotes offerrent corpus, & ſanguinem ſuum, anathema ſit.* Vnde miror quod dicat Vaſq. citatus cap. 1. certum non eſſe an Chriſtus Dominus per illa verba, *hoc facite in meam commemorationem*, an per aliam formam verborum antecedentium Apoſtolos inſtituiſſet ſacerdotes, cum in Canone citato doo condemnentur à Concilio tamquam aliena à veritate catholica. Primum dicere per illa verba non fuiſſe Apoſtolos ſacerdotio initiatos. Secundum non præcepiſſe illis, & ſucceſſoribus, vt ſuum corpus, & ſanguinem offerrent; quod aperte conſtat etiam ex iis quæ dixerat ſeſſ. 22. cap. 1. *in his verbis Corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis, & vini Deo Patri obtulit, ac ſub earumdem rerum ſymbolis, Apoſtolis, quos tunc noui teſtamenti ſacerdotes conſtituebat, vt ſumerent, tradidit, & eiſdem eorumquè in ſacerdotio ſucceſſoribus vt offerrent præcepit per hæc verba: hoc facite in meam commemorationem vti ſemper catholica Eccleſia intellexit, & docuit.* In quibus apparet duo feciſſe Chriſtum per illa verba, & conſtituere tunc ſacerdotes, & præcipere illis vt ipſius corpus, & ſanguinem offerrent. Quamobrem per illa verba, *hoc facite*, Apoſtolos ordinatos fuiſſe ſacerdotes tenet communis ſententia quam ſequitur Suar. tom. 4. in 3. par. diſp. 16. ſect. 3. Abbas & alij ad hunc textum. Poſteriorem poteſtatem Apoſtolis Dominus poſt reſurrectionem contulit: vt docet Tridcotinum ſeſſio. 14. c. 1. ibi, *Dominus autem Sacramentum pœnitentiæ tunc præcipuè inſtituit cum à mortuis ſuſcitatus, inſufflauit in diſcipulos ſuos dicens, accipite Spiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Ioann. 20. & Matth. 18. & habetur in cap. vt euidenter 1. quæſt. prima cap. loquitur 24. quæſt. 1. cap. vt conſtitueretur 50. diſt. cap. quomodo de conſecrat. diſt. 4. vtramque vero poteſtatem tum conſecrandi & offerendi corpus ac ſanguioem Chriſti, tum remittendi & retinendi peccata Tridentinum expreſsè diſtinguit ſeſſio. 33. cap. 1. & can. 1.

His poſitis patet noſtri textus declaratio,
in eo enim habemus neminem poſſe corpus, 15.
& ſanguinem Chriſti conſecrare & offerre niſi per ſacetdotij ordinationem, ſecundum poteſtatem & ritum Eccleſiæ, quam poteſtatem cum forma eos conſecrandi, Chriſtus Dominus Apoſtolis tradidit: poteſtatis verò clauium, hîc ſpecialis mentio fit, quia cum illa ſupponat aliam in ſacerdote priorem, nempe conſecrandi, & per partialem formam ad ſecundam poteſtatem clauium pertinentem, ſacerdos in preſbyteratu perfectè conſtituatur, ideo clauium nomine integram, & perfectam ſacerdotis dignitatem & poteſtatem ex illis partialibus poteſtatibus conſtitutam ſignificauit. Nam claoes pro poteſtate ſacerdotum accipi manifeſtè oſtendit Tridentinum ſeſſio 14. cap. 8. verſus finem: alia quæ de poteſtate Clauium addit Abbas, item Geminian. Ancharan. Bald. Hoſtien. Felin. & alij citati in additione ad Abbatem litera C. in lib. 5. titul. 38. de pœnitent. & remiſſ.

alium

alium commodiorem habent locum. Vnde colliges primò quam aliena ſit à veritate ſolutio cuiuſdam difficultatis, quam tom. 2. in additione ad hunc textum excitat Barboſa. Nempe; ſi poteſtas clauium eſt ligandi, atque ſoluendi, & ſacerdos conficiens Sacramentum neque ligat, neque ſoluit, quomodo in conceſſione clauium data ſit Apoſtolis, & ſacerdotibus eorum in ſacerdotali officio ſucceſſoribus poteſtas conſecrandi & conficiendi corpus Chriſti? quam difficultatem ſenſiſſe Victoriam de clauibus num. 7. & Soto in 4. diſt. 20. quæſt. 1. artic. 1. Verſic. quocirca, docet idem Barboſa citatus, & reſpondet inter nobiliſſimos huius Sacramenti diuiſſimi effectus illum eſſe conferendi gratiam; & ſicut materialis clauis ita & ſpiritualis actum proprium eſſe aperire, & claudere, remouere, vel ponere impedimentum, vt pateat aditus; cumque conſtet ſacerdotem per Sacramentum hoc aperire ſumentibus aditum ad gratiam, & ad gloriam, ſequitur poteſtatem hanc ſub verbis definitionis clauium recte comprehendi.

16. In hac tamen ſolutione multa inuoluuntur falſa. Primum qua neque Sotus neque Victoria hac in re faciunt difficultatem, cum vterque duplicem illam poteſtatem diſtinxerit in ſacerdotio, & conficiendi Sacramentum; & remittendi, vel retinendi peccata; quæ eſt propriiſſima; & rigoroſa poteſtas clauium: ligandi, atque ſoluendi, ita docet Sotus in eod. art. 1. citato §. veruntamen poteſtas. Vbi ait *Iuriſdictio illa generaliter nomine clauium intelligitur quas Chriſtus dedit Petro, attamen per antonomaſiam nomine clauium intelligimus poteſtatem ordinis ad remittenda peccata*: & de poteſtate conficiendi Sacramentũ Euchariſtiæ ad initium eiuſdem §. meminerat ſimiliter Victoria numero 8. de Clauibus. Deinde effectus conferendi gratiam communis eſt omnibus Sacramentis. Quare ſi hoc ſufficit ad hoc, vt qui Sacramentum miniſtrat clauibus vti dicatur ligandi, & ſoluendi, omnis Miniſter in neceſſitate ſubſtitutus, aut ex inſtitutione diuina proprius, cuiuſlibet Sacramenti, dicetur habere claues Eccleſiæ: ſeu vti clauibus ligandi, atque ſoluendi, Nam hic etiam aditum dicitur aperire ad gratiam, & ad regnum cælorum: cum miniſtret Sacramentum quod gratiam confert. At quam falſum ſit illud conſequens, ex eo patet, quia laicus baptizans ritè puerum iuxta formam Eccleſiæ catholicæ aperit cælum puero, & confert Sacramentum quod primam dat gratiam, & tamen non vtitur claue quæ in ipſo ſit, vt docet Sot. vbi ſupra & Victoria numero 7. quia non ex auctoritate, & poteſtate clauium ſibi data, ſed per ſimplex, miniſterium ob neceſſitatem baptizat; & quamuis in aliquo ſenſu dici poſſet laicus vti claue id eſt Sacramento, quod ianuam aperit paradiſi puero ob originale peccatum clauſam; non eſt hæc poteſtas clauium, de qua noſter textus loquitur. Nam alioqui cum miniſtri matrimonij ſint coniuges iuxta communem ſententiam, & omnes fideles con-

A trahere poſſint omnes clauium poteſtatem habere dicentur: quia ex ipſa Sacramenti inſtitutione ſunt miniſtri Sacramenti gratiam conferentis, illud tamen conſequens quam abſurdum ſit, per ſe patet; quia hoc loco claues vt docet Baldos nomero 15. ſpiritualem poteſtatem ſignificant, præſertim fori pœnitentialis, quæ in Epiſcopis & ſacerdotibus tantum reperitur. Præterea Sacramentum Euchariſtiæ per ſe, & ex ſua inſtitutiooe non confert primam gratiam: quia eſt Sacramentum viuorum, & ſupponit ſuſcipientes eſſe in ſtatu gratu gratiæ: ergo non eſt verum quod dicebatur ſacerdotem per hoc Sacramentum aperire ſumentibus aditum ad gratiam, vel illos ſoluere per poteſtatem clauium; & multo minus dici poteſt, B ſacerdotem ligare, ſeu claudere per hoc Sacramentum, ergo quamuis per accidens aliquando contingat conferri primam gratiam per hoc Sacramentum, & ſic aperiri aditum ad regnum cælorum; item licet ex praua diſpoſitione ſuſcipientis magis ligetur indigne accipiens, tamen per ſe & ex huius Sacramenti Inſtitutione, neque aperitur aditus ad gratiam, quia non confertur prima; neque clauditur quia indigno clauſus erat, & numquam Sacramentum per ſe ligare, vel claodere intendit: reſtat igitur noſtram declarationem, verum contiuera ſenſum textus iuxta doctrinam io tribus præſuppoſitis traditam: & poteſtatem ligandi, atque ſoluendi propriè ſumptam non eſſe, cum poteſtate conficiendi Sacramentum corporis, & ſan- C guinis Chriſti confundendam.

Colliges ſecundo, rectè monuiſſe Abbatem hoc loco non poſſe ſummum Pootificem, ſolo verbo fiat V. G. Sacerdotem ordinare, 17. quia hoc ſoli Deo ob miniſterij excellentiam merito fuit reſeruatum: refert hanc Abbatis ſententiam, & alios ſectatores Auguſtin. Barboſa in vltima notatione huius textus in in Gloſ. verb. claues, & præterea alios allegat qui oppoſitum exiſtimarunt: & rem adeò dubiam credit, vt in re tam graui ſuam non audeat interponere ſententiam. Verùm quamuis hic locus non ſit ad hanc quæſtionem latè tractandam; tamquam omnino certiſſimam opinionem Abbatis ſuppono ob rationem ibidem ab eo traditam; quia non poteſt Papa quicquam attentare contra di- D ſpoſitionem diuinam; vt optimè oſtenditur ex Vrbano in cap. ſunt qoidam, quæſt. 1. & confirmatur quia in adminiſtratione formæ, & materiæ Sacramentorum nihil Pontifex vlla ex cauſa mutare poteſt: ſed ſacerdotium pertinet ad Sacramentum Ordinis à Chriſto Domino inſtitutum: ergo non poteſt mutari materia, & forma per quam ordinatur ſacerdos: ita Vaſquez. in 3. part. quæſt. 83. artic. 1. diſput. 213. cap. 3. numero 21. & alij communiter Theologi quod nos agentes de immutabilitate diuini iuris ſub titulo de Conſtitution. fuſius confirmabimus.

Exponitur vltima capitis pars ; & Sacramenta baptiſmi & pœnitentiæ inculcantur.

NOTATIO VIII.

1. S*Acramentum verò Baptiſmi* , &c. Poſt-
quam duo Sacramenta Euchariſtiæ & or-
dinis excellentia & dignitate potiſſima tex-
tus commemorauit,ad duo alia, quæ ad ſalu-
tem neceſſitate medij cenſentur potiora gra-
dum facit : primum eſt Baptiſmus de quo ius
ciuile meminit C. ne ſanctum baptiſma,
&c. huius materiam, formam, miniſtrum &
neceſſitatem pauciſſimis verbis Concilium
Lateranenſe hic comprehendit. Materiam
ibi, *conſecratur in aqua* ; per quod Iacobitarum B
error excluditur, qui ignem pro materia ba-
ptiſmi aſſignabant, & candenti ferro cha-
ractercm baptizatorum frontibus inure-
bant ; vt in Spiritu ſancto & igne baptiza-
rentur, male intelligentes illud Matth. 3.
ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igne,
qui locus in ſenſu metaphorico quod attinet
ad ignem eſt declarandus , cum patribus ,
& ſcholaſticis Doctoribus communiter.
Huius erroris meminit Prateolus verbo Ia-
cobitæ & Sanderus lib. 7. de viſib. Mo-
narch. hæreſ. 113. ſimiliter flagellantium
hæreſis confutatur, qui , vt atreſtantur Pra-
teolus verbo flagellantes ; & Caſtro Verbo
baptiſmus , hæreſ. 12. Coccius in theſaur.
tom. 2. lib. 5. artic. 4. aſſerebant baptiſ-
mum non aqua , ſed ſanguine toto corpore C
flagris effluente ad ſalutem proficere. De-
nique Lutheri delirium qui in Sympoſiacis
vini forſan vel lactis voluptate corruptus
ad baptiſmi materiam quicquid Balnei no-
mine nuncupari poſſet , lubens admiſit. Ca-
tholica igitur veritas docet ſolam aquam
veram, ſenſibilem & naturalem eſſe remo-
tam baptiſmi materiam : ita tradunt poſt
D. Thom. Suar. tom. 3. in 3. part. diſput.
20. ſect. 2. concluſione prima : Vaſq. tom.
2. in 3. par. diſp. 141. cap. 1. numero 5. &
Ægid. de Sacram. baptiſmi ad quæſtionem
66. artic. 4. dub. 1. concluſ. 1. Idem con-
ſtat ex noſtro textu , ex Florent. in Decre-
to Eugenij 4. de Armenis , & Tridentino
Seſſio 7. can. 2. probaturque ex Ioann. 3.
niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſan- D
cto, quæ verba de propria aqua eſſe intelli-
genda patet ex Act. 8. numero 36. & cap.
10. numero 14. vbi vera , & vſualis aqua
oſtenditur , quæ ſit materia baptiſmi. Vn-
de colliges aquam artificialem ex floribus,
herbis : aliiſue rebus ſtillatam non eſſe ſuf-
ficientem baptiſmi materiam , quia non eſt
aqua elementaris vſualis , ſed mixti qui-
dam humores ſunt ; & eadem ratione idem
dicendum de lachrymis , & ſaliua , opor-
tet enim vt ſit aqua eiuſdem ſpeciei cum
elementari , quamuis in accidentibus di-
uerſa , vt turbulenta , ſeu tincta , non ita
tamen luto , pinguedine , aut alio humore
mixta tamquam addenſata , vt potius ad na-
turam corporis mixti accedat : ita Suar. vbi

A ſupra concluſ. 2. Ægidius §. nota per aquam
& commentatores D. Thom ad artic. 4.
ibidem citatum. Henriq. lib. 2. de baptiſm.
cap. 6. cum multis ; & probatur ex Innoc. 3.
cap. cum quadam de celebrat. miſſarum
& Clem. vnica de Baptiſmo. Materia ve-
rò proxima eſt ablutio ; per immerſionem ,
vel aſperſionem vnam , vel trinam vt com-
muniter docent Theologi in 4. diſtinct. 3.
D. Thom. 3. par. quæſt. 66. art. 7. & 8.
Suar. diſp. 20. ſect. 3. & Ægid. dub. 2. &
artic. 7. Vaſq. citatus cap. 2. & diſp. 45.
per totam.

Quod ad Dei inuocationem , & indiuiduæ 2.
Trinitatis , &c. In his verbis vera baptiſ-
mi forma indicatur quæ eſt huiuſmodi , *Ego*
te baptizo in nomine Patris , & Filij & Spi-
ritus ſancti. In qua forma ita eſſentialis eſt
inuocatio expreſſa Trinitatis , vt nullo mo-
do ſine illa verum , ratumque fiat baptiſma;
immo nec etiam tempore Apoſtolorum in
nomine ſolius Ieſu Chriſti valide collatum
fuiſſe ex diſpenſatione dicamus : ita Bellarmi.
lib. 1. de Baptiſmo cap. 3. Suar. diſp. 21.
ſect. 5. Vaſq. diſput. 143. cap. 3. Ægidios
de Sacram. ad quæſt. 66. artic. 6. dub.
vnico qui multos alios allegant : ita definit
Gelaſius Papa in cap. ſi reuera de conſecrat.
diſtinct. 4. & Zachar. Papa in epiſtol. 11. ad
Bonifacium Epiſcop. quæ habetur tom. 2.
epiſtol. Pontif. & refertur. in cap. in ſyno-
do de conſecr. diſtinct. 4. Alexander 3. in
cap. 1. de baptiſmo. Eugenius 4. in Concil.
Florent. in decreto fidei poſt vltimam ſeſſ. §.
primum omnium. Tridentinum ſeſſio. 7.
can. 3. & 4. & probatur ex Matth. 18. vbi
hanc formam Chriſtus Dominus præſcripſit
Baptizantes eos in nomine Patris , & Filij &
Spiritus ſancti. Addit verò communis Theo-
logorum ſententia Alenſ. D. Thom. Scot.
Durand. Richard. Bonauent. Palud. Ga-
briel. & aliorum quos ſequitur Suar. diſput.
21. ſect. 4. & Vaſq. diſp. 144. cap. 2. ita
neceſſariam eſſe inuocationem Trinitatis ſub
dictis vocabulis Patris , & Filij , & Spiritus
ſancti , vt ſi illorum loco dicatur in nomine
Genitoris, Geniti, & procedentis ab vtro-
que non modo illicitè , ſed etiam inualide
Sacramentum peragatur ; & nullum fiat ve-
rum baptiſma ex defectu formæ : quamuis
oppoſitum tenuerit Caiet. 3. part. quæſt. 66.
artic. 5. & gloſſ. in cap. multi de conſecrat.
diſtinct. 4. cui ſententiæ adhærere tutum
non eſſe docet Sotus in 4. diſtinct. 3. quæ-
ſtione vnica artic. 5. §. hoc ergo. Ratio eſt,
quia Pater , Filius & Spiritus ſanctus ſunt
nomina perſonarum , nomina autem Geni-
tor , Genitus , & procedens , ſeu ſpiratus ,
ſunt nomina notionum : ſed fides vniuer-
ſalis Eccleſiæ quam omnes fideles profiten-
tur, eſt trium perſonarum , quatenus no-
minibus Patris , & Filij & Spiritus ſancti
ſignificantur : ergo hæc vocabula neceſſario
ſunt vſurpanda, ſeu alia quæ in quacumque
lingua illis correſpondent : minor probatur,
quia vocabula notionum non ſunt nota om-
nibus fidelibus , ſed ſolum Theologis , qui
de hoc myſterio philoſophantur : forma verò
baptiſmi

baptiſmi non ſolum continet inuocationem Trinitatis tamquam auctoris, ſed etiam exprimit, & declarat hoc myſterium, at quædam eſt profeſſio fidei pro baptizatis, eſt enim Sacramentum Baptiſmi, quo fideles initiantur: ergo neceſſe eſt vt hæc forma iis vocabulis fidei profeſſionem contineat, quæ omnibus fidelibus nota ſunt, non aliis, quæ ad catholicam ſpeculationem ſpectant.

3. *A quocumque ritè collatum.* His verbis baptiſmi miniſter oſtenditur; & in illo verbo *à quocumque* deſignatur miniſter qui ad Sacramenti eſſentiã, & valorem neceſſarius eſt. Nam quicumque ille ſit ſiue ſacerdos, ſiue laicus, vir, aut fœmina, Chriſtianus, vel paganus, excommunicatus, immo & hæreticus, ſufficiens miniſter eſt huius Sacramenti ad hoc vt ratum firmumque maneat nec vllo modo iterandum: dummodo abuere ſuſcipientem & verba proferre ſupradicta poſſit cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia: hæc eſt doctrina de fide, vt ex hoc loco patet, & ex Concilio Florentin. in decreto Eugenij 4. poſt vltimam ſeſſio. §. primum omnium, ibi, *In caſu autem neceſſitatis non ſolum ſacerdos vel diaconus, ſed etiam laicus vel mulier, immo etiam paganus, & hæreticus baptizare poteſt dummodo formam ſeruet Eccleſia, & facere intendat id quod facit Eccleſia*: item Tridentin. ſeſſ. 7. can. 4. idem decernit; & antea docuerat Auguſtin. lib. contra Epiſtol. Parmeniani cap. 13. & refertur in cap. quod quidam 1. quæſtione 1. item Nicolaus I. ad conſulta Bulgarorum cap. 104. citatus in cap. A quodam Iudeo de conſecrat. diſtinct. 4. item Vrbanus 2. in epiſtola ad Vitalem preſbyterum Brixien. adductus in cap. ſuper quibus 30. quæſt. 3. ſpeciatim de fœminis idem docet. Ad idem referri ſolet Canon centeſimus Concilij Carthagin. quarti allegatus à Gratiano in cap. mulier de conſecrat. diſt. 4. Verùm licet hic text. in antiquis ſic habeatur, *Mulier quamuis docta & ſancta viros in conuentu docere, vel aliquos baptizare non præſumat niſi cogente neceſſitate*; in emendatis exemplaribus illa vltima verba non ſunt niſi aliis characteribus ſcripta, dicunturque addita à magiſtro ſentent. in 4. diſtinct. 6. cap. 1. Nam in eo Concilio can. 99. & 100. ex quibus ſumptus eſt textus, non leguntur illa verba: neque apud Burcar. lib. 8. cap. 1. Iuo. par. 1. cap. 65. Pan. lib. 1. cap. 13. reperiuntur: addita igitur creduntur à Magiſtro ad declarationem textus, quæ quidem vera eſt iuxta doctrinam aliorum textuum quos in eadem diſtinct. Gratianus adducit. Textus verò, qui in oppoſitum adduci poſſunt hoc loco non expono, quia hoc in proprio loco fieri debet ad lib. 3. tit. 42. de baptiſmo & eius effectu: ſatis enim eſt hoc loco veritatem noſtri textus oſtendere, & conformitatem illius ad alia iura quod de canonico iam fecimus: de ciuili concinit optima Gloſſa Cuiacij ad titul. Cod. ne ſanctum Baptiſma &c. vbi refert hæc de re l. 8. Honorij & Theod. Imperat. quæ habetur in Cod. Theodoſ. de hæretic. Interim pro expoſitione textuum in contrarium vide Vaſquez tom. 2. in 3. par. diſput. 147. cap. 2. Ratio eſt optima congruentia, quia Sacramentum Baptiſmi eſt de neceſſitate ſalutis: Vnde expediens fuit vt illius adminiſtratio omnibus concederetur, ne quantum fieri poterat præſente quolibet miniſtro ſine remedio maneret, qui in periculo ſalutis conſtituitur.

Aduertendum tamen primo extra caſum 4.
neceſſitatis non cuilibet ex prædictis licere huiuſmodi miniſterium: quamuis enim valide faciat quilibet, ſi tamen ad hoc miniſterium deſtinatus non ſit, illicitè baptizabit, quando neceſſitas vrgens, videlicet mortis periculum, in quo eſt baptizandus; hoc non poſtulet. Nam extra neceſſitatem munus baptizandi conuenit ex officio in primis Epiſcopo in ſua Diæceſi; Deinde Sacerdotibus ex conſenſu Epiſcoporum: quia baptizare eſt actus Iuriſdictionis, quem non poteſt exercere, qui talem iuriſdictionem non habeat; & quemadmodum preſbyteri licet in ſuo ordine accipiant poteſtatem à peccatis abſoluendi, quæ dicitur iuriſdictio actiua, & facultas ius dicendi, eam tamen non accipiunt in aliquem, aut aliquos determinate, tamquam materiam accomodatam, ſed hæc per Eccleſiam applicari debet: ita etiam ius habent baptizandi, quod in ſua ordinatione accipiunt, non tamen iuriſdictionem in aliquos determinate, antequam ab Epiſcopis determinentur, & applicetur illis materia in quam ſuam exerceant facultatem, & ius baptizandi: Epiſcopi verò perfectam habent iuriſdictionem in omnes & ſingulos ſuæ Diæceſis ſubditos, ideoque vel illos baptizare vel preſbyteris committere poſſunt hoc baptizandi munus illis ex ordinatione conceſſum, ſed ad hos vel illos indeterminate; vnde vlterius oporret vt eis determinentur perſonæ in quibus acceptam exerceant poteſtatem. Ratio verò cur de iure competat Epiſcopis baptizare eos qui ſunt in ipſorum diæceſibus, eſt; quia admittere aliquem in membrum alicuius communitatis, eique communicare illius priuilegia propriè competit, vel ipſi communitati, vel illi qui in ea ius habet ſupremum: tale autem ius habet Epiſcopus Romanus in vniuerſali Eccleſia: Epiſcopi verò particulares in ſuis diæceſibus: ita Ægidius in tertiam part. ad quæſtionem 67. dub. 1. Vaſquez ibidem diſput. 147. cap. 3. poſt Alenſ. D Thom. Bonauent. Scot. Gabriel. Marſil. Sot. & Ledeſim. probatur ex capit. diaconos 93. diſtinct. vbi Gelaſius Papa ad Epiſcopos Lucaniæ ſic ſcribit de Diaconis. *Abſque Epiſcopo vel presbytero baptizare non audeant niſi prædictis ordinibus fortaſſe longius conſtitutis neceſſitas extrema compellat*: item ex cap. conſtat de conſecrat. diſtinct. 4. vbi Iſidorus idem docet; & antea tradiderant Tertul. lib. de Baptiſmo cap. 17. & Hieronym. in dialogo contra Luciferianos. numero 2.

5. Vnde aduertendum ſecundo nequè Diaconis, neque alijs inferioribus Eccleſiæ miniſtris ex vi ſuæ ordinationis conuenire baptizandi officium, Diacono tamen iuſta de cauſa, & in aliqua neceſſitate committi poſſe, reliquis ſiue clericis, ſiue laicis non niſi in extrema neceſſitate licite hoc munus commendari, vel ab eiſdem exerceri: ita tenet communis ſententia Theologorum & Canoniſtarum, quos ſequitur Suarius in 3. par. tom. 3. diſput. 23. ſect. 2. Ægid. v.b. Rup. & Vaſq. citatus c. 4. & 5. Turrecrem. in cap. Diaconos citatum & latius in cap. conſtat de conſecrat. diſt. 4. cum aliis. Tres partes habet hoc aduertendum, prima ex capitibus citatis patet & ex Concil. Florent. in decreto Eugenij 4. vbi dicitur de baptiſmo *Mini/ter huius Sacramenti eſt ſacerdos, cui ex officio competit baptiZare*, item ex Clemente Romano lib. tertio conſtitut. cap. 11. ibi, *ſed neque reliquos clericos baptiZare permittimus: ſed ſolos Epiſcopos & presbyteros miniſtrantibus illis diaconis*, & lib. 8. cap. 52. ait *nec Diacono fas eſt offerre ſacrificium vel baptiZare*. Ratio eſt quia ex Chriſti inſtitutione ordinaria poteſtas ſupra corpus Chriſti myſticum coniungitur cum poteſtate ſupra corpus Chriſti verum: hæc autem nec diacono, neque inferioribus Clericis datur: ſed ſolum ordinatur Diaconus ad ſeruiendum Epiſcopo & ſacerdoti. Deni juè per baptiſmum remittuntur peccata, & recipiuntur homines ad gregem Chriſti, hoc verò munus ad eos ſolum ex officio pertinet, qui paſtores ſunt, quales Diaconi vel inferiores Clerici non ſunt, ſed paſtorum miniſtri. Secunda pars ſuadetur; nam ratio ordinis Diaconatus poſtulat, vt Diaconi miniſtrent Epiſcopis, & Sacerdotibus, vt diximus: ergo propter iuſtam & rationabilem cauſam, ipſis committere poſſunt Epiſcopi, vt baptizent: quod quidem illa verba, quæ referuntur in Pontificali Romano ad ordinationem Diaconi ſpectantia non obſcurè declarant: *Diaconum enim oportet miniſtrare ad altera, baptiZare, & prædicare*. Ex quibus conuincitur Diaconum aliquo modo ad baptiſmum ordinari, non vt ordinarius huius Sacramenti miniſtrum, quauis de cauſa, & occaſione, ſicut conceditur presbyteris; ergo ſaltem inſtante graui neceſſitate, quamuis extrema non ſit, ex commiſſione Epiſcopi, vel ſacerdotis iuſta de cauſa diacono committitur baptizandi munus. Aliis tamen ſiue clericis, ſiue laicis (quæ erat tertia pars aduertendi) non niſi in extrema neceſſitate licet hoc officio fungi: ſi tamen faciant quantumuis illicitè validus, & verus erit baptiſmus, qui à quocumquè ſecundùm Eccleſiæ ritum & intentionem miniſtrante confertur tam paruulis, quam adultis, proficit ad ſalutem vt definit noſter textus.

6. Vnde aduertendum tertio baptiſmum eſſe Sacramentum ad ſalutem neceſſarium, probatur ex cap. filius cap. firmiſſimè tenet cap. non illud. cap. nulla præter cap. non dubito & ſimilibus de conſecrat. diſtinct. 4. Idem definiuit Innocent. I. contra Pelagian. epiſtol 26. ad Concil. Mileuit. & Leo epiſtol. 80. alias 78. ad Epiſcopos Campaniæ: Concil. Florent. in decreto Eugenij. Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 7. can. 5. vbi ait: *ſiquis dixerit baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt non neceſſarium ad ſalutem anathema ſit*, probatque vtrumque Concilium ex Ioann. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt introire regnum Dei.* Quia ratione tamen baptiſmus neceſſarius ſit non ſolum neceſſitate præcepti, ſed etiam neceſſitate medij ad ſalutem, explicandi locus non eſt: videatur Suar. tom. 3. in 3. par. diſp. 27. ſect 2. & ſeq. Vaſq tom. 2 diſp. 151. & ſeq Ægid. ad quæſtionem 68. artic. 2. dub. 1.

Aduertendum quarto aduerbium *ritè* (quod duplici in loco in textu habemus) ſignificare ordinem, & ſolemnitatem in actu, qui adiungitur, & in hoc diſtinguitur à dictione *rìtè*, quæ ſecundum ſuam propriam ſignificationem denotat cauſam, iuſtitiam, & merita cauſæ. Vtrumque docuit Gloſſ. Bartol. Ang. & alij DD. cùm textu in l. 1. ff. de inoff. teſtament. ibi, *ſed rectè quidem fecerit teſtamentum*, & in l. non putauit §. non quæuis de bonor. poſſeſſ. contra Tab. in l lecta 16. latius ibidem Barthol. colum. 3 ff. ſi certum petatur. Abb. Ioann. Andr. & alij hoc in loco. Ant Butr. in proœm. decret. per ea quæ voluit Gloſſ. in l. iuſte poſſidet, ff. de requir. poſſeſſ. in l. ſed etſi lege, §. fociæ, ff. de petition. hæred. Tiraquell. in l. ſi vnquam in præfat. numero 33. vbi notat *ritè* pro ritu vſurpari teſte Priſciano lib. 14. & patet ex Statio libro ſecundo. 7.

Hei mihi primitiis ararum & ritè nefaſto
Libatus iuſſuſque mori.

Denotat ergo hæc dictio formam ex ſententia Gloſſ. in l. ſi vnquam in verbo ritè C. de bon. vacan. & formam quidem ſubſtantialem iuxta Ancharan. in cap. poſſeſſor. colum. 4. verſic. *item Iure Canonico* de regul. iur in 6. & ita in vtroque loco noſtri textus formam eſſentialem importat per quam homo baptizatur, & ſacerdos ordinatur. Illud tamen omittendum non eſt, illam differentiam inter dictiones *Ritè, & Rectè*, perpetuam non eſſe, immo plerumque vnam pro altera ſubſtitui ad inuicem: ita enim notat Accurſ. in l. non putauit citatam: Luc. Pent. in l. 1. col 2. in fine C. de profeſſ. qui vt in vrbem, &c. lib. 12. Domin. poſt alios in cap. contra Chriſtianos de hæretic. in 6. Franc. Aretim. in l. Titius in princip. ff. de liber. & poſthum. Iaton. in l iuſtè poſſidet. col. 2. ff. de acquir. poſſeſſ. Decius in l. lecta ſupra citata; Alciat. in l. hæc verba in ſtipulatione ff. de verbor. ſignification. & probatur optimè ex l. tertia C. de bon. vacan. ibi, *Ritè atquè ſolemniter*, vt notauit Luc. Pen. ſi enim ritè non ſignificaret idem ac rectè, inutilis repetitio in eo textu eſſet neceſſario admittenda, duæ enim voces

ces

ces idem omnino ſignificarent, nequè hæc ſignificandi vis in dictiooe *ritè* Maronem fugit cum lib. 4. Æneid. dixit.

Si ritè audita recordor. & lib. 5.
Si modo ritè memor ſeruata remetior aſtra.

Per veram poteſt ſemper pœnitentiam reparari, Hoc eſt alterum Sacramentum, quod hominibus poſt baptiſmi ſuſceptionem in mortale peccatum prolapſis neceſſarium eſt non ſolum neceſſitate præcepti, ſed etiam neceſſitate medij. Ideoque à Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 2. in fine, Sacramento baptiſmi in hac æquiparatur neceſſitate, his verbis: *eſt autem hoc Sacramentum pœnitentiæ lapſis poſt baptiſmum neceſſarium: vt nondum regeneratis ipſe baptiſmus*, ideoque ſeſſ. 6. cap. 14. & ſeſſ. 14. can. 2. ſtatuit pœnitentiam à ſanctis Patribus iure optimo ſecundam tabulam poſt naufragium deperditæ gratiæ fuiſſe nuncupatam. Itaque de fide certiſſimum eſt nos iure diuino teneri interuentu Sacramentalis confeſſionis omnia peccata mortalia poſt baptiſmum commiſſa ſubmittere Eccleſiæ clauibus, & ſacerdoti legitimo confiteri: ita definit Tridentin. ſeſſio. 14. c. 5. vbi ait, *ex inſtitutione Sacramenti pœnitentiæ iam explicata vniuerſa Eccleſia ſemper intellexit inſtitutam etiam eſſe à Domino integram peccatorum confeſſionem & omnibus poſt baptiſmum lapſis iure diuino neceſſariam exiſtere*, & infra, can. 7. idem inculcat: & quidem iam Clemens primus in epiſtola prima ad Iacobum Fratrem Domini Sacramentalis confeſſionis meminerat paulo poſt principium & ante finem; & Concil. Laodicenum ſub Syluestro can. 2. & Leo primus in epiſtol. 80. ad vniuerſos Epiſcop. Campaniæ, ex qua ſumptum eſt cap. quamois plenitudo & cap. ſufficit de pœnitent. diſtinct. 1. Item vita Simplicij ex libro Pontificali anno Domini 467. quæ eſt in ſecundo tom. Concil. Deinde Concilium Cabilionenſe ſub Leone 3. cap. 33. Lateranenſe ſub Innocentio tertio cap. 21. Londinenſe ſub Gregor. 9. §. Sacrameota & §. quod io quodam: & Conſtanticoſe in Bulla damnante articulos Ioannis Vuicleff. vbi inter reliquos errores damnatos ſeptimus fuit *ſi homo fuerit debite contritus, omnis confeſſio exterior eſt ſuperflua & inutilis*. Florentinum in decreto Eugenij 4. quod partes Sacramenti pœnitentiæ maoifeſtè declarauit, multo tamen diſtinctius Tridentinum huius Sacramenti neceſſitatem expoſuit, quam multis Patrum Græcorum & Latinorum teſtimoniis oſtendit Iodocius Corcius tom. 2. lib. 7. artic. 1. Præterea ex multis contextibus; cap. neminem; cap. agite pœnitcotiã; cap. verbum Dei; capit. non poteſt; cap. multiplex & ſimilib. de pœnit. diſt. 1. idem confirmatur; alia etiam Concilia & Patrum teſtimonia refert Bellarm. lib. 3. de pœnit. cap. 5. & ſequent.

Tota difficultas nunc eſt in aſſignando fundamento huius neceſſitatis in ſacra pagina, & ſane Tridentinum ſeſſio. 14. cap. 5.

A illod colligit ex Ioann. 20. vbi Chriſtus Dominus Apoſtolis poteſtatem remittendi peccata his verbis conceſſit, *Accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.* Vnde arguit Sacramentalis confeſſionis neceſſitatem iure diuino introductam. *Quia*, inquit, *Dominus noſter Ieſus Chriſtus è terris aſcenſurus, ad cælos ſacerdotes ipſius Vicarios reliquit, tamquam præſides, & Iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti fideles ceciderint: quo pro poteſtate clauium remiſſionis, aut retentionis peccatorum ſententiam pronuntient:* Hæc eſt prima propoſitio Concilij: ſecunda verò in ſeqoentibus apparet. *Conſtat enim ſacerdotes iudicium hoc incognita cauſa exercere non potuiſſe: neque æquitatem quidem illos in* B *pœnis iniungendis ſeruare potuiſſe, ſi in genere duntaxat, & non potius in ſpecie ac ſigillatim ſua ipſi peccata declaraſſent.* Ex his duabus propoſitionibus colligit Concil. huius Sacramentalis confeſſionis neceſſitatem, ſpecificamque omnium mortalium & circumſtantiarum, quæ ſpeciem peccati mutant, mentionem in confeſſione faciendam, in eodem cap. & can. 7. in eod. cap. verbis ſequentibus. *Ex his colligitur oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum poſt diligentem diſcuſſionem conſcientiam habent in confeſſione recenſeri etiamſi occultiſſima ſint*: in cao. 7. addit. *& circumſtantias, quæ ſpeciem mutant.* Itaqoe hæc eſt ſummatim vis illatioois, Chriſtus conſtituit Apoſtolos, & eorum ſucceſſores, iudices cum vera po- C teſtate remittendi peccata, vel retinendi: ſed hoc iudicium oon poteſt prudenter exerceri & legitimè niſi cogoito peccatoris ſtatu, qui niſi à peccatore manifeſtetur, agooſci non poteſt: ergo hæc manifeſtatio eſt omnino neceſſaria ad hoc, vt peccatoris culpæ remittantur.

Verùm contra hanc illationem oppo- 9.
ni poteſt, primo, quia licet Chriſtus inſtituerit hoc iudicium tamquam vtile, & ſufficiens ad remittendum peccatum, & in eo oon niſi confeſſæ culpæ remittantur per ſe, hinc non videtur ſequi, quod ſit medium omnino neceſſarium. Nam contritio in lege veteri peccatorem in ſtatu gratiæ conſtituebat: ſed in lege gratiæ non amiſit hanc vim & efficaciam: ergo confeſ- D ſio non erit medium neceſſarium, ſed in defectum contritionis: ſtat enim eſſe confeſſiooem neceſſariam ad illud iudicium, & noo eſſe iudicium oeceſſarium ad remiſſionem peccati. Secuodo ſi illatio eſſet bona etiam de venialibus procederet: probatur quia in Sacramento pœnitentiæ de venialibus eſt iudicium, & per illud remittuntur: & tameo confeſſio Sacramentalis non eſt medium neceſſarium reſpectu venialium; vtrumque enim dicit Tridentinum ſeſſio. 14. cap. 5. *Venialia quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur, quamquam rectè, & vtiliter citraque omnem præſumptionem in confeſſione dicantur, quod piorum hominum vſus demonſtrat, taceri tamen citra culpam, multiſque alijs remedijs expiare*

poſſunt : ergo ſicut venialia ſubiiciuntur, & remittuntur in huius Sacramenti iudicio neceſſario, idem etiam dici poſſet de mortalibus. Tertio quia verba illa Chriſti Domini ſecundùm ſe non indicant maiorem neceſſitatem : immo neque verba noſtri textus ; qui ſolum ait peccatorem poſt baptiſmum per veram pœnitentiam poſſe reparari : non verò debere per pœnitentiæ Sacramentum reparari : Quarto quia Gratianus cum per totam diſtinctionem primam de pœnitentia in vtramque partem multis textibus diſputarit, vtrum per cordis contritionem ſecreta ſatisfactione abſque oris confeſſione quilibet peccator Deo ſatisfaceret : ad finem diſtinct. poſt cap. 89. quamuis plenitudo, concludit his verbis : *quibus auctoritatibus, vel quibus rationum firmamentis vtraque ſententia ſatisfactionis, & confeſſionis innitatur, in medium breuiter propoſuimus. Cui autem harum potius adhærendum ſit lectoris iudicio reſeruatur.*

11\. Propter has difficultatis non modo Hæretici, quos optimè conuincit Bellarm. toto lib. 3. de pœnitentia, & Valentia tom. 4. diſput. 7. quæſt. 9. puncto 1. ſed etiam aliqui ex catholicis quamuis admittant hoc Sacramentum ex præcepto Eccleſiaſtico eſſe neceſſarium, negant tamen ex vi inſtitutionis ſuæ præcisè eſſe medium neceſſarium : Ita Hugo Victorinus, Alenſ. Bonauent. Ianſenius, Scot. Gabriel Medin. Caiet. quos refert, & reiicit Suar. diſput. 16. tom. 4. de pœnit. ſect. 2. numero ſecundo. Verùm poſt Concil. Tridentinum hæc ſententia à Catholico ſuſtineri non poteſt. Apertè enim multis in locis definit hoc Concilium hominibus poſt baptiſmum lapſis in mortalia, ita eſſe neceſſarium hoc Sacramentum : vt ſine eo ſaltem in voto ſaluari non poſſint : ita docet ſeſſio. 6. cap. 14. & can. 29. item ſeſſio. 14. cap. 4. & tandem can. 6. ait. *Si quis negauerit confeſſionem Sacramentalem, vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam eſſe iure diuino, aut dixerit modum ſecrete confitendi ſoli ſacerdoti quem Eccleſia catholica ab initio ſemper obſeruauit, & obſeruat, alienum eſſe ab inſtitutione & mandato Chriſti, & inuentum eſſe humanum, anathema ſit.* Idem confirmatur ex Conciliis ſupra citatis. Quamobrem dicendum eſt optimum fuiſſe diſcurſum Concilij Tridentini & in ipſis verbis Chriſti Domini ſecundùm ſe ſomptis ſufficienter contineri, & exponi hanc veritatem de neceſſitate Sacramenti pœnitentiæ, tamquam remedij vnici, poſt Baptiſmum in mortalia peccata labentibus ; Eccleſiamquè ſolùm declaraſſe continua traditione hunc fuiſſe ſenſum & veram interpretationem verborum Chriſti.

12\. Probatur primo quia nullus in peccato mortali exiſtens poteſt pro illo de condigno Deo ſatisfacere, vt communiter tenent Theologi cum D. Thom. part. quæſt. 1. art. 2. Suar. in modo ibidem, ſed latiſſimè tom. 9. de gratia lib. 7. cap. 14. Vaſq. Lorca & alij Thomiſtæ ad eundem artic. 2. D. Thom. qui quamuis diuerſis viis hoc defendant, in eo tamen conueniuot quod nullus purus homo exactam, & perfectam ſatisfactionem Deo pro mortali reddere poſſit : & ſanè non obſcurè deducitur ex Concil. Epheſin. tom. 6. cap. 7. colum. 2. vbi docet quod ſola Chriſti ſatisfactio talis erat, quæ peccati debitum *ad amuſſim iuſtitiæ exæquaret* : item ex Tridentino ſeſſ. 6. cap. 8. exponens verba Pauli ad Roman. 3. vbi ait hominem gratis iuſtificari & ſubdit, *Gratis autem iuſtificari ideo dicimur, quia nihil eorum quæ iuſtificationem præcedunt ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promeretur*, vbi clarè docet quocunque modo ſe homo ex gratia diſponat ad iuſtificationem, numquam perfectè, & de condigno illam promereri : ſemper ergo oportet, vt Deus gratuito, & liberaliter peccatum remittat, contentus diſpoſitione, quam ex parte hominis requirit : Vnde in lege naturæ & ſcripta aote inſtitutionem huius Sacramenti ex vna parte difficilior erat iuſtificatio, quia nullum erat Sacramentum, quod ex opere operato peccatum remitteret adultis, & ex attritis faceret contritos : ex altera erat facilior, quia non requirebatur vocalis confeſſio ſacerdoti facienda, ſed ſufficiebat perfecta cordis contritio. Verùm cum actus contritionis oon ita facile à peccatoribus exerceatur, quia magis timore pœnæ vel ſpe præmij quàm amore Dei offenſi à peccatis deterrentur ; ſimpliciter ſemper erat difficilius remedium ad ſalutem neceſſarium. At poſtquam inſtitutum eſt à Chriſto Domino pœnitentiæ Sacramentum, diſpoſitionem ille non acceptat ad remiſſionem mortalis, niſi quatenus includit ſaltem in voto Sacramentalem confeſſionem : ita docet Tridentinum ſeſſio. 14. cap. 4. vbi concludit *etſi contritionem hanc aliquando charitate perfectam eſſe contingat, hominemque Deo reconciliari prinſquam hoc Sacramentum actu ſuſcipiatur : ipſam nihilominus reconciliationem ipſi contritioni ſine Sacramenti voto quod in illa includitur non eſſe adſcribendam.* Dicitur verò contritio includere votum Sacramenti : quia, cum ſit deteſtatio peccati ob Deum ſuper omnia dilectum, voluntatem inuoluit in omnibus Deo placendi, & illius præceptis obtemperandi, quorum vnum eſt Sacramentum pœnitentiæ ſuſcipere, quando tempus præcepti vrget, & confeſſoris copia datur, tunc enim non ſupplebit contritio realem ſuſceptionem Sacramenti, immò neque vera eſſe poterit, perfectaque contritio hominis præceptum diuinum noo implentis : ſequitur ergo hoc Sacramentum non modo vtile, ſed omnino neceſſarium eſſe medium lapſis ad ſalutem.

Probatur 2. & eſt confirmatio præcedentis rationis : Nam Ioann. in epiſt. 1. cap. 1. numero 9. ait, *ſi confiteamur peccata noſtra fidelis eſt, & iuſtus vt remittat peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate*, quem locum de ſacramentali confeſſione exponunt Carthuſianus, & Thomas Anglicus ibidem. Item Turrian. 4. de dogmatibus, Bellarm. lib. 1. de pœnit. cap. 13. & lib. 3. cap. 4. & alij Theologi, & hanc interpretationem ex eo veram prorſus exiſtimo, quia Deus iuxta mentem Ioannis dicitur fidelis, & iuſtus in remittendis 13.

tendis peccatis poſita conditione illa nempe A confeſſionis, non verò contritionis tantum vel conuerſionis ad illum per actum interiorem: vt in multis locis teſtamenti veteris promittitur peccati remiſſio vere contritis, & ad Deum per charitatem, & peccati deteſtationem conuerſis: fundatur ergo illa obligatio fidelitatis, & iuſtitiæ, quam Deus voluntariè ſuſcepit in aliqua promiſſione, quam ipſe fecerit remittendi peccata, ſi illa confiteamur: ſed in lege gratiæ non habemus aliam promiſſionem, cuius interuentu Deus ſic fidelis, & iuſtus oſtendatur in promiſſione adimplenda, niſi illam Ioann. 20. numero 23. quorum remiſeritis peccata remittuntur eis: ergo illius loci vera interpretatio eſſe debet, vt, ſi quis velit Deum ob ſuam promiſſionem ex fidelitate, & iuſtitia obligatum B habere ad ſui ſceleris remiſſionem, oporteat ad illud tribunal peccata ſua deponere, quod ipſe ad illorum remiſſionem inſtituit in lege gratiæ. Vnde ſequitur iam non ſufficere ſolam contritionem ſine ſacramentali confeſſione, ſaltem in verbo, quando vel præcepti neceſſitas, pro tunc non vrgeat, vel ſacerdotis opportunitas non detur.

Tertio Non minus efficaciter idem oſtenditur ex Iacobi Epiſtol. cap. 5. numero 16. ibi *Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini.* Monuerat Apoſtolus vt ſi quis infirmaretur, preſbyteros Eccleſiæ accerſeret à quibus oleo ſancto vngeretur, & qui pro eo Deum deprecarentur: & ſi in peccatis eſſet illi remitterentur: ne quis C tamen exiſtimaret peccata lethalia extremæ vnctionis ſacramento deleri ſine præcedente confeſſione, quæ commodè fieri poterat preſbyteris ad vnctionem euocatis, ſubiunxit obligationem, & neceſſitatem confeſſionis in graui infirmitate, & mortis articulo faciendæ: hanc vim habet illud *ergo*: *confitemini ergo alterutrum peccata veſtra*, videlicet ſeruate Chriſti præceptum de confeſſione facienda iis, quibus poteſtatē remittendi peccata conceſſit, quales ſunt preſbyteri de quibus loquebatur. Itaque præcedere debere confeſſionem ſacramentalem ſanctæ vnctioni, & precibus preſbyterorum demonſtrauit, prius enim dixit *confitemini*, & poſtea *orate*, vt ſaluarentur: ergo ſentiebat illud ſacramentum eſſe ad ſalutem neceſſarium, & prærequiſitum ad ſa- D ctam vnctionē, quando ægrotus illius capax, & mortalis peccati non confeſſi conſcientiam haberet. Hanc illatiuam vim in particula *ergo* agnouit Hugo ad confirmandam huius ſacramenti neceſſitatem; de quo etiam locum interpretantur Gloſſa, Beda, Serarius referens Origenem, ſiue Cyrillum Alexandr. in Leuiticum. Chriſoſtom. Auguſtin. Bernard. Anaſtaſ. Antiochenum. Præter quos Feuard. in commentario citat. Anton. Meliſſam & Damaſcen. apud Lorinum verò hic citantur etiam Theodorus Cantuar. Iuo, Burcardus, Andræas Eroquerius, Alcuinus, Albinus Radulphus, Iacobus de Vitriaco, & alij: Idem tenet Concil. Cabilonenſe primum, Can. 33. & cap. 8. item ſecundum cap. 33. denique Concilium Senonenſe decret. 10.

A titulo de confeſſione in quo habetur, *ſtatim ab ipſis eccleſiæ naſcentis incunabulis ſacer iſte confitendi ritus de interioribus nedum de exterioribus tantum inoleuit: vt tum ex Iacobo, tum ex D. Dionyſij, Alexandri, Vrbani, & Cypriani ſcriptis manifeſtum euadit. Rectè igitur hanc Exomologeſis legem à Chriſto inſtitutam per Apoſtolos ad nos vſque deductam, & ab vniuerſali eccleſia inuiolabiliter obſeruatam à cunctis Chriſti fidelibus ſectandam eſſe, & contra venientes auctoritate Concilij Conſtantienſis, & aliorum complurium damnamus.*

Quarto, & multo efficacius eadem veritas demonſtratur. Dubitari non poteſt Chriſtum 142
Dominum Ioann. 20. conceſſiſſe Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus poteſtatem dimittendi & retinendi peccata: & conſequenter B conſtituiſſe iudicium & tribunal ad quod peccata lethalia deferri deberent: ergo non eſt ſolum conſtitutum, vt rei poſſint, ſed vt debeant, & teneantur illud adire: conſequentiam probo primo quia alioqui multum de dignitate huius tribunalis detraheretur ſi voluntarium, non neceſſarium iudicium foret: nullus enim aut pauciſſimi ad illud venirent. Nam fideles magis timorati, & religioſi poſſent facilius actum contritionis elicere; alij verò grauioribus culpis obſtricti niſi neceſſitate compulſi ad illud iudicium traherentur, illud multò minus adirent. Secundò quando princeps conſtituit tribunal ſeu iudicium criminale ad quod certæ iniuriæ ordinario iure pertineant, ſane ipſo iure ſine alia declaratione cenſetur velle cogere reos, qui C aliquo peculiari priuilegio, vel diſpenſatione non gaudeant, ad illud trahi etiam inuitos: Nam iudicium de ſe redditur in inuitum; vt optimè docet Gloſſ. in l. 83. inter ſtipulantem §. 1. ff. de verb. obligat. cum eod. text. & vlterius refert l. fœmina l. ſi reus ff. de procuratoribus, ad idem confirmandum. Nam alioqui fruſtraretur principis intentio, quæ eſt in criminali iudicio nocentes coërcere, & actiones iniuriarum eo iudicio terminari in abſoluendis vel damnandis omnibus eidem tribunali ſubiectis: cum ergo Chriſtus Dominus ſine vlla exceptione, vel diſpenſatione tribunal omnium iniuriarum, quæ Deo fiant, in terris reliquerit, ipſo iure diuino cenſetur non voluntarium, ſed neceſſarium iudicium erexiſſe. Quod verò ſine vlla defini- D tione, ſeu acceptione perſonarum & abſque exceptione erectum remittendi peccata tribunal ſuis ſacerdotibus conceſſerit, teſtatur Ambroſ. lib. 1. de pœnit. cap. 2. relatus in cap. Deus definitionem de pœnit. diſtinct. prima. Tertio, probatur conſequentia; nam ſi poteſtas data non ſolum eſt ad dimittenda, ſed etiam ad retinenda peccata, impoſſibile eſt quod ſit poteſtas iudicij voluntarij, quoniam ſi alia via peccator ſine hoc iudicio in re, vel in voto ſubeundo, & ſine ſubiectione, & ordine ad claues veniam conſequi poteſt, quid intereſt retinendi poteſtas: ſanè fruſtratoria videretur, vel nulla: vt optime deducit Auguſtin. in lib. 50. homil. in 49. & refertur in cap. agite pœnitentiam de pœnit. diſtinct. 1. ibi; *nemo dicat ſibi, occultè ago, apud Deum ago,*

nõuit Deus, qua mihi ignoſcat, in corde ago, ergo ſine cauſa dictum eſt, quæ ſolueris in terra, ſoluta erunt & in cælo: ergo ſine cauſa claues datæ ſunt, fruſtramus Euangelium Dei, &c. quam rationem latè proſeqoitur Suar. tom. 4. de pœniten. diſp. 17. ſect. 2. numero 13. Vaſq. tom. 4. in 3. part. quæſt. 90. artic. primo dub. 2. Ægid. diſp. 5. de pœnitent. dub. 2. cum aliis.

15. Hinc facile ſoluuntur propoſitæ obiectiones: Nam ad primam ſatis oſtendimus neceſſitatem huius ſacramenti ad remiſſionem peccatorum, quæ poſt baptimum committuntur: ad id quod de contritione additur ex prima probatione patet reſponſio eſſe diuerſam rationem de contritione in lege naturali, & ſcripta, atqoe in lege gratiæ conſiderata. Ad ſecundam reſpoodeo cum Suar. citato numero 22. Vaſq. citato nomero 23. poſt aliõs hanc poteſtatem dimittendi vel retioendi peccata per ſe primo datam eſſe reſpectu mortalium, quæ ſunt materia neceſſaria huius ſacramenti, & eis in perpetuum clauditur omnino regnum cælorum: at reſpectu venialium datur etiam, quatenus ſunt quoddam temporale impedimentum ingredieodi regnum Dei, & materia ſufficiens quidem ad exercitium clauium non tamen neceſſaria: ideoque illis in perpetuum non clauditor Cœlum, quia cum Dei gratia, quæ eſt gloriæ pignus in iuſtis reperiuntur. Vnde dicimos illationem illam etiam procedere de venialibus tamquam de materia ſufficienti, quia verò neceſſaria materia non ſunt; ideo concilium in conſequentia, *ex his colligitur*, ſapienter de mortalibus ſpeciatim loquutum eſt, quia loquebatur de peccatis quibus clauditur perpetuò cæli ianua, & Dei gratia amittitur, & ſine hoc ſacramento ſaltem in voto oon remittuntur, & idcirco ſemper abſolutioni & retentioni Clauium ſubijciuntur, ad qoarum poteſtatem ordinantur, & ſub qua temporo opportuno deponi debent, ne in damnationis pœnam peccator rurſus relabatur. Ad tertiam R. probationes ſupra poſitas, præſertim quartam, conuincere neceſſitatem pœnitentiæ: nec minus illam oſtendit noſter textus; Nam cum illam aſſignet tamquam medium, ac remedium certiſſimum ad reparandam gratiam per peccatum poſt ſuſceptionem baptiſmi amiſſam, & illam ſecundum veluti baptiſmum quoad remiſſionem culpæ ſemper obtinendam, faciat, omnino neceſſariam eſſe ſignificat, quod confirmo primo, qoia hoc ſolum medium recuperandæ ſalutis indicat. Secundo quia illud *vera* ſignificat pœnitentiam germanam, ac legitimam in lege gratiæ à Chriſto traditam, & ab Apoſtolis, & antiquis Patribus ad nos traoſlatam, quæ, vt ſupra oſtendimus, ſemper includit ſaltem in voto ſacramentalem confeſſionem. Tertio Quia aduerbium *ſemper* magis determinat acceptionem pœnitentiæ ad ſacramentum re ipſa ſuſceptum. Nam vt ſupra notaoimus, contritio non ſupplet ſacramentalem confeſſionem, neque vera eſſe poteſt, ſi quando vrget præceptum dioinum, & datur confeſſoris copia, confeſſio ſacrameotalis omittatur: ergo vera pœnitentia per quam ſemper reparatur gratia ſola eſt ſacramentum pœnitentiæ ſuis partibus perfectum, & in re ſuſceptum.

Hinc duo colliges: primum ideo baptiſmo æquiparari pœnitentiam in hoc quod vtrumque ſacrameotum medium ſit oeceſſarium ad ſalutem, baptiſmus omnibus hominibus, pœnitentia lapſis poſt baptiſmum, quia ſola pœnitentia ſacramentalis eſt, quæ ſemper recuperat amiſſaro gratiam, & contritio quando illam recuperat, id habet qoatenus pars eſt ſacramentalis pœnitentiæ includentis confeſſiooem ſacramentalem in voto ſaltem implicitè, vt docent Suar. diſp. 17. ſect. 3. numero 9. & Vaſq. ad quæſt. 84. artic. 5. dub. vnic. numero 31. poſt D. Thom. Richard. Bonau. Maior. Gabriel. Almac. Alenſ. Sotus Adrian. & Nauar. quos idem Suar. allegat: Lorinus diſp. 5. de pœnitent. dub. 1. concluſ. 2. Quia ergo tam baptiſmi, quàm pœnitentiæ, per ſe proprius effectus eſt iuſtificatio, & vtrumque ſacramentum, aut in re ſuſceptum, aut in voto, quando oon vrget præceptum, vel non datur opportunitas illud in ſe ſuſcipiendi, neceſſarium eſt ad ſalutem, ideo vtriuſque neceſſitas non modo neceſſitatem præcepti, ſed etiam medij complectitur. Secundum, ideo per implicitum votum ſacramenti in contritione incluſum peccata remitti, quia hoc ſacramentom ita nunc eſt ioſtitutum, vt eius ſuſceptio pertineat ad integram ſatisfactionem, ex parte ooſtra requiſitam, & ita eliciatur actus contritionis, vt eliciens in præparatione animi ſit ad confeſſionem debito tempore faciendam. Ad eum modum quo in traditione rei emptæ quando ſolui pretium cæpit ante integram ſolutionem tranſit dominium, & poſſeſſio ad emptorem in virtute etiam pretij ſoluendi, cuius obligatione emptor obſtringitur: ita in noſtro caſu in virtute confeſſionis ſacramentalis, quæ eſt alia pars ſatisfactionis ex parte noſtra ad quàm obligati manemus, per contritionem iuſtificamur, & ita Dominus noſtram ſolutionem perfectam iuſtificationis miſericordia anticipat. 16.

Ad 4. Reſpondeo in hac diſtinctione prima de pœnitentia aliqua contineri Gratiani, & Gloſſæ dicta, quæ oec cum veritate, nec cum doctrina catholica cohærent, quæ ſuo loco dicentur. Interim vide Nauarr. in Comment. ad has diſtinctiones de pœnit. præſertim in prælud. diſt. 1. in Gloſſam ſummæ numero 3. in cap. lacrimæ numero 3. cap. ecce numero 1. & diſt. 5. in 3. partem & reliquas Gloſſæ ſummæ: ſiue ergo Gratianus tamquam problematicam illam quæſtionem lectoris iuditio reſeruatam proponat, an per contritionem veram poſſit peccator iuſtificari ſine ſacramentali confeſſione re ipſa ſoſcepta; ſiue an neceſſarium ſit vltra contritionem cordis, vt qui per illam iuſtificatus eſt, peccata ſua per confeſſionem oris clauibus eccleſiæ ſubmmittat, quolibet modo qoæſtio intelligator, iam definita eſt à Concilio Tridentino & aliis ſupra citatis: Nam contritio vera cum includat ſacramentalem confeſſiooem in voto 17.

per

per ſe ſufficit ad iuſtificationem: ſed non tollit obligationem confeſſionis ſacramentalis, iure diuino inſtitutæ, & pręceptæ & conſequenter illius neceſſitatem, quod in decreto Gregorij 13. iuſſu emendato Gloſſa quædam aduertit poſt illud §. *quibus auctoritatibus*. Neque textus quos pro vtraque parte Gratianus refert huic obſtant veritati. Nam qui contritioni fauent, & illam ad iuſtificationem ſufficientem eſſe docent, ſacramentum pœnitentiæ non excludunt, cuius pars eſt contritio nouæ legis; qui verò ſacramentalis confeſſionis neceſſitatem oſtendunt, contritionis veræ vim ad iuſtificandum non denegant: quando confeſſionis præceptum non vrget, vel opportunitas confeſſionis non datur, quia vera contritio non eſt ſine confeſſionis voto quod includit.

18. *Non ſolùm Virgines.* Concludit textus deſignando tres hominum ſtatus, qui in eccleſia ſunt: virginum, continentium, & coniugatorum, in quibus per veram fidem charitate formatam & bonis operibus Deo placentem, æternam felicitatem comparari proteſtatur: recta fides dicitur pro integra, incorrupta, inculpata & orthodoxa de qua Genad. tom. 4. Bibliot. Origen. tom. 1. Cyrill. Alex. tom. 1. Auguſt. tom. 10. ſerm. 29. de tempore; Damaſc. & alij patres: concinit ius ciuile in quo fides dicitur intemerata l. 2. nullus; §. is autem. Item l. 5. cum recta & irreprehenſibilis. Denique ab omnibus amplectenda & probanda l. 1 & 2. & quæ ſola doceri debet à principe, & magiſtratibus proponi. l. 3. de ſumma Trinitat. & fid. cathol. Porro hos tres ſtatus in Euſtochio, Paula, & Paulina vt chriſtianę pietatis ac religionis prototypis, Hieronym. dilaudauit, ſic enim ad Pammachium ſcribit epiſt. 26. in princip. *Euſtochium Virginitatis flores metit, Paulina caſtum matrimonij cubile ſernat*, & paulo inferius, *diſcolores equi ſed voluntate concordes vnum aurigæ iugum trahunt.* Hinc quilibet fidelis virtutem ſuo ſtatui conformem addiſcat, nec ſe æternæ beatitudini minus aptũ credat, quod vitæ profeſſione à paradiſi ianua longius iudicatur oberrare, ſi ſanctæ fidei honeſtæque operationis rectum iter teneat, certiſſimum enim eſt fidei dogma, fidem quamtumuis diuinam & rectam in credendo, non niſi viuam, & iuſtam in operando proficere ad ſalutem, non enim habitabit in tabernaculo Dei, nec requieſcet in monte ſancto eius, niſi, *qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam*, pſalm. 14. numero 1. Nam cæli Dominus vnicuique reddit iuxta opera ſua. Pſalm. 61. numero 13. Matth. 16. numero 27. & quaſi de induſtria vaniſſimam hæreticorum fiduciam ſola ſe fide, ſeu infidelitate iuſtificantium D. Iacobus ſuggillaret cap. 2. numero 14. ait, *quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere? opera autem non habeat? numquid poteſt fides ſaluare eum?* optime dicit ſi quis dicat ſe habere fidem; ore enim, non corde, ſermone non mente fidem retinet, quippe qui ſola fide confidens à fide deficit. Itaque concludit Apoſtolus, *fides ſine operibus mortua eſt*, qui ergo ſola fide cælum petit in regno vitæ grauè olentia cadauera poſtulat ſepeliri. Vide de hac re optimam Bellarm. controuerſiam lib. 4. de iuſtificat; & Iodoci Cocci articulum 3. lib. 3. tom. 2. & in cap. fertur & cap. ſicut vrgeri 1. quæſt. 1. & de pœnit. diſt. 2. §. non eſt mirum eadem veritas catholica inculcatur.

Exponitur ſecundum caput Damnamus; in quo Ioachimi, & Almarici hæreſes condemnantur.

NOTATIO IX.

D*Amnamus, &c.* Poſtquam Lateranenſe Concilium fidem ſuam in primo capite propoſuit ad damnandos errores Ioachimi, 11
& Almarici, progreditur in ſecundo, quos tunc temporis graſſari, & perfidiæ contagio fideles inficere animaduertit: idem præſtitit ciuile ius cui non ſatis fuit, catholicæ fidei profeſſionem tradere, eamque ab Apoſtolis Euangeliſtis, & ſanctis patribus acceptam cunctis populis obſeruandam imperare. Item vniuerſalem doctrinam quatuor Oecumenicorum Conciliorum, tamquàm veræ fidei declarationes recipere & venerari vt in legibus pluribus præſertim in 1. 2. 3. 5. & vltima de ſumma Trinitat. & fide catholic. videre eſt, oppoſitos etiam hæreticorum errores incuſat, condemnat, & punit. Nam hæreticos vti veſanos & amentes coarguit l. 1. §. hanc legem l. 2. in princip. eodem tit. ſicut noſter text. in fine inſanam Almarici doctrinam appellat. Vlterius verò Ius ciuile hæreticos ab eccleſia alienos, & veritatis inimicos dicit l. 7. §. pauci & §. per omnia, eodem tit. eorum ſcripta damnat, præſertim Porphyrij contra religionem Chriſtianam l. 3. decere §. ſancimus, & Neſtorij §. Præterea & §. quoniam, l. 5. cum recta §. vltimo & l. 6. cum ſaluatorem in princip. Eutychis, & Apollinaris ibidem; eoſque puniendos eſſe ait excommunicatione, & competenti animaduerſione; l. 5. cum recta, §. vltimo; l. 6. cum ſaluatorem §. his itaque, & ſequent. l. 7. cum velimus §. per omnia & §. nullus, eodem tit. quæ quidem pœnæ C. ad titulum de hæretic. diſtinctius proponuntur.

Abbas antiquus egregiè notat illatiuum *ergo* noſtri textus, quia ex tradita in ſuperiori capite Trinitatis doctrina rectè inſerebatur damnatio & reprobatio errorum Ioachimi & Almarici: textus verò ſic melius reſumitur ex Panormitan. Zabareza. Iaonn. Andr. Anton. de Butr. & Ioann. de Imol. Pater filius, & ſpiritus ſanctus ſunt vna eſſentia non vnione collectiua, vel ſimilitudinaria, ſed vera vnitate ſubſtantiæ & naturæ ſingularis: nec per hoc in Trinitate admittitur quaternitas. Natura verò vel eſſentia nec generat, nec generatur, neque procedit, quia hi actus perſonarum ſunt, non naturæ; contrarium opinantes niſi reſipiſcant, & ſe correctioni eccleſiæ ſubmittant, vt hæretici cenſendi. Almarici dogma peruerſiſſimum cuiuſque doctrina non modo hæretica, ſed etiam eſt inſana. Verum antequam explicetur

diſcurſus capitis, & ratio, qua Ioachimi error conuincitur. De Ioachimo & Almarico, & eorum erroribus aliquid prænotabo.

2. Ioachimus igitur ordinis ſancti Benedicti, vt docet Tritemius: item Bzouius anno 1199. numero 31. vel alterius ordinis, vt dubitat Poſſeuinus in apparatu ſacro lit. I. Sane Abbas fuit Florenſis Monaſterij à ſe inſtituti, vt conſtat ex epiſtola Honorij 3. ad Epiſcopum Lucaniæ, quæ extat in Vaticana Bibliotheca aduerſus eos, qui de Ioachimo, eiuſque Monaſterio acerbius obloquebantur; In Calabriæ oppido natus tantæ exiſtimationis vir, vt inſignis Theologus Gulielmus Pariſienſis in libro de virtutibus ſic de illo ſcriptum reliquerit. *Donum intellectus tanta claritatis eſt, & acuminis in quibuſdam, vt valde aſſimiletur ſpiritui prophetia, qualem crediderunt nonnulli fuiſſe in Abbate Ioachimo, & ipſe de ſe ipſo dixiſſe dicitur, quia non erat ei datus ſpiritus prophetia, ſed ſpiritus intelligentia*, quod ſanè donum ſubodorabitur. qui eius ſcripta perlegerit: ſanè hunc habuiſſe prophetiæ ſpiritum teſtantur Syluester Meuicus de Caſtellione in epiſtola ad Ægidium Cardinalem, quæ Ioachimi operibus præponitur, item D. Anton. 1. par. Chronicon. tit. 17. cap. 1. §. 12. Guilielmus Pariſienſis lib. de virtutibus Sixtus Senen. lib. 4. Bibliotheca Poſſeuin. vbi ſupra & alij infra citandi: diciturque templum ſancti Marci Venetiis celeberrimum lapidibus ſtrauiſſe, myſticiſque notis ac ænigmaticis Hieroglyphicis exornaſſe, in quibus futurorum temporum euentus, rerum viciſcitudines in Italia ſucceſſuræ, ciuilium bellorum turbines, & alia vaticinia deſcripta ſunt: aliqua etiam de Romanis Pontificibus præſagia ſub eius nomine circumferuntur, quæ quam mereantur fidem, aliis iudicandum relinquo, illud mihi magis mirum, quod cum ad quindecim tantum Pontifices ſpectent teſte Bzouio citato, ea velint aliqui ad hæc vſque tempora temeraria curioſitate protendere.

Verum celebriores, quæ de Ioachimo pro-
3. feruntur prophetiæ ſuis operibus ſparſæ, illæ ſunt, quibus diuerſos religioſarum familiarum ordines futuros pronuntiauit. Inter quos illa duo diui Dominici, & diui Franciſci agmina virtutibus pariter ac literis fœcundiſſima contra Christiani nominis hoſtes in aciem quam primum proceſſura prædixit. Auguſtinianæ etiam familiæ ordinem præſagiuit cuius vaticinium refert D. Antonin. 3. part. Chronicon. titul. 24. cap. 14. his verbis, *Surget ordo qui videtur nouus, & non eſt, indutus nigris veſtibus & de ſuper zona: hi creſcent, & fama eorum diuulgabitur, & prædicabunt fidem, quam defendent vſque ad conſummationem mundi in ſpiritu Helia propheta, qui ordo erit Eremitarum amulantium vitam Angelorum.* Neque deſunt qui aliud eiuſdem Ioachimi vaticinium de ſocietate noſtra interpretentur, qui in Apocalypſ. ſub Philadelphiæ Angelo ita loquitur, *Oportet Eccleſiam concipere nouum quemdam ſpiritualem intellectum, ſiue etiam promiſſionis filios & prolem præ cateris ſpiritualem, hoc eſt, ipſum ordinem quem deſignat Ieſus, qui videlicet ordo pra multis alijs qui praceſſerunt eum, amabilis & praclarus, &c.* Alteram eiuſdem Ioachimi prophetiam ex libro 5. concordiæ refert, inſignis ille doctor inter illuſtres chriſtianæ Religionis propugnatores noſtra ætate nulli ſecundus Thomas Staplenus Anglus in promptuario morali ſerm. 1. in dominicam infra octauam Natiuitatis, vbi ita loquitur, *Saluberrimum eſt illud hodie ſocietatis Ieſu inſtitutum, qua meditatione huiuſmodi, ſuos quotidie per horam integram exercet, eamque matutinam, ne minimè mirandum ſit, ſi vel hoc ſolo nomine, & exercitio quotidiano tam excellenti, verum de illa ſocietate ſit, quod ante quadringentos annos de ea ſcripſiſſe videtur Ioachimus Abbas his verbis. Inſurget vna noua religio ſanctiſſima, qua erit libera, & ſpiritualis, in qua Romani Pontifices, potiti pace Eccleſia, ſe continebunt: quam religionem & ordinem Deus ſuper omnes alias diliget: quia perfectio illius vincit omnes alias aliorum ordinum.* Hæc ille vir literis & virtutibus ornatiſſimus ſuis ſcriptis toto orbe ſamoſus in Eccleſia ſancti Amati Canonicus in Academia Duacena primum, deinde in Louanienſi Regius ſacræ Theologiæ profeſſor pro ſua in nos pietate & in noſtram ſocietatem propenſione ſibi perſuaſit, illam tamen laudum molem noſtræ ſocietatis modeſtia ſuſtinere non valet, & ſe tantis encomiis omnino imparem agnoſcit, quippe quæ ſanctiſſimos reliquarum familiarum ordines ita ſuſpicit & veneratur, vt non dicam ſuperare, ſed ne quidem meritis exæquare præſumat. Verum, vt quæ minima dicitur, mendicantium poſtrema, vt altera Ruth ſpicas colligens vt reliquiæ ſaluæ fiant totis viribus procurabit.

Sed iam ad Ioachimum redeo cuius inge- 4.
nium arroganti cogitatu altius quam par erat ſemel erectum, inacceſſibili Trinitatis ſplendore perſtrictum cæcutire, & toto cælo cæpit aberrare. Etenim librum de vnitate & eſſentia Trinitatis edidit contra Magiſtrum Petrum Lombardum, quem hæreticum & inſanum criminabatur, quod vnam numero eſſentiam tribus perſonis communem admitteret, & conſequenter ex Trinitate quaternitatem faceret: ſimulque diceret eſſentiam hanc neque generare, neque generari. Contra verò Ioachimus dicendum exiſtimabat eſſentiam diuinam vnam eſſe, ſed non vnione propria, ſed collectiua, & ſimilitudinaria ſicut multi homines ſunt vnus populus, & multi fideles vna Eccleſia, ideoque hanc diuinam eſſentiam tribus perſonis conſtantem generare & generari, ſpirare & ſpirari. Hunc Ioachimi libellum damnauit Concilium Lateranenſe. Verùm ibidem ſignificauit Ioachimum hæreticum non fuiſſe, quia abſque vlla pertinacis animi contentione, ſe ſuaque omnia ſcripta Eccleſiaſticæ correctioni ſubmiſit, dictans Epiſtolam, quam propria manu ſubſcripſit, in qua firmiter confitetur ſe illam fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, quæ diſponente Deo mater eſt cunctorum fidelium, & magiſtra, vt ſcribit Honorius 3. in Epiſtola proximè citata ad Epiſcopum Lucaniæ, quæ rectè cum noſtro

textu

Digitized by Google

textu concordat. Idem Ioachimus ſcripſit in Hierem. Eſai. Daniel, & in Apocalypſim, Concordiamque vtriuſque teſtamenti, & alia opera, in quorum initio conſtanter aſſerit ſe eam fidem ſequi, quam tenet ſancta Romana Eccleſia, cuius iudicio, quæcumque ſcripſerit ſub ſanctę Sedis cenſura ſubmittit, vt quod libuerit in ſuis ſcriptis approbet, reiiciat, vel emendet. De eodem Ioachimo vide pręter Tritemium & Bzouium citatos, Doctores ſcholaſticos in 1. ſentent. diſt. 5. Canum lib. 12. cap. 7. de locis. Peguam in cap. 2. direct. Inquiſit. Matthęum Pariſ. in hiſtor. Anglica anno 1179. Viegas in Apocalypſ. cap. 3. coment. 2. ſect. 3. poſt alios quos refert.

5\. Almaricus verò fuit natione Gallus, patria Carnotenſis, Lutetiæ Pariſiorum Theologię doctor creatus, ſe perfidię, ac impietatis potius profeſſorem præbuit: huius errores in primis Lateranenſe Concilium congregandi cauſam dedere, & quamuis in hoc capite non ſpeciatim, ſed generatim damnentur, ob reuerentiam quorumdam diſcipulorum Almarici, qui in Concilio aderant vt Bellamera ad hunc text numero 9. & alij Canoniſtæ neſcio quo fundamento teſtantur: tamen illorum meminère diuerſi authores. Nam Eymericus in directorio Inquiſ. par. 2. quęſt. 7. numero 3. poſt Vincentium in ſpeculo Hiſtoriali lib. 30. cap. 7. ſex hæreſes illius refert. Pratęolus verbo Almaricus nouem; Bzouius anno 1215. numero 2. decem. Denique iuxta eundem Prateolum ex Chronico ſummorum Pontificium viginti hæreſes illius colliguntur, quę meritiſſimo nomen inſanię acceperunt, ideoque in iis referendis non moror. Verum ipſe poſtqoam ſuis erroribus ſequaces imbuit, ab Epiſcoporum, Theologorumque Pariſienſium Concilio conuictus ex mœrore interiit: multi illius ſectatores ſenatuſconſulto damnati, publiceque exauthorati flammis exuſti ſunt, eorumque cineres in ſterquilinium ſparſi. Ipſius verò Almerici oſſa, poſtquam in Lateranenſi Concilio damnatus eſt, iuſſu Philippi Gallorum Regis exhumata igne conflagrarunt. De eodem latius præter citatos, vide Cæſarium lib. 5. dialogorum diſt. 5.

6\. His notatis diſcurſus capitis facile intelligitur; quod in expreſſis Ioachimi erroribus confutandis & in hæreſibus Almarici tacitè ac generaliter damnandis totum impenditur, & in has duas partes diuiditur. *Damnamus* ait, *& reprobamus*, vt bene obſeruat Panormitan. notabili 1. vel ad maiorem exaggerationem & aggrauationem, vel quia damnare propriè eſt rem ſine ſobleoandi remedio tormentis, ſeu ignominiæ ſententialiter deputare: Reprobare verò eſt rem rationibus euidentibus ream facere. Vtrumque paſſus eſt liber Ioachimi: primom quia falſitatis & erroris in fide ignominiam ſuſtinens nec legi amplius, neque admitti, aut retineri poterat: ſecundum quia eius doctrina rationibus conuincitur, & à Concilio exterminanda iudicatur. Etenim ad ſedem Apoſtolicam pertinet approbare, vel reprobare libros fidem concernentes, vt in cap. Quoties & in cap. hæc

A eſt fides 24. quęſt. 1. & Clem. vnica eodem tit. habetur: quamobrem non ſolum illi perpetuum ſilentium imponitur ne vlterius allegari poſſit vt infra dicemus per l. 2. tanta C. de veter. iur. enucl. ſed iubetur radi, diſrumpi, ſeu comburi vbicumque inueniatur per l. citatam ibi; *Volumina autem eorum omnino corrumpantur*, & l. 8. quicunque C. de hæret. Nam ſi hoc de libellis famoſis diſponitur cap. ſi quis famoſum. 6. quęſt. 1. immò de omnibus, quæ abominabilem facti memoriam inducunt cap. mulier 15. quęſt. 1. à fortiori de libris, qui male ſanam doctrinam continent, ordinatur.

Cæterum nonnullos hæreticos ante & poſt Ioachimum in eodem errure ſimiles refert 7.
B Didamus de Montoya de Trinitate diſp. 20. ſect. 2. & 3. iis tamen omiſſis ſolum de doctrina Ioachimi loquar, quia hoc ſufficit vt textum bene interpretemur. Itaque in duobus Petrum Lombardum Ioachimus arguebat: primum quia maiorem vnitatem ſeu identitatem ſubſtantiæ, naturæ, & eſſentiæ in perſonis admittebat, quam ſit vnitas hominum in communitate, ſeu ciuitate aut granorum in aceruo tritici; quam appellabat vnitatem collectionis, quæ impropria eſt, & per quandam ſimilitudinem ad veram & propriam vnitatem æquiparatur: ſi enim vna ſubſtantia, & eſſentia præter perſunas ſemel concederetur, ex Trinitate quaternitatem fieri arbitrabatur. Etenim eſſentia vna cum tribus perſonis quaternarium efficeret. Ad hoc
C probandum multa afferebar ſacræ paginæ teſtimonia in quibus dicuntur vnum quæ ſimpliciter multa ſunt, & ſolam vnitatem aggregationis ſortiuntur, & quod huiuſmodi eſſet trium perſonarum vnitas, oſtendebat pręſertim primo & 17. Ioan. vbi loquens cum patre poſtulabat, vt omnes fideles eſſent inter ſe vnum ſicut ipſe vnum erat cum patre, cum ergo non maiorem vnitatem depoſcere potuiſſet inter tot fideles realiter in ſubſtantia, & indiuiduatione naturę diſtinctos, quam illam collectiuam, & ſimilitudinariam; ſequitur hanc inter diuinas perſonas interuenire. Secundo ex epiſtola 1. Ioan. cap. 5. vbi poſtquam dixit Apoſtolus *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo, Pater Verbum & ſpiritus ſanctus & hi tres vnum ſunt*; ſtatim ſubiunxit, *tres ſunt qui*
D *teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres vnum ſunt*, ſed hæc tria non ſolum numero, ſed etiam in ſpecie ſubſtantiæ, & naturę diſtinguuntur; & ſolam ſimilitudinariam & collectiuam habent vnitatem, vel ſaltem genericam: ergo non eſt vna numero ſubſtantia, & natura trium perſonarum.

Hanc corruptam, & peruerſam doctrinam conciliari decreto damnarunt Lateranenſis 8.
Concilij Patres: vt pote oppoſitam veritati catholicæ, quam de conſubſtantialitate trium perſonarum ſuperiori capite tradidimus, & declarant, quæ ſupra dixerant, cum Magiſtro aiuntque quod vna res ſumma incomprehenſibilis & ineffabilis veraciter eſt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, tres ſimul perſonæ, quæ ideo in Deo quaternitatem non

efficiunt, ſed Trinitatem: quia quælibet per- A ſona eſt illa res, ſumma nempe illa ſubſtantia natura & eſſentia; quæ eſt vnicum principium rerum creatarom. Hinc obiter excluditur ſententia Gilberti Ponetari diſtinguentis realiter naturam à relationibus diuinis, immo Scoti, & Durandi: qnorum primus formaliter ex natura rei, ſecundus modaliter diſtiuguebat eſſentiam à paternitate, tamquam rem à modo, vt obſeruauit Vaſq. 1. par. quæſt. 28. diſp. 120. cap. 4. num. 19. Nam ideo Concilium quaternitatem negauit: quia eſſentia erat omnino idem à parte rei, cum qualibet perſona, his verbis *licet igitur alius ſit Pater, alius Filiue, alius Spiritus ſanctus: non tamen aliud, ſed id quod eſt Pater, eſt Filius, eſt Spiritus ſanctus idem omnino*, videlicet à parte rei: cui concinit B Florent. quod Seſſ. 25. in quadam declaratione fidei Latinorum Patrum ait, *ne ipſam eandem ſubſtantiam re, non autem ſola ratione ab hypoſtaſibus & perſonis differre, credere videamur*, & clarius ſeſſio. 18. poſt medium *ſubſtantia diuina, & perſona re quidem ſunt idem, ſecundum autem modum intellectionis differre videntur.* Itaque in Concilio Lateranenſi ideo dicitur eſſentia eſſe idem omnino cum perſonis, quia à parte rei ſunt omnino idem; in Concilio Florentino manifeſtè ſola ratione differre ab illis, ſeu ab hypoſtaſibus ideſt perſonalitatibus, affirmatur: idemque ex Eugenio 3. & Concil Rhemenſi probat Vaſq. citatus & Didacus de Montoya de Trinitat. diſp. 51. ſect. 3. qui ſect. 7. optime C aduertit errorem eſſe ita diſtinguere eſſentiam à ratione paternitatis à parte rei vt vna de altera negari poſſit à parte rei in hac propoſitione, paternitas à parte rei non eſt natura diuina: quare addit periculoſiorem eſſe ſententiam Durandi, quam Scoti, ad finem tamen ſect. num. 5. cum Molina & Vaſq. docet temerariam & parum tutam eſſe ſententiam Scoti, quod verum credo; niſi ſano modo explicetur; Etenim ſi non ad diſtinctionem rationis cum fundamento in re, ſed ad diſtinctionem ex natura rei rigoroſam Scoti ſententia trahatur, tunc in re non differet ab opinione Durandi, quæ cum antecedentibus Conciliorum decretis ſtare non poteſt,

9. *Et illa res non eſt Generans, neque Genita, neque procedens.* Hoc erat ſecundum quod Ioachimus in Magiſtro reprehendebat; & D Concilium vt certiſſimum tradit; nam cum Ioachimus exiſtimaret eſſentiam patris eſſe realiter diſtinctam ab eſſentia filij, & hanc à patre procedere conſequenter in illius opinione eſſentia patris Generabat, & eſſentia filij generabatur: ſicut eſſentia ſeu ſubſtantia Adami Genuit Abelis eſſentiam ſeu ſubſtantiam. Confirmatur tamen noſtri textus doctrina ex Concil. Tolet. 1. Confirmato à Leone primo in aſſertione fidei: ibi enim habetur: *Si quis dixerit vel crediderit Deitatem naſcibilem eſſe anathema ſit*, neque infirmat hoc teſtimonium quod Didacus de Montoya docet diſput. 8. ſect. 3. de Trinitat. num. 2. in alia lectione haberi, *ſi quis dixerit Deitatem conuertibilem eſſe, vel paſſibilem.* Nam hic etiam Canon legitur poſt illum, & eſt ab illo diuerſus. Deinde arridet antiquorum Patrum loquutio magis propria, & vera. Nam Iuſtinus in confutatione dogmatum Ariſtotelis in lib. de naturali auſcultat. prope finem ait, *de Deo cum dicitur ingenitus, negatur ſecundum eſſentiam generatio.* Athanas, Dialog. 2. de Trinitate contra Anomæum verſus finem ita habet. *Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ingenita ſunt eſſentia.* Baſil. lib. 5. contra Eunom. poſt medium ſic ait *ingeniei appellatio ſignificat quomodo ſe habeat ſubſtantia Dei; & quod nata non ſit.* Denique Theologi poſt Magiſtrum ab anno milleſimo centeſimo, & quadrageſimo præſens dogma latius explicare cæperunt, & communi conſenſu confirmarunt quos allegatos reperies apud recentiores; Didacum citatum num. 5. Molin. & Vaſq. ad 1. par. quæſt. 39. artic. 5. Valent. de Triuitat. quæſt. 13. punct. 3. & Suar. de eadem lib. 6. cap. 7. Ratio qua nituntur, præcipua eſt, nihil poſſe producere ſe ipſum, ſed quicquid producitur ab alio diſtinctum eſſe debere, à quo producatur, quod eſt principium naturali lumini per ſe notum, ex quo per euidentem illationem deducitur, has propoſitiones eſſe falſas; eſſentia generat, vel genita eſt, producit, vel producta eſt, item Pater Generat eſſentiam, filius ſpirat eſſentiam, & ſimiles, cum enim inter prædicatum & ſubiectum diſtinctio à parte rei non detur, neque dari poteſt productio, ſeu proceſſio vnius ab alio cum ſint à parte rei omnino idem: quod dicitur de eſſentia dictum intellige de natura, ſubſtantia vel alio abſtracto, vt bonitas, ſapientia, & iuſtitia Dei. In his enim militat eadem ratio.

10. Vnde colliges primo ſi quis abſolutè defenderet illas propoſitiones, in errorem incideret contra noſtri textus definitionem: ita Canarienſis & Vaſq. cum D. Thom. ad art. 5. citatum, Suar. lib. 6. de Trinitat. c. 7. num. 10. Colliges 2. quamuis aliquis expreſſe profiteretur eſſentiam non diſtingui à parte rei à perſonis: ſed vnam, & eandem cum tribus perſonis identificari: & nihilominus tueretur illas propoſitiones eſſentia generat, & reliquas in proprio, & germano ſenſu veras eſſe, adhuc illius opinio temeraria, & errori proxima erat iudicanda, quia ſine fundamento propoſitiones à Concilio damnatas reciperet, & in proprio ſenſu veras diceret, quamuis à ſententia Ioachimi recederet propter quam illæ propoſitiones damnantur: quare non ſine temeritate, & periculo limitaret Concilium in iis propoſitionibus damnandis ſolum contra Ioachimi ſectatores. Nam Concilium aſſerit ſe cum Petro Lombardo ſententiarum Magiſtro ſentire: & illius ſententiam canonizare videtur, qui tamen ſine limitatione falſum eſſe dicit, eſſentiam diuinam generare, vel generari in prima diſtinct. 5. Colliges 3. ſi quis retenta communi ſententia de indentitate eſſentiæ cum perſonis, illas propoſitiones in ſenſu minus proprio veras eſſe diceret, quatenus abſtracta nomina improprie ponuntur pro concretis, vt eſſentia pro ente, Deitas, pro

Deo

Deo, natura pro ſuppoſito, & ita quando dicitur, natura diuina generat, intelligatur natura patris, ſeu pater quando dicitur, ſubſtantia generatur, intelligatur filius: vel in illa propoſitione intelligatur principium quo generationis, in iſta, id quod communicatur genito. In hoc euentu dicimus quamuis loquutio conformis non ſit communi theologorum ſententiæ nunc receptæ, & ideo vtenda non ſit, nec approbanda: ſi ita tamen declaretur, nullum continere errorem, ſed veram ac ſanam doctrinam. Nam multi Patres eo loquendi modo vſi ſunt ante annum milleſimum ducenteſimum, quos referunt citati recentiores præſertim Montoya diſp. 80. de Trinitate ſect. 1. & 2. quos D. Thom. 1. par queſt. 39. art. 1. & Magiſt. in 1. diſtinct. 5. & alij theologi ibidem ita declarant vt nos ex poſuimus.

11. *Pater enim ab æterno filium Generando.* Optima ratione probat Concilium veram & catholicam doctrinam de conſubſtantialitate perſonarum, de qua loquuti ſumus in notatione 3. ideo ſatis erit oſtendere hic vim rationis à Concilio adductæ, quæ ſumitur ex teſtimonio Chriſti Domini Ioannis 10. numero 29. *Pater meus quod dedit mihi maius omnibus eſt*, quem locum Græci alteri legunt *ὁ πατήρ μου ὃς δέδωκέ μοι μείζων πάντων ἐστί. Pater meus, qui dedit mihi maior omnibus eſt.* Et ſanè miror quod aſſerat Maldonatus conferens vtramque ſectionem, remotis auctoritatibus Græcam eſſe Latinæ præferendam: quod in ea ſenſus melior & facilior ſit. Nam clarum eſt Chriſtum Dominum probare neminem poſſe oues ſuas de manu ſua rapere, probat igitur ſecundùm Grecam verſionem: quia pater, qui eas dedit, omnibus maior eſt & potentior, vnde nemo de manu illius, eas eripiet, ſed ego & pater, inquit, vnum ſumus: ergo nemo eas de manu mea rapiet, ego verò admitto quidem hunc ſenſum, ſed neque Grecam lectionem etiam remotis auctoritatibus Latinę prȩferendam iudico: neque mihi difficultatē facit quod ibidem Maldonatus ſubiungit in Latina lectione non apparere quomodo Chriſtus Dominus argumentetur. Etenim non vnum modo, ſed duo argumenta facile diſtinxit Cardinalis Toletus iuxta lectionem latinam. Primum vt loquatur de ſe vt homo, & ideo dicit neminem poſſe rapere oues de manu ſua, quia pater dedit illi vnum, quod contra omnes prȩualet nempe diuinitatem, & omnipotentiam, quę ratione verbi humanitati vnitę ſunt. Secundū vt loquatur de ſe vt Deus eſt, & tunc ſic arguit, ſi de manu patris mei, qui Deus eſt, nemo poteſt eas oues rapere, neque de mea illas rapiet, quia ego & pater vnum ſumus: vnus nempe Deus, vna enim ſubſtantia, & eſſentia diuina eſt vtrinſque, ergo in me non minus omnipotens eſt quàm in illo, & hanc expoſitionem indicat Rup. quatenus ait, inter humanam & diuinam naturam comparationem fieri, quaſi diceret Iudȩis, quod videtis in me humanum à matre acceptum, infirmum quidem eſt; at quod dedit mihi pater, maius omnibus eſt.

Quia tamen Tertull. libro contra Praxeam cap. 22. Hilar. lib. 7. de Trinit. Ambroſ. lib. 3. de ſpiritu ſancto c. 18. Hieron. in Ezechiel. 18. Auguſtin. tract. 48. in Ioann. Beda & alij Patres Latini communiter locum interpretantur de generatione verbi, quod accepit à patre eamdem naturam, & poteſtatem; & in his verbis ſuam diuinitatem Iudæis oſtendebat propter quam, ſicut impoſſibile erat de manu Patris oues eripere, ita nec de manu ſua rapi poſſent. Vnum tantum argumentum facile ex Latina lectione, deduco, quod in vtraque lectione idem eſt, & ideo pluris faciendum. In Græca nimirum ex Chriſoſt. Theodoro Mopſueſtienſi, Leontio, & aliis, Ne miremini, ait Chriſtus, Dominus, ſi dicam neminem poſſe has oues de manu mea eripere, quia mihi non aliam arrogo poteſtatem, quam quę mibi data eſt à Patre meo contra quam nemo prȩualere poterit, ille enim maior omnibus eſt, & ſicut de illius manu nemo illas eripiet: ita neque de mea, qui eandem naturam & poteſtatem habeo cum patre, quem ſenſum cum magis directè habeat Latina lectio, *Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt*, ideo illa ſimpliciter Grȩcȩ prȩferenda eſt etiam remotis auctoritatibus. Nam ita Chriſtus Dominus arguebat, omnipotentia patris contra omnes prȩualet, ideoq; de illius manu nemo oues rapiet: ſed ego hanc à Patre accepi: quia ego & Pater, vnum ſumus, vnam habemus eſſentiam, & eadem abſoluta attributa, ſcientiam, omnipotentiam, & reliqua: Verum ergo eſt quod dixi, nemo rapiet eas de manu mea.

In hoc ſenſu locum allegat Concilium, vt probet Patrem generando filium ſuum illi communicare ſubſtantiam, & naturam, quæ eſt ens omnium perfectiſſimum & maximum: Vnde cum illa in ſe ſimpliciſſima, & indiuiſibilis ſit vt in notatione ſecunda diximus, non potuit partem filio communicare, & partem retinere: item cum pater ſit Deus, & deſinere nequeat illius ſubſtantia, vt pote immortalis, habenſque eſſe à ſe, & abſolutè neceſſarium, non potuit per tranſubſtantiationem in ſubſtantiam filij tranſire: nam in tranſitu ſubſtantiali vnius ſubſtantiæ in aliam, terminus à quo expoſitione alterius termini ad quem, eſſe deſinit, vt dixi in notatione 7. deſineret ergo eſſe pater, vt eſſet filius; & iam neque ille eſſet Pater, neque iſte filius actualiter: ſublato enim termino mutua relatio paternitatis & filiationis ceſſabit, reſtat ergo quod Pater totam ſubſtantiam filio communicauerit, & totam retinuerit, & conſequenter eandem habeat cum filio: quæ ratio eodem modo applicanda eſt proceſſioni ſpiritus ſancti. 12. Duo exemplorum genera hic adducuntur à Panormitan. Butr. Cardinal. Ioann. de Imol. & aliis. Primum cernitur in actionibus phyſicis vt in lumine quod aliud gignit lumen, ſuumque retinet. Et in magiſtro, qui ſcientiam cauſæ in diſcipulo, ſuam conſeruans, Secundum eſt in moralibus: Nam ſummus Pontifex vocando inferiores prælatos in partem ſolicitudinis non abdicat à ſe plenitudinem poteſtatis 2. quæſt. 7. capite qui ſe ſcit. Idemque eſt in prætore, cum

inferioribus delegat iuriſdictionem in cauſa damni infect. l. 1. ff. de damn. infect. In quibus duo obſeruanda ſunt. Primum exempla non eſſe omnino ſimilia, quia nullum in creaturis trinitatis exemplum omnino ſimile reperitur. Secundum, priora maiorem habere ſimilitudinem quam poſteriora, quia lumen ſi non eandem numero ſubſtantiam ignis alteri communicat, ſaltem eandem in ſpecie, tribuit, docenſque eandem etiam in ſpecie ſcientiam docet. At neque ſummus Pontifex, neque prætor ſuam iuriſdictionem, vel aliam in ſpecie ſimilem poteſtatem elargiuntur; vnde ſemper prælati reſpectu pontificis & magiſtratus comparatione prætoris inferiores ſunt in iuriſdictione, & poteſtate: Quamobrem Hoſtienſis & Goff. hæc exempla non recipiunt eo quod in coæqualibus non reperiantur, neque in modo transferendi, ſeu communicandi ſunt ſimilia, quod etiam Cardinal. & Imol. docent, dum illa ſuſtinent exempla: Nam pater totam ſuam ſubſtantiam, non partem filio communicat; Papa verò vel prætor non totam ſuam poteſtatem, aut iuriſdictionem, ſed partem illius concedunt, ſatis ergo erunt priora cum aliis, quæ in notat. 3. attulimus.

13. Rogabis an ſit contra hunc textum dicere quod tres perſonæ ſint tres ſubſtantiæ, tres naturæ, ſeu eſſentię: item tres exiſtentiæ, tres res, tres realitates, ſeu tria entia, vel abſolutè tria. Reſpondeo per ſequentes propoſitiones. Prima: abſolutè loquendo tres perſonæ non dicuntur tres ſubſtantiæ. Probatur primo quia Concilia hanc locutionem reſpuunt, tanquam contrariam vnitati diuinæ eſſentiæ. Nam Concilium Alexandrinum cui pręfuit Athanaſ. vt refert Ruffinus lib. 1. ſuæ hiſtoriæ, qui 10. eſt in hiſtoria Eccleſiaſtica Euſebij ait, *tres ſubſtantias non dicimus*. Concilium Sardienſe qua parte œcumenicum, & approbatum eſt epiſt. 3. ſynod. poſt mediom, ita docet, *Cohors hæreticorum diuerſas eſſe ſubſtantiam Patris, Filij, & Spiritus ſancti pronuntiant & eas eſſe diuiſas. Nos autem hanc habemus catholicam, Apoſtolicamque traditionem, & fidem, atque confeſſionem vnam eſſe ſubſtantiam Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*: idem habet Toletanum 6. cap. s. & Vndecimum in confeſſione fidei. Secundo quia multo plora & ferè omnia Concilia vnam eſſe in diuinis perſonis ſubſtantiam eſſe docent per quod multiplicitatem excludere videntur ſubſtantiarum in Deo, & ita loquitur noſter textus & pręcedens.

14. Secunda propoſitio, Niſi obſtaret communis Eccleſię vſus, propriè & rigoroſe tres perſonę dici poſſent tres ſubſtantię: Verum ſuppoſito hoc vſu ſolum cum hoc addito tres dicuntur ſubſtantię relatiuæ ſeu perſonales: ita Didacus Ortis de Trinitat. diſp. 25. ſect. 3. probatur 1. pars, quia vt optimè notat Vaſq. s. par. diſp. 124. cap. 5. numero 14. attenta vocis ſignificatione, & primaria impoſitione Græcam vocem *hypoſtaſis* non minus interpretari poſſumus Latinè ſubſtantiam, quam ſubſiſtentiam. Vnde vulgaris eſt receptio ſubſtantię pro ſubſiſtentia apud Ariſtotelem 5. Metaph. tex. 15. quem ſequitur D. Thom. 1. part. quęſt. 29. art. 2. in corpore Bonau. in 1. diſtinct. 23. art. 2. quęſt. 1. Deinde in noſtra vulgata verbum hypoſtaſis vertitur Latine ſubſtantia; ad Hebræos 1. 3. & 11. & ita aliquando loquuntur patres; immo, & Concilia, Sophron. Conſtantin. in 6. ſynodo actio. 11. in epiſt. profeſſ. fidei col. 4. ait, *Neque ſubſtantias confundentes, & in vnam eas ſubſiſtentiam deducentes*: Concil. Antiochenum in profeſſione fidei poſt medium tribus perſonis concedit, *propriam vniuſcuiuſque nominationem ſubſtantiam, & ordinem, & gloriam, vt ſint quidem per ſubſtantiam tria, per conſonantiam verò vnum*: quod teſtimonium refert, ac defendit Hilarius lib. de ſynodis poſt medium, & ſic declarat, *Idcirco tres ſubſtantias eſſe dixerunt ſubſiſtentium perſonas per ſubſtantiam edocentes, non ſubſtantiam Patris, Filij, & Spiritus ſancti diuerſitate diſſimilis eſſentia ſeparantes*. Denique Florentin. ſeſſ. 19. §. In genere autem, duplicem acceptionem ſubſtantię diſtinguit in priori ita accipitur vt ſignificet ſuppoſitum ſeu ſubſiſtentiam ibi, *ſubſtantia ergo vna ratione ſuppoſitum, hypoſtaſim vel perſonam ſignificet*, in poſteriore ſumitur pro natura ſeu eſſentia vt patet infra. *Verum altera capitur ratione quemadmodum definitio ſubſtantiam res ſignificat, quæ natura, vel entitas appellatur*. Ergo ſicut ex vi vocis tres perſonę in omni proprietate ſunt tria ſuppoſita, tres hypoſtaſes, tres ſubſiſtentię: ita dici poſſent tres ſubſtantię, quia tamen Eccleſię vſus inualuit vt nomen ſubſtantię in diuinis pro eſſentia vſurpetur, vt teſtatur Auguſtin. lib. 5. de Trinitat. cap. 9. & lib. 6. cap. 4. ideo dicit in Deo non eſſe tres ſubſtantias concedendas, quod abſolutè & ſimpliciter loquendo dæclaro. hinc 2. pars probatur, quia cum illo addito *relatiuæ* ſeu *perſonales*, limitatur acceptio ſubſtantiæ ad hypoſtaſim, ſeu ſubſiſtentiam: & cum nemo dobitet in Deo tres eſſe hypoſtaſes ſeu ſubſiſtentias relatiuas, ita non dubitabit tres eſſe ſubſtantias relatiuas. In alio etiam ſenſu tres perſonę ſunt tres ſubſtantię relatiuæ, qoia ſunt tres entitates relatiuæ, vt ſtatim dicemus non accidentales ergo; ſubſtantiales.

15. Tertia propoſitio: tres perſonæ ſimiliter dici poſſunt tres entitates, tres res, tres realitates, & tria entia, videlicet relatiua, ita Suar. lib. 3. de Trinitat. cap. 6. Didacus de Montoya diſp. 26. ſect. 1. & 2. qui multos referunt. Probatur quia vnaquęque perſona eſt aliqua entitas, & aliqua res ſimpliciter, & abſolotè: quia eſt ſubſtantia vera, & realis: ſubſtantia verò talis ſimpliciter & abſolutè eſt res, ſeu entitas. Confirmatur primo: quęlibet perſona ratione ſuæ perſonalitatis realis diſtinguitur ab aliis duabus: ergo eſt realitas, & entitas ab eis diſtincta, & conſequentes diſtincta res. Secundo implicat contradictionem rem produci niſi realiter diſtincta ſit à producente; ſed filius eſt entitas, res, & realitas prodocta à Patre: ergo eſt diſtincta entitas, res & realitas. Tertio numerus non eſt verè, & realiter à parte rei niſi inter multas entitates & res, quæ ſint à

parte

parte rei : ſed in Deo eſt verè ,& realiter numerus ternarius , ergo verè & realiter ſunt tres res. Vtramque propoſitionem latè probat Didacus Riul diſp. 37. ſect. 2. & 3. ex Conciliis & patribus , & quamuis de tribus entibus ſubſtantiuè ſumptis magis ſcrupuloſè loquatur D. Thom. in 1. diſt. 25. quæſt. vnica artic. 2. ad 4. Bonauent. diſtinct. 23. art. 2. quæſt. 2. ad vltimum , & alij , non ita facile admittentes tres perſonas eſſe tria entia ſubſtantiuè ; nihilominus tamen idem de illis dicendum docet Suar. cap. illo 6. numero 4. cum Torres quæſt. 23. art. 3. & recentioribus communiter , probaturque ex D. Thom. 1. par. quæſt. 39. artic. 3. ad 3. vbi videtur tacitè retractaſſe illam ſententiam quam in primo ſententiarum docuerat. Nam ex eo probat nomen *Res* dici in plurali de perſonis , quia eſt tranſcendens , neque ibi neque alibi in ſumma limitat ne idem intelligatur in ente , quod non minus tranſcendens eſt quam res , ſunt enim hæc duo vocabula , ens , & res , conuertibilia , & quoad rem ſignificatam ſynonima : ergo ſicut dicuntur tres res , idem etiam de tribus entibus aſſerendum. Immo & dici poſſunt tres perſonæ , tria nempe relatiua. Ita loquuntur multi Patres ; S. Martialis epiſt 1. ad Burdegal. cap 10. in fin. ait , *hæc in perſonis tria diuiſa , in diuinitate vnum Deus indiuiſum eſt* : ſimiliter Auguſtin. 6. de Trinitat. cap. 4. *ita ſunt* , inquit , *illa tria Deus vnus* , item cap. 9. & lib. 7. cap. 4. Naziana. orat. 37. ante medium orat. 13. quæ eſt 2 de pace poſt medium. Ambroſ. in ſymbol. Apoſtol. cap. 1. & 2. Gregor. lib. 29. Moral. cap. 16. & denique vt cæteros omittam in 6. ſynodo generali actio. 11. Sophronius Conſtantinop. epiſtol. confeſſ. fid. ait , *vnum hæc tria , & tria vnum quorum eſt Deitas.* Vnde facile colliges , quid ſit dicendum de aliis prædicatis tranſcendentibus , quod apud Suar. citatum cap. 7. & 8. latius videri poteſt , apud Didacum diſp. 26. ſect. 4. & diſp. 27. & 28.

16. Quarta Propoſitio. In Trinitate non debent concedi tres eſſentiæ , ſeu naturæ , ſine vlla tamen nota admitti poſſunt tres exiſtentiæ relatiuæ. Prima pars probatur ex 6. ſynodo generali ait. 11. col. 4. vbi Sophronius Patriar. Conſtant. ait , *neque tres naturas in ſancta Trinitate glorificamus , nec tres eſſentias.* Auguſtin. lib. 7. de Trinitat. cap. 4. de humana inopia dixit , *timuit dicere tres eſſentias , ne intelligeretur in illa ſumma æqualitate vlla diuerſitas*, Fulgent. lib. de fide ad Donatum cap. 3. ſub initio ait , *in teſtimoniis oſtenditur Patrem & Filium , & Spiritum ſanctum tres eſſe perſonas , ſed non tres naturas*, idem docent communiter patres , quorum multos citat Didacus de Montoya diſp. 24. ſect. 2. hæc etiam eſt communis theologorum ſententia cum Magiſtro in 1. diſtinct. 23. cap. Ideo & diſtinct. 25. cap. verum : item Bonauentur. diſt. 23. art. 2. quæſt. 2. ratio eſt , quia vſus tam philoſophorum , quam theologorum limitauit hæc vocabula *eſſentia* , & *natura* , vt ſignificarent quidditatem abſtractam à ſingularibus differentiis , & conſequenter à perſonalitate , quæ ſingularibus differentiis ſuperuenit : & probat. D. Thom. 1. part. quæſt. 29. artic. 2. ad 3. quia *eſſentia propriè eſt id quod ſignificatur per diffinitionem, deſinitio autem complectitur principia ſpeciei non autem principia indiuidualia* , ſimiliter de natura docet Boët , lib. de duabus naturis ad initium. *Natura eſt cuiuſlibet ſubſtantiæ ſpecifica proprietas* : quia verò eſſentia & natura diuina de ſua ratione , poſtulat eſſe vnam ſingularem , neque ad plures differentias indiuiduantes indifferens concipi poteſt, quia non poſſunt eſſe multæ naturæ diuinæ numero differentes , ſignificatur ſemper ſaltem vt præciſa , & abſtracta à proprietatibus perſonalibus : ergo impoſſibile eſt vt cum veritate tres dicantur eſſentiæ , vel naturæ in diuinis. Confirmatur primo ex diſcrimine quod communiter patres conſtituunt inter vſiam , id eſt eſſentiam , & hypoſtatim id eſt perſonalitatem , quos obſeruauit , & retulit Didacus Riul diſp. 23. ſect. 6. quia vſiam dicunt communem eſſe tribus perſonis : hypoſtaſim verò eſſe incommunicabilem , & propriam vniuſcuiſque perſonæ. Vnde ſicut philoſophi non concedunt Petro duas eſſentias quamuis in eo agnoſcant naturam humanam , & perſonalitatem , ſed vnam tantum : ita in Trinitate licet tres ſint perſonalitates , non ideo conſtituendæ ſunt tres eſſentiæ. Secundo : Tota natura , & eſſentia humanitatis aſſumpta eſt à verbo : & tamen perſonalitas creata non fuit aſſumpta : ergo perſonalitas non venit nomine naturæ ſeu eſſentiæ : antecedens eſt Damaſi Papæ in epiſt. ad Paulinum Damaſc. lib. 3. de fid. cap. 6. Leonis ſerm. 7. de natiuitat. cap. 2. & Patrum ac Conciliorum communis ſententia. Tertio quia quando ſubſtantia ſignificat idem quod eſſentia , ſeu natura , non multiplicator in Deo, & in hoc ſenſu in noſtro textu , & à Conciliis & patribus vna tantum dicitur ; Ideoque quando abſolutè accipitur , non dicuntur eſſe tres ſubſtantiæ in Deo , niſi ex antecedentibus & conſequentibus limitari videatur ad hypoſtaſim ſeu ad entitatem , quæ non ſit accidens , vt in prima propoſitione vidimus , quamobrem neque etiam cum addito admitti debent tres eſſentiæ , ſeu naturæ relatiuæ in Deo , neque enim hoc additamentum ſufficit ad euitandum loquutionis ſcandalum propter communem Eccleſiæ vſum , & fugiendum malæ opinionis periculum , erroriſque ſuſpicionem.

Altera propoſitionis pars de tribus exiſtentiis relatiuis , etſi minus placeat Didaco de Montoya diſp. 35. ſect. 3. & 4. bene tamen ſine nota defendi poſſe ſect. 5. fatetur : illam tuentur Suar. 3. par. tom. 1. diſp. 15. ſect. 2. & lib. 3. de Trinitat. cap. 5. & lib. 5. cap. 2. Cumel. 1. part. ad quæſt. 28. art. 2. quæſt. 4. concluſ. 1. Medin. 3. par. quæſt. 57. art. 2. dub. 3. præter alios antiquos citatos à Suar. idem docuit Scot. in diſt. 51. art. 2. §. vltim. & ex D. Auguſtin. de Trinitat. lib. 7. cap. 4. deducitur quatenus ait , *aliud eſt de Deo eſſe* 17.

alind patrem eſſe : eodem modo loquitur Anſelm. de proceſſion. ſpiritus ſancti in princip.& Magiſtr.in 1. diſt. 28. §. pręterea. At illud eſſe patrem eſt actuale, & reale, ſimiliterque eſſe filium, & eſſe ſpiritum ſanctum, ergo ſunt tres actualitates, & conſequenter tres exiſtentiæ iuxta Auguſtin. Damaſc. & Magiſtrum. Clarius loquutus eſt Richardus Victor. lib. 4. de Trinitat. cap. 16. ante medium. *In diuina* inquit, *procul dubio natura eſt* exiſtentia, quæ pluribus eſt communis, & eſt ibi exiſtentia, quæ omnino *eſt incommunicabilis*. Item cap. 17. in fine *Oportet vt ſit incommunicabilis exiſtentia, cui eſt incommunicabilis differentia, quot igitur in diuinitate perſona, tot incommunicabiles exiſtentia.* Denique Concil. Florent. ſeſſ. 19. colum. penult. §. *nonne dixi* ſic ait, *Duo eſſe genera ſubſtantiarum: alterum quatenus tribus perſonis natura communis exiſtit: alterum verò cum vna cum exiſtentibus proprietatibus conſideratur*, ergo ſicut propter hanc ſecundam acceptionem ſubſtantiæ admittere poſſumus in Deo tres ſubſtantias relatiuas, ita & tres exiſtentias ſimiliter relatiuas: & ratio eſt manifeſta, quia exiſtentia nihil aliud dicit quam actualitatem entitatis realis: ſed nos admittimus tres entitates, ſeu tres res in Trinitate, quæ actualiter ſunt: ergo neceſſario admittere debemus tres exiſtentias relatiuas. Confirmatur quia in Concilio Florentino Eugen. 4. in literis vnionis ait, *omnia qua patris ſunt ipſe pater vnigenito filio ſuo gignendo dedit præter eſſe patrem*: ſed hoc eſſe, eſt actuale, & reale, nempe relatiuum quod non dedit filio, ergo in patre datur peculiaris exiſtentia relatiua, & cum eadem ratio de alijs perſonis, tres erunt relatiuæ exiſtentiæ. Neque obſtat quod in Deo eſſentia & exiſtentia nullo modo diſtinguuntur quia eſſe ſeu exiſtere eſt de eſſentia Dei: ergo ſicut negantur tres eſſentię negari debent tres exiſtentiæ, hoc inquam non obſtat, quia quamuis eſſe ſeu exiſtentia abſoluta nullo modo diſtinguatur ab eſſentia; tamen exiſtentia relatiua diſtinguitur virtute, id eſt per intellectum noſtrum cum fundamento in re: ſicut diſtinguitur relatio patris, vel filij ab eadem eſſentia, quæ diſtinctio ſufficit, vt qua ratione tres perſonalitates ſeu relationes perſonarum conſtitutias diſtinguimus actu exiſtentes, tres exiſtentias relatiuas admittamus, præſertim cum nomen exiſtentia reſtrictum non ſit à communi vſu Eccleſiæ ad ſolum eſſe actuale naturæ, ſeu eſſentiæ ſignificandum, ſicut vocabulum *eſſentia*, vel *natura*, & apud Patres Latinos ſubſtantia abſolutè ſumpta vt teſtatur Auguſtin. ſupra citatus & Concil. Florentin. ſeſſ. 19. §. in genere autem, & in hoc ſenſu noſter textus dicit, *Pater* & Filius habent eamdem ſubſtantiam.

18. *Volo vt ipſi ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus.* Reſpondet ad primum locum, quo Ioachimus nitebatur, quam reſponſionem ex D. Athanaſio oratione 4. contra Arianos inter principium & medium acceptam reperio: ibi enim docet illud vocabulum *ſicut* non æqualitatem, ſed ſimilitudinem, quæ inter creaturam, & creatorem intercedere poteſt, ſignificare, & allegat etiam illud Matth. 5. *Eſtote perfecti ſicut pater veſter caleſtis perfectus eſt.* Et quidem Cyrillus lib. 11. cap. 20. in Ioann. Ambroſ. & Auguſtin. quos ſequitur Maldonatus 17. Ioann. numero 11. exiſtimant ſimilitudinem fieri non modo in conſenſione voluntatis, ſed etiam in conuenientia naturæ, & Chriſtum Dominum rogaſſe patrem, vt fideles inter ſe concordes, vnanimes, & vt in natura, ita eſſent fide, & charitate vniti: ſicut ipſe & Pater vnam habebant tùm naturam, tùm voluntatem. At facilior eſt expoſitio Athanaſ. & noſtri textus, quam ſequitur Cardinalis Toletus, vt ſimilitudo fiat inter vnitatem fidei & charitatis fidelibus petitæ & inter vnitatem naturæ, & inſeparabilitatem perſonarum ab eſſentia, in qua ſunt vnus & idem Deus. Nam paulo inferius Chriſtus Dominus addidit in ſua petitione vt non modo inter ſe vnum eſſent fideles per charitatem, ſed etiam cum Deo & cum Chriſto: per gratiam enim, & charitatem Deo vnimur: vt in ipſo maneamus, & ipſe in nobis: & tamen hæc ſimilitudo non poteſt eſſe in natura, non enim in natura homines conueniunt cum Deo, niſi analogicè & remotiſſimè etſi inter ſe habeant ſpecificam naturam, vnde neque per conuenientiam in r. ra in Deo eſſe poſſunt, ſicut pater in Chriſto erat, & Chriſtus in patre, & tamen Chriſtus rogauit, *vt omnes vnum ſint ſicut tu pater in me, & ego in te: vt & ipſi in nobis vnum ſint.* Solum ergo comparatio fit in vnione per gratiam & charitatem fidelium inter ſe & cum Deo, & in vnitate Chriſti cum patre, quæ eſt omnium maxima, qualis eſt diuinarum perſonarum in eadem natura, & Deitate, ſicut perfectio Patris quam hominibus imitandam propoſuit omnium maxima eſt & infinita; ideoque ad illam non ſimilitudinis æqualitas, ſed quædam virtutis & imitationis ſimilitudo eſſe poterat. Nam homo perfectionem virtutis finitam conſequitur per gratiam, Deus tamen infinitam habet per naturam. Hinc declarabis l. 7. cum velimus §. 1. & 2. l. 8. reddentes C. de ſumm. Trinitat. vbi dicitur Chriſtus Dominus conſubſtantialis patri ſecundum diuinitatem & nobis ſecùndùm humanitatem, non enim in hoc æqualitas eſt, ſed ſimilitudo aliqua. Nam ſicut Chriſtus, vt Deus, habet eandem numero ſubſtantiam cum patre, ita qua homo, eandem in ſpecie humanitatem cum cæteris hominibus participat.

19. Vnde Abbas, Cardinalis, Butico, Ægid. Bellamer. Ioann. de Imol. & reliqui commentatores notant de dictione *ſicut* quod non ſemper importat omnimodam ſimilitudinem, vt in capite qua & capite nouit de Iudiciis cap. 1. de pręſumption. l. 6. contra nurum §. poſt diuortium ibi *ſicut conditionis nomine* vbi gloſſa ait ſicut, *non omnino ſicut hæres etiam furis tenetur*, &c. ff. de actione rerum amotar, idem de dictione *vt* cernitur in l. 13. ſi cum venderet §. finali ff. de pignorit. action. & porro

casum

caſum manifeſtum in cap. ſicut de exceſſ. prælat. vbi licet dicatur ad Epiſcopum pertinere vnionem, & ſubiectionem Eccleſiarum ſuæ diæceſis ſicut vnire epiſcopatus ad ſummum Pontificem: non ſequitur in boc eſſe omnimodam poteſtatis ſimilitudinem inter Epiſcopum, & ſummum Pontificem vt notauit Geminian. concil. 73. numero 9. Non eſt tamen negandum Verbum ſicut babere aliquando vim ſignificandi omnimodam ſimilitudinem vt in cap. Parrochianos de ſentent. excommunicat. l. 1. de Ventre in poſſ. mitten. Roman. concil. 328. colum. 3. cum multis aliis textibus & Doctoribus quos refert Alb. Perga. in dict. verb. ſicut Anton. Angelus tract. de diction. verb. ſicut de quo etiam vide additionem ad Abbatem in hoc textu litera C.

10. Ad ſecundùm locum ſacræ ſcripturæ non reſpondet noſter textus, neque id aduertunt Canoniſtæ, forſitan ex prima reſponſione, hanc etiam colligi poſſe exiſtimant, ego tamen verum loci ſenſum ad maiorem textus lucem non prætermittam, & in primis quamuis D. Thom. ad hunc text. opuſc. 24. dicat hęc verba & *hi tres vnum ſunt.* 2. loco poſita poſt illa *ſpiritus* aqua, & ſanguis, oppoſita fuiſſe ab Arianis ad peruertendum ſenſum huius loci, cũ quo concordant Complutenſes, & regij Codices; item Louanienſes Theologi, qui in margine illius loci notant in quindecim Codicibus Larinis illa non inueniri, neque in exemplaribus Gręcis maiori ex parte reperiri, teſtatur Lorinus verſic. 8. & in illis paucis in quibus eſt, particula propoſitionis præcedit. Καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν, id eſt, *& hi tres in vnum ſunt*, quaſi dicat, ad teſtificandum vnum conſpirant & concordant, ſicut enim tres perſonæ, quæ teſtimonium dant de cælo ſunt vnum in eſſentia, & natura, ita ſpiritus, aqua & ſanguis ad idem teſtificandum in terra ordioantur; Verùm quia noſtra vulgata illa verba retinuit, & præpoſitionem in non habet, ſed vtroque loco legit & hi tres vnum ſunt. Item Ioann. Papa 2. epiſt. 1. Auguſtin. lib. 3. contra Maximin. cap. 22. dicamus cum eodem Auguſtino ibidem, *Hæc ſacramenta ſunt in quibus non quid ſint, ſed quid oſtendant ſemper attenditur, quoniam ſigna ſunt rerum aliud exiſtentia, & aliud ſignificantia.* Itaque ſicut tres perſonæ in eſſentia & ſubſtantia ſunt vnum, ita ſpiritus, aqua & ſanguis in eiuſdem veritatis ſignificatione conueniunt, quare hic etiam non æqualitas vnitatis viſitur, neque commoda ſimilitudo, ſed aliqua: nempe vt perſonis diuinis ſit vnitas ſubſtantiæ, at in ſpiritu, aqua, & ſanguine conuenientia in obiecto ſignificato. Qui verò ſpiritus iſte ſit, quæ aqua, & ſanguis, quodve obiectum ſignificatum; prætermiſſis multis expoſitionibus, quas affert Lorinus verſic. 6. ad cap. 5. huius epiſtolæ & Suar. 3. par. quæſt. 53. diſp. 41. ſect. 1. illa D. Auguſt. loco citato in Ioannis caput 19. numero 30. magis placet vbi ait ſpiritum eſſe, quem inclioato capite Chriſtus in Cruce emiſit: aquam, & ſanguinem, quæ de ipſius latere manarunt, ſignificatum verò iuxta Toletum

A in cap. 19. Ioann. in comm. poſt annot. 21. eſt vera Chriſti humanitas, nam ſpiritus animam, aqua veritatem corporis naturalis, ſanguis veritatem denotat corporis animalis, concinitque cum ſententia Innocent. 3. in cap. in quadam de celebration. miſſar. vbi ex teſtimonio Patris verbi, & ſpiritus in Cælo Chriſti diuinitatem, ex teſtimonio ſpiritus, aquæ, & ſanguinis, veram Chriſti humanitatem contra diuerſas hæreſes deducit. Vnde illud caput eſt aptior huius loci expoſitio, quare ſi illa in noſtro textu prætermittitur, ſaltem in alio non omittitur.

Si quis igitur ſententiam, &c. Hic omnibus interdicitur ne prædicti Ioachimi doctrinam, ſententiamve in hoc puncto de- 11.
B fendant, ſeu approbent; hæreticuſque cenſetur, qui oppoſitum fecerit. Nam defendens hæreticam ſententiam à Concilio reprobatam, & damnatam hæreticus eſt, vt in cap. aliorum 24. quæſt. 3. dixit Vrbanus Papa & obſeruant Ioan. de Imol. Bellarm. Cardinal. & Butr. qui addunt neque omnibus licere de fide diuina publicè diſputare: ego verò de hac quæſtione dicam infra in tit. de conſtitut. comment. 4. in cap. quis neſciat diſt. 9. notatione 10.

In nullo tamen propter hoc, &c. Obſeruant 12.
auctores proxime citati ex his verbis delictum prælati non nocere Eccleſiæ, in quo ipſa non participauit, iuxta cap. ſi Epiſco-
C pum 26. quæſt. 6. & regula delictum de regul. iur. in 6. ſi quidem Ioachimi error monaſterio cuius ipſe inſtitutor erat, non præiudicauit: & ratio fuit primo, quia in eo vigebat obſeruanria regularis, & non ſolum in omnibus, ſe fidei decretis ſubiecit, ſed religioſæ vitæ retinuit diſciplinam, & ſummi Ponrifices reformatas religioſorum familias ſpecialibus gratiis proſequuntur, quia cæteris ſunt virtutum incitamento. 2. quia ipſe Ioachimus ſua omnia ſcripta ſedis Apoſtolicæ correctioni ſubiecit, & quia paratus fuit ad correctionem, & ſe correxit, ideoque tanquàm hæreticus habendus non eſt, licet aliquando erraſſet in fide, vt bene notauit gloſſa verbo corrigenda ex cap. hæc eſt fides
D 24. quæſt. 3. & ratio eſt quia ad hoc vt aliquis cenſeatur hæreticus: oportet vt in ſuo errore pertinaciam habuerit. Nam hæreſis eſt error intellectus voluntarius contra aliquam fidei veritatem, cum pertinacia elicitus ab eo, qui fidem recepit, quæ definitio ſumitur ex D. Thom. 2. 2. quęſt. 11. art. 1. & 2. in corpore. D. Auguſtin. in lib. de vtilitate credendi, cap. 1. eam latè declarant Suar. de fide diſp. 19. ſect. 5. Sanches tom. 1. in decalog. lib. 2. cap. 7. numero 1. & ſequent. Anton. Riciculllo de iure perſonarum lib. 5. cap. 1. & quamuis in verbis differant, in re, & conditionibus ad hęreſim formatam requiſitis omnes conueniunt. Vna vero ex illis quę ad inſtitutum attinet, eſt pertinacia, quæ vſque adeò neceſſaria eſt, vt D. Thom. quęſt. 8. de malo, artic. 1. ad 7. aſſerat, quod ſola pertinacia faciat hominem hæreticum: ſignificat enim eſſe vltimum complementum per quod error intellectus voluntarius circa aliquam verita-

tem fidei formata hæreſis conſtituatur, in eo qui fidem profeſſus eſt, vt ex hoc textu & cap. vnico eodem tit. & clem. vnica etiam de ſumm. Trinitat. conſtat: quæ verò hæc pertinacia eſſe debeat, declarant recentiores citati, & latius dicetur lib. 5. tit. 7. de hæreticis, nunc ſatis erit dicere quod illa pertinacia ſufficit, qua quis ſciens, & prudens tenet aliquid contra Eccleſiam catholicam. Neque ſufficiet quod paratus ſit ab Eccleſiæ corrigi, & conuinci argumentis, ſi eiuſdem Eccleſiæ auctoritati prudens; ſcienſque reſiſtit, vt bene notat Sanches citatus numero 2. & 7. cum Torres, Vaſq. & Ledeſma. At Ioachimus ſoli Eccleſiæ teſtimonio & auctoritati credens ipſius correctioni committit non eſt ergo hæreticus exiſtimandus.

23. *Maximè cum ipſe Ioachim.* Hic attingitur ſecunda ratio proxime adducta ob quam error Ioachimi florenti Monaſterio non nocuit. Verùm quia hoc aduerbium *maximè* de ſua natura dicitur à doctoribus particula implicatiua, quia exprimit caſum minus dubitabilem, & implicat ſeu innuit magis dubitabilem, vt bene aduertit Rota apud Fann. tom. 2. deciſ. 157. in vna Valen. Benefic. coram Illuſtriſſimo Cardinal. Bononien. per l. 3. qui ſe patris C. vnde liberi gloſ. in l. illud ad leg. Aquil. verbo, *exiſtimari*. Iaſon in l. pro hærede §. 1. ff. de aquiren. ſacerd. cum multis textibus, & doctoribus relatis à Bartholo Brix. in repertor. Albert. de Roſ. in diction. & Ant. Angelo in tract. de diction. in verb. *maximè*. Ideo dubitare poſſumus, an illa particula ita caſum reſtringat, vt ſignificet idem, ac tantum, vt in cap. illud 12. diſt. & cap. ſi quis epiſcopus 11. quęſt. 3. l. 21. cum qui donationis ff. de donationibus & in hoc ſenſu particula maximè redundat vt in l. 1. ff. de reſcinden. vend. & l. 2. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſti. & l. final. C. de teſtamentaria manumiſſione §. 1. cum ſimilibus, quia quando reſtringitur id quod dicitur ad conditionem, ſeu rationem, quam pręcedit particula *maximè*, illa conditio, ſeu ratio quæ ſubſequitur pertinet ad adæquatam diſpoſitionem ſeu rationem textus: vnde dicitur redundare, quia ſine illa particula adhuc eadem caſus diſpoſitio, & iuris definitio manet.

Dicendum tamen cum Abbate numero 3. Ioann. de Imol. numero 10. & ſequent. Zabarell. numero 5. notabili 19. & aliis magis communiter particulam *maximè* non in ſenſu minus proprio reſtrictiuo, ſeu redundanti, ſed in verò & proprio eſſe intelligendam: & quamuis implicet caſum magis dubitabilem, nihilominus ſignificat, quod etiam ſine illa ratione idem faceret Concilium Lateranenſe videlicet incolume, & ſaluum relinquere florenſe Monaſterium. Ratio eſt primo quoniam magis propria ſignificatio huius particulæ maximè eſt, vt etiam in caſu contrario idem ſupponat, vt patet ex cap. ad abolendam de filiis presbyter. cap. de muliere de ſponſalibus cap. cum Vvintonenſis de elect. cap. cum olim de teſti. cap. olim de accuſat. l. 22. ſi quis pro vxore ff. de donat. inter vir. & vxorem: ſi ergo textus patitur, vt hæc dictio ſenſum proximum retineat ab eo extrahenda non eſt, ſed vel accipietur in ſenſu comparatiuo, vt illa ratio ſit potior, quæ ſubſequitur, quamuis prima ſufficiat, nam comparatiuè accipi dictionem *maximè* probatur ex l. 9. prouinciarum C. de feriis: vel augmentum præcedentis rationis denotabit, & ſignificabit idem quod præſertim vt notat Geminian. conſ. 16. numero 4. Calderin. 548. de verbor. ſignificat 2. eſto demus, ne monaſterium damnetur, vel deſtruatur, bonam eſſe rationem non damnari Ioachimum, eius inſtitutorem, ſed commendari illius obedientiam, & ſubiectionem eccleſiaſticæ correctioni exhibitam, (quia ſi propter auctorem deberet damnari opus, cum auctor excuſetur, opus ſane non damnabitur) tamen hæc non cenſetur ratio neceſſaria, ſed illa prior ſufficiet, & fortaſſe præcipuè: ſecunda verò in maius indulgentiæ augmentum apponitur; quare etiamſi Ioachimus hæreticus fuiſſet, adhuc monaſterium, quod ipſe inſtituit, ſi in regulari obſeruantia pariter cum fidei integritate conſeruaretur illæſum permaneret, quia inſtitutio regularis non habet auctoritatem ab inſtitutore, ſed à ſummo Pontifice, qui inſtitutionem approbat, iuxta cap. final. de religioſ. domib. vt notauit Panormitan. addit Imol. exempla ex cap. nonne & cap. diuinis 1. quęſt. 1. vbi ſacramentum ab hæretico collatum effectu ſuo non caret, ſed valet propter fidem, & poteſtatem Eccleſiæ.

Quam propria manu ſubſcripſit. Duo in his verbis notanda. Primum obſeruant. Ioann. Andr. numero 34. Cardinal. numero 6. notabili 23. Ioann. de Imol. numero 13. Bellamer. numero 7. ſcripturam vel ſubſcriptionem, quam quis facit in proprio negotio illi præiudicare, & probant ex l. Publia §. vltimo ff. depoſiti. l. generaliter C. de non numer. pecun. cap. ſaluberrimum 1. quęſt. 7. Quid verò iuris ſit quando aliquis in facto alieno ſubſcribit, videndum in cap. ex literis de tranſact. & cap. ſi quis de rebus Eccleſ. non alienand. Vnde licet regulariter ſubſcriptio valeat in præiudicium ſubſcribentis, etiam valet in commodum eiuſdem in foro conſcientiæ, & pœnitentiali vt notat Cardinal. citatus, & Imol. numero 14. In hoc enim foro ſtatur iuramento alicuius in facto proprio ex cap. præſentium de teſti. cum gloſ. & cap. ſi vero ſenten. excommunicat. & gloſſ. eſt celebris in clem. ſi quis ſuadente de pœnis verb. *commode*: immo, & in iudiciali, quando aliter probari non poteſt quam per iuramentum ipſius ſcribentis, eius ſubſcriptioni & iuramento ſtatur, hic verò non poterat aliter probari intentio Ioachimi, vnde illius ſubſcriptio in illius commodum cædit. 2. obſeruant prædicti auctores poſt Abbatem, quod admittatur procurator cum literis Domini, qui eum conſtituit: quod verum eſt in illis, quæ Domino tantum præiudicant, vel ſaltem quando in alterius præiudicium non vergunt; ſicut in pręſenti caſu. Nam quod literæ Ioachimi procuratorem facerent, in nullius præiudicium cedebat. 24.

Dogma

Dogma impij Almarici, quem cum ipſius A
doctrina damnat Concilium. Neque cum
eo rationibus agit, vt cum Ioachimo: quo-
niam cum mentis inope, ac inſanæ doctrinę
profeſſore rationibus agere non oportet. No-
ta tamen diſcrimen inter libellum Ioachimi
damnatum, & dogma , doctrinamque Al-
marici. Nam quando auctor non damnatur,
oporter, vt notētur opera illius, quę ſpeciatim
prohibentur, & ita notatur libellus Ioachimi
contra Petrum Lombardum, quando verò
auctor nominatim tamquam bæreticus dog-
matita declaratur, eo reprobato cenſentur
reprobari eios opera : quæ ſpeciatim appro-
bata non ſint, & permiſſa. Ideoque non opus
eſt aſſiguare opera , ſeu dogmata Almarici.
Quæ quidem doctrina de iure antiquo limi-
tatur à Ioann. Andr. Cardinal. Imol. & Ab- B
bate ad hunc textum , quos ſequitur Alber-
tin. de agnoſcendis aſſertionibus catholicis
quæſtion. 12. num. 13. vt procedat de libris
continentibus hæreſim, non de illis, qui ve-
ram doctrinam tradunt. Nam hi licet ab au-
ctoribus nullam mutuentur auctoritatem,
tamen ſi alioqui vera doceant, & rationabi-
lia, poſſunt, vt rationabiles adduci. Imme-
rito tamen illam nunc docet Barboſa hic nu-
mero 10. quamuis eodem num. verſus finem
aſſerat omnes hæreticorum libros tam bo-
nos, quàm malos eſſe quod meo iudicio non
cohæret cum eo qood dixerat libros hæreti-
corum licet non vt autborizabiles vt ra-
tionabiles tamen adduci poſſe; quamobrem
Facinac. de hæreſi quæſt. 180. num. 26.
cum Pegna in addition. ad Eiimericum in C
direct. pa. ſecunda comm. 3. ad cap. Frater-
nitatis de hæretic. Vgolin. de centur. in
gloſſ. *ac eorumdem* num. 1. ver. 7. ait libros
hæreticorum damnatorum etiamſi boni ſint
nullo modo eſſe admittendos, eorumque do-
ctrinam neque allegandam, cum relatione ad
authores, neque in ſuis libris legendam, vel
ex ipſis adducendam poſt Bullas Iulij Tertij,
& Pij Quarti: ratio eſt, quia etiamſi eadem
omnino doctrina, quæ continetur in parte
libri hæretici contineatur in catbolico libro,
& ſecundum ſe teneri, edocerique poſſit, &
legi in libro catholico, tamen in libro hære-
tici, qui de religione tractet, & vel vnam ſolū
hæreſim contineat, ſi legatur, incurritur
excōmunicatio Bullæ cœnæ, vt docent Sanch.
lib. 2. decalog. cap. 10. num 35. Suar. de fi- D
de diſp. 20. ſect. 2. num. 9. Alterius de Con-
ſacr. tom. 1. lib. 5. diſp. 2. cap. 6. Leonard.
de Bulla cænæ lib. 2. canon. 1. quæſt. 35.
concluſ. 6. num. 33. cum alijs quos referunt
Ricciullus de iure perſonarum lib. 5. cap. 23.
num. 10. duos vel tres excipit caſus in qui-
bus ait libros hæreticorum poſſe allegari,
primus ad conuincendos errores hæretico-
rum, ſeu Gentilium, in quo ait, aliquid
etiam valere authoritatem illorum librorum,
ſecundus ad conuincendum catbolicorum
abuſum, vel elucidandam fidei veritatem.
Secundus in re indifferenti probanda per ra-
tiones ex libris hæreticorum deſumptas non
propter authoritatem ſcriptorum, ſed ob ra-
tionabilitatem & veritatem illarum ratio-
num, in quo caſu ſemper ait eſſe reticendum
auctoris nomen. Verum prætermiſſis primis
duobus caſibus de quibus ſtatim, tertius non
pertinet ad quæſtionem: nam quæſtio eſt an
allegari poſſint libri bonam continentes do-
ctrinam, quando author damnatus eſt, non
vero an bona doctrina tacito nomine bæreti-
ci poſſit edoceri, & teneri, hoc enim non eſt
allegari ſeu adduci doctrinam hæretici, quia
traditur ſecundum ſuam veritatem abſque
vllo reſpectu ad damnatum ſcriptorem. In
hac ergo opinionum varietate, quid deci-
dendum ſit, duplici aſſertione exponam.

Prima: damnato authore, libri quoque il- 26.
lius damnati cenſentur, ſiue boni ſint, ſiue
mali: probatur ex cap. fraternitatis de hære-
tic. vbi Gregor 9. ait, *Cum Cæleſtinus & Pe-
lagius in Epheſina ſynodo ſint damnati quo-
modo poterunt illa capitula recipi, quorum dam-
nantur authores?* & ibidem canoniſtæ. item
cap. excommunicamus §. credentes, eodem
titulo. c. nullus 3. q. 4. c. ſancta Romana §.
item originis diſt. 15. concinit l. 6. damnato l.
8. quicumque §. nulli §. omnes c. de hæretic.
& quamuis aliqui authores antiqui diuerſi-
mode limitent hanc regulā vt vidimos, ſanè
recentiores poſt Bullam Pij 4. quæ in Concil.
Trident. ante indicem librorū probibitorum
per Clementem 8. confirmatum nequeunt
limitationem aliquam adhibère ex prædictis.
Vnde ſiue libri mali ſint, ſiue boni, ſi author eſt
hęreticus, eo ipſo cenſentur probibiti &
damnati omnes illius libri, niſi ſpeciatim ab
Eccleſia permittantur, vt permittuntur ope-
ra Origenis iuxta cap. ſancta Romana cita-
tum, & facit cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de
conſtitut. ibidem Doctores cap. vt annimo-
rum de hæretic. in 6. & de facto bodie in In-
dice nuper facto permittit Eccleſia librum
Henrici Octaui Angliæ Regis de Sacramen-
tis, quem aduerſus Lutherum ſcripſit ad
aliorum hæreticorum perfidiam conuincen-
dam, quem librum Leo decimus conſtitut.
45. approbauerat. Ratio ob quam bi libri
prohibentur, quicumque ſint, aſſignatur à
Pio Quarto in Bulla, quæ incipit Dominici
gregis 77. quia licet libri hæretici non ſint,
ſatis eſt ſi ſint *de heretica prauitate ſuſpecti*, ob
illorum anthores, vt infra *ſi quis ſcripta pro-
pter hereſim vel falſi dogmatis ſuſpicionem dam-
nata, atque probibita legerit, habueritue ipſo
iure in excommunicationis pœnam incidat*, au-
thor verò hæreticus etiam bonam doctrinam
ſuſpectam reddit, ſi eum illa talis auctor
computetur. Confirmatur bæc ratio, quia
hęreticorum libri ſupprimuntur non ſolum
propter falſam doctrinam, ſed præcipuè ne
remaneant hæreticæ prauitatis veſtigia, im-
mo flammis combuſta diſpereant per l. 6.
damnato, & l. quicumque citatas: hinc enim
eſt quod nomina, & inſignia hæreticorum
abradi, & à lapidibus aboleri iubentur, vt
docet Albert. de hæretic. q. 12. n. 12. Pegna
ad direct. par. 2. comment. 4. colum. 3. verſic.
ex his amplius, ne hæreticorum memoria,
vel etiam in lapidibus permaneat: ne dum in
libris per quos authorum gloria celebratur.

Secunda concluſio, Damnati libri dicun- 27.

tur primario & directè, quia nec legi, nec A haberi poſſunt, ſecundario & conſequenter, quia nec etiam per ſe immediate allegari quamuis boni ſint, & adducantur ad refutandos hęreticorum errores ſine ſummi Pontificis facultate. Prima pars ab omnibus admittitur poſt Bullam Pij Quarti de librorum prohibitione à Clemente Octauo Conſtit. 31. confirmatam: & in verbis proximè relatis apparet, & ex regula 10. Indicis quæ circa finem hic habet, *Si quis libros hereticorum, vel cuiuſuis authoris ſcripta ob falſi dogmatis ſuſpicionem damnata atque prohibita legerit, ſeu habuerit, ſtatim in excommunicationis ſententiam incurrat*, vt bene exponit Alterius tom. 1. de cenſur. lib. 5. de excommunicat. Bullæ cænæ diſp. 2. cap. 6. in princip. ſecundam partem tuetur Pegna B in director. 2. p. comment. 3. §. denique præfatum axioma. Farinac. ſupra citat. cum aliis vt probetur aduertendum eſt trifariam conſiderari poſſe librum hęretici. Primo ſi conſideretur illius doctrina ſine vllo reſpectu ad auctorem, ſed ſecundum ſuam veritatem ex aliis principiis notam, & manifeſtam. Secundo ſi hæc eadem doctrina accipiatur relatè ad hęreticum tanquam ab eo tradita: etiamſi ex illius auctoritate nec veritatem, neque probabilitatem accipere fateamur. Tertio ſi ex auctore hæretico ad quem doctrina refertur veritatem vel probabilitatem mutuari æſtimemus. De primo igitur & tertio modo conſiderandi doctrinam libri auctoris hęretici controuerſia eſſe non poteſt C inter doctores Catholicos. Non de primo quia quando inquiritur an liber alicuius hęretici alioqui bonæ, & ſanæ doctrinę allegari poſſit, non loquimur de doctrina ſecundum ſe ſumpta ſine reſpectu ad autorem. Nam hoc non eſt allegare hęretici librum, ſed ſanam catholicamque doctrinam tradere, quis ergo negabit hanc poſſe edoceri, & tradi? neque etiam in tertia conſideratione quęſtio locum habet; nam nullus Doctor catholicus affirmabit doctrinam bonam, & catholicam fieri probabiliorem ex eo quod illam hæretici defendant, immo falſitatis ſuſpicionem cauſabit, niſi aliunde clara rei veritas appareat, & hæretici docentis ſuſpicio rationibus & catholicorum teſtimoniis auferatur: ergo ſolummodo de ſecunda conſide- D ratione controuerſia eſſe poteſt; & de ea probabitur concluſio.

Primo. Allegatio quæ doctrinam ſanam poteſt ſuſpectam reddere, illiuſque veritati, ſeu probabilitati derogare, omnino improbanda eſt non modo tanquam inutilis: ſed vt vitioſa & noxia: ſed qui doctrinam de ſe bonam, & rationabilem refert ad hæreticum auctorem, quamuis ab illo nolit auctoritatem accipere, doctrinæ dignitati detrahit, ergo libri, etiam ſi boni ſint, cum hæretici auctoris nomine nequeunt produci. Minorem probat illa Chriſti Domini Increpatio Marci 1. ver. 34. & Lucæ 4. verſ. 41. quando Dæmonia à multis exibant clamantia, & dicentia, *quia tu es Filius Dei*, ipſe ſeruator Dominus *increpans non ſinebat ea loqui*. Rationem optimam reddiderunt Chyſoſtom. Beda, Euthym. & Theop. quam Cardinal. Toletus pauciſſimis verbis comprehendit in commentario huius loci, quia videlicet, *non intentione recta, ſed peruerſa, vt prædicationis eius veritatem diminuerent: quaſi à fallacibus dæmoniis annuntiatam*, quo videtur alludere D. Aug. in c. ſi quid veri, ſtatim citandum in fine, ſi ergo veritas fidei diuina auctoritate ſuffulta ore fallaci prodita periclitatur, & dæmoniaci teſtimonio ſordeſcere æſtimatur, vel ſaltem diminui, quæuis doctrina, ſi hæretici ore prodeat, minoris fiet, falſitatiſque ingeret ſuſpicionem, quod multum de illius detrahit dignitate. Secundo ſi quis eſſet caſus in quo allegari poſſent libri hæreticorum, eſſet verbi gratia, ad conuincendos eorum errores, vel ad tollendum catholicorum abuſum, ſeu fidei veritatem elucidandam: ſed in his caſibus abſque ſummi Pontificis facultate id non licet, ergo in nullo: maior continet illos duos caſus quos ex Ricciullo ſupra memoraui, & primum ille probat ex cap. ſi quid veri diſt. 57. *ſi quid*, inquit, *de Deo Sybilla, vel Orpheus, aliiue Gentilium vates, aut Philoſophi prædixiſſe perhibentur, valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad iſtorum auctoritatem amplectendam*. Secundum oſtendit ex cap. ſubmittitur §. quod non ſolum, diſt. 21. & cap. ſacerdotibus 15. quæſt. 2. vbi Gregorius ad corrigendum aliquot principum catholicorum abuſum in ſacerdotibus minori reuerentia tractandis à paganis exempla mutuatur: ſimile quid habetur in cap. quæſta & cap. non æſtimemus eadem quæſtione: minorem probo, quia aliud eſt allegare gentilium exempla in materia alicuius virtutis moralis, vel probatæ conſuetudinis, item adducere teſtimonia ex paganorum libris, qui non prohibentur haberi nec legi: aliud referre libros hæreticorum: illud primum oſtendunt textus in primo & ſecundo caſu allegati; non vero ſecundum tertio, & eſt confirmatio huius minoris. Qui allegare debet libros hæreticos ad illos confutandos vt cum dignitate & ſcienter faciat, oportet illos in fonte videre, & legere eorum ſcripta ne minus fideliter recitata cum dedecore chriſtianæ religionis falſitatis arguatur, ſed Pius Quartus facultates ſuſtulit ad legendos, ſeu habendos huiuſmodi libros, etiam ad eos confutandos: ergo quamuis primario & expreſſe non prohibuerit illos allegare, ſecundario & implicite id etiam prohibitũ cenſetur, per regulam connexorum, de qua infra in cap. tranſlato de conſtitut, & in diſp. 4. dicam, quando enim vnum prohibetur, aliud cum illo neceſſario coniunctum ſimili modo prohibitum æſtimatur. Sed prudenter & ſcitè allegare ad confutandos errores hæreticorum connexum eſt cum lectione eorumdem librorum, ergo ſi hoc prohibetur, illud etiam prohibitum creditur. Loquutus ſum de immediata allegatione non de mediata: nam allegare bonam, ſeu malam doctrinam libri hæretici relatam ab alio catholico, qui cum facultate ſummi Pontificis libros potuit legere, & confutare, non eſt librum hæreticum, ſed

catholicum

catholicum referre, neque bonæ doctrinæ hæreticum auctorem facere, ſed catholicum, qui prauam confutat: reliqua, quæ ſpectant ad prohibitionem librorum alio loco fuſius pertractanda ſunt.

Exponitur cap. Vnicum einſdem tituli in ſexto.

NOTATIO X.

1. HVius textus interpretes quæſtionibus, quæ minus vtiles ſunt, minuſque ad intentionem textus pertinentes occupantur; & ſi aliquam ratiooem textus aſſignant, illis aſſimilatur de quibus Marginalis Gloſſa in eorrectiori textuum editione ad aliam Gloſſam in verbo *& filio*, ait, *his rationibus Gloſſæ ne fidas: ſed veras require à Theologis in 1. diſt. 1, & ſecunda & ad 1. p. D. Thom. quæſt. 36. art. 2. & 4.* & quamuis Viuianus magis appoſite in rationali loquatur, adhuc non plene ſatisfacit, præſertim in eo quod ad rationem gloſſæ per marginalem notationem reprobatæ recurrit, & magis occupatur in probando contra Græcos Spiritum ſanctum procedere etiam à filio, quam in probanda vnitate principij, quæ erat præcipua textus intentio. Capitis tamen ſumma à Ioanne Andrea accepta bene ſic colligitur: ſancta Romana Eccleſia ſemper profeſſa eſt, & profitetur Spiritum ſanctum æternaliter à Patre & Filio tanquam ab vno principio & vnica ſpiratione proceſſiſſe. Ita definiuit Concilium Lugdunenſe Secundum Oecumenicum & vniuerſale ſub Gregorio 10. an. 1274. In hoc Concilio conuenerunt quingenti circiter Epiſcopi, ſexaginta Abbates, & Prælati innumeri. Interfuere Apocriſiarij Michaëlis Palæologi Imperatoris Orientis, atque Patriarchæ Conſtantinopolitani cum aliquot Eccleſiæ Orientalis proceribus, omnes numero quadraginta, & ex hoc Concilio acceptus eſt præſens textus: eamdem catholicam veritatem confirmauit Concilium Florent. ſeſſio. 25. quæ eſt vltima colum. 5. §. quibus latini & vltra medium §. quid equidem, & tandem in literis vnionis Eugenij 4. his verbis *Spiritus ſanctus à Patre & Filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuam, ſuumque eſſe ſubſiſtens habet ex patre ſimul & filio, & ex vtroque æternaliter tanquam ex vno principio & vnica ſpiratione procedit.* Ex antiquioribus Conciliis nullum eſt, quod hoc punctum ita expreſſe deciderit; quamuis meo iudicio ſatis indicetur in Calcedonenſi Concilio vniuerſali 4. approbato. Nam in fine, vbi proponitur fides latinorum de Spiritu ſancto, ſic ſcribitur: *Spiritum verò ſanctum Deum non ingenitum, neque genitum, non creatum, ſed nec factum: ſed Patris & Filij, ſemper in patre & filio æternum veneramur, vnum tamen Deum, qui ex vno*, id eſt, non ex ſolo patre procedit, neque ex ſolo filio, cum dicatur à Concilio Spiritus Patris & Filij: ergo ex vno principio, quod ex patre, & filio in ratione ſpiratoris coaleſcit.

2. Idem dogma deducitur etiam ex Patribus, A Nazian. in ſermone Concilij Conſtantinopol. cuius verba refert D. Thom. opuſc. 1. cap. 32. tit. 25. vbi ait, *neceſſarium eſt credere ſanctam Trinitatem patrem ſcilicet ſine principio: Filium verò principium à Patre principio; Spiritum autem ſanctum cum principio filio vnum Deum eſſe*: in quibus verbis aduerte filium dici principium à patre principio, ſicut dicitur Deus de Deo, quia non eſt aliud, ſed idem principium: Item Spiritus ſanctus non dicitur principium, ſed vnus Deus, cum principio filio, qui vt idem eſſe principium cum patre ſignificaret, ſolum de principio filio meminit, præſertim cum iam ſupra dixiſſet illud eſſe principium à Patre principio. Idem Nazian. orat. 49. de fide & 37. de Spiritu ſancto, excludit in diuinis plura B principia & vnum tantum eſſe decernit: idem docet Athanaſ. orat. 5. contra Arrianos in princip. & orat. contra Gregales Sabellij ante medium Cyrill. Alex. lib. 12. theſaur. c. 5. ad initium. Hilarius lib. 6. de Trinitat. colum. 5. expreſſius Auguſt. lib. 5. de Trinitat. cap. 14. ait *Fatendum eſt Patrem & Filium principium eſſe Spiritus ſancti, non duo principia: ſed ſicut Pater & Filius vnus Deus, & ad creaturas relatiue vnus creator, & vnus Dominus, ſic relatiue ad Spiritum ſanctum vnum principium.* Item Iſidor. lib. 1. ſentent. de ſummo bono cap. 15. Anſelm. in Monolog. cap. 52. & latiſſimè in epiſtola de proceſſion. Spiritus ſancti cap. 10. in fine & cap. 11. ac. 16. Immo hoc ſolum ſignificare voluerunt patres, quando dixerunt Spiritum C ſanctum procedere à Patre per Filium, vel filium ſpirare propter Patrem ne duo eſſe principia indicarent, nam præpoſitio *per* & *ex* in præſenti dogmate idem ſignificant apud Patres vt in Concilio Florentino ſeſſ. 24. ad finem probauit Ioannes latinorum nomine teſtimoniis Leonis, Gregorij, Hieroymi, Ambroſij, & Auguſtin. & ſeſſio. 25. Georgius ſcholarius poſt medium & latius Beſſarion in oratione pro vnione cap. 6. quamobrem Eugenius quartus in literis vnionis ita decernit. *Declarantes quod id quod ſancti Doctores, & patres dicunt: ex patre per filium procedere Spiritum ſanctum, ad hanc intelligentiam tendit vt per hoc ſignificetur, filium quoque eſſe, ſecundum Græcos quidem cauſam: ſecundum latinos verò principium ſubſiſtentiæ Spiritus* D *ſancti: ſicut & Patrem*, & in ſacra pagina ſimiliter particula *per* ſæpe id ſignificat atque *ex*. Gen. 4. *poſſedi hominem per Deum*: id eſt ex Deo. Prouerb. 4. *per me reges regnant* id eſt ex me regnum habent: & de eodem Deo ait Paul. ad Roman. 11. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. In diuerſis etiam ſenſibus qui in eundem recidunt, dici poteſt, Spiritum ſanctum procedere à Patre per Filium, quia aliquo modo quaſi mediate, procedit à Patre, nimirum à Patre tribuente virtutem ſpiratiuam filio, procedit verò à filio per patrem, à quo filius accipit ſpirandi virtutem; ita bene declarauit Arſubal. 1. p. diſp. 129. cap. 2. num. 19.

3. Verum tam claræ definitiones Conciliorum, & locutiones ſanctorum Patrum adhuc

non coëgerunt omnes Theologos, quominus aliqui non ſine temeritate dicere auſi ſint de rigore, & proprietate ſermonis Patrem, & filium licet eamdem habeant virtutem ſpiratiuam, & eandem actiuam ſpirationem, non vnum, ſed duo eſſe principia: Ideoque Concilia non dixiſſe Spiritum ſanctum procedere ab vno principio, ſed à Patre, & Filio tanquam ab vno principio propter ſimilitudinem cum vno principio, in eo quod potentia ſpiratiua & actiua ſpiratio vnica ſit; ita Dur. in diſt. 29. quæſt. 2. & 3. Gregor. Arimin. in 1. diſt. 12. quæſt. 1. ad medium, à quibus non multum diſſentit Gabriel eadem diſt. 12. quæſt. 1. art. 1. concluſ. 2. & art. 3. dubitat. 1. moderans illorum opinionem in eo quod cum Eccleſia loquendum eſſe arbitretur, non in illo rigore, & proprietate, qua duo principia dici poſſent pater & filius: idemque indicat Alteſiodor. lib. 1. ſummæ cap. 3.

3. Hic tamen loquendi modus periculoſus eſt & temerarius: ita Canarien. 1. par. quęſt. 36. art. 4 in 2. par. comment. dubitat. 1. & 2. Suar. lib. 10. de Trinitat. cap. 7. num. 1. & communiter recentiores, vt teſtatur Didacus de Montoya de Trinitat. diſp. 7. ſect. 1. num. 14. eſt periculoſus ille loquendi modus, quia viam aperit exiſtimandi eſſe duas potentias ſpiratiuas, & duas ſpirationes actiuas; ſicut errandi occaſionem daret, qui licet fateretur vnam eſſe diuinitatem, & eſſentiam Dei, tres diuinas perſonas diceret tres Deos, quia ſunt tria diuina ſuppoſita; eſſet deinde temerarius, quia contra communem modum loquendi Theologorum cum magiſtr. in 1. diſt. 29. cap. 2. 3. & vltimo. Item diſt. 11. & 12. ac cum D. Thom. 1. par. quæſt. 36. art. 4. Conciliorum definitio ad improprium ſenſum diſtorquetur cum dictio illa *tanquam* rei veritatem, & proprietatem, non verò ſimilitudinem, vel impropriam denominationem importet in illis Conciliorum verbis *tanquam ab vno principio*; quam vim ſæpè habet in ſacra pagina, vt ad Hebræos 3. *Moyſes tanquam famulus, Chriſtus vero tanquam filius in domo ſua.* 2. Corinth. 5. *pro Chriſto legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos*: idem de hac dictione aduertit Geminianus hoc loco nu. 3. Philip. Franc. 2. eandemque dictionis vim agnoſcunt Doctores in Clem. vnica. §. Porro eod. tit. Alex. conſil. 30. lib. 4. Bart. in l. omnes populi quæſt. 6. principali Bald. conſil. 492. num. 2. volum. 1. Gloſ. in cap. cum pro cauſa de ſentent. excommunicat. Ioann. Andr. in cap. cum ſicut de conſecr. Eccleſ. probaturque ex l. 1 ibi *tanquam adulationem* C. de hæred. inſtitut. l. 9. ſi familia. ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. 11. Item Mela §. ſi plures ff. ad l. Aquil.

4. Probatur igitur textus ſic intellecti deciſio. Primo ex ſacris literis; In quibus Spiritus ſanctus, prout ſignificat tertiam Trinitatis perſonam, appellatur ſpiritus Dei, vel ſpiritus Domini, vel ſpiritus, qui ex Deo eſt loca prætermitto, quia paſſim occurrunt: ſed hæc loquendi forma oſtendit Spiritum A ſanctum non ordinari ad Patrem, & Filium quatenus diſtincti ſunt, ſed quatenus ſunt vnus ſpirator: Ergo Pater & Filius ſunt vnum principium ſpiratiuũ, ſicut ſunt vnus Deus. Ita loquitur Athanas; qui dialog. 1. de ſancta Trinitat. contra Anomęum poſt medium ait, *Hypoſtaſis Spiritus ſancti proprium eſt ſpiritum Dei ſanctum eſſe*, & Dialog. 2. col. penult. *Deus*, inquit, *fons eſt Spiritus ſancti & author eiuſdem.* Similiter Baſil. lib. vnico de Spiritu ſancto & lib. 5. contra Eunom. Secundo ratione idem oſtenditur in qua patres & ſcholaſtici Doctores conueniunt: nam ſubſtantiuum nomen non multiplicatur, niſi illius forma ſignificata multiplicetur; ideo enim tres perſonæ non ſunt tres Dij, quia diuinitas quæ eſt forma ſignificata per nomen B ſubſtantiuè *Deus*, vna eſt: ſed ratio principij in Patre & Filio eſt vna: vna enim eſt potentia ſpiratiua, vnaque ſpiratio actiua & eadem relatio ſpiratoris patri & filio communis vt definit noſter textus & Concil. Florent. ſupra citatum & latius probant de potentia ſpiratiua Suar. lib. 10. de Trinit. cap. 5. & de ſpiratione ſeu relatione ſpiratiui, idem Suar. lib. 5. cap. 4. Didacus de Montoya de Trinitat. diſp. 18. ſect. 2. & 3. & ratio eſt illa, quam in notat. 3. tetigimus, quia tota multiplicatio in diuinis eſt propter oppoſitionem: ſed inter patrem & filium in ratione ſpiratiui non datur oppoſitio: ergo neque multiplicatio virtutis ſpiratiuæ ſeu ſpirationis actiuæ. Atqui hæc vnica forma per nomen *principium* ſubſtantiue C ſignificatur: ergo reſpectu patris & filij non magis debet multiplicari quam hoc nomen Deus.

Tertio ſpeciatim ſuadetur hanc fuiſſe mentem Conciliorum quando dixerunt, Spiritum ſanctum procedere ex patre & filio tanquam ab vno principio. Nam Græci ea potiſſimum ratione admittere detrectabant Spiritum ſanctum procedere à filio: quia cum pater, & filius ſint duæ perſonæ, inde inferri putabant duo eſſe Spiritus ſancti principia, & in hoc errore latinos verſari arbitrabantur; ſi ergo Concilium Lugdunenſe per illud aduerbium *tanquam* improprietatem, & ſimilitudinem vnius principij ſignificaret, non ſolueret argumentum Græcorum, ſed improprij ſermonis D refugio deluderet, & reuera dicere poſſent Græci propoſitionem illam, quam latinis obiiciebant, vt erroneam in toto rigore ſermonis à latinis defendi, vt veram: nam quotieſcumque dictio *tanquam* ſimilitudinem, & improprietatem ſignificandi importat, non excludit in proprio & rigoroſo ſenſu verificari contrarium eiuſdem dicti, verbi gratia quando Regius pſaltes dixit *ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te*, pſalm. 38. quia illud *tanquam* ſimilitudinem, ſignificat; in rigore, & abſolutè verum eſt oppoſitum quod ſubſtantia Dauidis ſit aliquid ante Deum; ſimiliter ergo verum eſſet in ſenſu rigoroſo, & abſoluto duo eſſe Spiritus ſancti principia. Quod tamen nullo modo admiſiſſe vnquam patres latinos docet Florent. 5

Florent. ſeſſ. 25. colum. 5. §. quibus latini, vbi profeſſio fidei data ad Græcos ſic habet. *Quoniam Græci ſuſpicantur nos duo principia, duaſue cauſas in Trinitate profiteri: idcirco hanc habentes ſententiam anathemate damnamus, quandoquidem ipſi credimus, Patris, & Filij operationem, poteſtatemque mittendi vnicam Spiritus ſancti cauſam eſſe, itavt filius non ſit diuerſum à patre principium*; cauſę vocabulum hic ita eſt interpretandum Græcorum more, vt non inuoluat efficientiam, nec dependentiam cauſati; ſed rationem principij, & originem procedentis ſignificet. Idem docuerat Ioannes latinorum nomine in præcedenti ſeſſion. 24. vltra medium his verbis. *Duabus perſonis vnica poteſtas ſpirans, & mittens exiſtit, quæ quamuis vnica miſſio, & cauſa ſit, à patre tamen præcipuè creditur eſſe à quo filius eandem ipſam facultatem habens vnà cum Patre principium vnicum eſt*, & hinc eſt, quod dictio *tanquam* non legitur in narratione diſſidij inter Græcos & Latinos, quæ ponitur ante decretum Eugenij quarti in literis vnionis. Neque in ſententia Orientalium & Occidentalium Patrum, quæ à Baſſarione in oratione pro vnione cap. 8. refertur.

6. Confirmatur præcedens ratio. Nam quando hæ particulæ *tanquam, quaſi* & *ſicut* reduplicant rationem formalem, & cauſam reddunt alicuius dicti, improprietatem, aut ſimilitudinem non inuoluunt: ſed proprium, & rigoroſum ſenſum: vt in ſacræ paginæ citatis teſtimoniis videre eſt, & in illo Ioann. 1. *Gloriam quaſi vnigeniti à patre*: in quem ocum Maldon. ex Auguſt. Ambroſ. Gregor. Chryſoſtom. Theophil. & Euthym. præcedentium dictionum proprietatem non ſimilitudinem ſignificantium vim exponit; eo modo, quo vulgo dicimus; fecit tanquam vir bonus; reſpondit ſicut ſapiens doctor; quando enim rationem reddimus, cur bene fecerit, & bene reſponderit, nempe quia bonus vir, & ſapiens Doctor erat, non per ſimilitudinem, ſed per proprietatem loquimur, ſed ita accipienda eſt in citatis Conciliis dictio *tanquam*; ergo, &c. probatur minor, nam Concilia voluerunt ſignificare Spiritum ſanctum procedere quidem à perſonis, quæ inter ſe realiter diſtinguuntur: à Patre ſcilicet, & filio; non tamen procedere per id per quod diſtinguuntur tanquam per rationem, & principium *quo* ſuę proceſſionis: ſed quatenus vnam ſpirandi virtutem, & eamdem ſpirationem actiuam participant; & ideo addiderunt dictionem *tanquam*, id eſt quatenus, in tantum, vel ea ratione, qua vnum principium ſunt: quod magis datur intelligi ex eo quod, vnicam eſſe ſpirationem ſimpliciter, & abſolutè affirmarunt.

7. Rogabis tamen pro quo ſupponit hoc vnum principium Spiritus ſancti? non enim facile apparet pro quo ſupponat; quoniam non ſupponit pro eſſentia: quia eſſentia nec generat, nec ſpirat, vt in ſuperiori notatione diximus: neque pro virtute ſpirandi, ſpiratione actiua vel relatione ſpiratoris nolla enim ex his eſt principium ſpirans vt quod: quia non eſt ſoppoſitum: nec denique conce- A di poteſt aliquod ſuppoſitum commune Patri, & Filio, ne contra Trinitatis myſterium quarta admittatur perſona, duabus primis communis, erit enim apertus error vt notat Molin. 1. par. quæſt. 36. artic. 4. diſp. 2. poſt medium §. denique. Si quis primo dicat ſupponere pro Patre ſimul, & filio, ſequitor iam non eſſe vnum principium ſimpliciter vera, & propria vnione, ſed collectiua, quod contra Ioachimum ſuperiori notatione vt hereticum damnatur reſpectu deitatis: ergo etiam reſpectu principij ſpirantis eadem cenſura damnabitur, qui plura principia ſolum collectiua vnitate coniuncta admiſerit; quamobrem inter varias reſponſiones, B quę ad hanc difficultatem afferuntur à Suario lib. 10. de Trinitat. cap. 7. num. 4. illa mihi non placet, quę aſſerit nomen principium habere vim termini collectiui, & ideo ſupponere pro patre ſimul, & filio, refertur que pro hac reſponſione D. Thom. 1. par. q. 36. artic. 4. ad argumenta, illamque in aliquo ſenſu probat idem Suar. num. 6. in fin. Verum neque D. Thom. reſpondendo ad argumenta vnquam meminit termini collectiui, neqoe hæc ſolutio poterat cohærêre cum doctrina, quam tradidit in corpore articuli: videlicet nomen principium ſignificare proprietatem per modum ſubſtantiui, quæ proprietas ſpirandi cum vna eademque ſit in patre, & filio, attento formali ſignificato huius nominis, nullam inducit colle- C ctionem, neque pro patre, & filio ſupponit vt faciunt vnum principium collectiuè: quia alloqui particula *tanquam* in noſtro textu non propriè ſed ſimilitudinariè intelligenda eſſet; quia non propriam vnitatem principij ſignificaret, ſed impropriam, quod ſatis ſtendi, falſum eſſe.

Reſpondeo igitur nomen principium ſpiritus ſancti, comparatione Patris, & Filij eodem modo ſe habere atque nomen Deus, comparatione trium perſonarum: vnde ſicut Deus ſupponit pro ſubſiſtente in diuinitate, ita principium ſpirationis ſupponit pro ſubſiſtente in virtute ſpirandi: vtrumque verò ſupponit, partim determinatè, ſingulariter, ac diſtinctè, quantum ad formale: ſignificacatum: partim commoniter, vage, & indiſtinctè quantum ad materiale, quod concer- D nit: ita docet Alexand. 1. par. quæſt. 79. memb. 3. art. 3. D. Thom. citato artic. 4. ibidemque expoſitores D. Thom. immo & Suar. citatus num. 6. initio & lib. 4. cap. 14. Probatur quia hac ratione in omni rigore, & proprietate dicitur vnum & idem eſſe principium Spiritus ſancti, quamuis duæ ſint perſonæ ſpirantes. Nam relatio ſpiratoris eſt vltima ratio conſtituens & complens principium productiuum Spiritus ſancti *vt quo* cum voluntate, & amore diuino, non tamen eſt totale principium, *vt quod*, quia relatio ſpiratoris non conſtituit ſuppoſitum, quod ſit Patri & Filio commune: ſed illa duo ſuppoſita conſtituta ſupponit, ergo id quod de materiali dicitur, eſt ſubſiſtens in ea virtuta ſpirandi abſtrahens, ab eo quod ſit pater, vel filius, & ab eo quod ſit vnum, vel 8.

plura ſuppoſita, ideoque hæ materialis A ſuppoſitio quoad materiale, quod concernitur, eſt communis, indeterminata, & confuſa. Prima pars antecedentis, quamuis non admittatur à Suar. qui lib. 5. c. 8. n. 10. c. 4. n. 5. & c. 5. n. 5. & 6. ait relationem ſpiratoris, neque vt formalis eſt ratio, neque vt conditio, ad principium ſpiratiuum pertinere, ſed reſultara ex actu ſpirandi, & completum principium ſpiratiuum ſupponare, noſtra tamen ſententia eſt Magiſtri, Alenſis, Alberti, Richardi, Carthus. D. Thom. Ocham. Gabriel. & Durand. quos ſequuntur & referunt recentiores, alij alios: Molin. ad illum artic. 4. diſp. 2. poſt med. Canarienſ. ibidem par. 1. comment. poſt 3. concluſ. Valent. de Trinitat. quæſt. 10. punct. 5. Vaſq. diſp. 149. cap. 4. Nazarius eod. B artic. 4. controuerſ. 2. in argum. ſolution. §. reſpondetur falſum; Didacus de Montoya de Trinitat. diſp. 70. ſect. 4. num. 7. & eſt conſequens ad id quod ootat. 3. diximus requiri diſtinctionem inter principium producens & terminum productum: ſed antequam intelligatur relatio ſpirationis, non intelligitur diſtinctio inter Spiritum ſanctum & duas priores perſonas: ergo non poteſt intelligi principium ſpiratiuum completum ante relationem ſpiratoris.

9. Confirmata noſtri textus reſolutione ex textu & Gloſſa, aliqua aduertenda ſunt, & in primis dico merito additam fuiſſe illam notatiunculam marginalem, quæ Gloſſæ rationi fidendum non eſſe monet. Etenim ex C eo quod opera Dei ad extra ſint inſęparabilia, & ex eo quod vna ſit eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura diuina; non ſequitur filium eſſe principium Spiritus ſancti, & Patrem cum Filio eſſe idem principium ſpirandi, nam ad proceſſiones ad intra non concurrunt omnes perſonæ inſeparabiliter, ſicut ad actiones ad extra; neque ad eſſe principium ad intra ſufficit participare eandem naturam dioinam; quia alioqui neque ſolus pater generaret, neque ſolus filius, & pater ſpirarent: declaratio igitur illius legis 2. ibid. citatæ, Cod. de ſumma Trinitat. petenda eſt à doctrina quam notatione tertia tradidimus: breuiſſima verò ratio, cur non excludatur filius quando dicitur Spiritus ſanctus à Patre ſpirari in illa l. ibi, *Spiritum ſanctum, quem à ſummo rerum parente ſperamus*, eſt quia pater filio comuni- D cat omnia præter paternitatem, & conſequenter eandem ſpirandi virtutem illi tribuit, per quam Spiritus ſanctus procedit.

10. *Fideli ac deuota* concordat non modo cap. firmiter eod. tit. & cap. dubius de hæreticis: ſed eiſdem verbis incipit l. 2. fideli deuotaque C. de iis qui ad Eccleſ. confugiunt. Gloſſ. verbo fideli, Archidiac. num. 1. dicunt. verbum *fideli* pertinere ad mentem; verbum verò *deuota* ad exteriores actus: addunt Archidiacon. & Ioann. Andr. num. 1. deuotam dici confeſſionem, quia de voto neceſſitatis ad illam tenetur chriſtianus, probant ex §. hac eum honoris 1. quæſt. & cap. 1. de conſecrat. diſt. 4. Verum neque allegatio quicquam facit ad deuotionem confeſſionis, naquebene explicantur illa duo verba, quæ duos actus deſignant, quibus hæc exterior fidei confeſſio à patribus Concilij facta eſt, nempe fidei, & religionis. Nam à fide dicitur fidelis confeſſio alicuius myſterij de fide diuina crediti, item à deuotione deuota nominatur, & quod interior fides in intellectu antecederet externam illam fidei profeſſionem, conſtat, quia ex hoc etiam capite dicitur fidelis: id eſt vera & conformis interno mentis aſſenſui, quo grauiſſimus ille patrum conſeſſus totius Eccleſiæ catholicæ mentem in hoc puncto explicauit. Deinde vt oſteoderet, quia animi promptitudine ad Dei famulatum procliui id faciebat, ſuam hac in re deuotionem adiunxit: eſt enim deuotio *voluntas quadam prompte tradendi ſe ad ea qua pertinent ad Dei famulatum*, vt definit D. Thom. 21. quæſt. 82. artic. 1. in corpore, & eſt vnus ex actibus, qui ſpectant ad religionis virtutem, vt idem D. Thom. artic. 2. docet. Hanc deuotionem ſic deſcripſit Auguſt. lib. de ſpirit. & anim. cap. 5. *deuotio eſt pius & humilis affectus in Deum: humilis ex conſcientia infirmitatis propria, pius ex conſideratione diuina clementia*. In qua quidem deſcriptione, actus deuotionis duobus aliis actibus diuerſarum virtutum, ſcilicet humilitatis, & pietatis ſtipatum agnoſcite, cum enim deuotio ſit voluntaria promptitudo ad Dei cultum, & ſeruitium, frequenter cum actib. aliarum virtutum permiſcetur, ſicut in præſenti textu fidei confeſſionem comitata eſt.

Æternaliter. Hoc aduerbium principium 11. C durationis, non originis à proceſſione Spiritus ſancti excludit, quamobrem obiectioni, quam hic opponit Gloſſa Geminian. & alij facilius ſatisfacies, quam ſi ſolutionem Gloſſæ adhibeas; obijcitur enim, Trinitas dicitur vnum vniuerſorum principium: ergo in Trinitate non eſt æternitas, quia hæc excludit principium, reſpondet Gloſſa eſt principium principians, non principiatum, vt referatur principium ad res creatas, non ad ipſam diuinitatem: ſed contra, quia etiam reſpectu perſonæ filij, & Spiritus ſancti in Trinitate eſt principium principiatum, quia filius eſt principium ad intra, & ad extra, Spiritus ſanctus etiam eſt principium ad extra, & tamen vtraque perſona habet principium, ergo non eſt ſufficiens ſolutio: erit D tamen ſi dicas per illud *æternaliter* oſtendi proceſſionem Spiritus ſancti initium durationis excludere non ſuę originis principium, quamuis verum ſit quod Trinitas dicatur principium vniuerſorum, quia omnes creaturæ ab ea ſuæ productionis initium traxêre.

Propter irrefragabilis præmiſſa veritatis ignorantiam. Poſtquam catholica veritas de Spiritus ſancti proceſſione definita eſt, errores oppoſiti damnantur. Veritas verò definita irrefragabilis dicitur, quia nullus fidelium illi reſiſtere ſeu repugnare volet, ſicut irreuocabilis dicitur donatio, quæ reuocari non valet, l. 34. ſi pater ff. de donationibus, & irrecuſabilis oecaſio dicitur quæ recuſari, ſeu euitari nequit l. 13. properandom C. de iudiciis §. ſui autem: eodem igitur modo irrefragabilis

eſt fidei

eſt fidei veritas, id eſt incontradicibilis, & irretractabilis vt declarat Archidiacon. numero 4. & habetur idem verbum in cap. irrefragabili conſtitutione de offic. iudic. ordinar. quamuis non eandem, quoad reſiſtentiam, & immutabilitatem humana conſtitutio habeat, ac diuina veritas. Etenim diuinæ veritati, neque fidelis poteſt refragari, neque ſemel ab Eccleſia definita poterit retractari, vel mutari: ideo ſententia tam latinorum quàm Græcorum rectè ſentientium cum Eccleſia vniuerſali omnium magiſtra, qualis eſt Romana, immutabilis perhibetur, idcircoque non magis ad id credendum, & immutabiliter retinendum tenentur ſummi Pontifices ad quos ſpectat fidei veritatem declarare, & dubia decidere, quam reliqui fideles. B Ne quis igitur ignorantiam prætexeret, & erroribus via præcluderetur, oppoſitum præmiſſæ definitionis damnatur. Verum aduertendum eſt, quod ignorantia errorum ſit mater, vt bene docet Gloſſa verbo ignorantiam ex cap. ignorantia diſtinct. 34. additque, quod in his non excuſet ignorantia, quæ propoſitio ſine declaratione & moderatione vera non eſt, nam quando ignorantia, maximè quæ inculpabilis præſumitur, facit cadere in errorem, ille qui probat ſe ignoraſſe id quod confeſſus eſt, admittitur ad reuocationem confeſſionis, ex quo ignorans erat, & probato errore reuocari poteſt confeſſio iuxta cap. final. de confeſſion. vt notauit Geminian. numero 6. & qui ſine contumacia in C errorem fidei incidit, ex ignorantia excuſatur ab hæreſi vt ſuperiori notat. diximus. Denique quod ignorantia ſæpè ab hæreſi excuſet, & conſequenter à pœnis contra hæreticos latis, docent complures quos diligenter conquiſitos retulit Pegna in direct. 1. par. in quæſtionem ſextam comm. 22. & poſtea regulas tradit ex quibus cognoſci poſſunt caſus in quibus ignorantia excuſare, vel non excuſare exiſtimetur: erit tamen vera Gloſſa ſi intelligatur de ignorantia Iuris diuini neceſſarij ad ſalutem: In iis enim ſine quibus non eſt ſalus, ignorantia diuini iuris non excuſat ignorantem: ita docet Turrecrem. ſic exponens §. notandum Gratiani 1. quæſtione 4. & ad idem referens auctoritatem D. Auguſtin. in Enchirid. vnde ſumitur textus qui à Gloſſa allegatur in cap. D in ipſorum 22. quæſtione ſecunda & hoc ſolum probant cap. ſi cupis eadem quæſtione & cap. qui ea diſtinct. 38. quæ ibidem citantur vt notat Archidiac. numero 4.

13. *Qui negare præſumpſerint.* Hic affert textus verbum *negare* inſeruiens propoſitioni negatiuæ, quæ reſpondet interno mentis diſſenſui, infra vtitur verbo *aſſerere* ſpectans ad propoſitionem affirmatiuam & declarans intellectus aſſenſum, vtroque enim modo propoſitiones contra veritatem fidei definitam damnantur, quia vtroque modo contra illam erratur, in externis propoſitionibus, & in internis actibus intellectus deliberatis. Verum quærit Gloſſ. verbo *aſſerere*, an qui nec aſſerit, neque negat, ſed ſolum tacet, conſentire videatur? & pro parte negatiua quod ſcilicet non conſentiat, adducit cap. ne quis vt. quæſt. 2. vbi dicitur, verum occultare, non eſſe falſum dicere. Item cap. is qui tacet de regul. iur. in 6. & l. qui tacet ff. eod. tit. Reſoluitque, licet non verbis, tamen ex mente iudicari hæreticum, quod intelligitur in foro conſcientiæ, & apud Deum, id enim ſolum probant textus ibidem allegati: & ſane quamuis reſolutio vera ſit, tamen non exhaurit difficultatem; immò directè non reſpondet ad illam: ſuppono enim quod neque verbis, neque mente quis neget ſeu aſſentiatur propoſitioni de fide à Concilio traditæ, quid in hoc caſu dicendum? exiſtimabitur dubius in fide, & conſequenter hæreticus, vel peccabit contra præceptum recipiendi, & confitendi fidem? de hoc ſecundo reſpondeo facile, ſi occaſio & opportunitas temporis poſtulet fidei confeſſionem, & obliget fidelem pro tunc actum fidei exercere, omiſſio confeſſionis erit contra præceptum, & lethalis, quamuis ſtare poſſit ſine errore interno contra fidem: omiſſio tamen recipiendi fidem in infideli contra fidem eſt, & ad infidelitatis vitium ſpectat, de quo in quæſtione vltima ſequentis diſput. latior dabitur diſſerendi locus. De illa vero difficultate primo modo conſiderata diſputari ſolet in cap. 1. de hæret. & nonnihil dicemus occaſione declarandi ſequentem Clement. eod. tit.

Clementina vnica de ſumma Trinitate Exponitur

NOTATIO XI.

IN tres partes diuiditur textus, ſingulisque præfigitur ſumma; in vnam ſic reſumi poteſt. 14. Vnicus Dei Filius in omnibus diuinitatis perfectionibus cum patre æternaliter ſubſiſtens noſtram humanitatem ex rationali anima, & verò corpore paſſibili compoſitam aſſumpſit: de virgine natus, cruci affixus, & pro noſtra ſalute mortuus, & perforato lancea corpore ſanguinem, aquamque emiſit, vt virgo ſancta mater D Eccleſia è noui Adami morientis quaſi dormientis latere Eua altera in coniugem formaretur. Rationalis anima vera eſt humani corporis forma. Baptiſma eſt vnum ſicut eſt vnus Deus, & vna fides: per illud paruulis informantem gratiam & virtutes infuſas quoad habitum non pro illo tempore quoad vſum conferri probabilior ſententia docet. Porro hic textus vna eſt ex conſtitutionibus quas Clemens Quintus in Concilio Vienneſi primo promulgauit: fuit hæc ſynodus œcumenica decimoquinta, anno 1311 celebrata: cuius non extant niſi fragmenta quædam quæ in 3. Concil. tomo, par. ſecunda ſtudioſe collecta referuntur. Multa quæ in hoc capite attinguntur, habentur in cap. fir-

miter ibique iam explicata require. Hoc enim loco ſolum exponam quæ ampliore indigent declaratione, ibidemque tacta non ſunt.

2. *Fidei catholicæ fundamento.* Alludit ad locum Pauli 1. Corinth. 3. numero 11. *fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Concordat cap. cum Paulus 1. quæſtione 1. & cap. veniens finale de preſbytero non baptizato: fundamentum ergo Eccleſiæ, ſeu cuiuſque fidelis in ea Chriſtus eſt, quia nimirum fides Chriſti ſaluatoris noſtri & doctrina Euangelica, fundamentum eſt totius ædificij ſpiritualis, hæc verò fides eſt præſertim, quæ per dilectionem operatur, vt hic notant Anſelmus & Gregor. lib. 7. epiſtol. 47. hoc fundamentum ſe poſuiſſe dixit Apoſtolus, & ad locum Eſai. cap. 28. numero 16. reſpexiſſe Apoſtolum docuit Tertull. lib. 5. contra Marcion. cap. 6. *Nunquid ipſe tunc Paulus diſtinebatur de Iudæa, ideſt de Iudaiſmo auferri habens, in ædificationem Chriſtianiſmi poſitum vnicum fundamentum quod eſt Chriſtus? qui & de hoc per eundem prophetam creatur; Ecce, inquit, ego iniicio in fundamenta Sionis lapidem pretioſum, honorabilem, & qui in eum crediderit non confundetur.* Quia tamen Apoſtoli etiam Eccleſiæ fundamenta perhibentur non modo hoc loco Eſai. ſed etiam pſalm. 86. numero 1. Apocalipſ. 21. numero 19. ideo D. Auguſtin. in pſalmum citatum Chriſtum fundamentorum fundamentum dixit: hanc quidem lapidum ſtructuram interprete Hieronymo prædixit Zachar. cap. 9. numero 16. *lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius*, addit verò Hieronymus, *eleuantur enim, cum ſuperſtruuntur lapidi viuo Chriſto Domino.* Immo & ipſi fideles hac etiam de cauſa dicuntur à D. Paulo *ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu*, ad epheſ. 2. num. 20. cui concinit D. Petrus epiſtol. 1. cap. 2. numero 5. vna tamen hac in re ſupereſt difficultas: nam ſi Chriſtus fundamentum eſt cui Apoſtoli primum & poſtea reliqui fideles tamquam lapides viui ſuperædificantur, qua ratione idem Dominus lapis eſt angularis, qui factus eſt in caput anguli? iuxta pſalm. 117. numero 22. ad quem alludit ipſe ſeruator Matth. 21. numero 42. etenim fundamentum in imo ponitur, lapis angularis in ſummo. Vnde Villalpandus in Ezech. tom. 2. lib. 5. diſp. 2. cap. 34. ſummum, & angularem lapidem eum eſſe teſtatur qui duos parietes, meridianum & aquilonarem in ſummo templi faſtigio totum tympanum continebat, connectebat exornabat, vt Chriſtum ſignificaret, qui vtrumque populum Iudæum, & gentilem in vnam ſui fidem coniunxit, vt docent Cyprian. Origen. Chryſoſtom. Fulgent. Auguſtin. Theodor. & alij relati à Pineda cap. 38. in Iob. verſic. 6. numero 11. Iuſtiniano in epiſtol. ad epiſ. cap. 2. verſic. 20. numero quarto,

A ex quibus ſolùm Chryſoſtom. & Auguſtin. verba adducam quæ difficultatis propoſitæ ſolutionem dabunt: ſic enim Chryſoſt. in locum Pauli ad Epheſ. citatum, *Lapis angularis & parietes continet, & fundamentum, in quo vniuerſum ædificium, vide quomodo ipſum coniunxerit, vt qui aliquando quidem totum corpus ſuperne contineat, ac comprehendat, aliquando autem inferne portet ædificium & ſit radix.* Auguſtin. verò in pſalm. 86. ita loquitur, *ergo fundamentum & lapis angularis ipſe eſt ab imo ſurgens: ſi tamen ab imo: etenim origo fundamenti huius ſummitatem tenet, & quemadmodum fundamentum corpore fabricæ in imo eſt, ſic fundamentum ſpiritualis fabricæ in ſummo eſt.* Itaque ex Chryſoſtomo B habes quod Chriſtus vtrumquè præſtet, quia ſuæ Eccleſiæ & fundamentum eſt, & caput. Hanc reſponſionem prius tetigerat Auguſtin. loco citato, quod diuinitas Chriſti non adſtringitur loco & totum poteſt eſſe in ſimilitudinibus, quia nihil eorum eſt in proprietatibus, poſtea verò ſubtiliorem aliam excogitauit rationem, & huius ſpiritualis fabricæ fundamentum, & caput collocat in ſupernis; ibi enim totam noſtram fidem ſubniti ſequenti diſputatione de cauſa illius materiali, & formali differentes oſtendemus.

Præter quod. Cardinalis numero primo, 3.
ait particulam *præter* hic poni excluſiuè. Ægidios Bellamer. numero 15. diſtinguit, C dicitque ſi illa dictio reſpiciat quod ſequitur, poni excluſiuè, ſi verò reſpiciat, quod præcedit poni incluſiuè. Ego verò non video, qua ratione componi poſſit directa conſtitutio orationis niſi dictio *præter* reſpiciat illud quod præmittitur, & ad quod dictio relatiua *quod*, cui coniungitur aduerbium *præter*, refertur nempe ad fundamentum, cui mater Eccleſia innititur, & cum omne aliud fundamentum excludadatur, neceſſario incluſiuè hoc exceptum, & reſeruatum intelligitur: niſi ſignificare velit Zabarrell. vt exiſtimo, excluſiuè explicandam illam dictionem *præter* quia excipit & excludit aliquid ab vniuerſali diſpoſitione,, quamuis illa excluſiua ſit. Pono exemplum in cap. adijcimus 16. quæſt. D 1. vbi Leo Papa iubet vt nullus audeat prædicare ſiue laicus ſiue Monachus præter ſacerdotes Domini: diſpoſitio eſt excluſiua ab officio prædicandi, quæ ſolum hoc munus reſtringit ad omnes Domini ſacerdotes tanquam huius officij proprios miniſtros, quæ reſtrictio dici poteſt exceptio, & excluſio ab illa generali diſpoſitione, & in hoc ſenſu vera eſt opinio Zabarellæ, ſimiliter declaratur eadem dictio quotieſcumque diſpoſitio eſt vniuerſalis excluſiua, & dictio præter excipit caſum ab illa vniuerſali diſpoſine, ita in cap. piæ mentis 16. quæſt. 7. cap. de occidendis 23. quæſt. 5. cap. final. de tempor. ordin. cum ſimil.

Cæterum hæc dictio *præter* vt docent 4.
multi, & vt teſtatur Ægid. citatus proximè,

fmè, intelligitùr de ſua natura excluſiuè & probant ex l. 1. ff de pignor. action. in fin. item ex l. nullus ff. de diuort. & cap. dudum in fin. de elect. denique addunt rationem, quia ſi de ſua natura non excluderet, fruſtra poneretur, verbi gratia, ſi quando aliquis legat omnes libros ſuos præter Decretum, fruſtra additur illa dictio ſi liber decreti etiam includitur in legato cum reliquis libris. E contra Anton. Angel. in tract. de dictionibus aſſerit hanc dictionem de ſua natura intelligendam eſſe incluſiuè. Probat ex l. 11. ff. de pignor. action. l. final cùm ibi notatis ff. de procurat. & ponit exemplum: nam ſi teſtator legauerit centum aureos alicui præter fundum, fundus quoque cenſetur legatus per l. Sæio §. vxori ff. de ann. & menſt. legat & ibi Bartol. Item Iaſon. in l. ſi ita legatum in princip. num. 3. ff. de legat. primo: & confirmatur quia æquiualet dictioni vltra vel ſupra, quæ incluſiuè eſt interpretanda, vt docet Bald. in l. ſi vltra, num. 2. ff. de fideiuſſ. Iaſon. in l. diuortio 9. quod in anno, num. 9. ff. ſolut. matrim. Cardinal. Mantic. de coniect. vltimar. volunt. lib. 9. titul. 3. num. 32.

5. Neutra tamen ex his ſententiis vera eſt in hac vniuerſalitate, nam dictio *præter* ſecundum ſuam naturam conſiderata aliquando exceptionem facit à generali diſpoſitione textus: aliquando non excipit, ſed auget diſpoſitionem, & in hoc caſu æquipollet dictioni *vltra* vel ſupra. In primo euentu ſi generalis diſpoſitiu ſit affirmatiua, ſeu poſitiua, dictio, *præter* ſe tenet excluſiuè, ſi verò diſpoſitio textus ſit negatiua, ſeu excluſiua, tunc interpretanda eſt incluſiuè, niſi velis loqui cum Zabarella, qui exceptionem à diſpoſitione negatiua & excluſiua intelligit eſſe excluſionem ab vniuerſali textus diſpoſitione, quod in idem recidit vt ſupra oſtendi in noſtro textu, & in aliis: in ſecundo caſu cum nulla detur diſpoſitionis exceptio pronum eſt, vt per incluſionem, ſeu additionem intelligatur dictio *præter*; ſuperadiungit enim rem, quæ præponitur alteri diſpoſitioni; & hoc probant tantum iura à duabus ſententiis oppoſitis adducta: vnaquæquè enim per ſe nimis reſtringit naturalem & propriam dictionis ſignificationem: noſtram ſententiam tuetur Rebuffus in l. 22. plus eſt, ff. de verbor. ſignificat. quatenus ait dictionem *præter* includere, quando ſequitur orationem negatiuam, ſed poſt affirmatiuam excludere & probat ex gloſſ. in cap. Ebron. 13. quæſt. 2. Bald. in cap. dudum ſecundo de electīon, & ex ſequenti regula, quam tradit (de qua ſtatim) colligitur illum non exiſtimaſſe ſemper intelligendam eſſe incluſiuè dictionem *præter* quando ſequitur orationem affirmatiuam: ſed tunc poſſe ita explicari: quod non eſt quando negatiuam ſequitur diſpoſitionem, tunc enim ſemper exceptio à negatiua excluſione facit particulam intelligi incluſiuè, licet Romanus conſil. 328. n. 1. loquendi modū Zabarellæ ſequatur, & dicat quando dictio *præter* orationi iungitur negatiuæ, ſemper excluſiuè eſſe intelligendam, id eſt non includi rem quę ſequitur dictionem illam in propoſitione negatiua, ſed cum de re conſtet, de modo loquendi minus curandum eſt, exempla varia ex vtroque iure affert Romanus.

Rogabis tamen quæ regula verior, & vniuerſalior ſit vt cognoſcamus quando dictio *præter* excipit, & quando auget, ſeu addit, vt priori modo excluſiuè, poſteriori incluſiuè explicetur. Ad prędictam difficultatem reſpondeo primo illam eſſe regulam vniuerſaliorem, & veriorem, nimirum: quando dictio *præter* adiicitur alicui, quod eſt de genere præcedentium in quib. comprehendatur, tunc excludit: quando verò non eſt de genere illorum de quibus procedit, neque cum illis tacitè intelligitur in diſpoſitione, tunc includit, & ſignificat idem, quod vltra: ita Bartol. & cum eo Doctores communiter in l. 1. ff. de pignorat. action. in fin. & in l. ſi cum §. qui iniuriarum ff. ſi quis cautionib. &c. Iacob. de Aretio, & Imol. in l. qui bona §. ſi quis ff. de dam. infect. Rip. in cap. cum M. 13. notab. de conſtit. Barba. hoc loco colum. 1. Zabarell. ibidem colum. 1. numero 2. Roman. conſil. 328. poſt initium, Rebuff. vbi ſupra, Panormitan. in cap. literas de pręſumptionib. column. penultim. Hoſtien ibidem & Felyn. in fin. Cyn. Bald. Salycet, & alij in l. actione ff. de tranſaction. & plures alij quos refert Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſ. 11. numero 72. Probatur prima pars primo; nam ſi quis dicat, do tibi meum corpus Iuris, præter codicem, ſanè tomus codicis excluditur in hac donatione, quia eſt de genere eorum, quę ſub donatione comprehenduntur: talis eſt caſus teſte Bartolo l. nam quod liquide, §. final. ff. de pen. legata & vt ait Romanus l. quærebatur, verſic. vtrum autem, ff. de teſtamen. milita. l. Lucius §. filiam ff. ad Trebellian. cap. literas citat. de præſumpt. item adde l. 39. cum ex filio ff. de vulgar. & pupillar. ſubſ. & ſimiles, in quibus omnibus excluſiuè eſt intelligenda dictio *præter*. Secundo probatur ratione quia quando hæc dictio præponitur rei de genere eorum de quibus procedit communis diſpoſitio, & de ſua natura iam in illa includebatur, niſi exceptio fieret, fruſtra poneretur: immo ſolum ad obſcurandam diſpoſitionem inſeruiret, nam ſi quis ita legaret; relinquo omnes meos libros præter corpus Iuris Petro, illud *præter* excipit corpus Iuris, non adiungit; quia qui legauit omnes ſuos libros iam comprehendit corpus Iuris inter reliquos: ergo ſi vellet ſignificare etiam legare corpus Iuris, neceſſe non erat addere *præter corpus Iuris*. tunc enim indicaret ſe facere exceptionem, & nolle comprehendere in legato, corpus Iuris: ſi quidem iam inter reliquos libros in generali diſpoſitione comprehendebatur.

Secunda Pars ſuadetur primò, nam ſi quis ita diſponeret, lego Petro omnes vineas meas, præter pratum: ſane intelligeretur legare vineas vltra pratum, & ita procedit caſus l. 10. Sæio §. vxori ff. de annuis legat. l. 1. ff. de pignorit. act. ad fin. l. 17.

diui fratres, ff. de iure patron. l. final. ff. de aur. & argen. leg. §. vxori: item cap. ebron. 13. quæſt. 2. cap. cum M. de conſtit. cap. cum ab omni de vita & hoocſtat. Clericor. & ſimilibus. Secundo ſuadetur ratione à Bartol. Zabarell. & aliia ex citatis. Nam exceptio debet eſſe de regula, vt notat Dynua in tubr. de regul. iur. in 6. ergo ſi dictio *prater* ptæponatur rei, quæ nec eſt de genera ptæcedentium, neque includitur in diſpoſitione regulæ, iotelligi oequit excluſiuè, & per exceptionem: Etenim priuatio ſupponit habitum. Vt ergo generaſis diſpoſitio per exceptionem priuatur illa re, ſeu caſu excepto; illum continere debet: vnde ſi non continet, dictio *prater* additionem faciet non exceptionem. Limitat ptimo Innocent. in cap. dudum a. de elect. hanc doctrinam, vt quamuis dictio *prater* de ſua natura includat iuxta conſtructionem textus, in odioſis excludere debeat; & declarat ex eodem capite hoc exemplo, verb. gratia, ſi Papa concederet alicui aliquod beneficium, præter illa, quæ habet, non intelligeretur diſpenſatus in illis, quæ antea habuiſſet, quia materia eſt in iure odioſa, quare licet dictio *prater* hoc loco de ſui natura includat, ille putat excluſiue eſſe intelligendam. Verum Zabarell. cum Paul. ad hoc argumentum ibid reſpondet, dictionem *prater* adijci ad aliquod, quod eſt de genere præcedentium, nempe ad beneficia, quare mirum non eſt ſi excludat: ego tamen neque caſum Innocentij in cap. dudum ſecundo agnoſco; neque reſponſionem Cardinal. cum Paulo admitto. Primum dico, quia potius oppoſitum ex cap. dudum colligitut videlicet ſi Pontifex coocederet alicui, vt præter beneficia, quæ habet certum aliud acciperet, dictionem *prater* incluſiue iotelligendam eſſe: quia in eo capite Pontifex ſe declarat non fuiſſe ſuæ iotentionis, niſi vt ille retineret alia beneficia licite prius habita, non verò diſpenſare de nouo in illicita poſſeſſione aliorum: ergo ſi illa beneficia licitè haberentur; neque alioqui in narratione veritas ſupptimeretur, valeret conceſſio incluſiua dictionis *prater*, vt nouum beneficium cum aliis poſſideret. Vnde ſecundum patet, falſam eſſe reſponſionem Paul. & Cardinal. ſiquidem dictio *prater* præcedit beneficia, quæ non includuntur in illo quod de nouo concedebatur, quando enim dicimus, quod res, quæ ſubſequitur dictionem *prater* ſit de genere ptæcedentium, intelligimus diſpoſitionem talem eſſe debere, quæ tem illam de ſua natura includat, aut regulam ptoponat generalem à qua fieri debeat exceptio: quod in præſenti caſu non eſt.

8. Limitat ſecundo noſtram doctrinam Rebuffus citatus cum Iacob. in l. ſi cum §. qui iniuriarum, colum. vltim. ff. ſi quis caut. aitque illam eſſe veram niſi aliquis abſonus reſultaret intellectus, quæ quidem limitatio communis eſt, & quæ in interpretatione iuris ſemper obſeruari debet. Attamen in caſu, quem proponit, locum non habet: caſus eſt, ſi ſtatuto cautum eſſet, ne vſurarius capere

A poſſet pro libra præter duos denarios: intellige deberet ſtatutum vt neque duos denarios vſurarius caperet: adducit exemplum Gloſſæ in Clem. vnic. de vſur. in verbo *facere*, quod verò in eo caſu limitatio non procedat ex eo probo. Nam in eo ſtatuto etiamſi non concederentur vſuræ, adhuc dictio *prater* in ſignificatione excluſiua accipi poſſet, quia faceret exceptionem à generali diſpoſitione de non ſoluendo per vſuram: ratio eſt quia talis cenſus ita moderatus eſſet vt iam ab vſuræ vitio recederet: hanc declarationem gloſſa citata ſignificauit, quando dixit ſe non exiſtimare tale ſtatutum facientes incurrere pœnam Clementinæ, quia iudicauit moderatum cenſum, quod confirmo ex capite quando, de vſuris, citato ab eadem Gloſſa,

B in quo prohibetur ne de cætero graues immoderataſve vſuras extorquere à Chriſtianis Iudæi permittantur. Gloſſa verò verb. *Immoderatas* optimè declarat non propterea minores vſuras permitti à Canone hoc, ſed graues vſuras dici, quæ excedunt legitimum modum à lege ſtatutum per l. a6. eos C. de vſuris. Addo etiam declarari poſſe illud ſtatutum, vt iuſtum ſit, eo quod minorea vſuras non concedat, neque actionem ad illas petendas; ſed ſolum ne in pœnam taxatam vſurarii accipientes paruam quantitatem incurrerent; & ita in eo ſtatuto dictio *prater* à regula noſtræ doctrinæ non deficeret, quia excluſiuam habet ſignificationem, ne vſuræ manerent impunitæ, niſi cum plurimum, quæ paruæ, aut nullius ferè conſiderationis

C eſſent.

Limitat tertio Romanus conſil. 328. numero 1. ab illa generali doctrina caſus in quo dictio *prater* ſignificet idem, quod præpoſitio *ſine*, probat ex cap. cum dilectus de religioſ. domib. ibi, *prater fratrum ſuorum aſſenſum*, id eſt ſine aſſenſu, ſed in hoc textu iſte aſſenſus eſt de genere aſſenſus obedientiæ repromiſſæ ab Abbate Epiſcopo, & in illa comprehendi deberet, vt monaſterium ſub Epiſcopi iuriſdictione maneret: quare iſte textus non officit doctrinæ traditæ, immò illam confirmat, quia idcirco excluſiuè intelligitur qualis eſt ſignificatio præpoſitionis *ſine* cui æquipollet *prater* in eo textu, minus probat l. 4. quicumque C. de ſeru. fugit, ibi *prater ipſum duos alios vel tres*, quia in illa non ſigni- 9.

D ficat *ſinè*, ſed *vltra*, nam illud quod ſequitur dictionem *prater* tantum abeſt, vt contineatur in præmiſſis, ſeu ſubſequentibus diſpoſitionis textualis, vt potius excludatur manifeſtè per illa verba *duos alios*: vnde declaratur incluſiue: quia cum aliis ſeruis duobus illum tertium coniungit dictio *prater*: non aliter declarantur cap. ſi quis presbyter de reb. Eccleſ. non alienand. & cap. decet de immunitat. Eccleſ. in 6. ad fin. vbi dictio *prater* ſequitur rem, quæ in diſpoſitione non comprehenditur, ideoque incluſiuè intelligitur & ſignificat idem quod vltra, quemadmodum etiam alij textus declarantur in quibus dictio *prater* ſignificat idem quod contra, vt ex ipſa contextus diſpoſitione innoteſcit, in l. final. C. ad leg. Iul. de vi, cap. cum dilecti

eum dilecti de maioritat. & obed. cap. ſi cui de elect. in 6.23. quæſtio. tertia, §. 1. & cap. in Canone 35. quæſtione tertia & ſimilibus.

In omnibus, in quibus Deus pater exiſtit. Intellige tam abſolutas perfectiones, quam relatiuam ſpirationis actiuæ, quam pater filio communicat. Denique omnia præter paternitatem, quæ ideo non excipitur, quia ipſa inter patrem & filium oppoſitio, & proceſſio oſtendit diſtinctionem, & incommunicabilitatem paternitatis, quæ omnia cum probata ſint, & eorum concordantiæ citatæ in ſuperioribus, præſertim notatione 2.3. & 50. non eſt cur hic eædem probationes repetantur.

Partes ſimul vnitas. Quia ex corpore & anima homo componitur; & vnitis his partibus adinuicem conſurgit homo iuxta cap. in quadam de celebrat. miſſar. Item, quia nec prius animam quam corpus verbum aſſumpſit; neque corpus priuſquam animam vt notat Bellamer. hic num. 30. vnde ex hoc textu confirmatur ſententia, quam in notatione 5. tradidi, vnioοem hypoſtaticam eſſe compoſitam ex partialibus vnionibus, per quas corpus, & anima Chriſti Domini Verbo diuino ſunt vnitæ: quamuis enim non dicat textus partes aſſumptas eſſe à verbo ſeparatas, ſed vnitas, quia in eodem inſtanti reali partes, & totam humanitatem verbum aſſumpſit, tamen in exequutione aſſumptio totius humanitatis non fuit facta in aliqua prioritate naturæ prius, quam aſſumptio partium facta eſſet. Immo partes præintelliguntur aſſumptæ & vnitæ verbo antequam intelligantur inter ſe vnitæ: hanc ſententiam docet Alenſ. 3. par. quæſt. 4. in 5. Palud in 3. diſt. a. quæſt. 2. artic. 3. Capreol. in 2. diſt. 15. quæſt. 1. artic. 3. in ſolut. argum. contra 3. concluſ. Abul. in Paradono 2. cap. 42. Heruæus in 3. artic. 2. quæſtione s. Gabr. in 3. diſtinct. 1. quæſtione ſecunda, dub. 1. & clarius D. Thom. 3. par. quæſt. 6. art. 5. ibidemque Caietan. & alij Thomiſtæ vt teſtatur Alex. Peſantius ibidem diſput. 1. Poſuit enim D. Thom. in eo artic. dnos ordines quos conſiderauit in aſſumptione humanitatis, alterum intentionis, qni præcipuus eſt, alterum operationis, quem recentiores vocant exequutionis; dixitque ordine intentionis prius aſſumptam fuiſſe humanitatem, quia ipſam per ſe aſſumere intendebat verbum: quia tamen illa conſtabat anima, & corpore; quia prius intelliguntur hæc duo eſſe, quam eſſe vnita, nam in eo priori anima intelligitur creata: ergo intelligitur ſubſiſtens non cum propria ſubſiſtentia nanırali, ergo cum illa partiali vnione ad verbum, qoam in triduo paſſionis retinuit. Deinde anima non intelligitur creata niſi in eo inſtanti naturæ in quo iam erat diſpoſitum & organizatum corpus Chriſti in vtero Virginis, ergo in eadem prioritate idem corpus iam præintelligitur vnitum verbo, & conſequenter via exequutionis pręintelliguntur neceſſario vnitæ partes ad verbum, quam inter ſe, &

A quam tota humanitas intelligatur ad verbum vnita.

Dices ex hoc ſequi humanitatem per accidens fuiſſe aſſumptam ad aſſumptionem partium: conſequentiam videtur admittere Alteſiodor. tertio lib. ſummæ, tract. 1. cap. 1. quæſt. 2. quam ne admittat Suarius qui traditam ſententiam defendit tom. 1. in 3. part. diſput. 17. ſect. 5. præter duas partiales vniones, per quas anima, & corpus vniuntur diuino verbo, tertiam quandam admittit vnionem aliquid addentem modis partialibus prædictis & per quam tota humanitas per ſe aſſumatur. Verum præterquam quod nullus ex authoribus, quos refert, hanc tertiam vnionem requirat, ego illam oec neceſſariam exiſtimo, vt tota hu- B manitas per ſe aſſumi dicatur: neque poſſibilem. Primum oſtendo primo, quia Thomiſtæ, qui in hac opinione ſunt, idcirco talis vnionis tertiæ non meminerunt, quia illam minime neceſſariam iudicarunt: vt in Peſantio ſupra citato videre eſt. Secundo quia vt humanitas per ſe aſſumi dicatur, ſatis eſt quod partes non aſſumantur niſi tamquam medium ad aſſumendam humanitatem, cuius aſſumptio per ſe intenditur: & quamuis ordine exeqnutionis partes prius natura aſſumantur, non intelligitur perfecta aſſumptio, niſi poſtquam intelliguntur illi duo partiales modi componere vnam vnionem integram hypoſtaticam, per quam tota humanitas per ſe primò intenta ordine intentionis, per ſe etiam C ordine exequutionis, *vt quod* aſſumatur, quod tunc fit quando iam intelliguntur anima & corpus vniri inter ſe: ſemper enim vnio verbi ad partes facta, concipitur, vt aſſumptio facta ad aliquid de ſe ordinatum ad compoſitionem totius humanitatis: ideoque partes ſunt medium *quo* aſſumptionis, non vero quod per ſe & ſuapte natura vltimo aſſumitur. Secundum oſtendo, illum tertium modum eſſe impoſſibilem: Primò quia ille modus tertius ſi eſſet poſſibilis, eſſet ad aliquem effectum formalem; ſed ad nullum effectum requiritur: ergo eſt prorſus fictitius: probo minorem, idem eſt aſſumi humanitatem à verbo, atque aſſumi partes vnitas, animam ſcilicet & corpus per noſtrum textum, ſed per duos illos partia- D les modos vnirnis, vnirentur verbo partes vnitę inter ſe in poſteriori ſigno, ergo vniretur humanitas: ergo ad hunc effectum non requiritur alius tertius modus: illam minorem oſtendo, quia ſupponimus partes vniri, inter ſe propria vnione ſubſtantiali, quæ fuit terminus generationis humanæ Chriſti Domini. Secundo, iſta vnio partium inter ſe, cum modus ſit; non habet per ſe ſubſiſtentiam ſibi peculiarem etiam incompletam, vnde ratione ſui immediate non poteſt aſſumi, neque habere immediatam vnionem ratione ſui cum verbo: tertio impoſſibilis eſt modus, qui ſemper ordinaretur, vt actum ageret, ſed talis eſſet hæc tertia vnio: ergo. probo minorem ille modus ordinaretur ad vniendas

partiales vniones animæ & corporis ad verbum, ſed hæ ſe ipſis ſufficienter ſine alio vinculo vnirentur, ergo ille ordinaretur. vt actum ageret: minor ſuadetur, nam partiales modi, per quos partes materiæ vniuntur formæ, non indigent alio modo vnionis quo inter ſe copulentur, vt tenet communior, & receptior philoſophorum ſententia, ergo etiam illi modi partiales per quos anima, & corpus vnirentur verbo, ſe ipſis vnirentur vnitis partibus, quas immediate afficiunt; & inter ſe vniti non poſſent non vnire totam humanitatem verbo, quia illa non diſtinguitur à partibus ſimul ſumptis & vnitis.

12. *Paſſibile.* De corpore paſſibili à verbo aſſumpto loquuti ſumus notat. 6. hoc loco oportet Gloſſam vel corrigere, vel ſano modo intelligere, ait enim *licet igitur in aſſumptione ſui ipſius caro fuerit ab Spiritu ſancto ab omnibus reliquiis peccati mundata, vnde Angelus ad Virginem dixit, Lucæ 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, quod enim ex te naſcetur ſanctum vocabitur Filius Dei*: ita Gloſſa, quam recte ſentire licet coniectari poſſimus ex teſtimonio citato, quo frequenter vti ſolent Theologi in 3. part. quæſt. 15. artic. 1. & 2. vbi Suar. diſp. 33. ſect. 1. poſt initium, Vaſq. diſp. 61. cap. 1. in fin. & alij ad probandum humanitatem omni prorſus peccati labe immunem fuiſſe aſſumptam idem teſtimonium vſurpant, caſtigatius tamen, & cautius Gloſſa loqui deberet, cum enim mundatam ab omnibus peccati reliquiis carnem à verbo aſſumptam dixerit, ſane videtur ſupponere aliquam peccati noxam prius contraxiſſe, qua mundari oporteret: ſignificare ergo voluit aut ſaltem debuit verbum diuinum aſſumpſiſſe carnem, ſeu naturam humanam ſingularem ab omni culpa tam actuali quam originali alienam, hæc enim eſt catholica doctrina. Primo probatur non modo ex Luca citato, ſed ex Paulo ad Hebr. 9. *ſemetipſum obtulit immaculatum Deo.* Item ex primo ad Corint. 5. *Qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit*, id eſt Deus fecit illum hoſtiam pro peccato: vt cum D. Ambroſ. exponit D. Thom. 3. par. quæſt. 15. artic. 1. referens illud Oſeæ 4. *peccata populi mei comedent*, id eſt oblationes pro peccato. Denique ex 1. Petri 2. *qui peccatum non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius.* Secundo idem Pontifex Damaſus declarat epiſt. 1. ad Paulinum poſt initium, item Concilium Epheſinum tom. 5. cap. 1. anathematiſmo 10. vbi ait, *qui enim peccatum neſciuit oblatione opus non habuit*, idem denique definit Concil. Lateranenſe ſub Martino primo conſulta. 5. Canone 5.

13. Tertio, Probatur ratione nam neque in natura humana aſſumpta potuit eſſe peccatum actuale, neque originale: ergo nullum habuit à quo mundaretur. Non actuale, quia in eodem inſtanti in quo cæpit eſſe humanitas Chriſti, in eodem aſſompta eſt à verbo, vt noſter textus docet, & fuſe probaui notatione 5. ſed non potuit peccare per actualem & inhoneſtam operationem antequam eſſet,

A ergo actualem maculam contrahere nequiuit antequam aſſumeretur. Minor probatur quia operari ſupponit eſſe ſubſiſtens ſuppoſiti operantis: neque etiam habuit originale, quia vt docet D. Thom. artic. primo citato ad 2. ex Auguſtin. lib. 10. de Geneſi ad liter. cap. 19. & lib. 5. contra Iulianum cap. 9. *non omni modo Chriſtus fuit in Adam, & aliis patribus, quo nos ibi fuimus: nos enim in Adam fuimus ſecundum ſeminalem rationem, & ſecundum corpulentam ſubſtantiam. In ſemine enim eſt viſibilis corpulentia, & viſibilis ratio* propagationis ſcilicet modo ordinario; *vtrumque currit ex Adam*: ſed Chriſtus viſibilem carnia ſubſtantiam de carne Virginis ſumpſit, ratio verò Conceptionis, non à ſemine virili, ſed deſuper venit, nempe ab Spiritus ſancti opera: B Confirmatur primo hæc ratio, quia ſi quis etiam purus homo miraculoſo modo in vtero matris ſine ſeminali virtute, & abſque virili congreſſu conciperetur, ille non contraheret originale, vt tenet D. Thom. 12. quæſtione 81. artic. 4. Alenſ. 2. par. quæſt. 105. alias 122. mem. 4. Scot. in 2. diſtinct. 32. §. quantum ad 3. Gabr. diſtinct. 30. quæſt. 1. artic. 2. concluſ. 1. Palac. quæſt. 1. Carthus. quæſt. 4. Richard. diſtinct. 31. artic. 2. quæſt. 2. ad 1. Angleſ. quæſtione 1. Durand. quæſtione 2. Valent. tom. 2. diſput. 6. quæſt. 11. puncto 2. Bellarmin. lib. 4. de amiſſione grat. cap. 12. Vaſquez 12. diſput. 133. cap. 3. Azor. lib. 4. cap. 30. quæſt. 5. & alij communiter; C & deducitur ex cap. firmiſſime de conſecrat. diſtinct. 4. item ex Concilio Tridentino ſeſſ. 6. cap. 3. ibi; *reuera homines niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerentur iniuſti*: quarto cum Chriſtus modo maxime miraculoſo in thalamo virginali ſine defluentia ſeminis etiam fœminei ex ſanguine puriſſimo ſanctiſſimum corpuſculum acceperit, non potuit natura ab eo aſſumpta originale contrahere, à quo carnem eius mundari opus eſſet. Confirmatur ſecundo: peccatum originale contrahi non poſſet ante inſtans in quo anima Chriſti vniretur ipſius corpori: ſed in eodem inſtanti humanitas eſt vnita verbo per cuius vnionem & per gratiam habitualem ſanctificata eſt, & contractio originalis maculæ impedita: D Ergo, &c. Confirmatur Tertio, quia non contrahunt originale, niſi qui in Adamo peccarunt, & qui à ſeminaria eius ratione propagandi in maſſa peccato obnoxia continebantur: ſed natura aſſumenda à verbo nec erat eo modo propaganda, & extra illam maſſam erat, vt ſubſidiariam ſalutis opem hominibus afferret: ergo, &c.

Immaculata, ac virgo ſancta mater Eccleſia coniux Chriſti. 14.
Non eſt dubium in his verbis alluſionem fieri ad locum Pauli ad Epheſios 5. vt gloſſ. & commentatores aduertunt, vbi D. Paulus viros hortatur vt vxores ſuas diligant, ſicut & Chriſtus Eccleſiam dilexit, *qui ſe ipſum tradidit pro ea*, id eſt, obtulit in ara Crucis, quia ſe comprehendere, & crucifigere permiſit, *vt illam ſanctificaret,*

ſanctificaret, & mundaret lauacro in verbo vitæ, quo lauacro Eccleſiæ ſuæ ſanctitatem, & iuſtitiam impertiret, & baptiſmi ſacramento ablueret, etenim aqua, addita viuifica verborum forma, corpus abluit, animam verò peccatis purgatam gratia exornat, *vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata.* Dubitabis tamen ſi Eccleſia fidelium eſt Congregatio, & inter hos non modo ſancti, qui in gratia Dei ſunt, ſed etiam peccatores numerantur: immò & in Iuſtis ſaltem leues maculæ, nempe veniales culpæ reperiantur, quomodo hæc Eccleſia verè appellari potuit immaculata. Bellamera numero 45. declarat. de macula peccati hæreſis, vel ruga ſchiſmatis, & ſic exponit cap. Eccleſia de pœnit. diſt. prima, vbi ait D. Hieronym. *Eccleſia Chriſti eſt non habens maculam neque rugam aut aliquid iſtiuſmodi, qui ergo peccator eſt aliqua ſorde maculatus de Eccleſia Chriſti non poteſt appellari.* Et confirmatur ex cap. omnibus 24. quæſt. 1. eamdem expoſitionem tradit Nauarr. in cap. Eccleſia de pœnit. diſt. 5. numero 8. quamuis alias addat; videlicet vt Eccleſia immaculata & ſancta dicatur de triumphante, non de militante. Nam ex iis, qui ob Chriſti merita, in gratia obeuntes cum eodem Domino regnant, fit illa Eccleſiæ pars, quæ triumphans dicitur, ex iis verò fidelibus, qui ad huc in vita ſunt altera pars coaleſcit, quæ adhuc in Caſtris contra humani generis hoſtes pro ſalutis ſuæ victoria decertat; idoque militans nominatur, quia verò, in hac multi lethalibus culpis ſordeſcunt, & venialibus etiam iuſti aliquantulum decolorantur, & frigeſcunt, ideo non militantem, ſed triumphantem Eccleſiæ partem ſanctam & immaculatam appellari arbitratur. Tenuit hanc expoſitionem Hieronym. in Ierem. cap. 31. prope finem. Auguſt. de præfect. Iuſt. cap. 15. Bernard. ſermon. 3. de feſt. omn. ſanctor. Altera Nauarr. expoſitio eſt, vt attendatur illa potior pars militantis Eccleſiæ, quæ iuſtos tantum comprehendit, & hæc dicatur immaculata, quia à mortali culpa libera eſt: quamuis de tota Eccleſia ſermo ſit.

25. Nulla tamen ex his tribus declarationibus mihi omnino placet, non prima: qua ratione enim, & quo iure ſancta, & immaculata Eccleſia dici poteſt, quæ lethalibus vitiis ſordeſcit? Nam ſola fides neque ſanctificat, neque maculas tollit: non 2. quamuis enim aptior quam prima ſit, non plene ſatisfacit, quia verùm quidem eſt Eccleſiam triumphantem neque maculam; neque rugam habere: neque de hoc dubitari poteſt: At noſter textus, item D. Paulus & cap. Eccleſia, & cap. omnibus citata non de triumphante, ſed de militante loquebantur, quod ex eo probo, quod textus alludant ad Pauli locum, & de Eccleſia intelligendi ſunt de qua D. Paul, loquebatur: Ipſi verò de militante ſermo erat, vt teſtantur Clemens Romanus lib. 2. conſtitut. cap. 61. in fine Chryſoſtom. Hiero. Theophyl. ad hunc locum Pauli; Concilium Toletanum 6. cap. 1. in fine, & ex contextu Pauli patet. Nam Paulus loquitur de Eccleſia, quam Chriſtus ſanctificat, & mundat lauacro aquæ in verbo vitæ, & pro qua ſe tradidit: ergo non eſt illa triumphans etiam ex Angelis congregata, quam in cælo reliquit, ſed illa militans, quæ ex ſolis hominibus conſtat, & quam puriſſimis ſacramentorum lauacris abluit. Denique neque omnino arridet 3. expoſitio, quæ præcedentibus probabilior eſt; Nam qui dicit Eccleſiam immaculatam, omnem videtur maculã etiam leuiorem ab ea excludere. Quamobrem exiſtimo D. Paulum, & cum eo textus citatos loqui de hoc corpore myſtico Eccleſię militantis, cuius caput Chriſtus eſt, & illius Vicarius ſummus Pontifex: hanc verò dici ſine macula, & ruga: quia licet in hoc corpore aliqua membra non modo leuibus, ſed grauibus etiam flagitiis, vti mortua, vitalem ſpiritus ſancti gratiam non participant, tamen ipſa in ſuo capite, in ſua virtute, & inſtitutione conſiderata, neque maculam, neque defectum vllum leuiſſimum præ ſe fert: Nam ipſius caput agnus eſt immaculatus, fides incorrupta, & doctrina puriſſima, vt pote ipſiuſmet veritatis ſcaturigo; Vnde & Virgo dicitur, neque contra illam portæ inferni præualebunt, & deficere non poteſt: illius virtus nos in lauacro baptiſmi per verbum gratię regenerat, & mũdiſſimos, in Chriſto formatos parturit, cuius participes facti ſacra membra efficimur electa, non habentia maculam, neque rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed potius tanquam ſancti, & immaculati in fide, charitate, & gratia formata in eadem Eccleſia naſcimur, ita locum declarat Clemens Romanus citatus; accedit quod eiuſdem Eccleſię inſtitutio, eò refertur, vt nos ſemper puros, & omni prorſus macula liberos, aut primo formet, & conſeruet, aut ſi quas poſtea contraxerimus ſordes, rurſus reformet, ac repurgatos è ſacramentorum lauacris educat: ſecundùm hanc interpretationem textum Eccleſia, & textum omnibus citatos, & ſimiles facile declarabis. Iam verò noſter euidentius rem oſtendit qui idcircò Eccleſiam non modo virginem, ob fidei integritatem, ſed ſanctam, & immaculatam matrem nuncupauit, quia ſic puros, & immaculatos regenerat, iuxta cap. qui abſtulerit 12. quęſt. 2. cap. 1. cap. nos autem 16. quęſt. 1. cap. mater de conſecrat. diſt. 4. cap. recurrat 32. quæſt. 4. Immò in aqua. & ſanguine quæ à latere Chriſti fluxerunt, hoc ſignificari, dixit Chryſoſtom. hom. 84. in Ioann. vt fidelium regeneratio, quam ab Eccleſia acciperent, manifeſtè proderetur, *non caſu ait & ſimpliciter, ſed quantum ex ambobus Eccleſia conſtituta eſt, ſciunt hoc initiati per aquã enim regenerari; ſãguine & carne nutriri.*

Denique coniux Chriſti Eccleſia perhibetur propter rationem in noſtro textu aſſignatam: quia velut altera Eua potiori iure viuentium mater è latere Chriſti ex cruce pendentis, & vita functi in ſoporato Adamo figurati, aqua & ſanguine abluta prodiuit, vt eſt receptiſſima Patrum ſententia. Itaque hoc loco noſter textus non modo ad locum Geneſis 2. vt notant Gloſſa, & interpretes, ſed ad poſtrema verba Pauli ad Epheſios 5. reſpexit, vbi aſſumens Apoſtolus verba Adæ, 26.

Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Deinde ſubiungit, *ſacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & Eccleſia.* Et ſiue ſermocinaretur Apoſtolus de primo Adami, Euæque coniugio, vt docent Chryſoſtom. Hieronym. Theophyla. Oecumen. & alij Patres; ſiue de ſacramento matrimonij à Chriſto inſtituti, vt magiſter in 4. diſtinct. 16. & alij Theologi ibidem, D. Thom. D. Ambroſ. ad locum Pauli, & Concil. Florentin. in inſtructione Armenorum, magnum cenſetur ſacramentum, ob rem ſignificatam, videlicet Coniugium Chriſti, & Eccleſiæ, de quo D. Hieronym. appoſitè ad noſtrum textum ita ait. *Primus Vates Adam de Chriſto hoc prophetauit, quod ſcilicet Chriſtus reliquerit Patrem ſuum Deum, & matrem ſuam cæleſtem Ieruſalem, & venerit ad terras propter ſuum corpus Eccleſiam, & de ſuo eam latere fabricatus ſit, & propter illam verbum caro factum eſt.* Non minus concinit Auguſtini ratio cum noſtro textu. Nam tract. 120. in Ioann. ita ait. *Propter hoc prima mulier facta eſt de latere viri dormientis, & appellata eſt vita, materque viuorum, magnum quippe ſignificauit bonum, ante magnum præuaricationis malum, hic ſecundus Adam inclinato capite in cruce dormiuit, vt inde formaretur ei coniux, quod de latere dormientis effluxit.*

17. *Quod Chriſto iam mortuo vnus militum lancea latus eius aperuit.* Narrationis ordinem de tempore, quo Chriſti latus lancea percuſſum fuit, videlicet poſt ipſius mortem, Concilium omnino retinendum ſtatuit; huiuſque occaſionem non ſatis nobis expoſuit Gloſſa, neque Commentatores; illa verò fuit, quia in duobus Codicibus Græcis Euangelij ſecundum Matthæum, poſt illa verba. *Sine videamus an veniat Helias liberans eum*, ſtatim ſequebantur illa, *alius autem accipiens lanceam aperuit latus eius, & exiuit aqua, & ſanguis.* Poſtea verò ſuccedebat mortis Chriſti narratio. *Ieſus autem clamans voce magna emiſit ſpiritum*, & ita legit Chryſoſtom. homil. 89. in Matth. poſt illa verba, *Eli Eli lamaſabacthani*, ſtatim enim addit, *putauerunt enim Heliam ab eo vocari, & aceto illico ipſum potauerunt, alius autem accedens lancea latus eius aperuit*, poſteaque adiungit, *Ieſus autem clamans, &c.* Propter quam lectionem Cornelius Agrippa lib. de vanitate ſcientiarum cap. 100. magis credens Ioannis teſtimonio, cui hoc Matthæi videbatur aduerſari, aſſeruit erraſſe Matthæum eo quod dixerit Chriſtum lancea percuſſum, antequam expiraret; eamdemque lectionem conſectatur quidam Agrippę ſcholiaſtes ad eiuſdem erroris confirmationem, qui dum ſacrum Euangeliſtam erroris accuſant, ipſi impudentius errarunt. Accedit quod in Nicodemi Euangelio poſt primum verbum Chriſti in Cruce probatum, ſtatim habetur, *accipiens autem Longinus miles lanceam aperuit latus, &c.* Hinc aliqui errandi occaſionem ſumpſere; inter quos ſpeciatim refertur Petrus Ioannes in hac hæreſi fuiſſe, vt teſtantur Guido Carmelita Helnenſis Epiſcopus libro aduerſus hæreſ. item Caſtro lib. 5. verbo Chriſtus, hæreſi 10. & Prateolus in Elencho lib. 14. verbo Petrus, numero 10. qui ſtulto quodam ductus zelo ad augendos Chriſti dolores, vt populum magis ad fletum concitaret, hunc errorem ſemel concionatus poſtea retinuit: pertinaciter enim aſſerebat Chriſtum cum adhuc viuus eſſet, lateris vulnus ſubſtinuiſſe, propter quam, & alias hæreſes poſt mortem declaratus hæreticus ſummi Pontificis iuſſu è ſacro loco exhumatus eſt, & combuſtus, vt tradunt Prateolus citatus & Bzouius anno 119. num. 39.

Hæc fuit prædictæ definitionis occaſio in Ioannis teſtimonio cap. 19. manifeſtiſſimo fundatæ, quiquidem Apoſtolus teſtis fuit oculatus, & iuxta crucem ſtans ſicut in cæna ſupra pectus recubuit, ita in morte, non ſine maximo doloris ſenſu illud percuti vidit, & poſt clauſum Saluatoris os, apertum nobis diuini cordis, & amoris oſtium dilectus Diſcipulus indicauit: vt pulchrè D. Auguſtin. tract. 120. in Ioann. de ipſo dixerit. *Vigilanti verbo Euangeliſta vſus eſt, vt non diceret latus eius percuſſit, aut quid aliud, ſed aperuit, vt illinc quodammodo vitæ oſtium panderetur, vnde ſacramenta Eccleſiæ manauerunt.* Iam verò lectionem illam duorum Græcorum Codicum, ſicut & Nicodemi vitiatam fuiſſe credendum eſt, vt docet Salmeron tom. 10. tract. 48. poſt initium, eo quod illa nuſquam reperiatur in codicibus latinis, neque in aliis Græcis præter illos duos: neque vlla in commentariis ſanctorum Patrum illius mentio fiat. Chryſoſtom. verò in eodem loco citato affirmat, latus Chriſti iam mortui apertum fuiſſe; idemque in Ioannem ſcribens inculcat. Idcircoque omnino tenendum, illum locum Matthæi corruptum fuiſſe; & ſi integer eſſet, per anticipationem eſſet declarandus, propter clariſſimam Ioannis narrationem, optimè ab Oecumenico Concilio declaratam. Alias quæſtiones, quæ ſuper hac lateris percuſſione, eiuſque myſteriis hic fieri poſſent, optimè declaratas reperies apud Suar. tom. 2. in 3. p. diſp. 41. ſect. 1. quas vt minimè neceſſarias ad Clementinæ expoſitionem prætermitto. 18.

Temere aſſerentem aut vertentem in dubium. Non modo temerariæ aſſertiones, quæ catholicæ doctrinæ contrariantur, damnandæ ſunt, ſed illæ etiam, quæ fidei veritatem dubiam ſeu incertam eſſe affirmant. Nam dubius in fide infidelis eſt, vt habetur in cap. 1. de hæreticis, quod ibi infertur ex Stephano Papa: eſt tamen apud Sixtum 1. in epiſtola prima decretali, & Iulium primum in epiſtola 2. ſeu reſcripto ad orientales cap. 11. quod duplici modo poteſt contingere. Primo ſi quis iudicaret res fidei eſſe dubias, ſeu incertas cum deliberatione, & pertinacia; & hoc modo omnes Theologi, & Canoniſtæ docent, hoc iudicium eſſe hæreſim mentalem, & ſi voce Chriſtianus id efferret, hæreticam proferre propoſitionem: ita Sanches lib. 2. Decalogi cap. 7. numero 11. & Suarius de fide diſp. 19. ſect. 4. numero 10. qui antiquos Theologos, & iuriſperitos referunt: tota controuerſia eſt inter hos recentiores, an ſi intellectus per- 19.

penſia

penſis pro vtraque parte rationibus pendulus eſt, & ſuſpenſus, itaut neque aſſenſum neque diſſenſum ferat circa propoſitam fidei veritatem, in hoc euentu iſte in fide dubius exiſtimetur; & in cap.1.citato, & in Clementina noſtra tanquàm hęreticus damnetur. Sanches numero 12. negat citans Canum lib. 12. de locis cap. 9. ad 4. verſic. errare autem. Saa in ſumma verb. hæreſis, Bannes 22.quæſt.11. art. 2. colum. 2. verſic. Reſpondetur quod ſicut. Vaſq.12.diſp.65. cap. 1. numero 4. Ex quibus ſolus Canus manifeſtè illam ſententiam tenet; Nam Saa loquitur, de eo, qui pendulus eſt, & dubius ſine pertinacia. Bannes verò prius loquitur de illo iudicio reflexo ſupra incertitudinem propoſitionis de fide, & illud ad hæreſim ſpectare docet: deinde ſolum addit ſequenti §. qui ſuſpendit iudicium quando ſentit ſe in materia fidei tentari non eſſe hæreticum, nec in fide dubium, quare non admittit in fide dubium propriè qui non cenſeatur hæreticus. Vaſq. multo minus, etſi enim quæſtionem attingat, illam non definit, ſed ſolum aſſerit diſcrimen eſſe inter dubium, per illud iudicium reflexum de incertitudine alicuius propoſitionis de fide, & inter ſuſpendentem ſuum iudicium perpenſis hinc, & inde rationum momentis, & ex doctrina quam tradit de dubio reſpectu operationis honeſtæ potius contrarium ſententiæ Sanchez deduci poteſt.

Quamobrem dicendum exiſtimo omnem dubitationem, deliberatam, & pertinacem quamuis conſiſtat in ſuſpenſione iudicij circa veritatem aliquam de fide propoſitam vel circa certitudinem eiús, eſſe hæreſim contra iura ſupracitata: ita tenet Suar. vbi ſopra cum multis, vbi noſtram refert Clement. probatur primo: non ſufficit, quod quis ſuſpendat aſſenſum circa aliquam veritatem quauis de cauſa, vt de illa veritate dubitare exiſtimetur: ergo ſtatus quæſtionis procedit in caſu, quo quis penſatis vtrimque rationibus in nulla parte videt motiua ſufficientia, quæ intellectum cogant ad aſſenſum: hoc enim eſt pendulum eſſe & dubium, ſi enim in vna parte intellectus videret rationem cogentem ad aſſenſum, non dubius, ſed planè determinatus eſſet, quoad ſpeciem actus; & iudicium procederet de motiuo, quod infaillibilem reddit veritatem, vnde cum dubio de illius certitudine ſtare non poſſet, quamuis, quia non neceſſitatur quoad exercitium, actus potuerit ſuſpendi, ſine vlla dubitatione. At quando fidelis ita pendulus eſt, vt conſideratis vtrimque motiuis hæſitet, deliberate, & cum pertinacia, non agnoſcit in motiuo veritatis catholicæ ratione neceſſitantem intellectum: neceſſario præcedit ex parte intellectus cognitio falſa de motiuo excitante intellectum ad aſſenſum fidei, nam alioqui non maneret pendulus, ſed in actu primo determinatus ad aſſenſum, talis verò cognitio præcedens eſſet deliberata, & pertinax, vt ſupponimus: ergo erronea in fide: vel igitur ſtatus controuerſiæ deſtruitur, vel falſa eſt ſententia negans hoc modo dubitantem hæreticum eſſe.

20. Probatur 2. ſic dubitans habitum fidei in- A fuſæ amittit: ergo eſt hæreticus: antecedens licet Sanchez non admitteret, vt credo, Cano concedit, & alij quos tacitè refert Suar. citatus numero 14. quia qui ſic dubitat non eſt diſpoſitus ad credendum aliquid de fide diuina ſicut oportet certò, & firmiter iuxta cap. firmiter de ſumma Trinitat. & noſtram Clemen. in princip. item Symbolum Athanaſ. *quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit, ſaluus eſſe non poterit*, qui enim de vno articulo dubitat, de omnibus dubitat, ſicut qui vnum negat omnes cenſetur negare: ratio enim motiua de qua dubitatur eadem eſt reſpectu omnium veritatum de fide vt dicemus diſputatione ſequenti quæſt. 2. conſequentia probatur primo, Quia habitus fidei non deB perditur niſi per actum illi contrarium: ſed actus contrarius fidei illamque expellens chriſtianum hominem hæreticum facit, ergo, &c. probo maiorem, quia fidei habitus demeritoriè deperditur, ad quod demeritum non ſufficit actus lethaliter peccaminoſus, cuius malitia opponatur alteri virtuti, nam amiſſa gratia, & aliis virtutibus moralibus ſeu infuſis permanere poteſt habitus fidei, ergo perditur ſemper per actum fidei contrarium. Secundo eadem conſequentia oſtenditur. Nam iſte Chriſtianus amiſſo habitu fidei manet infidelis, non Iudæus, neque paganus: ergo hæreticus, quia nulla eſt alia ſpecies infidelitatis, quam tres numeraC tæ. Reſpondet Cano hunc hominem eſſe infidelem priuatiuè, non contrariè, quia non elicuit actum contrarium veritati fidei, ſed ſolum oppoſitum priuatiuè, vnde in illis infidelitatis ſpeciebus non continetur, hoc tamen effugium eſt manifeſtè falſum. Nam actus qui habitum ſibi oppoſitum expellit non tantum negatiuam, ſed poſitiuam habet cum illo oppoſitionem: ſed hæc poſitiua oppoſitio non eſt relatiua: ergo eſt contrarietatis. Etenim iuxta communem logicorum doctrinam cum Ariſtotel. cap. 5. de oppoſitis in prædicamentis: oppoſitio inter duo poſitiua vel eſt relatiuorum, vel contrariorum. Præterea fidelis numquam poteſt fieri ſolum priuatiuè infidelis niſi ſimul contrarium fidei actum exerceat, per quem habitum amittat quoD niam priuatiuè tantum infidelis, ſolum eſt, qui nullum fidei myſterium credit, vel omnia ignorat: nam qui fidem habet, & aliquid non credit propter ignorantiam etiam culpabilem non eſt infidelis, vt bene oſtendit Suar. de fide diſp. 16. ſect. 1. ſic ergo noſtrum textum interpretantes dicimus hæreticum cenſeri vertentem in dubium veritatem fidei, ſiue per aſſenſum reflexum, quo iudicet rem eſſe dubiam aut incertam: ſiue per talem ſuſpenſionem, quæ penſatis vtrimque rationibus non determinet cogitationem ad ſpeciem actus, ſed indifferentem relinquat ad aſſenſum ſcilicet, vel diſſenſum: ſic enim non iudicat ſe ex motiuo fidei obligari ad aſſenſum, vnde ſemper erroneam cognitionem inuoluit talis ſuſpenſio, quare ſi libera, & pertinax ſit, hæreticum reddit ſic dubitantem.

Quod ſubſtantia animæ rationalis, ſeu intellectiua verè ac per ſe humani corporis non ſit forma. 21.

Cum hanc propoſitionem tamquam hæreticam damnet Concilium, oppoſitam de fide definit: celebris in hac re fuit error Platonis in Alcibiade, vt refert Ariſtot. lib. 1. de anima. text. 11. qui exiſtimauit intellectiuam animam non coniungi corpori vt formam materiæ, ſed veluti motorem mobili, & aſſiſtere potius corpori, quam illi vniri, in quo errore etiam fuiſſe dicitur Anaxarchus, ſi verum eſt eſt quod de eo ſcribit Philo Hebręus in libro. Quod omnis probus liber eſt, Illum à Cypri tyranno Nicoceonte in mortarium lapideum coniectum ibique ferreis malleis contuſum identidem proclamaſſe; tunde, tunde, Nicoceon, Anaxarchi ſollem, haud enim Anaxarchum tundis: iis verbis indicans, corpus aliquid eſſe extra naturam hominis, & quaſi animi veſtem: clarius animam corporis eſſe ſubſtantialem formam negarunt Simplicius lib. 1. de anima text. 17. Philoponus text. 11. Themiſtius lib. 2. cap. 27. Auerr. lib. 3. comm. 5. & Petrus Ioannes, vt refert Guido Carmelita de hæreſ. & Prateolus in Elencho lib 14. numero 20. & alij quorum errorem Concilium Viennenſe damnauit: idemque decretum repetit Concilium Lateranenſe ſub Leone Decimo ſeſſ. 8. in reſcripto quod incipit *Apoſtolici*: idem indicauerat alterum Lateranenſe ſub Innoc. Tertio relatum in cap. firmiter de ſumma Trinitat. vbi aſſeritur hominem creaturam eſſe ex ſpiritu, & corpore conſtitutam, quæ conſtitutio per accidens non intelligitur: ſed per ſe, & ſubſtantialis, ſicut reliquæ creaturæ corporales ex materia, & forma in vnam ſubſtantiam coaleſcunt: & confirmatur, nam Concilium loquitur de ea compoſitione prout in ſymbolo Athanaſij creditur, in quo dicitur, *ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo: ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus*, quæ ſimilitudo in hoc tantũ ponitur quod ſicut ſubſtantiali vnione verbum diuinum, & humanitas componunt vnum per ſe ſubſiſtens, quod Deus & homo eſt, ita corpus, & anima ſubſtantialiter, & per ſe vniantur, quamuis alias in modo vniendi inter illa duo iuxta partium vnitarum capacitatem interueniat diſſimilitudo: idem docuerunt Patres, Tertull. de teſtimonio animæ aduerſus gentes cap. 1. & de reſurrect. carnis cap. 34. Irenæus lib. 5. cap. 7. Athanaſ. orat. contra Idola: Auguſtin. in pſalm. 102. col. 3. Niſſen. orat. 3. de reſurrect. Chryſoſtom. homil. 13. in Geneſ. Cyprian. de Reſurrect. Chriſti, Ambroſ. lib. de bono mortis cap. 9. & 10. Greg. lib. 14. moral. cap. 7. & alij paſſim.

22. Probatur primo ex ſacra pagina. Geneſ. 2. numero 7. Formauit igitur Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem, id eſt in animam corpus viuificantem, vt ad literam exponunt patres, & interpretes ad hunc locum. Secundo idem oſtendo duplici ratione, vna à priori, altera à poſteriori: prima eſt, omne ens naturale & compoſitum ex ſublunari materia, & forma conſtituitur in ſua ſpecie per formam, nam materia eſt eiuſdem ſpeciei in omnibus, ſed homo eſt ens naturale compoſitum ex materia & forma ſicut reliqua, quod ex generatione illius patet experimento: hac enim de cauſa dixit ſpiritus ſanctus Eccleſiaſt. 3. *vnus eſt interitus hominis, & iumentorum, & æqua vtriuſque conditio*, ergo homo conſtituitur in ſua ſpecie diſtinctus à brutis animantibus per ſuam formam, atque adeo non ſolum qua vegetatiua, & ſenſitiua, ſed qua rationalis eſt & intellectiua, anima forma eſt corporis, hominem in ſua ſpecie conſtituens. Neque huic rationi obſtat quod docuit Ariſtoteles 3. de Anima quod intellectus eſt ſeparatus, & nullius corporis eſt actus & 2. phiſic. ait quod anima humana eſt ſeparata, ſed tamen in materia; optime enim reſpondet D. Thom. 1. par. quæſt. 76. artic. 1. ad 1. aliud eſt virtus intellectiua, quæ eſt potentia animæ, aliud ipſa ſubſtantia animæ, nam virtus intellectiua non reſidet in corporeo organo ſicut potentia viſiua in oculo, ſed ineſt animæ immediate: vnde potuit dicere Philoſophus intellectum non eſſe actum corporis nimirum immediate, & animam eſſe ſeparatam, videlicet ſecundùm virtutem intellectiuam, quæ corpori immediate non ineſt, quæ quidem ſolutio eſt expeditior in ſententia diſtinguente realiter humanum intellectum à ſubſtantia animæ, quæ receptior eſt, & communior, vt cum D. Thom. & aliis tenent Coninbricenſes lib. 3. de anima cap. 13. quæſt. 3. artic. 2. Suar. de anima lib. 2. cap. 1. numero 4. Altera ratio à poſteriori eſt, quia forma eſt principium operationum cuiuſcumque rei naturalis, nam materia non eſt principium actiuum: ſed experimur in nobis actiones ſentiendi, & intelligendi exercere: ergo aliqua in nobis eſt forma, quæ earum operationum principium ſit, quæ quidem alia non eſt, quam intellectiua. Confirmatur, nam in homine actio intelligendi eſt vitalis, ergo à principio vitali, quod aliud eſſe nequit quam anima rationalis, quæ eſt principium vitale, corpori coniunctum: ideoque modus operandi intelligibiliter à phantaſmatibus corporis dependet: longius dilatat D. Thom. citatus hanc rationem, quam Gloſſa verbo intellectiua totidem verbis tranſcripſit.

Ad hoc baptiſma vnicum. Deſumitur ex D. 23.
Paulo ad Epheſ. 4. verſic. 4. vbi fidelibus ſolicitudinem in ſeruanda ſpiritus vnitate & pacis vinculo commendans vt vnum corpus eſſent & vnus ſpiritus, adiungit, *ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma*. Et ſane eadem Chriſtianis eſt vocationis ſpes, quia eamdem ſalutem expectant; & ad eaſdem agni nuptias in cæleſti Hieruſalem celebrandas, ad eandem pacis viſionem vocati ſunt. De Dei vnitate dixi in 2. notat. fidem vnam non in ſpecie, ſed in genere Gloſſa intelligit cum Bernard. in rubr. compilationis Gregor. de ſumm. de Trinitat. quia altera eſt fides formata, altera informis: verum neque textus, neque D. Paulus loquuntur de fide formaliter ſumpta pro actu, vel habitu, ſed de fide obiectiua, nempe de eo, quod creditur, & cui creditur. In quo omnino vna eſt fides, quia idem omnes fideles credunt, & eadem diuina auctoritate nituntur,

tor, ita Hieronimus & interpres Pauli ad literam. Io quo vera fides à falſa diſcriminatur, nam hæreticorum fides vna eſt Lutheri, altera Caluini, altera Mennonis : non ita fides catholica & Romana, cuius fideles omnes ſunt Chriſti, nullus dicere debet, *ego quidem ſum Pauli, alius autem, ego Apollo, neque enim qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus*, vt bene diſcurrit Apoſtolus 1. ad Corint. 3. numero 4. & ſequent. Et quamuis in Clementina ſermo eſſet de fide formaliter pro actu, & habitu, vna eſſet intelligenda non modo in genere, ſed etiam in ſpecie, vt quæſt. 3. ſequentis diſput. oſtendam.

24 De baptiſmate nonnihil diximus notat. 7. ſolum hic rationem reddere oportet cur vnum dicatur, reſpondet Auguſtin. *Vnum baptiſma vocatur, quod iterari non debet : ſemel enim baptizatus ſecundo baptizari non debet*, concinitque ius ciuile C. ne ſanctum baptiſma, quæ reſponſio non modo veriſſima, ſed etiam ad mentem Pauli non contemnenda, etſi enim eam non probet Iuſtinianus in Paulum, infra tamen docet ex eo loco refelli primum Iudæos, qui vt ſcribit Marcus cap. 7. verſ. 4. frequenter baptizabantur, item redargui Æthyopum ſuperſtitionem, qui quotannis ſtudio imitandi Chriſtum, Gentium ritu baptizari conſueuerunt; Denique Valentinum, ceteroſque Anabaptiſtas conuinci, qui hoc ſacramentum iterare ſolent, cum tamen Nicænum ſymbolum Apoſtolo conforme dicat, confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Non eſt ergo excludenda interpretatio, ex qua hi errores confutantur, præſertim cum aliqua ex parte conſentiat Hieronym. qui ita reſpondet 2. *Contra Valentinum, hoc facit, qui duo baptiſmata eſſe contendit: & contra omnes hæreticos, vt ſciant non habere ſe baptiſma, ſed in vna Chriſti Eccleſia fontem eſſe vitalem* : in quo in errorem Cypriani Hieronymus non incurrit, quia noluit ſignificare rebaptizandos eſſe baptizatos ab hęreticis ſecundùm Eccleſiæ ritum : ſed oſtendit, ſi quod baptiſma hæretici ritè conferant, ſuum non eſſe, ſed Eccleſiæ catholicæ, verè chriſtianæ, vnum idemque baptiſma eſſe, quod non attenta indignitate miniſtorum virtutem à Deo formæ, & materiæ conceſſam retinet, & ſuo non defraudatur effectu, etiamſi ab hæreticis conferatur. Vnde 3. reſpondetur ex eodem Hieronymo, & aptiſſime ad mentem Pauli, *Propterea & fides vna dicitur, quia ſimiliter in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum credimus: & baptiſma vnum; eodem enim modo, & in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum baptizamur*, quaſi diceret : ideo vnum eſt baptiſma, quoniam non ſub variis modis, & formis, neque in hac vel illa materia, ſed omnes in eadem aquæ materia, ſub eadem verborum forma baptizamur, & omnibus eodem modo remiſſis peccatis purificamur, quod D. Chryſoſtom. ſerm. 11. in epiſtol. ad Epheſ. & Theophil. de vno eodemque effectu in omnibus baptizatis notarunt, eo quod vnitas virtutis vnum efficeret baptiſma : concordat cap. aliud eſt de conſecrat. diſt. 4. Neque contra hoc eſt ille triplex baptiſmus, Flaminis, & Fluminis, Sanguinis, de quo Theologi cum D. Thom. in 3. par. qœſt. 66. art. 1. Nam baptiſmus Flaminis id eſt deſiderij, & Sanguinis nempe martyrij, metaphoricè tantum baptiſmi cenſeotur, in quantum vnius proprij, & veri baptiſmi, qui in aqua fit vicariam vicem ſupplent, ita Iuſtinianus ad locum Pauli & Vaſq. tom. 2. in 3. par. diſp. 146. cap. 1. & indicat Clem. noſtra: poſtquam enim dixit vnum baptiſma, addidit *quod celebratur in aqua* vt verum, & proprium ſignificaret hic eſſe intelligendum : vno igitur verbo, vnum eſt baptiſma quia vna materia *in aqua*, vna forma *in nomine Patris, &c.* vna virtus ordinata ad eundem effectum *tam adultis quàm paruulis communiter perfectum remedium ad ſalutem* : dixit *communiter* ne excluderet extraordinarium baptiſmum deſiderij ſeu martyrij in defectum communis remedij, & veri baptiſmi.

Virtutes ac informans Gratia infunduntur quoad habitum. Tempore Innocentij 3. controuerſia erat inter Theologos Doctores, an per baptiſmum non modo originale peccatum remitteretur ſed etiam gratia, & virtutes infunderentur: huius controuerſiæ meminit idem Innoc. in cap. maiores de baptiſmo, & indeciſam reliquit. Clemens verò Quintus partem affirmantem prætulit, & vt probabiliorem ſequendam eſſe ſtatuit, non quod illam tanquam de fide definiuerit, vt Gloſſa vltima indicat, ſed ſolum decreuerit tanquam probabilius tenendum, quod gratia, & virtutes (theologicæ ne ſolum, an morales etiam infuſæ, non diſtinguit textus,) in baptiſmo paruulis conferantur : ita docet ſuares tom. 3. in 3. part. diſp. 26. ſect. 2. in princip. Vaſq. tom. 2. diſp. 15...... cap. 5. Ægid. de ſacramentis ad quæſt. 69. artic. 6. Qui ſimiliter merito addunt hanc ſententiam, quod attinet ad gratiam ſeu iuſtitiam inhęrentem animę, & permaneotem in ea, iam eſſe ab Eccleſia definitam poſt Concilium Tridentinum, quod ſtatim citabimus, & in hoc quod eſt iuſtificari hominem per gratiam inhærentem, & permanentem : idem docet Vaſquez de adultis atque de paruulis. Vnde immerito Doctor Suar. tom. 3. de gratia lib. 6. cap. 3. numero 5. tribuit Vaſquez quod abſolutè neget eſſe de fide dari gratiam aliquam realiter iohærentem animæ præter actus, & ſine illis permanentem; nam expreſſe oppoſitum docet tom. 2. in 3. par. diſp. 156. cap. 5. numero 57. & 1. 2. diſp. 203. cap. 6. numero 54. neque ſibi contradicit in locis à Suar. citatis : nam 12. diſp. 79. cap. 1. ſolum ait non eſſe definitum de fide eſſe in nobis habitos, quos vocant operatiuos infuſos etiam virtutum theologicarom, ſed tanquam probabiliorem ſententiam ab Eccleſia id fuiſſe probatum, idemque repetit cap. 1. diſp. 86. & in diſp. 203. ſolum probat non eſſe adhuc definitum ab Eccleſia an adultus extra ſacramentum ſolo habitu gratiæ iuſtificetur, an etiam actu contritionis, ſeu dilectionis per ſe tantum iuſtificari queat, quæ eſt alia quæſtio de qua nunc non diſputamus. Item 3. par. tom. 1. diſp. 41. 25

cap. 1. quæſtiò eſt ſpeciatim de Chriſto, & conſequenter loquitur ſemper ad ſuam doctrinam. Alios Thomiſtas potiori iure refert Suar. pro illa ſententia, nempe Canum, Soto, Medinam, & alios, qui licet temerarium credant, negare hanc iuſtitiam, ſeu gratiam inhærentem, & permanentem, & à ſubſtantia animę à parte rei diſtinctam, aſſerunt tamen, id contra fidem non eſſe: quod quidem non probo, ſicut neque illud, quod Vaſq. tom. 2. in 3. par. diſp. 156. cap. 5. in fin. & 12. diſp. 86. cap. 2. docet, non eſſe adhuc definitum virtutes theologicas cum gratia ſimul in baptiſmo infundi paruulis ſeu adultis. A

26. Dico igitur primo: iam de fide definitum eſt tam paruulis in baptiſmo, quam adultis infundi gratiam inhęrentem, quæ eſt qualitas permanens, & in hoc ſenſu habitualis: item B virtutes theologicas infundi nempe fidem, ſpem, & charitatem (ſi hęc à gratia realiter diſtingoitur) niſi adultus obicem ponat, ita Suar. Ægidiuſque vbi ſupra, Cabrera, & alij Thomiſtæ in 3. par. quæſt. 69. artic. 4. Picard. artic. 2. contra Caluinum, Lindanus lib. 4. Panopliæ cap. 20. referens Baſil Clem. Alex. Iuſtinum Martyrem & alios Patres vno ore teſtantes in baptiſmo gratiam, & virtutes infundi, & baptizatos regenerari, illuminari, & renouari interius, quod ſine donis habitualibus, quæ baptizatis infunduntur contingere non poteſt: de gratia idem etiam docet Bellarm. lib. 1. de Grat. & lib. arbit. cap. 3. Valent. 2. par. diſp. 4. quęſt. 3. punct. vltim. Vega in Trident. lib. 7. cap. 24. C & declarat Catechiſmus Pij Quinti his verbis. *Eſt autem gratia quemadmodum Tridentina ſynodus ab omnibus credendum pœna anathematis propoſita decreuit, non ſolum per quam peccatorum fit remiſſio, ſed diuina qualitas in anima inherens, &c.* quod ſumptum eſt ex Concilio Tridentino ſeſſio. 6. cap. 7. vbi loquendo de iuſtificatione hominis ait, *quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed ſanctificatio & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ & donorum*, & infra cum diſcurreret per cauſas iuſtificationis, ait, cauſam formalem eſſe intrinſecam nobis iuſtitiam, qua Deus nos iuſtos facit, & idcirco *addit Iuſtitiam in nobis recipientes vnuſquiſque ſuam*, & infra *Charitas Dei diffunditur in cordibus eorum,* D *qui iuſtificantur, atque ipſis inhæret: Vnde in ipſa iuſtificatione, cum remiſſione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, fidem, ſpem, & charitatem.* Neſcio ſane cur clariorem requirant prædicti Theologi definitionem, quos pro oppoſita ſententia retulimus, cum hæc meo iudicio nullum tergiuerſationi locum reliquerit: cum doctrina generalis ſit aſſignans cauſam formalem iuſtificationis ſiue in paruulis, ſiue in adultis; ſiue ex diſpoſitione iuſtificati per actus interiores, ſiue ſine illa. Probatur primo ex ſacra pagina ad Roman. 6. vbi Apoſtolus ait per baptiſmum nos peccato mori, vt viuamus Deo. *Conſepulti* ait *ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*, quod rurſus ad Coloſſenſ. 2. reperit, & vt ſignificaret Paulus hanc vitam ſpiritualem animæ noſtræ cui per baptiſmum reſtituti ſumus eſſe ipſam iuſtitiam, & ſanctitatem ad Epheſ. 5. dixit *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret mundans eam lauacro aquæ, in verbo vitæ.* Nam cum ſponſa non modo ſponſi, cui de nouo coniungitur, gratiam acquirat, ſed donis etiam ſponſalitiis ſoleat exornari, certum eſt Chriſtum, hæc dona ſponſæ vſque adeò dilectæ in baptiſmi lauacro, per ſingula illius membra regeneratæ, haud quaquam negaturum: ita ad literam exponit Cornel. illud Oſę 2. numero 19. *ſponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, in miſericordia & miſerationibus, ſponſabo te mihi in fide*, vt hęc ſint dotes, donaque ſponſalitia, quę Eccleſię ſuę in deſponſationis die, ſeu iuſtificationis daturum, Chriſtus pollicetur. Iuſtitia, id eſt gratia: iudicium, id eſt ſententia contra illius inimicos: miſericordia id eſt magna ſuæ miſerationis protectio: Denique fides, quam ſpes, & charitas in iuſtificatione comitantur, vt illa ſit fides ex qua, & in qua Iuſtus viuit, ſecundùm Habacuc 2. ad Roman. 1. ad Galat. 3.

Secundo ſuadetur ex patribus qui hanc fidelium renouationem, ſeu in ſpiritu regenerationem, per infuſionem gratię, & chariſmatum dona fieri atteſtantur: ita Cyrill. Alex. lib. 2. cap. 43. exponit illud Ioann. 3. agentis de ſpirituali baptiſmi natiuitate, *quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt*. & Baſil. Homil. de baptiſmo in 2. par. declarat Pauli verba ad Galat. 4. *Filioli, quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis*, hac ratione. *Quemadmodum quod ſecundum carnem eſt ex aliquo, tale eſt, quale id ex quo natum eſt, ita & nos ex ſpiritu natos ſpiritum fieri, ſpiritum dico non ſecundum immenſam illam, & humano ſenſu incomprehenſibilem ſpiritus ſancti gloriam, ſed ſecundum eam, quæ induitione chariſmatum Dei concipitur*: ſimilia reperiuntur apud Patres de baptiſmo ſcribentes: Cyprian. epiſt. 63. Chryſoſtom. homil. 24. in Ioann. & Humil. ad Neophy. Auguſt. lib. 1. contra Iulian. ante medium, in Enchyrid. cap. 57. de nupt. lib. 1. cap. 12. de peccator. merit. lib. 2. cap. 9. & 27. item epiſtol. 57. quęſt. 2. Tertio ratione probatur. Baptiſmus ſicut & reliqua ſacramenta nouæ legis gratiam continet, quam ex opere operato in non ponentibus obicem ex inſtitutione diuina neceſſario producit: ſed hęc gratia eſt vita quędam ſpiritualis, quæ animę baptizati communicatur: ergo vt hęc ſpiritualis vita perfecta ſit, neceſſario cum gratia infundi debent ſaltem virtutes theologicę, ex quibus vitę ſpiritualis perfectio conſtat, gratia enim vitam quaſi ſubſtantialem animæ tribuit, virtutes verò theologicę eandem conferunt accidentalem, & cum Deum immediatè reſpiciant, ad perfectam animę cum Deo coniunctionem requiruntur, quę ratio ęque militat in paruulis atque in adultis. Confirmatur primo ex noſtro textu nam quęſtionem proponit de infuſione gratię, & virtutum in paruulis per baptiſmum, & ſupponit hoc non dubitari de adultis

adultis ibi, *quantum ad effectum baptiſmi in paruulis*, ſed iam effectum gratiæ datæ ex opere operato virtute ſacramenti in omnibus nou poneutibus obicem conſequi, definiuit Concil. Florent. in literis vnionis & Tridentin. ſeſſ. 7. canone 8. ergo tam de paruulis quàm de adultis idem dicendum eſt ſecundum fidem. Secundò confirmatur ex Gloſſa. Nam baptiſmus tam adultos quam pueros Chriſti membra efficit: ergo neceſſario eſt vt à capite influxum gratiæ & virtutum vtrique accipiant.

12. Dico ſecundo quamuis non ſecundùm definitionem fidei, ſaltem ſecundum probabiliorem theologorum ſententiam per baptiſmum tam paruulis, quam adultis etiam virtutum moralium per ſe infuſarum habitus conferuntur. Gloſſa magna penult. hanc de moralibus virtutibus difficultatem proponit, & indeciſam relinquit, noſtram tamen reſolutionem maior, & potior Theogorum pars tuetur. D. Thom. 12. quæſt. 63. artic. 3. & 4. Caiet. Conrad. Medin. & alij Thomiſtæ ibidem: item Bonau. Ricard. Palud. Heruæus, Capreol. Hiſpal. Maynon. Antonin. Vega & aliis quos referunt & ſequuntur Valent. 2. par. diſp. 5. quęſt. 6. punct. 1. & 2. ſuar. tom. 3. de gratia lib. 6. cap. 9. numero 7. Vaſq. 12. diſp. 86. cap. 2. Salaſ. 12. tom. 2. tract. 11. diſp. 6. ſect. 1. concluſ. 2. Antonin. Peres certam. 7. ſchol. cap. 4. Probatur prima pars facile quia nullum eſt teſtimonium in ſacra ſcriptura, vel in Conciliis, quod cogat hanc veritatem de fide tenêre: neque cum fundamento notari poſſunt temeritatis qui oppoſitum docuerint, vt bene probat Vaſquez citat. cap. 2. & 3. Secunda oſtenditur nam hæ virtutes morales per ſe infuſæ, ſunt poſſibiles, & neceſſariæ vt homo ad ſupernaturalis beatitudinis finem dirigatur, ergo de facto comitantur habitualem gratiam, & in hominis iuſtificatione per baptiſmum obtenta cooferuntor: Antecedens antequam probetur, aduerte quod virtus moralis eſt illa, quæ non immediatè & proximè attingit Deum; vt Theulogia, ſed in materia creata proximè verſatur; Hæc in quatuor præcipua membra diuiditur, quæ ſunt reliquarum virtutum capita, quorum tria in voluntate reſident: nempe iuſtitia, fortitudo, & temperentia, vnum in intellectu nempe prudentia quæ virtus eſt veluti reliquarum ductrix: has quatuor virtutes Cardinales id eſt præcipuas vocaruot Hieron. Marc. 1. D. Thom. 12. quęſt. 61. artic. 3. ad 3. & D. Ambroſ. lib. 5. in Lucam cap. 6. Gregor. lib. 2. moral. cap. 36. vbi eas ſignificari putat per quatuor angelos domus Iob, quia in his quatuor virtutibus tota boni operis ſtructura conſurgit, & in his quatuor cardinibus tota moralis honeſtas, & humanæ vitæ ſanctitas fulcitur: hoc poſito probatur antecedens. Nam in materia virtutum moralium non modo acquiſitæ, & naturales per motiua, & media naturalia, ſed etiam per ſe infuſæ, & ſupernaturales dari poſſunt,

A quia virtutes diſtinguuntur per diuerſas honeſtates in quas tendunt; ſed in eadem materia diuerſæ honeſtates diſtinguuntur; naturalis, & ſupernaturalis: nam mediocritas in ſumendo cibo, quæ eſt temperantiæ materia, vel ſumitur, vt eſt conformis naturę rationali ſecundùm rectę rationis naturalis regulam, vel vt conformatur naturę per gratiam eleuatę, & ſupernaturali fidei lumine illuſtratę; atque adeò ſuperioribus rationibus prudentię ſupernaturalis ductę: & priori modo ad temperantiam naturalem, poſteriori ad ſupernaturalem ſpectat, ergo non ſolum poſſibiles, ſed etiam neceſſarię ſunt virtutes ſupernaturales, vt homo per gratiam eleuatus, & ad ſupernaturalem beatitudinem creatus debito modo circa materiam virtutum moralium,

B operetur. Etenim ſicut Ariſtoteles lib. 3. politic. cap. 3. diuerſas virtutes diſtinguit per ordinem ad diuerſas politias, ita homo dupliciter operari poteſt honeſtè: primo vt ciuis eſt huius mundi, in quo conformiter ad rationem naturalem operatur. Secundo vt ad illam ſupernam Hieruſalem ciuitatem ſanctam paciſque viſionem dirigitur, & ſic altioris ordinis honeſtatem reſpicit in virtutum moralium exercitio, hanc rationem latius dilatatam, & ex D. Thom. deſumptam tradit Vaſq. citatus c. 6. & ſic probat noſtrum antecedens;

Conſequentia ſuadetur. Nam oſtenſo quod virtutes ſupernaturales in materia virtutum moralium poſſibiles, & neceſſarię ſint, rectè ſequitur, illas in iuſtificatione

C pariter cum theologicis infuodi. Nam ſicut natura humana verbi gratia poſtulat in homine talem corporis diſpoſitionem, Organaque qualitatum complexione ſic attemperata, vt in iis potentię ſenſuum tam externę, quàm internę ſuas functiones apte exerceant, in ordine ad conſequendum ſuum finem, quod ſimiliter in rebus aliis naturalibus ſuo modo videre eſt, ita gratia homini infuſa, ipſiuſque animæ quamdam ſpiritualem vitam communicans, poſtulat principia intrinſeca, per quę poſſit homo in omni materia congrueoter operari in ordine ad ſupernaturalem beatitudinem, ad quam per gratiam ius acquirit. Vnde quemadmodum naturales potentię poſt crea-

D tionem animę, & vnionem ad corpus per naturalem emanationem reſultant, ſiue in eadem anima immediatę recipiantur, cuiuſmodi ſunt ſpirituales, intellectus ſcilicet, & voluntas, ſiue corporales in organis corporis reſidentes: ita in ſpirituali regeneratione per baptiſmum non ſolum infunditur gratia, vt homo fiat noua creatura iuxta Paul. ad Galat. 6. & diuinæ fiat conſors naturæ ſecundùm illud 1. Petri. 1. *vt per hæc efficiamini diuinæ conſores naturæ*, item Theologicæ virtutes, ſed etiam morales infundentur. Nam ſicut theologicarum virtutum, quia ſupernaturales ſunt in entitate principia connaturalia potentiis indita requirunt: vt fiat modo magia connaturali; ita etiam actus virtutum moralium ſimiliter ſupernaturales ſibi correſpon-

L

dentia principia depoſcunt ad magis connaturalem virtutum infuſarum operationem, quod quidem magis patebit cum de habitu, & actu fidei in quæſt. 3. ſequentis diſputat. diſſeremus: videri etiam poteſt Suar. citato cap. 9. numero 8. & ſequent.

Declaratur textus ſecundus: Qui Epiſcopus; Diſtinctionis 23.

NOTATIO XII.

1. QVatuor capita ex Gratiani decreto explicanda promiſi ad initium commentationis eidem titulo congruentia; inter quæ primum occurrit c. 2. diſtinctionis. 13. quod totum extat in ordine Romano pagina 95. in Burc. lib. 1. cap. 8. Iuo. pag. 5. cap. 62. Policar. lib. 2. titul. 9. ſumptum eſt ex Concilio Carthaginenſi 4. cap. 1 quod Concilium prouinciale à 214. Epiſcopis præſente D. Auguſtino celebratum eſt anno Domini 398. & primo Pontificatus Anaſtaſij primi, poſtea à Leone 4. fuit approbatum: multa in eo fuerunt ſaluberrimè inſtituta, centum & quatuor canonibus contenta, quę primo Epiſcopos deinde inferioris ordinis clericos concernunt. Noſter igitur textus oſtendit quomodo, & de quibus examinari debeat epiſcopus, antequam promoueatur, & quamuis prius notentur quatuordecim requiſita circa perſonæ qualitates, (de quibus nunc agere non oportet) ab eo fidei profeſſionem faciendam Concilium decernit, & præter communes & generales fidei articulos de quibus iubetur interrogari, alij ſpeciatim proponuntur occaſione hæreſum eo tempore à occurrentium de hac profeſſione, & iuramenti forma agit capite, ego N. Epiſcopus de iure iurand. Tridentin. ſeſſio. 24. de reformat. cap. 1. & 12. item Pius Quartus in Conſtitut. 89. Iniunctum nobis, Ad quam Cherubinus in Compendio illud excitat dubium ſcholio 2. Vtrum omittentem hanc fidei profeſſionem iuuet regula Cancellariæ de triennali poſſeſſione, & reſpondet negatiuè, & bene. Nam primo, hæc eſt reſolutio conformis Concilio Tridentino cap. 12. citato ibi, *Nec illis poſſeſſio ſuffragetur.* Secundo illa regula cancellariæ odioſa cenſetur, & requirit qualitatem bonæ fidei, quæ in eo deficit, qui ignorantiam conſtitutionis Pij Quarti claram continentis diſpoſitionem allegat, & hoc modo reſpondet Nauarr. ad hoc dubium Conſil. 1. lib. 1. de ſumm. Trinitat. in impreſſis Brixiæ anno 1597.

2. *Antea examinetur.* Sermo eſt de examine ante Epiſcopi conſecrationem faciendo, ait enim textus, *Qui Epiſcopus ordinatus eſt*, & ſanè ſupponitur iam electio perſonæ ad tantum munus digniſſimæ ab eo, vel ab iis ad quos pertinet; Deinde verò nouum requiritur examen de vita, moribus, & ſcientia, & cum de hoc Canone meminiſſet Baron. tom. 5. anno 398. hunc priſtinum examinandi Epiſcopos morem à Clemente Octauo reſtitutum eidem Pontifici gratulatur, quippe qui creaturus Epiſcopos vnà cum aliquot delectis ad hoc Cardinalibus adhibitis, ſimul qui in vrbe erant theologis & Iuriſperitis diligenti prius probaret examine, immò ipſemet interdum interrogare ſoleret. Quod nunc dum hæc Romæ ſcribo, Dominum noſtrum Vrbanum Octauum quo pollet ingenij acumine, & ſcientiarum omnium doctrina creberrimè feciſſe audiui. Textus ergo loquitur de examine, quod fit poſt electionem, nam qui conſecrari debet à Metropolitano cum Epiſcopis comprouincialibus, vel ab his de Metropolitani auctoritate, examinatur, & inquiritur, vtrum in eo illæ emineant prærogatiuæ quas tanti officij excellentia depoſcit, quod ſcrutinium ante conſecrationem nunquam eſſe omittendum optime docet Gloſſa hic verbo *examinatur*, & confirmat ex cap. 1. 2. 3. diſt. 65. & cap. 1. diſtinct. 75. Concordat ius ciuile in authent. quomodo oporteat Epiſcopos collat. 1. §. ſancimus vbi 14. conditiones, quas habere debeat Epiſcopus, numerantur ex D. Paul. item de Caſtitate Epiſcopi ordinandi agit authent. de ſanctiſſimis Epiſcop. collatione 9. & quam pura electionis conſcientia & ſyncero bominum iudicio debeat Epiſcopus nominari docet, l. 31. ſi quemquam C. de Epiſcopis: ratio verò eſt quia ſpiritualia animarum cura virum omnino ſpiritualem, & animi doctibus tum ad intellectum, tum ad voluntatem ſperantibus apprimè inſtructum docet. Ideoque Chriſtus Dominus poſt illuſtrem fidei confeſſionem claues regni cælorum Petro promiſit, Matthæi 16. numero 19. & tunc eum ſui gregis paſtorem fecit, quando ſui amoris Vicarium præmiſſo charitatis examine in terris relinquere declarauit, & ita docuit Paulus ad Timot. 3. numero 10. ibi, *hi probentur primo, & ſic miniſtrent.*

Docibilis. Gloſſ. hoc verbo ait, quod melius dici poſſet *Docilis*, nam homo docilis dicitur, liber verò docibilis; ideoque poni verbum *docibilis* pro verbo *docilis* arbitratur, vt ponitur Ioann. 6. numero 45. *Erunt omnes docibiles Dei.* Sed hæc Gloſſa neque vocabulum, neque textum, neque locum Ioannis quem citat, bene interpretatur. Nam vocabulum quia *docibilis* verbum eſt Eccleſiaſticum, quod idem ac docilis ſignificat; nempe lenitatem, promptitudinem, & patientiam ad diſcendum, & hoc modo interpretantur Anſelmus in Paulum & Cyprianus epiſtol. 74. illa Apoſtoli verba 2. ad Timoth. 2. numero 24. *Seruum autem Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, &c.* quod hic exponit Cyprianus. *Oportet enim Epiſcopum non tantum docēre, ſed etiam diſcere: quia & ille melius docet, qui quotidie creſcit, & proficit diſcendo meliora.* Deinde textus ad locum Pauli alludere videtur, ideoque eodem vſus eſt verbo; quod quia in Græco eſt διδακτικὸν id eſt aptum, & paratum ad docendum, ideoque ſic exponunt locum Chryſoſtom. 3.

Chryſoſtom. Theodor. Syrus, Theophil. &
auctor commentariorum qui D. Hierony-
mo tribuuntur: ſiue ergo paratum dicas ad
docendum; ſiue ad diſcendum, coofilium
Pauli datum Timotheo, omnibos Epiſco-
pis textus accommodat, ideoque voce,
quam noſtra vulgata ponit, ille vſus eſt.
Iam verò Ioannis verba hæc ſunt, *Et ſcri-
ptum in Prophetis: Erunt omnes docibiles Dei:*
verbum Græcum eſt, *διδακτοί*, id eſt docti,
ſeu diſcipuli, & alluſio fit ad locum Eſaiæ
54. *Ponam vniuerſos filios tuos doctos à Do-
mino*, ſeu diſcipulos Domini: ad quem lo-
cum Ioannis, ſi textus reſpexit, merito etiam
vocabulum *docibilis* adduxit; neque idem
eſt, quod docilis: ſed doctum à Domioo, ſeu
diſcipulum Domini ſignificat & rectè in
Epiſcopum ordinandum quadrat.
4 *Suis negotiis cauens.* Id eſt, in rerum
ſuarum diſpoſitione cautus, prouidus, cir-
cumſpectus, etenim vt optime Paulus 1.
ad Timoth. 3. *Si quis domus ſuæ præeſſe neſcit,
quomodo Eccleſia Dei diligentiam habebit?*
Qua de cauſa ait Gloſſa Epiſcopum ob
ſimplicitatem repodiari iuxta capur Petrus
diſtinc. 39. ibi, *omnino vt dicitur ſimplex eſt:*
ideoque electus non promouetur, quia in
hac regiminis arce conſtitui non debet niſi,
*qui non ſolum de ſalute animarum, verum
etiam de extrinſeca vtilitate, & cautela ſciat
eſſe ſolicitus.* Non illa ergo hic taxatur ſim-
plicitas, quæ eſt ſine fuco & dolo, veraque
virtus, & à deceptione habentem præſer-
uat; vt docer D. Thom. 22. quæſt. 11. artic.
3. ad 2. quam Chriſtus Dominus Apoſto-
los ad prædicandum mittens, tanquam
prudentiæ temperamentum ipſis maximè
commendauit. Matth. 10. numero 16.
*Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimpli-
ces ſicut columbæ.* De hac laudabili ſimplici-
tate, prudentiæ temperamento condita, agit
Hieronymus ad Paulinum epiſtol. 13. rela-
tus in capite ſi cupis 16. quæſt. 1. Alia eſt
ſimplicitas vitioſa, quæ in ſtultitiam ver-
git, & circumſpectione bonaque rei fami-
liaris diſpenſatione caret, banc in Maria-
no, ſeù Mariniano Epiſcopo reprehendit
Gregorius in capite fratrem diſtinc. 86. hęc
tamen incuria, ſeu imprudeotia, quæ pro-
mouendum Epiſcopum impediuit cum alio
etiam vitio cooiuncta erat in illo Petro, vt
notat Gloſſa in capite Petrus diſtinct. 39. &
probat ex capite de Petro diſtinct. 47.
5. *Si literatus, ſi in lege Domini inſtructus.*
Concinir lex 22. titul. 5. partir. 1. ibidem-
que Gloſſa. 2. & Gloſſ. 3. item lex 7. titul. 10.
partit. 4. ſed quam præcipuè ſcientiam re-
quiritus Canonicum in Epiſcopo? quibus
eum literis inſtructum deſiderat? legis diui-
næ peritum quærit, in germanis ſacrarum
ſcripturarum ſenſibus verſatum, in Eccle-
ſiaſticicis dogmatibus exercitatum; & ante
omnia fidei documenta clarè, & apertè præ-
dicantem. Nil de iuris prudenria hic agi-
tur, de legum digeſtis, de Iuſtiniani Codice
nulla prorſus mentio fit. Vnde Turrecrem.
hic colum. 3. ait, *Nota quod dicit, in lege Do-
mini, non in lege ſaculi*: Nam, vt dicit lex,

A opprobrium eſt clericis videri ſapientes in
legibus ſæcularibus; lege repetita C. de
epiſcop. & Cleric. ibi, *abſurdum etenim Cle-
ricis eſt, immo etiam opprobrioſum, ſi peritos ſe
velint oſtendere diſceptationum eſſe forenſium*;
& adhuc contra tam claram Iuris Canoni-
ci deciſionem aliqui Canoniſtæ Theologis
oblatrare non deſinunt, quod immerito in
Epiſeopatibus Canonicis Theologi præfe-
rantur. Super omnes id pertinaciter defendit
Mandoſius in 16. regulam, Cancellariæ
quæſt. 16. ante medium cum aliis, Azeuedo
in lege 4. titul. 1. lib. 2. nouę recompilationis
poſt Minebacam & Simanchas. Pro eadem
ſententia ſtat Barboſa de officio & poteſtate
Epiſcopi partit. 1. allegat. 1. numero 30. ci-
tans pro ſe Henricum, Azorem & Ema-
B noelem Roter. qui omnes, vt referam, op-
poſitum manifeſtè docent; quamuis enim
dicant eſſe ſufficientem Canonici iuris pe-
ritiam cum mediocri Theologiæ ſcientia ad
Epiſcopatum adeumdum, nullus tamen ex bis
tribus Canoniſtam cęteris paribus Theolo-
go pręferendum affirmauir: ſed è contra.
Quamobrem non ſine maxima ſacrę Theo-
logię iniuria, & Epiſcopalis officij ignorao-
tia in adeptione Epiſcopatus Theologo Ca-
noniſta anteponitur, cum Theologus ra-
tiona ſcieotię, & rarione officij debeat pręe-
ferri: ita tenent Richard. quodlib. 4. Maior.
in 4. diſtinct. 24. quęſt. 3. artic. 6. Caietan.
22. quęſt. 185. artic. 3. & alij recentiorès:
ibidem Cano de locis lib. 8. capire 6. Sotus
lib. 3. de iuſt. quęſt. 6. artic. 2. concluſ. 10.
C Mercatus cap. 17. Bannes 22. quęſt. 2. artic.
8. dub. 2. Petrus Nauarra de reſtitut. lib. 2.
cap. 2. numero 165. Henriq. lib. 10. cap. 33.
in comment. §. 2. Emanuel, quæſt. regul.
tom. 1. quęſt. 11. artic. 4. Azor. inſtitut.
Moral. partit. 2. lib. 3. cap. 8. quęſt. 10.
Rabelo de obligat. iuſt. par. 1. lib. 3. quęſt. 5.
prope finem. Et ne Theologos tantum buios
veritatis teſtes afferam; in primis ex Ca-
nooiſtis Abbas, Hoſtienſis, & alij commo-
niter ad cap. 1. de conſanguinit. idem faten-
tur vbi hęreſes pullulanr, vel denuò Eoan-
gelium eſt annunciandum, videlicet aptiorem
eſſe Theologum Canoniſta ad Epiſcopa-
rum, ideoque priſcis temporibus Epiſcopi
Eccleſijs præficiebantur ex Theologis opta-
D ti. Deinde ſine hac limitarione ſemper cæ-
teris paribus Theologum in Epiſcopatu præ-
ferendum eſſe, docet Menoch. de Iudic.
arbitrar. caſu 425. numero 25. Aleiar. in
rubric. Cod. de ſumm. Trinitat. Peres 640.
titul. 19. lib 8. ordin. Decios in capite
Clerici de iudic. numero 7. Nicol. Boër.
in tract. de ordin. graduum vtriuſque for.
ante finem primę partis, Sylueſter inſignis
Canoniſta verbo Epiſcopus.
Probatur primo ex Concilio Tridentino 6.
ſeſſ. 22. cap. 2. vbi aſſumendus ad cathe-
dralem Eccleſiam prius præſcribirur Do-
ctor, ſeu licentiatus in Theologia, &
deinde adiungitur, vel in iore Canoni-
co, & ſeſſio. 24. cap. 18. agens de exa-
minatoribus ad Eccleſiarum parochia-
lium prouiſionem, ſimiliter Theologos

Iuriſperitis præponit. Secundo officium A Epiſcopi non tam eſt lites, & cauſas decidere, quam Eccleſiam ſibi commiſſam in fidei integritate, morumque diſciplina ad christianam religionem conformi conſeruare, eiuſque oues doctrina, & vitæ exemplo paſcere, at qui ad hoc munus quis non videt magis aptum eſſe theologum, quàm Iuris Canonis peritum? antecedens patet ex iis de quibus Epiſcopus in conſecratione interrogatur, & admonetur, & oſtendit D. Paul. 1. ad Timoth. 4. vbi poſt alia, quæ ad eumdem ſcopum collimant, ait, *Attende tibi, & doctrinæ: inſta in illis: hoc enim faciens & ipſum ſaluum facies, & eos, qui te audiunt.* Non dixit attende litium deciſioni, immo de hac materia agens. 1. ad Corinth. B 6. numero 4. non ad ſe, neque ad Epiſcopos litigatores venire iuſſit, ſed ait, *contemptibiles qui ſunt in Eccleſia illos conſtituite ad iudicandum* Tertio Epiſcopi Iuriſdictio tam forum internum animæ, quàm externum, & contentioſum concernit, in quantum conducit ad promouendos fideles in Dei cultum, & animarum ſalutem: totum hoc Theologia partim ſpeculatiua, quæ fidei veritates exponit, & ſacram ſcripturam interpretatur partim moralis, & practice edocet: iuris verò Canonici peritia, etiamſi ad partem moralem conducat, alteram vix de limine ſalutat in noſtro titulo de ſumma Trinitat. & niſi Theologus hos textus de- C claret tota illorum doctrina Iuriſperitum latebit. Quarto Epiſcopus Iuriſtarum ſubſidiaria opera vſus, ſi theologus ſit, facili negotio cauſarum iuſtitiam diſcernet, & terminos iuris penetrabit, textuſque theologico diſcurſu adiutus aptiſſimè interpretabitur: ſi tamen Epiſcopus ſit ſulo iure instructus, quæſtiones Theologicas difficile percipit; neque auxiliaris opera Theologorum ſufficit, vt ipſe penetratis Theologiæ terminis, quid tenendum ſit ſecundùm fidei principia diſcernere poſſit; præſertim in difficilioribus Trinitatis, Incarnationis, Euchariſtiæ, gratiæ, & ſimilibus. Itaque Theologus, vt queſtionem iuris intelligat ſa- D tis eſt quod illam legat: Iuriſperitus Ædipo vel Delio natatore opus habet, ſin minus bonum etiam ingenium theologico diſcurſu, fluctu veluti decumano obruetur.

7. *Si Diabolus non per conditionem.* Omnia fere fidei myſteria, quæ continentur in hac interrogatione, in ſuperioribus notationibus declaraui, præſertim à ſecunda vſque ad quintam, & Notation. 4. rationem reddidi cur omnes Angeli propria voluntate, malitia, non natura peccarunt, & facti ſunt mali: idem hic repetitur, cum dicitur, *non per conditionem*, id eſt per creationem, ſed per proprij arbitrij libertatem bonos ſpiritus peccando diabolos euaſiſſe. Concinit cap. citius, §. vnde in Euangelio de pœnitent. diſtinc. 2. ſolum hoc loco oportet gloſſam verbo *conditionem* ſano modo exponere: nam facile errandi præbebit occaſionem, ait enim in diabolo manere adhuc liberum arbitrium, ſed ad malum tantùm, ideoque poſſe demereri, & quotidie fieri peccatorem: quemadmodum bonus Angelus liberum arbitrium habet tantum ad bonum, & quotidie poteſt mereri, & fieri melior ex capite vaſis iræ quæſt. 4. quare addit ſolum hominem nunc habere liberum arbitrium tam ad bonum, quàm ad malum iuxte caput Nabuchodonoſor 23. queſt. 4. qui quidem textus bene probat inſtitutum in homine eſſe liberum arbitrium ad vtrumlibet, alter verò textus, qui primo loco citatur, nec verbum quidem facit de Angelis, ſed ſolum probat quomodo in peccantis malitiam, & in arbitrij libertatem refundi debeat quod aliqui prædeſtinati non ſint, ſeu quod reprobo ſint, & quomodo in obſtinatis ipſum etiam ſupplicium vertitur in culpæ reatum.

Dico igitur primo, propoſitiones has, Angelus nunc meretur, & quotidie fit melior; item Dæmon nunc demeretur, & quotidiè peior fit, ſi ſermo ſit de merito pręmij eſſentialis, ſiue de ſupplicio, & pœna eſſentiali eſſe omnino falſas: ita Suar. quantum ad meritum præmij de Angelis lib. 6. capite 6. numero 5. quantum ad demeritum lib. 8. capite 11. numero 26. Vaſq. de primo 12. diſp. 230. cap. 1. numero 2. de ſecundo 12. diſp. 241 cap. 5. in fin. vbi dicunt ita ſentire omnes ferè theologos. Probatur, nam ad merendum, vel demerendum requiritur, vt perſona merens, ſeu demerens ſit in via, non verò in termino viæ: vt docent D. Thom. 1. quæſt. 62. artic. 9. & 3. part. quæſt. 19. artic. 3. Scot. in 3. diſt. 18. quæſt. 1. §. in iſta quæſt. Alex. Alber. Bonau. Richard. Durand. Palud. Gabr. Argent. Marſil. Almain. & alij quos ſequuntur Suar. tom. 3. de Grat. lib. 12. capite 15. numero 1. Vaſq. 12. diſp. 216. capite 4. numero 27. ſed tam bonus, quàm malus Angelus, ſunt extra ſtatum viæ: nempe in illius termino: ille videns Deum, hic ſupplicio damnatus æterno: ergo neque bonus in eſſentiali præmio, neque malus in eſſentiali pæna creſcere poteſt: minor probatur, quia ſtatus viæ eſt peregrinationis, & agonis & ſicut hominibus tempus mortalis vitæ regulariter deſignatur pro via, iuxta illud Pauli 2. ad Corinth. 5. *Dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino: per fidem enim ambulamus & non per ſpeciem*: Ita Angeli tamdiu in via fuerunt, quamdiu ad finem deſtinatum beatæ fœlicitatis non peruenerunt: tandiu per fidem ambularunt quandiu ad Dei viſionem, quæ eſt terminus vię, & agonis præmium, vel ad infelicem damnatorum ſtatum non venerunt, qui vero ſupplicio addicti ſunt æterno, ſicut extra viæ ſtatum ſunt ad merendum; ita etiam ad demerendam pœnam eſſentialem. Dixi regulariter, vt abſtinerem à quæſtione de Henoch, & Elia, qui ſi carne mortali adhuc viuunt, & extra viam ſunt, ex peculiari Dei diſpenſatione, ſeu diſpoſitione id prouenit, ad cuius voluntatem viæ tempus, & merendi occaſionem potiſſimum referri exiſtimo cum Suario ſupra citato

ritato; nullam enim video naturalem repugnantiam cum viſione beatifica, quominus actiones liberæ, & honeſtæ beatorum, meritoriæ etiam eſſentialis præmij eſſe non poſſent, ſaltem ſecundum intentionem, vel extenſionem, licet neceſſario mutanda eſſet viſio indiuidualis: ex permanentia tamen felicis ſtatus gloriæ ad eum gradum ad quem à Deo vnuſquiſque præordinatus eſt ex ſua miſericordia, & ex decreto ſupplicio pro ratione ſcelerum vniuſcuiuſque prouenit: vt nec Angelus beatus in eſſentiali præmio, neque damnatus in eſſentiali pœna creſcat. Et cum via ordinem dicat ad finem, oportuit, vt à Deo aliquis aſſignaretur viæ terminus merito, & demerito præſcriptus, ne in infinitum procederetur, & via eſſet ſine termino.

Secundo probatur ſpeciatim, prius in bono, deinde in malo Angelo non accreſcere meritum præmij, vel ſupplicij eſſentiale. Nam Angeli boni à principio ſuæ beatitudinis fuerunt in gratia confirmati, & in charitate perfecti: hi enim ſunt miniſtri Dei, *qui faciunt voluntatem eius*, vt cecinit regius Vates Pſalm. 102. & hoc tanquam dogma de fide ex ſcripturæ ſacræ, patrumque teſtimoniis probat Suar. tom. 3. de grat. lib. 6. cap. 7. numero 2. vnde numero 5. infert ſanctos Angelos habere omnem perfectionem voluntatis, quæ ad complementum ſuæ felicitatis neceſſaria eſt. Nam in eis eſt gratia gloriæ correſpondens, & immobilis rectitudo voluntatis; ergo augeri nequit gratia, vel charitas ipſorum, & non poteſt fieri melior, eſſentiali, & quaſi intenſiua, vt ita dicam melioratione, ſeu incremento felicitatis; etenim permanentiá eadem in viſione Dei, & amore, qui ad illam neceſſario conſequitur, pars eſt beatitudinis vnicuique Angelo pro præcedentium meritorum ratione conceſſa, & ſicut corpus graue, aut leue quando ad centrum peruenit, ibi quieſcit, ita boni Angeli in ſuæ felicitatis centro abſque vlla augmenti mutatione conquieſcunt. Deinde de malis Angelis certum eſt per mala opera, quæ extra viam in inferno, vel in hoc mundo detenti exercent non mereri pœnæ eſſentialis damni, aut doloriferæ torturæ augmentum, hoc enim ſignificatur cap. 11. Eccleſiaſtis, ver. 3. *Si ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem in quo loco ceciderit ibi erit*, id eſt in eo ſtatu meriti, in quo iuſtus, aut impius in mortis tranſitu inuenitur in charitate, & gratia, vel ſine illa, in eodem relinquitur, vt Lorinus cum Hieronym. Gregor. Bernard. Olimpiodoro, Albino, Salonio & Ioanne Arbonco interpretatur, quibus adde Bellarmin. tom. 2. lib. 1. de purgator. cap. 12. Item 2. Corint. 5. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit.* Græci Patres quibus conſentit Auguſtin. in Enchiridio, cap. 12. legunt, *vt referat vnuſquiſque quæ per corpus geſſit*, id eſt in hac mortali vita: hæc verò permanentia in eodem ſtatu prouenit ex perpetuitate deſignati

A ſupplicij, & impotentia ad boni operis exercitium, aut ad proſecutionem beatitudinis. Vnde ſicut bona opera in ſtatu beatitudinis ſunt fructus, non merita illius felicitatis: ita mala opera in ſtatu damnationis, fructus, non merita illius miſeriæ, & infelicitatis cenſentur.

Dico 2. in aliquo ſenſu, accidentalis gloria bonorum Angelorum creſcere poteſt, accidentalis item pœna maiorum: ita D. Thom 1. par. quæſt. 62. artic. 9. & in 4. diſt. 50. quæſt. 2. art. 1. quæſtiuncula 6. & theologi communiter: Suar. vbi ſupra cap 8. numero 5. Vaſq. 1. par. diſp. 23. cap. 2. Probatur aſſertio de bonorum Angelorum accidentali gloria, nam licet in illis creſcere B nequeat eſſentialis gloria, quæ in viſione, amore, & gaudio de Deo clarè viſo conſiſtit, imo neque etiam illa, quæ licet accidentaria ſit, comitatur, & conſequitur inſeparabiliter eſſentialem & pertinet ad ſubſtantiam completæ beatitatis: v. g. gaudia de bonis operibus factis, de conuerſatione beatorum inter ſe, de cognitione creaturarum extra Deum in proprio genere, præſertim illarum quæ pertinent ad ſtatum cuiuſque: tamen actus intellectus, & voluntatis Angelorum, qui circa obiecta creata proxime verſantur, & non conſequuntur neceſſario eſſentialem illorum beatitudinem, poſſunt variari, & in his dari poteſt aliquod augmentum accidentalis gloriæ: huiuſmodi C ſunt reuelationes de quibuſdam effectibus, gratiæ, vel de cogitationibus cordis, Gaudium de bonis operibus hominum, de quibus Auguſtin. in ſoliloq. cap. 27. *Angeli congaudent gaudentibus de te: quoties bona agimus, gaudent Angeli*, item Lucæ. 15. *Gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* De hac accidentali gloria etiam exponit Suar. numero 6. doctrinam Innocent. 3. in cap. cum Marthæ de celebrat. miſſar. vbi ait, *licet plerique reputent non indignum ſanctorum gloriam vſque ad iudicium augmentari.* Verum meo iudicio magis ad mentem pontificis illum textum de gloria eſſentiali exponit Vaſq. diſp. citata cap. 1. Nam de hac accidentali gloria non ita duD biam ac incertam relinqueret Innocentius huius rei deciſionem, cum omnium theologorum communis ſenteotia de accidentalis glorię augmento in ſenſu à nobis declarato non dubitet: cum igitur retulit illam ſententiam ita dubiam, indicauit opinionem, quam tenuit Magiſter in 2. diſt. 11. aſſerens Angelos creſcere in beatitudine eſſentiali vſque in diem iudicij, videndo plura ſucceſſiue in Deo, & conſequenter clarius & melius ipſum Deum, item Bonauen. in 3. diſt. 4. artic. 2. quęſt. 3. Scot. quęſt. 2. §. ſed ſi iſta Marſil. in 3. quæſt. 10. artic. 2. in 2. parte illius & in 3. part. concluſ. 3. Palud. in 4. diſt. 45. numero 31. Abulen. in Matth. 5. quæſt. 44. & cap. 24. quæſt. 206. & alij. Denique plurimùm de accidentali non de eſſentiali pœna exponi debent aliqua ſcripturæ loca, quæ huius pœnæ augmentum denotant in dæmonibus, quale eſt illud Matth.

8.num.29. *Quid nobis & tibi, Ieſu Fili? Dei veniſti huc ante tempus torquere nos*: in quem locum Abul. quæſt. 108. ait, *Dæmones realiter ſentiebant ſe puniri præſente Chriſto ; ita quod nunc multo maiora eſſent tormenta eorum quam prius, ideo clamabant præ dolore*, & ſimilia docet Chryſoſt. homil. 29. Hieronym. Euthim. & alij Patres: ſed mihi placet Theophylacti, & Caietani expoſitio, qui docent in hoc dæmones maxime torqueri, quod à poſſeſſis corporibus pellerentur, & præcepto Chriſti inuiti cogereotur exire, & à tentandi officio aliquandiu ſuſpendi, aut ſaltem vires ſuaa multum infringi, hæc enim illis erat ſpiritalis tortura, & nouum triſtitiæ augmentum, & fortaſſe ad hanc ſolum reſpexerunt Chryſoſtomus, & alij patres citati.

10. Dico 3. Aogeli boni non fiunt quotidie meliores eſſentiali vel intenſiuo bonitatis augmento, ſed accidentali, ſeu extenſiuo, licet mali intenſiuè, & extenſiuè, peiores fiant: neutri tamen operationum exercitio augent meritum ſeu demeritum: prima huius aſſertionis pars ſatis probata eſt ex prima aſſertione, nam quamuis Angeli beati in cuſtodia hominum opera charitatis exerceant, & obedientię erga Deum, non accreſcit ſtatus perfectæ virtutis in quo cooſtituti ſunt à primo ſuæ beatitudinis momento. Item habitus gratiæ, charitatis, & reliquorum dooorum, quæ manent in patria oon intenduntur, quia hi habitus intenduutur meritoriè: ſed de nouo Angeli beati non merentur, ergo neque hi habitus de nouo intenduntur: habitus verò acquiſiti qui ſunt puræ facilitates ad operandum, poſita viſione beata & amore Dei, neceſſarij non ſunt, quoniam in operibus virtutum beati nullam difficultatem habent, quæ ab habitibus vinci debeat, ſed magnam facilitatem, & voluptatem: ergo ſiue hos habitus in via acquirerent Angeli, ſiue non acquirerent: ſane in gloria illis nullo modo indigent, accreſcit tamen accidentalis extenſiuaque bonitas Angelorum in quantum multiplicantur actus virtutum, quas io ſuis miniſteriis exercent. Secunda pars ſuadetur: Nam dæmooum malitia noo ſolum ſcelerum multitudine multiformiqoe ſpecie operando accreſcit exteoſiue, ſed etiam intenſiuè in habitibus augetur, quia vt docet Suar. lib. 3. de Angelis cap. 12. numero 5. Dæmones malis actibus prauos vitiorum habitus acquirunt, & intendunt. Ideoque Dęmones mentiendi, tentandi, & decipiendi exercitio maiorem promptitudinem, & facilitatem acqoirunt ad hæc enim vitia illos non natura; ſed malitia procliues fecit ad actus prioribus ſimiles perpetrandos. Tertia denique pars oſtenditur ex D. Thom. 1. par. quęſt. 62. artic. 9. ad 3. quia nullos eſt in ſtatu merendi etiam accidentale præmium, niſi viator: ſimiliter neque in ſtatu demerendi, ſed talis non eſt Angelus beatus, quia ſolom eſt comprehenſor, neque damnatus, quia in ſumma malorum eſt, à via merendi, vel demerendi deiectus, & quòd quod eſt nouorum flagitiorum demeritum, id totum ad primam culpam pertinet, qua in damnationem deuenit, vt docet D. Thom. in 4. diſt. 50. quæſt. 2. art. 1. quęſt. 6. ad 3. & ideo ſupra dixi bona opera in beatis non merita ſed fructus eſſe felicitatis: item mala in damnatis non demerita, ſed damnationis effectus cenſeri. Illa vero, quæ in dęmonibus accreſcit tortura, ab ipſiſmet infligitur, & eſt illa voluntatis triſtitia naturaliter reſultans, quando ſe ſuis conatibus fruſtrari aoimaduertunt, vt cum Theophyl. Caiet. & aliis ſupradixi.

Si nuptias non prohibeat. Vt multorum hæreticorum falſiſſimum dogma deteſtaretur, qui nuptias tanqoam diaboli inoentum damnarunt: quorum primi fuerunt Simonis Magi ſectatores, vt auctor eſt Clem. Roman. de Conſtitut. Apoſtol. lib. 6. cap. 8. Deinde Saturninus teſte Irenęo lib. 1. cap. 12. item Seuerus, vt ait Nicetas lib. 4. Orthodox. fidei hęreſi 17. & Marcioo. vt teſtatur Tertul. lib. 1. contra Marc. Clemens Alex. lib. 3. Hieronym. contra Iouinian. & Tatianus, vt refert Irenęus lib. 1. cap. 30. & Euſtachius vt docet Concil. Gangrenſe & Socrates lib. 2. cap. 33. Denique Origeniani, Manichæi Ericratitæ Priſcillianiſtę, & alij quos allegant Coccius tom. 2. theſauri lib. 9. artic. 1. & Bellarm. de matrimon. cap. 1. qui hęretici in Gangrenſi Concilio diuerſis capitibus anathemate damnantur vt habetur diſtinc. 30. in cap. ſi quis propter, & cap. ſi quis nuptias, & in Concilio Bracharenſi 10. Canon. 11. Toletan. 12. cap. 8. & aliis; Omnibus tamen Paulus prior ſic ait 1. ad Timoth. 4. v. 1. *In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam prohibentium nubere, & abſtinere à cibis, &c.* 11.

Si ſecunda matrimonia non damnet. Secundas item nuptias alij hęretici condemnarunt: vt fuerunt Montaniſtę, de quibus Auguſtin. hęreſ. 26. contra quos idem Auguſtin. 10 cap. Deus maſculum, & ſequenti finali: item Hieronim. in cap. quomodo & in cap. aperiant 31. quęſt. 1. depugnant, & ex loco Pauli proximè citato conuincuntur.

Si carnium perceptionem non culpet. Propter Hæreticos, ait Turrecrem. qui carnes dicunt non eſſe comedendas, & comedentem illas ſaluari non poſſe; quæ hęreſis damnata fuit à Coocilio Gangrenſi, cuius de hac re Canon habetur diſt. 30. in cap. ſi quis carnem, qoi tamen ſint hi hæretici non declarat Turrecrem. neque alij commentatores, quos vidi. Dicendum tamen hunc errorem de eſu carnium coniunctum fuiſſe cum alio de prohibitione, de quo maximè Paulos in loco citato, ad quem Apoſtoli locum, allodere Clementem Romanum lib. 6 de Conſtitut. Apoſtol. cap. 10. teſtatur Turrianus in ſcholio ad illa verba Clementis. *Item partim eorum docent non eſſe nubendum, eſſe à carne abſtinendum, & vino, execrabilia enim eſſe nubere, &c.* & infra. *Partim verò eorum legem ſanciunt de abſtinendo à carne animantium non tanquam ratione carentium, ſed tanquam rationem habentium.* 12.

Fuit

Fuit igitur error hic etiam Apoſtolorum
tempore ſubortus, in quo fuerunt aliqui ex-
citati hæretici præſertim Eneratitæ, qui ani-
mata abominabantur, & piaculare crede-
bant ad veſcendum occidi, vt refert Epiphan.
hæreſ. 47. quod etiam aliqui ex antiquis
philoſoph. tenuerunt; vt Porphyr. de abſti-
nent. animat. dicit: neque ab eodem errore
alienus fuit Marcion. qui teſte Epiphan.
hæreſ. 24. *docebat animatis non veſcendum,
pronuncians reos eſſe iudicij, qui carnem edunt
velut qui animas cadunt*: idem tenuit Mani-
chæus ſecundum Epiphan. hęreſ. 66. vtriuſ-
que erroris in prohibitione nuptiarum, &
eſus carnium ſimul meminit ſanctus Ignatius
& confutauit epiſtol. 9. ad Philadelph. & 13.
ad Neronem. In oppoſitos errores Luthe-
rani, & Caluiniſtæ Apoſtoli teſtimonio abu-
tentes abierunt, vt cælibatus continentiam,
& in ſanctis ieiuniis ciborum delectum, &
abſtinentiam relegarent: eo maiori humanæ
ſalutis periculo errantes, quo hæreſim vo-
luptati magis morigeram inuexerunt. Ve-
rum ſi ſanctos Patres conſulerent optimè ex
Clemente citato, & Ignatio, item ex Au-
guſtino lib. 10. contra Fauſt. cap. 6. Ful-
gent. de fide ad Petrum cap. 3. Bernard. ſer-
mon. 66. in Cant. & aliis diſcerent, non ab-
ſtinentiam de ſe, neque continentiam, ſed
hypocriſim ſpiritumque erroris damnari ab
Apoſtolo, quo hæretici vaniſſimi honoris
cupidi ſanctas nuptias execrabantur, ciboſ-
que tanquam malos, & cædem animalium
tanquam rationem habentium condemna-
bant: reliquorum omiſſis teſtimoniis, Ber-
nardi tantum appono ſententiam. *Hinc quo-
que hæreticos ſe probantes, non ſane quia abſti-
neant, ſed quia hæretice abſtineant: Nam &
ego interdum abſtineo, ſed abſtinentia mea ſatiſ-
factio eſt pro peccatis, non ſuperſtitio pro im-
pietate, à carne abſtineo, ne dum carnem nimis
nutrio, & carnis vitia ſimul nutriam.*

Si pœnitentibus reconciliatis communicet. Vt
oſtendat ſe alienum eſſe ab illorum errore,
qui pœnitentes non recipiunt, tales fuerunt
Montaniſtæ, *qui ad omne pene delictum Ec-
cleſiæ obſerant fores*, vt ait Hieronym. epi-
ſtol. 54. ad Marcell. & aduerſus Iouinia-
num lib. 2. cap. 2. Nouatiani, qui nullam
poteſtatem ſacerdotibus tribuebant, qua poſ-
ſent pœnitentes contritos abſoluere, vt refert
Cyprianus lib. 4. cap. 2. Euſebius lib. 6.
cap. 39. Ambroſ. lib. 4. de pœnitent. cap.
2. Ideoquè pœnitentes recipere nolebant, vt
ait Iſidor. lib. 8. Etymolog. cap. 5. refertur-
que in c. quidam 24. q. 3. vbi ſimilis error
tribuitur Luciferianis: idem tenuit Sym-
pronianus teſte Paciano epiſtol. 1. & 3. ad
Sympronian. Melchior. Hoffmannus, vt
allegat Bullingerus contra Anabaptiſtas, lib.
2. cap. 13. & denique Vvolfangus Muſculus
in locis communibus cap. de baptiſmo, &
alij relati à Coccio in theſauro tom. 2. lib.
7. artic. 1.

Si baptiſmate omnia peccata, &c. Antiqua
fuit Origeniſtarum hæreſis, peccata per ba-
ptiſmum non tolli: ſed tantum tegi, vt tan-
dem in morte tollerentur: ita tenuit Proclus
A quidam Origeniſta teſte Epiphanio hæreſ.
64. eundem errorem confirmarunt poſtea.
Meſſaliani, vt Theodoretus auctor eſt lib.
4. de fabulis hæreticorum, idem delirium
hæretici noſtri temporis errorum veterum
nouatores, Lutherus in Antidoto Concil.
Tridentin. ſeſſ. 5. Chemnitius in examine
eiuſdem Concilij, Philippus in Apolog. 2.
articul. confeſſionis Auguſt. quos Ioannes
Roffenſis & Bellarm. cum eo lib. 1. de Sa-
cram. baptiſm. cap. 13. & ſequent. manife-
ſti mendacij in allegatione Auguſtini con-
uincunt, eam denique hæreſim damnauit
Tridentinum ſeſſio 5. in decreto de peccato
originali, §. ſi qui per I E S V, &c. aſſerens
per baptiſmum *tolli totum id quod veram &
propriam peccati rationem habet.* Item Concil.
B Florentin. in literis vnionis, vbi pro effectu
baptiſmi aſſignat remiſſionem peccati cu-
iuſlibet tam originalis quam actualis, & hoc
in ſymbolo, concilia Nicænum & Conſtan-
tinopolitanum profitentur, *Credimus vnum
baptiſma in remiſſionem peccatorum*, ſine li-
mitatione vlla: neque bene declarauit Gloſ-
ſa verbum *dimittantur* dum adiunxit, *dimiſſa
oſtendentur*, exiſtimauit enim peccata non
dimitti adulto per baptiſmum ſed per con-
tritionem; arguitquè hoc modo, aut adultus
accedit ad baptiſmum cum charitate, aut ſi-
ne illa: ſi cum charitate, iam nullum in eo eſt
peccatum: ſi ſine charitate nullum peccatum
ei dimittitur, & probat ex cap. oſtenditur
de conſecration. diſtinct. 4. Additque, illas
tamen ſatisfactiones condonari, quas adul-
C tus pro peccatis facere deberet: probat ex
cap. ſine pœnitentia de conſecrat. diſtinct. 4.
Tandem dicit quod originalia dimittuntur
adultis per baptiſmum, ſed nullum mortale,
ſi non habet charitatem per cap. vide 1. quæ-
ſtione prima.

In hac gloſſa quatuor continentur: duo qui- 15.
dem vera: altera duo omnino falſa, & con-
tra communiſſimam Theologorum ſenten-
tiam, quæ quatuor puncta non tam ex pro-
feſſo tractabo, quam breuiſſimè oſtendam
quid tenendum ſit, vt falſa à veris ſecernan-
tur. In primis verum eſt, per actum contri-
tionis perfectæ dimitti peccata adulto, an-
te baptiſmum, vt definit Concil. Tridentin.
ſeſſio 14. cap. 4. & ſequuntur omnes Theo-
logi cum D. Thom. 3. par. quæſt. 68. artic.
D 2. Vaſq. ibidem diſput. 152. cap. 1. Ægid.
dubio 3. Suar. tom. 3. diſp. 26. ſect. 1. ve-
rum etiam eſt, quod adultus per actum con-
tritionis perfectæ ſeu charitatis, gratiam
Dei & iuſtificationem obtineat ſine baptiſ-
mo re ipſa ſuſcepto, poſtea verò per baptiſ-
mi ſuſceptionem, ab omni pœnarum reatu
ſeu ſatisfactione temporaria abſolui: ita vt
nihil luendum remaneat: ita Eugenius 4. in
Concil. Florent. in decreto fidei §. primum
omnium. *Huius Sacramenti* (de baptiſmo lo-
quitur) *effectus eſt remiſſio omnis culpæ origi-
nalis, & actualis: omnis quoque pœnæ, quæ
pro ipſa culpa debetur.* Item Trident. loco
ſupra citato dum ait, recenter baptizatos,
qui obicem non ponunt, ita reddi innoxios,
& puros *vt nihil prorſus eos ab ingreſſu cœli*

remoretur; detinerentur tamen ſi quis pœnæ reatus in illis maneret : item ſeſſ. 6. cap. 14. & ſeſſ. 14. cap. 8. idem clarius definiuit vt illud optimè interpretantur Vaſq. in 3. part. tom. 2. diſp. 136 cap. 3. num. 40. & ſeq. & Suar. vbi ſupra §. dico tertio, vbi hanc veritatem catholicam perpetua Eccleſiæ traditione ſtabiliri docet, ac ex Patribus & ſcripturis ſacris confirmat.

16. Falſum tamen eſt primo quod ait Gloſſa verbo dimittantur, videlicet, ſi adultus ſine charitate ad baptiſmum veniat, nullum peccatum ei dimitti. Nam ſi cum ſola attritione cathecumenus ad baptiſmum accedat virtute Sacramenti ex attrito fit contritus, & gratiam comparat, ita D. Thom. in 4. diſt. 6. quæſt. 1. artic. 3. quæſtiune. 1. ad 5. Scot. diſt. 4. quæſt. 5. & diſt. 14. quæſt. 4. artic. 1. Duran. diſt. 4. quæſtione ſecunda ad ſecundum & alij quos ſequuntur Suar. tom. 3. in 3. par. diſp. 28 ſect. 2. §. dico primo Vaſq. tom. 2. diſp. 258. cap. 4 Probaturque primò ex teſtimonio Concilij Florentin. citati, nam ſi ſemper neceſſaria eſt contritio in adulto vt effectum recipiat Sacramenti non bene aſſignaret Concilium pro effectu baptiſmi remiſſionem peccati actualis, ſemper enim in adulto remiſſum ſupponeretur, in paruulo verò nullum eſt actuale quod remittatur. Secundo ex duobus locis Trident. idem deducitur, nam ſeſſio. 14. cap. 4. ſtatuit attritionem cum Sacramento pœnitentię ſatis eſſe ad iuſtificationem & gratiam Dei obtinendam : ſed ſeſſio 6. cap. 14. docuerat non minus facile, immo facilius per Sacramentum baptiſmi Dei gratiam obtineri quam per pœnitentiæ Sacramentum; ergo ſi attritiu cum Sacramento pœnitentiæ ſufficit, etiam cum Sacramento baptiſmi ſufficit. Neque dici poteſt Gloſſam loqui de charitate ſeu contritione imperfecta, & ſine illa aſſerere non remitti peccatum in baptiſmo : nam ipſa loquitur de charitate, ſeu contritione, quæ per ſe ante baptiſmum adultum iuſtificat, & de hac dicit quod adultus ſine illa ad baptiſmum veniens nullius peccati conſequitur remiſſionem, hęc verò perfecta eſt contritio non attritio. Iam verò cap. oſtenditur à Gloſſa citatum, loquitur de eo, qui ponit obicem Sacramento baptiſmi, & ſine ſufficienti peccatorum deteſtatione accedit, ſacrilegiumque committit, quod non facit, qui cum attritione, quæ eſt dolor de peccatis ex motiuo aliquo ſupernaturali, ſeu fine æterno, vt conformiter docent Suar. & Vaſq. citati; ille §. dico tertio; hic verò eodem cap. 4. num. 29.

17. Non minus falſum eſt, quod vltimo ait Gloſſa nempe originalia dimitti adultis, nullum tamen mortale niſi habeat charitatem in quo ſe ipſam declarauit, vt illud nullum de actuali peccato mortali intelligeretur, non de originalibus adultorum : fuit quidem hæc ſententia Gabriêlis in 2. diſt. 32. quæſt. 1. concluſ. 1. & 2 poſſe remitti adulto peccatum originis in baptiſmo, non remiſſis mortalibus ab eo commiſſis, ſi cum voluntate ſuſcipiendi baptiſmum ſine dolore,

A ſed cum actuali complacentia ipſorum ad baptiſmum veniret, quam tamen ſententiam Theologi nonnulli exiſtimant eſſe contra catholicam doctrinam, & conſequenter erroneam : ita Suar. diſp 28. citata, ſect. 1. §. 2. ſententia : Alij temerariam iudicant, vt Vaſq. diſp. 158. citata, cap. 3. num. 13. At miror quomodo Vaſq contentus ſit temeritatis cenſura, ſi paulo poſt num. 28. affirmat illam ſententiam non obſcurè erroris poſſe conuinci, & dici non poſſe abſque errore Deum de facto peccatum originale ſine mortalibus cum eo coniunctis remittere, vt fuſiùs demonſtrat prima ſecundæ diſp. 207. cap. 5. quamobrem ego non dubito prædictam ſeotentiam tanquam erroneam damnare : probatur primò ex cap. maiores de
B baptiſmo §. ſed adhuc quæritur : vbi id apertè definit Innocent. 3. & rationem reddit. *Quod Dominus qui totum hominem ſaluum fecit in ſabbato opus imperfectionis non nouit, & ob hoc peccata non ex parte, ſed ex toto dimittit.* Impietas enim infidelitatis eſt dimidiam à Deo ſperare ſalutem, vt docuit auctor libri de vera & falſa pœnit. apud Auguſtin. cap. 6. Secundo idem ſuadetur ex Tridentin. ſeſſ. 16. cap. 4. vbi iuſtificationem impij ſic deſcribit, & loquitur de prima iuſtificatione ſiue paruuli, ſiue adulti : *vt ſit tranſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei, &c. quæ quidem tranſlatio poſt Euangelium promulgatum ſine lauacro regenerationis aut eius voto fieri non poteſt.* In quibus verbis apparet ab
C ſtatu peccati originalis filios Adæ non niſi per iuſtificationem tranſire. Tertio peccatum originale mors eſt animæ, vt ait Tridentinum in decreto peccati originalis can. 2. ergo non niſi accedente gratia, quæ eſt illius ſpiritualis vita, in qua regeneratur, non tollitur : ſed gratia hæc non confertur adulto in peccato mortali exiſtente : ergo neque ſine hoc actuali originale aufertur. Cætera, quæ de textu ſequuntur per ſe & ex Gloſſa ſatis patent.

Caput finale de conſecratione diſtinct. 3. declaratur.

NOTATIO. XIII.

D

TOtum hoc caput ſumptum eſt ex D. Auguſt. lib. 1. de Trinitat. cap. 4. in quo poſt ea, quæ in textu leguntur, concludit ſanctus Doctor; *Hæc etiam mea fides eſt, quoniam hæc eſt catholica fides.* Vbi fidem vſurpat pro obiecto, ſeu cauſa materiali diuinæ fidei, & illam prout in ſuperioribus declarauimus manifeſtè profitetur : eundem textum adducit Iuo par. 1. cap. 2. Pan. lib. 1. cap. 7. ſumma quæ ante illum præfigitur ipſum diſcurſum non comprehendit, aptius ſic reſumitur, catholica fides Deitatis vnitatem, & coæqualium perſonarum Trinitatem credit; aliqua prædicata de vna perſona dicuntur, quæ de reliquis, vel de tota Trinitate non enuntiantur, licet omnes 1.

perſonæ

perſonæ ad extra inſeparabiliter operantur: tota ferè huius capitis doctrina & concordia in ſuperioribus notationibus expoſita eſt, aliquæ tamen difficultates ſuperſunt; quæ priuſquàm ſoluantur, errorem emendare oportet, qui in omnibus, quas vidi textuum editionibus in Gloſſa vltima reperitur, vbi ſic habetur. *Vera quidem columba fuit, quæ nec prius, nec poſtea comparuit, ſed in ſuam materiam rediit, ſicut legitur de ſtella, de qua deſcendit Spiritus ſanctus per ſignificationem: ſignificabat enim plenitudinem donorum Spiritus ſancti; quæ in Chriſto erant ſupra quem Spiritus ſanctus deſcendit infra diſtinct. proxima: per aquam.* In quibus verbis indicat Gloſſa Spiritum ſanctum de ſtella ſuper Chriſtum deſcendiſſe, quod tamen nuſquam in nouo legitur teſtamento, neque recurri poteſt ad ſtellam, quæ Magos duxit ad Chriſtum infantem adorandum, quam ab Spiritu ſancto moueri auctor imperfectus homil. 2. indicauit. Etenim veriſimilius eſt illud prodigioſum ſydus ab aliquo Angelo moueri, vt cum Abulen. docet Suar. tom. 2. in 3. par. diſp. 14. ſect. 5. §. ex quo facili, neque aliud ſignificare videntur Chryſoſtom. Thophil. Euthym. Auguſtin. ab eodem Suar. citati quatenus docent, ſtellam Magorum inuiſibilem fuiſſe virtutem in ſyderis ſpeciem transfiguratam. Prçterea licet hæc ſtella ſteterit ſupra præſepium, in quo diuinus puer erat; ex ea non legimus Spiritum ſanctum deſcendiſſe, vt ait Gloſſa. Denique allegatio capitis per aquam de conſecrat. diſt. 4. manifeſtè oſtendit, Gloſſam non de deſcenſu Spiritus ſancti ſub ſtellæ; ſed à columbæ figura eſſe interpretandã; ſi quidem in eo textu nihil de ſtella, ſed tantum de Chriſti baptiſmo ſermo eſt, in quo non in ſpecie ſtellæ, ſed columbæ, Spiritus ſanctus apparuit. Quamobrem ſcriptoris, vel typographi incuria hunc irrepſiſſe errorem conijctor; & credo legendum eſſe, *de illa*, non verò *de ſtella*, ſic enim rectè conuenit expoſitio Gloſſæ cum noſtro textu, & cum illo, quem ad probationem adducit.

3. *Inſeparabili æqualitate diuinam inſinuant vnitatem.* Merito dixit Auguſtin. in hoc textu hanc veritatem apud omnes ante illum catholicos ſcriptores legiſſe. Nam omnes Trinitatem in vnitate confeſſi ſunt, etenim vltra ſymbolum Athanaſij? ita, loquuntur Patres, Iuſtin. in expoſit. fidei de Trinitat. Nazianzen. oration. 23. in laudem Heronis in fine; Epiphanius hæreſ. 69. Cyrill. Alexand. paſſim in dialogis de Trinitat. & in lib. theſauri de Trinitat. Ambroſ. in ſymbolum, vnde poſt hos & D. Auguſtin. ſexta ſynodus actione 11. in profeſſ. fidei colum. 3. item Concilium Lateranen. ſub Martino primo conſultat. 5. canon. 1. ita Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate profitentur, vt oppoſitum aſſerentem condemnent. Idemque tradit Beda lib. 4. hiſtoriæ Anglicanæ cap. 13. ex Concilio Anglicano, & reliqui Doctores catholici ſequuti ſunt: ſed hinc ſtatim difficultas prima ſuboritur quomodo vnitas in Trinitate ſit & è contra. Nam vel loquimur de vnitate eſſentiæ, vel de vnitate

A cuiuſlibet perſonæ ſi de priori, non videtur eſſe Trinitas in vnitate, quia alioqui erunt tres eſſentiæ: ſi de poſteriori non erit vna vnitas in Trinitate ſed triplex, quia vnaquęque perſona eſt vna, quæ ſuam retinet vnitatem perſonalem, & conſequenter Trinitas triplici perſonarum vnitate conſtabit: quare Trinitas non erit in vnitate, ſed in multitudine perſonarum. Confirmatur; quia philoſophi cum Ariſtotele 4. phyſic. cap. 3. text. 23. & cap. 12. tex. 14. & ſeq. numerant varios modos quibus vna res eſt in alia, & nullo ex illis Trinitas eſt in vnitate, neque vnitas in Trinitate, niſi ſit tanquam pars in toto quod componit, quæ compoſitio ſimplicitati diui-
B næ repugnat.

Ad hanc difficultatem reſpondeo illum loquendi modum eſſe conuenientiſſimum, vt pote ab vniuerſa Eccleſia receptum, & à Patribus ac Concilijs citatis approbatum: neque ad illum verificandum oportere vt aliquo ex modis ab Ariſtotele traditis propriè loquendo Trinitas ſit in vnitate, vel vnitas in Trinitate: quamuis ad aliquos ex ibidem aſſignatis, hunc modum loquendi reducat Didacus Riuz. de Trinitat. diſput. 36. ſect. 8. num. 10. ſed tam impropria, & analogica eſt hæc conuenientia, vt minimè curanda ſit à Theologo: Nam ſenſus à Patribus intentus per illum loquendi modum eſt, Trinitatem, & vnitatem in diuinis ita coniungi, vt vnaquæque alteram temperet, ac per- 3.
C ficiat excludendo imperfectionem exceſſus, vel defectus. Nam vnitas excludit imperfectionem exceſſus, qui eſſet in multitudine perſonarum niſi coniungeretur cum vnitate diuinæ eſſentiæ. Item Trinitas excludit imperfectionem defectus, qui eſſet in vnitate eſſentiæ ſolius, ſi perſonarum Trinitate careret. Porro in creatis exemplum, ſolemus enim exceſſum vnius prædicati per illud temperare addita propoſitione, *In*; vt quando Regi vel Prelato conſulimus, vt in clementia iuſtitiam, & in iuſtitia clementiam obſeruet: ſic loquitur Paulus ad Romanos 12. num. 8. *qui tribuit in ſimplicitate, qui præeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hilaritate, &c.* Præterea ad ſaluandum illum loquendi modum cum proprietate, ſatis eſt ſi vnitas de Trinitate, & Trinitas de vnitate nomine
D adiectiuo prędicentur. Nam apud Ciceronem rem eſſe in integro, idem eſt ac eſſe integram: ergo vt Trinitas ſit in vnitate, ſatis eſt quod ſit vna, id eſt vnius eſſentiæ, ſeu vnus tantum ternarius perſonarum; & vt vnitas ſit in Trinitate ſatis eſt quod ſit Trina. Vnde patet ſolutio rationis propoſitæ. Intelligimus enim vnitatem eſſentię eſſe in Trinitate; non tamen hinc ſequitur, Trinitatem includere tres vnitates eſſentię, ſeu tres eſſentias: immo oppoſitum, quia cum multitudine perſonarum vnam omnino eſſentiam coniungi ſignificamus modo explicato. Ad confirmationem dico mirum non eſſe ſi inter naturales modos, quibus res vna eſt in alia, non includatur modus, quo vnitas eſt in Trinitate aut è contra, ſi quidem Trinitatis myſterium humani immo angelici

intellectus vires ſuperat naturales.

Secunda difficultas, quæ ex prima conſurgit, petit an numerus ternarius diuinarum perſonarum propriè & ſimpliciter concedendus ſit? De illa vide commentatores D. Thom. in 1. diſt. 24. quæſt. 1. artic. 2. & 1. par. quæſt. 30. artic. 3. diuerſas opiniones refert Montoya de Trinitate diſput. 37. ſect. 1. quibus prætermiſſis reſpondeo Trinitatem eſſe propriè, & ſimpliciter numerum tranſcendentalem; & ternarium perſonarum; quamuis non habeat completam, & adæquatam ſeu totalem numeri rationem. Vtramquè partem indicauit Sophronius in ſexta ſynodo actione 11. colum. 2. his verbis, *ſiue ergo ſancta Trinitas numerabilis, perſonalibus facta eſt ſubſiſtentiis, ſiue ſancta vnitas extra omnem numerum eſt*: & paulo poſt, *numeratur perſonalibus altercitatibus, identitati eſſentia atque natura coniungitur & omnimodam partitionem non recipit*: Item Toletanum Concilium 11. in profeſſione fidei prope medium ita loquitur, *Sancta Trinitas nec recedit à numero, nec capitur numero, in relatione enim perſonarum numerus cernitur*: & infra *hoc ſolo numerum inſinuant, quod ad inuicem ſunt, & hoc numero carent quod in ſe ſunt.* Vnde Tertullian. libr. contra Prax. paulo poſt initium Trinitatem appellauit numerum ſine diuiſione, & ſimiliter alij Patres ponentes in Trinitate numerum, illum attemperant vnitate eſſentiæ: ita Nyſſen. orat. catech. cap. 3. Auguſtin. tract. 39. in Ioann. ad medium: Damaſcen. in epiſtol. de Triſagio poſt initium; Boët. de Trinitat. ad finem: Bernard. lib. 1. de conſiderat. ad Eugen. poſt medium: ex ſcolaſticis doctoribus primam noſtræ reſponſionis partem docuit D. Thom. 3. par. quæſt. 30. artic. 2. in corpor. & de potent. quæſt. 9. art. 7. in corpore: quatenus ait in diuinis eſſe numerum, ſicut eſt vnitas: ſed in diuinis eſt vnitas propriè & ſimpliciter: ergo & numerus. Clarius idem tradiderunt Bonauent. in 1. diſt. 24. art. 2. quæſt. 1. Carthuſ. quæſt. 2. artic. 4. Gabr. quæſt. 2. art. 2. Durand. quæſt. 1. n. 8. qui tamen ita concedit numerum in Trinitate, vt nullam addat limitationem de impropria ſignificatione, & ſecundum quid: & eodem modo loquuntur Suar. lib. 1. de Trinitat. cap. 10. numero 7. & Vaſq. 1. part. diſput. 122. cap. 7. §. tertio, & hæc eſt ſecunda pars aſſertionis noſtræ. Secundam partem tuentur multi Doctores, quos refert Didacus, Cluiz. de Trinitat. diſp. 37. ſect. 1. pro 3. ſentent. quando dicunt in Trinitate eſſe numerum ſecundum quid, id eſt, non complete & adæquate ſecundum omnem rationem numeri tranſcendentalis, ita enim eos exponit auctor citatus ſect. 1. num. 4.

4. Probatur ratione prior pars. Primo; vbi ſunt tres perſonæ realiter diſtinctæ, ibi eſt propriè, & ſimpliciter numerus ternarius. Sed tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, 1. Ioann. 5. ergo in Trinitate proprie, & ſimpliciter eſt numerus tranſcendentalis. Secundo ad loquutionem propriam, & ſimpliciter, ſatis eſt ſi abſque diminutione, addito,

A vel limitatione exprimatur: ſed hoc modo à Patribus Trinitati numerus tribuitur: ergo propriè, & ſimpliciter ab eis in Trinitatè numerus admittitur: hic verò ternarius in diuinis, ſunt ipſæ tres perſonæ quatenus in ſe indiuiſæ ſunt, & diuiſæ à quouis alio. Poſterior pars declaratur primo hoc exemplo. Nam homo proprie & ſimpliciter corporeus eſt: & tamen totaliter, & adæquate non eſt corporeus, quia præcipua illius pars eſt incorporea & ſpiritualis: ergo ſtat vnam rem proprie & ſimpliciter dici talé, non tamen adæquatè & completè. Secundo ſuadetur: nam & adæquata ratio numeri tranſcendentalis plures imperfectiones complectitur, quæ Dei perfectioni repugnant. Nam componitur ea vnitatibus, eſt maior ſua parte, item partium

B diuiſionem, vel in quantitate vel in communi ſubſtantia requirit, Denique finitus eſt, & limitatus. Ne igitur hæ imperfectiones in Trinitate concipiantur, dicimos Trinitatis numerum vnitate eſſentiæ infinitæ temperari & perfici: Ita enim tres ſunt in Trinitate perſonæ: vt vna tantum diuinitas deitas, & natura ſimpliciter infinita in illa admittatur, & hinc prouenit, quod vnaquæquè perſona continet in ſe manentes alias duas, ideoque Trinitas ſimplex eſt, & ens; nec eſt aliquid maius, quam quælibet perſona per ſe ſigillatim ſumpta, nec denique vnitates, ex quibus efficitur in diuinis ternarius, patiuntur diuiſionem in quantitate, vel in ſubſtantia illis communi; cùm neque quantita-

C tis capaces ſint, neque ſubſtantiam communem, ſed ſingularem, & in ratione naturæ omnino vnam participent.

Ex hac ſecunda reſponſionis parte colliges non eſſe abſolutè ſine limitatione dicendum in diuinis dari numerum ſimpliciter: Nam licet quantum ad perſonas, detur in Trinitate numerus propriè & ſimpliciter, hoc non ſatis eſt, vt ſine illa declaratione, & limitatione ad perſonas, numerus ſimpliciter in diuinis eſſe dicatur: ne pluralitas Deitatum ſeu Deorum ſignificetur, quod vt magis declaretur; aduerte duplici modo prædicatum verificari poſſe ſimpliciter, vel ſecundum quid, de ſubiecto: primo quando ſubiectū eſt propriè & formaliter tale, de illo ſimpliciter prędicatum dicitur, vt homo dici- 5.

D tur de homine vero, cum de picto ſecundum quid affirmetur, & hoc modo dicitur numerus de Trinitate, & de perſonis diuinis, quę ſimpliciter dicuntur tres. Secundo modo quando tota ratio prædicati conuenit toti ſubiecto; & hac ratione non eſt in diuinis numerus ſimpliciter: nam adæquata & completa ratio numeri, vt oſtendimus, Deo repugnat, & in hoc ſenſu multi Theologi, vt ſuperius dixi, negarunt numerum ſimpliciter de Trinitate perſonarum affirmari, quia temperatus eſt identitate ſubſtantiæ, & perficitur eſſentiæ vnitate. Quo reſpexit noſter textus, nam cum de tribus perſonis dixiſſet, quod *vnius einſdemque ſubſtantiæ inſeparabili æqualitate diuinam inſinuant vnitatem, ſtatim adiunxit. Ideoque non ſunt tres Dij, ſed vnus Deus.*

Non

6. *Non tamen eamdem Trinitatem natam de Virgine Maria, &c.* Ex dictis in tertia notatione & ſequentibus, patet ſolum prædicata Dei abſoluta de omnibus perſonis affirmari, non relatiua, quod intelligendum eſt de prędicatis abſolutis, quæ Deo ab æterno conueniunt, illique ſunt intrinſeca, & coonaturalia, oon verò de abſolutis, quę conueniunt Deo ratione naturę aſſumptę ab vna tantum perſona immediate, & ax tempore de Deo affirmantur: hęc enim abſoluta ſequuntur conditionem prędicati relatiui: nam cum Deo conueniaot ratione perſonę aſſumeotis, & terminantis naturam; quamuis de Deo enunciari poſſint per communicationem Idiomatum, vt Deus eſt homo, non ideo de tota Trinitate dici debent propriè, & abſolute: & ratio eſt quia vnio, quæ eſt fundamentum prædicati ex tempore Deo conuenientis, fit ad perſonam, non ad naturam diuinam immediate, & ideo conſequenter ſequitur conditionem prædicati relatiui, quod perſonæ conuenit, quà talis eſt: ita declaraoda eſt ſolutio D. Thomæ 3. part. quæſt. 16. art. 1. ad 4. cum Suario & alijs ibidem. Vode quia ſola ſecunda perſona aſſumpſit naturam humanam, Trinitas verò non vnam tantum, ſed omnes tres perſonas inuoluit, propriè & abſolute loquendo dici non poteſt, quod Trinitas oata eſt de Virgine Maria, vel ſepulta, vt optimè docet Auguſtio. in noſtro textu, & hanc rationem à nobis datam ſignificauit Concilium Toletanum 6. c. 1. vbi ait *ſolus tamen filius ſuſcepit humanitatem in ſingularitate perſonæ, non in vnitate diuinæ naturæ, id eſt in eo, quod proprium eſt filij; non quod commune eſt Trinitati.* Eſt autem hæc veritas contra hæreſim Sabellianorum, & Patropaſſianorum, qui totam Trinitatem incarnatam eſſe dicebant, vt ab Auguſtin. Socrate, & Anſelmo refertur, teſte Suario 3. par. diſp. 12. ſect. 1. & Vaſq. diſp. 28. cap. 1. vbi prædictum errorem ex variis Conciliis refutant.

7. Dixi propriè & abſolutè dici non poſſe totam Trinitatem incarnatam fuiſſe, quia controuertitur apud Theologos, an dici poſſit, quod in Virginis vtero fuerit tota Trioitas, ſaltem concomitanter, & ſicut in Sacramento altaris tota Trinitas eſt per concomitantiam, ita in humanitate Chriſti & in vtero Virginis non ſolus filius, ſed etiam pater, & Spiritus ſanctus non modo ratione immenſitatis per quam ipſi ſunt in rebus omoibus, ſed peculiari ratione per concomitantiam eſſe cenſeantur: Hanc grauem difficultatem, quæ in ordine huius notationis tertia eſt, eodem modo reſoluunt Suarius citata ſection. 1. §. ſed occurrit hic & Vaſq. cap. 2. contra Hugonem, & alios recentiores Theol. docentque non ſolum ratione immenſitatis, ſed altiori quodam modo per concomitantiam & connexionem in humanitate Chriſti eſſe duas alias perſonas, patrem & Spiritum ſanctum: ita vt ſi ratione ſuæ immenſitatis in humanitate non eſſent, ratione vnionis hypoſtaticæ factæ ad filium, in eadem humanitate concomitanter eſſeot, pater & Spiritus ſanctus, qnam ſententiam ita veram exiſtimo, vt in Concilio Epheſino traditam crediderim: nam tom. 6. cap. 17. colum. penul. ad hoc probandum Concil. affert duo loca Ioannis c. 14. n. 9. ibi. *Philippe qui videt me videt & Patrem; ego & Pater vnũ ſumus non credis quia ego in patre, & pater in me eſt:* & cap. 16. num. 32. *Non ſum ſolus quoniam pater mecum eſt;* quæ declarans Concil. addit, *Erat Deus pater cum filio, hoc eſt cum incarnato, inhumanatoque verbo, prout à filio ſeparari nequaquam poteſt:* & paulò inferius ait, *Deus verbum homo factus, vtrique nomen nobiſcum ſortitus, æquè Iudex, & Deus, & Dominus, & Filius eſt, ac ſi incarnatus non eſſet; quippe cum Deus Pater in eo quoque ſtatim æquè in illo exiſtat, vt ante: habet namque vt modo aiebam patrem in ſe manentem, &c.* idem colligo ex Tridentino ſeſſ. 13. c. 3. vbi poſtqoam dixit in Sacramento altaris non modo corpus, ſed etiam animam Chriſti Domini exiſtere vi natoralis connexionis, & concomitantiæ, qua hæ partes Chriſti Domini copulaotur, adiunxit ibidem eſſe diuinitatem, *propter admirabilem illam eius cum corpore, & anima hypoſtaticam vnionem*: ſi ergo bona eſt Concilij conſequentia, non modo diuinitas eſt in Sacramento altaris per concomitantiam, ſed etiam tota Trinitas. Nam ſi diuioitas quia ſeparari oon poteſt à verbo, ſeu perſona filij, eſt in humanitate Chriſti, & in Sacramento altaris, ita etiam quia eadem diuinitas ſeparari nequit à patre, & Spiritu ſancto, in humanitate eſſe non poteſt ſine concomitantia, & naturali connexiooe cum illis perſonis: idem tradiderunt Baſil. Chryſoſtom. Cyrill. Auguſtin. Ambroſ. & alij Patres: ex Theologis Gabriel. Maior, & Vigerius, quos refert Vaſq. vbi ſupra.

8. Ratio ex Patrum teſtimoniis deducta, eſt manifeſta. Nam licet perſonæ diuinæ, non eſſeot vbique per immenſitatem, verbum ratione vnionis hypoſtaticæ non poſſet non eſſe ſpeciali modo in humanitate quam ad ſui ſuppoſiti cõmunicationem aſſumpſerat: ſed verbum ibi non eſt ſine diuinitate, à qua ex natura rei non diſtinguitur: nec item diuinitas ſine aliis perſonis, Patre nimirum, & Spiritu ſancto: ergo ex vi myſterij incarnationis non ſolum perſona filij, ſed etiam Patris, & Spiritus ſancti perſonæ in humanitate ſunt, non directe, ſeu immediate, & per ſuas proprietates; ſed ratione communis vinculi nempe diuinitatis, propter quam vnaquæque perſona in aliis eſſe dicitur. Eodem argumento probatur totam Trinitatem fuiſſe in vtero Virginis. Dices: poſſunt ſeiungi à verbo aliæ duę perſonnę quoad hypoſtaticam vnionem; ergo & quoad pręſentiam in humanitate, quę pręſentia ex vi vnionis naſcitur: antecedens patet, quia ſolum facta eſt vnio humanitatis ad ſecundam perſonam filij, non ad primam, vel ad tertiam, non eſt igitur neceſſario coocedenda pręſentia aliarum perſonarum in humanitate, cum qua ipſa non vniuntur hypoſtatice. Vrgeo tamen, nam pręſentia aliarum perſonarum oritur non ex vnioue

hypoſtatica immediata, ſed ex vnitate diuinæ naturę vt connexione ipſius cum omnibus perſonis; ratione cuius vbicumque eſt vna perſona, alię ibidem neceſſario ſunt, ob naturalem counexionem in vna deitare. Poſito ergo quod vna vnitur hypoſtatice alteri naturę extraneæ, neceſſario aliæ perſonæ eidem præſentes eſſe debent: exemplum petere poſſumus ex philoſophia, nam ex eo quod intellectus, & voluntas ſint in anima rationali, ſequitor quod ſi anima vniatur corpori, vbicumque fuerit anima, erit etiam illius intellectus, & v. luntas, quamuis hæ potentiæ non vniantur eum corporis partibus: ſimiliter perſonæ patris, & Spiritus ſancti, quia eandem habent diuinitatem cum verbo, ſatis eſt quod verbum vniatur humanirati, vt in ea eadem perſonæ peculiari modo ratione mysterij eſſe affirmentur.

Hinc tamen non inferas perſonam patris, & Spiritus ſancti, item totam Trinitatem incarnatam fuiſſe ſeu natam ex virgine, ratio eſt quia licet dici poſſit, quod diuinitas aſſumpſerit naturam humanam, item inearnatam fuiſſe, natamque de Virgine, vt eum D. Thom 3. parte q. 3. art. 2. admittit Suar. & alij Theologi, non ideo idem diei poteſt de tota Trinitate, vel de perſona Parris aut Spiritus ſancti: nam ad veritatem illarũ propoſitionum oporreret vt illæ duæ perſonæ per ſe; vel per aliud humanitati vnirentur; ſicut diuiniras, quæ ratione ſecundæ perſonæ eum qua identificatur vnirur naruræ humanæ, & idcireo prędicara humana quę de verbo enunciantur, de diuinitate in aliquo vero ſenſu affirmantur, & ſicut perſonalitas filij terminat naturam diuinam, quin dicatur terminare perſonam Patris, vel Spiritus ſancti; ira poreſt natura diuina ratione ſecundæ perſonæ in qua includitur ſecundario & mediarè vniri naturæ humanæ, quin aliæ perſonæ vniantur. Vt vero tota Trinitas diceretur inearnari, naſei, vel mori, omnes perſonæ intelligi deberenr vnitæ humanitati: ratione cuius illis talia prędicara conuenirenr. Quare aliud eſt Trinitatem eſſe in humanitate, vel in vtero Virginis fuiſſe: aliud verò Trinitatem, eoncipi, naſci, mori & ſepeliri. Nam illud prius in aliquo proprio ſenſu per concomitantiam verum eſt: hoc poſterius in quouis ſenſo proprio, & abſoluto eſt falſum: ita pręter Suarium & Vaſq. ciraros docet Turrecrem. ad hune text. arr. 30.

10. *Nec eandem Trinitatem deſcendiſſe in ſpecie columbæ.* Hiſtoriam de deſcenſu Spiritus ſancti in ſpecie columbę tres Euangeliſtę ſcripſerunt Matth. 3. Marc. 1. Lucas 3. ratio cur columba Spiritum ſanctum, vox verò Patrem ſignificauit, multiplex eſſe poteſt. Prima eſt quam ex D. Hieronymo reddit D. Thom. 3. par. q. 39. art. 8. in eorpore his verbis. *In baptiſmo Chriſti, qui fuit exemplar noſtri, demonſtrari debuit, quod in noſtro perficitur. Baptiſmus autem, quo baptizantur fideles, conſecratur in inuocatione, & virtute Trinitatis ſecundum Matth. vltimo, baptizantes eos in nomine patris, & ideo in baptiſmo Chriſti myſterium Trinitatis demonſtratur. Dominus enim* A *in natura humana baptizatur, Spiritus ſanctus deſcendit in ſpecie Columba, patris vox teſtimonium filio perhibentis auditur*, alterã rationem tradit Turrecrem. hoc loco art. 3. perſonæ perſonalibus proprietatibus diſtinguuntur: ergo vna perſona poteſt vero ſigno deſignari, quin aliæ eodem ſigno demonſtrentur, ſiue tale ſignum ordinatum ad demonſtrandam illam perſonam ſit res aliqua, ſiue vox, quæ perſonam loquentem ex eiſdem verbis oſtendat: Vnde licet hoc ſignum ſiue reale, ſiue vocale à tota Trinitate effectiue procedat, & in ratione effectus ad omnes perſonas per vnam operaores virtutem referatur, tamen in ratione ſigni ordinati ad aliquid repræſentandum, vnam perſonam demonſtrare poteſt, non alias: & ita deſignauit columba B Spiritum ſanctum, & vox Patrem: quamuis effectiuè tam columba, quam vox à tota Trinitate dependeret. Vnde Auguſtin. ſermon 6,. de verbis Domini air *Trinitas fecit de cælo columbam ſed non pertinet niſi ad Spiritum ſanctum; Trinitas fecit de cælo vocem; ſed non pertinet, niſi ad ſolum patrem.* Tertia ratio eur ſpeciatim columba ad deſignandum Spiritum ſanctum, vox verò ad demonſtrandum patrem ordinara ſir, etiam ex D. Thom accipitur optima conſideratis duobus eiuſdem doctoris locis. Nam rertia parte q. 39. art. 6. ad. 4. plures rationes reddit cur Spiritus ſanctus ſuper Chriſtum in columbæ ſpecie deſcendit; ex quibus tertia mihi magis arridet, quam ex Chryſoſt. ipſe accepir, & perſimilem in Gregor. homil. 40. in Euangel reperio: C illa vero eſt, vr Spiritus ſanctus oſtenderet in baptiſmo fidelium peccatorum remiſſionem concedi, & baptixatos Deo reconciliatos Spiritus ſancti habiraculum ipſi præparare, & ſicut in diluuio columba, Oliuæ ramum ferens, communem orbis terrarũ tranquillitatem annuntiauit, ita nunc in Chriſti baptiſmo liberatorem nobis demonſtrare: quo reſpexir Gregorius citatus cum dixit: *In columba ſuper eum apparere debuit, qui non veniebat vt peccatorem per Zelum percuteret, ſed adhuc per manſuetudinem toleraret:* Nee minus conueniens rario eſt, cur pater in voce demonſtratur iuxta eundem D. Thom. q. 39. citata art. 8. ad 2. *Quia proprium eſt patri producere verbum quod eſt dicere, vel loqui: ideo conuenientiſſime Pater per vocem manifeſtus eſt, quæ ſi-* D *gnificat verbum: Vnde & ipſa vox à Patre emiſſa verbi filiationem proteſtatur.* Hic eſt filius meus dilectus.

Hine quarta oritur difficultas an hæc columba fuerir animal? duo hac in re tanquam certiſſima ſupponi debenr. Primum eſt hanc columbã externo ſenſu viſam ſuper Chriſtum deſcendiſſe, vr ex ſacræ hiſtoriæ narratione apertè deducitur. Vnde D. Auguſtin. lib. 2. de Trinitat. cap. 6. air. *de illa columba quæ dicta eſt corporali ſpecie deſcendiſſe, nullus vnquam dubitauit quod oculis viſa ſit.* Secundum illam non fuiſſe vnitam Spiritui ſancto hypoſtaticè vt docet D. Thom. 3. part. q. 39. art. 6, ad 1. & art. 7. ad primum & ex multis Patribus idem confirmant Barradius in concordia tom. 2. lib. 1. cap. 13. §. ex aperto 11.

Suar.

Suar. tom. 2. in 3. par. diſp. 27. ſect. 2. ſolum controuerſia eſt an vera columba eſſet; animalque à Deo ad hoc officium de nouo creatum. Affirmat Auguſt. lib. de Agone Chriſtiano c. 22. vt à multis refertur: clarius idem docent Anſelm. in c. 8. Matth. Hugo Cardin. ad 1. Ioan. D. Thom. quæſt. 36. art. 7. & alij Theologi in 1. diſt. 16. & hanc ſententiam ſequitur noſtra Gloſſa verbo *columba*. Atque hanc opinionē probabiliorem iudicauit Salmeron tom. 4. par. 1. tract. 7. Ego verò ita prædictam ſententiam probabilem credo, vt veriſimiliorem exiſtimem, quæ non veram columbam, ſed pulcherrimæ columbæ effigiem angelorum miniſterio efformatam fuiſſe arbitratur: hæc fuit ſententia Auguſtini Epiſtol. 102. ex quo loco ille alius citatus debet declarari, vt de corpore columbæ oculis viſo, B non verò de corpore forma columbæ animato, & ita Auguſtinum interpretatur Maldonatus qui hanc partem ſequitur: eamdem tenuit D. Thom. in 1. diſt. 16. art. 3. quęſt. vnica, ex Patribuſque, Procop. in c. 18. Geneſ. Ambroſ. lib. 1. de Saerament. c. 5. idemque ſignificant Chryſoſt. Theophylact. & Euthym. Matth. 3. clarius tamen hoc defendunt Abulen. q. 84. & 85. in c. 3. Matth. ibidemque Caietan. Ianſen. Gloſſa ordinaria Barrad. & alij; Lyra Marci 1. Suar. vbi ſupra: fauent verba ſcripturæ, quæ eodem modo loquitur de deſcenſu Spiritus ſancti in ſpecie ignis actor. 2. ibi *tanquam ignis*, quo loquitur de deſcenſu in figura columbæ Matth. 3. *ſicut columbam, vel tanquam columbam*; Marci 1. clarius apud C Lucam 3. corporali ſpecie *ſicut columba*: id eſt in figura corporea tanquam columbæ vt ſimilitudinem, non proprietatem indicaret: ſed quia ſimilitudo hæc exponi poteſt per ordinem ad Spiritum ſanctum, vt non in vera columbinæ ſubſtantiæ à ſe aſſumptæ ſpecie apparere crederetur; accedit optima coniectura. Nam Deus nihil fruſtra facit: ad fidem verò faciendam de Spiritus ſancti deſcenſu, ſatis ſuperque erat, ſi corpus illud columbæ ab Angelo ex aëre efformatæ, & motæ deſcendere videretur, vt optimè notauit Auguſt. citatus: & quemadmodum in linguis igneis apparuit non veris, ſed ignis ſimilitudinem referentibus act. 2. ne domum vel Apoſtolos comburerent, ita in ſpecie columbæ, non in vera columba, quam opportebat à Deo deſtrui peracta viſione pręter Dei morem, qui D res, non niſi quando cauſę, & principia intrinſeca corruptionis id poſtulant, corrumpere conſueuit.

Exponuntur duo poſtrema capita de conſecration. diſtinct. 5.

NOTATIO XIV.

1. TAndem hæc duo capita, quæ ſunt vltima totius decreti ad eundem titulū de Trinitate ſpectant: primum ſumitur ex epiſtola Cyrilli; & Synodi Epheſini ad Neſtoriū, quæ eſt in eodem Concilio tom. 1. c. 14. Cęterum, cum de Spiritu ſancto ageret; & quamuis tranſlatio communis quæ in tom. Concilio- A rum habetur, in verbis differat, in ſenſu cum noſtro textu eſt omnino conformis; & eadem: trāſlatio eiuſdem textus reperitur apud Iuon. par. 1. c. 3. ad medium: ſumma huius capitis eſt, Spiritus ſanctus eiuſdem eſt ſubſtantiæ, & naturæ cum Chriſto, quà Deus eſt, vnde nec melior, nec ſuperior Chriſto: ſed ab illo perinde ſicut ex Deo patre procedit. Vnde colliges illuſtre teſtimonium Concilij Epheſini de proceſſione Spiritus ſancti à patre, & filio, de qua egimus ſupra. 2.

Ille me clarificabit, quia contra prædictam veritatem de proceſſione Spiritus ſancti à filio, qui non eſt alia perſona à Chriſto, opponi poſſent illa verba ipſius Chriſti apud Ioan. c. 16. n. 14. *ille me clarificabis*, quaſi ſe Spiritus ſancti glorificatione indigere fateatur, ideo ſancta Synodus illo §. cæterum citato ait *Chriſtum Dei filium, veluti gloria, quæ aliunde proficiſcitur indigum à Spiritu ſancto glorificatum nequaquam dicemus: ſi quidem ſpiritus illius neque illo melior, neque illo rurſum ſublimior eſt*: quam ſententiam mutatis aliquantulum verbis præſens textus tradidit, quamobrē illud *clarificabit*, idem eſt ac manifeſtabit, cum enim Chriſtus tanquam fabri filius putaretur, neque ſatis proditam hominibus ſuam diuinitatem videret, ſe Spiritum ſanctum è cælo miſſurū pollicetur; vt illius teſtimonio Chriſtus ſe Dei filium eſſe confirmaret. Potuerat ſe filius clarificare ante aduentum Spiritus ſancti: ſed noluit, quia pro humana ſalute moriturus aduenerat, ideoque hoc clarificationis opus Spiritui ſancto dereliquit: glorificat autem Spiritus ſanctus filium, non vt Dominus ſeruum, neque vt ſeruus Dominum, ſed tamquam ei coſubſtantialis: ſicut & Pater filiū, & filius Patrem clarificat, vt optimè obſeruat Tolet. ad hunc locum Ioan. cum Baſilio lib. de Spirit. ſancto c. 18. Deinde Spirit. ſanctus Chriſtum clarificaſſe dicitur, quia vi miraculorum illum eſſe Dei filium perſuaſit: vt communiter Græci Patres interpretantur teſte Maldonato: addit Auguſt. tract. 100. in Ioan. *Quia diffundendo in cordibus credentium charitatem ſpiritualeſque faciendo, declarauit oīs quomodo filius patri eſſet æqualis, quem ſecundum carnem prius tantummodo nouerant; & hominem ſicut homines cogitabant*: &c. Veruntamen Concilium licet locum exponat de clarificatione poſt Chriſti mortem, interuentu Apoſtolorum per quos in confirmationem eiuſdem veritatis prodigioſa miracula perpatrauit: Illam etiam clarificationem admittit, quæ ex eiuſdem Chriſti miraculis oriebatur, nam cum eadē virtus Spiritus ſancti, & filij eſſet: ipſe propria & Spirit. ſancti virtute ad ſui manifeſtationē vtebatur, neque ab aliena clarificatione ſuam mutuari gloriam demonſtrabat: ideoque dixit noſter textus, *Quia humana opera faciens, ad demonſtrationem ſuæ diuinitatis, virtute proprij ſpiritus vtebatur; ab ipſo clarificatus dicitur.*

Eo quod virtus ſua, vel qualibet diſciplina vnumquemque clarificat, &c. Clarius exponunt hanc ſententiā verba Concilij hoc modo. *Perinde ac ſi quis noſtrum de ſua fortitudine, aut cuiuſque rei ſcientia dicat: mea me virtus aut* 5.

ſcientia glorificabit. Ponitur loco exempli communis hominum loquutio, vt ex ea intelligamus Chriſtum non de aliena virtute egiſſe quando ſe à Spiritu ſancto glorificandum affirmauit, quamuis enim Spirit. ſanctus in ratione perſonæ ſit realiter diſtinctus à filio, in ſubſtantia, ſcientia, voluntate, omnipotentia, reliquiſque attributis abſolutis eſt idem cum illo. Ideo ſpiritus veritatis dicitur Ioan. 14. n. 17. id eſt ſpiritus Chriſti, qui eodem c. n. 6. ſe veritatem nominauit. Præterea addit Conciliũ, alterum clarificationis modũ de quo iam loquuti ſumus, & per eum vere glorificatum fuiſſe Chriſtũ à Spirit. ſancto, Epheſina Synodus loco citato his verbis teſtatur. *Cum itaque Domino noſtro ad cælum aſſumpto Spirit. ſanctus ſtupenda prodigia per ſanctorum Apoſtolorũ manus ederet: tunc demũ verius illum glorificauit.*

4. *Quia de meo accipiet*. Rationem reddit Chriſtus Dominus, ob quam Spirit. ſanctus illum clarificabit. Quem locum declarans Maldonatus tanquã minus conſentaneam textui opinionem reiicit, quæ hinc Spiritus ſancti proceſſionem colligit, & recentiorum ſententiã eſſe dicit; veramque interpretationem ſic tradit. *Quia de meo accipiet*, id eſt, quia meo nomine veniet, quia non aliam quam meam vobis tanquam legatus meus doctrinam tradet, propterea enim operum atque doctrinæ illius gloria in gloriam meam redundabit. Probat 1. quia ſi Chriſtus Dominus ſignificare vellet his verbis Spirit. ſanctum à ſe procedere, diceret, *à me*, vel, *de me*, non, *de meo*. 2. non diceret *accipiet* ſed accipit, vel accepit quia proceſſio Spiritus ſancti præterita potius eſt quam futura. Verum à receptiſſima Patrum & Conciliorũ interpretatione recedere non licet, qui communi conſenſu ex hoc loco deduxere contra errorem Græcorum Spirit. ſanctum à filio procedere: & vt pateat hanc expoſitionẽ non recentem, ſed antiquiſſimam, & à Patribus cõmuni conſenſione approbatam, aliquos referam. In primis hæc expoſitio deducitur ex Ignatio in epiſt. ad Epheſ. circa mediũ, Athanaſ. lib. 1. de vnita Deitate inter mediũ & finẽ Dialogi primi cõtra Macedon. propius ad fin. quam ad mediũ: & denique in epiſt. longiori ad Serapionem quæ incipit *litera* paulo poſt medium. Nazianz. orat. 49. de fide prope finẽ Epiph. in Ancorato colum. 7. & hæreſ. 62. item 69. & 74. Clarius adhuc ita locum declarant Cyrill. Hieroſolymitan. cathechiſ. 16. Chryſ. Euthym. & alii quos refert Toletus annotat. 22. in c. 16. Ioan. Ambroſ. lib. 2. de Spirit. ſancto c. 12. Hilar. lib. 8. de Trinitat. paulo poſt medium. Auguſt. tract. 99. & 110. in Ioan. Beda in c. 16. Ioan. Leo Magnus ſermon. 1. de Pentecoſt. c. 3. poſt mediũ, Anſelm. de proceſſione Spirit. ſanct. c. 7. Accedit Concilium Epheſinũ cum quo noſter textus inde probat Chriſtum non accipere clarificationẽ à Spiritu ſancto tanquam à maiori, immo Spiritum ſanctum eandem ſubſtantiam, & virtutem à filio ipſius principio accipere: idem docet Concilium Florentin. ſeſſio. 7. colum. 8. referens pro hac interpretatione Epiphan. denique Didym. Alex. vt in ſequenti textu videtur. Aliqua ex his teſtimonia formalibus A verbis relata videri poſſunt apud Didacum de Montoya de Trinitat. diſp. 67. ſect. 2.

5. Confirmatur hæc expoſitio primo, quia in ſcriptura ſacra nunquam dicitur, vnam perſonam dare alteri, alteram verò accipere, niſi hæc ab illa procedat, vt late probat Montoya de Trinit. diſp. 50. ſect. 5. 6. 8. & 9. ſed dicitur in textu Spiritus ſanctus accipere à filio: ergo ſignificatur ab illo procedere. Secundo de meo accipere, dicere non poſſet Chriſtus, niſi aliquid ipſe cõmunicaret Spiritui ſancto; vel ergo loquitur de ſubſtantia, de ſcientia, de doctrina, & de virtute, vel de legatione ſeu miſſione cum mandatis vt illum manifeſtet: ſi priori modo intelligatur certiſſimum eſt Spi- B ritus ſancti proceſſionem declarari, per quam omnem perfectionẽ ſimpliciter ſimplicem & abſolutam à filio accipit, ſi poſteriori modo declaretur, illa miſſio ſeu legatio cum non ſit perſonæ inferioris, ſed æqualis, & eiuſdem naturæ cum mittente in proprio, & rigoroſo ſenſu declarari poteſt, & debet, prout dicit proceſſionem æternam à mittente: nam Spiritus ſanctus vere procedit à filio, & hanc proceſſionem Chriſtus dupliciter declarauit Primo Ioan. 14. dicendo, *Paraclitus autem Spiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo*, Secundo Ioan. 15. *quem ego mittam vobis à patre* vt ſignificaret ab vtroque mittendum eſſe Spiritum ſanctum; quia ab vtroque tanquã ab vno principio ab æterno procedebat. Ideoque Cyrillus & alij patres, quos re- C fert Didacus Riuz. de Trinit. diſp. 108. ſect. 3. illud *in nomine meo* declararunt, id eſt *per me*. Tertio quia quæ in contrarium obijcit Maldonat. facile diluuntur, nam ad primum dico Athanaſium in epiſt ad Serapionem quę incipit admirabere, legit *ex me accipiet*, vt ſciamus idem eſſe *ac de meo accipiet*, retenta verò noſtra vulgata lectione, illo modo loquendi ſignificauit Chriſtus Dominus vnitatem principij, quam ipſe ſimul cum patre participabat, atque adeò procedere ab illo prout à patre eandem eſſentiam & potentiam ſpiratiuam recipit: cum enim Chriſtus omnia ſua ad patrem referat in ſequentibus: *omnia quæcumque habet pater mea ſunt*, propterea dixit *de meo accipiet*: & ita ſe exponit ipſe Dominus. Ad ſecundum reſpondeo Chriſtum de futuro, non de præterito loqui, quia vt ait D. Auguſt tract. D 99. *In eo quod ſempiternum eſt, ſine initio, & ſine fine cuiuſuis temporis verbũ ponatur ſiue præteriti; ſiue præſentis, ſiue futuri, non mendacium ponitur*: fuit autem peculiaris ratio; cur poneretur verbum de futuro, quia non ſignificatur à Domino ſola præciſa proceſſio æterna, & ſubſtantialis: ſed prout coniungitur cum temporali miſſione ad inſtruendos, & confortandos fideles, quod poſt Chriſti Aſcenſionem futurum prædicitur.

6. *Saluator qui & verus eſt*. Hoc eſt alterum & vltimum caput ex Dydimo acceptum in lib. 2. de Spiritu ſancto paulo poſt medium, habetur inter opera ſancti Hieronym. tom. 6. quia hi libri ex græco ſermone latino donati ſunt ab eodem doctore: & appoſite quidem annectitur hic textus præcedenti, quædam enim eſt confirmatio doctrinæ ſuperioris

perioris; etiam in eodem ſenſu à nobis declaratæ: nam totus huius capitis diſcurſus eo tendit, vt proceſſionem Spiritus ſancti à Patre & filio oſtendat, & eodem vtitur teſtimonio Ioan. 16. *Non enim loquetur à ſemetipſo: ſed quæ umque audiet loquetur*: quia ſcilicet à ſemetipſo non eſt, ſed à patre, & filio vbi declaratur Spiritus ſancti proceſſio, & communicatio eiuſdem ſcientiæ, vt plures Patres aduertunt, Chryſoſt. homil. 3. de Spiritu ſancto, quæ incipit Heri à nobis: prope medium, & in cap. 16. Ioan. Homil. 72. ad medium, Theophil. Oecumen. Euthym. ad eum locum. Cyrill. lib. 11. cap. 1. & lib. 13. theſauri cap. 3. & 4. Auguſtin. in Ioan. tract. 99. & 100. Ambroſ. de fide ad Gratian. lib. 5. cap. 6. & alij ex ſupracitatis: & ratio eſt quia peculiari proprietate verbum diuinum loquitur ad Spiritum ſanctum, qua proprietate, nec Spiritus ſanctus loquitur ad patrem, nec ad filium, nec verbum loquitur ad patrem. Etenim proprium, & perſonale verbi eſt per realem productionem Spiritus ſancti communicare illi ſapientiam terminatam ab eodem verbo producente. Pater enim communicat quidem eandem ſapientiam terminatã, non ab ipſo patre, ſed à verbo, nam verbum Dei ita habet formalem rationẽ verbi, vt etiam ſit perſona ſubſiſtens, propterea quatenus quidditatiuè continet rationẽ formalem verbi, non eſt illi neceſſarium aliud verbum; quo loquatur, & dicat, loquitur enim ſeipſo formaliter; At perſona patris, quia non eſt verbum, non poteſt loqui, nec dicere niſi verbo realiter à ſe diſtincto. Vnde tota Trinitas non modo ad intra, ſed etiam ad extra, non alio verbo loquitur, & dicit, niſi illo verbo, quod eſt filius Dei: ad intra loquitur quælibet perſona ad alias duas vt pſalm. 2. n. 7. *Dominus dixit ad me filius meus es tu*, & pſal. 109. n. 1. *Dixit Dominus Domino meo*: in paraphraſe legitur, *dixit Dominus verbo ſuo*: In quibus locis primam perſonam ad ſecundam loqui communiter Doctores arbitrantur: loquuntur verò omnes tres perſonæ ad inuicem, Geneſ. primo; faciamus: Geneſ. 11. deſcendamus, & confundamus linguas eorum, quæ omnia, quia latè, & eruditè probentur à Didaeo de Montoya de Trinitat. diſp. 60. ſect. 5. & 6. probationibus reliquis superſedeo: quid vero ſit dicere, & loqui in Trinitate, ſtatim ex ſequentibus magis patebit: vbi etiam exempla dabo de loquutione ad extra.

8. *Quia inſeparabilis à mea & patris eſt voluntate*: quod hoc loco notat Gloſſa prima de inſeparabilitate Trinitatis in operibus ad extra non eſt ad rem, nam Dydimus loquitur de proceſſione Spiritus ſancti qui per voluntatem Patris & Filij inſeparabiliter ab vtraque perſona tanquam ab vno principio procedit, vnde Turrecrem. hoc loco illam excitat quæſtionem. Vtrum ſi Spiritus ſanctus non procederet à filio, diſtingueretur realiter ab illo; cuius negatiuam partem merito defendit, contra Scoti ſectatores, & pro opinione D. Thom. 1. par. q. 36. art. 2. & 4. contra Gentes c. 24. de potentia q. 10. art. 5. & opuſc. 1. contra errores Grecorum c. 32. §. 30. & 31. quem ſequuntur ad locum 1. par. Caietan. Canarien. Mol. Valentia de Trinitat. q. 10. punct. 3. Suar. lib. 10. a. 2. Bellar. tom. 1. lib. 2. de Chriſto cap 26. Arrubal. 1. par. diſp. 131. c. 2. Vaſq. diſp. 147. c. 4. qui plures antiquiores referunt: & ratio eſt quam communiter Patres & Concilia vſurpant, videlicet quia in diuinis omnia ſunt vnum, vbi non obſtat rationis oppoſitio: hoc enim poſtulat ſimplicitas diuinorum attributorum, ergo ſi inter Filium, & Spiritum ſanctum non eſſet oppoſitio principij, & procedentis ab illo: ſeu vt loquuntur Græci, oppoſitio cauſæ, & cauſati, realis diſtinctio inter illos eſſe non poſſet: hanc igitur inſeparabilitatẽ in ratione principij, à quo procedit Spiritus ſanctus declarat noſter textus; vt manifeſtant ſequentia verba *& amplius quia non eſt ex ſe, ſed ex patre, & ex me illa eſt*. In quibus docet eamdem naturam diuinam à patre, & filio Spiritum ſanctum accipere: poſtquam enim declaratũ eſt principium magis formale, & immediatum, per quod procedit, ad magis remotum, noſtro intelligendi modo, qualis eſt diuina eſſentia, progreditur: vnde tota gloſſa verbo voluntate textus verum & germanum ſenſum non aſſequitur: imo ſua obſcuritate illius interpretationem reddit difficiliorem, quod cuilibet Theologo legenti erit manifeſtum.

Ego veritatem loquor, id eſt, inſpiro quæ loquitur. Verba ſunt ſaluatoris, qui cum verbum ſit, quo Spiritus ſanctus loquitur vt ſupra dixit, rectè dicit ſe inſpirare, quæ Spiritus ſanctus loquitur: & cum ipſe formalis veritas ſit, ſpiritusque ſanctus veritatis ſpiritus ſit, neceſſario verbi ſpiritus eſt. Quod verò Spiritus ſanctus eodem verbo loquatur patet ex doctrina Anſelmi in Monologio cap. 60. initio vbi hanc quæſtionem mouet. *Dubium eſſe non debet, quia pater & filius, & eorum ſpiritus vnuſquiſque ſe ipſum, alios ambos dicit, ſicut ſe & alios intelligit: quod ſi ita eſt quomodo non ſunt in ſumma eſſentia, tot verba, quot ſunt dicentes, & quot ſunt, qui dicuntur?* Cui dubio reſpondet poſt medium eiuſdem capitis hoc modo. *Vnum ſolum eſt in illis quod dicit, & vnum quod dicitur. Vna quippe ſapientia eſt, quæ in illis dicit, & vna ſubſtantia, quæ dicitur: conſequitur non ibi eſſe plura verba ſed vnum: licet igitur vnuſquiſque ſe ipſum, & omnes inuicem ſe dicant, impoſſibile tamen eſt, in ſumma eſſentia eſſe verbum aliud, præter illud, de quo iam conſtat, quod ſic naſcitur ex eo, cuius eſt verbum, vt etiam vera eius dici poſſit imago*. Si verò textus intelligitur de loquutione ad extra, quę cum loquutione ad intra coniungitur, rectè dicit ſaluator, ſe inſpirare, quæ Spiritus Sanctus credentium cordibus inſpirat, & loquitur: nam eamdem verbi, quam participat veritatem edocet, atquè adeo illa loquitur, quæ à verbi ſapientia hauſit.

Dicere enim, & loqui in Trinitate non ſecundum conſuetudinem noſtram, &c. Dicere in diuinis, ſeu loqui duplex eſt ad intra, vel ad extra: item dictio, aut loquutio ad intra alia eſt propria, & notionalis, alia minus propria, & eſſentialis. Nam vtrumque dicere eſſentiale minus proprium, & notionale 9.

propriiſſimum admittunt D. Thom. par. quæſt. 34. art. 1. ad 3. & 4. & 4. contra Gentes cap. 13. & de potentia q. 9. art. 9. ad 8. Alenſ. 1. par. q. 42. memb. 2. in fine & q. 62. memb. 2. Albert. 1. part. quæſtio 30. memb. 2. in fin. & quæſt. 35. art. 3. & 4. Magiſt. in 1. diſt. 19. recitans verba Auguſt. Bonauent. in 1. diſt. 27. par. 2. art. 1. quæſt. 1. Henric. in ſumm. art. 40. quæſt. 7. & art. 58. quæſt. 2 Scot. in 1. diſt. 32. §. ad quæſtionem, & §. ad argumenta in oppoſitum Richard. in 1. diſt. 27. art. 2. quæſt. 2. ad argumen. 3. Aureolus ead. diſt. art. 3. dub. 3. Gabriel. quæſt. 3. art. 2. notabili 2. Capreol. art. 1. concluſ. 2 & art. 3. ad argum. contra 2. concluſ. Caietan. & alij Thomiſtæ 1. par. ad quæſt. 44. art. 1. citato, & ad quæſt. 27. art. 1. vbi Torres diſp. 6. quæſt. 3. & ad fin. Súar. lib. 9. de Trinitat. c. 3. n. 7. & 8. dicere proprium eſt idem quod verbum producere ideoque proprietas eſt ſolius patris: in hoc ſenſu loquitur Auguſtin. lib. 7. de Trinitat. cap. 1. & lib. 15. cap. 14. & 21. & pſal. 61. ad illa verba; *ſemel loquutus eſt Deus,* ad lit, *quia vnum verbum genuit*: quod indicauit Athanaſ. in epiſt. de decretis Nicænæ Synodi in medio cum ait: *ſi conceſſerint Deum non niſi ſemel verbum proferre, fieri non poteſt quin agnoſcant eum ita loquentem, verbi ſui patrem eſſe*: item Gregor. lib. 3. Moral. cap. 11. alias 19. exponens illud Iob. 3.. *ſemel loquitur Deus*, ait *loqui Dei eſt verbum genuiſſe, ſemel autem loqui eſt verbum aliud præter vnigenitum non habere*: ſimilia docent alij Patres: probatur ratione, nam dicere ſeu loqui in propriiſſimò ſenſu eſt correlatiuum verbi: ſeſe enim reſpiciunt mutuo, & adæquate: ſed verbum in propria ſignificatione in diuinis non eſt aliquid eſſentiale, ſed notionale, nempe perſooa filij; ergo dicens, & loquens propriè, & rigoroſe in diuinis eſt ſolus pater, qui ſolus eſt adæquatum correlatiuum filij, qua filius eſt: minorem late probant Theologi cum D. Thom. 1. par. quæſt. 34. art. 2. Caiet. Canarien. Molin. Valent. Vaſq. ibidem Didacus verò Riuz. latiſſime diſp. 57. ſect. 2. & 3. ex ſcripturæ, Conciliorum, Patrumque teſtimoniis confirmat. Maior etiam eſt manifeſta, nam dicens, verbi dicens eſt, & verbum neceſſario dicentis eſt verbum: ergo correlatiua ſunt hæc duo dicens & verbum.

10. Dicere ſeu loqui minus proprium idem eſt, quod intelligere aliqua obiecta, & illa manifeſtare: ideoque in hoc ſenſu eſt aliquid eſſentiale, tribuſque perſonis commune: hoc loquendi modo ſæpe vtitur ſcriptura ſacra. Geneſ. 1. *dixit Deus fiat lux*: & ſimiliter loquens introducitur in creatione aliarum rerum pſalm. 32. *ipſe dixit & facta ſunt.* Deinde patres verbum dicere & loqui non ſolum patri, ſed etiam filio, & Spiritui ſancto accommodant: ergo ſignum eſt eos accipere hoc vocabulum pro aliquo eſſentiali prædicato tribus perſonis communi, in ſenſu ſaltem minus proprio: antecedens probatur ex Anſelmo in morrolog. cap. 28. 34. & 46. vbi ait dicere & intelligere eſſe idem. Item Fulgentio ad Monimum lib. 3. cap. 7. qui ait idem eſſe dicere quod cogitare Cyrill. Alex. de Moyſe lib. 1. contra Iulian. poſt medium ait, *Ipſam dixit ſanctam Trinitatem ſibi ipſi loquutam; faciamus*: idemque docet Auguſtin. lib. contra ſermonem Arianorum, cap. 16. Ambroſ. lib. 5. de fide ad Gratian. c. 6. vbi declarans illud Ioan 16. *non enim loquetur à ſemetipſo* ait, *vt aduerteremus quod quicquid Spiritus ſanctus loquitur, loquitur & filius: & quicquid loquitur filius, loquitur & pater: quia vna ſententia, & operatio Trinitatis eſt.* Dicere in primo ſenſu ſemper eſt ad intra; quia ſolú intra Deum fit Generatio, per quam Pater filium dicit. In ſecundo verò ſenſu dicere, licet aliquando referatur ad loquutionem impropriam ad intra omnibus perſonis communem, qualis illa eſt Geneſ. 11. Venite deſcendamus, & confundamus linguas eorum: quod ponderans Cyrill. Alexand. lib. 3. Dialog. de Trinitat. inter princip. & medium ait, Venite *inquit ad ſe ipſam ſacta, & conſubſtantialis Trinitas*; frequentius tamen in hoc ſenſu minus proprio ad loquutionem externam totius Trinitatis cum aliqua creatura vſurpatur: verbi gratia *dixit Dominus ad Adam*, ad Abraham, ad Noè, ad Moyſen, &c. ratio eſt quia quando vna perſona creata alteri ſuam mentem communicat, eo ipſo cum illa loqui cenſetur: ſed tota ſancta Trinitas non ſibi, ſed Angelis, & hominibus ſuam mentem reuelat, & ſuam communicat notitiam: ergo in hoc ſenſu ad extra omnes perſonæ diuinæ dicere, & loqui cenſentur, cum maiori vocis proprietate.

11. Hinc iam colligitur ſenſus noſtri textus cuius occaſione vim huius vocabuli *dicere*, ſeu *loqui* declarauimus: accipiuntur enim hæc vocabula in ſecundo ſenſu per ordinem ad creaturas, cum enim dixiſſet Dydimus Spiritum ſanctum non loqui à ſemetipſo, quia ſapientiam accipit à patre, & à filio, quam creaturis communicat ſimul cum aliis perſonis, certum eſt illum accipere loquutionem toti Trinitati communem, quæ tamen Spiritui ſancto attribuitur, quando interiori illuſtratione fidelium mentes illuminat. Idcircoque additur non ſecundum communem hominum loquentium morem, hanc fieri loquutionem, ſed ad inſtar loquutionis Angelicæ. Angeli enim non per ſenſibilia ſigna, nimirum per voces; ſed ſpecierum ſpiritualium interuentu ad inuicem loquuntur. & ſuperiores harum ſpecierum virtute inferiores illuminant; ſiue hæ ſpecies ab Angelis loquentibus in intellectu audientium producantur, ſiue à Deo per modum naturæ infundantur, quando loquentes ſuos conceptus dirigunt ad audientes Itaque prætermiſſa opinionum varietate de Angelorum loquutione, quocumque modo illa explicetur, ſemper ad loquutionem Angelorum colloquentium per intellectum alluſio fit in illis verbis textus, *ſed iuxta formam incorporearum naturarum* quales ſunt ſubſtantiæ immateriales, ioter quas maximè immaterialis eſt Trinitas, quæ credentium mentes interiori loquutione illuminat, quomodo primo id faciat in quæſt. 2. diſp. ſequentis dicetur.

Qui

Qui eam audire ſunt digni. Non intelligitur A antecedens aliqua meriti dignitas ea parte fidelium, quæ Trinitatem obliget, ſeu inuitet ad illuſtrandas hominum mentes, & ad ea-citantis gratiæ auxilia conferenda; nam primam gratiam nec de congruo, multo minus de condigno promeremur: dignos igitur intellige Dei locutione, quos diuina miſericordia etiam in ſtatu peccati interiori illuſtratione alloqui non dedignatur: ita loquitur D. Paulus ad Coloſſenſes 1. num. 12. *qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum*: id eſt vt exponit Ambroſ. *qui dignatus eſt vocare, & inducere gentes in promiſſionem Iudæorum*, & vt declarat Cornel. ſine noſtro merito, imo indignos ſola ſua gratia dignos fecit.

12. *Liquidum eſt ergo dicere patrem & audire filium, &c.* Gloſſa verbo *patrem*, accipit verbum *dicere* in rigoroſo ſenſu, & proprio pro gignere verbum, & audire pro gigni: verum ſequentia verba repugnant: nam ſtatim additur *vel è contrario filium loquentem, audire patrem*; non enim filius in eodem ſenſu loquens, & pater audiens dici poteſt, multo minus accommodari poteſt idem ſenſus ſpirationi Spiritus ſancti, vt eadem Gloſſa vult. Aliter ergo explico locum de locutione communi interna per idem intelligere eſſentiale, quod tria tribus perſonis commune eſt, vt vnaquæque non ſolum per illud intelligat, ſed etiam alias perſonas idem intelligere agnoſcat: & hoc ſignificauit Dydimus Alexan. cum addidit *eiuſdem naturæ eſſe patrem & filium, & in patre & filio conſenſus eſt ſignificatio*: quaſi inferret eandem eſſe in patre, & filio naturam intellectiuam, & eandem conſenſus ſignificationem, quia eadem eſt vtrinſque ſapientia: ſimiliter Spiritus ſanctus idcirco dicitur Spiritus veritatis, & ſapientiæ, quia loquitur illa, quæ à filio loquente audit; quare ſi filius loquitur, non poteſt Spiritus ſanctus ignorare, quæ audit à filio. Quare illud *neſcit* in textu ad Spiritum ſanctum refertur, quia neſcire non poteſt ea quæ filius loquitur, Et ratio eſt. *Cum hoc ipſum ſit quod profertur à filio*: ideſt quia tale eſſe habet, & tale intelligere quale habet filius, à quo ſimul & à patre procedit, & cum verbum ad intra vnitatem eſſentiæ, & Trinitatem perſonarum loquatur, merito dicit Dydimus quod idipſum ſciat Spiritus ſanctus, quod filius profert ſeu loquitur: eſt enim Deus de Deo ſpiritus veritatis, qui à veritate, quæ eſt filius, procedit, ſeu ſpiratur: & eadem de cauſa dicitur conſolator à conſolatore, vt filio, & patri, à quibus procedit, æqualis per omnia æſtimetur; quod notauit Auguſtin. ad illa verba Ioan. 14. *alium paraclitum dabit vobis*: *alium* inquit ſermone 85. de tempore, *maieſtatis intellige ſocium quem maieſtati proſpicis comparatum.* Itaque hæc verba textus declaranda ſunt de dictione omnibus perſonis communi iuxta loquendi modum, quem ex Ambroſ. Anſelm. & aliis ſupra citatis tradidimus. Fateor poſſe etiam declarari, de locutione perſonarum per idem verbum Dei, ſed accommodate ad illarum notiones. Nam pater loquitur ſuo verbo producendo illud, & quem-A admodum ille, qui loquitur ſe loquentem ſentit & verbum ſuum audit; ita Pater verbum ſuum audit quod loquitur, & ſe ipſum loquentem intelligit: item filius ſe ipſo nimirum verbo ſubſiſtente loquentem patrem audit, id eſt intelligit. Rurſus Spiritus ſanctus non modo audit loquentem Patrem ſuo verbo, & filium ſe ipſo loquentem agnoſcit; ſed etiam ipſo verbo loquitur, quia non à ſe ipſo, ſed ex verbi ſcientia profert, quæ loquitur & ſpiratus à Patre, & filio, diuinam voluntatem, quam ab ipſis accepit credentium cordibus inſpirat: & huic expoſitioni etiam recte cohæret quod ad finem textus adiungitur ex Ioan. 5. *ſaluator ait ſicut audio,* B *& iudico; & alibi: non poteſt filius facere quicquam niſi quod viderit patrem facientem.* Hoc ſecundum teſtimonium in priori loco etiam habetur c. 5. Ioan. illudque optimè declarat Ambroſ. ſerm. 20. in pſalm. 118. dicens *nihil à ſe facit filius quia per vnitatem operationis, nec filius ſine patre facit, neque ſine filio pater*: non impotentiæ, neque minoris virtutis hoc indicium eſt, ſed omnipotentiæ, & ſummæ virtutis: vt latius diſcurrit Tolet. notat. 12. in idem cap. 5. idem probat alterum teſtimoniũ in noſtro textu prius, & apud Ioan. poſterius. *Non poſſum ego à me ipſo facere quicquam, ſicut audio ſic iudico.* Audire hic nihil aliud eſt, quàm à patre ſcientiam accipere eandem omnino, quæ patris eſt; ſecundum quàm ſaluator ſe iudicare te-C ſtatur: ita exponit Ambroſ. citatus Auguſtin. tract. 22. Chryſoſt. homil. 38. Cyrill. lib. 2. cap. 146. idem ergo quod ſaluator de ſe comparatione patris aſſeruit de Spiritus ſancti comparatione patris & filij Dydimus credidit affirmandum; & hæc ſufficiant pro expoſitione textuum qui ad titulum de Trinitate ſpectant. Nunc ad diſputationem, cui nobis ipſi materiam ſubminiſtrarunt, gradum faciamus, & de cauſis catholicæ fidei diſſeramus.

De Cauſis, & effectibus fidei diuinæ.

DISPVTATIO I.

1. QVamuis ad ſequentem titulum de Conſtitutionibus nobis agendum ſit de cauſis, & effectibus diuini iuris pariter ac humani in genere accepti, quia tamen præcedit D titulus de ſumma Trinitate & fide cathol. quæ vt ait Clemen. Alex. 3. ſtrom. bonorum operatria, & iuſtæ fundamentũ eſt actionis, quod notatione prima præcedentis tituli, & notat. item prima ſequentis aduertitur; & præterea cum fides pars quædam præcipua ſit diuini iuris, prout fides in noſtro titulo accipitur pro re credenda, cauſas & effectus huius fidei exponere cogimur; quatenus aliquid ſpeciale habent, quod in generali tractatione de cauſis diuini iuris non continetur. Quamobrem quia parum, aut fere nihil generali doctrinæ diſp. in principio, & q. 1. ſect. 5. de cauſa finali tradendæ addere opportet, illam hoc loco prætermitto; & ſolum admoneo cauſam finalem diuinæ fidei duplicẽ eſſe, quæ in conſiderationem venire poteſt. Prima magis propria, licet magis extrinſeca; eſt æterna

beatitudo ſeu viſio beata, & ſupremi boni
poſſeſſio, in quam diuina fides credentes di-
rigit, vt in cap. 1. de ſumm. Trinitat. in fin.
apertè traditur his verbis, *Non ſolum virgi-
nes & continentes verum etiam coniugati per re-
ctam fidem, & operationem bonam placentes ad
æternam merentur beatitudinem peruenire*: quam
veritatem Principis Apoſtolorum teſtimo-
nium *illuſtrat* 1. Petr. 1. n. 9. *in quem nunc
quoque non videntes creditis: credentes autem
exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata
reportantes finem fidei veſtræ ſalutem animarum.*
Etenim fidei proprius finis eſt animarum ſa-
lus, vt bene commentatur noſter Iuſtinianus
ad locum Pauli: hanc Dominus, vt dixit
Chryſoſtom. in pſalm. 115. colum. 4. *ſcalam
à terra in cælum nobis voluit & erexit*: hæc
etiam illa eſt columna nubis quæ licet Ægy-
ptiis tenebroſa Iſraëliticum populum per no-
ctem illuminabat Exod. 14. n. 20. per no-
ctem nos illuminat fides quamdiù per ſpecu-
lum in ænigmate ambulamus, vt notat Gloſſa
interlinealis, ad promiſſam cæleſtem patriam
fideles dirigit, & ab infidelibus ſeparat. *Non
transfertur*, ait Ambroſ. homil 5. in Exame-
ron. *columna nubis ad Ægyptios, vt videant
ſed in tenebris permaneant, quia dilexerunt te-
nebras magis quam lucem*: columna eſt, ideo-
que fidelem populum in illius conſpectu idem
Ambr. hortatur, vt permaneat fortis in fide,
& firmiter credenda ſuſtineat, iuxta cap. 1.
noſtri tituli: & tam certo nos diuina fides ad
gloriam ducit, vt merito dixerit Chryſoſtom.
tom. 4. de fide, ſpe & charitate; fides gloriam
inchoat; non tamen cum gloriæ charitate fi-
dei obſcuritas permanet; ſed viſio, quæ eſt fi-
dei finis, illi terminum & finem imponit.

Altera finalis cauſa fidei magis quidem pro-
xima eſt, ſed à materiali, & formali non di-
ſtinguitur: illam enim fides reſpicit, vel
tanquam obiectum, quod creditur, vel tan-
quam motiuum propter quod creditur, de
quibus in ſequentibus dicendum. Prætermiſ-
ſa igitur cauſa finali ad reliquas tres cauſas
materialem, formalem, & efficientem tota
doctrina de cauſis fidei reducetur. Quia ta-
men Romana Eccleſia, quæ eſt caput, &
mater omnium Eccleſiarum vt in cap. firmi-
ter cap. damnamus. In hoc titulo cap. fideli
eod. in 6. vidimus, aliquo modo ad fidem
concurrit proponendo ea, quæ ſunt credenda
poſtquam in tribus primis quæſtionibus illas
tres cauſas prædicto ordine expoſuerimus de
Eccleſia, & quomodo ad fidem diuinam ſe
habeat in quarta diſputabimus: In quinta
denique quæſtione de effectibus fidei agemus
præſertim de neceſſitate, & obligatione, quę
hominibus, ab hoc diuino iure imponitur
recipiendi, & confitendi fidem: de vitiis
huic theologicæ virtuti oppoſitis nihil dicen-
dum, quia in libro 5. Decretal. titulo 6. &
ſequent. proprium habent locum de hac ma-
teria Theologi cum Magiſtr. in 3. diſt. 23. 24.
& 25. & cum D. Thom. 22. quæſt. prima &
ſequent. egerunt, præter eos qui controuer-
ſias de eadem ſcripſere; Roſenſis contra Lu-
therum art. 1. Sſtaplatonus de demonſtratio-
ne principiorum fidei & lib. 8. de iuſtific.

A Albert. Pigius controuerſ. 2. Bellarm. tom.
4. controuerſ. 3. generali & alij.

*Definitur fides diuina, & cauſa illius
materialis declaratur.*

QVÆSTIO I.

IN prima notatione antecedentis commen-
tationis varias fidei ſignificationes tradidi 1.
ex quibus illa, cuius definitionem cauſaa &
effectus perquirimus, nobis nunc tantum in-
ſeruit, quæ ſignificat aſſenſum intellectus,
quo credimus tanquam reuelatum à Deo,
quicquid nobis ab Eccleſia catholica creden-
dum proponitur: & eſt actus primæ virtutis
theologicæ ex tribus à D. Paulo numeratis 1.
B Corint. 13. *fides, ſpes, charitas*: quæ Theo-
logicæ dicuntur, quia Deum immediate re-
ſpiciunt, illum & illi credendo, ipſummet ab
ipſo ſperando: eumdem propter ſe ſuper om-
nia amando: fidem igitur in hoc ſenſu diuer-
ſimode deſcripſerunt patres; ſed quia enco-
mia fidei potius enumerant, quam veram
eius naturam definiunt, idcirco illaa præter-
mitto: & omnes has deſcriptiones ad illam
reduco quam D. Chryſoſt. tom. 4. in ſermon.
ad locum Pauli citatum de fide, ſpe, & chari-
tate tradidit, *fides eſt origo iuſtitiæ, ſanctitatis
caput, deuotionis principium, religionis funda-
mentum*, & paulo poſt magis in particulari.
*Eſt enim fides innocens & pura credulitas, qua
ad Deum accedimus, qua præceptis inſiſtimus,
qua expiata mente dominum veneramur: hæc
C excludit dubia, tenet certa, promiſſa conſignat.*
Ex quibus verbis colligitur Chryſoſtomum
fidem bonis operibus, & charitate firmatam
explicaſſe. Nos verò definitionē fidei inqui-
rimus, quæ illam ab aliis virtutibus diſcri-
minet, & cum illa ſola recurrat: hanc in pri-
ma ſectione proponam, & inſequentibus dif-
ficultates de cauſa materiali ipſius enodabo.

*Proponitur vera diuina fidei definitio,
& falſa hæreticorum de ſua fiducia
præſumptio refutatur.*

SECTIO I.

DVas fidei definitiones adducit, ad quaa 1.
alias reuocat D. Thom. 1. 2. q. 2. art. 1.
D & quæſt. 4. art. 1. vnam in priori loco ex D.
Auguſt. lib. 1. de prædeſtin. ſanct. c. 2. Alte-
ram ex D. Paulo ad Hebræos 11. Prior illa eſt.
*Ipſum credere nihil aliud eſt quam cum aſſenſio-
ne cogitare.* In qua definitione D. Auguſtin.
nihil aliud intendit quam ad credendum ne-
ceſſarium eſſe gratiæ auxilium, & initium fi-
dei eſſe ex Deo, quod vt probet, citat locum
Pauli 2. ad Corint. 3. n. 5. *non quod ſufficientes
ſimus cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis.
Vtique* ait Auguſt. *in his quæ ad pietatem perti-
nent*; & inde infert initium fidei à cognitione
inchoari, quia nimirum *credere eſt cum aſſen-
tione cogitare*; ad huius verò probationis vim
non erat neceſſe Diuum Auguſt. exactam fi-
dei definitionem tradere, ſed illam fidei pro-
prietatem oſtendere, quæ etiam cognitioni
Theologicæ

Theologicæ, ſcientificæ, ſeu opinatiuæ communis eſt; quamuis fides in eo differat ab illis quod ſit cogitatio ad pietatem cum aſſenſione. Verum D. Thom. vt magiſtralem traderet definitionem, illam D. Auguſtini teſtimonio confirmatam, explicauit, duaſque ei adhibuit declarationes, alteram verbo *cogitare*; alteram verbo *aſſenſione*, quas Lorca 22. quæſt. artic. 1. non beoe interpretatus eſt, ait enim *cogitare* cognitionem imperfectam ſignificare, quæ claram viſionem non attingit, *cum aſſenſione* verò denotare quod eſt proprium fidei diuinæ inter cognitiones imperfectas certam eſſe, & abſque hæſitatione, quæ interpretatio ſi vera eſſet, hæc manifeſta inſtantia D. Thomæ doctrinam falſam redderet. Nam aſſenſus theologicus eſt certus, & ſine hæſitatione; item non eſt inter cognitiones, quæ claram cognitionem attingunt; ergo confunderet D. Thom. aſſenſum Theologorum cum aſſenſu fidei. Quod ne admittamus, aliter exponendus eſt D. Thom. videlicet vt cogitare non ſignificet cognitionem, quæ habetur ex ſimplici terminorum intelligentia, ſed per inquiſitionem: Nam vt D. Auguſtin. 10. confeſſ. cap. 11. & Iſidor. lib. 1. ſententiarum cap. 13. docent, cogitatio eſt, quędam veluti iterata coactio, qua per inquiſitionem intellectus cogitur ad intelligendum; & hoc modo cogitur, & captiuatur intellectus in obſequium fidei ad credendum, quæ naturalis ratio non aſſequitur. *Cum aſſenſione* denotat firmum aſſenſum, & voluntarium, quem præcedit inqoiſitio non rationis naturalis demonſtrantis id, quod creditur, ſed inquiſitio eorum, per quæ inducitur homo ad credendum, quia ſunt dicta à Deo, vt optimè ſe expoſuit D. Thom. artic. 1. citato in corpore & ad primum & hanc declarationem tandem ſequitur Suar. de fide diſput. 6. ſect. 1. numero 7. & 9. Clarius hæ conditiones in alia eiuſdem Auguſtin. definitione de ſpiritu & litera cap. 31. apparent, vbi ait. *Quid eſt credere niſi conſentire verum eſſe, quod dicitur*, & loquitur D. Auguſtin. vt apparet ex diſcurſu de eo quod dicitur ſeu proponitur tanquam dictum à Deo, & declarat nomen conſentionis voluntarium aſſenſum; addit enim ſtatim, *conſenſio autem vtique volentis eſt.* Vbi vides definiri fidem per aſſenſum verum & voluntarium ob authoritatem Dei dicentis.

2. Illam definitionem tamen, vt potè clariorem D. Baſilij in homil. de confeſſione fidei magis probo, *fides eſt aſſenſus non hæſitans de his quæ audita ſunt certitudine ſummæ veritatis.* Manifeſtè enim hæc definitio vtramque cauſam obiectiuam materialem, & formalē inuoluit, à quibus fidei aſſenſus ſpecificatur. Nam nomine aſſenſus ſignificatur iudicium voluntarium, quo potentia intellectiua ſine hæſitatione certiſſimè ad vnam partem determinata fertur in obiecta non viſa, ſed audita, id eſt non clarè, ſed obſcurè cognita, & infallibili primæ veritatis authoritate fundatur, illa particula aſſenſus, quæ loco generis ponitur, quamuis ſi in ſuo rigore ſumatur non dicit actum elicitum à voluntate, ſed imperatum,
A ſupponit enim intellectum nulla ratiooe ſeu medio naturali cogi ad aſſentiendum, ſed à voluntate cognita obiecti credibilitate imperari: in alia ſignificatione magis ampla aſſenſus dicitur etiam de iudicio euidenti, & intellectum neceſſitante, ſaltem quoad ſpeciem actus, qualis eſt aſſenſus ſcientificus, in vtroque tamen ſenſu oſtenditur fidem non eſſe actum voluntatis ſed intellectus, & excluditur etiam omnis cognitio apprehenſiua; quæ in potentia nondum deliberate iudicante præcedit: additur ſine hæſitatione; vt certitudinem & firmitatem huius actus intelligamus, & omnis cognitio iudicatioa de fide humana, vel per medium probabile habita excludatur, quæ ſuaptè natura fallibilis eſt
B & formidoloſa. Denique adiungitur, quod inaudita, id eſt reuelata tendat, & primæ veritatis certitudine nitatur, vt excludantur actus primorum principiorum, qui ſunt aſſenſus euidentes ex terminis habiti, vt omne totum eſt maius ſua parte. Item concluſiones ſcientificæ, quæ etiam ſunt iudicia euidentia ex euidentibus præmiſſis deducta, quę conditiones aſſenſus fidei ex iis, quæ de cauſa materiali, & formali obiectiua dicemus, amplius innoteſcent.

3. Quamuis tradita definitio Baſilij ſufficiat ſic declarata ad præhabendam illius actus cognitionem, cuius cauſas inueſtigamus, tamen, ne altera definitio à D. Thom. poſteriore lo-
C co tradita, & ad quam plures alias reuocat, ſine explicatione permaneat, illam operæ pretium erit, declarare, & ſcire an etiam ſufficiens ſit, ſic igitur ait Paulus ad Hebræ. 11. nu. 1. *Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum nõ apparentium*: de hac in primis definitione dubitare non licet an vera ſit, ſed ſolum, quem habeat ſenſum. De quo in primis duo excludendi ſunt errores, primus eorum, qui his verbis non vim definitionis, ſed quoddam fidei encomiũ ſignificari arbitrantur, inter quos fuit Eraſmus in notat. ad locũ Pauli; qui ibidem in alterum errorem primo craſſiorem cum hęreticis incidit, videlicet ibi Apoſtolum non loqui de credulitate, ſed de fiducia, quod vt melius intelligatur, aduer-
D tendum eſt Lutherum lib. de libertate Chriſtiana & in aliis locis, item Caluinum lib. 3. inſtitut. cap. 2. §. 9. & Kemnitium in 1. p. Examin, Concil. Tridentin. & alios huius farinæ homines triplicem fidem ſtatuere, primam hiſtoriæ, quà creduntur, quæ in ſacris literis narrantur, Secundam miraculorum, qua mediante fideles montes transferre poterunt, & alia patrare miracula. Tertiam promiſſionum, quam in generalem & ſpecialem ſubdiuidunt. Generalis eſt, qua in communi creduntur omnia à Deo promiſſa: ſpecialis, qua vnuſquiſque certò credit certitudine fidei, & confidit ſibi remiſſa eſſe peccata, & ſe ſine dubio vitam æternam conſequuturum ob Chriſti merita, cuius iuſtitia ſibi imputatur, & hanc fiduciam appellant, & ad Chriſtianorum iuſtificationem ſufficientem credunt, quam fidei diuiſionem ex variis ſacræ paginæ locis oſtendere conantur, eos tamen optimè conuincunt Maldonat. in

cap. 9. Matth. verſ. 2. & Bellarmin. lib. 1. de iuſtificat. cap. 5. & ſequent. Nam cum Paulus ad Epheſ. 4. clamet *vnus Dominus, vna fides*, & cum eo noſter textus Clement. voica de ſumma Trinitat. ſolus impudens vnius veræ fidei deſertor, triplicem inducere fidem præſumit. Et quis neſcit nos eadem fide hiſtorica, qua credimus dicta à Deo, etiam credere, ipſius omnipotentiæ omnia poſſibilia eſſe, quæ contradictionem non implicent? item omnia ab eo promiſſa non defutura? cum Paulus ad Hebræos 11. omnes illos actus vni fidei theologicæ adſcribat *fide* ait *intelligimus aptata eſſe ſacula verbo Dei.* En aſſenſus circa hiſtoriam de mundi creatione. Addit. *Sancti per fidem vicerunt regna, obturauerunt ora leonum, &c.* Ecce fides miraculorum ab antecedenti non diſtinguitur. Tandem adiungit *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo*, quod pertinet ad fidem quæ eſt initium iuſtificationis.

4. Idem probatur ex cap. 10. Ad Roman. *Hoc*, ait, *eſt verbum fidei, quod prædicamus, quia ſi confitearis in ore Dominum Ieſum, & in corde ſerio credideris quod Deus illum ſuſcitauit à mortuis ſaluus eris*, hæc ſine dubio fides hiſtoriæ eſt, qua Chriſti reſurrectionem credimus, & tamen de hac docet Apoſtolus, quod ad noſtram iuſtitiam, & ſalutem conferat. Denique Ioan. 20. in fine; *hæc*, inquit, *ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.* In his & ſimilibus locis creberrimè ſalutis initium, fidei, prout eſt credulitas, attribuitur: quin vlla fiduciæ mentio fiat; Quæ quidem ab hæreticis inuenta fuit & à Concilio Tridentino merito damnata ſeſſ. 6. cap. 9. vbi ait. *Quamuis enim neceſſarium ſit, credere, neque remitti, neque remiſſa vnquam peccata fuiſſe, niſi gratis diuina miſericordia propter Chriſtum, nemini tamen fiduciam, & certitudinem remiſſionis peccatorum ſuorum iactanti, & in ea ſola quieſcenti, peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe, dicendum eſt; cum apud hæreticos, & ſchiſmaticos poſſit eſſe, imo noſtra tempeſtate ſit, & magna contra Eccleſiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia.* Vnde in fine concludit. *Cum nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum ſe gratiam Dei eſſe conſecutum.* Eadem inanis fiducia damnatur Canone 12. 13. & 14. eiuſdem ſeſſ. Deinde in ipſis hæreticorum dictis repugnantia oſtenditur manifeſta. Nam vel peccata prius remiſſa ſunt per gratiam iuſtificantem, quam homo credat eſſe remiſſa, vel poſterius; ſi prius iam fides qua id creditur non eſt iuſtificans, ſiquidem iam ſupponitur antecedens iuſtificatio: ſi poſteriùs, io ea prioritate io qua nondum erant remiſſa peccata illi fidei potuit ſubeſſe falſum, per quam, homo credidit peccata ſibi eſſe remiſſa, quæ adhuc remiſſa non erant, qood ſolum in hæreticorum fide abſurdum non erit, quia falſa eſt: non vera, nec poſſunt dicere illam fiduciam ſimul eſſe cum remiſſione peccatorum in eodem inſtanti, rogo enim quando Deus hoc reuelauit? quis mihi dixit, hic, & nunc me habere illum actum cum omnibus requiſitis ſufficientem vt Deus mihi peccata remittat? quamuis enim Deus generaliter certæ diſpoſitioni peccatorum remiſſionem promiſerit, tamen ſine peculiari reuelatione, quod hic & nunc debito modo talis diſpoſitio habeatur, de fide diuina credi non poteſt. Nam quamuis in ſe illa ab habente cogooſceretur. (quod non admitto,) cum plurimùm aſſenſus theologicus, non verò de fide haberi poteſt, ſi procederet per diſcurſum ex vna prupoſitione generali de fide, & altera particulari euidenti v. g. Deus elicienti actum contritionis perfectæ ſuam promiſit gratiam in eodem inſtanti conferendam, ſed ego elicio actum contritioois: ergo nunc mihi confertur diuina gratia, in hoc ſyllogiſmo illa minor deficit à certitudine fidei, tum quia vt habetur Eccleſiaſtes 9. numero 3. neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit, ideoque D. Paul. ad Philipp 2. illos monet, *cum metu, & tremore ſalutem veſtram operamini*: tum etiam quia etiamſi naturaliter cognoſceretur ſine reuelatione ea diſpoſitio, ex tali cognitione, diſcurſiuus aſſenſus cum certitudine fidei elici non poſſet, vt infra latius oſtendam quæſtione 3. Nam totum motiuum fidei debet eſſe ſupernaturale Dei teſtimonium: ſed quia iuxta Doctrinam inferius tradendam quando particularis euidenter cognoſcitur, contineri in vniuerſali reuelata: tunc immediate poteſt credi propter diuinum teſtimonium: Ideo dico hoc nunquam conſtare poſſe & conſequenter neque credi fide diuina, iuxta Tridentinum citatum, & ſacram ſcripturam, ſolum ergo in iuſto eſſe poterit quædam certitudo moralis ex teſtimonio ſuæ conſcientiæ, quod in gratia Dei ſit, iuxta illud Ioannis primæ Canonicæ cap. 3. numero 12. *Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Itaque fiducia apud Deum bene fundata ex bonæ conſcientiæ teſtimonio oritur, & ex iuſtitia, non verò ex inani hæreticorum fiducia iuſtificatio reſultat.

Denique ratione theologica vnam eſſe fidem ſic probo: ſiuè conſideremus ea, quæ in ſacris literis narrantur, ſiue quæ promittuntur, ſiue quæ à Deo fieri poſſe reuelantur, omnia creduntur ob eandem rationem formalem, ſed hæc eſt authoritas reuelata Dei id dicentis, promittentis, & potentis facere: ergo eadem eſt fides: minor tota quæſt. 2. confirmabitur: conſequentia eſt manifeſta, quia ratio formalis motiua, eſt, quæ dat ſpeciem & diſtinctionem aſſenſui, ergo ſi illa vna eſt, vnus eſt aſſenſus fidei in ſpecie: & quamuis doctores catholici exiſtiment in ſcriptura ſacra aliquando hoc nomine *fides* fiduciam ſignificari, ita docet Cyrill. Hieroſolymitan. catechiſ. 5. D. Thomas ad locum Iacob 1. numero 6. *Poſtulet in fide nihil hæſitans*, ibidem Iuſtinianus numero 6. Lorinus & Cornelius. Staplaton. de princip. fidei doctrin. lib. 11. cap. 11. & controuerſ. 8. de iuſtificat. cap. 21. Vega queſt. prima de iuſtific. & lib. 9. Trident. cap. 28. Ianſenius Concord. cap. 32. & 35. Caſalus 1. par. quadripart. Inſtit. lib. 2. cap. 5. Aragonius, & alij commentatores D. Thom. 22. quæſt. 1. artic. 1. 5.

tamen

tamen iidem docent hanc fiduciam eſſe omnino diſtinctam à fide theologica, quæ eſt initium noſtræ iuſtificationis, & illam ſupponere; ſolumque requiri ad debite orandum & à Deo, quod petitur impetrandum. Et ſane id oſtendit locus Iacobi, cui ſimilis eſt ille Matth. 9. numero 21. *Si habueritis fidem, & non hæſitaueritis non ſolum de ficulnea facietis, &c.* & ratio eſt, quia fides theologica non inclinat nos ad credendum, ea, quæ petimus certiſſimè impetraturos, nam alioqui inclinaret ad falſum, quia ſæpè non impetramus. Vnde neque hæſitatio vel dubium de impetratione eſt contra fidem theologicam licet ſit contra fiduciam debite orantis ad impetrandum. Confirmatur ex reprehenſione Chriſti Matth. 14. vbi Petrum ſic coarguit *Modicæ fidei, quare dubitaſti?* Non quod Petrum de infidelitate ſuggillaret. ſed de diffidentia, & timore, vt ex antecedentibus patet, nam Petrus, *cum vidiſſet ventum validum, timuit & cum cœpiſſet mergi clamauit*: itaque timor qui opponitur fiduciæ, vt ait D. Thom. 2. 2. quæſt. 129. artic. 6. fuit cauſa cur mergi cœpit, & hæc eſt dubitatio de qua increpatur à Chriſto, quia nimirum in fiducia defecit quaſi diffidens de miraculo, non de poteſtate Chriſti, neque de aliquo, quod ad theologicam fidem pertineret. Nam alioqui non modicæ fidei ſed infidelis qui omnem prorſus amitteret fidem, diceretur, neque enim per partes amittitur fides, ſed tota ſimul, ſi quis de vno tantum articulo deliberatè dubitet, Plura loca ſimilia adducit Gerardus in ſchol. ſancti Ephræm. ſerm. de fide.

6. Reſpondet Suar. diſpot. 1. ſect. 1. de fide cum Soto, Horant. & Bellarm. qui exiſtimant nunquam in ſacra pagina fidem pro fiducia vſurpari. In omnibus illis locis fidem pro theologica accipi, quare in illo loco Iacobi hæſitationem accipi poſſe pro illa, quæ repugnat diuinæ fidei, non quia neceſſarium ſit vnicuique credere ſuam orationem habituram eſſe effectum abſolutè, ſed ſub conditione, ſi habuerit omnes proprietates, & conditiones neceſſarias ſub quibus promiſſio orationi facta eſt, ita vt non hęſitet de illa promiſſione. Secundo addit idem Suar. ſi velimus loqui Iacobum de non hæſitando, in ipſo affectu orandi, ideo dixiſſe, *vt poſtulans in fide nihil hæſitet*, non quia fides ſit fiducia, ſed quia eſt radix eius: nam ex perfecta conſideratione fidei, benignitatem, poteſtatemque Dei credentis, prouenit vt fidelis firmo affectu & ſine hæſitatione oret: ſimiliter reſpondet ad alterum locum Matth. quando Chriſtus Petrum de modica fide increpauit, non quia dubitaret de veritate fidei ſeu reuelationis, ſed quia haberet languidam fidem, & non recte illa vteretur ad conſiderandum ea, quæ poſſent affectum & fiduciam erigere. Verùm meo iudicio neuter locus ſatis declaratur de fide Theologica; neque reſponſiones datæ ſatisfaciunt. Non primus, quia magis communis recentiorum interpretum expoſitio, Iuſtiniani, Concilij, & aliorum de fiducia illum declarant, ob aſſignatam rationem, quam non ſoluit prima reſponſio. Nam ſi

A illa vera eſſet, quotieſcumque orans non deficeret in fide promiſſionis factæ orationi debitæ, ſane orans impetraret, quia reuera non hæſitaret hæſitatione repugnante fidei theologicæ: ſed hoc conſequens eſt falſum, & contra experientiam: non enim putamus dubium fuiſſe in fide, qui non obtinuit poſtulata. Nec item ſufficit ſecunda reſponſio, quia hæſitatio de qua loquitur Iacobus eſt in eo, quod ſignificauit per vocem *fides* niſi velimus à proprio, facili, & ſincero ſenſu illius ſententiam diſtorquere: ergo ſi concediuur hæſitationem opponi fiduciæ, & affectui orantis, hanc ſanè nomine fidei Iacobus ſignificauit, quare non bene dicitur quod fides ſignificet, theologicam fidem, & hæſitatio ſit

B in fiducia, cuius illa eſt radix. Item alterius loci declaratio non placet. Nam Petrus non reprehenditur de languida fide, quia vt hoc loco ait Hieronymus, *ardebat animi fides, ſed humana fragilitas in profundum trahebat*, idemque docet Chryſoſtom. ſed de timore & diffidentia eum magnam haberet fiduciæ rationem, primo quia Dominus dixerat, habete fiduciam ſecundo quia illum ad ſe venire iuſſerat; neque ad illum demergendum feciſſe, credendum erat, quamobrem Ioannes Benedictus Pariſienſis declarat locum his verbis. *Cur hæſitaſti? ſiue quare primùm fiduciam habens poſtmodum timuiſti, id enim appellauit hæſitationem*, itaque nullus Petrum reprehenſum credit,

C quod remitteretur vel langueret fides theologica: ſed quia diffidit, timuitque ne ventus validus ipſum ſubmergeret, fuit ergo defectus fiduciæ non fidei.

Quod autem ſit hæc fiducia cuius in ſacra pagina fit mentio, & aliquando nomine fidei, quia à fide denominatur, non eſt noſtri inſtituti latius hic explicare, breuiter tamen dicam quod ex doctrina D. Thom. 12. quęſt. 4. artic. 2. ad 2. & 22. quæſt. 129. artic. 6. colligo, nempe eſſe ſpem roboratam non ſolum à fide theologica, vt aliqui recentiores docent, ſed ex credulitate, ſeu opinatiuo iudicio, quod præcedit actum ſpei à voluntate eliciti, & per illud iudicamus bonum quod petimus obtinendum: poteſt autem illud iudicium prouenire ex variis rationibus, quæ ſub conſiderationem cadunt in eo euentu, quo talis fiducia 7

D concipitur: adeoque neceſſarium eſt illud antecedens iudicium ad augendam, vel corroborandam ſpem, vt concipi nequeat ſpes adæquate & perfectè, quin præter deſiderium ex parte voluntatis, connotetur exiſtimatio boni obtinendi ex parte intellectus hoc modo proponentis accommodate obiectum ſpei, quod eſt bonum arduum quod exiſtimatur tanta probabilitate futurum quanta eſt credulitas præcedens in intellectu, expellens formidinem ſaltem ex parte ſubiecti. Nam licet hic & nunc iuſtus non habeat reuelationem de obtinendo beneficio, quod petit, neque euidens aliud medium quod omnino reddat certum intellectum ex parte obiecti; tamen conſiderata petitionis cauſa iuſtiſſima, & attenta peculiari beneuolentia, qua hic iuſtus cum Deo agit, & diuinæ benignitatis, ac promiſſionis ratione perpenſa, ille exiſtimat

Digitized by Google

ſine formidine, ex parte ſubiecti ſe à Deo, quod poſtulat impetraturum, quare non ſolum à fide, ſed maximè à charitate hæc fiducia prouenit. Idcirco enim Ioann. 1. cap. 4. numero 17. poſtquam dixit. *In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij*, ſubdit in ſequenti numero: *timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem*, illum ſcilicet qui confidentiæ charitatis opponitur. Vnde vt bene notat Cornelius, à fiducia, quam parit charitas tranſit Apoſtolus ad fugam timoris, quem fiducia expellit: neque mihi dicat aliquis, non poſſe expelli formidinem ex parte ſubiecti, niſi ſit medium, ſeu ratio infallibilis, propter quam intellectus formet illud iudicium credulitatis ſine formidine, quod connotat ſpes, ſeu magnanimitas, ad quam etiam D. Thom. 2. 2. quæſt. 21. artic. 6. fiduciam pertinere affirmauit: reſpondeo enim negando aſſumptum, nam multa naturaliter ſine formidine credimus, & iudicamus cum ad ita credendum, & iudicandum rationem infallibilem non babeamus, v. g. quod ſit Inſula Iaponum, & ideo Ariſtot. lib. 2. Magnorum moral. cap. 7. dixit, *ſi vehemens opinio fuerit quatenus ſtabilis eſt, & credulitate inconcuſſa à ſcientia non differt*, in eo ſcilicet quod formidinem, opinionis à ſubiecto excludit.

8. Reiecta igitur illa hæreticorum diuiſione, qui dum fidem catholicam diuidunt, vt illa falſa mater apud Salomonem diuidi filium poſtulabat, ſe extra veræ matris Eccleſiæ gremium eſſe manifeſtant: hæc enim vnam ſemper, & indiuiſam profeſſa eſt fidem. Admiſſa præterea illa ſignificatione fidei in ſacris literis pro fiducia catholica, & chriſtiana, quæ nihil aliud eſt quam vehemens ſeu firma ſpes ac roborata non ſolum ex fide theologica, quam requirit, ſed ex præcedente credulitate, & exiſtimatione cum morali certitudine, & ſecuritate impetrandi, quod petitur & ſperatur, non ita tamen vt nos noſtræ ſalutis omnino ſecuros reddat; vt patet ex Tridentin. ſeſſio. 6. cap. 13. iam apparet manifeſtum diſcrimen inter chriſtianam confidentiam & illam inanem fiduciam hæreticorum, quam in ſolo intellectu collocant, non in voluntate, vt eſt noſtra ſpes, connotando præcedentem exiſtimationem boni ardui conſequendi; & deinde illa ita eos ſecuros reddit ſuæ ſalutis vt ſola illa credulitate ſine alio bonorum operum adiutorio iuſtificari arbitrentur: à quo longe abſunt catholici qui non à ſola fide, ſed à bonis operibus, & charitate ſpem, ac fiduciam roborari affirmant. Quibus pręmiſſis, iam facilior erit definitionis à Paulo traditæ explicatio, *fides ſperandarum, &c.* Quam in primis dico, non encomium modo, ſed veram fidei definitionem eſſe, ſeu deſcriptionem; ita tenet D. Thom. 22. quæſt. 40. artic. 1. Caietan. & alij Thomiſtæ ibidem Alex. 3. par. quæſt. 68. memb. 5. artic. 2. Magiſt. in 3. diſt. 25. Bonau. ibidem artic. 1. quæſt. 5. Richard. artic. 4. quęſtione 1. Palud. quęſt. 4. Gabr. quæſt. 2. Albert. artic. 18. Maior quęſt. 8. Sot. lib. 2. de nat. & grat. cap. 7. Item Patres, & interpretes communiter ad Hebræos 11. numero 1. quos referunt nominati Ribera, Iuſtinian; & Cornel. ratio ex definitionis declaratione conſtabit.

Secundo dico non definiri in ea definitione fiduciam etiam veram & catholicam, nedum inanem, & falſam hæreticorum præſumptionem potius, quam fiduciam, ſed fidem theologicam: ita docet Concilium Arauſicanum 2. cap. 25. poſt initium, item authores citati proximè probatur primò quia ita exponunt locum communiter patres tam Græci quàm Latini, Chryſoſtom. Theophil. Ambr. Auguſtin. Anſelm. Bernard. & alij, quos præter recentiores citatos refert Suar. de fide diſp. 6. ſect. 2. Secundo. Quia ex conſequentibus ſatis patet Apoſtolum loqui de actu intellectus, quo credimus mundi creationem, *fide* ait, *Paulus in eodem capite intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei*, item loquitur de ea fide, *ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, quia accedentem ad Deum oportet credere quia eſt*: conſtat autem initium noſtri acceſſus ad Deum à fide incipere, & credere, Deum eſſe, per intellectus aſſenſum, non per ſpem, aut fiduciam exerceri. Tertio verba definitionis id oſtendunt. Nam primum quod eſt ſubſtantia, maximè conuenit fidei, nam ſicut ſubſtantia eſt fundamentum, & ſubiectum, quo accidentia ſuſtentantur, & in quo eſſe habent, ita res, quas ſperamus in fide fundantur, & cum adhuc non ſint in ſe, fides illis dat nunc eſſe, quod optimè declarauit Anſelmus his verbis, *dicitur fides eſſe ſubſtantia ſperandarum rerum, quoniam eis ſubſtat: nam ſicut ſubſtantia ſubſtat formæ, eam eſſe faciendo; ſic fides ſperandis rebus eas in nobis ponendo*, & rationem huic expoſitioni congruentem addit Chryſoſtom. *Nam quoniam quæ ſunt in ſpe videntur eſſe eiuſmodi, vt non poſſint conſiſtere, fides eis donat ſubſtantiam vt conſiſtant.* Etenim res, quas ſperamus ſunt requies; beatitudo, & gloriæ æternitas, quarum certitudo cum à fide dependeat, fides illarum ſubſtantiam eſſe dicitur, quia fidei certitudine gloria quæ adhuc non eſt, quaſi ſub noſtro mentis aſpectu ſtare exiſtimatur, & tanti roboris eſt fundamentum fidei, vt etiam ea, quę rationi naturali videntur impoſſibilia credenti poſſibilia repręſentet. Vnde Athanaſ. de ſalutari Chriſti aduentu pulchrè dixit, *fides eſt, qua in impoſſibili poſſibile, & robur in imbecillitate, & patibile in impatibilitate, & corruptionem, in incorruptione, & in paruitate magnitudinem, & mortale in immortalitate credit.*

Hinc eſt quod Hebræi eodem vocabulo אֱמוּנָה æmunah, ſignificarunt fidem, & firmitatem à radicę אָמַן aman id eſt firmauit, ſtabiliuit, fulciuit, fides verò ſpei fundamentum eſt, ideo Chryſoſt. ad Hebrę. 6. numero 19. fidem columnę aſſimilauit: vt eam firmiſſimam, & inconcuſſam oſtenderet, quę immobile ſuſtinet ędificium; ſpem verò cum anchora comparauit, quę ita nauim retinet, ac fundat, vt fluctibus iactari permittat, ita enim infallibilis, & immota perſiſtit, nullo falſitatis, aut dubitationis motu quati permittit

mittit intellectum: ſpes tamen, & confidentia noſtra voluntatem timoris fluctibus iactari patitur, quamuis quo maior eſt fides, eo magis erigitur ſpes, & quo perfectior charitas, eo iuſti apud Deum fiduciam maiorem gignit. Præterea dicitur fides, *argumentum non apparentium*, vt ex duplici coodirione obiecti tam formalis, quam materialis differentia fidei innoteſceret. Nam ex materiali obiecto accepit Apoſtolus eſſe oon apparens, non viſũ & ideo in ſe obſcurum. Ex formali infallibilitatem rationis coouiocentis intellectum. Nam verbum ἐλεγχος id eſt, argumeotũ, ſignificat determinationem, manifeſtationem, vel rationem conuincentem; talis ergo eſt auctoritas diuina reuelans myſteria fidei, tantam habet certitudinem, vt faciat intellectum aſſeotiri rebus non viſis, & quæ rationem fugiunt naturalem. Hanc declarationem optimè demonſtrauit Syriaca tranſlatio hoc loco, quæ ſic habet, *eſt autem fides certitudo de ijs rebus, quæ ſunt in ſpe, ac ſi iam exiſterent in actu, & reuelatio earum, quæ non videntur*: ſic ergo exponenda eſt definitio Pauli, vt fides ſit aſſenſus menis, qui ſpem noſtram ſubſtentat, & intellectum cogit, & certo modo neceſſitat ad credendum rebus in ſe non apparentibus, neque obſtat quod Paulus in eo capite aliqua exempla adduxit, quæ ad ſpem pertinere videntur. Nam in his ex effectu cauſam declarauit, cum enim ſpes ex maiori fidei augmento erigatur, & maiores ex fide vires ſumat & quaſi in ea altiores radices agat, ideo illa ſpei exempla ad fidei Panegyrim reuocauit: Accedit quod fides nobis maximè propter operandum data eſt, ad rectam verò operationem, ſpe remunerationis ſuauius inducimur, ideo D. Paulus cum fide ſpem aliquo modo voluit permiſcêre.

II. Haoc definitiooem adducit Gloſſa magna ad rubricam de ſumm. Trinitat. quia tamen illius ſenſum germanum non attigit, immò neque ſatis illius definitum agnouit: mirum non eſt, ſi illam potius notificatiooem, quam definitionem fidei appellauit, quamobrem appooam ea, quæ mihi diſplicent in hac Gloſſa, circa hanc D. Pauli deſcriptionem. Primo ait fidem in noſtro titulo accipi pro collectione articulorum, & poſtea à D. Paulo ita deſcribi. At articuli fidei ſunt obiectum materiale fidei, quod non definitur: ſed fides, quæ eſt aſſenſus intellectus, quamuis ex aliqua materialis obiecti conditione declaretur, vt dixi. Secundo ait dici fidem ſperandarum rerum ſubſtantiam, quia ſperare debemus quod dictum eſt à Prophetis eſſe futurum. At licet teneamur credere omoia quæ prophetæ prædixerunt, non omnia tenemur, immò neque poſſumus ſperare propriè loquendo. Nam multa dixerunt prophetæ, quæ non pertinent ad obiectum ſpei, ſed timoris. Nam deſolatio ſolymorum quæ prædicta fuit à Chriſto, credenda quidem erat, & timenda: ſed in rigore loquendo non ſperanda, ſimiliter prodigia quæ in Vniuerſi conſummatione contingent, obiectum fidei ſunt, & timoris, non ſpei quia hæc non niſi in bonum tendit, ſicut timor eſt mali fuga. Tertio ait

A dici argumentum non apparentium, quia per prophetias iam completas debemus habere argumentum id eſt probatiooem oon apparentem de futuris complendis: quantum in hoc & aliis quæ addit à vera loci expoſitione deuiet patet ex dictis. Quarto aliam adiungit definitionem in qua præter obſcuritatem illud verum non eſt, quod certitudo fidei ſit infra ſcientiam. Nam licet in euidentia ſcientia fidem ſuperet, in certitudine vincitur à fide, quia aſſeoſus fidei certior eſt, vt ex ſeqoentibus patebit quęſt. 3. ſect. 7. retinenda igitur eſt deſcriptio D. Pauli & vt expoſuimus, explicanda, ſi verò alia clarior illius loco ſubſtituenda, illa D. Baſilij quam ſupra tradidimus cęteris pręferenda.

B

Oſtenditur cauſa materialis ſubiectiua & obiectiua principalis, & adæquata aſſenſus fidei.

SECTIO II.

DVplex cauſa materialis in conſiderationem venit: prima eſt ſubiectiua, quę ſubiectum eſt aſſenſus fidei, quod quidem ſobiectum adhuc eſt duplex: alterum immediatum & proximum quod dicitur inhæſionis, quia in eo inhęret forma, verbi gratia habitus fidei, vel intellectuale iudicium, quod immediatè inhęret intellectui, ſicut albedo immediatè inhęret quantitati rei albę, ideoque cum intellectus in ſe immediatè recipiat C illud iudicium, quod eſt aſſenſus fidei, illius eſt cauſa materialis ſubiectiua & immediata: alterum ſubiectum illius eſt mediatum, ſeu vltimatum, quod deoominationis ſubiectum appellatur: quia eſt id quod vltimatè, & ſimpliciter denominatur à forma; ita denominatur nix ſeu paries ab albedine: cum tamen neque in niue neqoe in pariete ſit albedo niſi mediante quantitate, hoc ergo ſubiectum denominationis erit perſona credens, homo nimirum vel Angelus, ſuppono enim intellectum diſtingui à ſubſtaotia Angeli, ſicut diſtinguitur ab homioe, qui idcirco dicitur ſubiectum denominationis reſpectu aſſeoſus fidei, homo enim denominatur credens, mediante intellectu, cui immediatè inhęret actus credeodi, quæ doctrina, quia eſt com- D muniſſima inter philoſophos & Theologos, maiori non indiget probatione, tota enim in modo loquendi conſiſtit, & declaratis terminis facile penetratur, neque io ea eſt alia difficultas quam illa quam infra quęſt. 3. ſect. 4. tractabo ſcilicet in quibus ſubiectis fides reperiatur & conſeruetur. 12.

Tota controuerſia nunc eſt de cauſa materiali obiectiua fidei, quę nihil aliud eſt, quam id quod credendo verum eſſe iodicamus: eſt enim tum obiectum, tom materia, in quam tendit aſſenſus, & talis naturæ eſt hoc obiectum, vt ooo terminet aſſenſum per aliquid aliud prius, ſed in ſe & per ſuam entitatem immediate ſit terminus extrinſecus iudicij fidei: dico *extrinſecus*, quia terminus intrinſecus iudicij eſt qualitas ſimplex repræſenta- 13.

tiua totius enuntiabilis, quod iudicatur, vt A ſuppono cum Cooimbricenſibus in Logica c. 4. de oratione quæſt. 4. artic. 2. qui hac in re melius philoſophantur: non ita ſe habet paries reſpectu viſionis, quia ſolum denominatiuè dicitur viſus, non per ſe immediatè, ſed per albedinem, hæc enim per ſe terminat actum videndi. Rurſus in hoc obiecto materiali immediato non eſt idem id de quo aliquid creditur, & id quod creditur, id eſt non eſt idem eſſe ſubiectum & eſſe obiectum, vt bene aduertit Vaſq. 1. part. quæſt. 10. cap. 1. ex D. Thom. Dur. & Capr. Nam id de quo aliquid creditur eſt pars obiecti, nempe ſubiectum, quia cum actus fidei ſit enuntiatio (de fide noſtra loquimur, quicquid ſit de Angelica) neceſſario fertur in totum enuntiabile, in quo aliquod prædicatum di- B citur de ſubiecto, vt Deus eſt æternus. Verbum factum eſt caro. Exemplo ſcientiæ rem declaro, nam Phyſica verbi grat. reſpicit pro ſubiecto ens naturale, quia de hoc, vel per habitudinem ad hoc omnia, quæ à phyſica tractantur tanquam illius ſubiecti paſſiones de eo prædicantur, obiecta verò talis ſcientiæ ſunt omnes propoſitiones ſcientificæ ſeu omnia enuntiabilia ad phyſicam ſpectantia.

3. Vnde prima difficultas de obiecto Materiali fidei eſt an ſit aliquid complexum? cui omnes theologi in 3. diſt. 23. & 24. affirmatiuè reſpondent, neque diuerſa eſt reſponſio D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. artic. 2. ſi rectè intelligatur, ait enim res ſeu veritates creditas prout in ſe ſunt, eſſe ſimplices, ſeu incomple- C xas, prout autem in nobis ſunt, & creduntur eſſe complexas, vtique denominatiuè ab actibus noſtris in quibus neceſſario eſt compoſitio, & diuiſio: nihil enim iudicamus niſi affirmando, ſeu negando, quod ſit componendo prędicatum cum ſubiecto, vel remouendo prædicatum à ſubiecto: cum ergo aſſenſus fidei ſit intellectuale iudicium affirmatiuum, ſeu negatiuum, ſemper ſecum inuoluit hanc obiectiuam compoſitionem prædicati cum ſubiecto, & conſequenter ex parte iudicantis & credentis ſemper datur complexio. Quod verò D. Thom. ait veritates fidei in ſe eſſe incomplexas, dupliciter exponi poteſt: primo quatenus incomplexum opponitur enuntiabili complexo. Secundo vt op- D ponitur rei, ſeu enti in ſe ex natura rei compoſito: priori modo vera eſt vniuerſim propoſitio, quia veritates fidei de ſe non exigunt complexionem enunciatiuam, neque compoſitionem ſeu diuiſionem: poſſunt enim eſſe in intellectu Angelico ſine hac complexione, quia Angeli, vt fert communis opinio, non componunt, neque diuidunt: poſteriori modo ſolum conuenit incomplexio primario fidei obiecto, nempe Deo: quia in rebus aliis creatis ſemper eſt compoſitio ex natura rei, & ita in hoc ſenſu ſi explicetur D. Thom. intelligitur vt complexio non requiratur ex parte rei creditæ, quia in præcipuo fidei obiecto non inuenitur, cum tamen ſemper requiratur ex parte hominis credentis. Hinc patet ad materiale fidei obiectum pertinere veritates tam ſimplices quam complexas ſeu compoſitas. Priores ſunt, Deus eſt ſapiens, & ſimiles, quæ ad diuinitatem pertinent. Poſteriores quæ ad obiecta creata ſpectant, nulla enim creatura eſt omnino ſimplex. Item tam veritates neceſſariæ quam contingentes. Denique omnia enuntiabilia, quæ nobis à Deo poſſunt reuelari ad materiale fidei obiectum poſſunt pertinere: actu illa pertinent, quæ reuelata ſunt, neque obſtat contingentia ennuntiabilis, verbi gratia Petrus peccabit, certitudini fidei. Poſtquam enim Chriſtus reuelauit Petrum peccaturum, de fide erat, fore illud peccatum, nam licet obiectum illud contingens eſſet, ab æterno terminabat certiſſimam Dei ſcientiam, ideoque potuit certiſſimè & infallibiliter reuelari, ſtat ergo certiſſima infallibilitas fidei cum contingentia obiecti materialis ad quod terminatur.

4. Secunda difficultas eſt vtrum inter hæc obiecta materialia fidei ſit aliquod principale, & primarium ad quod reliqua dicant attributionem. R. Deum ſub ratione deitatis eſſe obiectum, primum & præcipuum noſtræ fidei; & reliqua omnia dicere attributionem ad illud, ita docet D. Thom. 2. 2. quęſt. 1. artic. 1. & quęſt. 14. de verit. artic. 8. Scotus in 3. diſt. 23. quęſt. vnica §. aliter. Altiſiodor. lib. 3. ſummæ tract. 3. cap. 1. quęſt. 3. Abulenſ. in 22. caput Matth. quęſt. 130. Alenſ. Albert. Capreol. Henric. Marſil. & alij quos referunt Valent. tom. 3. diſp. 1. punct. 1. & Suar. de fide diſp. 2. ſect. 1. Prima pars probatur primo ex ſcriptura ſacra Marci 11. *habete fidem Dei* 1. ad Theſal. 1. *Fides veſtra, quæ eſt ad Deum perfecta eſt.* Denique ad Hebræos 11. *Accedentem ad Deum, oportet credere quia eſt.* Vbi vides primum diuinę fidei actum poni in ipſa diuinitatis credulitate: vnde dixit Auguſtin. 4. de Ciuitate cap. 12. cum de Romanis ageret, qui ædem fidei dicarunt, (quæ in capitolio fuit de qua Plini. lib. 35. Cicero 3. officior,) *Vnde autem ſciunt illi quid ſit fides, cuius primum, & maximum officium eſt vt in verum credatur Deum?* ſimilia docent alij Patres. Secundo ex definitione à Diuo Paulo ſuperiori ſect. tradita, *fides eſt ſperandarum, &c.* Nam licet D. Thom. aliique interpretes nomine rerum ſperandarum intelligant beatitudinem, cum hæc ſit ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus in numero plurali, res ſperandæ, appellatur, & quia beatitudo in apprehenſione ſummi boni conſiſtit, quod eſt præcipuum & vltimum obiectum noſtræ ſpei, nomine rerum ſperandarum propriè & completè Deus ipſe intelligitur, trinus & vnus, vt ibidem Caietan. optimè aduertit, & huc reſpexit Auguſtin. quando lib. de doctrina Chriſt. cap. 3. dixit. *Res quibus fruendum eſt, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus eſt. Eademque Trinitas vna quadam ſumma res, communiſque omnibus fruentibus ea, ſi tamen res & non rerum omnium cauſa ſit*, vt merito vocabulo rerum ſperandarum nominetur. Tertio fides eſt participatio quædam diuinæ cognitionis, & reſpondet viſioni beatæ: ſed diuina cognitio, & beata viſio

viſio Deum habent pro obiecto primario: A ergo idem dicendum de fide: antecedens patet ex D. Paul. 1. ad Corint. 13. vbi eiuſdem obiecti facit cognitionem ænigmaticam credentium, qui per fidem ambulant, & illam facialem per quam beati Deum clare vident. Vltimo fides eſt virtus theologica quæ verſatur in Deum, prout Deus eſt, ergo Deus ſub ratione Deitatis eſt primarium obiectum illius.

5. Dico ſub ratione Deitatis, vt excludam opinionem Gregorij quęſt. 4. prologi, & aliorum ibidem aſſerentium Deum ſub ratione ſaluatoris, ſeu glorificatoris eſſe principale fidei obiectum: probat quia fides Dei vt hominis præcipuè poſtulatur in Euangelio, & huic præſertim noſtra ſalus attribuitur. Præterea peccata Adami non ordinantur ad B Deum, qua Deus eſt, ſed qua homo ſaluator, morbus enim ad medicum, & captiuitas ad redemptorem ordinatur. Verum debile eſt huiuſmodi fundamentum. Nam de Chriſto duo prædicatorum genera affirmantur: vnum eorum quæ ei conueniunt neceſſario quatenus Deus eſt; alterum eorum, quæ huic compoſito ineffabili conueniunt ratione naturæ aſſumptę, & hęc reſpectu Dei præcisè ſumpti ſunt extrinſeca, & contingentia ſeu libera. Priora ſunt verbi gratia, Deum eſſe trinum, vnum, ſapientem, omnipotentem, &c. Poſteriora Deum eſſe hominem, eſſe ſaluatorem, iuſtificatorem, &c. conſtat verò prædicata prioris generis non ordinari ad Deum ſecundario ratione aliorum, ſed è contra illa ſecundi generis referri in Deum vt ſtat ſub primis C illis prædicatis, quæ neceſſario, & per ſe illi conueniunt & primario intenta ſunt per fidem, nam illa poſteriora ad manifeſtationem priorum attributorum Dei ordinantur. Vnde ea, quę de Chriſto credimus vel per ſe, vel per ipſum Chriſtum dicunt attributionis habitudinem ad Deum, iuxta illud Apoſtoli 1. ad Corinth. 3. numero 23. *Omnia enim veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei*, quia Chriſtus qua homo eſt, ad Deum tanquam finem vltimum ordinatur, & conſequenter omnia, quæ ad eundem Chriſtum referuntur, immò etiam peccata habitudinem habent ad Deum tanquam ad regulam à qua deficiunt, tanquam ad Iudicem à quo puniuntur, tanquam ad miſericordię patrem, à quo condonantur, & tanquam ad D prouidum gubernatorem, à quo permittuntur, vt bene notat Scot. quæſt. 3. prologi §. aliter tamen ad finem.

6. Secunda pars ex præcedenti ſequitur; & confirmatur primo; nam omnia prædicata neceſſaria, quæ de Deo credimus tanquam proprietates, ſeu attributa ipſius diuinitatis, à nobis concipiuntur: ergo Deus ratione Deitatis eſt illud primarium obiectum ad quod reliqua dicunt attributionem, quamuis reuera cum hæc attributa ſint intrinſeca, & eſſentialia Deo; & quaſi integrent diuinam naturam, non dicant hanc habitudinem niſi prout noſtro imperfecto concipiendi modo accommodantur. Magis propriè hæc habitudo cernitur in aliis obiectis reuelatis, quæ ſunt extra Deum, omnia enim reuelantur nobis per ordinem & attributionem ad Deum ſine qua attributione cum creaturæ formaliter non ſint ens diuinum ſi extrinſece per attributionem ad Deum non conſiderentur vt diuinæ & ordinatæ ad manifeſtationem Dei, non poterunt pertinere ad obiectũ virtutis theologicę qualis eſt fides. Secundo: Deus eſt ens neceſſariũ, & inſeparabile à reuelatione fidei, ergo omnia obiecta extra Deum ad quæ fides tendit, illud tanquam principale attributionis obiectum reſpiciunt: antecedens probatur quicquid eſt credibile fide diuina ſtat ſub teſtimonio Dei, & creditur vt reuelatum à Deo, vt ſequenti quæſtione oſtendetur, ſed quodcumque obiectum fidei theologicæ debet eſſe credibile fide diuina, ergo impoſſibile eſt credere aliquid quod non ſit Deus; quin ſupponatur ipſe Deus reuelans: ſi ergo ad obiectum fidei pertinet Deum eſſe, qui reuelat, & eſſe veracem, ac infallibilis ſapientię: ſequitur quod Deus vt obiectum materiale, ſeu cognitum per fidem, habet neceſſariam connexionem cum fide, per quam creditur quoduis aliud obiectum, hanc verò connexionem non habent alia obiecta extra Deum, nam poteſt Deus reuelare multa de ſe ipſo, quin de creaturis aliquid reuelaret diſtinctum ab ipſamet reuelatione, quæ quando per ſe ipſam cognoſcitur euidenter, non eſt apta terminare obiectum fidei vt ſic, iuxta doctrinam infra explicandam, ergo primarium & neceſſarium obiectum fidei eſt Deus ſub ratione Deitatis.

Dices hinc ſequi Deum non ſub ratione Deitatis, ſed ſub ratione primæ veritatis eſſe primarium obiectum fidei: probatur illatio, quia quicquid credibile eſt & de facto reuelatur, ſiue ſit prędicatum intrinſecum Dei, ſiue aliquid aliud extrinſecum, ſupponit primam veritatem reuelantem. 7. Reſpondeo quando dicimus Deum ſub ratione Deitatis eſſe obiectum primarium attributionis, non eſſe intelligendum de ratione *propter quam*, ſed de ratione *qua*: hęc enim materialis eſt non formalis, & quamuis hęc vt credatur, ſtare debeat ſub ratione formali motiua credendi, non requiritur, vt ipſa ratio formalis motiua ſit præcipua, ratio *qua* niſi prout cum aliis attributis diuinam integrat eſſentiam, & ratio eſt quia fides primario intendit cognitionem Dei per eſſentiam: Deus verò per eſſentiam includit eſſentialiter omnia attributa ſine ordine prioritatis ſecundùm ſe, ideoque tota natura diuina eſt ratio *qua* primaria & principalis ad quam manifeſtandam referuntur omnia, quę quouis modo reuelantur: confirmatur quia fides ordinata eſt ad cognoſcendum Deum prout infallibiliter cognoſcibilis eſt à viatore ad finem ſupernaturalem ordinato: ergo ipſa natura Dei eſt principale illius obiectum, & ratio *qua* pręcipua ad quam reliqua partialia obiecta materialia referuntur.

8. Tertia difficultas eſt qualis ſit hæc habitudo ad primarium obiectum. Reſpondent

aliqui , hanc eſſe habitudinem effectus ad cauſam , ſeu creaturæ ad Deum : ſed hæc reſponſio vera non eſt, primo quia multa reuelari poſſunt, quæ non dicunt habitudinem effectus ad cauſam , ſeu creaturæ ad Deum , vt ſunt peccata omiſſionis futura. Secuodo quia ſequeretur quodlibet. obiectum quod haberet rationem entis, de facto eſſe obiectum fidei, quia omoe haberet illam habitudinem tranſcendentalem ad Deum ; conſequens verò eſt falſnm : nam ſecundaria obiecta fidei non dicunt ordinem ad primarium , niſi poſtquam ſunt reuelata , & ſtant ſub reuelatione diuina: ſed habitudo effectus , ſeu creaturæ ad Deum conſequitur rem ſeparata qnauis Dei reuelatione : ergo attribntio ſecundarij obiecti fidei non conſiſtit in tali habitudine effectus , ſeu creaturæ. Dicendum igitur , hanc habitudinem eſſe extrinſecam ſecundariis obiectis , & conſiſtere in voluntate Deî ea intentione reuelantis illa obiecta , vt Deus per eandem fidem cognitus melius cognoſcatur , & magis ametur. Exempla affero ex D. Thom. 2. 2. quæſtione 1. artic. 1. Nam fides ſe habet de facto ad Deum , vt medicina ad hominis ſanitatem, ſicut ergo ſanitas eſt obiectum attributionis medicinæ . ita & Deus fidei. Vnde ſicut cognitio herbarum ordinatur à medico ad ſanitatem hominis , ideoque dicit babitudinem ad illam , non enim de ſe cognitio herbarum ordinatur ad ſanitatem hominis , ſed per extrinſecam habitudinem à medici intentione refertur ad illam, ita habitudo obiecti ſecundarij fidei eſt extrinſeca & accipitur ab extrinſeca intentione Dei illud reuelantis. Vnde ſoluitur obiectio quæ adducitur ab Scoto quæſt. 3. prologi. Quod ſcilicet ſubiectum ſeu obiectum fidei primarium ad quod reliqua dicunt attributionem debet continere virtute omnia obiecta , quæ pertinent ad fidem actualem , ſeu habitualem : ſed Deus non ita continet omnia reuelata , in quæ ferri poteſt fides : nam peccàta , omiſſionis ſaltem , non continentur in Deo , reſpondetur enim aſſumptum eſſe verum quando illa obiecta ſecundaria deducuntur ex principiis , quæ continentur in ſubiecto , vel obiecto attributionis, ad quod idcirco illa ſecundaria habent intrinſecam habitudinem , non verò in illis, quæ per extrinſecam denominationem ad obiectum primarium referuntur , vt verbi gratia eſt cognitio berbarum in medicina comparatione ſanitatis humanæ , quæ eſt illius obiectum ; ſic ſe habeot ſecundaria obiecta fidei , quæ non intrinſeca ſed extrinſeca habitudine ad primarium referuntur , vt diximus ; quæ ſolutio aptior eſt, quam quæ ab aliis dari ſolat : nimirum omnia in Deo contineri tanquam in prima veritate. Ex hac enim ſolutione recte ſequitur iam obiecta ſecundaria dicere attributionem ad Deum ſub ratione veritatis, non ſub ratione Deitatis contra id quod ſupra decreuimus.

9. Quinta difficultas eſt vtrum præter Deum detur aliquod obiectum quod ſimul ſit attributionis ad quod reliqua referantur ? reſpondent aliqui recentiores eſſe noſtram ſalutem ſimul cum Deo : hæc enim duo ſunt ad quorum cognitionem ordinantur reliqua, quæ fides noſtra docet. Quod ergo etiam noſtra ſalus ſit pars huius obiecti adæquati, probant primo ex ſcriptura Iſaiæ 48. *Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia.* Ad Epheſios 4. *Ipſe dedit quoſdam Prophetas , alios autem Euangeliſtas , alios autem Paſtores & Doctores ad conſummationem ſanctorum.* 2. ad Timoth. 3. *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum , ad arguendum , ad corrigendum , ad erudiendum in iuſtitia , vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus* , adduntqoe ideo fidem noſtram appellari ſcientiam ſalutis ſeu verbum ſalutis Lucæ 1. actuum 13. & alibi. Secundo quia vt aliquid ſit attributionis ſubiectum adæquatum in aliqua ſcientia , oportet vt nihil aliud in illa propter ſe cognoſcatur , ſed omnia reliqua propter meliorem notitiam eiuſdem ſubiecti ab eadem ſcientia cognoſcantur : ſed cognitio noſtræ ſalutis licet conducat ad ingenerandam meliorem notitiam Dei, tamen illa propter ſe intenditur , itaut licet ex cognitione mediorum noſtræ ſalutis non orietur melior cognitio Dei, adhuc intenderetur à fide , & adhuc Deus reuelaret nobis, quæ media eptiora eſſeot ad noſtram ſalutem , ergo vtrumque intendit fides , videlicet vt cognoſcamus Dei neceſſitatem , & de ipſo rectè ſentiamus, & vt viam ſalutis & perfectionis noſtræ cognoſcamus.

Hæc ſententia falſa eſt , & debilibus nititur fundamentis. Ideoque à Theologis communiter reiicitur , qui ſolum Deum ſub ratione Deitatis vt diximus, agnoſcunt tanquam ſubiectum attributionis , & primarium obiectum noſtræ fidei : ita teſtantur Valent. & Suar. ſupra citati item Vaſq. 1. p. diſp. 10. Caiet. 22. quæſt. 1. artic. 1. ad 1. dubium. Turrian. ibidem dub. 1. Malderus ſect. 2. Coninck. de actibus ſuper nat. diſp. 9. dubio 1. apud qnos antiquiores citatos reperies. Et quia rationes quibus probaui Deum ſub ratione Deitatis eſſe ſubiectum attributionis noſtræ fidei oſtendunt etiam eſſe per ſe ſolum , & adæquatum obiactum primarium , quia reliqua omnia fidei obiecta ita terminant fidem noſtram vt ad illud ordinentur , & in illo tantum ſiſtant , ad refutandam oppoſitam recentiorum opinionem , ſatis erit oſtendere quam infirma ſint illorum fundamenta. Et in primis ſacræ paginæ teſtimonia non ſunt ad rem , ſolum enim probant Deum reuelando myſteria fidei , & donando ſuam gratiam , intendere noſtram perfectionem , & ſalutem ; & non dicant Deum in hac intentiooe ſiſtere , quia quamuis propter ſe illam velit , non tamen vltimatè in illa ſiſtit , nam alioqui intentio diuina inordinata eſſet ; quare vlterius illam perfectionem , & ſalutem in ſuam gloriam, ſuorumque attributorum manifeſtationem dirigit. Exemplum eſt in amore amicitiæ quo Deus nos diligit , & vult

10.

vult nobis bonum, non ſolum creatum, ſed etiam increatum dando ſe nobis in incarnatione, in Euchariſtia, in beata viſione: in quo per beneuolentiam ita homines propter ſe diligit in hoc ſenſu, quia vult illis bonum etiam diuinum, quatenus eſt bonum illorum, vt non ſiſtat in bonitate creaturę, ſed illam ordinet ad ſe tanquam vltimum illius finem, & ideo honeſtiſſimus & rectiſſimus eſt Dei amor, ſimilique modo dicendum de actu ſpei quo Deum deſideramus, vt eſt bonum noſtrum, nos in hoc actu in nobis finem non collocare vltimum; nec inordinate diligere Deum, quia ille actus de ſe ordinatur vlterius in Dei honorem, & gloriam tanquam in vltimum illius finem. Hinc corruit ratio oppoſitæ ſententiæ, nam habitudo quam habent obiecta fidei ſecundaria ad primarium vel eſt intrinſeca vel extrinſeca: ſi intrinſeca, nulla eſt ratio cur in aliis admittatur obiectis hæc attributio ad Deum, non verò in noſtra ſalute, cum per illam ſemper neceſſario manifeſtetur magis bonitas, & miſericordia diuina, & ſic effectus neceſſario præcedens ab illa cauſa, & connexionem cum illa habens neceſſariam: ſi eſt extrinſeca hæc beatitudo & accepta ex intentione Dei reuelantis ſecundaria obiecta ad maiorem manifeſtationem primarij vt diximus, non eſt dicendum, quod Deus ita noſtram ſalutem propter ipſammet velit, vt in illa ſiſtat diuina intentio, ſed illam vlterius ordinari ad meliorem cognitionem ipſius Dei, & conſequenter iam dicere attributionem ad obiectum primarium. Neque bene colligitur intendi propter ſe noſtram ſalutem, quia licet ex cognitione illius non oriretur melior cognitio Dei, ipſa adhuc intenderetur. Nam nos loquimur nou in illa hypotheſi, ſed vt de facto eſt noſtra ſalus obiectum fidei; & hoc modo probamus à Deo inteodi propter meliorem ipſius Dei cognitionem, quia cum meliore illius cognitione eſt neceſſario coniuncta: ergo ſi reuelatur à Deo, eſt cum ea intentione, vt Deo ſic cognito per fidem, tanquam noſtræ ſalutis auctore melius cognoſcatur illius bonitatas, miſericordia, & munificentia. Denique rogo hos authores quid intelligunt per noſtram ſalutem: aliquando enim videntur ſignificare perfectionem Chriſtianæ vitæ, aliquando ſupernaturalem gloriæ beatitudinem: ſi primum aſſerant incidunt in opinionem Durand. quæſt. 5. in prologu aſſerentis actum meritorium eſſe ſubiectum attributionis noſtræ fidei, quod omnes Theologi reiiciunt, immò neque Durandus in ea ſententia permanſit vt refertur à Suar. de fid. diſput. 2. ſect. 2. numero 3. Niſi actum meritorium cum Deo ſimul coniunxerit, quod hæc impugnata ſententia intendit, ſi intelligant æternam beatitudinem, quomodo poſſunt negare fidem illius ordinari ad meliorem Dei cognitionem? ſi quidem ex eo quod credamus Deum videri à beatis non oculis corporeis, ſed per cognitionem intellectiuam, claram, & intuitiuam, nobis neceſſario innoteſcat quomodo Deus ſit viſibilis, & conſequenter ex peculiari natura talis obiecti reuelati naſcitur neceſſario melior cognitio illius, quod primarium dicimus, & ad quod hæc beatitudo æterna attributionem inuoluit.

Quinta difficultas, quæ ad maiorem præcedentis declarationem magnopere conducit, eſt, an aliquod ſecundarium obiectum ſaltem de potentia Dei abſoluta poſſit terminare fidem diuinam quin habeat, attributionis beatitudinem ad primarium? hanc difficultatem expreſſe non tractant authores, 11.
Verum iuxta magis communem doctrinam negandum videtur. Etenim D. Thom. 2. 2. quæſt. 4. artic. 1. & 12. quęſt. 67. artic. 3. in corpore & artic. 5. ad 3. & 3. par. quęſt. 7. artic. 3. ait obiectum fidei eſſe rem diuinam non viſam, & eam ſolam manifeſtationem tollere rationem fidei, quæ manifeſtat, & apparêre facit obiectum de quo principaliter eſt fides, ideoque illam negat manêre in beatis; quia Deus, quod eſt principale obiectum fidei clare ab ipſis videtur, & ſic tollitur obiectum principale: ob ſimilem rationem tollitur etiam ſpes, quia principale illius obiectum quod eſt ſummum bonum abſens & arduum iam præſens poſſidetur, & quamuis maneant obiecta ſecundaria abſentia, reſpectu illorum non datur ſpes, vt ait idem D. Thom. in 3. diſt. 26. quęſt. 2. artic. 5. quęſtiuncula 1. & 12. quæſt. 67. artic. 4. ad 3. Neque dicas rationem D. Thomæ eſſe, quia iam nullum bonum repreſentatur arduum animis beatis, nam prius aliam rationem dederat, videlicet, quia reſpectu boni creati non eſt ſpes theologica: ſed ſi daretur obiectum ſecundarium fidei ſine primario ad quod diceret attributionem, daretur reſpectu veri creati fides theologica: ergo illnd non eſt poſſibile: hinc ſumitur primum fundamentum huius ſententiæ. Nam virtus ideò dicitur theologica, quia habet Deum pro obiecto immediato non ſolum formali, ſed etiam materiali: itaque non ſufficit ratio motiua *propter quam* ad ſpecificationem huius actus, verbi gratia fidei theologicæ, ſed etiam requiritur ratio, *qua*, nempe vt ſit res diuina aut in ſe, aut per attributionem ad illam nempe Deum. Nam ſi ſufficeret motiua ratio diuina, actus religionis eſſet theologicus, quod eſt falſum, quia religio eſt virtus moralis iuxta D. Thom. 2. 2. quęſt. 81. artic. 5. ſequela probatur: nam motiuum religionis eſt diuina excellentia propter quam exhibetur Deo cultus, & honor illi debitus, vt notauit idem D. Thom. quęſt. 84. artic. 1. in corpore vbi ait, *Deo debetur reuerentia propter eius excellentiam*: idemque docet Alenſ. 3. part. quęſt. 30. mem. 1. art. 3. Gabriel. ſuper Canonem lect. 49. Confirmatur quia virtus Theologica reſpicit Deum, vt authorem, finem & regulam non ſolum noſtri eſſe naturalis, ſed ſupernaturalis pręſertim, vt communiter dicitur cum D. Thom. 1. 2. quęſt. 62. artic. 1. Vnde ſi in ſtatu purę naturę Deus reuelaret homini aliquid conducens ad felicitatem naturalem, ille homo non eliceret actum fidei theologicę ſupernaturalis, ſed fidei cuiuſdam naturalis,

ſimilis illi de qua Iacob 2. num. 19. Dæmones credunt, & contremiſcunt, quorum fidem non ſupernaturalem, ſed naturalem eſſe docent cum communiori Theologorum ſententia Iuſtinian. & Cornel. ibid. & D. Thom. 3. part. quęſt. 76. art. 7. & 22. quęſt. 5. art. 2. dicit fuiſſe coactam. Vnde alterum ſumitur argumentum: vel illa fides, quam in ſtatu puræ naturæ homo eliceret ſolo teſtimonio Dei obſcuro niteretur, libera eſſet, vel eſſet coacta, qualis illa Dæmonum. Nam conuicti dæmones ſacris ſcripturis, propheticiſque teſtimoniis, item miraculis & prodigiis, quæ myſteria noſtræ fidei faciunt euidenter credibilia, illis aſſenſum præbent coactum credibilitatis euidentia, ſi hoc ſecundo modo ille homo crederet, ſane non eſſet fides diuina, ſiquidem hæc ſolo diuino teſtimonio nititur: ſi eſt fides libera eo quod diuinę nitatur auctoritati tantummodo: certè erit actus honeſtus, ſtudioſus, & meritorius alicuius præmij: ergo ſi ponamus illum eſſe ſupernaturalem, & eiuſdem ſpeciei cum noſtro actu fidei vt neceſſario erit, iam extrahet hominem elicientem ab ſtatu puræ naturæ, etenim meritum actus ſupernaturalis de ſe poſtulat proportionatum præmium: atque adeo homo in ſtatu puræ naturæ conſtitutus non erit, ſi quidem actum habet ad quem ſuper naturam eleuatur, & qui auxilium Dei ſupernaturale requirit ad eliciendum actum meritorum præmij proportionati & conſeqnenter ſupernaturalis: confirmatur hæc ratio ex ſententia Caiet. 2.2. quæſt. 2. artic. 3. ad 3. dubium in fine, vbi ait quod par ratio iuſtitiæ exigit, vt exigantur opera conformia ſupernaturali naturæ ad quam creaturæ accitæ ſunt; & quoniam credere reuelata à Deo, eſt vnum ex requiſitis vt rationales creaturæ perueniant ad finem ſupernaturalem viſionis Dei ad quem ordinatæ ſunt, ideo iuſtè ab eis exigitur huiuſmodi fides, quæ ſolius Dei teſtimonio nitatur; & vt captiuent intellectum in obſequium fidei, ſi ergo natura rationalis ad ſolum naturalem finem ordinaretur, incongruenter ad ſuum ſtatum fides ab ea exigeretur ſupernaturalis libera & meritoria ob ſolam Dei auctoritatem reuelatam.

12. Pars tamen affirmatiua colligitur ex D. Thom. 3. p. quæſt. 7. artic. 7. quatenus concedit in Chriſto actum ſpei circa ſecundarium obiectum, nempe gloriam & immortalitatem ſui corporis, cum tamen non ſit in eo ſpes reſpectu primarij, quia erat comprehenſor & in poſſeſſione illius ſummi boni ab inſtanti ſuæ incarnationis ſemper fuit, ergo admittitur actus virtutis theologicæ circa ſecundarium obiectum in Chriſto abſque attributione ad primarium, & licet D. Thom. præcedenti articulo dixerit nullo modo fuiſſe in Chriſto actum fidei, etiam circa ſecundarium obiectum, ex eo eſt, quia in Chriſto nulla fuit cognitio ineuidens & obſcura, nam ſi hanc in illo admitteret, idem de fide diceret, quod de ſpe affirmat: item Caietan. ibidem, quamuis adiunxerit hunc actum ſpei eſſe diuerſæ rationis ab illo qui eſt in aliis hominibus, quia deerat in obiecto ratio ardui, non enim erat res ardua reſpectu Chriſti iam beati quoad gloriam animæ, quod illam conſequeretur quoad corpus, nihilominus ait actum fuiſſe verè theologicum: & ſane rationem ardui etiam admittere poſſet, ſi quidem ſatis arduum de ſe fuit per tot tormenta, & crucis mortem ſibi corporis gloriam mereri, quam ſperabat. Præterea Capreolus in 3. diſt. 32. quęſtione vnica artic. 3. ad argum. contra primam concluſ. admittit ſecundum vnam viam, quod Paulus in raptu habuerit habitum fidei, & quamuis tunc reſpectu Dei, quem videbat, deerat actu conditio omnino neceſſaria in obiecto principali nempe eſſe non viſum, & conſequenter deerat actualis ratio, *qua* vel *ſub qua* in obiecto principali, & ſolum remanſerat in potentia, tamen reſpectu aliorum obiectorum quæ ſecundaria erant, poterat elicere verum actum fidei; ergo ſine actuali attributione obiecti ſecundarij ad primarium verus actus fidei eſſe poterit. Clarius hanc partem licet obiter & breuiſſimè reſoluit Suarius de fide diſp. 2. ſect. 2. prope finem, dum ait potuiſſe Deum hominem ordinare ad finem naturalem, & in eo ſtatu reuelare illi aliquid credendum, nempe mundi creationem ſeu immortalitatem animæ: ergo in eo caſu illa obiecta reuelata non dicerent actualem ordinem ad finem ſupernaturalem neque attributionem ad Deum fide credendum.

Hinc ſumo primum fundamentum huius ſententiæ. Nam Deus in ſtatu puræ naturæ homini poſſet reuelare aliquid creatum in ordine ad naturalem finem, ſicut reuelauit Abrahamo in ſtatu naturæ corruptæ; homoque poſſet aſſentiri Deo reuelanti, cur enim id repugnat: ſi enim homo hominum teſtimonio fidem adhibet, cur non eundem aſſenſum præberet reuelatis à Deo? Neque ita ſumo ſtatum puræ naturæ vt neceſſarium auxilium ad aliciendum huiuſmodi actum fidei denegem: ſed eatenus eſt puræ naturæ ſtatus, quatenus in eo homo non eſt à Deo ordinatus ad ſupernaturalem Dei viſionem, & conſequenter neque requiritur fides de Deo, ſed de obiecto alio creato, quod tunc ad Deum nullam dicit attributionem actualem: ergo ſine hac haberi poteſt actus fidei circa obiectum ſecundarium; neque dici poteſt hunc actum fore naturalem, nam motiuum illius, eſt ſupernaturalis auctoritas Dei reuelantis, quod eſt ratio formalis noſtri actus fidei ſupernaturalis; impoſſibile enim eſt, eſſe actus diuerſæ ſpeciei in intellectu noſtro, qui eandem omnino habeant rationem formalem motiuam, nam ab hac ſuam ſpeciem, & diſtinctionem deſumunt. Confirmatur quia ille actus eſſet fidei Theologicæ: ergo eſſet eiuſdem ſpeciei cum noſtra, antecedens probant multi ex Bonauent. in 3. diſt. 26. artic. 1. quæſt. 3. vbi ait ad virtutem theologicam ſatis eſſe ſi motiuum & formale obiectum ſit aliquid diuinum, & ſupernaturale: verùm nè recedamus à communi Theologorum opinione aſſerentium virtutem Theologicam habere 13.

Deum

Deum pro immediato obiecto non in obliquo A
ſed in recto, id eſt, vt non ſolum ſit id, cui ali-
quid defertur, ſicut religio, & pœnitentia
circa Deum verſantur; ſed vlterius oportet
vt ſit id circa quod actus virtutis tendat im-
mediatè: ita communiter Theologi cum
D. Thom. 1.2. quæſt. 62. artic. 1. & 3. par.
quæſt. 7. artic. 4. vbi ait fidem quatenus
theologica virtus eſt, non eſſe de quocunque
non viſo, ſed ſolum de Deo: idem docet Ga-
briel in 4. diſtinct. 14. quæſt. 1. dub. 3.
Almai. in 3. diſtinct. 26. quæſt. vnica: Baſſolis
ibidem quæſt. vnica, artic. 1. Caietan. in 1.
ad Corint. 14. aliter ergo probatur antece-
dens, nam ille actus quo crederetur obie- B
ctum ſecundarium ſine attributione ad pri-
marium, talis eſſet naturæ, vt nihil intrinſe-
cum, & eſſentiale amitteret, quod alioqui
haberet, ſi primarium obiectum eſſet, ad
quod actualem diceret attributionem. Nam
hæc attributio cum deſumatur ab extrinſeca
voluntate Dei ordinantis, non variat, neque
immutat naturam actus, qui ſub tali ratione
formali tenderet in prædicto caſu in ſecun-
darium obiectum, atque in alio quando or-
dinaretur in primarium, adhuc enim propter
eamdem cauſam poſtularet habitum ſibi pro-
portionatum, qui ſuapte natura poſſet ten-
dere in Deum ſi proponeretur vt obiectum
credendum. Vnde Deus reſpectu illius ha-
bitus eſſet obiectum reuelabile, & per actum
eiuſdem ſpeciei ſub eadem ratione formali C
credibile, quod vero in eo euentu non ſit re-
uelatum, neque actu credendum, non im-
mutat naturam actus, ſeu habitus, illi cor-
reſpondentis.

14. Secundum fundamentum eiuſdem ſenten-
tiæ proponit alterum caſum in quo daretur
ſecundarium obiectum ſine attributione ad
primarium, verbi gratia ſi Deus de potentia
abſoluta reuelaret beato aliqua obiecta ſe-
cundaria, beatus ille eliceret circa illa ve-
rum actum fidei theologicæ ſine attribu-
tione ad primarium, quia hoc cum videa-
tur, amiſit rationem non apparentiæ, ſub
qua ſolum poteſt terminare fidem vt obie-
ctum illius. Caſum admittit Scot. expreſſe in
3. diſtinct. 31. quæſt. vnica in fine & ſectato- D
res; item Durand. ibidem quæſt. 4. numero
11. Nam ſi homo quamdiu viuit, & quando
eſt in purgatorio poteſt actum fidei habere
circa aliquod obiectum ſecundarium, cur
non poterit etiam viſo Deo circa illud idem
obiectum non apparens per eamdem ratio-
nem motiuam, nempe auctoritatem diuinam
reuelantem id, quod creditur, in eodem fi-
dei actu perſeuerare? Sane nulla repugnan-
tia oſtendi poteſt quæ contradictio ſit, & à
Dei potentia abſoluta vinci nequeat: ſi qui-
dem Deus clarè viſus non fuit neceſſario
claram & euidentem cognitionem cuiuſli-
bet obiecti, immo neque euidentem ipſam
reuelationem prout tali obiecto applicatur.
Confirmatur, quia beatus babet rationem
motiuam in patria quam habuit in via, ſeu
purgatorio, nempe auctoritatem Dei reue-
lantis eamque obſcuram; ergo eliciet actum
eiuſdem ſpeciei. Dices habere beatum ratio-
nem propter quam eandem, non verò ratio-
nem *quæ*, ex qua etiam deſumi debet ratio
formalis ſpecificatiua fidei, ſicut calor, & ſa-
por, quantumuis adſit lux, quæ eſt veluti ratio
formalis incompleta videndi, non poſſunt
videri, quia ſunt qualitates tangibiles non vi-
ſibiles: eodem modo obiecta ſecundaria non
ſunt credibilia fide diuina niſi actualem di-
cant attributionem ad Deum credendum,
ſed contra: tota ratio aſſentiendi obiecto fidei
eſt extrinſeca auctoritas Dei reuelantis. Vnde
quicquid ſub illa ratione creditur, habet adæ-
quatam rationem formalem ſpecificatiuam
actus quo creditur, id vero, quod creditur, ſeu
ratio *quæ*, id eſt connexio prædicati cum ſub-
iecto ſeu enuntiabili ad quod actus fertur, ſiue
neceſſaria ſit, ſiue contigens materialiter ſe ha-
bet comparatione actus, & ideo omnes enun-
tiationes fidei ſunt æque veræ, & omnia
enuntiabilia æque credibilia, vt ſectione ſe-
quenti dicemus. At lux non ita ſe babet re-
ſpectu obiecti viſibilis, quamuis enim ſit con-
ditio, ſeu diſpoſitio neceſſaria in medio ad
emiſſionem ſpecierum, non eſt ratio formalis
videndi logicè neceſſaria. Nam ſine luce di-
uinitus obiectum poteſt videri. Præterea illæ
qualitates de ſua natura habent, quod tangi-
biles ſint, non viſibiles, ſicut albedo, & ni-
gredo, quod viſibiles ſint, non odorabiles. At
obiecta ſecundaria habent illam attributio-
nem ad primarium per extrinſecam denomi-
nationem: nempè vt ſint credibilia fide di-
uina actu per actualem ordinationem diuinæ
voluntatis ad Deum credendum: ſed in po-
tentia ante hanc ordinationem credibilia ſunt
fide diuina, quia ſine attributione poſſunt
ſubſtare eidem rationi formali, ſub qua ha-
bitualis, vel actualis fides in Deum creden-
dum fertur, ergo.

Ex his duabus ſententiis ita ſentio, vt prio- 15.
ri ſuam non denegem probabilitatem, poſte-
riorem tamen indico præferendam, vt potè
rationi magis conſentaneam, & ſolidioribus
fundamentis ſtabilitam. Quare ad teſtimonia
D. Thom. quæ pro prima ſententia negante
afferuntur, reſpondeo in illis prioribus locis
D. Thomam loqui de fide prout de facto re-
ſpicit obiecta ſecundaria cum actuali attribu-
tione ad primarium, neque quæſtionem mo-
uere de poſſibili, quã nos excitauimus, vt me-
lius agnoſceretur quænam eſſet illa attributio
obiecti ſecundarij, & quam neceſſario præ-
requiſita, & in eodem ſenſu de facto negat fi-
dem in beatis reperiri, quam alij admittunt:
& de poſſibili reſpectu obiecti non viſi ean-
dem ſanè non negaret. Ad id verò quod in
poſterioribus locis ait, in beatis non dari
ſpem; quia ſpes theologica non eſt reſpectu
obiecti creati, in primis dico illam non eſſe
adæquatam rationem, ſed illam quam poſtea
addidit non repreſentari vt bonum arduum
animis beatis ſuorum corporum gloriam, &
immortalitatem: id enim poſtulat eſſentialis
beatitudo animarum in cuius poſſeſſione
ſunt: & quod illa non fuerit adæquata ratio
probatur ex eo, quod de ſpe Chriſti Domini
reſpectu gloriæ immortalitatiſque ſui corpo-
ris aſſeruit; vt dixi. Secundo aſſignari po-

teſt diuerſa ratio in fide, atque in ſpe, nam obiecta creata, quæ virtute ſpei theologicæ ſperari poſſunt, id tantum habent quatenus inſeruiunt comparandæ heatitudini: Vnde comparata iam beatitudine mirum non eſt ſi deficiente ſpei motiuo illius actum circa creatum obiectum beatus nequeat exercere, At fidei motiuum in patria ſufficienter applicari poteſt ſecundario obiecto non apparenti, & conſequenter credi ſine habitudine actuali ad obiectum primarium oh adductas rationes.

16. Ad primum fundamentum oppoſitæ ſententiæ R. vt obiectum ſecundarium terminet aſſenſum fidei theologicæ de lege ordinaria requiri, vt ſit res diuina per actualem habitudinem ad Deum; de potentia tamen abſoluta Dei in duobus aſſignatis caſibus ſatis eſt ſi ſit res diuina per aptitudinalem reſpectum ad Deum, id eſt vt talis naturæ ſit actus, qui in illud obiectum fertur, & ex tali motiuo, vt ſub eadem formali ratiune actus eiuſdem ſpeciei poſſet tendere in Deum non viſum, & à diuina voluntate dirigi hunc aſſenſum ſecundarij obiecti ad primarium: eſt enim hæc denominatio ſumpta à directione extrinſeca, quæ actus naturam non variat. Vnde quicquid ſit de motiuo religionis, certum eſt, illam nun eſſe virtutem, quæ poſtulet Deum habere pro immediato obiecto, ſed cultum Deo exhibendum, quare Deum non in rectu, ſed in obliquu attingit: actus vero fidei ſemper eſt à tali virtute quæ poſtulat ſuaptè natura Deum immediatè attiogere in recto. Ad confirmationem concedimus ſpectata natura virtutis theologicæ & ordinaria lege, verum eſſe theologicam virtutem Deum reſpicere immediatè, vt obiectum, finem, & regulam non modo naturalis eſſe: ſed maximè ſupernaturalis, iode tamen non rectè inferri non poſſe in ſtatu puræ naturæ de potentia Dei abſoluta reuelari aliquod ubiectum credendum & ad hoc conferri Dei auxilium ad actum ſupernaturalem neceſſarium, quin ille, cui reuelatio fieret, ad finem ſupernaturalem ordinaretur; mılla enim in hoc contradictiu apparet, multo minus in altero caſu, ſi beato fieret reuelatio, qui Deum habet vt obiectum, vt finem & regulam ſui eſſe naturalis, & ſupernaturalis. Neque in primo caſu eſſet ſimilis actus Dæmonum, hi enim non mouentur ad aſſenſum ex motiuo ſupernaturali fidei, ſed ſignis credihilitatis ad fidem naturalem habendam coguntur.

17. Ad ſecundum reſpondeo actum fidei elicitum ah homine in ſtatu puræ naturæ liberum fore & de ſe ſtudioſum & meritorium alicuius præmij intra limites finis naturalis, ad quem Deus hominem in eo euentu ordinaſſet, non tamen eſſet meritorius gratiæ ſanctificantis, & multo minus gloriæ. Nam vt ſupponimus, homo eliciens non erit ſanctificante gratix ornatus, & præterea ad actum meritorium de condigno gratiæ & gloriæ vltra conditionem ex parte perſonæ elicientis requiritur ordinatio, & promiſſio ex parte Dei ſi vera eſt ſententia Suarij tom. 3. de gratia lib. 12. cap. 17. & 18. de quo nunc diſputare non expedit. Nobis enim ſatis eſt quod ex parte hominis conſtituti in eo ſtatu non fuerit gratia ſanctificans per quam illius actus condignitatem haberent, neque proportio fuerit aut vis, quæ illum ab ſtatu puræ naturæ abſtraheret, puræ varò naturę ſtatus in noſtro caſu ex facta hypotheſi habet, quod non excludat auxilium Dei ſupernaturale raquiſitum ad actum fidei de quo diſputamus: quamuis excludat omnem gratiam ſanctificantem, & ordinationem diuinam, quæ hominem ad ſupernaturalem finem dirigat. Nam ſicut homo ın ſtatu naturæ lapſæ exiſtens in mortali, quantumuis ſupernaturalem actum fidei eliciat non meretur per illum de condigno, neque ille extrahitur ab ſtatu damnatiunis ad quam ſecundùm præſentem iuſtitiam tendit, ita in illo ſtatu naturæ puræ ſi quis eliceret actum fidei diuinæ adhuc non intelligeretur ah eo ſtatu abduci: ſed poſſet in eo permanere & ad ſolum naturalem tantummudo finem ordinari. Neque eſſet incunueniens quod de potentia abſoluta Dei, actus ſupernaturalis non per ſe, ſed per accidens ad finem naturalem ordinaretur, ſicut nullum eſt incommodum, immo diuinæ miſericordię maximè congruum, homini reprobo, quem Deus prçuiſa illius finali impœnitentia çterno ſupplicio deſtinauit auxilia efficacia prębere ad eliciendos actus fidei, & alia auxilia ſufficientia ad actus contritionis, quę Deus nullum illis pœnitentiæ fructum datura prçuidit.

Vtrum omnia fidei obiecta ſint æqualiter & æque immediatè credibilia.

SECTIO III.

EX his dictis conſtat omnia enuntiabilia, ſiue omnes veritates à Deo reuelatas, tam quæ pertinent ad ipſum Deum vti primarium & principale obiectum fidei diuinæ, quam alias quaſlibet, quæ ad ſecundarium ſpectant adęquatum eiuſdem fidei materiala obiectum conſtituere. Nunc ergo comparatis ad inuicem his enuntiabilibus rogo an æqualiter credibilia ſint, & vnum quodque immediate: an verò detur aliquis ordo in credibilitate ipſorum, vnumque mediante alio credendum ſit? Duæ igitur ſub hoc titulo comparationes comprehenduntur. Prima in æqualitate credibilitatis. Secunda in Immediatione eiuſdem, an ſcilicet vna veritas fidei ſit magis immediata quã altera. Quod attinet ad primam; æqualitas aut eſt propria, & ad pręſentem quęſtionem directè ſpectans, facta comparatioue in ratione formali credendi, aut minus propria, quę conſiderat obiecta ſecundùm ſuam entitatem, dignitatem, & proportionem ad fidem, item quoad dependentiam vnius ab alio. De priori ergo ęqualitate propria credibilitatis acceptę à ratione formali credendi, Dico primo; Omnes veritates tam ad primarium quàm ad ſecundarium obiectum pertinentes, ſunt ęqualiter credibiles, neque voa intenſiuè magis certa aut credibilis eſt quam altera; ita D. Thom. io 3.

dist. 29.

diſt. 29. quæſt. 1. artic. 2. ad primum, Gabriel diſt. 23. quæſt. 2. artic. 1. Antonin. 3. par. tit. 8. cap. 3. & 4. Abulenſ. in cap. 42. Matth. quæſt. 300. ad 7. & 301. ad primam & reliqui theologi communiter quod quidem non obſcure indicauit Rupert. de operibus Spirit. ſanct. lib. 1. cap. 6. vbi ſic ait *multa ſunt verba digeſta calamo prophetarum, ſed vnum eſt Dei verbum vniuerſitas ſcripturarum.* Etenim Cannnicas ſcripturas vnum verbum appellauit ob conſonantiam veritatis, & credibilitatis æqualitatem: & probatur; Nam ea ſanè dicuntur æqualia quorum eadem eſt regula & menſura: ſed omnia obiecta materialia fidei ſiue ad principale obiectum ſpectent, ſiue ad ſecundarium, ſiue neceſſarias, ſiuè contingentes contineant veritates eandem habent ſuæ credibilitatis menſuram, & regulam actus fidei ſpecificatiuam: ergo omnia ſunt æqualiter credibilia: minor probatur, quia ad eandem veritatem primam in teſtificando nobis reuelatam referuntur omnia enuntiabilia, quibus credendo aſſentimur; vnde ſiue credamus Deum fuiſſe vniuerſi Creatorem, ſiue Petrum fuiſſe Piſcatorem, eadem eſt vtriuſque enuntiabilis credendi ratio formalis.

Oppones: ſecundaria obiecta ex ſupradictis dicunt attributionem ad primarium: ergo ſunt magis credibilia ea enuntiabilia, quæ ad primarium pertinent, neque obſtat quod ſit eadem ratio propter quam aſſenſus fidei in principale & in ſecundarium obiectum tendit, nam ſecundaria obiecta charitatis, quæ ſunt creaturæ, amantur propter eandem bonitatem diuinam propter quam Deum diligimus, & tamen Deus eſt magis diligibilis quam creaturæ, & inter creaturas ſpectato ordine charitatis, aliæ aliis ſunt in amore præferendæ; eo quod non omnes æqualiter ſunt amabiles: ergo non ſufficie eadem ratio formalis, vt faciat omnia enuntiabilia fidei, æqualiter credibilia. Reſpondeo tamen concedendo antecedens, & negando conſequentiam: ratio eſt, quia obiecta ſecundaria non habent attributionem ad primarium in participanda ratione formali, quaſi eam mediante primario participent, vel illo mediante attingantur ab actu fidei. Nam licet Deus de ſe nihil reuelaret, adhuc illa eadem formalis ratio eſſet propter quam ſecundarium obiectum reuelatum immediatè crederetur, & per ſe eodem modo reuelaretur atque nunc: ſolum ergo dicit habitudinem attributionis ad primarium propter diuinæ voluntatis ordinationem, vt dictum eſt; congruenter tamen ad naturam habitus, à quo elicitur aſſenſus fidei, qui ideo theologicus eſt, quia ſub eadem ratione motiua in Deum ferri poteſt immediate, qui perfectius & multo dignius eſt obiectum, à quo plerumque denominatio ſolet mutuari, & obiectum ſecundarium in tantum dicitur diuinum in quantum à Deo reuelatur in ordine ad maiorem Dei manifeſtationem, qui eſt principalius, & dignius obiectum ſupra quod fides cadere poteſt: ad id verò quod additur de obiectis ſecundariis charitatis, reſpondetur

A ex D. Thom. & Abulen. citatis, eſſe diuerſam rationem in fide ac in charitate: nam fides tendit in obiectum ſuum non propter veritatem in ipſo apparentem, ſed propter auctoritatem Dei reuelantis, creditur enim prout reuelatur, non prout in ſe apparet: & cum eadem ſit teſtificantis auctoritas, & idem reuelandi modus reſpectu omnium credibilium, omnia æqualiter credibilia cenſentur. At charitas tendit in creaturam propter bonitatem in ea exiſtentem à Deo participatam, & quia eadem Dei bonitas inæqualiter participatur à creaturis, non ſunt omnes æqualiter per charitatem amabiles. Itaque licet charitas ab vna ratione bonitatis diuinæ ſpecificetur, diuerſo modo Deo applicatur ac creaturis & ab his etiam inæqualiter partici- B cipatur.

De æqualitate credibilitatis ſecundo modo acceptæ, Dico ſecundo; Credibilitas prout accipitur præciſe à ratione *qua* materialis obiecti, nimirum à præſtantia, & dignitate, independentiaquè ipſius ex ordinatione diuina, congruenter ad naturam habitus fidei magis, id eſt principalius credibilia ſunt diuina, & quæ ad illa magis accedunt, quam creata. Hanc aſſertionem tenet D. Thom. quæſt. 14. de veritate artic. 8. ad 2. & in corpore vbi ſic ait. *Veritas diuinæ cognitionis hoc modo ſe habet; quod primo & principaliter eſt ipſius rei increatæ, creaturarum verò quodammodo conſequenter in quantum quidem cognoſcendo ſe ipſum omnia alia cognoſcit: & ita fides, quæ hominem diuinæ cognitioni coniungit per aſſenſum ipſum;* C *Deum habet ſicut principale obiectum, alia verò quæcunque ſicut conſequenter adiuncta.* In quib. verbis oſtendit D. Thom. ordinationem diuinam in noſtræ fidei aſſenſibus, voluit enim; vt noſtra fides reſpiceret diuina, tanquam principalius credibilia, & creata tanquam illis adiuncta, vt fides per quam ad Deum primum acceſſum habemus diuinæ cognitioni aſſimilaretur. Probatur primo, quia idcirco noſtri textus præſertim in cap. firmiter dum proponunt ea, quæ à nobis credenda ſunt, à principali obiecto exordiuntur, nempe de Deo, Deique perfectionibus tam abſolutis quàm relatiuis: ſimiliter in ſymbolis. Vnde D. Hieron. in illa verba pſalm. 86. *fundamenta eius in montibus ſanctis*, exponit illud Pauli 1. ad Corint. 3. *vt ſapiens architectus* D *fundamentum poſuit*, adiungitque commentationis loco, *hoc eſt fidem Trinitatis*, quia Patrem, Filiũ, & Spiritum ſanctũ Eccleſiæ dicit eſſe fundamenta in montibus ſanctis collocata: & huc pertinet illa multorum patrum expoſitio, qui Petri confeſſionem Matth. 16. de myſterio Trinitatis & Incarnationis à Chriſto Domino petram idcirco appellari putarunt, quia firmum erat fundamentum ſupra quod Chriſtus ſuam erat edificaturus Eccleſiam: ita Chryſoſtom. homil. 55. in Matth. Hilar. lib. 6. de Trinitat. Cyrill. Alexand. dialog. 4. de Trinitate & Nicæn. lib. contra Iudeos arbitrantur. Secundo idem ratione ſuadetur: nam quamuis potentia cognoſcitiua & habitus æquè reſpiciant ſua obiecta materialia, vt ſtant ſub ratione for-

mali æqualiter illis applicata; non eſt dubium magis inclinari in illa, quorum agnitione magis perficiuntur. Etenim intellectus noſter, magis inclinatur ad mediocrem cognitionem Dei, quàm ad maximam creaturæ; quia cum potentia ſit propter ſuam operationem, quo perfectior eſt operatio illius, eo maiori propenſione in illam fertur: ſed actus fidei, qui tendit in Deum trinum & vnum magis perficit intellectum, quam qui tendit in hoc enuntiabile D. Petrus fuit Piſcator: ergo quæ diuina ſunt, magis, ideſt principalius ſunt credibilia.

4. Altera comparatio obiectorum materialium ad inuicem, eſt non in æqualitate ſolùm, ſed in immediatione credibilitatis; ex qua præcedens amplius declaratur; qua in re prima ſententia affirmans inter obiecta materialia fidei eſſe aliqua prius credenda ex intrinſeca ratione fidei; ac proinde in ratione credibilitatis alia aliis eſſe priora, diuerſimodè defenditur ab authoribus. Nam Durand. in 3. diſt. 24. quæſtione prima num. 8. & 16. ait primum enuntiabile credendum ad quod reliqua reſoluuntur, & ex quo deducuntur eſſe credere, Eccleſiam regi ab Spiritu ſancto, ſeu credere auctoritatem diuinam regentem Eccleſiam, & reuelantem ſcripturas: idem docuit Palud. ibidem quæſtione prima, colum. 2. quamuis in fine quęſtionis ab hac ſententia videatur recedere: alij, quos refert Almai. tract. 2. moral. cap. 3. inter quos falſo numerat D. Thomam, docent primum à fide credendum eſſe, quicquid Deus reuelat eſt verum: eadem eſt opinio Gabriel. quæſt. 2. citat. diſt. artic. 1. in fine, licet probabile etiam exiſtimet oppoſitum. Vaſq. 1. par. diſp. 5. cap. 3. aſſerit fidem immediate inclinare in hanc propoſitionem, Deus dicit, & eam eſſe rationem aſſentiendi cuilibet articulo; Marſil. in 3. quæſt. 24. artic. 1. colum. 6. tria principia prius credenda proponit: Deum eſſe: ſecundum Deum eſſe veracem: Tertium omne reuelatum à Deo verum eſſe: omnes hi authores vel expreſſe vt Durandus, & Vaſq. vel ſaltem implicite indicant aſſenſum fidei eſſe diſcurſiuum. Verum Suarius de fide diſput. 2. ſect. 4. num. 5. quia exiſtimat hoc non eſſe neceſſario coniunctum cum diſcurſu quod noſter intellectus aliqua principia prius credat, quam alia, abſtrahit ab hac quæſtione hoc loco, & ſolum conſtituit ordinem inter obiectum formale, & materiale, quatenus obiectum formale eſt aliquid creditum, & ſic probat primo. Nam fides humana pendet ex duobus principiis, quæ neceſſario debent præcognoſci, vt aliquid ob alicuius auctoritatem credatur. Vnum eſt, talem perſonam hoc dicere: alterum illam eſſe fide dignam: ſicut ergo ex his duobus principiis reliqua credibilia pendent in fide humana, ita in diuina illa duo principia prius neceſſario credenda ſunt; Deum dicere, & Deum eſſe primam veritatem; quæ nec fallere, nec falli poteſt. Cum hoc tamen diſcrimine, quod fides humana cum ſit naturalis & fallibilis, illa principia poſſunt cognoſci

A cognitione naturali, & modo perfectiori: poteſt enim quis audire dicentem, & illius teſtificationis euidenté & intuitiuam habere notitiam, & deinde cognoſcere illum eſſe veracem ex aliis indiciis, & coniecturis cognitione opinatiua. At aſſenſus fidei cum ſit certiſſimus, licet ineuidens, non poteſt ſupponere aliam cognitionem huius rationis formalis, niſi certiſſimá ſaltem in æquali gradu, item ineuidentem: ergo non poteſt ſuponi cognita formalis ratio fidei niſi per fidem: oportet ergo vt prius credantur illa duo principia; vt reliqua enunciabilia fidei credantur; non enim firmius eſſe poteſt ædificium quam fundamentum; neque concluſio elici ex principiis minoris certitudinis, & veritatis. Confirmatur quia D. Thom. 2.2. quæſt.
B 1. artic. 1. ait motiuum fidei ſe habere ad actum illius, ſicut medium ſcientiæ ad eiuſdem aſſenſum: ſed niſi medium ſcientiæ iudicetur non poteſt inferri ex illo aſſenſus ſcientificus: ergo niſi prius motiuum fidei iudicetur, non poteſt aſſenſus fidei propter illud reliquis obiectis firmiter adhærere. Secundo, humanus intellectus non certificatur de aliqua veritate niſi per iudicium, quod idem eſt, atque aſſenſus, qui ſuper illam cadit: ergo intellectus non poteſt certificari de ratione formali fidei, niſi per iudicium in quo rationi formali aſſentiatur, quæ ratio formalis in illis duobus principiis continetur: illa ergo neceſſario debent prius credi, nam cum ex terminis non pateant, quia alioqui
C eſſet aſſenſus illorum naturalis & euidens, vt ſunt aſſenſus primorum principiorum, oportet vt ex fide diuina de illis per iudicium potentia certificetur antequam ad alia credenda perueniat.

Vera tamen ſententia eſt omnia obiecta fidei æquè immediate eſſe credibilia, neque vllam ex ſupradictis propoſitionibus, ſeu principiis neceſſario eſſe prius credendam. 5. Ita tenet expreſſe Scot. in 3. diſt. 23. quæſt. vnica §. aliter poteſt, prope finem & diſt. 24. quæſt. vnica in fine. Capreol. ibidem artic. 3. in reſponſ. ad 3. contra ſecundam concluſ. Maior. quæſt. 9. Altiſiod. 1. p. ſumm. cap. 1. Almain. citatus, Ocham. quodlib. 3. q. 7. Vega in Concil. lib. 9. cap. 3. Caiet. q. 1. art. 1. §. ad 4. dubium, Lorca ibidem diſp. 2.
D num. 13. Valent. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 2. & 3. Cumel. 1. par. quæſt. 1. artic. 2. quæſt. 1. ad ſecundum Conc. de moralitate actuũ ſupern. diſp. 9. dub. 7. Turrian. 22. diſp. 6. dub. 1. Colligitur ex Nazian. oration. 45. Baſil. in pſal. 115. Credidi propter quod, &c. Damaſc. lib. 4. fidei. Probatur primo. Vt intellectus iudicet aliquod enuntiabile illique aſſenſum præbat, ſatis eſt ſi accommodate repreſentetur motiua ratio propter quam intellectus aſſentitur: ſed in ſimplici apprehenſione diuinæ reuelationis ſufficienter obiecto reuelato motiua ratio applicatur: ergo quæcunque propoſitio fidei primo proponatur intellectui ſub hac ratione motiua, illa primo iudicabitur: & hinc ſequitur quod aſſenſus cuiuſcumque credibilis obiecti per accidens ſe habeat reſpectu alterius; quare

nullum

nullum per ſe præſupponitur creditum vt A alia fidei aſſenſum terminent: ſola minor indiget probatione vt hæc ratio rem concludat: illam ſic oſtendo: nam ad aſſenſum primi principij ſatis eſt ſimplex terminorum apprehenſio, in hac enim ſufficienter diſponitur potentia penetrando terminos, vt aſſentiatur primo principio, verbi gratia cognita ratione totius & ratione partis, non per antecedentia iudicia, ſed per ſimplices apprehenſiones, ſatis diſponitur intellectus, vt iudicet omne totum eſt maius ſua parte: ergo ſicut ratio intrinſeca, & incluſa in terminis primi principij ſufficit apprehenſa, vt determinet intellectum ad aſſenſum propter illam: ita ratio extrinſeca, quæ non minus efficax eſt de ſe ad certificandum intellectum de connexione prædicati cum ſubiecto in propoſitio- B ne de fide, ſufficiet apprehenſa. Quod vlterius corroboratur. Nam illud primum principium ſiue vnum ſit, ſiue duplex vt terminet prius fidei aſſenſum, ſolam cognitionem apprehenſiuam ſupponit, & in illa ſimplici apprehenſione ſufficienter proponitur ratio ad iudicium fidei: ergo motiuum fidei in ſimplici apprehenſione propoſitum rectè applicatur cuilibet reuelato, neque dici poteſt ſufficienter proponi ad credendum reuelarum formale, non verò ad materiale credendum: nam in primis quando hoc principium *Deus dixit*, vel hoc, *Deus eſt prima veritas infallibilis* creditur, *vt quod* pertinet iam ad partem obiecti materialis, eſt enim id quod reuelatur: ergo ſi apprehenſio ſimplex antecedens ſine aliquo iudicio certificat C intellectum ad illud reuelatum, ſufficiet ad quodlibet aliud, ſic non procedit diſtinctio & ordo neceſſario requiſitus à Suario inter obiectum formale, & materiale.

6. Probatur ſecundo: quando aliquis elicit aſſenſum fidei circa quodlibet obiectum, non ſolum iudicat, *vt quod*, id quod credit, ſed etiam attingit rationem formalem credendi, nempe auctoritatem Dei teſtificantem tanquàm rationem motiuam; alioqui non eſſet aſſenſus fidei, in hoc enim conſtituitur in ſua ſpecie & natura, à qua deficere non poteſt: ergo in quolibet enuntiabili fidei diuinæ ſemper inuoluitur ratio motiua, quæ pariter iudicatur ſuo modo; quaſi dicerem, Antichriſtus erit, quia Deus dixit, & dum dico, *Deus dixit*, iam inuoluitur in termino *Deus* illud D aliud principium quod talis eſt perſona teſtificans, vt nec fallere nec falli poſſit: hanc rationem ita admittit Suar. citatus num. 51. vt. non initio credendi, ſed poſtea vno aſſenſu, & iudicio ſola apprehenſione præcedente iudicare poſſimus Deum eſſe trinum, & vnum quia Deus dixit. Nam quando primo generatur fides, ipſe exiſtimat ſemper diuerſis aſſenſibus hoc fieri oportere. Verum in hoc ſatis oſtendit non eſſe neceſſarium, vt ſemper iudicetur prius diuerſo iudicio ratio motiua ſupra quam cadit aſſenſus: & conſequenter poſſe ſimplicem motiui apprehenſionem determinare intellectum ad aſſenſum cuiuſlibet reuelati: fruſtra igitur ex natura rei requirit, vt illa duo enuntiabilia, iudicentur prius, hoc enim eſſet cogere Deum, vt illa neceſſario prius reuelaret ſi vellet quoduis aliud obiectum credendum proponere; cum tamen præcedenti ſectione ſatis oſtenſum ſit cum eodem Suario attributionem ſecundarij obiecti materialis ad primarium, non eſſe eſſentialem, ſed accidentalem, & extrinſecam habitudinem, & potuiſſe Deum reuelare homini in ſtatu puræ naturæ aliquod enuntiabile ſine actuali attributione ad Deum: quod fieri non poſſet, ſi neceſſario de primario obiecto reuelari deberent illæ duæ propoſitiones prius credendæ, Deus, hoc reuelat, & eſt prima veritas quæ falſum nequit teſtificari.

Probatur tertio: ex oppoſita ſententia ſequitur aſſenſum fidei eſſe diſcurſiuum: ſed 7. hoc eſt falſum, vt nunc ſuppono, & in quæſt. 3. oſtendam, ergo non eſt admittendus ordo neceſſarius inter enuntiabilia fidei: maioris illatio probatur, nam ad diſcurſum ſecundum cauſalitatem, qui propriè diſcurſus dicitur, duo requiruntur, & ſufficiunt, vt notat Turrian. de fide diſput. 6. dub. 1. §. meo igitur, cum D. Thom. 1. par. quæſt. 14. artic. 7. & docent Conimbricen. in lib. 1. de priori reſolut. cap. 1. quæſt. 2. artic. 1. cum eodem D. Thom. aliis in locis. Primum eſt vt ſint duo ſaltem obiecta quorum vnum ex alio, ſeu per aliud cognoſcatur. Secundum vt ſint duæ ſaltem cognitiones iudicatiuæ, quarum vna ex alia inferatur: hæc duo neceſſario admittere debet qui dixerit non poſſe fidelem aſſentiri alicui propoſitioni de fide diuina, quin prius aſſentiatur duplici principio, videlicet Deus dixit, Deus eſt veritas, quæ falſum teſtari nequit: Nam in primis admittit diuerſa obiecta, quorum vnum aliud ſupponit, & ex alio ſequitur quia aſſentitur vni propter aliud, etenim in illis principiis continetur obiectum formale propter quod aſſentimur cuilibet obiecto materiali fidei. Deinde admittit plures aſſenſus, ſeu iudicia intellectus, quorum illud quod cadit ſuper obiectum materiale ſemper præſupponit aliud, vel alia, quæ cadunt ſuper formale; quod prius credi & iudicari debet iuxta illorum opinionem: & hoc iudicium poſterius cadit etiam ſupra prius, tanquam continens rationem formalem credendi: ergo dependet ab illo: reſpondet Suar. ſect. 4. citata num. 12. aliud eſſe intellectum indigere compoſitione plurium propoſitionum, & tranſitu vnius ad aliam ad concipiendum aſſenſum fidei, aliud verò aſſentiri ex vi diſcurſus, quare primum admitti poſſe ſine ſecundo quia aſſentiri ex diſcurſu eſt fundari in illo: ita vt cauſa per ſe aſſentiendi ſit connexio extremorum cum medio, hoc autem neceſſarium non eſſe ad aſſenſum fidei: ſed contra primo, vt intellectus aſſentiatur illis duobus principiis verò aſſenſu fidei, non indiget compoſitione plurium propoſitionum, neque tranſitu vnius ad alteram: ipſe enim docet num. 14. illa duo ſimul iudicari, & ſe multo includere ſine ordine prioris, aut poſterioris, quia non eſt credibile Deum aliquid dicere niſi in diuina veritate nitatur,

neque etiam credibile eſt Deum eſſe veracem in teſtificando aliquid, niſi quatemus à Deo aliquid reuelatur: ſic igitur illa duo ſimul creduntur ſine tranſitu ab alio precedente iudicio: & creduntur: tanquam pars materialis obiecti quod attingitur: ergo non rectè dicitur indigere intellectum ad aſſenſum fidei tranſitu ab vna propoſitione ad alteram. Secundo: ſi iſte tranſitus eſt per ſe neceſſxrius, & fit ab vna notitia iudicatiua xd alteram, & hæc poſterior eſt propter priorem, negari non poteſt intellectum ex vi diſcurſus aſſentiri. Tertio connexio medij cum vtroque extremo in duabus premiſſis neceſſaria quidem eſt ad conſequentiam formalem, & ad verxm demonſtrationem, ſed non ad diſcurſum ad quem vt diximus ſufficiunt duæ cognitiones iudicatiuæ. Quarto in illis duobus principiis præſuppoſitis continetur ſaltem virtualis connexio medij cum duobus extremis. Nam quando credo Antichriſtum fore neceſſario, illi duo aſſenſus vel vnus vtrumque cõtinens, videlicet, *Quod Deus dixerit*, & *quod Deus ſemper teſtificatur verum*, præcedunt in intellectu: & hic datur diſcurſus. Deus ſemper teſtificatur verum: ſed fore Antichriſtum Deus teſtificatur; ergo Antichriſtum fore eſt verum. Ne igitur admittatur neceſſario diſcurſus in fide, dicendum eſt; nullum eſſe ordinem inter propoſitiones de fide credendas per ſe loquendo, quaſi aliquæ credendæ ſint prius aliis: ſed illæ prius credentur, quæ prius accommodate proponentur, cum ea credibilitatis euidentia, quæ ad prudenter credendum neceſſaria eſt: non eſt tamen negandum licet habitus fidei non inclinet per ſe ad credendam aliquam propoſitionem prius altera; ex ordinatione tamen diuina, & attributione obiecti ſecundarij ad primarium prius proponenda eſſe myſteria quæ ad primarium obiectum pertinent iis qui in fide inſtrui debent. Vnde merito dixit Paulus ad Hebræos 11. num. 6. *Credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt & inquirentibus ſe remunerator ſit.* Cum enim homo à Deo ordinatus ſit xd ſupernaturalem finem; vt illi per fidem ſuam placeat, & ſe ad iuſtificxtionem vera fide diſponat, opus eſt, vt credat Deum eſſe ſupernaturalium authorem, qui res humanas curat, & inquirentibus ſe æternæ ſalutis præmia elargitur, & ab his credendi initium xccipi oportere, & primum ad Deum acceſſum haberi, Apoſtolus monet.

8. Ad primum pro contraria opinione Reſp. primo non requiri per ſe ad fidem humanam vt illa duo principia præcedant: ſed ſxtis eſſe ſi apprehenſa auctoritate dicentis, qui audit ſtatim iudicet, illud ita eſſe propter teſtificationem talis perſonæ. Secundo quamuis admittamus in humana fide neceſſarium eſſe illum diſcurſum, non ſequitur admittendum eſſe in diuina. Nam fides humana eſt cognitio naturalis, quam in naturalis luminis diſcurſu fundari non repugnat. At fides diuina totam certitudinem ſuam à ſupernaturali motiuo extrinſeco mutuatur. Ideoque naturalis luminis diſcurſu niti non poteſt, quod ſane contingeret ſi illa duo principia continentia rationem formalem fidei per ſe primo, & immediate credi deberent: vt quis aliis obiectis fidei poſſet aſſentiri. Ad confirmationem dico D. Thom. comparare ratioñe formalem fidei medio ſcientifico non in omnibus, ſed in eo quod ſit motiuum, ſeu ratio propter quam credimus, ſicut ſcientiæ medium eſt ratio propter quam ſcimus; non quia exiſtimaret eodem modo deducendum eſſe fidei aſſenſum ex cognitione iudicatiua medij, ſicut deducitur per naturalem diſcurſum concluſio ſcientifica ex præmiſſis. Ad ſecundum conceſſo antecedente, neganda eſt conſequentia, ſi intelligatur de iudicio quod cadat primo, & adæquate in obiectum formale fidei, concedenda verò ſi ſermo ſit de aſſenſu fidei, qui ſuper obiectum materiale ſimul & formale ceciderit; ratio verò cur non oporteat primo & per ſe iudicari mediũ fidei, ſicut medium concluſionis ſcientificæ, eſt, quia medium fidei eſt extrinſecum, medium ſcientiæ intrinſecum. At medium intrinſecum ex duplici connexione naturali cum duobus extremis manifeſtat coniunctionem extremorum inter ſe, hæc verò coniunctio fit in intellectu noſtro per compoſitionem iudicij componentis prædicatum cum ſubiecto: è contra medium extrinſecum non requirit hanc cum vtroque extremo propoſitionis iudicandæ coniunctionem; ideoque ſatis eſt quod apprehendatur illa auctoritxs dicentis in ſimplici cognitione, vt in ſequenti iudicio aſſenſus non ſolùm ſuper enuntiabile fidei, ſed etiam ſuper motiuum cadat propter quod iudicxtur: quod quæſt. 2. amplius declarabitur.

Vtrum materiale fidei obiectum ſemper in re verum ſit.

SECTIO IIII.

EXcito quæſtionem de obiecto ſemper à parte rei vero, vt ſub hoc titulo duas difficultates comprehendam; quæ ob maiorem doctrinæ commoditatem ſimul tractxri debent, quamuis altera mxgis ad obiectum formale nempe xd teſtificationem Dei ſpectare videatur. Dupliciter igitur poteſt materiale fidei obiectum eſſe falſum à parte rei: primo, ſi Deus per ſe, vel per alium mentiretur, Secundo, ſi quis exiſtimaret aliquid eſſe reuelatum à Deo, & per aſſenſum fidei iudicaret verum quod à parte rei non eſſet, ſicut ipſe crederet: his duobus modis inquiro an obiectum à parte rei falſum aſſenſum fidei poſſit terminare. Priori modo defectus veritatis eſſet in ipſa rxtione formali ſeu teſtificatione Dei: poſteriori in falſa applicatione diuinæ auctoritatis, & in deceptione applicantis illam, & credentis propter motiuum exiſtimatum. Quod xttinet ad primum quæſtionis ſenſum, ſupponere debemus ex D. Auguſtin. lib. de mendatio cap. 3. & 4. item lib. contra mendacium cap. 12. in fin. & ex Gelaſio Papx in cap beatus 22. quæſt.

22. quæſt. 2. mendacium eſſe falſam vocis ſignificationem cum voluntate fallendi, quam deſcriptionem exponunt Theologi in 3. diſt. 38. ibiquè D. Thom. quæſt. 1. Gabrielque quæſt. 1. artic. 1. aduertit nomine vocis intelligi quodcumque ſignum mentis manifeſtatiuum: non enim verbis modo, ſed ſcriptis, ſimulatiſque operibus mendacium committi poteſt. Deinde cum tripliciter falſum proferri contingat, primo tantum materialiter, quando quis verum dicere intendit, ſed fallitur: Secundo formaliter taotum, vt ſi quis cum intentione dicendi falſum, verum dicat quod tamen falſum putat: Tertio formaliter & materialiter quando reuera falſum profert ex eadem intentione falſum proferendi: ſolum his duobus modis vltimis mendacium profertur. Vnde D. Thom. 2. 2. quæſt. 100. artic. 1. formalitatem mendacij in eo conſtituit quod aliquis habeat voluntatem falſum enuntiandi: hinc enim mendacium nominatur, quod in eo contra mentem itur: falſa igitur vocis ſignificatio dicitur ſpectata habitudine ad mentem dicentis, quamuis vera ſit conſiderato reſpectu ad rem ſignificatam: ſicut è contra ſi vera ſit ſignificatio reſpectu mentis, etiam ſi falſa ſit comparatione rei ſignificatæ, reuera mendacium non eſt; quod cum Auguſtin. obſeruauit Gratian. in cap. is autem 22. quæſt. 2. illa verò intentio fallendi, ſi diſtinguatur ab intentione dicendi falſum, neceſſaria non eſt ad mendacium; eſt enim conditio accidentaria, & ab ipſo mendacio ſeparabilis: vt cum D. Thom. & aliis aduertit Lorca 22. quæſt. 1. artic. 3. diſp. 7. num. 2. in Deo tamen locum habere non poſſet mendacium, niſi eſſet ſimul materiale & formale; etenim falſitas materialis cum formali veritate ſolum contingit in perſona, quæ in ſua cognitione decipitur, neque cognoſcit rem vt eſt: cum igitur Deus omnia perfectiſſimè cognoſcat, ſi falſum proferret, ex eo ſolum proueniret, quia illud dicere vellet cuius contrarium ſciret: & quamuis non intenderet fallere, ſatis eſſet ad mendacium: ſi falſum aliquid enuntiare vellet: ita enim tradita definitio exponi debet; vt animus, & voluntas fallendi nihil aliud ſit quam animus falſum proferendi. Inquirimus ergo an Deus poſſit vel per ſe, vel per alium hac ratione falſum dicere; quod ſi nulla ratione contingat, obiectum fidei ſemper erit verum in prima conſideratione: falſum verò per alium Deus proferre intelligeretur tribus modis: primo ſi Deus præciperet alteri vt nomine ipſius Dei vel ſuo proprio falſum nuntiaret: Secundo ſi conſuleret vel imponeret præceptum, vel excitaret ad dicendum mendacium. Tertio ſi infunderet alicuius menti habitum erroris aut falſam apprehenſionem, & ita cauſa eſſet, cur aliquis falſum iudicium haberet: his omnibus modis per ſequentes concluſiones breuitatis gratia hanc difficultatem enodabo.

1. Prima Concluſio. Deus neque vnquam mentitus eſt, neque de poteotia ordinaria per ſe mentiri poteſt: hæc eſt de fide contra hæreſim Priſcellianiſtarum teſte D. Auguſt. lib. contra mendacium cap. 2. & de hæreſibus in 70. in eodem errore fuiſſe Armenos Guido Carmelita teſtatur: qui ex variis ſcripturæ ſacræ teſtimoniis ſuum ſuadêre errorem conabantur: contra hos hic diſputare non oportet, cum id luculenter fecerint Gregor. in 3. diſt. 24. quaſt. 3. & alij Theologi ibidem Bellarm. lib. 1. controuerſia 1. Canus de locis lib. 2. cap. 3. Valentia tom. 3. diſp. 1. quæſt. 1. par. 3. & alij recentiores proſequenti concluſione citandi. Probatur primo ex ſacra pagina: *Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur* ad Roman. 3. *eſt autem Deus verax omnis autem homo mendax* ad Titum 3. *In ſpem vitæ eternæ, quam promiſit qui non mentitur Deus*, ad Hebræos 6. *vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus*: & alibi ſæpe. Secundo hæc eſt conſtans, & communis ſententia Patrum, vt apud recentiores citatos videre eſt. Tertio probatur ratione, nam ſi Deus vel de facto mentiretur, vel de potentia ordinaria mentiri poſſet, tota tolleretur ſacrarum literarum auctoritas infallibilis vt optimè arguit D. Auguſtin. epiſtol. 8. ad Hieronymum *Admiſſo enim ſemel in tantū auctoritatis faſtigium officioſo aliquo mendacio; nulla illorum librorum particula remanebit, quæ non, vt cunquè videbitur, vel ad mores difficilis, vel ad fidem incredibilis, eadem pernicioſiſſima regula ad mentientis auctoris conſilium, officiumque referatur.* Vnde ergo ſuam infallibilem certitudinem mutuabitur noſtra fides: ſi fallibili diuinæ atteſtationis fundamento nitatur: Verum hæretici, vt noſtram ſoæ ſimilē fidem facerent ſolidiſſimum primæ veritatis fundamentum ſubuertere conabantur: loca ſacræ ſcripturæ quæ pro ſe hæretici producunt recentiores citati declarant ad quos, & ad commentatores lectorem remitto: ſi qois tamen vno quaſi intuitu illa velit percurrere, ſciat ad quatuor poſſe capita reuocari. Primum eſt, in quo loca ſibi repugnantia allegantur, quorum alterum neceſſe eſt vt à veritate deflectat: hæc tamen qua ratione cohæreant abſque vlla contradictione expoſitores manifeſtè oſtendunt. Secundum in quo aliqui viri ſancti diuino, vt videtur, ſpiritu afflati mendacia dixiſſe probatur; vt quando Geneſ. 21. Abraham dixit *Ego & puer reuertemur ad vos*: item Geneſis 27. Iacob. ab patrem ait, *Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau*: & in his euentis ſi reuera hi ſancti in mendacia lapſi ſunt, vt homines infirmæ voluntatis arbitria, non à Deo laceſſiti, vel moti deliquerunt: vel potius, vt Patres frequenter facere ſolent, à mendacio excuſandi ſunt, & in ipſorum verbis myſteria non mendacia ſanctorum interpretū perſpecta declaratione agnoſcentur, vt cum D. Auguſt. obſeruauit Gratianus in cap. quæritur 22. quæſt. 2. Tertium caput eſt in quo continentur aliquæ promiſſiones Dei quæ non videntur impletæ, Quartum in quo referuntur loca in quibus Deus dicitur decipere homines; falſos prophetas mittere; dare ſpiritum erroris, & ſimilia quæ habentur Iob. 12. n. 19. & 20. item 3. Reg. 22 n. 20. Eſai. 63. n.

x7. & 2. ad Theſſalon. 2. num. 10. ſed de his duobus dicemus concluſione 3. & ſequen.

Secunda Concluſio: Neque de potentia abſoluta Deus per ſe mentiri poteſt: hæc eſt contra Adamum Holchot, Aliacenſem, Gabrielem quos refert Valentia diſp. 1. quæſt. 1. par. 3. & alios citatos à Gregor. in 1. diſt. 42. à 2. quem à Gabriele referri dicit Banes, ſed immerito, nam neque huius ſententiæ aſſertot fuit, neque vt talis à Gabriele refertur, noſtra tamen aſſertio tenenda eſt de fide, vt exiſtimat Suar. de fide diſp. 3. ſect. 5. Coninc. de moralitate actuum ſupernat. diſp. 10. dub. 1. concluſ. 2. num. 5. qui citat Valentiam & Turrianum; Verum hi authores, licet temerarium dicant, oppoſitum aſſerere; non tamen docent eſſe contra fidem: ego verò locũ B D. Pauli ſupra citatum ad Hebræos 11. apertam fidei definitionem continere exiſtimo. Nam ſi impoſſibile eſt mentiri Deum: nulla eſt potentia in Deo ad mendacium, quia circa impoſſibile in tota ſua latitudine, & ſine limitatione acceptum, vt Apoſtolum Patres communiter exponunt, nulla verſatur potentia. Deinde probatur ratione: primo derogat diuinæ omnipotentiæ poſſe mentiri ergo in Deo nulla eſt potentia ad mendacium: antecedens egregiè notauit Auguſtin. lib. 1. de Symbolo ad Catechum. cap. 1. vbi de Deo dixit: *Si mentiri poſſet non eſſet omnipotens*: & lib. 15. de Trinitat. cap. 15. *Magna*, inquit, *illius verbi potentia eſt non poſſe mentiri*: & probatur, nam ea quæ ſunt intrinſecè mala, & ideo, quia mala ſunt, prohibentur, non cadunt ſub diuinam omnipotentiam; quia C alioqui coniuncta non eſſet cum ſumma bonitate, & rectitudine: ſed mendacium eſt intrinſecè malum: ergo, &c. minorem oſtendo in primis quia illam de fide eſſe docet Auguſtin. hæreſ. 70. & in cap. ſuper eo de vſuris Alexand. 3. indicauit. Deinde quia diſſentaneum eſt naturæ rationali mendacium ſecundum ſe conſideratum; deſtruit enim illius ordinem, & humani commercij fidelitatem, ac ſocietatem: & ita eſt contra finem ad quod inſtituta eſt inter homines locutio, videlicet vt externis ſermonibus ſuam ad inuicem mentem manifeſtarent: & hinc prouenit, vt numquam, etiam ob bonum finem mendacium poſſit honeſtari, ſicut neque odium Dei, quia nunquam exuitur intrin- D ſeca malitia actus ex obiecto, & de ſe mali propter extrinſecam ordinationem ad aliquod bonum; ergo retenta externa ſignificatione falſa, & contra loquentis mentem, locutio eſt naturæ rationali contraria, & conſequenter intrinſecè mala ex obiecto quantumuis ad tuendam vitam, aut quoduis aliud bonum ordinetur: latius hoc confirmant Theologi cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 10. artic. 3. Cano de locis lib. 1. cap. 2. Corduba in quæſtion. lib. 1. quæſt. 29. Summiſtæ verbo mendacium.

4. Probatur ſecundo. Perfectio eſt Dei ſimpliciter, tantam in ſimplex dicendo habere auctoritatem, vt illi omnino fides debeatur: nam melius eſt habere hanc infinitam teſtificandi auctoritatẽ, quam non habere: etenim A pro dedecore reputatur hominum, ita ſæpè dictis decipere, vt nulla illis adhibeatur fides; & pro honore adeo veraces eſſe, vt ſine formidine omnia illorum dicta credantur. Ergo Deum denegat infinite perfectum qui qualemcumque mentiendi potentiam in eo admittit. Tertio quia, vt ait Auguſtin. lib. de mendacio cap. 8. *hoc admiſſo omnis omnino diſciplina fidei ſubuertitur*: qua ſacræ paginæ fides eleuatur: idem habetur in cap. ſi ad ſcripturas ex eodem Auguſtin. accepto, quod infra comment. 4. notat. 10. declarabo. Nam licet de potentia ordinaria Deus non mentiretur ſi abſolute id facere poſſet; vnuſquiſque poterat dubitare, an tunc potentia ſua abſoluta vſus fuerit: quando ea, quæ in ſacra ſcriptura ſunt; nobis reuelauit, B immo etiam ſi reflexe ſupra ſuam teſtificationem Deus diceret ſe verum dicere, & non vti potentia ſua abſoluta in mentiendo, de huius reflectionis veritate adhuc quis dubitaret; an etiam in hac reflexione potentia abſoluta vteretur: & ſic nunquam Deo haberetur infallibilis fides, quia ſemper illius aſſeueratio reduci poſſet ad potentiam abſolutam mentiendi.

Oppones primo contra primam rationem, mendacium eſt contra iuſtitiam, ſed Deus poteſt diſpenſare in his, quæ ſunt contra iuſtitiam; ergo etiam in mendacio, ergo mendacium non eſt intrinſecè malum: nam in his quæ ſunt intrinſecè mala Deus diſpenſare non valet. Maior probatur: mendacium eſt contra ius, quod vnuſquiſque habet, vt ſibi C dicatur verum: minor probatur: quia Deus diſpenſauit in furto ab Iſraelitis facto Ægyptiis: & in homicidio Sanſonis iuxta cap. Gaudemus de diuortiis vbi etiam Innoc. Tertius docet Iacobum fuiſſe liberatum à mendacio ob diuinam reuelationem. Reſp. negando minorem ſi ſermo ſit de propria, & rigoroſa diſpenſatione, quæ conſiſtit in hoc, vt ex priuilegio aliquis eximatur ab obligatione legis perſeuerante illius vi, quod late probabimus infra ad titulum de conſtitut. diſput. 3. quæſt. 2. ſect. 2. & ſeq. neque enim Deus, vt ſupremus legiſlator eſt, concedit in aliquo caſu, vt quis verè furetur, occidat ſeu mentiatur, neque vt aliquid contra ius naturæ operetur, ſed ſolum quatenus eſt ſupremus dominus poteſt D dominia commutare, & vt ſupremus iudex punire: ſic mutare materiam, & facere vt peccatum non ſit, quod in aliis circunſtantiis tale foret. Vnde non diſpenſauit cum filiis Iſraël, vt Gaza Ægyptiorum furarentur, ſed vt ſupremus dominus, aut Iudex, ea Iſraëlitis adiudicauit, quæ ob labores, & quaſi locatam operam merebantur: ſimiliter cum Sanſonem monuit vt Phileſtæos occideret, non vt ſupremus legiſlator fecit, ſed vt ſupremus dominus vitæ illorum, vel vt iudex ob iniurias ſuo populo factas illis iuſtum bellum inferri declarauit. Neque Innoc. Tertius in textu citato admittit Deum reuelaſſe Iacobo vt mentiretur, ſed permiſiſſe vt diceret ſe eſſe promogenitum Eſau, quia ex conceſſione Dei primo-

genita

genita ſibi ab Eſau vendita, & parui du-
6. cta debebantur. Dices, cur Deus etiam vt
ſupremus Dominus mutando materiam, &
remittendo ius illud quod homo habet,
vt ſibi verum dicatur, non poterit conce-
dere, vt quis mentiatur? quod ſi alteri
hoc ius dare poteſt, cur vt ſupremus Do-
minus ſibi vſurpare non poterit? Reſpon-
deo tamen. Quotieſcumque materia præce-
pti negatiui (qualis hæc eſt de non men-
tiendo) talis fuerit, vt non dependat à do-
minio, ſeu iuridictione Dei, rerum domi-
nia ex arbitrio permutantis, neque ex cir-
cunſtantia extrinſeca conferente ad bonita-
tem, ſeu malitiam actus; ſed pendeat ex in-
trinſeca tantum turpitudine, & iniquitate
obiecti; non poſſe à Deo mutari materiam,
neque cohoneſtari actum, qui in alia cir-
cumſtantia malus eſſet: tale eſt odium Dei,
deſperatio, blaſphemia, Idolorum cultus;
& ſimilia, quæ ex obiecto habent intrin-
ſecam malitiam, & à Dei ſupremo domi-
nio non dependent, neque à particulari
circumſtantia: vnde illa Deus, vt ſupre-
mus legiſlator ex rectitudine ſuæ honeſta-
tis neceſſario deteſtatur: quia ſemper de-
bet conformari ſuo dictamini rectiſſimo,
hæc vt mala omnino agnoſcenti: ſimiliter ſe
habet mendacium, non enim ſuam tantum
malitiam habet, quia violat ius, ſeu domi-
nium aliquod perſonarum particularium:
ſed quia ipſi rationali naturæ contrarium eſt,
quatenus ſocietatem, & fidelitatem illius
deſtruit, ad quod conſequitur ius, quod vnuſ-
quiſque habet, vt ſibi dicatur verum, quod
tamen tale non eſt, vt remitti poſſit ab ho-
minibus ad inuicem, quia ab illorum par-
ticulari dominio non dependet, ſed in re-
ctitudine rationalis naturæ fundatur, quam
Deus, vt ſupremus legiſlator rectiſſimus
inuertere non valet, & quamuis ad hoc à
ſuperiori non obligetur, à ſua tamen hone-
ſtate, & rectitudine obligatur.

7. Oppones ſecundo, contra ſecundam &
tertiam rationem: Deus ſine diſpendio ſuæ
infinitæ auctoritatis, & quin eleuetur pagi-
næ ſacræ fides, loqui poteſt amphibologicè,
& ea verba proferre, quæ ſolum ex adiun-
ctis, & mente retentis verum ſenſum ef-
ficiunt, quamuis ſi tantum conſiderentur
ea, quæ prolata ſunt, falſum ſenſum red-
dant: quem loquendi modum ex iuſta cau-
ſa licitum eſſe tenet. Suarius, Valentin. To-
ledo, Leſſius & alij quos ſequitur Sanch.
lib. 3. decalog. cap. 6. numero 15. ſed etiam
hac poſita ſententia nos non poſſumus du-
bitare, an vera ſint, quæ à Deo credimus
reuelata, & an ſenſum à Deo intentum
percipiamus: ergo etiamſi Deus de abſo-
luta potentia mentiri poſſet, non poſſemus
nunc dubitare de iis, quæ in ſacra pagi-
na continentur; & conſequenter ex ea par-
te non tollitur infinita auctoritas Dei, ne-
que eleuatur ſacrarum literarum fides. Ad
hoc argumentum duo reſpondent aliqui re-
centiores: primum, illam rationem non eſſe
ita efficacem, vt à contrariè opinantibus
ſolui non poſſet. Secundum, illam ſenten-

A tiam de modo loquendi diminuto in ver-
bis, & ſolum vero ex adiunctis per co-
gitationem, non eſſe admittendam: ſicut
non admittit Ægidius Conic. ſupracitatus
dubio tertio, numero 37. & ſequent. hæc
tamen ſolutio partim ſua deſtruit funda-
menta, & D. Auguſtin. contrariatur; par-
tim ſententiam ſatis probabilem, & à vi-
ris doctiſſimis approbatam reijcit. Melius
ergo reſpondebitur magis eleuari fidem ſa-
cræ ſcripturæ & infinitam Dei auctoritatem
per potentiam abſolutam ad mentiendum,
quam per loquutionem amphibologicam vel
diminutam reſtrictione mentali: nam in il-
lo caſu tollitur ſimpliciter fides, non in
hoc, quia in hoc quando ex alio capite con-
ſtat de veritate ſenſus intenti à Deo reue-
B lante, infallibilis ſtat Dei auctoritas: quod
autem de illa conſtet, patet, quia omnia,
quæ indeterminato aliquo ſenſu creduntur,
à ſancta Eccleſia ad credendum propoſita
ſunt, quæ Spiritus ſancti aſſiſtentiam ha-
bet, diuinoque teſtimonio ſine æquiuo-
catione prolato nituntur: cuius verba om-
nem alium ſenſum excludunt. Deinde quia
certiſſimè nobis conſtat, non eſſe vllam
cauſam cur Deus in rebus ad ſalutem no-
ſtram ſpectantibus tantique ponderis, &
momenti nobiſcum ageret modo loquen-
di amphibologico: ſeu diminuto. Tandem
quia motiua; & ſigna, quibus credibilitas
myſteriorum noſtræ fidei confirmatur, ad
falſitatem ſtabiliendam fieri à Deo, iniquum
C eſt cogitare; id enim eſt Deum erroris &
mendacij credere authorem, quod non ſolum
in dictis, ſed neque in promiſſis, vel factis
admitti poſſe ſequens concluſio declarabit.

Tertia Concluſio. Non ſolum in affir-
mando, ſed etiam in promittendo Deus
de potentia abſoluta deficere non poteſt:
hæc etiam eſt de fide: ita docet Suar. di-
ſput. 3. de fide, ſect. 5. numero 10. Co-
ninc. de moral. act. ſuper. diſput. 10. dub.
1, numero 15. & licet ab alijs Theologis
non eodem modo declaretur de fide, ab
omnibus tamen, vt certiſſima recipitur:
probatur primo ex ſacris literis, Deute-
ron. 32. *Deus fidelis abſque vlla iniquitate
iuſtus & rectus*: pſalm. 114. *Fidelis Deus in
omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus
D operibus ſuis*: ex quibus locis patet fidelita-
tem in adimplendis promiſſis à Deo fa-
ctis ad illius ſanctitatem, & bonitatem
pertinere, neque magis infidelem in hoc
ſe oſtendere poſſe, quam iniquum, cuius
contradictionem Paulus 2. ad Timot. 2.
ſic manifeſtat. *Ille fidelis permanet ſe ipſum
negare non poteſt*. Secundo ratione: duobus
modis poſſet deficere promiſſio diuina: pri-
mo ſi ſine intentione promittendi promitte-
ret: ſecundo, ſi promiſſum cum intentione
non impleret: ſed nullo ex his modis Deus
in promiſſis implendis deficere poteſt: er-
go. probatur prior minoris pars, quia pro-
mittere ſine intentione eſt formale menda-
cium, ideoque qui cum iuramento ſine in-
tentione promittit, periurus eſt: ergo eædem
rationes, quibus oſtendimus Deum non

poſſe mentiri, conuincunt etiam non poſſe ſine intentione adimplendi, ſeu promittendi promittere: poſterior pars ſuadetur: nam promittere cum intentione abſoluta, & poſtea non implere promiſſum, eſt malum & contra rectam rationem, niſi ſuperueniat cauſa excuſans, & ratio antea ignota: ſed non poteſt noua ratio, ſeu noua cauſa à Deo non antea præuiſa aduenire, ergo ſi promiſſis non ſtaret, faceret contra ſuam veritatem ſeu fidelitatem: nec dicas Deum cum ſupremus ſit Dominus, etiamſi cum intentione promitteret, & veritatem diceceret cum promiſit, non manere obligatum, & ſic poſſe ab implenda promiſſione reſilire: Nam vel quando habuit animum promittendi, habuit etiam adimplendi abſolute, vel non: ſi primum, ſequitur, ſi promiſſio ſit abſoluta, abſolutam fuiſſe intentionem adimplendi: quare ſine mutatione propoſitio, & inconſtantia diuinæ voluntatis id non contingeret: quod eſt maximum abſurdum concedere: ſi verò quando promiſit non habuit animum implendi, ſed tantum promittendi, etiam contra veritatem ſuam facit, nam qui promittit non ſolum ſignificat ſe habere animum promittendi, ſed etiam faciendi id quod promittit, ait enim ſe daturum ſeu facturum: ergo ſi illum non habeat, mentitur: vel ergo Deus mutabit propoſitum, vel mentietur, ſi promiſſa non impleat. Tertio quia alias corrueret ſpei noſtræ, immo & fidei fundamentum, quæ ſperandarum eſt rerum ſubſtantia. Vnde omnia loca, quæ in oppoſitum ex ſacris literis afferri ſolent, ita debent explicari, vt reuera in illis non contineantur promiſſiones eorum, quæ impleta non ſunt, vel vt non ſint abſolute promiſſiones; ſed conditionatæ comminationes, quas Deus ſub conditione, humano more faciebat, vt homines reſipiſcerent, vt ſubuerſio Niniue Ionæ tertio & mors Ezech. Eſai. 18. ſpectatis enim meritis Niniuitarum ſubuerſio ſubſecuta fuiſſet, niſi pœnitentiam egiſſent, & mortuus eſſet Ezechias, niſi Dei auxilium implorаſſet; & ab eo vitæ prorogationem orando obtinuiſſet.

9. Quarta Concluſio. Neque per alium Deus mentiri poteſt aut in promiſſis fidem fallere ſiue præcipiendo, ſiue conſulendo, aut excitando ad mendacium, ſeu ad frangendam fidem: hanc omnino certam apud Catholicos omnes merito exiſtimat Ægydius citatus numero 16. & 17. concluſ. 4. & 5. itavt oppoſitum aſſerere ad minimum ſit temerarium, iuxta Valent. quæſtione prima puncto tertio citato: ſecundum Bannes 2. 2. quæſtione prima, artic. 3. in commentario concluſione tertia: erroneum & ad mentem Suarij, hæreticum, quia non minus certam exiſtimat hanc aſſertionem, quam præcedentes. Nam quod Deo per ſe non licet ob malitiam intrinſecam actus, neque per alium facere licebit, quin ſe ipſum neget, & contra ſuam bonitatem faciat; argumento l. 2. §. 1. quod quis, ff. de

A adminiſtr. rerum ad ciuitat. pertinen. cum alus citatis à gloſſ. ibidem verbo *agere debet*. Probaturque, quia mentiri eſt intrinſece malum vt probauimus: ergo tota malitia mendacij refunderetur in Deum, ſi illud præciperet, conſuleret, vel ad illud excitaret: quod tamen diuinæ bonitati repugnat, vt definit Tridentin. ſeſſio 6. can. 6. Confirmatur primo quia Deus eſt prima veritas quæ non poteſt non odiſſe omne mendacium: ergo ad illud nequit incitare creaturam directè: dico directè, quia ex bona intentione Deus poteſt obijcere aliqua ex quibus homo ob malitiam ſeu imprudentiam ſuam occaſionem accipiat mentiendi: quod ſolum indirectè, & per accidens contingit, vnde Deo mendacium

B non imputatur. Confirmatur ſecundo: Nam quando Deus excitat alium ad mentiendum, prius ipſe interius mouendo illum, & proponendo illi falſum tanquam verum, per ſe mentiretur. Quæ doctrina quamuis non eadem cenſura, tamen extendenda eſt ad caſum in quo ille qui incitatur à Deo ad mentiendum, inuincibilem mendacij ignorantiam haberet; atque adeo culpam non committeret, nec peccatum formale, ſed tantum materiale, etenim hoc etiam peccatum materiale Deus non poteſt ex ſe velle vt fiat & multo minus cauſam directam eſſe, vt fiat, iuxta doctrinam ſatis communem Theologorum aſſerentium actum ex obiecto, vel circumſtantiis malum factum ab eo, qui inuincibiliter eius malitiam

C ignorat, eſſe verè moraliter malum, licet ob defectum voluntarij homini ignoranti inuincibiliter illud malum non imputetur ad culpam: ita cum multis docet Coninc. de moralitate act. ſupernat. diſput. 3. dub. ſecundo, numero 49. & ratio eſt, quia cum in Deo præcipiente, conſulente, vel excitante ad talem actum, ignorantia eſſe non poſſit, in illum peccati malitia refunderetur; quia tamen oppoſita opinio nullam meretur cenſuram; ideo dixi extendendam eſſe doctrinam traditam ad hunc caſum, ſed non eadem cenſura. Hinc eſt quod ad loca ſcripturæ, in quibus Deus dicitur homines decipere, item falſos prophetas mittere, ſpiritui erroris tradere, omnia explicari debent permiſſiuè; quod ſcilicet Deus homines de-

D cipi permittat, nec falſos prophetas impediat, neque errandi occaſiones auertat in peccati pœnam.

Maior controuerſia eſt de tertio modo ſuperius tradito, quo Deus mentiri per [illegible] videretur, ſi videlicet actum erroris, vel habitum infunderet, de quo quærimus an poſſibilis ſit. Reſpondet Vaſquez 12. diſputatione 90. cap. 4. numero 11. Deum poſſe infundere habitum erroris, immò ſi Deus ſe ſolo poſſet in intellectu noſtro producere aſſenſum, ex hoc nihil ſequi contra illius veracitatem, quia Deo ſolum repugnat, teſtem eſſe falſi non infundere qualitatem inclinantem ad errorem, & propter eandem cauſam aſſerit 3. par. quæſtione 15. artic. 3. diſp. 61. cap. 9. numero 10.

9. numero

duo attingit probanda : primum magis im-
probabilem eſſe primam ſententiam, quate-
nus concedit actum erroris à Deo inſun-
di quam,quatenus idem de habitu affir-
mat. Secundum, neque de habitu id aſſeren-
dum oſtendo, primum, quia per actum ho-
mo neceſſitatur ad habendum errorem, &
huius cauſa præcipua & proxima eſt Deus,
qui homine quaſi inſtrumento vtitur neceſ-
ſario non libere operante. At per habitum
non neceſſitatur homo ad errandum, ſed ad-
huc relinquitur in ſua liberate, vt poſſit
actum elicere ad quem ille habitus non con-
currit, niſi facilitando : ſuppono enim eſſe
habitum eiuſdem ſpeciei cum eo, qui de eo-
dem obiecto ab homine poſſet acquiri : nam
habitus per ſe infuſus, & ſupernaturalis non
eſt de obiecto falſo, vt docent non modo no-
ſtræ ſententiæ authores & fuſius Turrianus
illo dubio ſecundo §. circa alteram, ſed
etiam contrariæ, vt Vaſquez diſputatione
illa 90. cap. 4. Vnde ſi homo illo habitu
vteretur, cauſa diceretur proxima & prin-
cipalis erronei iudicij, Deus verò remota
minus præcipua & per ſe non neceſſaria ad
acquiſitionem illius habitus in genere cauſæ
particularis. Secundum probo. Deus infun-
dendo habitum erroris directè & per ſe me-
diante illa qualitate habituali hominem ad
errorem propelleret, ſicut ſi infunderet ha-
bitum vitij, per illum ad peccatum inclina-
ret : ſicut ergo diuinæ bonitati derogat ho-
minem ad vitium directè, per ſe, & adæqua-
tè inclinare; ita diuinæ veritati, eundem ad
errorem concitare; nec refert quod adhuc
in libertate hominis ſit, eo habitu vti : nam
etiam qui conſilium dat ad peccandum, vel
ſuadet errorem, non neceſſitat audientem,
ſed liberum relinquit, & tamen cenſetur
moralis cauſa alieni erroris, ſeu vitij : ha-
bitus vero erroris, ſicut & vitij non mo-
ralis modo, ſed phiſica cauſa ſunt ſuorum
actuum; & dant potentiis facilitatem ad
eos exercendos: confirmatur, nam quod pro-
broſum eſſet bominibus, dicere illos eſſe
cauſas impulſiuas alieni erroris, ſeu vitij,
à fortiori erit Deo iniurioſum : ergo ne di-
camus Deum per ſe, directè & adæquate ad
errorem, vel ad vitium vllo modo præmo-
uere, non debemus admittere à Deo heſce
habitus infundi. Dixi directè, per ſe, & ad-
æquatè, vt obiter maiorem rationem indica-
rem cur Deus dando bomini appetitum ſen-
ſitiuum non dicatur ad malum inclinare.
Nam hic appetitus neque per ſe, ſed per ac-
cidens, neque adæquatè ad malum tendit; ſi-
cut habitus; fertur enim ſenſitiuus appetitus
in bonum delectabile ſenſui in communi,
quod quia in particulari obiecto turpi repe-
ritur per accidens, illud ſequitur appetitus:
attamen quia etiam in bonum honeſtum ſen-
ſibile tendit, ideo in vitium neque per ſe,
neque adæquate propendet.

Oppones primo, Deus poteſt producere
in potentia cognoſcente ſpeciem inclinan-
tem in falſam cognitionem : ergo & habi-
tum : conſequentia patet, quia non eſt
maior ratio de vno quam de altero, præ-
A ſertim cum aliqui habitum ab ſpeciebus non
diſtinguant : antecedens probatur : nam
apparitiones, quæ aliquando contingunt
circa ſpecies Sacramentales ſanctiſſimæ
Euchariſtiæ iuxta D. Thom. 3. par. quæ-
ſtione 76. artic. 8. Scot in 4. diſtinct. 11.
quæſtione 1. artic. 3. & ſectatores commu-
niter, quos ſequitur Molina 1. part. quæ-
ſtione 55. artic. 2. diſput. 2. memb. 5.
fiunt per immutationem potentiæ viſiuæ, &
interuentu ſpecierum, quæ repræſentant ob-
iectum præſens apparenter : ſed hæ ſpecies
inclinant, & cauſant falſum iudicium in in-
tellectu : ergo. Reſpondetur negando antece-
dens, ſi ſermo ſit de ſpecie, quæ per ſe ad fal- 16.
ſum inclinet : & ſe habeat adinſtar habitus,
ſi qua talis eſt, non de aliis quæ ſunt impreſ-
B ſæ & naturaliter repræſentant ſuum obie-
ctum, vnde nunquam per ſe inclinant ad
falſum : idem dicendum de ſimplici cogni-
tione : vnde ſpecies repræſentans miraculo-
ſe obiectum, quaſi exiſtens, & præſens, ſo-
lum de ſe habet, vt tale obiectum ſaltem ap-
parenter repræſentet : ſi verò inde homo de-
cipitur, & exiſtimat ibi eſſe realiter obie-
ctum eo modo, quo apparet, is error ho-
mini tribuitur, nam occaſionalis eſt, & per
accidens; à Deoque non intentus : quia, vt
ait D. Thom. citato loco, Deus in illis appa-
ritionibus intendit confirmare veritatem rea-
lis præſentiæ Chriſti Domini in ſacroſancto
Euchariſtiæ Sacramento : quod eſt veriſſi-
mum.

Oppones ſecundo : Deus ſe ſolo conſeruat
C habitum erroris, ſeu vitij ab bomine acqui-
ſitum : ergo ſe ſolo illum producere poterit.
Deinde Deus aſſumere poſſet naturam, quæ
acquiſitos haberet habitus erroris, & vitij,
ergo à fortiori eos in intellectu, & volunta-
te hominis producere poterit : patet conſe-
quentia, nam plus eſt Deum dici inclinatum 17.
ad errorem ſeu vitium, quam alterum incli-
nare : ſi ergo illud non repugnat, hoc multo
minus repugnabit. Reſp. negando conſe-
quentiam : maior ratio eſt quia in conſer-
uatione Deus, vt author naturæ, conſer-
uatorque rerum naturalium ad exigentiam
vniuſcuiuſque, conſeruat hos habitus: ad
quod determinatur à cauſa ſecunda; quæ
illos acquiſiuit, & ſe hoc modo inclina-
uit. Vnde quamdiu eadem cauſa ſecunda
D per oppoſitas qualitates, habitus nimirum
ſcientiæ, & virtutis illis contrarios non
expellit, per modum naturæ illos conſer-
uat; ſic etiam præbet concurſum ſuum
ad actum peccaminoſum, ſine quo talis
actus non fieret; quia ad illam ſpeciem
actus à cauſa ſecunda determinatur. Ad
id verò quod additur de aſſumptione na-
turæ his habitibus infectæ, reſpondeo etiam
admiſſo antecedente negari poſſe conſe-
quentiam. Maior ratio eſt quia inclinatio
in malum, ſeu in errorem, quæ ab habi-
tu oriretur, ſi Deus naturam huiuſmodi
habitibus infectam aſſumeret, non attribue-
retur Deo, quia non fuit illius cauſa, ſed na-
turæ. At inclinatio habitus, quem Deus
infunderet, Deo tantum tribui poſſet, quia

per ſe & directè à Deo tantum proueniret. Secundo, Reſp. negando antecedens cum Suar. tom. 1. pr. 3. p. diſp. 24. ſect. 3. §. difficile Nam quamuis non appareat per ſe phyſica repugnantia inter vnionem hypoſtaticam & illos habitus, apparet moralis: primo quia vnione hypoſtatica Deus habitus ſuæ ſcientiæ, & bonitati infinitè repugnantes ſine meriti vtilitate Deificaret. Secundo, quia non eſt prudentis in natura ſua vitia admittere, quæ facile poteſt expellere, præſertim cum ea ad nullum finem bonum conferre poſſent, ne igitur in Deo imprudentiam, & inordinationem ſupponamus, hoc ipſius abſolutæ potentiæ potius eſt denegandum: neque eſt ſimile de malis pœnæ quæ Chriſtus ſubiuit: nam Chriſto merendi occaſionem, nobis exemplum ad ſimilia pro eius amore, facile perferenda dederunt.

18. Altera difficultas ſub eodem ſectionis titulo examinanda petit vtrum motiuum exiſtimatum ſufficiat ad actum fidei diuinæ, itavt poſſimus fide diuina credere id, quod exiſtimatur reuelatum cum tamen non ſit: & hoc modo fidei falſum ſubeſſe poſſit: eo quod non ſemper requiratur, vt obiectum fidei à parte rei verum ſit, ſed vt tale exiſtimetur, ab eo qui credit. Pars affirmatiua his poteſt rationibus ſuaderi: prima: non minus reſpicit verum intellectus quam fides: ſed intellectus fertur in verum apparenter, quamuis à parte rei falſum ſit: ergo & fides: ſi quis verò dicat intellectum reſpicere verum, non vt eſt ſimpliciter tale à parte rei, & infallibile, ſed vt abſtrahit à verò ſimpliciter, & à verò apparenter, fidem vero non niſi verum infallibile pro obiecto habere; contra vtrumque ſic vrgeo, contra primum: nam nihil ſub obiecto intellectus continetur, quod diuinus intellectus, non agnoſcat: ſed diuinus non fertur in verum apparenter & ſimpliciter falſum, ergo ſolum abſolutè verum eſt obiectum intellectus: contra ſecundum, ſi quis credat in hoſtia, quam exiſtimat eſſe ritè conſecratam, cum tamen non ſit, eſſe Chriſtum, elicit aſſenſum fidei diuinæ: nam actus credendi circa ſupernaturalia obiecta, non humanæ eſt, ſed diuinæ fidei: & confirmatur, quia ſi in eo euentu in quo exiſtimat hoſtiam eſſe conſecratam, quæ non eſt, dubitaret, vel negaret Chriſtum in ea eſſe realiter præſentem, in actum hæreſis fidei diuinæ oppoſitum incidiſſet, ergo ille actus oppoſitus erat fidei diuinæ: probatur conſequentia, quia ſi actus non credendi, ſeu negandi aliquod obiectum eſſe, hæreſis eſt, actus credendi, & affirmandi ita eſſe, illi oppoſitus, erit fides diuina, cui ſolum hæreſis contrariatur. Secundo idem oſtenditur exemplo aliarum virtutum ad quarum veros actus ſufficit ratio formalis motiua exiſtimata; verbi gratia, ſi quis inuincibiliter iudicat aliquid ſibi eſſe præceptum, actum exercet obedientiæ in illius rei exequutione quamuis reuera nullum de ea re præceptum ſit: item ſi quis pauperem credit, qui talis apparet, licet non ſit, eique

A eleemonſinam largiatur, actum miſericordiæ exercet, & qui adorat hoſtiam non rite conſecratam quam verè conſecratam credit, actum exercet religionis; Imo in his, & ſimilibus euentis prudentia, quæ eſt virtus intellectualis, dictat ita faciendum eſſe; & tamen hoc eſt inclinare ad falſum: ergo etiam qui ob diuinam reuelationem aliquid credit quamuis de illo obiecto nulla ſit reuelatio, exercebit actum fidei diuinæ: tertio ſi Iudæus antequã Chriſtus naſceretur, haberet actum fidei de Chriſto venturo, & perſeueraret in eodem actu poſt natiuitatem Chriſti, ſane hic actus eſt poſt natiuitatem Chriſti, & idem numero; & tamen poſt Chriſti natiuitatem motiuum tantummodo exiſtimatum habet non à parte rei verum: ergo ad fidem
B diuinam ſatis eſt reuelatio prudenter exiſtimata. Quarto per fidem diuinam multa creduntur futura contingentia, quæ poſſunt aliter ſe habere ex natura ſua, ergo fidei quæ de his habetur poteſt ſubeſſe falſum: probatur conſequentia: ſicut valet argumentatio ab actuali falſitate obiecti ad actualem actus falſitatem, ita valet à potentiali, ad potentialem, ſed ſi obiectum creditũ de facto eſſet falſum: falſa eſſet fides, quæ haberetur de illo, ergo ſi obiectum poteſt eſſe falſum fides ſimiliter, quæ circa illud verſatur in eadem eſt indifferentia, vt ei poſſit ſubeſſe falſum: etenim habitus & actus obiecto conformantur iuxta illius exigentiam: ſi ergo obiectum contingens de ſe non eſt infallibiliter verum, neque ha-
C bitus, vel actus qui in illud fertur, talis erit. Quinto præmiſſa de fide poteſt concurrere ad concluſionem falſam: ſed concluſio cadit ſuper præmiſſas: ergo aſſenſui de fide poteſt ſubeſſe falſum.

Nihilominus pro ſeptima concluſione pars negatiua ſtatuenda eſt tamquam certiſſima, & ab omnibus Theologis aſſerta: nunquam enim fidei ſubeſſe falſum poteſt, itavt quis falſa pro veris credat, vel propter ſolam reuelationem exiſtimatam in obiectum non verè reuelatum tendat: ita Magiſter in 3. diſt. 24. D. Thom. 1. 2. quæſtione prima, artic. 3. Bannes Aragon. & alij ſectatores, ibidem, Alenſ. Dur. Richard. Bonauentur. Palud. Gabriel. Maior. & alij quos referunt & ſequuntur Suar. de fide diſp. 3. ſect. 13. Lor- 19.
D ca ad artic. 3. citatum diſput. 10. numero 3. Turrian. de fide diſput. 3. dub. 3. Ægid. diſput. 10. dub. 4. numero 73. Tota controuerſia eſt de fundamento huius veritatis: & in primis quod attinet ad auctoritatem hoc expreſſe docet Tridentin. ſeſſ. 6. cap. 9. ibi, *cum nullus ſcire valeat certitudine fidei cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum*: & ex ſacra ſcriptura, & Patribus idem deducitur, dum de fidei certitudine loquuntur. Paul. 2. ad Timot. 1. *ſcio cui credidi, & certus ſum.* Tobiæ 3. 3. *pro certo habeat omnis qui in te credidit.* Vnde D. Auguſt. lib. 7. confeſſ. c. 10. *facilius dubitarem viuere me quam eſſe vera, quæ audiui*: Baſilius in pſalm. 115. initio ait, *fidem perſuadere pro omnibus rationalibus methodis.* Chryſoſt. homil. 21. cap. 11. ad Hebræos: *Neque*, inquit, *fides dici*

dici poteſt, niſi circa ea, quæ non videntur, amplius quàm circa ea quæ videntur certitudinem quas habuerit, ſimilia apud alios patres facile occurrũt. A

20. Quod attinet ad rationes : tres apud antiquiores reperio. Primam tetigit D. Thom. 2.2.quæſt.4.artic.5.Altiſiod. tract.3. cap. 2. quęſt. 3. Gab. in 3. diſt. 23. quæſt. 2. artic. 1. quia fides eſt virtus intellectualis, & ideo debet perficere intellectum ſecundùm bonitatem, ac perfectionem ſibi debitam, quæ per Ariſtotelem 6. Ethic. cap. 2. eſt veritatis cognitio : ergo fides ſemper ad veritatem inclinat. Secundam tradidit D. Thom. etiam 2.2.quæſt. 1. artic.3. Bonauent.in 3. diſt.24. artic. 1. quæſt. 1. Palud. ibidem quæſt. 1. quoniam habitus ferri nequit extra proprium obiectum ; ſed fides diuina habet pro obiecto, cognoſcibile per reuelationem Dei, B vt per credendi motiuum : ergo cum diuina reuelatio de falſo non ſit, neque fidei ſubeſſe falſum poteſt : hanc ſequitur Turrian. citatus §.ſed quæ res, & Ægid.numero.73. Tertiam affert Maior in 3.diſt. 23. quæſt.2. Quia fides eſt donum Dei & ſupernaturale, ac ſpeciale ſpiritus ſancti inſtrumentum : quare ſi inclinaret ad falſum, ipſe quoque ſpiritus veritatis ad falſum mouêre diceretur. Verùm hæ omnes rationes abſque alia explicatione aliorũ adminiculo, vel principium petunt, & ſupponunt id quod erat probandũ, vel rationibus pro parte oppoſita adductis ſatis impugnantur. Nam contra primam eſt quod fides, vt ait D. Thom.2.2.quæſt. 4. artic. 2. ad 3. habitus eſt ſpeculatiuus ſimul & practicus : at C virtuti intellectuali practicæ falſum ſubeſſe non repugnat. Nam dictamen prudentiæ, quo quis iudicat hanc hoſtiam, quæ ritè conſecrata non eſt, eſſe adorandam quia rem inuincibiliter ignorat, eſt falſum, & tamen eſt actus prudentiæ, quæ virtus eſt intellectualis. Contra 2. illa procedit ratio : vt ſe habet motiuum charitatis ad charitatem, ita ſe habet motiuum fidei ad fidem : ſed ad eliciendum actum charitatis non requiritur motiuum verum, quia ſufficit apparens : ergo, &c. minor probatur, ſi quis patrem ſuum, quem in purgatorio eſſe putat, & tamen eſt in inferno, Deo commendet, & illum diligat tamquam conſortem futurum æternæ beatitudinis, ſanè actum charitatis erga parentem D exercebit, cum tamen motiuum non verum ſit, ſed apparens ſeu exiſtimatum, & quod de charitate dico de aliis actibus virtutum probari poterit. Aduerſus 3. rationem eſt, quia prudentia infuſa donum eſt ſpiritus ſancti, & ſpeciale eius inſtrumentum, & tamen illi poteſt ſubeſſe falſum : ergo ex hoc capite id non repugnabit fidei : minor ex caſibus ſuprapoſitis ſuadetur ; quando apparet miſer, qui non eſt, & hoſtia proponitur adoranda quæ non eſt conſecrata.

21. Quamobrem recentiores, vt his rationibus aliquid addant quo huic difficultati obſcuræ quidem & per difficili, vt fatetur Suar. in fine diſp. 3. reſpondeant, tres alios modos illam ſoluendi excogitarunt. Primus eſt Suarij, quem alij recentiores ſequuntur diſp. citata ſect. 13. numero 4. ait enim fidei ſubeſſe falſum non poſſe, quia habitus fidei diuinæ determinatus eſt ex ſua natura ad aſſentiendum ſolum obiecto verè reuelato, hoc enim à Deo fieri non repugnat, & ita eſſe perſuadet optima congruentia, quia alias contentaneus non eſſet habitus fini à Deo intento, videlicet vt homines ſumma fiducia, & certitudine intellectum in obſequium fidei captiuarent, alias congruentias adducit, quas omitto; quia ſuperioribus argumentis ſatis impugnantur. Deinde ſi vrgeas illo caſu in quo ſufficienter proponitur aliquid credendum tanquam reuelatum à Deo, reſpondet numero 9. numquam dari ſufficientem propoſitionem rei falſæ, quæ ſufficiat ad credendum fide diuina, quia propoſitio facta homini priuato non eſt ſufficiens ad credendum fide infuſa, niſi certo & indubitanter conſtet eſſe conformem Doctrinæ Eccleſiæ. Vnde etiamſi hæc propoſitio obliget hominem ad non diſſentiendum, donec maiorem diligentiam adhibeat, vel forte etiam ad credendum aliqua fide generatim ſumpta, non tamen obligare ad credendum fide diuina : ſed contra : limitatio habitus fidei ad ſolum aſſenſum verum quamuis probari poſſet ab auctoritate Sacræ ſcripturæ, & patrum : quatenus docent infallibilem noſtræ fidei certitudinem: nulla huius limitationis ratio oſtenditur à priori, quam Suarius inquirebat illu numero 4. Cur enim eandem limitationem non habebit habitus charitatis, ſeu prudentiæ ſupernaturalis : Præterea, contra experientiam eſt dicere quod nunquam detur propoſitio ſufficiens ad credendum fide diuina ſi obiectum ſit falſum, & nunquam obligari hominem ad eliciendum aſſenſum fidei infuſæ niſi facta prius diligentia, an quod proponitur ſit conforme Doctrinæ Eccleſiæ. Certum enim eſt ruſticos, qui à parochis erudiuntur & Gentiles, qui à prædicatoribus inſtruuntur, veros elicere actus fidei diuinæ, & vtriſque ſufficienter Catholicam Doctrinam proponi, adhoc vt obligentur ad credendum fide infuſa : & quis dicat eos ſemper habere capacitatèm ſufficientem ad conferendum myſterium, quod illis prædicatur cum tota Eccleſiæ Doctrina & conſenſu vt videant illius conformitatem : ſanè hoc eſt caſum negare ab omnibus admiſſum, & experientia ſatis comprobatum, vt euitetur difficultas. Denique videntur hęc duo minus cohęrêre, quod talis ſit propoſitio obiecti vt homo teneatur non diſſentire, alioqui ſi diſſentiat contra fidem facere exiſtimetur, & quod non ſit ſufficiens propoſitio niſi ad credendum tali fide, quæ adhuc hęſitationem patiatur, quam omnino reſpuit diuina fides. Et quis non reprehenderet tanquam imprudentem, & temerarium illum, qui ſacram hoſtiam populo expoſitam ad adorandũ, venerari recuſaret, quia diceret ſe velle prius facere diligentiam, an ritè & à vero Sacerdote eſſet conſecrata? ſtare ergo poteſt ſufficiens propoſitio obiecti reuelati, quæ obliget ad credendum fide infuſa, quin præcedat talis inquiſitio & diligentia de conformitate obiecti propoſiti cum toto Eccleſiæ Catholicę conſenſu.

22. Secundum modum reſpondendi ad prædi-A ctam difficultatem tradit Lorca 2.2.diſp.10. numero 10. nam ad 2. rationem ſupra poſitam addit duo concurrere ad propoſitionem ſufficientem, & neceſſariam obiecti reuelati: primum eſt declaratio Eccleſiæ, ſecundum cognitio credibilitatis, quæ habetur ex tot ſignis & motiuis, quæ propria ſunt veræ fidei, nec in rei falſæ credibilitate reperiuntur. Vnde cum Eccleſia non poſſit proponere falſum, neque illa ſigna & motiua ſint in re non reuelata, ſemper propoſitio obiecti ad fidem infuſam neceſſaria verum continebit, hic etiam reſpondendi modus fugit, non ſoluit difficultatem. Et quia Lorcam vrgebat manifeſta experientia, quæ oſtendit eodem modo proponi poſſe pueris & ruſticis myB ſterium quod fide infuſa credunt, & rem reuelatam, ſed falſam, numero 12. recurrit ad ſpecialem aliquam motionem & impulſum quaſi ex priuilegio ſupra ordinariam legem: Quaſi ruſticis, & pueris Deus aliam præſcriberet credendi legem à reliquis diuerſam, & non eſſet omnibus neceſſaria interior illuminatio ſpiritus ſancti ad actum diuinæ fidei eliciendum,

23. Tertius modus eſt, quem indicat Bannes 2.2. queſt. 1. artic. 3.dub. 2. Caietan. & alij ad hunc artic. Coninc. vbi ſupra numero 28. ad 2.qui inſiſtentes in prima ratione ſuperius adducta aſſignant diſcrimen inter virtutes intellectus & voluntatis; vt oſtendant illas ſemper ferri in verum, vt à parte rei eſt, has vero etiam in bonum apparens, qui reſpon-C dendi modus quia rationem reddit à priori, & optimè confirmat illam rationem primo loco à D. Thom. adductam, enucleatius explicatur. Et in primis certum eſt ex Diuo Paulo & communi Theologorum ſententia aſſenſum fidei eſſe virtutis actum quod ex difficultate & honeſtate talis actus ſatis probatur, & licet Magiſter in 3. diſt. 23. & D. Thom. 2.2. queſt. 4. artic. 5. doceant fidem informem non eſſe propriè virtutem, explicandi ſunt de virtute ſecundum modum, & ſtatum virtutis perfectum: quod etiam in omnibus virtutibus moralibus verum eſt: omnes enim ſine charitate perfectæ virtutis nomenclationem amittunt, hoc poſito inter virtutes, quæ perficiunt intellectum, & D quæ perficiunt voluntatem, hoc notandum eſt diſcrimen, quod licet vtræque hominem ad bonum ordinent, & ſuam habeant regulam, cui commenſurentur, regula tamen moralium, quæ voluntatem perficiunt eſt medium non abſolutè, & ſecundùm ſe ſumptum, ſed prout ſtatuit recta ratio teſte philoſopho lib. 2. Ethicorum cap. 2. & D. Thom. 12. queſt. 64. artic. 1. medium verò intellectualium eſt verum, cuius menſura eſt ipſum obiectum: vt ex eodem Ariſtot. 10. metaph. docuit D.Thom. citatus artic. 3. Rurſus etiam virtutes intellectuales in hoc differunt, practicę ab ſpeculatiuis, quod menſura virtutis ſpeculatiuæ eſt obiectum abſolutè conſideratum, ex eo enim quod res eſt aut non eſt, iudicium verum aut falſum eſt, practicæ verò menſura eſt obiectum per ordinem ad rectum appetitum vt ex Ariſtot. 6. Ethicorum docuit D.Thom. 1.2. quæſt. 57. artic. 5. ad 3. & ratio eſt quia veritas practica, non conſiſtit in actu cognoſcendi, ſed in actu dirigendi hic & nunc, quæ directio eſt vera quando actus cognitionis conformis eſt recto appetitui, licet abſolutè & ſpeculatiuè ſit falſus: vt ad locum citatum D. Thomæ notauit Caietan. Dixi hic & nunc, vt intelligas quomodo hic accipimus iudicia practica ab ſpeculatiuis diſtincta: videlicet eo modo, quo illa declarauit Sanches lib. 2. de matrim. diſp. 41. numero 4. & 8. cum D. Thom. Caietan. Nau. & multis aliis, videlicet, vt ſpeculatiua dicantur ea quæ dictant aliquid in communi ſeu vniuerſaliter etiamſi B ad praxim dirigantur, vt omnis hoſtia conſecrata eſt adoranda, practica vero ea, quæ in particulari aliquid dictant, hic & nunc, verbi gratia hæc hoſtia eſt adoranda.

Exemplo declaratur præcedens doctrina: 24. fidelis habet rectum appetitum id eſt bonam intentionem exhibendi Chriſto debitum cultum, cui conformatur prudentiale dictamen hic & nunc eſſe adorandam hoſtiam, quæ tanquam conſecrata proponitur, cum tamen non ſit In hoc euentu dictamen prudentiale ſpeculatiuum id eſt in vniuerſali ſemper eſt verum, neque illi poteſt ſubeſſe falſum: quia ſemper conformatur cum obiecto vt eſt à parte rei, at quando eſt practicum id eſt in particulari hic, & nunc, quia non ſequitur regulam virtutum intellectualium ſed virtu-C tum moralium, & ſuam veritatem practicam deſumit in ordine ad rectum appetitum, ideo ſemper eſt verum practicè, quia ſemper recto appetitui conforme eſt, licet ſpeculatiuè ei falſum ſubeſſe poſſit. Etenim licet hoſtia conſecrata non ſit & ſpeculatiuè loquendo falſum dicat iudicium dictans hic & nunc eſſe adorandam, quia hoc inuincibiliter ignoratur, & prudentis regula dictat, quod eſt conforme rectæ intentioni, Chriſtum Dominum in hoſtia adorandi, ideo practicè eſt verum, nam prudenter non ageret, qui hoſtiam ſic propoſitam non adoraret. Vnde patet cur actus charitatis, & aliarum virtutum moralium, quæ voluntatem perficiunt, in ſuum motiuum ſeu bonum tantum apparens ferri D queant, quia ſcilicet in eo euentu voluntas mouentur propter verum motiuum quamuis illud à parte rei non ſit. Nam medium virtutis accipitur ex regula rationis, & prout definierit ipſe prudens, qui licet erret ſpeculatiuè, non errat practicè, ac proinde proponens voluntati motiuum apparens, & prudenter tale exiſtimatum, proponit menſuram cui ſi actio conformetur, virtutis actus cenſetur.

Ex tradita doctrina iam euidenter conuin- 25. citur fidei diuinæ non poſſe ſubeſſe falſum. Etenim habitus ſeu virtus intellectualis, ſpeculatiuis eſt ſimilis in hoc quod pro motiuo, & regula habet obiectum ipſum vt eſt à parte rei, neque ſufficit apparens, ſeu quod putetur reuelatum. Nam ſi tale non ſit, circa illud non fertur actus talis virtutis, ne ſuæ regulæ diſſentaneua ac proinde vitioſus credatur,

&

Digitized by Google

illa falſitas refunditur in præmiſſam ſcientificam, quia illa ex ſe intendebat ſcientiam gignere; ſed concurſus alterius concauſæ fuit vt effectus deterior euadat, & ſic per accidens, & indirectè aſſenſus fidei ad falſam concluſionem poterit concurrere. Confirmatur nam in hoc ſyllogiſmo, omnis hoſtia rite conſecrata eſt adoranda: ſed hæc hoſtia eſt ritè conſecrata; ergo eſt adoranda; concluſio huius ſyllogiſmi eſt prudentiale dictamen quod neceſſario fundatur in illa vniuerſali de fide & ex illa deducitur: nam ſine illa non applicatur ſufficienter medium ad aſſentiendum concluſioni: attamen hæc concluſio ſpeculatiuè loquendo, eſſe poteſt falſa, ſi hoſtia conſecrata non ſit à vero ſacerdote, quia non eſt baptizatus, vel non eſt rite initiatus, ergo negari non poteſt aſſenſum fidei poſſe eſſe cauſam per accidens concluſionis falſæ, quin aliquid ſuæ veritatis amittat.

Vtrum ſcibile, vel ſcitum, ſeu viſum, fides infuſa aſſenſum poßit, aut debeat terminare.

SECTIO V.

1\. HVic quæſtioni occaſionem dedit altera conditio, ſeu proprietas materialis obiecti, quod non magis poſtulat ſemper eſſe verum, quam eſſe non apparens, quia verò occultatio, obſcuritas, ſeu non apparentia materialis obiecti diuerſimodè explicari poteſt, tria dubia, ſub hoc titulo exponam: primum vtrum ea, quæ naturaliter ſciri poſſunt, fide diuina credere teneamur? ſecundum an ea, quæ actu ſciuntur, ſeu videntur ſimul fide diuina credi poſſint; itaut ſimul eſſe poſſint in eodem intellectu actus cognitionis euidentis ſiue ſit ſcientia abſtractiua, ſiue notitia intuiua, cum actu fidei: tertium vtrum ſi duo concurrant media, alterum ſcientiæ, alterum fidei ſimul, generetur tertius actus, qui eminenter contineat euidentiam ſcientiæ & certitudinem fidei. Primum dubium pertinet ab obiectum materiale fidei, quatenus ſcibile eſt: ſecundum, & tertium ad idem quatenus actualiter ſcitur, ſeu videtur ſimul & creditur, & in omnibus his dubiis loquimur de apparentia ſeu euidentia obiecti materialis fidei, non vero de euidentia obiecti formalis: de hac erit in ſequenti quæſtione agendum. Quantum ad primum, fuit error Manichæorũ non ſolum pertinere poſſe ad fidem ea quæ ſunt naturaliter ſcibilia: ſed nihil eſſe credendum, quod non poſſit lumine, & ratione naturali clarè demonſtrari, atque ita volebant nullam fidem ſupernaturalem eſſe ad ſalutem neceſſariam: ita refert Auguſtin. lib. de vtilitate credendi cap. 1. in eundem errorem incidit Abailardus vt deducitur ex Bern. epiſtol. 190. & idem videntur ſentire Franciſcus de Marchia in prologo quęſt. 3. & Holcolt. in primo: quęſt. 1. art. 6. ad primum, eſt tamen opinio erronea, repugnat enim ſacræ ſcripturæ, Sanctis PP. & rationi; vt optimè probat Valent. tom. 3. diſp. 1. quæſt. 1. primo diſp. 4. Vaſq. 1. p. diſp. 4. c. 2. Nam ſi ita eſſet, nulla eſſet difficultas credendi myſteria fidei, neque fides eſſet voluntaria, ſed neceſſaria, quia ad illam cogeretur intellectus eius euidentia, certiſſimum ergo eſt apud omnes Catholicos multa eſſe in noſtra fide myſteria, quę naturaliter cognoſci nequeunt, vt myſterium Trinitatis, Incarnationis, & alia, quæ niſi à Deo reuelentur, ab humano vel angelico intellectu percipi non poſſunt; quod ſpiritus ſanctus indicauit Eccleſiaſt. 3. *Multa ſupra ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi*. Et Eſai. 64. nec oculus vidit, &c. Matth. 13. ad Roman. 4. & ſæpius, quo ſenſu aliqui exponunt illa verba definitionis Paulinæ, *argumentum non apparentium*, hoc eſt eorum, quorum cognitio ſolo naturali intellectus lumine non habetur, quà nimirum de his propriè, & per ſe eſt fides, vt ait D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. artic. 5. vbi aduertit hoc non tollere, quominus de ſcibilibus etiam naturaliter fides detur, quatenus à Deo reuelantur, & propter reuelationem creduntur.

Aliqui tamen in oppoſitam ſententiam, ſi non erroneam vt illa Manichæorum, ſaltem à Theologis communiter reiectam deflexerunt, exiſtimantes credi non poſſe, ea quæ naturaliter ſciri poſſunt: ita Canus lib. 12. de locis cap. 4. & alij quos refert Banhes ad artic. 5. D. Thom. citatum, neque ab hac ſententia ipſe omnino recedit quatenus ad 5. ait aſſenſum huius propoſitionis *Deus eſt*, non eſſe omnino de fide, quia deficit in obiecto obſcuritas, quæ illius perfectam complet rationem, & poteſt ex D. Thom. vbi ſupra artic. 8. ad primum probari, quatenus aſſerit prouidentiam, & omnipotentiam Dei cadere ſub fidem eo modo, quo ratione naturali cognoſci nequeunt: & hac ratione, nam Deus Adamo reuelauit ſcientias naturales, & tamen de illarum obiectis Adamus non habebat fidem, ergo ex eo erat, quia obiecta illa naturaliter ſciri poſſent. 2.

Prima Concluſio. Non ſolum naturaliter ſcibile credi poteſt: ſed aliqua ſciuntur naturaliter, quæ neceſſario credere tenemur: eſt manifeſta ſententia D. Thom. artic. 5. citato vbi ait ad 3. *Ea quæ demonſtratiuè probari poſſunt inter credenda numerantur*, & eſt Theologorum communis, vt docet Suar. de fide diſput. 13. ſect. 3. numero 2. vbi ait ſcholaſticos in 3. diſtinct. 25. communiter aſſerere in omni tempore datum eſſe præceptum credendi Deum eſſe, quod tamen naturaliter eſt ſcibile, & ita Iſraëlitico populo propoſitum fuit Exod. 20. Leuit. 26. Vnde prima probatio ſumitur. Nam ad Hebræ. 11. poſtquam Paulus dixit impoſſibile eſſe ſine fide Deo placere vt oſtenderet, cuius rei fidem requireret, ait, *Oportet enim accedentem ad Deum credere quia eſt*; vbi vides neceſſario credendum eſſe fide diuina ab eo, qui ad Deum accedit, eique placere vult, Deum eſſe: reſpondent aliqui hoc eſſe intelligendum pro iis qui demonſtratiuè agnoſcunt Deum eſſe: ſed contra primo; nam ex hoc ſequeretur rudiores multo certius agnoſcere Deum eſſe: quam ſapientes, quia hi ſolum hoc ſcirent certitudine naturalis cognitionis, illi verò certitudine fidei ſuperna-

turalis quæ certior eſt, vt dicemus infra. 2. [A] etiam ſequeretur quod Philoſophi, ſalutis initium à cognitione naturali haberent; & iam non eſſet verum quod ait Apoſtolus, ſine fide impoſſibile eſſe Deo placere: ſequela probatur, nam prima cognitio, quæ hominem ad Deum ducit, illumque diſponit, vt per alios actus ad Deum accedat, videlicet per ſpem, charitatem, religionem, & reliquarum virtutum, eſt illa qua Deus eſſe cognoſcitur; ergo ſi illa ſit naturalis, & lumine naturali acquiſita, à nobis erit initium ſalutis contra doctrinam in Conc. Arauſicano & aliis conciliis definitam. Altera eiuſdem concluſionis probatio eſt, quia Virgo Deipara optimè cognouit naturaliter ſe ſine opera viri [B] concepiſſe, item ipſa cum aliis Apoſtolis multa ex myſteriis fidei ſuis oculis vidit: ergo ſi de his quæ ſciri poſſunt, fides non eſt, quando poſtea recordarentur illorum myſteriorum, illa credere nequiuiſſent, ſemper enim ſpecies memoratiuæ relictæ à præterita cognitione euidenti ad euidentem notitiam pertraherent intellectum. 3. ratio eſt, quia omnia obiecta fidei ſaltem per lumen gloriæ, & per cognitionem infuſam in proprio genere poſſunt à Deo hominibus manifeſtari, & euidenter cognoſci, ſed eſſe cognoſcibilia his modis euidenter, non tollit, poſſe credi fide diuinâ: ergo neque impediet, eſſe per cognitionem naturalem ſcibilia.

3. Ad teſtimonium D. Thom. reſpondetur illum ſignificaſſe poſſe prouidentiam, & om- [C] nipotentiam Dei tali modo concipi, vt ſolum ad fidem ſpectet horum attributorum cognitio, verbi gratia, prudentia Dei in dirigendis prædeſtinatis ad ſupernaturalem beatitudinem, & omnipotentia in operatione miraculorum, & myſteriorum Incarnationis, & Euchariſtiæ ſolum ex fide cognoſcuntur, & præterea etiam reſpectu rerum naturalium numquam tanta certitudine per naturalem notitiam quanta per fidem cognoſcuntur. Ad rationem dico, ſcientias non fuiſſe Adamo reuelatas, vt propter ſolam reuelationem crederentur illorom obiecta. Nam Deos habitus & ſpecies neceſſarias Adamo infudit, vt euidenter in qualibet ſcientia concluſiones ex ſuis deductæ principiis, illi innoteſcerent: [D] impropriè ergo comparatione reuelationis fidei dicuntur Adamo ſcientiæ reuelatæ ſicut Deus ſe beatis reuelat, qoia reuelata facie ſe illis intuentibus manifeſtat. Attamen hæc reuelatio impropria, non eſt illa, quæ pertinet ad obiectum formale fidei, eſt enim reuelatio omnino euidens, & manifeſtiua obiecti.

4. Maius negotium faceſſit ſecundum dubium in quo, vt certa, & ab omnibus recepta ab incertis ſeparemus, nota primo non eſſe quæſtionem de obiecto ſcito, ſeu viſo per ipſummet fidei infuſæ aſſenſum, quem omnes fatentur in ſe eſſe ineuidentem, & obſcurum, ne in Maniehæorum errorem in præcedenti dubio reiectum incidant, ſecundo certum etiam eſt, habitum fidei poſſe ſimul eſſe cum habitu ſcientiæ eiuſdem obiecti, & ratio eſt quia neuter facit obiectum actu creditum, vel ſcitum, ſed ſunt principia actuum per [A] quos creditur, vel ſcitur, actus verò contrarij non arguunt in principiis contrarietatem: immo idem principium eſt cauſa actuum contrariorum, videlicet intellectus, qui cauſat aſſenſum, & diſſenſum; voluntas odium & amorem: tertio neque habitus ſcientiæ pugnat cum actu fidei, neque habitus fidei cum actu naturalis ſcientiæ abſtractiuæ vel intuitiuæ huius vitæ. Nam alioqui philoſophus non poſſet exercere actum ſcientiæ circa illa obiecta de quibus eſt fides, quin habitum fidei amitteret, item non poſſet fidei actum habere quin amitteret habitum ſcientiæ de eodem obiecto credito: quorum vtrumque eſt abſurdum: & ratio à priori eſt ſuperius tradita, [B] quia habitus fidei non reſpicit obiectum actu creditum, ſeu quod debeat eſſe obſcurum actu, neque ſcientiæ habitus reſpicit obiectum, actualem habens euidentiam, ſeu ſcitum actu, & præterea quia actus non contrariatur principio, ſed actui ſibi oppoſito: tota igitur controuerſia eſt de obiecto ſcito, ſeu viſo diuerſis actibus fidei ſimul & ſcientiæ abſtractiuæ, vel intuitiuæ tam naturalis quam ſupernaturalis & beatificæ.

5. Et in primis fere omnes Theologi docent fidei actum de lege ordinaria non ſtare cum viſione beata ita D. Thom. Scot. Bonauent. Capreol. Hiſpal. Richard. Gabriel, Durand. & alij quos citat & ſequitur Ægidius de præſentatione 12. tom. 2. lib. 11. quæſt. 8. artic. 10. §. 6. & Suar. qui de fide diſp. 3. ſect. 9. [C] numero 20. aſſerit id eſſe omnium Theologorum. Verùm de potentia abſoluta dari poſſe viſionem beatam cum fide ſimul exiſtentem tuentur Alenſ. Dur. Maior. Baſſol. & Gregorius quos ſequitur idem Suar. numero 23. idem probabilius ſentit Ægidius vbi ſupra § 4. num. 8. referens Guil. de Rubion. & Molinam & tenet Coninc. diſp. 11. de moralitate act. ſuper dub. 1. concluſ. 1. numero 11. Quod attinet verò ad ſcientiam naturalem Bonau. in 3. diſt. 24. artic. 2. quæſt. 3. diſtinguit ioter notitiam intuitiuam naturalem, & abſtractiuam: illam non admittit naturaliter cum fide, hanc vero maxime, notitia verò intuitiua eſt cognitio rei præſentis qua exiſtens, & præſens eſt, itant ex vi ſui modi [D] tendendi in obiectum, illud præſens & exiſtens ſaltem apparenter ſupponat; abſtractiua verò abſtrahit ab exiſtentia & præſentia formali, id eſt ex modo tendendi in ſuum obiectum, illud nec exiſtens nec præſens ſupponit. Grauiſſimi tamen doctores tam intuitiuam naturalem quam abſtractiuam cum ſcientia de lege ordinaria cum fide ſtare poſſe admittunt. Ita Alenſ. Albert. Durand. & Alteſiodor. quos refert & ſequitur Valent. tom. 3. diſput. 1. quæſt. 1. puncto 4. §. 2. idem tenet Argent. quæſt. 3. prolog. artic. 1. Marſil. in quæſt. 2. artic. 3. propoſ. 1. Baſſol. in 3. diſt. 24. quæſt. 1. Palod. in 3. diſt. 31. quæſt. 2. art. 1. Maior. in 4. diſt. 24. concl. 4. Henri. quodl. 8. quæſt. 14. & quodl. 12. quæſt. 2. Salmeron. in epiſt. ad Hebr. diſp. 21. Suar. 3. p. tom. 1. diſp. 27. ſect. 2 §. ſed triplex: & latius in loco proximè citato numero 7. & ſeq. Coninc. vbi ſupra concluſ. 2. numero 15.

Probatur

6. Probatur primo ex loco D. de Pauli ad Heb. A 11. & alijs in quibus proponitur credendū obiectū cuius in homine philoſopho ſcientia eſſe poteſt actualis, vt Deū eſſe: item eſſe vnū, vt in ſymbolo omnes docti cōfitentur: quod ſi nō per fidem, ſed per naturalē ſcientiam facerent, ſapientes minus certi eſſent de his myſterijs quā ruſtici, quia hi per fidem certiorem ſcientia ſapientum, illis myſterijs aſſenſum præberent: ſi dicas poſſe doctū philoſophum depoſito medio ſcientifico vti tantū medio fidei, vt de illis obiectis quę naturaliter ſcit ſolā habeat actualem fidei notitiam. Vrget Coninc. n. 25. Nam vbi primum in mentē venerit illa veritas obiecti credendi quod naturaliter demōſtratum eſt à philoſopho, non poteſt nō excitari ſpecies memoratiua medij ſcientifici, & in euidentem obiecti notitiam venire: quod videtur docuiſſe B D. Thom. 2. 2. quæſt. 2. art. 9. ad 2. vbi ait, *Aſſenſus autem ſcientiæ non ſubijcitur libero arbitrio, quia ſciens cogitur ad aſſentiendum per efficaciam demonſtrationis*. Secūdo nō repugnat in eod. intellectu diuerſas eſſe cognitiones alterā altera perfectiorē, & clariorem: nam hominē diſtinctè concipimus pariter & cōfusè in hac definitione hominis, homo eſt animal rationale, nā in cōceptu, *homo* ecce notitia cōfuſa, *eſt animal rationale*, ecce diſtincta: itē in Angelis beatis eſt cognitio matutina id eſt beata viſio, & reſpectiua, nēpè alia ſcientia in proprio genere ſiu: naturalis ſit ſiu: ſupernaturalis, de eiſdē obiectis perfectius cognitis per illā maturinā, ergo ſimiliter eſſe poterit de eod. obiecto actus C ſcientiæ clarus, & euidens, itē fidei obſcurus. 3. motiuum fidei, & motiuū ſcientiæ ita ſe habent vt ſe nō mutuo impediant, ergo aſſenſus, qui ſupra illa cadūt, ſe ſimul cōpatiuntur: conſequentia patet, quia quādo duæ cauſæ efficaces, paſſo applicatæ ſe mutuo non expelluot, ſeu impediunt, vna quæque ſuum effectū præſtat ſiue formalē, ſiue in genere cauſæ efficientis: antecedens probatur quia teſtimoniū Dei nō amittit ſuam vim trahendi intellectum ad credendum, ex eo quod ille obiectum actu notitia euidenti cognoſcat. Nam illa certitudo, quā in obiectum refundit nō habetur per medium ſcientię, neque per illud hebetatur, ſuam enim vim habet integrā, & ei debetur cognitio cum aliqua maiori certitudine, & hoc ſanè nō obſcurè ſignificaſſe videtur Chriſtus Do- D minus, oſtendens Thomæ manus, & latus dicens, *quia vidiſti me Thoma, credidiſti*, quaſi cum experimentali ſcientia intuitiua fides ſtare potuiſſet, vt fuit in B. V. & Apoſtolis de myſterijs quæ ipſis oculis perceperunt, & fide nihilominus crediderunt: fateor huic ſententiæ ſuam in eſſe probabilitatem, quia tamen probabilior mihi viſa eſt oppoſita, illam ſequentibus concluſionibus exponam.

7. Secunda Concluſio. Obiectum viſum quatenus viſum eſt omnino improportionatū, vt credatur, & ideo neque etiā de potentia abſoluta de illo fides poterit ſimul haberi, loquor de viſo in propria ſignificatione id eſt cognito euidenter, & intuitiuè, etenim vt D. Thom. in 3. diſt. 24. quæſt. 1. art. 2. q. 1. aduertit, impropriè videri dicuntur ea, quæ quouis modo cognoſcuntur, quo ſenſu verbū, *videmus*, vſurpauit Paulus 1. Corint. 13. n. 12. *Videmus nunc* A *per ſpeculum in ænigmate*, & tamē loquebatur de fidei cognitione: propriè ergo viſa dicuntur quę notitiā terminant euidentē, & intuitiuam ſiue potētię rationalis, ſiue ſenſitiuæ: tranſlatum verò fuit viſionis nomen ad cognitiones aliarū potentiarum à potentia videndi, ob illius certitudinem, & nobilitatem, vt notauit Auguſt. lib. 11. de Ciuitat. c. 2. Sic expoſita concluſ. eſt D. Thom. 2. 2. q. 1. art. 4. & 6. ad 2. & ſectatorum ibid. In 2. loco D. Thom. hanc negationē obiecti fidei, quæ eſt nō viſum appellat rationem formalē, non quod ſit ratio formalis ſimpliciter, eſt enim cōditio omnino requiſita, habens ſe ex parte obiecti materialis, ſed cum ſe habeat veluti forma reſpectu illius, dicitur ratio formalis ſub qua: ita D. Thom. exponit Caiet. ad illū art. 6. & nos latius id oſtēdemus B quæſt. ſeq. ſect. 1. itaque illa negatio eſt cōditio logicè requiſita ad obiectū fidei, & ita docent, qui fidei actum cū viſione beata circa idē obiectum fidei eſſe nullo modo admittūt: ita idē D. Thom. 2. 2. q. 1. art. 5. 3. cōtra Gent. c. 4. de veritate q. 14. art. 9. & 12. itē 1. 2. q. 67. art. 3. Magiſt. in 3. diſt. 23. Alber. diſt. 24. art. 7. Scot. ibid. q. 1. §. ad quęſtionē Almain. q. vnica concluſ. 4. Dionyſ. q. 1 Richard. art. 1. q. 4. & 5. itē in 3. diſt. 31. art. 3 q. 2. Capreol. ibid. q. vnica concluſ 1. & diſt. 25. q. vnica art. 1. Gabr. ibid. q. vnica art. 1. & diſt. 31. q. vnica art. 2. Heruæ quodl. 2. q. 15. art. 3. Vaſq. 3. p. diſp. 53. c. 1. n. 5. Turrian. de fide diſp. 8. dub. 5. 9. nihilominus. Lorca. 2. 2. diſp. 14. n. 4. & alij in ſe- C quenti concluſione citandi. Probatur primo, quia hoc eſt ſacræ paginę & locutioni ſanctorum Patrū magis cōſentaneum. Nam Paul. 2. ad Corint. c. 5. n. 7. ait, *Per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem*, id eſt nō per viſionē, vt omnes expoount, & ad rem noſtrā clarius id expreſſit Aug. ſerm. 20. de verbis Apoſtol. c. 5. *non poteſt*, inquit, *videri tēpore fidei, videbitur tempore ſpecies*: item ad Heb. 11. fides ideo dicitur argumentum non apparentiū, vbi non apparens ſumitur reſpectiuè ad potentiā, cuius comparatione non dicitur ſimpliciter non apparens, quod per aliā cognitionē ſimul exiſtentem cū fide apparet: cōſonant Patres, qui vnanimi cōſenſu docent fidē eſſe de nō viſis, & apparentia habere cognitionem, non fidē ita. Aug. tract. 40. & 79. in Ioan. vbi ait, *Neſcio vtrū credere di-* D *cendus eſt quiſque quod videt?* vbi illud neſcio, nō dubitationis, ſed elegantiæ gratia adiungitur. Nam tract. 68. abſolutè dixit, *Fides qua non videt credit, nam ſi vides: non eſt fides*: item Chryſ. in epiſtol. ad Hebr. homil. 21. ait, *Si fides eſt argumentum eorum quæ non videntur, quid eſt quod vultis ea videre, vt excedatis à fide?* ſimilia habet Theoph. Theod. Beda Anſelm. ad prædictum Pauli locum Iſidor. lib. 8. Etymolog. c. 2. *Fides* inquit, *eſt qua veraciter credimus quod nequaquā videre valemus, nam credere iam nō poſſumus, quod videmus*. Gregor. homil 26. in Euang. ait, *Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum*, quæ verba ſunt apud Bernard. epiſtol. 190. item prius à Cypriano in lib. de operib. Card. ſerm. de natiuitat. Chriſti prolata reperiuntur. Vnde primā ſumo rationem: fidei meritū aufert, qui illam cum actuali obiecti intuitu manere contendit. Nam intellectus neceſſario trahitur ad aſſentiendum veri-

tati quæ intuitiua cognitione attingitur: ergo fidei deſtruit rationem, qui illã merito deſraudat, diuina enim fides à Deo nobis infuſa eſt, vt ab ea initium noſtræ iuſtificationis ſumamus, & per viam merendi ambulemus, atque ad viſionem, quæ eſt meriti præmium veniamus, ergo vt fides ſit voluntaria, nõ neceſſaria, atque adeo meritoria, de ſua ratione poſtulat aliquã difficultatem in aſſenſu præbendo, quæ difficultas non datur in actuali viſione veritatis credeudæ, ſed neceſſitas. Secunda ratio eſt, quia aliqui recentiores oppoſitæ ſententiæ aſſertores fatentur aliquã notitiam intuitiuam ſimul eſſe non poſſe cum fide, & afferunt hoc exẽplum, videntis ſolem v.g. & clarum diem, quæ eſt cognitio intuitiua naturalis, & aiunt, quod ſi quis videnti ſolem dicat, eſſe ortũ ſolem, & diem clarum, illum non poſſe aſſentiri ob dicentis teſtimonium, ſed quia ita videt, ita eſſe iudicat; & dicere poteſt quod Samaritani ad illã mulierem, quæ illis Meſſiæ aduentum nuntiauerat. Ioan. 4. n. 42. *Quia nõ iam propter tuam loquelam credimus, ipſi enim audiuimus, & ſcimus, quia verè eſt ſaluator mundi*, quia quod ipſi experti ſunt & notitia intuitiua cõſequuti, iam nõ propter dictum mulieris credere aſſerebant, maius enim Chriſti teſtimoniũ quod ipſi per ſe acceperant illud prius abſorbuit Samaritanæ, quæ, vt Auguſtin. Origen. & Beda docẽt vt refert Maldon. hoc loco repræſentat Eccleſiã, cui beati dicunt, non iam propter loquelam tuam, &c. *Quia cum venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt*. 1. Corint. 13. numero 12. ſi igitur cum aliqua naturali notitia intuitiua ſtare non poteſt fides, cur cum aliis ſimul eſſe poterit? ſi quidem in
9. omnibus videtur eadem ratio.

Reſpondet Coninc. de moralitat, actuum ſuper. diſp. 11. dub. 1. cum finis agentis, ſit ſubiectum in quod aliquam formã inducit, ſibi aſſimilare, nullũ agens naturaliter poſſe in aliquo ſubiecto formã producere, quæ in alia eidem ſubiecto inhærente formaliter, vel eminenter cõtineatur, hinc eſt quod calidum vt duo non intendit calorẽ vt quatuor, quo paſſum informatur, neque lucerna illumioat aërem à ſole illuminatũ. Cum igitur intellectus ſe habeat vt agens, & paſſum reſpectu cognitionis, quæ eſt forma in eo recepta, quando vna cognitio continet omnem perfectionem formaliter vel eminenter alterius, non poterit naturaliter intellectus informatus cognitione illa perfectiori, aliam admittere: ideoque intellectus informatus viſione beata, quę cõtinet perfectiori modo cognitionem fidei de lege ordinaria non poteſt ſimul habere fidẽ: ſed contra, nam ſcientia experimentalis Chriſti habita per ſenſũ & ab ipſo dependens verbi gratia cognitio albedinis ſimul erat in intellectu Chriſti Domini cum cognitione perfectiſſima, & à ſenſu independente de eadẽ albodine, item cognitio beatifica Dei nõ modo in Chriſto, ſed etiã in Angelis, & animis beatis ſimul cũ cognitione abſtractiua Dei ab eiſdẽ cogniti ex creaturis, cũ tamẽ inter has cognitiones, illa quæ eſt perfectior, alterius perfectionẽ contineat. Denique retorqueo argumentum quod ipſi contra nos vſurpãt: notitia diſtincta ſimul eſt in intellectu cũ confuſa eiuſdem obiecti; ergo illud principium quo nititur eorum reſponſio non eſt firmum applicatum cognitionibus ſimultaneis, quarũ vna perfectionẽ alterius cõprehendat, quamuis in exẽplo adducto de calido, vt duo verũ ſit, quia nullum agens poteſt agere ſupra ſuam virtutẽ, calidum verò vt quatuor cũ formam habeat intẽſiorem, quã calidum vt duo, potius agere debet quam pati reſpectu agentis calidi vt duo. Reſpondent alij hanc eſſe naturam noſtri intellectus, & inſitã inclinationem in aſſecutione veritatis, vt ſicut voluntas ſolũ poteſt deſiderare bonũ abſens, & nõ poteſt eligere mediũ ad aſſecutionem boni iam poſſeſſi, quia in illa electio hic & nũc eſſet inutilis, cũ bonũ iam poſſeſſum de nouo afferre nequeat, ſic intellectus quamdiu veritas eſt abſens, inquirit illã, quando antẽ iam poſſidetur & clarè videtur, quieſcit in illa, quare ſi planè & perfectè videatur, nõ poteſt intellectus, vti aliquo modo ad illam inquirendã, quia tale mediũ eſſet inutile & impertinens ad conſequendam veritatẽ: ſed contra, quia ſi hæc ratio valeret, cũ nulla cognitione intuitiua ſtare poſſet fides: omnis enim cognitio intuitiua tendit in obiectũ quod pręſens eſt, quare in illa veritate intuitiuè cognita, quieſceret intellectus: ſi rurſus reſpondeant notitiã intuitiuam ortam ex viſione corporea deceptioni eſſe expoſitam: tum quia ſenſus tali, vel tali modo immutatur ab ſpeciebus, vt occaſionẽ præbeãt intellectui falſo iudicandi, tum quia ſaltẽ de potentia abſoluta, poteſt dari ſimilis ſenſatio in abſentia obiecti: quare exiſtente tali notitia intuitina poteſt intellectus moueri à medio fidei, vt ſecurius & certius quieſcat in cognitione illius veritatis: ad huc vrgebo ex hoc ſequi ſaltem cum omni notitia intuitiua habita per ſenſum ſtare poſſe fidẽ, quod eſt cõtra id quod aſſerunt ijdẽ recentiores, non poſſe illũ qui videt ſolem & diem credere ortũ, & ſolem & diẽ eſſe ob alterius teſtimoniũ, immò neque reſpectu notitiæ intuitiuę beatorũ, hoc verum eſt: nam in Chriſto cũ notitia Dei intuitiua ſimul eſſe potuit, cognitio eiuſdem Dei ex creaturis. Immo in Verbo videbat anima Chriſti omnia entia realiter exiſtentia, & deinde per ſcientiam experimentalem, & diſcurſiuam cognoſcebat ſubſtantias ſub accidentibus latentes, ad quas per ſe non erat ſenſatio, ergo ex ſcientia intuitiua etiam infallibili non ſequitur intellectum quieſcere neceſſario in intuitu illius veritatis, quam videt, abiecto quouis alio medio cognoſcendi eamdem veritatem: niſi negetur in Chriſto ſcientia experimentalis acquiſita contra omnes Theologos.

Vnde tertia ratio pro concluſione naſcitur, 10
nam ſi actus fidei ex ſua intrinſeca natura, non haberet repugnantiam cum notitia intuitiua de lege ordinaria, ſimul eſſe poſſet in patria de eodem obiecto; conſequens ipſi aduerſarij non admittunt, ergo: probatur maior, quia nulla alia ſufficiens ratio aſſignari poteſt, quæ facile non refutetur aliqua inſtantia ex cognitionibus beatorum accepta. Repugnantia ergo vera eſt, conditiones in obiecto repugnantes argui, & contradictionem reſpectu eiuſdem potentiæ per viſionem ſimul, & fidem in idem obiectum ferri. Nam obiectum fidei ex ſcriptura & Patribus

eſt

eſt non apparens ſimpliciter & non viſum obiectum viſionis viſum, illud verò non viſum ſe habet tanquam priuatio reſpectu euidentię circa idem obiectum, vt bene notat Capreol. in 3.diſt.15.quęſt.vnica art.3.cum D. Thom. 1.2. quæſt.67. art. 3. vbi ſanctus Doctor ait hanc priuationem ita inſeparabiliter adhęrêre fidei vt bruto priuatio rationabilitatis, vnde ſicut ſi daretur corpus aliquod talis naturæ, vt illi tenebrę inſeparabiliter annexę eſſent, tanquam paſſio neceſſario dimanans ab illius natura, tale corpus neceſſario excluderet ab ſpatio quod occuparet lucē: ita fides actus priuat intellectū ex ſua natura viſione illius obiecti quod creditur: ex alia parte obiectū viſum, ita determinat potentiā neceſſario ad agnitionem veritatis, quę ſub aſpectū illius cadit, vt nō relinquat locū indifferentię, & prudenti deliberationi cum voluntatis electione faciendæ in aſſentiendo propter teſtimonium dicentis. Ex his ergo repugnantibus cōditionibus deducitur implicatio, & contradictio ſi ſimul intellectus in obiectum à ſe ſimpliciter viſum & non viſum tenderet. Vnde hæc repugnantia nō phyſica, ſed logica eſt. & impoſſibilitas, quę ſub obiectum diuinæ omnipotentię non cadit.

11. Tertia Concluſio. Obiectum ſcitum ſeu euidenter cognitum etiam abſtractiuè non poteſt terminare aſſenſum fidei, ideoque non ſcitum conditio eſt omnino requiſita ex parte obiecti credendi. Eſt D. Thom. 2.2.q.1.art.5. Caiet. Bannes, Aragon. & aliorum, ibid. Idem D. Thom. q.14. de veritate art.9. & in 3. diſt.24. q.1. art. 2. Capreol. diſt. 25. q. vnica Hiſpal. diſt. quæſt. vnica, artic.3. nota.3. & 4. Albert Magn. diſt. 23. art.13. Richard. diſt.24. quæſt. 5. Scot. ibid. q. vnica §. vltimo Gabriel. eadem diſt. q. vnica, art. 2. concluſ. 4. Heruæ. quodlib.2. quęſt.15. art.3. Pallanterij lectione 87. Cumel. 1.p. quæſt.2. artic.2. quæſt. vnica concluſ.5. Molinę 1.p. quęſt.1. art.2. diſp.4. §. hæc tamen opinio, vbi ait ſe id probaſſe 12. quęſt 67. art.3. Turrian. de fide diſp.8. dub.6. §. aliorū ſententia; Loreæ proxima concluſ. citati. Dixi obiectū euidenter cognitū, quia non ſatis eſt quod ſcitum ſit per ſcientiā ineuidentem qualis eſt theologia viatoris, quam ſimul cum fide eſſe poſſe tuetur communis ſentētia, Scot. & Richard. vbi ſupra, Cumel. citati concluſ.1. Turrian. dub. 7. deducitur ex Auguſt. lib.14. de Trinit. c 1 vbi ait fidē ſcientia gigni, nutriri, defendi, & roborari, quod Richard. & alij exponūt de Theologia, nam idē Auguſt. lib. de videndo Deo vt refert D. Thom. quæſt. 14. de veritate art. 9. ait illa credi, quæ abſunt à ſenſibus noſtris: apud Auguſtin. vero illa à noſtris ſenſibus abeſſe dicūtur, quæ noſtro ſtudio & diſcurſu naturali conſequi nō poſſumus, vt ipſe ſe declarat lib.11. de Ciuitat. cap.3. vbi ea quæ noſtro teſtimonio ſcire nequimus dicit eſſe à ſenſibus remota, & ideo nos de iis teſtes alios inquirere, quibus credamus: & ſenſuum nomine omnem potentiā cognoſcitiuam humanam, etiam intellectum cōprehendi ab Auguſtino declarant & notant pariter D. Thom. & Scot. in loco ſententiarum proximè citato. Præterea idē Auguſt. lib. de vtilitate credendi c.11. ait, *quod intelligimus igitur debemus rationi: quod credimus auctoritati*: intelligere verò hic A accipit Auguſt. vt proximè declaraui, pro eo quod eſt certo & euidenti cum ratione ſcire, idem indicat Bernard. citatus ab Hiſpalenſi in 3. diſt. 23. q.2. art. 3. *fides*, inquit, *eſt prælibatio nondum propalatæ veritatis*. Denique D. Paulus loco citato pręcedenti concluſ. & PP. ibidem dum requirunt vt obiectum fidei ſit non apparens, ſubſtrahunt ab euidentia notitię tā intuitiuę, quā abſtractiuę: quæ enim per euidentem ſcientiam intellectui innoteſcunt ſatis apparêre potentię euidēter cognoſcenti cenſentur.

Ratione ſuadetur concluſ. primo: omnis notitia euidens ſēper reſoluitur vel in viſionem experimentalē quando ſciētia eſt à poſteriori, quæ ad ſenſuum experientiā reducitur, vel in B quandā intellectualem viſionē, quæ oritur ex principiis per ſe notis, & intellectuali lumini tam perſpicuis, ac ſūt ea quæ intuitiuè à ſenſibus percipiuntur, immò illorū principiorum euidētia minus ſubiacet deceptioni quā experimentalis ſenſuū cognitio: ergo nō minus pugnat cū fide obiectum hoc modo ſcitum quam viſum: ſuadetur conſequentia, quia tota ratio ob quā de obiecto viſo nō eſt fides, eſt euidentia, quā in intellectu cauſant obiecta, quæ per ſe, vel ſui ſpeciē mouēt, & determināt neceſſariò potentiā ad ſui cognitionē: ſed omnia quæ euidenter cognoſcūtur, vt in ſe ſunt per media intrinſeca, ſeu neceſſariā connexionem habentia cum ipſis, etiam mouent intellectū neceſſario per ſe vel per aliquid ſui etiamſi cognitionem abſtractiuam terminent, ergo, &c. 2. non C minus pugnat ſcientiæ actus cū fidei aſſenſu, quam cū opinione, quando habet formidinem nō ſolum intrinſecā ex medio fallibili deſumptam, ſed extrinſecā ex parte ſubiecti cum formidine aſſentientis: ſed cum hac opinione eſſe ſimul nequit ſcientia de potētia Dei abſoluta: ergo neque cū fide. Minorem tuentur philoſophi communiter cum Ariſt. quem ſequuntur Conimb. lib.1 poſteriorum c.26. quęſt.2. art. 2. aſſert.3. item Theologi cū D. Thom. 1. part. q.58. art.7. ad 3. & q.62. art.7. ad 1. item 1.2. quæſt.67. art.3. & 3. par. quæſt.9. art.3 ad 2. vbi Caiet. obſeruat Sanctū Doctorem loqui de diuerſis actibus opinionis & ſcientiæ: item Suar. in comment. eiuſdem art. tenetque Turrian. de fide diſp.10. dub.3. Coninc. de moralit. act. ſuper. diſp.11. dub.1. n.41. Maiorem ſic probo, quia nō magis pugnat certitudo ſcien- D tiæ cū formidine opinionis in eodē intellectu, qui ſimul certus ſit, & formidet per illos duos actus, quā euidentia ſcientiæ, cum obſcuritate fidei, itaut ſimul potentię appareat, & non appareat obiectū: ſed fides aſſentitur non apparenti ſimpliciter, ergo impoſſibile eſt, quod per ſcientiam idem potentię ſimul appareat. 12.

Ad primum argumentum in oppoſitum reſpondet Caiet. in loco citato D. Pauli; in Philoſopho habēte demonſtrationē, quod Deus ſit, non eſſe neceſſariā fidem propriè dictam, ſed ſufficere ſcientiam naturalem; imò melius eſſe euidēter ſcire, Deū eſſe, quàm obſcurè id credere. Vnde locū Apoſtoli interpretatur vt verbum *credere* non in ſenſu proprio intelligatur, ſed vt ſignificat aſſenſū firmum & certū prout abſtrahit à fide & ſcientia, ne impoſſibilis dicatur ſalus philoſophi habentis demonſtrationem quod Deus ſit. Sed Canus lib.12. de locis 13.

c. 4. Caiet. merito impugnat. quoniam Paulus loco citato de illo actu credẽdi loquebatur, & de illa fide quã eod. c. definiuerat, & quæ erat diſpoſitio neceſſaria ad ſalutem, & proinde intelligi nequit de cognitione naturali, & per vires naturę habita: & confirmatur, nam Concil. Trident. Seſſio. 6. c. 6. cum ageret de diſpoſitione ad noſtram iuſtificationem habita ex auxiliari gratia, & cum alluderet ad verba Pauli ait, *De hac diſpoſitione ſcriptum eſt: accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit*, & hanc diſpoſitionem in nobis fieri ex ſupernaturali auxilio Dei declarauit idem Concil. c. præcedenti: quod tamen auxilium ad cognitionẽ Dei quæ ex vi ſolius naturalis luminis haberi poteſt, minime neceſſariũ eſt: loquitur ergo Paulus, & Conciliũ de eo credendi actu, qui ex viribus naturæ tantum nõ habetur, ſed ex auxilio Dei, atque adeò de proprio aſſenſu fidei. Quare aliter exponit locũ Canus, aitque hanc fidem ab Apoſtolo requiſitã, & ſimpliciter neceſſariã vt initiũ iuſtificationis eſſe, de Deo non vt ſolius naturę author eſt: ſed quatenus eſt principiũ, finiſque vltimus rerum ſupernaturalium, nam eo modo cognoſcendus eſt auctor, quo eſt remunerator, ſed cognoſcitur vt remunerator virtutis & donator gloriæ, igitur & auctor gratiæ cognoſcendus proponitur. Hanc interpretationem Cani tanquam extortam, & inferentem verbis Pauli vim, excludit Molin. 1. p. quęſt. 1. artic. 1. diſp. 1. Ægid. diſp. 11. citata dub. 1. n. 19. Aſrubal. 1. p. diſp. 9. c. 2. n. 7. & alij; quia aliud eſt credere Deum eſſe authorem rerum ſupernaturaliũ; aliud, Deum eſſe, quod tantũ expreſſit Paulus in prima propoſitione, attamen non eſt omnino cõtemnenda ſolutio, & expoſitio Pauli à Cano data, quia apud veteres, magnæque auctoritatis Theologos, & recentiores Pauli Cõmentatores reperitur, ita enim ſentire videtur D. Thom. quæſt. 14. de veritat. art. 9. in corpore & ad 8. in 3. diſt. 24. quæſt. 1. art. 2. q. 2. & 2. 2. quæſt. 1. art. 5. vbi ait. *Id tamen quod communiter omnibus proponitur hominibus vt credendum, eſt communiter non ſcitum, & iſta ſunt, quæ ſimpliciter fidei ſubſunt*, idem ſentit Capreol in 3. diſt. 23. quæſt. vnica art. 5. ad argum. Durand. Carthuſ. diſt. 24. quæſt. vnica; Richard. in 3. diſt. 25. quæſt. 5. Albert. diſt. 23. art. 13. ad 1. Hiſpal. diſt. 25. artic. 3. nota. 4. Riber. & Corn. ad locum Pauli.

14. Verum quia iam ſupra diximus ea quæ naturaliter cognoſci poſſunt, etiam ad obiectum fidei pertinere, & ex hoc Pauli loco id oſtendimus, reſpondeo, non eſſe mentem Pauli, vt quando datur actus ſcientiæ de Dei exiſtentia, ſimul detur actus fidei de eodem obiecto. Concedo igitur etiam ea quę naturali demonſtratione cognoſci poſſunt, eſſe ab initio de Deo credenda, vt quod Deus ſit, quod ſit vnus, & ſimilia; neque hoc eſt impoſſibile philoſopho, qui has veritates naturali demonſtratione aſſequitur. Primo quia, vt in eodem argumento reſpondebatur, intellectus poteſt à voluntate auerti ab actuali cogitatione demonſtrationis, & medij ſcientifici vt Suar. diſp. 3. de fide ſect. 9. num. 9. admittit: item poteſt non aſſentiri propter medium ſcientiæ licet recordetur illius, non enim ab eo quoad

A exercitium neceſſitatur, & velle ſolum aſſenſu ri propter motiuum fidei, in quo caſu actum eliciet ſupernaturalem fidei ſine actuali ſcientiæ aſſenſu. Vnde inſtantia ibidem poſita nihil concludit, neque D. Thom. illi patrocinatur, immo noſtram doctrinam confirmat, nam ibidem addit, *conſideratio actualis rei ſcitæ ſubiacet libero arbitrio*: quamuis ergo aſſenſus ſcientiæ neceſſariò ſequatur ex præmiſſis in demonſtratione, & poſito, quod homo vtatur demonſtrationis medio independenter à libero arbitrio, concluſio ex illo colligatur, tamen quod actualiter homo conſideret de re ſcita & hoc vel illo medio in aſſenſu vtatur ex libero arbitrio dependet. 2. ſi velit vti medio ſcientię & medio fidei, producetur tertius actus de quo in ſequenti dubio

B dicemus: alias ſolutiones affert Lorca citatus n. 12. ex D. Thom. quas minus probo, quia videntur ſupponere credere philoſophum venientem ad fidem quod Deus ſit præcisè.

Hinc colliges teneri philoſophum venientem ad fidem credere Deum eſſe, etiam præſcindendo ab aliis propoſitionibus fidei, nempe quod ſit auctor gratiæ, item quod ſit remunerator virtutis, & ſimilibus: ita docet expreſsè D. Thom. quæſt. 14. de veritate art. 10. vbi vniuerſaliter dicit oportere, vt ea, quæ naturali demonſtratione ſciri poſſunt ab initio credantur: idem ait 1. contra Gent. cap. 4. & 2. 2. quęſt. 2. artic. 4. in corpore & hæc eſt communis expoſitio Theodor. Theophil. Anſelm. Lyr. Carthuſ. Cathari. 15.

C & aliorum interpretum ad locum D. Pauli citatum: item Athanaſ. lib. de ſpirit. ſanct. ad Serapion. Chryſoſtom. homil. 21. in epiſt. ad Hebræ. Et ratio eſt quia D. Paulus duo ibi diſtinguit & quod Deus ſit & quòd ſit remunerator, & vtrumque credendum dicit ab eo, qui ad Deum cõuertitur: ſecundo quia hoc eſt totius fidei fundamentum, & iuſtificationis initium: tertio propter maiorem certitudinem fidei, quia vt ait D. Thom. vltimo loco citatus, *Ratio humana in rebus diuinis eſt multum deficiens, cuius ſignum eſt, quia philoſophi in rebus humanis naturali inueſtigatione perſcrutantes in multis errarunt, & ſibi ipſis contraria ſenſerunt*. 4. probat Aſrubal. 1. p. diſp. 9. cap. 2. quia in qualibet propoſitione quã credit Philoſophus, aſſenſus cadit etiam ſuper motiuum,

D quod eſt, Deus reuelat: ergo nihil poteſt credi, quod ſimul non inuoluat illud quod eſt, Deum eſſe qui reuelat. Verùm hæc ratio non eſt efficax, quia tunc non creditur illa propoſitio Deus eſt, *vt quod*, ſed *vt quo*, & ſolũ ſupponitur, vt certum, Deũ eſſe, & reuelaſſe, id quod creditur. Nos verò agimus de iis, quæ credenda ſunt, tanquã partes obiecti materialis fidei & *vt quod*, & iam ſupra diximus nõ opus eſſe, vt obiectũ formale prius credatur *vt quod*; immò de potentia abſoluta non eſſe neceſſarium, vt credatur primariũ obiectum, prius quam aliquod ſecundariũ, quod Deus voluerit reuelare.

Ad 2. reſpond. cõcedendo repugnare eſſe ſimul in intellectu duas cognitiones; alterã altera perfectiorẽ & clariorem de eodẽ obiecto ſaltem de potẽtia Dei abſoluta, dummodo vna non inuoluat negationẽ alterius, & vtraque ſimul repugnãtes cõditiones non arguat, neque 16.

contradictionem

contradictionẽ reſpectu eiuſdẽ potentię; quod in fide, & ſciẽtia accidere diximus, nõ ita verò ſe habent notitię, cõfuſa, & diſtincta; itẽ ſcientia matutina, & reſpectiua ſeu experimentalis in Chriſto: nulla enim talis naturæ eſt, vt obiectum ita ad ſuum cognoſcendi modum limitet, vt alterum ſibi oppoſitum omnino excludat. Ad 3. R. negando antecedens, ſi medium fidei, & medium ſcientiæ, ſuæ naturæ relinquantur, & cum effectu producendo ab vno quoque, comparentur, nam medium ſcientiæ concurrens demonſtrando euidenter obiectum, tollit obiectum fidei: ſi tamen voluntas vtrumque ſimul applicauerit, & intellectum moueat, vt propter vtrumque aſſentiatur, tunc procedet tertius actus, vt ſtatim probabimus: quamuis ergo teſtimonium Dei non amittat ſuam vim per concurſum medij ſcientifici, tollitur tamen conditio omnino neceſſaria in obiecto, vt fides ad illud tẽdat, hinc eſt quod perſeuerans in actu notitiæ euidentis intuitiuæ, ſeu abſtractiuæ, non poteſt elicere actum fidei, circa idem obiectũ; ſi verò hunc elicere quis velit, mediũ ſcientiæ à cogitatione auertet, illique aſſenſum negabit, vt certiorem aſſenſum eliciat, quaſi humanæ ſcientiæ certitudini diffidens, & hoc modo beata Virgo, & Apoſtoli de myſteriis, quę experimẽtali cognitione didicerunt fidẽ poſtea habere potuerunt, quæ ſolutio multo aptior eſt, quam illa Lorcæ n. 13. aſſerentis Beatã Virginem & Apoſtolos nõ habuiſſe fidem de iis, quę experimentalem notitiam habuerunt, verbi gratia mortis & reſurrectionis Chriſti Domini, niſi adiuncto aliquo quod euidenter nõ agnouerunt, vt mortuum fuiſſe, & ſurrexiſſe hominẽ Deum, cum tamen ſint diuerſi articuli credere Chriſtũ eſſe hominẽ Deum, & credere illũ mortuum fuiſſe, quos etiá per ſe credidiſſe aliquo ex modis iam declaratis multo certius eſt, pluris enim faciebant Apoſtoli motiuum fidei, quàm ſuam experimentalem ſcientiam, iuxta illud 2. Petri 1. n. 1. *Firmiorem habemus propheticum ſermonem*, quem comparabat eum experimentali notitia in monte ſancto habita. Deinde ad illum locum Ioan. 20. R. non ſignificaſſe Chriſtum Thomę; tũc habuiſſe fidem eiuſdem myſterij reſurrectionis quá experiebatur, ſed aliud vidiſſe, & aliud credidiſſe, vidit illum à mortuis ſuſcitatum, & credidit Dominum & Deum ſuum, vt cũ Hilario, Auguſt. Gregor. Beda, & aliis declarant Maldon. Tolet. & Barrad. qui in Concord. tom. 4. lib. 8. cap. 7. addit aliam expoſitionẽ in qua verbum *credidiſti* pro certa cognitione vſurpat, non pro vero fidei aſſenſu, quaſi diceret. *Hæc tua fides*, inquit, *reſurrectionis meæ non eſt fides, ſed viſio, non enim creditur quod videtur*: quæ expoſitio ideo ſolũ diſplicet, quia cum Chriſtus reſpectu aliorum *credere* in proprio ſenſu accipiat, etiam reſpectu Thomę ita debet exponi, vt eamdẽ retineat ſignificationis proprietatem, quare prima expoſitio magis placet: aliam addo, quod Thomas poſthabita tanquam fallaci ſenſuum cognitione ſolo fidei motiuo duceretur ad credendam Chriſti reſurrectionem ſuæ perfidiæ pœnitens, vel ſimul cum experimentali cognitione apprehenſiua adiungens medium fidei in tertium actum prodiit, de quo in ſequenti dubio.

18. Tertium ergo dubium erat, Vtrum ſimul concurrere poſſit medium euidens, ſiuè ſit intuitiua apprehenſio obiecti viſi, ſiue abſtractiua cognitio iudicatiua medij ſcientifici, ſimul cum diuina reuelatione ad vnum indiuiſibilem actum producendum, qui præciſè & ſimpliciter neque ſcientia ſit, neque fides, ſed talis ſpeciei, quæ vtrumque eminenter contineret: euidentiam ſcilicet ſcientiæ, & certitudinem fidei: hoc dubium quia iam à logicis in libris de poſter. reſolut. tractari ſolet, breui expediam. Partem ergo affirmatiuam in Conimbricenſi academia philoſophiæ profeſſor olim docui: neque vnquam poſtea hæc ſententia mihi minus placuit, quantumuis multos recentiores, qui poſtea ſcripſere, contra illam pluribus rationibus inſurgere animaduerterim, quos infra citabo; noſtram ſententiam tradiderunt Capreol. in 3. diſt. 25. quæſt. 1. artic. 3. Palud. diſtinct. 24. quæſt. 3. artic. 3. Durand. quęſt. 1. prolog. referens pro eadem opinione D. Thomam Aragon. 2. 2. quæſt. prima, artic. 5. Lorca ibidem probabilem putat diſput. 14. numero 4. nec diſplicet Valent. tom. 3. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 4. §. 2. Verſic. *Ac poteſt dupliciter*. Abſolutè defenditur à Fonſeca 6. met. cap. 1. quæſt. prima ſect. 5. §. vltimo Molin. 1. p. quęſt. prima artic. 1. diſp. 2. & colligitur ex D. Thom. 1. 2. quęſt. 67. artic. 3. in corpore. Probatur primo: non repugnat concurrere ſimul medium ſcientiæ, & medium fidei ad vnum aſſenſum, ergo ſi ſimul apprehendantur, & ab intellectu applicentur de facto illum producent: probatur antecedens: non repugnant ex eo quod ſint plura media, neque ex eo quod ſint talia, ergo nulla eſt repugnantia, non quia ſint plura, nam eadem concluſio ſimul demonſtrari poteſt per plures cauſas: & ſi illa contineat effectum, qui ſit alterius cauſa, ſimul demonſtrari poteſt à priori per cauſam, & à poſteriori per effectum, itaque receptiſſima eſt philoſophorum ſententia, conflari poſſe vnum medium ex multis, quorum vnumquodque ſufficiens erat ad demonſtrandam concluſionem. Deinde non eſt repugnantia ex eo quod talia media ſint alterum ſcientiæ, alterum fidei. Nam quamuis actus ex ipſis procedentes, vnuſquiſque in ſua ſpecie, ſimul eſſe nequeant in eodem intellectu; non ideo pugnant principia ſeu media à quibus prodeunt, ſicut neque habitus vt diximus ſcientiæ & fidei pugnant, ergo poſſunt ſimul apprehendi medium, quo demonſtratur hęc propoſitio Deus eſt ſapiens, & auctoritas diuina, & ſimul propter illa duo media intellectus aſſenſum poterit elicere: neque dici poteſt intellectum trahi debere à medio euidenti, ne per medium de fide aſſentiatur: nam motiuum fidei habet aliquid, quod producat in aſſenſu, quod à medio ſcientiæ procedere nequit, & non repugnat in aſſenſu ſcientifico reperiri, nempè certitudinem fidei maiorem certitudine ſcientiæ. Ex eo enim quod aſſenſus euidens ex medio de fide participet maiorem certitudinem, non tollitur euidentia in eo aſſenſu à medio ſcientifico accepta, certitudo enim bene cum euidentia coniungitur.

19. Probatur ſecundo, ſicut ſimplices apprehenſiones ſpeciem ad diſtinctionem deſumunt ab obiectis materialibus, ita iudicia ab obiectis formalibus, ſed intellectus vna ſimplici apprehenſione obiecta maximè diſſimilia attingit, ergo etiam vna cognitio iudicatiua propter diuerſas rationes motiuas ſimul ſumptas, & vnam integranter in obiectum materiale ferri poteſt, illique aſſentiri: maior communiter recipitur, minor probatur in cognitione Angelica, & humana; quæ obiecta valde diſſimilia ſimul apprehendit. Immo maximè probabilis eſt Henrici opinio, qui quodl. 8. quæſt. 33. ait etiam ſenſum, verbi gratia oculum, vnica viſione diuerſa colorata album & nigrum videre arbitratur, & ſane negari non poteſt intellectum, iudicando album negare de nigro: & tamen iudicium eſt vna qualitas ſimplex, quæ in totum enuntiabile tendit, illudque exprimit, ergo ſicut plura materialiter diuerſa per modum vnius repræſentat, etiam plura formaliter diuerſa vnitè repræſentabit. Tertio voluntas poteſt actum virtutis exercere propter diuerſos fines ſimul, nempè ob timorem Gehennæ, & ſpem, ſeu deſiderium Gloriæ: ſicut ergo fuga timoris, quæ oppoſita eſt proſecutioni ſpei ſimul concurrit cum illa ad mouendam voluntatem ad actum honeſtum, cur duo media non concurrent ſimul ad eundem aſſenſum intellectus? ſi quidem ita ſe habet principium in ſpeculatiuis, ſicut finis in practicis operationibus. 4. quando ſyllogiſmus conſtat vna præmiſſa ſcientifica, altera de fide, concluſio, quæ ex illis infertur cadit ſuper vtramque præmiſſam; ideoque illius aſſenſus, ſaltem vt quo, & virtualiter fertur in præmiſſam de fide ſimul, & in ſcientificam: vtraque enim cauſat concluſionem, ſed non magis repugnat, quod vnum medium ex vtraque præmiſſa conſtetur, altera euidenti, altera obſcura, quam quòd duo media ſimul in vnum coaleſcant ad vnum aſſenſum cauſandum: ergo, &c.

20. Ad maiorem traditæ ſententiæ declarationem tria exponere oportet, quæ dubitationem ingerunt. Primum, an hic actus ſit ſupernaturalis & fidei. Secundum, an produci debeat ab habitu fidei. Tertium, an poſt ſe habitum relinquat. Ad primum R. illum actum fore ſupernaturalem, non tamen eiuſdem ſpeciei cum actu fidei diuinæ: ita docent communiter auctores huius ſententiæ ſupracitati: prima pars probatur, nam vt ſit ſupernaturalis, ſatis eſt ſi ex motiuo ſupernaturali procedit, & quamuis motiuum non ſit adæquatè, & totaliter ſupernaturale, tamen motiuum ſupernaturale eleuat aliud motiuum ſcientiæ, & ex conſortio ſupernaturalis motiui medium naturale actum ſupernaturalem elicere poteſt, nam ſupernaturalitas in actu potentiæ cognoſcentis non eſt modus affixus entitati actus, ſed pertinet ad intrinſecam illius ſubſtantiam, ergo cum hæc indiuiſibilis ſit in ſua ratione, ſeu ſubſtantia, vt ſic dicam, extenſiua, ſeu entitatiua, (quidquid ſit de intentione) concurrente vtroque medio, actus ſupernaturalis euadit ex motiuo ſupernaturali, non enim impeditur efficacitas motiui ſupernaturalis ex partiali concurſu naturalis motiui ſcientiæ, ſicut non impeditur virtus luminis gloriæ cum intellectu concurrentis ad viſionem beatam quominus ſupernaturalem actum intelligendi producat: & ratio eſt, quia quando in vno effectu ſe compatiuntur plures perfectiones, quarum vna aliam non excludit, poſſunt plures cauſę ad illum concurrere, quarum vnaquæque ſuam perfectionem effectui tribuat, verbi gratia, intellectus dat viſioni beatæ quod ſit actio vitalis intelligendi, lumen verò ſupernaturale quod ſit actus in entitate ſupernaturalis: ſimiliter medium ſcientiæ dat actui euidentiam, medium fidei ſupernaturalem certitudinem maiorem ſcientifica.

Quòd verò ille actus non ſit eiuſdem ſpeciei cum actu fidei, quod erat vltima pars; probatur ex ſupradictis: nam de ratione fidei eſt ne tendat in obiectum apparens ſeu euidens: ſed ille actus tenderet in obiectum apparens propter medium euidens ſimul ad illum concurrens: ergo non eſt actus fidei: deinde media dant ſpeciem & diſtinctionem actibus; ſed quando illa duo media in vnum coaleſcunt, diuerſum eſt medium ab eo, quod eſt ſolum fidei medium, ergo etiam actus diſtinguentur ſpecie. Vnde etiam probatur non eſſe actum ſcientiæ: primo ob hanc proximam rationem, ſecundo quia actus ſcientiæ non habet maiorem certitudinem quam quæ ex euidentia medij, ſeu obiecti reſultat: ſed hic actus maiorem habet certitudinem, quam quę ex medio euidente, vel ex euidentia obiecti accipitur, nam medium fidei maiorem certitudinem illi actui communicat, quam ex medio ſcientiæ participet: ergo illa maior certitudo ex euidentia procedere nequit. Rogabis an ſaltem dicendum ſit, hunc actum continere eminenter actum fidei & ſcientię: reſpondeo affirmatiuè dummodo continentia eminentialis non ſtrictè ſumatur pro ſola virtute quę poteſt ea effectiuè producere, quę eminenter continet; ſed latius pro excellentia rei, quæ aliquam perfectionem nobiliori modo continet, quam in ente inferiori reperitur: hoc modo loquitur Molin. 1. p. quęſt. 4. artic. 2. diſp. 2. §. final. exempla ſunt, verbi gratia, intellectus Angeli dicitur eminenter continere noſtrum, quia perfectiori modo omnia & plura quam noſter comprehendit. Item ſenſus internus continet eminenter ſeu virtute, perfectionem externi ob eandem cauſam; quia eadem, quæ externus præſtantiori modo attingit. 21.

Ad ſecundum reſpondent aliqui habitum fidei non poſſe influere in hunc actum: quamuis ad illum habitus ſcientiæ de illa concluclusione acquiſitus in illum influere queat: probant quia habitus fidei tenderet extra ſuum obiectum, non verò habitus ſcientię, nam habitus fidei requirit obiectum non apparens, quale non eſt obiectum prędicti actus, eſt enim euidens: ergo extra ſuum obiectum ferretur ſi illum actum produceret: habitus verò ſcientiæ nihil in obiecto habet repugnans quominus in illud, producendo actum, tendat, etenim maior cognoſcibilitas, quę in illo obiecto eſt inuidens, & ex medio reuelationis 22.

lationis

lationis diuinæ innoteſcit, non imminuit cognoſcibilitatem naturalem euidentem, quam attingit actus ſcientiæ; ratione cuius extra obiectũ ſuum habitus non tenderet, ſi propter illam in actum influeret. Melius tamen meo iudicio Molin. Valent. ſupracitati & alij indicant illum actum ab habitu fidei procedere poſſe. Primo; quia habitus fertur in obiectũ quod ſtat ſub ſua ratione motiua, ſed obiectum prædicti actus ſtat ſaltem partialiter, & inadæquatè ſub ratione motiua habitus fidei: ergo habitus in illud ferri poteſt. Secundo, eodem modo habitus in ſuos actus & obiecta tendunt, quo potentiæ: ſed vna poteotia ex accidenti propter concurſum alterius cauſæ, cui coniungitur prodit in actionem & effectum diuerſum ab eo, quem per ſe intendit, quin extra ſuum obiectum tendere cenſeatur, ergo etiamſi habitus fidei per ſe poſtulet producere aſſenſum obſcurum, & ferri in obiectum ineuidens, per accidens ex concurſu alterius habitus ſcientiæ, ſeu medij ſcientifici effectum producere poterit diuerſum ab eo, quem ſe ſolo produceret, nec ideo extra obiectum ferri exiſtimabitur. Exemplum ſumitur ex productione Leopardi ad quam potentiæ generatiuæ Leonis & Pardi ſimul concurrentes effectum cauſant tertiæ ſpeciei ad quem neutra per ſe inclinabat. Tertiò, illa maior cognoſcibilitas obiecti; & maior certitudo quæ eſt in actu, & ab eo in obiectum refunditur, prout ſtat ſub ſua ratione formali diuinæ reuelationis, non eſt euidens neque enim ex medio ſcientiæ emanat: ergo ſaltem ratione illius poterit habitus tendere to obiectũ obſcurum: quamuis ſimpliciter tale non ſit: quia ex medio ſcientiæ ſimpliciter euidẽs apparet. Quarto non magis ſumit habitus ſpeciem ab obiecto, quam ab actu, immo ab hoc immediatiùs illam accipit: ſed aduerſari, admittunt habitum ſcientiæ concurrere ad illum actum, qui diuerſæ ſpeciei eſt ab illo, quem habitus naturalis ex ſolo medio ſcientiæ producitur: ergo etiam habitus fidei quamuis de ſua ratione & ex ſolo ſuo concurſu determinetur ad producendos actus fidei, poterit nihilominus concurrere ad prædictum actum, vnde ſoluitur ratio in oppoſitum adducta, quia tendentia habitus fidei ad hunc actum non eſt per ſe, & adæquata, ſed per accidens & inadæquata: quare non eſt mirum ſi ad effectum quemdam tertium tam habitus fidei quam ſcientiæ concurrant.

23. Ad tertium Reſp. nullum ex eo actu habitum gigni vel intendi phyſicè: nam habitus fidei vel ſcientiæ non poſſunt gigni, vel intendi per hunc actum: etenim habitus producũtur, vel intenduntur ab actibus, qui ſunt in ſpecie omnino ſimiles illis, ad quos per ſe habitus inclinant: ſed habitus fidei, & ſcieotiæ per ſe non inclinant ad illum tertium actum, ſed per accidens ad illum concurrunt, ergo, &c. Maior eſt communiſſima inter Theologos & philoſophos diſputantes de habitibus acquiſitis. Deinde quamuis hic tertius actus dicatur eminenter continere aſſenſum fidei, & ſcientiæ; non eſt hæc cootinen-

A tia rigoroſa, ex qua arguatur virtus ad producendos illos actus; ergo neque ad producendos, vel intendendos habitus illorum actuum: eſt enim hic alius modus continentiæ eminentialis quem ſupra declarauimus: dixi phyſicè, quia forſitan meritoriè per hunc tertium actum intendi poterit habitus fidei; quia procedit ex pia affectione voluntatis applicantis intellectum; vt etiam propter diuinam reuelationem aſſentiatur. Neque etiam dici poteſt tertium aliquem habitum ab hoc actu produci, qui ſit ſupernaturalis, nam habitus ſupernaturales omnes ſunt per ſe infuſi, & conſequenter noſtris actibus non acquiritur: ratio eſt, quia habitus ſupernaturales comparantur per modum potentiæ ad actus, vnde ſunt illis nobiliores, & eorum
B cauſæ æquiuocæ: ſupplent enim defectum potentiarum, & eas complent in ratione principij intrinſeci adæquati ad actus ſupernaturales eliciendos. Vnde neceſſario ſequitur non poſſe ab eiſdem actibus phyſicè produci, neque intendi: quia habitus, qui poteſt ab actu effectiuè intendi, ab eo etiam poteſt primo produci ſaltem in aliquo gradu intenſionis: cum ergo actus ſit ignobilior habitu ſupernaturali, non poteſt illius eſſe cauſa æquiuoca principalis, ne effectus eſſet præſtantior ſua cauſa: ſed de hoc alibi latius à Theologis diſputatur.

Verum quia oppoſitum doctrinæ hocuſque traditæ de poſſibilitate huius tertij actus docent Suar. de fide diſput. 3. ſect. 9. nom. 13. Coninc. de moralitat. actuum ſuper. diſput. 24.
C 11. dub. 1. num. 29. & infra: item Turian. diſput. 12. dub. 1. referens D. Thom. 12. quæſt. 67. artic. 3. in corpore: item Gregor. & Henricum, ex quibus D. Thom potius ad noſtram ſententiam trahi poteſt, quam ad contrariam: illorum argumenta ſoluere opportebit: primo igitur à priori ſic arguit Suar. quando concurrunt ſimul in intellectu medium ſcientiæ, & medium fidei diuinæ, vnumquodqoe eſt ſufficiens ad cauſandum ſuum actum ſpecie diuerſum ab altero; eſt enim medium totale, & in ſua ratione completum, ergo non eſt cur vniantur ad vnum tertium actum efficiendum: Nam ſimultas temporis, & vnitas ſubiecti non ſufficit, ſuppoſito quod plures actus ſpecie diuerſos eodem tempore, & in eodem intellectu ſimul
D eſſe non repugnet: confirmatur primo, quia ſi coniungeretur ſimul auctoritas humana cum diuina ad probationẽ eiuſdem veritatis, non concurrerent ad eundem aſſenſum: ergo neque medium ſcientiæ & fidei: confirmatur ſecundo; ſi conſideretur Deus vt bonum propter ſe amabile, & vt bonum noſtrum ſimul, non propterea elicitur tertius actus qui eminenter ſit amor amicitiæ & concupiſcentiæ, ſicut neque vnus actus virtutis eſt ex proximis motiuis diuerſarum ſpecie virtutum: ergo. Ad hoc neganda eſt conſequentia ob rationes ſuperius adductas: nam vnum quodque medium alterum impedit ne ſuum to ſpecie actum cauſet; ex eo quod ſimul eſſe nequeant illi duo actus & intellectus vtrumque medium applicet, & vtroque vei-

velit. Præterea etiamſi vnum quodque medium ſuum actum cauſare poſſet, ex imperio voluntatis intellectum applicantis, ex duobus mediis cæteroqui totalibus, & completis in ſua ratione, vnum conglobatum efformatur, vt quando certæ concluſioni per diuerſaa cauſas ſimul applicatas & ad vnum medium coniunctas intellectus aſſentitur, quod Logici communiter concedunt, hoc tamen fieri debet quando vnum quodque medium poteſt aliquid in effectu cauſare, quod ſtare poſſit cum perfectione ab altero medio cauſata, nam cognoſcibilitas vnius concluſionis, provt pendet à cauſa formali, diuerſa eſt à cognoſcibilitate, provt pendet à materiali, efficiente, ſeu finali: talis tamen certitudo, & euidentia cauſatur ab vnaquaque cauſa ſeu medio: vt cum aliis certitudinibus & euidentiis habitis per alias cauſas in eadem concluſione reperiri non repugnat: & hinc prouenit non poſſe medium fidei humanæ cum medio fidei diuinæ ad vnum actum concurrere: quia cum auctoritas humana ſit fallibilis potius deſtruit, quam iuuat certitudinem fidei diuinæ, & cum in euidēs ſit, nihil eſt quod in actu fidei producat, cum tamen medium ſcientiæ in certitudine conueniat cum medio fidei diuinæ & ſolum differant ſecundum magis & minus, & alioqui cum medium ſcientiæ euidentiam in illo tertio actu cauſare poſſit, neque repugnet maior certitudo fidei cum euidentia ſcientiæ in vno actu coniungi, ideo medium ſcientiæ cum medio fidei diuinæ ſimul ad vnum tertium actum concurrere poſſunt: non verò auctoritas humana ſimul cum diuina: ob ſimilem rationem docet probabilior ſententia philoſophorum medium probabile concurrens cum demonſtratiuo nihil efficere in actu ſcientiæ; ſed tantum diſpoſitiuè intellectum iuuare in aſſenſu ſcientifico, vt docent Conimb. de poſter. reſolut. lib. 1. cap. 26. quæſt. 2. artic. 4. §. aliæ duæ: vnde patet reſponſio ad primam confirmationem. Ad ſecundam reſpondeo diuerſam eſſe rationem in his actibus virtutum, qui ſimul eſſe poſſunt, neque vnus alterius obiectum deſtruit ſicut in actibus ſcientiæ, & fidei diuinæ oſtendimus: quod in cauſa erit, vt concurrentibus diuerſis virtutum diuerſarum motiuis actus ingenerent diuerſos, non tamen concurrentibus mediis, altero ſcientiæ, altero fidei diuinæ: an verò ex imperio voluntatis poſſit eadem res ob diuerſas rationes motiuas amari vno actu qui diuerſas virtutes ſaltem eminenter continent, eo quod reſpiciat diuerſarum virtutum honeſtates, non pertinet ad hunc locum ſed ad quæſtionem 18. 12. vbi Salas tract. 7. diſput. 2. ſect. 17 & 9. partem affirmantem, vt probabilem defendit, quamuis numero 81. in eo excedat, quod medium probabile, & ſcientificum, item media fidei diuinæ, & humanæ ad vnum aſſenſum concurrere ſimul aſſerat, quod ſupra reiecimus.

25. Arguitur ſecundo: Ille actus neque eſſet naturalis, vt concedimus, neque ſupernaturalis, ergo eſt impoſſibilis: probatur hoc ſecundum, nam in iſto actu certitudo, & euiA dentia eſſet naturalis ratione medij ſcientiæ quod eſt naturale, ſed hæ perfectiones non diſtingountur ab entitate actus: ergo ipſe non erit ſaltem ſecundum ſe totum ſupernaturalis: ex alio capite ead. entitas eſſe nequit partim naturalis partim ſupernaturalis: ergo &c. Præterea talis actus ratione medij ſcientifici eſſet neceſſarius, & diſcurſiuus, item ratione medij de fide eſſet liber, & non diſcurſiuus: quæ ſunt conditiones repugnantes reſpectu eiuſdem actus. Reſp. illum actum eſſe in entitate ſupernaturalem, vt diximus; vnde certitudinem & euidentiam illius phyſicè, & entitatiuè ſumptam eſſe ſupernaturalem: neque nouum eſt cauſam naturalem cum ſupernaturali concurrentem ab illa eleuari, vt effectum ſupra ſuam naturam B cauſet: nam ſimile argumentum fieri poſſet de intellectu, qui eſt cauſa naturalis, videlicet non poſſe ſupernaturalem aſſenſum fidei elicere, quia vitalitas in eo actu procedit ab intellectu, qui eſt cauſa naturalis: ergo erit naturalis in aſſenſu fidei; ſicut ergo hæc ratio aduerſarios non cogit negare intellectum concurrere, & cauſare phyſicè cum habitu vel cum auxilio Dei aſſenſum fidei ſupernaturalem: ita neque nos vrget ſimilis ratio ab eis adducta. Denique ad id quod additur de neceſſitate, vel dependentia actus per diſcurſum habiti, dico illum eſſe liberum, & diſcurſiuum: illud primum habet ex medio fidei: quia cum extrinſecum obſcurumque ſit, non cogit intellectum ad aſſentiendum propter C illud: hoc vero ſecundum habet ex medio ſcientifico, quod neceſſario debet iudicari, & in præmiſſis apte collocari vt ex illo velut à principio intrinſeco concluſionis aſſenſus euidenter deducatur. Vnde cum non ſit hic actus eiuſdem ſpeciei cum actu fidei non eſt mirū, ſi de ſe poſtulet diſcurſum: & cum non ſit actus eiuſdem ſpeciei cum ſcientia, poterit eſſe liber, provt in medio fidei fundatur, quod per voluntatem libere applicatur, quando intellectus diſcurſiuum aſſenſum elicere conatur neceſſario ex medio ſcientifico.

Opponitur tertio, vel ad rationem obiecti formalis fidei diuinæ neceſſarium eſt, vt per nullum medium obiectum euidens appareat: vel non: ſi ſecundum, nulla eſt ratio cur non poſſint ſimul produci actus fidei, & ſcientiæ, 26.
D ſi quidem non deſtruitur obiectum fidei ſi per aliud medium euidens appareat, contra doctrinam ſuperius traditam: ſi primum; ergo impoſſibile eſt habitum fidei, vel motiuum illius influere, & cauſare actum qui cadat ſupra obiectum euidens: etenim deſtructo obiecto, habitus & ratio motiua nihil circa illud operantur, ergo ſi per ſcientiæ medium obiectum apparet euidens & poſita euidentia deſtruitur obiectum fidei, circa illud, nihil habitus fidei neque motiuum quicquam efficiet, Reſp. quod iam ſupradiximus media non repugnare ſimol eſſe in intellectu; ſed actus, qni ab illis cauſantur: nam obiectum ſolum per actum ſcientiæ proximè, & formaliter euidens apparet: per medium vero radicaliter, & remotè. Vnde quia vnum quodque medium ſi ſeorſim ad ſuum

ſuum actum concurreret, vnum deſtrueret obiectum alterius, tartium actum efficiunt; qui vtrique medio adæquate reſpondet. Quare ad argumeotum damus primum membrum, ſi ſermo ſit de euidentia obiecti terminantis actum, non verò de obiecti euidentia radicaliter & remotè conſiderata in medio: nam actus ſcientiæ cum medio fidei, vel actus fidei cum medio ſcientiæ ſimul eſſe poſſuot in eodem intellectu: inde verò nihil contra nos concluditur, & merito negatur conſequentia: quia habitus fidei non per ſe, ſed per accidens, & medium fidei inadæquate illum tertium actum cauſant; non per ſe, ſeu adæquate vt ſupra declaraui: reliquę confirmatiooes à Suar. citato adductæ ex dictis maoent diſſolutæ.

Vtrum obiectum materiale fidei ſit euidenter credibile.

SECTIO VI.

1. CVm iam conſtet res diuina fide credendas ſub obſcuritate, & ineuidentia terminare fidei aſſenſum, & conſequenter de illis creditis non haberi euidentiam veritatis, nunc vlterius inquirimus, an ſaltem hæ res habeant euidentiam credibilitatis: nam aliud eſt rem eſſe euidenter veram, aliud eſſe euidenter credibilem: nam in primo caſu euidentia cadit ſupra veritatem rei, in ſecundo ſupra credibilitatem: Etenim vt rȩs ſit euidenter credibilis, ſatis eſt ſi euidenti ratione demonſtretur illius probabilitas, cum quo ſtare poteſt quod falſa ſit; neque enim idcirco eſt euidenter vera, quia eſt euidenter credibilis; nam quando audiuimus plures homines fide dignos aliquid teſtautes, & præterea ſunt maximè probabiles rationes ſeu coniecturæ, quæ idem oſtendunt, ſane in eo caſu res eſt credibilis euidenter, & tamen non eſt euidenter vera; immò poteſt eſſe falſa. Verum quamuis hoc in fide humana cootiogere poſſit, io diuina non habere locum exiſtimauit Capreol. in 3. diſt. 31. quæſtione voica artic. 3. ad tertium, contra primam concluſ. ibi enim docet fidei diuinæ articulos non eſſe euidenter credibiles: & poteſt hæc ſententia his ratioolbus ſuaderi: prima; ſi myſteria fidei diuinæ ſint euidenter credibilia, erunt euidenter poſſibilia, & euidenter vera: ſed hoc eſt contra ſoperius dicta: ergo. Maior oſtenditur: per diuinam fidem quidquid eſt credibile eſt, poſſibile, & verum: nam fides diuina, non tendit in falſum, ueque in impoſſibile: confirmatur primo, quia credibile ſupponit eſſe: ſi ergo obiectum eſt euidenter credibile, erit etiam euidenter poſſibile; at quod eſt poſſibile euidenter, vel cognoſcitur in actuali exiſtentia euidenter: etenim quod eſt, poſſibile eſt, eſſe: vel cognoſcitur euidenter ordo, ſeu virtus cauſæ potentis rem producere; & vtroque modo verum, quod eſt entis paſſio, conſequitur entitatem rei; ergo ſicut res altero ex his modis cognoſcitur euidenter poſſibilis, ita & euidenter vera cognoſcitur.

A confirmatur ſecundo: in æternis prædicatis quæ ad Deum ſpectant, idem eſt poſſe eſſe & eſſe: ergo ſi myſtetium Trinitatis, & alia prædicata notionalia Dei cognoſcuntur euidenter poſſibilia, cognoſcerentur euidenter eſſe: quod ſane dici nequit. Secunda ratio eſt, quia ſi myſteria noſtræ fidei eſſent euidenter credibilia, homines illis diſſentiri non poſſent, neque intellectus noſter voluntatis excitatione, & pia affectione indigeret ad credendum; quare ſublata fidei libertate illius meritum tolleretur; ſequela ex eo probatur, quoniam quæ euidenter apparent probabilia, facile intellectum ad aſſenſum trahere poſſuot. Tertia: in noſtra fide aliqua limitantur principia ſeu negantur in tota ſua amplitudine accepta, quæ lumini naturali B intellectus apparent euidenter vera: ergo doctrina fidei, quæ his principiis opponitur, nequit eſſe euidenter credibilis: quomodo enim euidenter credibile erit, cuius oppoſitum lumini naturali euidenter verum apparet? antecedens probatur, quia propter myſterium Trinitatis Theologi negant, ſeu limitant illud principium, *quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe*: propter myſterium incarnationis illud aliud: *impoſſibile eſt oppoſita de eadem ſimul & reſpectu eiuſdem affirmari.*

2. Voica concluſio: ſola Euangelica doctrina eſt euidenter credibilis: & ſola fidei noſtræ myſteria ſunt euidenter credibilia. De hac nulli catholico licet dubitare: illam tradit D. Thom. 1. contra Gentes cap. 6. & 2.2. C quæſtione prima, punct. 4. Scot. quæſt. 2. prologi & reliqui ſcriptores in lib. ſentent. ad eundem prologum: Medina lib. 2. de recta in Deum fide Vega lib. 2. de iuſtificatione: ex Patribus in hac veritate demonſtranda laborarunt Euſebius lib. 15. de præparat. Euangel. Iuſtin. & Tertull. in Apologeticis Hieronym. contra Luciferianos, prope finem: Auguſtin. contra Epiſtolam fundamenti cap. 4. & lib. de fide rerum inuiſib. præſertim cap. 4. & 7. Item alij recentiores Vincent. Lyrinenſ. io commonitorio Bellarmin. lib. 4. de Eccleſia milit. Leſſius in conſult. de fide capeſcenda: fuſiſſimè Thomas Roſius, breuiſſimè ſed eleganter Camprianus in 10. rationibus ad Academicos. Probatur ex pſalm. 92. *Teſtimonia tua credibilia facta ſunt* D *nimis*: item ad Hebræ. 2. vbi dicitur oon poſſe effugere iram Dei qui tantam neglexerit ſalutem: *quæ cum initium accepiſſet enarrandi per Dominum, ab eis qui audierunt in nos confirmata eſt conteſtante Deo ſignis, & portentis & variis virtutibus*: item Ioann. 15. de Iudæis dicitur, quod de incredibilitatis peccato excuſationem noo habent, & ſubiungit Dominus, *ſi opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberet* illa enim opera, motiua erant, quæ res fidei reddebant euidenter credibiles. Vt ratione probaretur opporteret per motiua diſcurrere, ex quibus hæc credibilitatis euidentia promanat: quia tamen latè à recentioribus citatis tractari ſolent, præſertim à Valent. qui lib. 1. controuerſ. à cap. 3. vnde viginti numerat, pau-

ciora Caiet. Bannes, Aragon; & alij allegati, Scot. vbi ſupra ad decem redigit; ipſe quatuor tantum præcipua attingam, quæ à quatuor Dei attributis deducuntur.

3. Primum ergo motiuum ab attributo diuinæ ſapientiæ deſumitur, quæ omne verum attingit; inter quas veritates illa etiam eſt quod falſum ſit, id quod verum non eſt; & ipſe Deus ſit ſumma & prima veritas: à Deo igitur tanquam à primæ veritatis fonte non niſi veritas poterit deriuari: ſicut à diabolo vtpote mendacij parente mendacium proficiſcitur, ſicut enim primus cælo vitium, ita terreſtri Paradiſo prior intulit mendacium. *Nequaquam moriemini* dicebat Geneſ. 3. impoſſibile ergo eſt, vt doctrina, quæ nihil falſitatis admixtum habet ſit à Diabolo, & non Deo; ſed ſola chriſtiana religio caret falſitatis næuo, & diſſonantia, reliquæ verò ſectæ ſiue gentium, ſiue Iudæorum, Sarracenorum, vel hæreticorum aperta & meraciſſima continent mendacia, & contradictiones: ergo ſicut catholica doctrina ſolum à Deo, ita reliquæ à Diabolo proficiſcuntur: hæc minor oſtenditur, nam in duplici genere ſunt quæ noſtra fides docet: primum eſt eorum quæ à naturali lumine attinguntur: alterum eorum, quæ vires intellectus ſuperant naturales: de prioribus ea nobis traduntur, quæ cum naturali euidentia ſaltem in multis cognoſcimus eſſe vera, & rationi maximè congrua, videlicet, quæ de Deo fides docet; vt quod ſit vnus omnium creator, & finis vltimus, quod ſit æternus, omnipotens & ſimilia: quæ verò ad nos ſpectant, vt animum noſtrum eſſe immortalem, meriti ſeu præmij & ſupplicij poſt hanc vitam futuri, capacem, circa quæ tam multa Gentilium deliramenta referuntur, vt vix à falſo verum ſecernatur: immo nec præſtantiores philoſophi poſt magnos philoſophicæ inueſtigationis labores ſine errore aſſequi potuerunt, quæ nunc chriſtianorum puerulis, rudiquè plebeculæ perſpecta ſunt; in quibus recta ratio & naturale lumen conquieſcit: ex his colligimus veriſſima etiam eſſe, quæ de ſecundo rerum genere, nimirum de rebus ſupernaturalibus noſtra religio tradit; præſertim quia ab eodem Doctore doctrina hæc dimanauit, & tanta eſt dogmatum concordia, vt in nullis pontificum, & Conciliorum decretis, ad fidei definitionem ſpectantibus repugnantia, correctio, & impoſſibilitas appareat. Immo cum ex alio capite lumen naturale doceat Deum eſſe incomprehenſibilem, & ſupra captum creati intellectus, rectè videt, multa de Deo addiſci oportere, quæ ſunt ſupra naturales vires, quæ tamen naturalis ratio impoſſibilia non iudicat, ſed Dei excellentiam magnopere commendant: quod ſane efficax eſt argumentum: cum enim humana mens etiam de naturalibus agens, erroribus ſit obnoxia, fieri non poterat, vt ſine contradictione, & diſſonantia de myſteriis ſupra naturale lumen elatis tam congruentem per tot ſæcula traderet doctrinam; niſi idem diuinus ſpiritus diuerſas diuerſis temporibus linguas moueret, & à veritatis conſonantia haud ſineret diſcrepare: quamobrem Clem. Alexand. lib. 8. ſtromat. ſacras ſcripturas virgines appellauit, quæ quamuis veritatem pariant, nulla falſitate adulterantur.

Secundum motiuum accipitur ex attributo diuinæ voluntatis in honeſtum & bonum totius virtutis naturaliter propendentis. 4.
Cum igitur Deus ſit ſummè bonus item fons, & origo totius honeſtatis, à Deo lex ſectauè dari nequit, quæ approbet iniquitatem, repudietque bonitatem, nam vt rectè docuit Plato in Minoe Deus nimium indignatur quoties quiſque illi ſimilem reprobat aut probat diſſimilem. *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt:* vt regius cecinit Vates pſal. 118. quare ſolum eam Deus legem probare debet, quæ honeſtatem, æquitatemque concernat: ſed noſtra fides nihil impium, nihil inhoneſtum patitur, ergo à Deo neceſſario erit. Minor oſtenditur quia pſalm. 18. *Lex Domini immaculata* perhibetur: cuius perfectionem octo beatitudinibus ſeruator Dominus complexus eſt, quarum ne minimam quidem partem veteres philoſophi attigerunt. Denique vt vno verbo Euangelicæ perfectionis ſumma exponatur, notandum, quod non aliud nobis prototypum imitandum proponitur, quam ipſa Dei ſanctitas, & perfectio; *eſtote ergo & vos perfecti ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt* Matth. 5. numero 48. & licet hoc in lege naturæ Deus ab Abrahamo poſtulauerit, cum illum ad altiorem perfectionis ſtatum promouere curauit, vt Procop. Caiet. & alij adnotarunt Geneſ. 17. numero 1. *ambula coram me* ſeu vt legunt 70. *complace coram me.* Chald. *ſeruias coram me: & eſto perfectus.* (illud enim Dominus ſeruitium ab Abrahamo exigebat, quod ſibi complaceret; ad hoc verò oportebat vt Abrahamus ſe ad Dei nutum componeret, & vt diuinæ voluntatis, ac bonitatis archetypum in ipſius oculis perpetuo verſaretur) huiuſmodi tamen ſanctitas & perfectio in lege gratiæ maximè floruit, & ab initio naſcentis Eccleſiæ ad noſtra vſque tempora perennat: quod Boſius de ſignis Eccleſ. lib. 1. à cap. 3. vſque ad 11. fuſiſſimè oſtendit, teſtanturque tot Monachorum ſacrarumque virginum myriades, qui renuntiantes ſæculo carnis maceratione frequenti ad Deum oratione in terris vitam egere cæleſtem: teſtatur etiam ſacerdotalis, pontificijque ordinis modeſta grauitas, & grauis modeſtia; effuſa in pauperes liberalitas: omnium denique exempla virtutum, quibus diuini ſponſi ſemper in eadem Eccleſia manſuri, thalamus tanquam vernanti florum germine adornatur: tractat hoc argumentum Chryſoſtom. homil. 6. in cap. 2. epiſtolæ prioris ad Corint. additque in Eccleſia primitiua à vitæ ſanctimonia multos allectos fuiſſe ad credendum: & tunc fideles vitam vixiſſe Angelorum. *Quod*, ait, *ſi in præſentia fieret vniuerſum ſane orbem & ſine ſignis conuerteremus.* Sæpe enim contigit,

contigit; vt bonę virtutum odore ethnici ad finem traherentur: quod Theodor. lib. 4. cap. vltimo narrat. & Socrates lib. 1. cap. 20. Chriſtianam ſeruam fuiſſe commemorat, cuius vitæ ſanctitas tantum valuit, vt eius interuentu totum Iberorum regnum ad fidem veniret. E contra verò in nulla alia ſecta hæc morum integritas, ac intemeratæ virtutis ſplendor emicuit. Immo etiam vitia, quæ recta ratio, & natura abhorret, facile permittuntur, vt per ſingulas diſcurrenti erit manifeſtum.

6. Tertium Motiuum à diuina omnipotentia deriuatur: *Nam ſolus Deus eſt qui facit mirabilia magna*, pſalm. 135. & hæc miracula in pignora ſuæ potentiæ à Deo fieri, Chryſoſt. auctor eſt, in Matth. homil. 14. & vt docuit Auguſtin. epiſt. 49. quæſt. 6. Deus mirabilibus operibus loquitur: ſi ergo Deus in confirmationem Euangelicæ veritatis, tot miracula edidit, cum ipſe mentiri nequeat, neque falſum teſtificari, ſeu confirmare, vt ſupra probauimus, neceſſario vera erit doctrina his miraculis confirmata. De miraculis verò à Chriſto editis non modo ſacri Euangeliſtæ, eo tempore ſcribentes, quo multi oculati teſtes à quibus ſi falſum ſcripſiſſent, facile poſſent mendacij conuinci quod nullus fecit: ſed etiam ipſi Iudæi teſtantur, vt Ioſephus qui eadem confirmauit: nam lib. 18. de Chriſto cap. 6. ait *Fuit Ieſus vir ſapiens, ſi tamen virum oportet dicere, erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum qui libenter vera ſuſcipiunt*: hoc teſtimonium adducit Hieronymus vt refert Poſſeuinus in apparatu, verbo Ioſephus Iudæus. Præterea Lentulus Romanus in epiſtola ad Senatum quæ habetur apud Euſebium lib. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſt. Et in aliis Ethnicorum hiſtoriis crebrè fit mentio operum mirabilium, quæ à Chriſtianis fiebant, licet illi gentiles ea non diuinæ potentiæ, ſed magiæ temerè attribuebant: etenim ipſi etiam inimici vera ſigna experti, negare non poterant, nempe Lazari reſurrectionem à quatriduo iam ſepulti, & in fœtido corpore iterum animam reſumentis ac per multos annos ſuperſtitis; & plura alia ſimilia: quæ tum à Chriſto, tum ab Apoſtolis, & aliis ſanctis viris facta legimus, & pleraque noſtra etiam ætate perpetrata nouimus: vt Domini promiſſio impleretur: Ioann. 14. num. 12. *qui credit in me, opera, quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet*: quæ verò apud infideles miracula facta narrantur, ea aut vires naturæ dæmoniſque facultatem non excedunt, vel à Deo procedunt non ad confirmandam illorum religionem, ſed vel ad oſtendendam alicuius innocentiam, vel ad alium honeſtum finem ordinantur, videlicet vt ad agnitionem Dei ſupra communem naturæ curſum potentis gentes infidelitatis errore obcæcatæ prouocarentur: & non modo veris nunquam miraculis ſectæ alię ſuam hæreſim confirmarunt; ſed neque meritis, & opera dæmonum patratis, quin ſtatim paterent illorum operum præſtigiæ: vt contigit Magis Pharaonis Exod. 8. num. 19. qui cum Moyſe certantes fateri coacti ſunt, ſola Moyſis opera Dei digito fieri, nempè diuina virtute. Item Elimę cum D. Paulo certante Actorum. 13. & Simoni Mago cum D. Petro contendenti: quo pacto verò à principiis Chriſtianæ religionis ad noſtra huſcuſque tempora prodigioſa miracula edita ſunt tractat Caniſius lib. 5. de Deip. cap. 18. & Bellar. lib. 4. de notis Eccleſ. cap. 14. cum aliis ex ſupra citatis.

Inter quę miracula præcipuum locum tenet mundi conuerſio per homines paucos, qui litteras non didicerant inermes, inopes, & abiectos; etenim intra viginti, vel ve plurimum triginta annos Euangelium Chriſti toto orbe fuit euulgatum, & receptum, vt docet Irenæus lib. 1. Iuſtin. contra Triphonem Origen. homil. 6. in Geneſ. Euſebius lib. 8. cap. 1. hoc argumento ad noſtræ fidei veritatem confirmandam ſolidiſſimo vtitur Athan. de humanit. verb. Theod. lib. de legibus; Auguſtin. lib. 22. de Ciuitat. cap. 5. & 7. item Clemens Alexand. lib. 6. ſtromatum: ſola enim diuini verbi veritas mundum expugnauit *quaſi* malleus conterens petram: Ierem. 23. quaſi gladius, & arcus Eſai. 41. & quaſi gladius anceps penetrans vſque ad diuiſionem animæ; ad Hebræos 4. neque huius argumenti vim eneruat Mahometanæ ſectæ propagatio, hæc enim nulla ſupra intelligendi vires myſteria edocet, neque carnis macerationem præcipit, immo voluptatibus indulget, libidinique morem gerit, non miniſtrorum manſuetudine propagatur, ſed armis introducitur, ac defenditur, vt Mahometus in Alcorano cap. 18. & 19. iuſſit, cum tamen Chriſtiana lex myſteria intellectu difficilia, voluptatique obſtantia præcepta ſuadeat: & ſolius verbi potentia comitantibus miraculis omnium gentium corda penetrauerit. 7.

Quartum motiuum diuina prouidentia ſubminiſtrat: quæ in re tanti ponderis deficere non debuit; nimirum in tradenda notitia diuinitatis, & in præſcribendo ipſius Dei cultu aliquoque religionis more omnibus hominibus obſeruando: & ex alio capite permittere non debuit vt tam præclaris teſtimoniis falſa ſecta niteretur, qualia ſunt, quę pro noſtræ religionis veritate repugnant: & primo loco hanc veritatem ſanctiſſima Trinitas teſtata eſt. Nam Pater ad Iordanis ripam Lucæ tertio coram omni populo Chriſtum dilectum filium proclamauit, & iterum in Thabor audientibus Apoſtolis Petro, Iacobo, & Ioanne Matth. 17. ad quod Patris teſtimonium alludit Chriſtus Ioann. 8. *Teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater.* Deinde Spiritus ſanctus corporali ſpecie deſcendens in baptiſmo & in die Pentecoſtes ſuper Apoſtolos deſcendens eos ſua virtute muniuit & gratiæ donis inſtruxit vt Chriſto teſtimonium perhiberent. Denique Dei Verbum noſtra carne indutum præterquam tota vita ſua iuge fuit eiuſdem veritatis teſtimonium, tribus annis vltimis tum cæleſtis doctrinæ præceptis, ac conſiliis, tum prodigioſis miraculis ſe Dei filium eſſe demonſtrauit: 8.

Et quoniam teſtimonia, quæ in iudicio fiunt A plurimum apud homines valent ne ſuo teſtimonio hæc ſolemnitas deeſſet, coram Pilato manifeſte dixit Ioannis 18. *Ego ad hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum vt teſtimonium perhibeam veritati.* Rurſus in Concilio ſacerdotum ſub Anna & Caipha interrogatus à ſummo ſacerdote, *Tu es Chriſtus Filius Dei benedicti?* reſpondit, *Ego ſum: & videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cœli.* Marci 14. num. 61. ad quod Chriſti teſtimonium alludit Paul. 1. ad Timoth. 6. vbi ait de Chriſto. *Qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato: bonam confeſſionem:* nimirum quod ipſe eſſet filius Dei vt notat. D. Thom. ibidem, eaquæ confeſſione expirauit dicens *Pater in manus tuas*: propter quam dicitur à ſancto B Cypria. de duplici martyrio ſummus Martyr. Secundo loco eſt teſtimonium Angelorum, & vt omittam veteris teſtamenti apparitiones; Gabriel Virgini Deiparæ Chriſti diuinitatem manifeſtat, dum altiſſimi filium appellat, Lucæ 1. n. 35. concinente Elizabetha ex diuina reuelatione ibidem. n. 43. idem vel alius Angelus Ioſepho, dum Chriſti nomen *Emanuel*, expoſuit nobiſcum Deus, eamdem diuinitatem declarauit. Matth. 1. n. 23. Alij non ſine dulciſſimo vocum concentu intempeſta nocte paſtores excitant, natum mundi ſaluatorem proclamant, & ad adorandum in præſepio inuitant. Lucæ 2. n. 11. duo alij Lucæ 24. n. 6. ſanctas Marias læto nuntio de Chriſti reſurrectione exhilarant: alteri Apoſtolos edocent iam aſſumptum ſuiſque C oculis ereptum Ieſum, non niſi in nouiſſimo iudicij die rediturum: quare non oportere eo in loco amplius demorari. Actorum. 1. n. 11. Denique Apocal. 19. n. 20. alius ſe à Ioanne adorari non permittit: & dum ſe Ioannis, cæterorumque fratrum conſeruum dicit, ſe Chriſti ſeruitio mancipatum deprædicat. Neque ſolum boni Angeli, ſed etiam mali vel inuiti idem teſtari coguntur. *Exibant autem*, ait Lucas 4. num. 41. *Dæmonia à multis clamantia, & dicentia quia tu es Filius Dei*: & in ciuitatibus Idolorum cultui deditis in Apoſtolorum ingreſſu Dæmonia per Idola, vel per linguas hominum obſeſſorum fidei Chriſtianæ veritatem Dei imperio coacti prædicabant: vt docent Rufinus D lib. 10. cap. 11. Victori. lib. 1. de perſecut. Vandalor. Hiſtoria tripartita lib. 2. cap. 22. & lib. 7. cap. 39. idem oſtendit illa Dæmonum ſubiectio, quam in exorciſmorum vſu ſæpe experimur, & à primis Eccleſiæ Chriſtianæ ſæculis probata eſt idem oſtendit Baron. anno 56. ex Iuſtino Tertull. Cyprian. Origen. & aliis de quo Prudent. in Apotheoſi contra Iudæos act.

torquetur Apollo
Numine percuſſus Chriſti nec fulmina verbi
Ferre poteſt, agitant miſerum tot verbera lingua
Quot laudata Dei reſonant miracula Chriſti.

8. Tertio loco accedit eorum teſtimonium, qui diuino ſpiritu afflati eandem Euangelicæ fidei veritatem, myſteriaque præmonſtrarunt, tales fuerunt Patriarchæ & Prophetæ in veteri teſtamento quorum aliqui de Chriſto & lege gratiæ tam manifeſtè loquuti ſunt vt præterita potius narrare quam futura prædicere viderentur: quo argumento vtitur D. Proſp. de prædiction. & promiſſ. patriarch. & ante illum Paulus ad Roman. 1. num. 2. *Quod autem promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, &c.* item in nouo teſtamento illuſtre eſt Ioannis præcurſoris teſtimonium, qui non ſibi, ſed Chriſto diuinos honores deberi confeſſus eſt. Præterea Apoſtoli, & Apoſtolici viri, ſancti Patres ex Eccleſia tum Græca, tum Latina, qui ſuis elucubrationibus Catholicæ fidei dogmata illuſtrarunt: tot Epiſcoporum Concilia Generalia, & prouincialia ad hunc finem congregata, Pontificum Decreta ſumma cum iudicij deliberatione ſtabilita, eandem doctrinam in dies declararunt: neque ſolum Chriſtianorum auctoritas intercedit, ſed & Gentilium qui ex diuina prouidentia res diuinas prædixerunt, vt ait D. Maxim. ſerm. 3. Iuſtinus in 2. Apolog. pro Chriſt. Clem. Alex. lib. 6. ſtromat. Theodoret. quæſt. 43. in Numer. & Niceph. lib. 8. cap. 9. inter hæc celeberrima ſunt ſybillarum vaticinia, quæ habentur tom. 1. ſacræ Biblìot. lib. 2. & apud Medin. 2. de certa in Deum fide cap. 9.

Quarto loco ſuccedit illorum teſtificatio qui non ſermone tantum, ſed ſuo etiam ſanguine noſtræ fidei veritatem obſignarunt: & quamuis ſola ſanguinis effuſione pro aliqua reprobanda non ſit euidens veritatis argumentum; non enim defuerunt qui pro ſuis erroribus C mori non dubitarint vt teſtatur Tertull. lib. de fuga in perſecutione, tamen Martyrum multitudo, varietas & circumſtantiæ in morte pro fide Catholica obeunda efficaciſſimum, euidenſque credibilitatis argumentū eſt: quia nuſquam pro hæreſi falſaue ſecta infidelium vndecim millia Virginum, militum legiones integræ, tanta animi alacritate, tanta erga carnifices, ac iudices manſuetudine, tanta in tormentis tolerantia vitam obtulere: præſertim cum ſæpiſſime Martyres diuini numinis auxilio è periculis ſuppliciiſque erepti deſtructis tormentorum machinis non ſine aſtantium miraculo, & conuerſione, alio faciliori mortis genere occidi permitterentur. Et tandem ne etiam inſenſibilis creaturæ teſti- D monium defuiſſet, ipſa etiam in Chriſti humanitate Maieſtatis diuinæ potentiam agnouit, & in Chriſto obſequium præſtitit Deitati: ad hoc confirmandū egregia ſunt illa D. Gregor. Magni verba homil. 10. in Euangelia. *Omnia*, inquit, *elementa autorem ſuum veniſſe teſtata ſunt: vt enim de eis quiddam vſu humano loquar. Deum hunc cœli eſſe cognouerunt; quia protinus ſtellam miſerunt: mare cognouit quia plantis eius ſe palpabilem præbuit: terra cognouit, quia eo moriente contremuit: ſol cognouit quia radios abſcondit; ſaxa & parietes cognouerunt quia tempore mortis eius ſciſſa ſunt: infernus cognouit, quia hos, quos tenebat mortuos reddidit*: & ſane Dionyſio ſatisfuit in prædicatione Pauli aduertere ſolis Ecclypſim ab eo notatam in Chriſti morte contigiſſe, vt manus veritati ſubmitteret, & Chriſti doctrinam euidenter

denter credibilem iudicaret, vt ipſe fatetur ſcribens ad Appollophanem cum eo Heliopoli tunc commorantem & ſolis detectum contra communem naturæ curſum pariter cum Dionyſio notantem & exclamantem. *Hæ ô bone Dionyſi diuinarum viciſſitudines ſunt rerum*

10. Ex his ergo motiuis quam breuiſſimè delibatis hæc conglubata conſtrui poteſt demonſtratio, quæ euidentem noſtræ fidei credibilitatem manifeſtet; Doctrina rectæ rationi conformis de Deo digne ſentiens nihil diſſonantiæ continens, ſed ſibi vndique cohærens, virtutem bonoſque mores ſuadens, omne vitij & flagitij genus deteſtans, prodigioſis miraculis confirmata, tot tantiſque Dei, Angelorum, hominúque teſtimoniis vſque ad copioſam ſanguinis confuſionem ſtabilita: & in qua quatuor præſertim Dei attributa elucent, nempe ſapientia, bonitas, omnipo- B tentia, & prouidentia, procul dubio eſt credibilis; ſed talis eſt noſtræ fidei doctrina, non ita quæuis alia ſecta, ſiue Iudaiſmus ſit, ſiue Paganiſmus: ſeu Mahometana ſecta, ſeu aliqua quæcumque hæreſis: ergo ſola hæc eſt credibilis. Maior & conſequentia ſunt euidentes, quare ſi minor eſt euidens, ſequitur euidentem eſſe credibilitatem, quæ in conſequentia infertur. Minorem igitur quoad priorem partem euidentem, faciunt motiua, quæ partim experimento addiſcuntur, partim per hiſtoriam tam conſtanti atteſtatione & vniuerſali exiſtimatione conſtãt, vt ad humanam euidentiã ſatis ſuperquè ſufficiant qualis eſt illa, quæ habetur de hac propoſitione Vlyſippo eſt, reſpectu eorum qui illam vrbem nunquam viderunt: quam ſine formidine partis C oppoſitæ ob moralem certitudinem & euidentiam atteſtationis omnes euidenter credibilem eſſe fatentur, à fortiori ergo euidens erit credibilitas illius doctrinæ, quæ rationibus, ac teſtimoniis adeo manifeſtis ſtabilitur. Poſterior pars minoris quod ſcilicet in nulla alia ſecta talis credibilitatis euidentia reperiatur, ſuadetur ex oppoſitis fundamentis, nam in omnibus aliis ſectis Paganiſmo, Mahometiſmo, Iudaiſmo, & hæreſi omnino oppoſita facile inueniuntur: ergo ſi tota doctrina fidei eſt euidenter credibilis: huic oppoſita credibilitatem nequit habere euidentem: & quamuis in aliquibus videatur catholica religio cum aliis conuenire, vt cum Mahometiſmo, Iudaiſmo, & hæreſi in hoc quod vnum Deum colant; tamen cum vna ſit fides & indiuiſa iuxta Pauli ad Epheſ. 4. ſatis eſt vnum illius ne- D gare articulum, vt illa tota deperdatur: & quidem de Iudaiſmo ſatis conuincitur illius falſitas, quia vnum ex præcipuis in quo illa fundatur, Chriſtianæ fidei deſtruit fundamentum. Vi-

11. delicet Chriſtum non fuiſſe Meſſiam, ſed hunc adhuc expectari: ſuis enim Iudæi vaticiniis conuincuntur: neque oportet in hoc diutius immorari: aliæ verò ſectę poſt Chriſtum cæpere & ab illius doctrina Apoſtolis tradita pro libito augendo, ſeu detrahendo defecere: quamobrem illarum ſectarum autores à Chriſto diſcedentes ſua ſectis nomina indiderunt vt Arianiſmus ab Ario, Pelagiſmus à Pelagio, Lutheraniſmus à Luthero, Caluiniſmus à Caluino, & ſic de cæteris nomenclationem acceperunt: quo argumento vtitur Cypianus lib. de vnitate Eccleſ. *Non enim*, inquit, *nos ab illis, ſed illi à nobis diſceſſerunt.* Epiphan. in Anchorato prope finem

A Hieronym. contra Luciferanum. Lactan. lib. 4. c. 30. Iuſtinus in Triphon. Atanaſ. ſerm. 2. contra Arian. & fuſe Bellarm. lib. 4. de notis Eccleſ. c. 5. Accedit quod flagitioſa authorum vita ac turpiſſimi mores, non niſi turpem & vitioſam produnt doctrinam: ſemper enim hæreſes à vitioſo immoderatoque appetitu eruperunt: vt aduertit Cypri lib. 4. Epiſt. 9. & Nicephor. lib. 4. c. 4. & quidem de Simone Mago patet & de Valantino teſtatur Irenæus lib. 1. aduerſus eundem; de Marcione Epipban. hæreſ. 42. & vt reliquos omittam, vt ait Auguſt. lib. de paſtor. c. 8. *Vna ſuperbia omnes illos genuit*: de Luthero nota eſt hiſtoria ex inuidia & ambitione illius hæreſim proceſſiſſe, vt videre eſt apud Celſum in actis Luthæri anno 1517. item Henrici 8. Regis Angliæ notiſſima turpitudo, quæ regnum illud à ſe- B dis Apoſtolicæ obedientia, & à vera fidei profeſſione ſeiunxit: ſola ergo catholica religio hęc in ſe euidentis credibilitatis motiua adeo clara complectitur vt merito Richardus Victorinus dixerit lib. 1. de Trinitate c. 2. *ſi error eſt quem credidimus à te decepti ſumus: iis enim ſignis doctrina hæc confirmata eſt, quæ niſi à te fieri non potuerunt.*

Ad primum ex argumentis initio poſitis Reſp. negando illationem maioris, nam myſteria fidei ſuper naturalia, quæ ratione naturali nequeunt demonſtrari, neque ſunt euidenter poſſibilia, neque euidenter vera; vt de myſterio Trinitatis ſpeciatim docet D. Thom. 1. par. q. 31. art. 1. & recentiores ibidem. Item de Incarnatione verbi diuini probant Theologi in 3. diſt. 1. ex Patribuſque confirmat Suar. tom. 1. in 3. p. diſp. 3. ſect. C 1. Quare non idem eſt, obiectum eſſe euidenter credibile, ac eſſe euidenter verum, ſeu poſſibile: nam ad hoc vt credibile ſit, ſatis eſt quod ita proponatur, & talibus nitatur credibilitatis motiuis, vt dignum ſit cui prudenter aſſenſus præbeatur: poteſt autem contingere vt aliquid falſum, & impoſſibile taliter proponatur, vt fide dignum ſit, & credibile prudenter iudicetur. Neque enim vt ſit res euidenter credibilis neceſſaria eſt euidentia rei ſeu ipſius poſſibilitatis. Quando enim Parochus ruſtico proponit credendum, quod reuera reuelatum non eſt, ille ruſticus euidenter iudicat illud ſibi prudenter eſſe credibile, & tamen verum non eſt. Inſtabis: ſaltem euidens erit hæc conſequentia, hoc obiectum eſt credibile fide diuina; ergo eſt verum; ſi quidem diuinæ fidei falſum ſubeſſe non poteſt: D igitur omne obiectum quod proponitur vt euidenter credibile fide diuina erit euidenter poſſibile, & verũ. Reſp. concedendo totum: ex hoc tamen nihil contra nos colligitur; non enim dicimus myſteria fidei proponi nobis euidenter credibilia fide diuina, hoc eſt fide infuſa, & ſupernaturali, non enim poſſumus cognoſcere euidenter credibilia eſſe obiecta per fidem ſupernaturalem: quia euidens nobis non eſt dari fidem ſupernaturalem: hoc enim eſt vnum ex obiectis fidei obſcuris: dari ſcilicet fidem diuinam, & infuſam: ergo non eſt euidens, licet ſit, ſicut reliqua myſteria propter dicta motiua euidenter credibile dari talem fidem: aliud enim eſt eſſe euidens dari talem fidem: aliud eſſe hoc euidẽter credibile, quaſi credibilitas euidẽs antecedenter, & ex parte obiecti cogniti, vt credibilis, dicat ordinem ad fidem infuſam.

Q

Vrgebis; hæc credibilitas euidens non dicet
ordinem ad fidem merè humanam: ergo ad di-
uinam: probatur antecedens: nam alioqui non
poſſet homo conari ad habendam fidem niſi hu-
manam, ſi quidem euidentia credibilitatis ad
illam ſolummodo ordinaretur & in illa ſiſteret:
ex quo ſequeretur quod non proponerētur my-
ſteria fidei credenda tanta certitudine, quæ ex-
cluderet omnem formidinem neque tanta in-
fallibilitate vt illis falſum ſubeſſe non poſſit.
Reſp. concedendo antecedens & diſtinguendo
conſequens: Nam ſi ſermo ſit de fide diuina, id
eſt infuſa à Deo, negandum: quia dari talem fi-
dem nobis euidens non eſt, ſi verò intelligatur
conſequene da fide, quæ ex conatu & intentio-
ne credentis propter diuinam autoritatem habe-
tur: concedendum: hæc enim quod attinet ad
euidentiam noſtræ cognitionis abſtrahit ab in-
B fuſa, & naturali, quia nobis euidens non eſt
non eſſe poſſibilem fidem naturalem propter di-
uinam auctoritatem: multi enim de facto poſſi-
bilem illam exiſtimāt, imo neque nobis euidens
eſt, an re vera diuinam autoritatem habeat pro
motiuo noſter aſſenſus: ſufficit ergo quod no-
bis proponantur myſteria fidei, vt euidenter
credibilia tanta certitudine, quæ excludat om-
nem formidinem præſcindendo quod ille aſſen-
ſus ſit aliciendus per vires naturæ, aut per fi-
dem infuſam. Accedit quod ex motiuis credi-
bilitatis euidentis non colligitur infallibilis fidei
certitudo: quia non propter illa aſſenſus fidei
eacludit falſitatem, ſed propter motiuum in-
fallibile, & cum hoc motiuum nobis euidens
non ſit, certum eſt ex ſola euidenti credibilita-
te non colligi euidentem veritatem ſeu poſſibi-
C litatem in obiectis fidei: ita ſoluit hanc diffi-
cultatē paulo plus minus-ve Suar. de fide, diſp.
4. ſect. 4. & in idem recidit ſolutio Turriani
de fide diſp. 7. dub. 3. §. finali; v. g. per motiua
prædicta demonſtrari myſteria fidei euidenter
credibilia fide diuina materialiter, non forma-
liter, quia ipſa formalis ratio fidei diuinæ eſt
etiam obiectum materiale huius credibilitatis.
15. Ad ſecundum: Reſp. tantam attingi poſſe
à fideli, credibilitatis euidentiam vt myſteriis
fidei nequeat diſſentire; adhuc tamen illi libe-
rum erit aſſentiri: plura enim requiruntur vt
intellectus neceſſario determinetur ad aſſen-
tiendum, quam vt determinetur ad non diſſen-
tiendum, prior enim neceſſitas, eſt quoad exer-
citium, quæ maior eſt: poſterior ſolum quoad
ſpeciem & minor. Verum non ita regulariter
D contingit, quia euidentia credibilitatis ſolum
probabilitatem, non infallibilem veritatem per
ſe inducit: quare in ſe ſpectata non neceſſitat
intellectum ad aſſenſum: quia non oſtendit ve-
ritatem obiecti, ſed probabilitatem, & quam-
uis illa credibilitas materialiter ſit de re infalli-
bili & omnino vera, non tendit in illam forma-
liter, neque oſtendit euidenter medium infalli-
bile cum hac veritate coniunctum: quare præ-
ualere poteſt affectio voluntatis & trahere intel-
lectum ad iudicandum oppoſitum: vnde proue-
nit quod liber omnino ſit aſſenſus fidei merito-
rius, vt infra quæſtione 3. dicemus: ſect. 9.
Inſtabis: ſi ſola probabilitas cognoſcitur eui-
denter ex motiuis, non veritas, & ideo poſſunt
fideles ſeu infideles diſſentire fidei myſteriis;
ſequitur antequam eliciatur aſſenſus, vel diſ-

A ſenſus, apparere probabilitatem obiecti contra-
rij rebus fidei; qui enim diſſentit videt aliquam
rationem probabilem propter quam diſſentiat;
ergo in eodem inſtanti non poterat elici actus fi- 14.
dei certus; ſiquidem in illo oppoſitum probabi-
le apparebat. Reſp. in eodem inſtanti non eſſe
actum fidei cum iudicio probabili de obiecto
contrario, quando enim aliquis obiectum cer-
tum infallibiliter iudicat, nullam in oppoſito
probabilitatem agnoſcere ſimul poteſt: quare
ſolum aliqua ratio motiua ad oppoſitum, & ra-
dicalis probabilitas ſtare poterit cum aſſenſu fi-
dei, non verò actualis aſſenſus probabilis de
obiecto oppoſito. Vnde obſeruandum eſt, quan-
do motiua fidei ſimul ſunt cum rationibus op-
poſitis, quamuis non oſtendant veritatem fidei
in ſe; habere tamen vim ad euidenter oſtenden-
dum, voluntatem prudentiſſime imperare poſ-
B ſe & debere aſſenſum intellectus excludendo
omnem formidinem, quæ ex contrariis ratio-
nibus proueniat. E contra verò rationes contra-
riæ, cum plurimum ſolum habere vim ad hoc,
vt voluntas imprudentiſſime operans diſſenſum
rebus fidei poſſit libere imperare: quando ergo
elicitur aſſenſus fidei, voluntas ita illum impe-
rat, vt ſimul cohibeat probabilitatem actualem,
quæ ex rationibus oppoſitis poſſet prouenire:
nulla ergo probabilitas in oppoſito apparet niſi
illa radicalis ſeu virtualis; quæ in motiuis con-
tinetur, & à voluntate frænatur.
Ad tertium: illa principia ſi accommodentur
enti prout abſtrahit ab increato, finito, & infi-
nito non eſſe vniuerſaliter vera: niſi aliqua li-
mitatione, aut declaratione modificentur:
quamuis ſi de creatis, & finitis tantum enti-
C bus procedant, vniuerſaliter vera ſint. Vnde
quando propter myſteriū Trinitatis ſeu Incar-
nationis limitantur ſeu negantur: non negatur
aliquid euidenter verum: illæ enim propoſitio-
nes in tota ſua amplitudine ſine limitatione ſunt
falſæ, quia repugnant myſteriis fidei: impoſſi-
bile autem eſt vt euidenter veræ ſint propoſitio-
nes falſæ. De ſenſu verò illorum principiorum
agunt Theologi 1. par. ad quæſt. 32. late Didacus
Riuz. de Trinitat. diſp. 5. nunc tamen breuitar
aduertendum eſt non eſſe euidentem falſitatem
illorum principiorum in tota amplitudine. Nam
ſicut nobis euidentia non ſunt myſteria, in qui-
bus illa principia deficiunt, ita neque euidens
eſſe poterit illorum falſitas, quæ ſiſtendo in lu- 15.
mine naturali non apparet. Eadem ratione do-
cet merito Caiet. 1. p. q. 1. art. 8. cum D. Thom.
D ibidem quos ſequitur Vaſq. ibidem diſp. 11. c.
3. nos non poſſe euidenter ſoluere poſitiuè ar-
gumenta, quæ ducta ex naturalibus principijs
directè repugnant fidei: licet poſſimus illa ſol-
uere euidenter negatiuè: nam vt poſitiuè argu-
menta ſoluerentur euidenter, opporteret vt eui-
denter nobis conſtaret de veritate myſteriorum
fidei, ſed nobis de hac veritate euidenter non
conſtat: ergo neque de falſitate contradictorij:
dixi quæ directè repugnant myſteriis fidei,
quia ſi directè ſolum pugnent propoſitiones in
argumentis aſſumptæ contra aliquid naturaliter
ſcibile, & ſolum conſequēter contra fidem, tunc
poſitiuè ſolui poſſunt oſtenſa euidenter illa veri-
tate rei naturalis cum qua principia pugnant:
exemplum ſit; ſi aliquis velit probare acciden-
tia in Euchariſtia non eſſe ſine propria ſubſtantia
cuj

A cui inſunt ex eo principio, quod accidentium eſſe ſeu natura conſiſtit in actuali inhærentia, quia in bona philoſophia euidenter notum eſt oppoſitum: eſſentiam accidentis ab actuali inhærentia eſſe diſtinctam, ideo negari poteſt aſſumptũ cum euidentia oppoſitæ veritatis, & ita ſoluitur argumentũ, quod non directè, & immediatè, ſed ex conſequẽti fidei myſterio repugnabat: ſimiliter ſi quis contra reſurrectionis articulum argumentaretur ex eo quod animus ſit mortalis, & idem reproduci non poſſet, ex euidenti probatione veritatis oppoſitæ poſitiuè ſolueretur argumentũ: quod ſolum conſequenter reſurrectioni opponeretur: omnia tamen argumenta contra fidem negatiuè ſoluuntur euidenter: quia ad hoc vt ſoluatur euidenter argumentũ negatiuè, ſatis eſt ſi negetur aliquid in quo non apparet veritas, quæ conuincat in- B tellectum ad aſſenſum: intellectus vero conuinci non poteſt à propoſitione cuius contradictoria habet veritatem infallibilem, quamuis enim hæc infallibilis veritas obſcurè per fidem cognoſcatur, hoc non tollit, quominus euidenter conſtet, illud argumentum efficaciter non probare & negatiuè ſolui euidenter: quando vero Duran. in prologo quæſt. 1. num. 42. & alij negant argumenta contra fidem euidenter ſolui poſſe, intelligendi ſunt in priori ſenſu, nimirum poſitiuè, vt rectè ſentiant.

Vtrum ad aſſenſum fidei neceſſario cognoſcenda ſit euidens credibilitas; & an ab ipſo lumine fidei, vel à prudentia ſupernaturali oriatur.

SECTIO VII.

DVplex proponitur difficultas. Prima de neceſſitate præcognoſcendi euidentem credibilitatem ante actum fidei: Secunda an eadem credibilitas à fidei lumine proueniat, an verò à ſolis motiuis ſupra poſitis: de prima illud dubitandi præbet occaſionem, quia tam ruſtici quàm pueri, quando inſtruuntur in fide, non expendunt vim illarum rationum, neque fortaſſe illis hæc motiua inculcantur, & tamen negandum non eſt, veros actus fidei ab illis elici. Ad cuius ſolutionem prænotandum eſt: primo in Gentilibus adultis & ſapientibus ſæpiſſimè præcedere hoc iudicium de euidenti credibilitate inuenta in myſteriis fidei; propo-
1. ſitis à prædicatore motiuis, quæ illam mani- D feſtant. Secundo etiam ſine controuerſia eſt, aliquos adultos, ſaltem qui rudiores ſunt, item pueros quando ad vſum rationis perueniunt, & chriſtianam doctrinã perdiſcere incipiunt, poſſe aſſentiri myſteriis fidei aſſenſu vero & ſupernaturali, licet illa omnia motiua non proponantur, & illorum vim ſeu efficaciam ad oſtendendam credibilitatis euidentiam ipſi percipere nequeant: dubitatio igitur eſt, an etiam in his caſibus neceſſarium ſit, vt præcedat iudicium aliquod euidens de credibilitate myſteriorum, quæ credenda ſunt: Nam ſi motiua ſunt, quæ cauſant hanc euidentem credibilitatem, ſi illa vel non agnoſcuntur, vel illorum vis non expenditur, videtur ſine tali iudicio poſſe credi.

A Nihilominis ſit prima concluſio. Verus & germanus fidei aſſenſus neceſſario prærequirit 2.
iudicium antecedens aliquo modo euidenter attingens credibilitatem myſteriorũ fidei, ſiue ex motiuis prædictis habeatur, ſiue ex alio euidenti, quod pro captu perſonæ credentis ſufficiat ad excludendam formidinem in aſſentiendo, & proponat obligationem credendi. Hæc aſſertio exponit communem Theologorum ſententiam aſſerentium ad actum fidei diuinæ neceſſario prærequiri euidentiam credibilitatis in myſterio credendo: ita D. Thom. 2.2. quæſt. 1. art. 4. ad ſecundum; vbi manifeſtè ait, *quæ ſunt fidei in generali ſcilicet ſub communi ratione credibilis, ſunt viſa ab eo, qui credit: non enim crederet niſi videret ea eſſe credenda, vel propter euidentiam ſignorum aliquid huiuſmodi*: ita B Caiet. Arago. & alij Thom. ibidem Lorca diſp. 16. memb. 4. n. 20. Suar. de fide diſp. 4. ſect. 5. n. 8. Turrian. diſp. 7. dub. 7. Valent. tom. 3. diſp. 1. q. 1. punct. 4. ad fin. Coninc. de moralitat. actuu. ſuper, diſp. 13. dub. 1. probatur prima pars de abſoluta neceſſitate notitiæ euidentis circa credibilitatem duplici ratione: prima eſt, quia propria natura, & conditio actus fidei poſtulat, vt ante illum præcedat iudicium certum, & abſque vlla hæſitatione de credibilitate obiecti credendi per fidem diuinam: ſed hæc cognitio certa, non poteſt eſſe fides, qua daretur proceſſus infinitum; nam hæc prærequireret aliud iudicium certum, & ſic de cæteris: ergo cognitio hæc quæ præcedit eſt iudicium euidens; nam præter fidem diuinam non eſt cognitio certa niſi euidens: ma- C iorem oſtendo, quia niſi iudicium hoc antecedens fidem, ſit certum, poterit aliquis dubitare, vel formidare de credibilitate rei credendæ, ergo non determinabitur ad habendam fidem omnino certam, & immutabilem, qualis eſt diuina: ſed dubiam, fallibilem, ac mutabilem, qualis eſt humana. Nam ſtante ſola probabilitate, & prudentia, quæ in illa tantum fundatur, poſſet aliquis propter æqualem, vel maiorem probabilitatem in obiecto oppoſito apparenter iudicium mutare & conſequenter fidem, vel poſſet de obiecto antea propoſito dubitare, & conſequenter de fide circa illud, quæ tamen dubitatio in diuinam fidem non cadit. Secunda ratio ex priori ſequitur, & in illa fundatur; cuius connexionem cum priori aliqui recentiores non conſiderantes, eam impu- D gnarunt: illa vero hæc eſt, ante omnem actus virtutis præcedere debet iudicium prudentiæ actui proportionatum à quo dirigatur: ſed aſſenſus fidei eſt actus honeſtus, & cuiuſdam virtutis: ergo ad illum prærequiritur iudicium prudentiæ illi accommodatum: ſed iudicium prudentiale accommodatum aſſenſui fidei diuinæ debet eſſe certum, & euidens de credibilitate obiecti: ergo, &c. prior ſyllogiſmus totus eſt euidens: minor, quæ cum concluſione prioris ſecundam conſtruit demonſtrationem, ita probatur, hoc eſt diſcrimen inter fidem, & reliquas virtutes, quod ad operandum honeſtè in materia aliarum virtutum ſatis eſt probabile iudicium, neque opportet, vt ſit certum & euidens: verbi gratia ad hoc vt exerceam actum religionis in adora-

ticæ Euchariſtiæ, ſatis eſt ſi iudicem hanc hoſtiam eſſe ritè conſecratam, quæ eleuatur à ſacerdote faciente ſacrum: quamuis de hoc non habeam euidentiam. Verum ad volendum honeſtè credere iudicium prudentiale accommodatum ad aſſenſum fidei diuinæ, debet eſſe certum de credibilitate obiecti, quia debet determinare voluntatem, ad imperandum aſſenſum abſque vlla formidine & dubitatione infallibilem, & immutabilem: velle autem credere indubitanter quod clarè non apparet credibile ſane imprudētiæ imputaretur iuxta illud Eccleſ. 19. *qui cito credit leuis eſt corde*: neque in eo caſu voluntas intellectum poſſet inclinare ad aſſenſum firmum ſine dubitatione, quia obiectum in ſe & in particulari non apparet: niſi ergo in generali ratione credibilis appareat intellectus ad firmū aſſenſum non pertrahetur.

2. Altera concluſionis pars declarat, quomodo hæc euidentia non ſit in omnibus credentibus æqualis, neque eodem modo poſtulanda in pueris ac adultis; in ruſticis, ac ſapientibus: nam hi cum motiua teneant, illaque efficacia eſſe agnoſcant, nobiliori modo iudicium de euidenti credibilitate formare ſolent: pueri vero ſeu ruſtici ex traditione Eccleſiæ per ſapientes parochos, & parentes, illam euidentiam participant modo vniuerſali, & confuſo: nam intra terminos cognitionis euidentis alia perfectior, & clarior: alia imperfectior, & magis in confuſo eſſe poterit: ſatis ergo eſt ad iudicium prudentiale pueri, ſi ex euidenti atteſtatione parentis, quem fide dignum, & Chriſtianum eſſe agnoſcit, omnino citra vllam dubitationem iudicet credibile, & credendum eſſe myſterium fidei; ſicut enim motiua maiora non percipit, neque etiam contrarias rationes diſcernit quæ impedire poſſent euidentem notitiam credibilitatis, idemque dicendum de ruſtico. Accedit quod ijdem pueri, & ruſtici vident Chriſtianorum multitudinē hanc fidem, vt indubitatam profiteri, audiuntque illam multis miraculis eſſe confirmatam: ex quo reſultat ſufficiens certitudo, quæ res fidei illis tanquam moraliter certas, & euidenter credibiles facit: vnde iudicium euidens pro captu ſuo prudentiale efformant, quod omnem dubitationem excludit; quia voluntatem determinat ad excludendā omnem probabilitatem, quæ in oppoſitis rationibus continetur radicaliter ſeu virtute; vt ſectione proxima dictum eſt. Tandem addit Suar. citatus n. 9. ſi contingat exteriorem fidei prædicationem ſeu propoſitionem, non eſſe per ſe ſufficientem ad formandum iudicium firmum, & euidens de credibilitate rerum fidei, vel abſolute vel comparatiuè ad alias ſectas, tunc per diuinam inſpirationē, interioremque illuminationem poſſe ſuppleri: probaturque ex D. Thom. quodl. 1. art. 6. in corpore vbi cum proponeret triplicem modum trahendi ad finem: primo per interiorem vocationem de qua dicitur Ioan. 6. *Omnis qui audit à patre & didicit, venit ad me.* 2. per doctrinam, & prædicationem exteriorem ſecundùm illud Pauli ad Rom. 10. *fides ex auditu auditus autem per verbum Chriſti.* 3. per exteriora miracula vnde dicitur 1. Corint. 14. quod ſigna data ſunt infidelibus, vt ſcilicet per ea prouocentur ad fidem, ſubiungit idem Sanctus Doctor. *Si autem Chriſtus viſibilia miracula non feciſſet, adhuc remanebant alij modi attrahendi ad fidem, quibus homines acquieſcere tenerentur*: ſentit ergo euidentiam ex miraculis accipiendam, per interiorem vocationē poſſe ſuppleri: quæ doctrina quantum iuuet ad ſententiam, quam de obiecto formali fidei quæſt. ſequenti tradam, ibidem manifeſtum erit.

Secunda difficultas in titulo propoſita, quamuis videatur pertinere ad cauſam efficientem de qua in 3. quæſt. ex illius reſolutione conſtabit à motiuis credibilitatis non eſſe ſeparandam: illa vero, eſt vtrum prædictum iudicium credibilitatis eliciatur à lumine ſeu habitu fidei vel à prudentia ſupernaturali? Triplicem inuenio de hac re ſententiam: prima aſſerit hoc iudicium oriri à fidei habitu: in qua videtur fuiſſe D. Tho. 2. 2. q. 1. art. 4. ad 3. vbi ait *quod lumen fidei facit credere ea qua creduntur.* Et art. 5. ad primum ait *in quantum per lumen fidei videntur eſſe credenda*: quod cum exponi nequeat de euidentia rerum fidei in ſe, exponendum videtur de generali ratione credibilitatis euidentis, & ita D. Thom. interpretatur & ſequitur Caiet. & Aragon. ad art. 4. item Ferrar. 3. contra Gent. c. 4. probatur 1. ex 2. ad Corint. 4. n. 6. vbi Deus dicitur illuxiſſe *in cordibus noſtris ad illuminationē ſcientia claritatis*: ſed hoc fit per fidem: ergo. Secundo omne lumen manifeſtat aliquid euidēter; ſed fides dicitur lumen: ergo aliquid nobis euidenter manifeſtat, non res ipſas fidei in particulari, ergo in generali credibilitatis ratione. 3. Omnis habitus ſuum obiectum diſtinguere poteſt ab alio, quod eamdem obiecti rationem non participat: ergo etiam fides obiecta credenda à non credendis diſtinguere valet: hoc autem nullo alio modo faciet niſi oſtendendo, quæ euidenter credibilia ſint, & fide digna. Secunda opinio aſſerit hoc iudicium euidens credibilitatis ab habitu prudentiæ infuſæ proficiſci: huius autores tacito nomine refert Coninc. de moralitat. act. ſup. diſp. 13. dub. 2. & in hanc propendere videtur Valent. punct. 4. citato in fine ad 3. quamuis enim non declaret an prudentia de qua loquitur, ſit in fuſa vel acquiſita, ait tamen ab illa elicitiuè, & primarie hoc iudicium oriri, ſicut alia iudicia de agibilibus, impulſiuè vero ad fidem habitualem pertinere; poſtquam aliquis fidem habet; eo enim ipſo quod lumen fidei afficit intellectum, ille efficitur promptior, vt euidenter de credibilitate obiecti fidei iudicet. Tertia ſententia ſequenti concluſione declarabitur.

Secunda Concluſio. Iudicium euidens credibilitatis rerum fidei non oritur à lumine fidei, neque à prudentia ſupernaturali, vel acquiſita, ſed ab ſpeculatiua ſcientia à poſteriori. 5.
Aſſertio tres habet partes: primam tenet Capreol. in 3. diſt. 31. art. 3. ad 3. contra 1. concluſ. Vega quæſt. 9. de iuſtific. ad vlt. Gabriel. in 3. diſt. 24. quæſt. vnica art. 3. dub. 1. quos ſequitur Suar. de fide diſp. 4. ſect. 6. n. 2. qui eandem partem & reliquas ibidem; & diſp. 6. ſect. 8. n. 12. tuetur: idem tenet Turrian. de fide diſp. 7. dub. 4. referens Vaſq. & tradit Ægid. Coninc. diſp. 13. dub. 2. item Lorca 12. diſput.

diſp.16.memb 4.n.21.& ſeq Prima ſuadetur primo. Nullus habitus ferri poteſt extra ſuum obiectum formale; ſed obiectum iudicij euidentis circa credibilitatem rerũ fidei, eſt maximè diuerſum ab obiecto formali fidei: ergo. Maior ab omnibus admittitur, & inductione facta per omnes potentias, & habitus oſtenditur: minorem probo, nam obiectum formale fidei, vt dicemus eſt auctoritas diuina reuelans ſeu teſtimonium Dei: obiectum verò formale illius iudicij ſunt motiua illa euidentia: imo neque obiectum materiale eſt idem omnino, nam fides reſpicit veritatem rei credita; hoc verò iudicium reſpicit credibilitatem eiuſdem; conſtat autem eſſe credibile, diuerſum eſſe ab eſſe verum: item verum quod eſt obiectum fidei, eſt non viſum non modo per ipſam fidem, ſed vt diximus neque per alium actum ſimul exiſtentem: credibile vero eſt viſum à iudicio euidenti. Secundo hoc iudicium non eſt actus credendi; ergo non elicitur ab habitu fidei, nam actus elicitus à fide eſt credere: antecedens probatur quia illud iudicium eſt diſpoſitio ad fidem & per diſcurſum acquiſitus, atque; euidens; actus verò credendi non poteſt eſſe diſpoſitio ad ſe ipſum, neque per diſcurſum acquiritur, & in euidens eſt: Inde ſequitur quod neque poſtquam aliquis habitum fidei aſſequitur, ad illum poſſe pertinere huiuſmodi iudicium vt dicebat Valent. impulſiuè, ſi iſte terminus explicatur de impulſu ſeu efficientia phyſica, vel morali ſolius habitus inclinantis ad tale iudicium: ſecus ſi explicetur de motibus gratiæ diuinæ ex deliberatis, & ipſum habitum comitantibus. Tertio hoc iudicium non eſt tam certum quam ſit aſſenſus fidei: ergo non poteſt eſſe actus elicitus à lumine fidei: patet conſequentia: quia habitus fidei ſemper exercet ſuos actus cum eadem certitudine & infallibilitate: quia eadem eſt ratio reſpectu omnium: antecedens probatur: quia illud iudicium fundatur in principiis cognitis humano modo, & per diſcurſum habitis: ex quibus ſupernaturalis certitudo non elicitur, qualis eſt fidei, & præterea qui ſolum dubitaret de certitudine, quæ ex euidentia credibilitatis oritur quatenus ex motiuis elicitur non eſſet hæreticus: ſi tamen de certitudine fidei dubitauerit, hæreticus erit, ergo certitudines ſunt diuerſæ.

5. Secunda pars ſuadetur, de prudentia infuſa ſeu ſupernaturali primo: nam prudentiæ infuſæ habitus ſupponit fidem diuinam; non è contra: ergo ante aſſenſum fidei diuinæ non poteſt eſſe habitus prudentiæ à quo oriatur, vt notat D.Thom. 1.2.quæſt. 65. artic. 4. ad primum: ſecundo habitus fidei manet in fideli peccante mortaliter & is in eo ſtatu elicit actus fidei: & tamen prudentia ſupernaturalis non manet vt tenet idem D. Thom. 2. 2. quæſtione 47. artic. 13. neque dicas in eo caſu illud iudicium oriri ab auxilio ſupernaturali, nam illud auxilium neceſſarium non eſt, ad hoc iudicium quod habetur per naturalem diſcurſum, & experientiam motiuorum naturalem, ideoque ex illis ſic cognitis euidentiam & certitudinem deſumit: & confirmatur quia auxiliaris gratia, vel eſt præueniens vel eſt cooperans ſeu concomitans: vtraque vero datur in ordine ad actum liberum, quia per gratiam præuenientem excitatur homo ad bene operandum, operatio vero honeſta & meritoria libera eſſe debet: & per concomitans auxilium iuuatur ad eliciendum actum liberum. Verbi gratia, actus fidei elicitur ex auxilio Dei ab infideli, quando incipit credere antequam habeat habitum infuſum, ille verò actus qui tale auxilium loco habitus requirit, liber eſt, quale non eſt iudicium credibilitatis: nam formalis libertas non eſt in iudicio niſi per denominationem extrinſecam ab actu voluntatis antecedentis illud: ſed hic actus voluntatis ſupponi non poteſt ad iudicium credibilitatis, quia illa volitio prærequireret aliud iudicium, & ita in infinitum procederetur: tertio probatur eadem pars de qualibet prudentia propriè ſumpta vt infuſam & acquiſitam comprehendit. Nam ad prudentiam pertinet inuenire medium in virtutibus, vt docuit D. Thom. 1.2. quæſtione 47. artic. 7. & tamen vt idem Doctor ait, bonum virtutis Theologicæ ſecundum ſe non conſiſtit in medio, ergo ſecundum ſe fides non pendet à prudentia: quarto actus prudentiæ verſatur circa media ideoque ſupponit intentionem finis: ſed iudicium credibilitatis non ſupponit intentionem finis, verbi gratia intentionem credendi, imò ad illam prærequiritur, nempe ad piam voluntatis affectionem: quæ intellectum ad credendum inclinat. Deinde etiamſi præcederet aliqua finis intentio prudentiæ, conſultatio de mediis neceſſaria non eſt ad credendum, vt expreſſe docuit D. Thom. 1. 2. quæſtione 65. artic. 4. ad primum, his verbis: *fides autem & ſpes ſecundum proprias rationes nec à prudentia, nec à charitate dependent*: quare poſtquam nobis conſtat Deum aliquid reuelaſſe per iudicium ſpeculatiuum, non eſt neceſſarium aliquod iudicium prudentiæ ſpecialis & proprie ſumptę ad volitionem credendi: dico *ſpecialis & propriè ſumpta*, quia dictamen conſcientiæ & iudiciũ quo quis hic & nunc æſtimat eſſe obligationem credendi, non eſt actus prudentiæ ſpecialis, ſed poterit eſſe generalis & latiſſimè acceptæ, qualis eſt omne iudicium quo mouetur aliquis ad actum voluntatis honeſtum, etiamſi non ſit actus quo prudentia medium virtutis præſtituat, quia illa medium non habet, vel quia eſt cognitio quæ mouet ad amorem finis alicuius virtutis ſecundum ſe non conſiderata materia, vel mediocritate illius.

Ex his rationibus, quæ meo iudicio euidenter conuincunt iudicium euidens credibilitatis non eſſe prudentiæ propriæ actum, tertia aſſertionis pars oſtenditur, nempe eſſe ſcientiã ſpeculatiuam à poſteriori: nam cum hoc iudicium ſit euidens habitum per diſcurſum ex motiuis per experientiã cognitis, eſſe nequit opinio, vel fides humana, quia hæ ſunt cognitiones ineuidentes: ſolum ergo ſupereſt, quòd ſit ſcientia ſpeculatiuè demon- 6.

ſtrans credibilitatem euidentem in obiecto A materiali fidei per motiua experimentali cognitione percepta ; eſt igitur hoc iudicium cognitio certa & clara veritatis ſpeculatiuæ ex euidentibus rationibus à poſteriori deducta, immo non ſolum in entitate naturalis, ſed etiam quoad modum: quia vt illa præciſe habeatur, neceſſaria non eſt aliqua gratia, ſed ſufficit naturale lumen intellectus cum generali concurſu Dei, vt tenet Suar. diſp. 6. ſect. 8. num. 12. cum Gabr. Almar. Ocham, Albertino, & Aragon. qui tamen vltimus in loco quem refert Suar. 22. quæſt. 2. art. 9. ſolum docet iudicium credibilitatis eſſe euidens, & quæſt. 1. art. 4. concluſ. 3. late probatum relinquit, hoc iudicium à lumine fidei oriri vt ſupra illum citauimus, quare dicere non potuit eſſe omnino naturale B & à ſolo generali concurſu & lumine intellectus naturali prouenire ſine manifeſta repugnantia, quam in eo non inueni. Vtrum verò præter hoc iudicium ſpeculatiuum, aliud ſit practicum antecedens piam affectionem voluntatis, quo hic & nunc obiectum credentium voluntati proponatur: dicemus quæſt. 3. Tandem aduerte quamuis Suar. proximè citatus prædictum iudicium credibilitatis appellet iudicium naturalis prudentiæ, prudentiam generaliter & latè ſumptam ab eo intelligi, non ſpecialem ſeu propriam.

6. Ad argumenta pro prima ſententia Reſp. imprimis D. Bonau. non loqui in citatis locis de iudicio credibilitatis, ſed de aſſenſu fidei circa res credendas, & vocabulum *videre* in latiſſima ſignificatione vſurpat, nempe pro C cognoſcere, in quo ſenſu qualibet intellectus cognitio obiecti certiſſimè cogniti viſio nominatur, qua ratione loquitur Paulus 1. Corinth. 13. *Videmus nunc per ſpeculum*, ideſt per fidem: ita ſoluit Turrian. citatus, §. reſtat, Ægid. num. 14. & Lorca num. 23. Secundo reſpondet Suar. diſp. 4. ſect. 6. num. 4. ſententiam D. Thomæ eſſe lumen fidei conferre aliquo modo ad iudicium credibilitatis non producendo illud, ſed per modum diſpoſitionis ex parte ſubiecti, vel tanquam vnum ex motiuis iuuare ad dictam euidentiam: & explicatur exemplo habitus temperantiæ, quo affectus homo facilius iudicat de medio huius virtutis: ſæpe enim ex diſpoſitione ſubiecti varia hic vel ille affectus excitatur: ſimiliter habitus fidei diſponens & inclinans D ad aſſenſum credibilium: diſponit etiam ad iudicium de illius credibilitate: addit tamen merito Suar. hoc non eſſe intelligendum de ſolo habitu fidei nudè ſumpto, ſed de motionibus diuinis, quæ præparant ad talem habitum, & ipſum poſtea ſolent comitari; ratio eſt quia habitus fidei per ſe ſumptus non cadit ſub experimento, motiones verò diuinas cum habitu coniunctas poſſumus in nobis experiri, & ex illis coniectari à bono ſpiritu proficiſci; ideoque inter motiua numerari poſſunt, & per illas aliquando ſuppleri in pueris & ruſticis diſtinctiorem motiuorũ notitiam ad euidens iudicium eliciendum: quæ quidem ſolutio non eſt contemnenda, licet prima expeditior ſit & ad mentem D. Thomæ conformior. Ad primum argumentum acceptum ex Diuo Paulo Reſp. in eo loco Paulum Corinthiis gratulari quod deſerta infidelitate & contempto idolorum cultu fidei Chriſtianæ lucem, veræque doctrinæ ſplendorem aſpexerint, & merito fidei cognitio comparata ad infidelium cæcitatem & ignorantiam ſcientiæ claritas nuncupatur: vel ſit alluſio ad Iudæos, quibus coopertus erat Moyſis vultus, quod illius radios firma oculorum acie ſuſtinere non poſſent; longe aliter Chriſtianis accidit, quippe qui accepta diuinitus fide ſpectare potuerunt gloriam, & Maieſtatem Dei in Chriſti facie reſplendentem: vt optimè exponit Iuſtinianus. Ad ſecundum diſtinguenda eſt maior. Nam lumen in rigore dictum manifeſtat euidenter: ſed in latiori ſignificatione lumen dicitur quælibet cognitio vel habitus ad illam inclinans, per quem aliquid cognoſcitur certo, ſiue ſit obſcurè, ſiue euidenter; & in hoc ampliori ſignificatu fides dicitur lumen; non in ſtrictiori. Ad tertium, Reſp. fidei habitum diſcernere credenda à non credendis inclinando in aſſenſus circa illa, & non hæc: hoc vero non eſt attingere euidenter credibilitatem illorum, quod ipſius naturæ repugnet. Secundæ ſententiæ fundamenta prætermitto, quia in probanda ſecunda parte aſſertionis oppoſitis rationibus infirmantur.

Vtrum materia fidei temporis diſcurſu accreuerit & rectè in articulos, & ſymbola diſtribuatur.

SECTIO VIII.

DE articulis fidei agitur in textibus ſuperiori commentatione declaratis, præſertim in cap. firmiter in quo hi articuli explicatius diſtinguuntur: Et in primis quæſtio eſt de augmento, non de diminutione fidei, quia quod ſemel à Deo reuelatum eſt & diuino teſtimonio fundatur, ſemper infallibilem retinet veritatem, vel neceſſariam vel contingentem reſpectu illius differentiæ temporis ſub qua eſſe dicitur, nam proditio Iudæ quando in cœna prædicta fuit, tanquam futura concipiebatur, à nobis tamen vt præterita creditur: ſolum ergo quæſtio eſſe poteſt de augmento. 1.

Deinde hoc augmentum eſſe poterit fidei implicitæ vel explicitæ: fides explicita eſt, qua creditur aliquod myſterium in ſe ipſo, vt credere myſterium Incarnationis eſt credere Chriſtum eſſe verum hominem, & verum Deum, & duas habere naturas in vna perſona: fides implicita eſt, credere aliquid non in ſe, ſed in alio, in quo illud aliqua ratione contineatur: hoc ſecundo modo id quod creditur reuera non cognoſcitur proprio conceptu, neque formaliter cognitione attingitur, ſed virtute in alio explicite credito; in quo continetur vel tanquam in obiecto formali: ſicut explicite qui credit vnum fidei articulum ob diuinam auctoritatem, cætera paratus eſt credere, ſi à Deo reuelata illi proponantur; & qui vnum peccatum deteſtatur

propter

propter Deum ſuper omnia dilectum, omnia mortalia implicite deteſtatur. Tandem tempora quę conferri poſſunt inter ſe in hac difficultate tria ſunt, videlicet tempus legis naturæ, legis ſcriptę, & legis gratiæ: in his tribus etiam comparari poſſunt vel principes Eccleſiæ ſuo quoque tempore exiſtentes, vel populus eiuſdem Eccleſiæ, his poſitis.

2. Prima Concluſio ſit, Eadem fides ſecundum ſubſtantiam, & per ſe ſumpta, quæ ab initio humani generis cæpit, huc vſque perſeuerat. Eſt Theologorum communis. Magiſt. in 3. diſtinct. 25. Albert. ibidem artic. 5. ad 2. Bonau. artic. 2. quæſt. 1. Scot. Durand. Richard. & aliorum ibidem Alent. 3. part. quæſt. 69. memb. 3. artic. 2. D. Thom. 2.2. quæſt. 1. artic. 7. & ſectatorum. Probatur primo, quia tota fides quoad ſubſtantiam credibilium his duabus cognitionibus definitur; videlicet Dei vt Deus eſt, & Chriſti Domini vt redemptor eſt. In 1. includitur myſterium Trinitatis in ſecundo myſterium Incarnationis & prouidentiæ Dei circa ſalutem hominis & remedium peccati: ita ſignificauit Ioann. 11. numero. 3. *Hæc eſt autem vita æterna vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & Ieſum Chriſtum.* Item ad Hebræos 11. Paulus cum dixiſſet, *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo,* ſubdit, *quia accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quia remunerator eſt*, quæ duo virtute continent totam fidei materiam, & ſubſtantiam: ſed hæc ſemper explicitè credita ſunt in Eccleſia, ergo fides quoad ſubſtantiam & ſecundùm credibilia per ſe ſucceſſu temporis non creuit, & hinc eſt quod fides Chriſti ſemper fuit ad ſalutem neceſſaria vt docuit idem Apoſtol. Actorum 17. ad Roman. 3. & ad Hebræos 9. ad quem ſenſum Greg. accommodat illud Marci 1. *Et qui præibant & qui ſequebantur omnes clamabant, Hoſanna filio Dauid.* Dico ſecundùm credibilia per ſe, quia ſecundum illa quæ per accidens credibilia ſunt, verbi gratia Tobiam habuiſſe canem, Paulum reliquiſſe penulam Troade, & ſimilia, à Deo de nouo reuelata fidem augeri non repugnat: vt de facto aucta eſt: quia in illis duobus articulis non continebantur per ſe & alioqui reuelata non erant, vt in ratione formali auctoritatis diuinæ contineri cenſerentur; ſecundo probatur eadem Concluſio, quia hæc fuit conſtans Patrum ſententia. Auguſt. lib. 18. de Ciuitat. cap. 47. & ſerm. 8. de tempore ait vnam eſſe fidem noui & veteris teſtamenti, & tract. 45. in Ioann. ait, *tempora variata ſunt; non fides*, nimirum ſecundum ſubſtantiam: vnde Euſebius hac de cauſa lib. 1. hiſt. cap. 4. dixit omnes fideles à mundi exordio Chriſtianos appellari potuiſſe: ſimilia docent Epiphan. hęreſ. 66. Irenęus lib. 4. c. 5. & alij. Tertiò ſuadetur ratione. Nam ſemper perſeuerauit eadem Eccleſia, quę in hominibus viatoribus cœpit: ergo ſemper in eiſdem fides ſecundùm ſubſtantiam eadem fuit. Nam fides eſt vinculum quo Eccleſiæ membra vniuntur in cultu, & veneratione eiuſdem Dei: confirmatur quia hæc Eccleſia per Chriſtum mediatorem, & per gratiam ex eiuſdem Chriſti meritis ſibi datam ad eandem beatitudinem ſemper ordinata eſt: ergo & per eamdem fidem Dei, gratiam donantis, & Chriſti mediatoris omnibus ſalutem procurantis.

Secunda Concluſio. Hæc fides ſecundùm ſubſtantiam ſemper fuit in capitibus ſeu principibus Eccleſiæ in quolibet eius ſtatu. In plebe tamen non fuit fere vſque ad ſtatum legis gratiæ, hæc eſt communis PP. & Theologorum. Nam Gregor. lib. 2. in Ezechiel. homil. 16. paulo poſt medium ait, *Sanctis Patres quos per ſanctam ſcripturam ante legem fuiſſe cognouimus, vnum quidem omnipotentem Deum, ſanctam videlicet Trinitatem eſſe nouerunt, ſed eamdem Trinitatem, quam cognouerant apertè minime prædicauerunt*, & paulo inferius. *Et quamuis hanc*, videlicet Trinitatem, *ſpirituales patres perfectè cognouiſſent, multitudo tamen ſynagoga nec inuenire myſterium Trinitatis potuit, ſuperueniente autem gratia per teſtamentum nouum; omnis fidelis populus vnum Deum Trinitatem eſſe cognouit!* item Epiphan. contra hæreſ. in præfatione totius operis de Adamo ait, *Nouit Patrem Deum & Filium, & Spiritum ſanctum*: idem ſignificant alij patres qui ex vtroque teſtamento Trinitatis notitiam deduci affirmant, quos refert Didacus Riul. de Trinitat. diſp. 36. ſect. . tenet expreſſe D. Thom. 2.2. quæſt. 2. artic. 8. vbi ait notitiam de myſterio Incarnationis ſupponere cognitionem Trinitatis, quare omnes illi qui Adamo, & aliis Patribus in lege Naturæ & in lege ſcripta reuelatam fuiſſe incarnationem docent, idem de myſterio Trinitatis conſequenter ſupponere videntur. Adamum vero diuini verbi incarnarnationem agnouiſſe etiam ante lapſum teſtatur D. Thom. citata quæſt. 2. artic. 7. & 3. p. quæſt. 1. artic. 3. ad 5 Suar. ibidem in comment. 9. in 5. argumento & de fide diſp. 2. ſect. 6. numero 4. Pereira lib. 1. in Geneſ. diſp. de ſcientia Adæ quæſt 4. Valent. tom. 1. diſp. 7. quæſt. 2. punct. 1. Vaſq. 3. p. diſp. 12. cap. 3 qui plures Patres allegant. Probatur ex verbis Adæ Geneſ. 2. *Hoc nunc os ex oſſibus meis & caro de carne mea propter hoc relinquet homo patrem & matrem*, ad quem locum reſpiciens Paulus ad Epheſ. 5. addit, *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & Eccleſia*, quod ſacramentum, cum Adamus non ignorauerit, primum, Incarnationis Vaticinum potuiſſe confirmant Epiphan. hæreſ. 48. Auguſtin. lib. 9. de Geneſ. ad liter. cap. 19. Hieron. ad Epheſ. 5. Chriſoſtom. homil. 16. in Geneſ. Philo: Carpath. Cantic. 5. Proſper. de prædeſtin. & promiſſ. Dei cap. 1. Denique Abrahamum, Iobum, Moyſem, Dauidem, & alios veteris teſtamenti Patriarchas, & Prophetas tam notum eſt ex ipſorum Prophetiis hanc fidem Trinitatis, & Incarnationis explicitam habuiſſe, vt nulla alia probatione opus ſit, hæc verò Chriſto vaticinia percurrere non oportet.

Secunda pars aſſertionis ſpeciatim traditur à D. Paulo ad Epheſ. 3. numero 4. vbi ait, *Prout poteſtis loquentes intelligere prudentiam meam in myſteriis Chriſti, quod aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum ſicut nunc reue-*

latum eſt ſanctis Apoſtolis & Prophetis in ſpiritu, A quaſi diceret: ſi placuerit, facile recognoſcere poteſtis quæ mea ſit de Chriſti myſterio ſententia, quod quidem myſterium olim per multa ſæcula vulgares homines latebat, & ſi aliquibus notum fuit, ab eiſque prædictum, non ita tamen perſpectum, & exploratum, ac nunc ſanctis Apoſtolis & noui Teſtamenti Prophetis innoteſcit: ita locum interpretantur Salmeron. Iuſtinian. & Cornel. ex ſanctis Doctoribus: concinit Ioann. 1. cap. 1. in fine, *Scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum & ſimus in vero filio eius.* Ratio vero fuit quia vt docet Apoſtolus ad Hebræos 7. nihil ad perfectum adduxit lex, nam cum ille ſtatus hominum antecederet communis offenſæ ſatisfactionem & Chriſtum mediatorem, cæ- B leſtiſque pacis nuntium diuina prouidentia minus liberali manu diuinorum myſteriorum notitiam cæteraſque gratiæ dona largiri conſueuit.

4. Tertia Concluſio. Non modo reſpectiuè ad perſonas, videlicet ad plebem creuit fides etiam quoad ſubſtantiam, ſed in omnibus quoad fidem explicitam materia fidei ſucceſſu temporum creuit: Et hæc ex præcedentibus patet. Nam ſicut in populo Chriſtiano fides quoad ſubſtantiam illorum myſteriorum magis *extenſa* eſt, neque ad capita & principes reſtricta: ita etiam horum principum reſpectu quoad fidem explicitam materia fidei aucta eſt, multæ enim reuelationes aliæ aliis poſteriores ſucceſſu temporum factæ ſunt, de rebus, quæ confuſe tantum & C implicitè in illa Patriarcharum fide continebantur, quæ non modo per accidens, ſed per ſe ad illa myſteria ſpectabant: & probatur nam iuxta probabiliorem ſententiam Adamus non cognouit ante lapſum Chriſtum futurum in carne paſſibili, & multo minos, vt redemptorem humani generis: ſed ſolum ex ſua ſtirpe carnem aſſumpturum, & tamen poſt peccatum & peccati pœnitentiam hoc illi reuelatum eſt, quod in illis verbis præmonſtratum fuiſſe; *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum.* Geneſ. 3. numaro 15. teſtantur Serapion, Leo Papa, Eucherius, Rupertos, Caietan. & alij quos ſequitur Lypomanus in Catena. Leonis tantum verba refero. *Prædeſtinata reuocandis mortalibus ſuæ* D *pietatis remedia inter ipſa mundi primordia præſignauit.* Poſtea verò clarior de eodem Chriſto facta eſt reuelatio Abrahamo: Cuius ſacrificium in oblatione filij, & immolatione Atie[illegible]s tam manifeſta fuit dominicæ paſſionis figura, vt eam fere omnes Patres ad hunc ſenſum déducant. Deinde Moyſes clariores habuit reuelationes, nam Exod. 6. illi dixit Dominus facta cum antiquis Patribus comparatione. *Et nomen meum non indicaui eis,* quaſi dicat: etiamſi me nouerint antiqui patres tua de me cognitio adeo clarior erit, vt illi ad te comparati, me non dicam de facie, ſed nec de nomine meam indicante eſſentiam agnouiſſe videantur: cui expoſitioni fauent plures interpretes, præſertim Caietan. & Gregor. homil. 16. in Ezechiel. vbi ait, *Per incrementa temporum creuit ſcientia ſpiritualium patrum, &c.* Et longo diſcurſu id oſtendit. Poſtea Daoid verè aſſerere potuit pſalm. 118. *Super omnes docentes me intellexi.* Denique alij Prophetæ ſuccedentes Clariora ſemper præcedentibus addere vaticinia ex ipſorum ſcriptis ſatis conſtat.

Hinc D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. artic. 7. ad 4. 5.
& quæſt. 176. art. 6. hanc regulam deducit, Homines quanto Chriſto, qui vera lux mundi fuit, propinquiores extiterunt vel ante, vel poſt illum, tanto magis explicitam de rebus fidei notitiam, & maiorem myſteriorum locem receperunt. Verum aliqua declaratione indiget hæc regula vt illæſa obſeruetur, & ne alteri traditæ à D. Greg. citato loco obſtare videatur, nimirum. *Quanto mundus, ad extremum deducitur tanto nobis æterna ſcientiæ aditus largius aperitur*: In quibus verbis poſt Chriſtum æternorum ſcientiam ſemper creſcere, Gregorius ſignificauit: Intelligenda eſt igitur D. Thom. Regula cum certis moderationibus quas D. Thom. & Caietan. locis citatis apponunt, primo vt comparatio hæc cum proportione fiat, videlicet, populus cum populo conferatur. Item Principes, & Capita Eccleſiæ vnius temporis cum principibus alterius. 2. hic maior exceſſus in cognitione myſteriorum fidei accipitur præcisè quatenus ex diuina reuelatione non ex ſcientia per ſe vel per accidens infuſa, vel ex acquiſita dependet: ne fiat in his ſcientiis comparatio Adami cum Salomono, vel vtriuſque cum ſequentibus Patriarchis. 3. Non eſt ita exactè regula intelligenda, vt in omnibus perſonis, & ordinatis temporibus neceſſario debeat verificari; ſed regulariter, vt plurimum & à toto, vt aiunt, genere. Iam verò D. Gregor. ſpeciatim loquitur de Eccleſia Chriſti, quatenus ſucceſſu temporum in ſapientia rerum diuinarum mediante fide creuit. Immo etiam hoc modo hæc D. Gtegor. regula in rigore accepta non habet moralem certitudinem, quia etiam in ſapientia prædicta mutatio, & varietas eſſe poſuit, pro ratione diuerſorum temporum; Nam tempore propinquiore Chriſto à parte poſt, Eccleſia maiori huius diuinæ ſcientiæ lumine ſplendeſcere viſa eſt: concurrentibus ſimul grauiſſimis Eccleſiæ Doctoribus, quibus vita functis paulum hæc lux remitti, & poſtea rurſus aliis aduentantibus intendi veluti per interualla videbatur. Non eſt ergo cum tanto rigore accipienda regula, vt in dies ſapientia mediante fide parta augeri cenſeatur: ſed vt loquatur Gregorius de iis quæ ad ſuum vſque tempus acciderunt. Quamobrem hac in re ſola diuinæ prouidentiæ regula de futuro tempore nobis ptorſus ignota, de præterito ex hiſtoriis non ita certo conſtans, hoc ſuum ſibi ſecretum reſeruauit.

Tria ſuperſunt in eadem difficultate dobia. 6.
Primum, an Apoſtolis tota materia fidei clarior & expreſſior fuerit quoad omnes articulos, & propoſitiones de fide, quam poſtea ad noſtra vſque tempora in Eccleſia ſit. R. In primis erraſſe Abbatem Ioachimum & Petrum

trum Ioan, vt refert Caſtro verbo Apoſtoli hæreſi prima, aſſerentes quod Apoſtoli verum Euangelij ſenſum non perceperunt, ſed cognitum primo fuiſſe à Sancto Benedicto, vt prior affirmabat, vel à Sancto Franciſco, vt poſterior dicebat; dicente Domino Math. 13. & Marc. 4. *Vobis datum eſt noſſe myſteria regni cælorum.* Deinde certum eſt Apoſtolos cognouiſſe expreſſius omnia fidei myſteria quam omnes DD. & Pontifices poſtea decurſu temporis exiſtentes, ad hoc tamen non opus fuit omnia præuidere, quæ decurſu temporis peculiariter, & diſtinctè ad credendum proponi deberent. Primum probatur ex variis ſacræ paginæ locis ad Roman. 8. *Nos autem primitias ſpiritus habentes.* 2. ad Corinth. 3. *Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, &c.* loca ſimilia à Ranches ad artic. 7. D. Thom. citatum & à Valentia tom. 3. diſp. 1. quæſt. 1. puncto 6. proferuntur: & ratione oſtenditur; nam oportebat primos Euangelij Nuntios rebus fidei eſſe inſtructiſſimos, & præterea cum poſt Apoſtolorum tempus non ſint in Eccleſia nouæ reuelationes vniuerſali Eccleſiæ factæ, noua eſſe nequeunt myſteria, quæ Apoſtolos olim laterent, hac etiam de cauſa, quando aliqua, quæ obſcurius dicta ſunt ab Apoſtolis, Eccleſia conuocatis Patrum Conciliis declarare contendit, prius ſacras ſcripturas, traditiones, & ſanctorum volumina verſat, vt ex ipſis deducat, quid tenendum ſit, & tanquam à ſacris fontibus fidei veritatem propinet, vt bene obſeruat Vualdens. lib. 2. fidei cap. 22. hinc colligitur ſecundum, nam etiamſi ſpiritus ſanctus Apoſtolos omnem fidei veritatem docuerit, quæ pertineret ad neceſſitatem noſtræ ſalutis de credendis vel agendis, non oportebat eis omnes futuros euentus reuelare, vt docuit D. Thom. 1.2. quæſt. 106. artic. 4. ad 2. Vnde ea, quæ à particularibus circonſtantiis & occaſionibus dependerent ab Apoſtolis præuideri neceſſe non fuit. v. g. licet optimè ſcirent decreta in vniuerſalis Eccleſiæ Conciliis legitimè congregatis eſſe recipienda: omnia in particulari huius vel illius Concilij ſtatuta præcognoſcere eo modo, quo facta ſunt, non opus erat.

Secundum dubium eſt, vtrum hanc ſcientiæ plenitudinem in die Pentecoſtes receperint? partem affirmantem indicat D. Thom. loco proximè citato quem ſequitur Bannes referens pro eadem ſententia Chryſoſtom. Theoph. & Oecumenium. Et probat quia eo die conſtituti ſunt Doctores, ac primi catholicæ fidei Magiſtri; quibus idcirco ſpiritus ſanctus accómodata contulit inſtrumenta, & Magiſterij inſignia, quando in linguis igneis ſuper ſingulos illorum ſedit; Actor. 2. quo alluſit Cyrill. Hieroſolym. dicens Catechiſ. 17. *Vt noua corona ſpirituales per linguas igneas imponantur capiti illorum*, & obſeruauit Sanch. in Acta Apoſtol. Non caret probabilitate hæc opinio, probabilior tamen eſt quæ docet, licet eo die copioſam acceperint Apoſtoli ſpiritus ſancti gratiam, & ampliſſima ipſius dona, non idcirco omnem ſimul veritatem & rerum ad ſalutem noſtram ſpectantium cognitionem percepiſſe, ita tenet Valent. puncto 6. citato Aragon. 22. queſt. 1. artic. 7. concluſ. 1. Salmeron. tract. 22. in acta Apoſtol. Turrian. de fide diſp. 13. dub. 2. Suar. de fide diſp. 2. ſect. 6. numero 18. Probatur primo ex capite decimo Act. Nam ibi de nouo dicitur reuelatum fuiſſe Petro, Euangelium eſſe gentibus prædicandum; quod tamen maximè neceſſarium erat ad noſtram ſalutem: reſpondet Bannes illam reuelationem externo ſigno factam fuiſſe, vt Petrus apud Hebræos excuſationem haberet de conuerſatione quam cum Gentilibus habuerat, ſed contra. Nam Petrus ibi manifeſtè aſſeruit id tunc in veritate cognouiſſe. 2. poſt multos annos ab ea die Pentecoſtes, Apoſtoli Concilium congregarunt, vt in eo deliberarent vtrum iam ceſſaſſent legalia: ergo in die Pentecoſtes non didicerant. Ad rationem in oppoſitum dico ſatis inſtructos ex cænaculo prodiiſſe Apoſtolos gratiæ donis, & cognitis maiori ex parte veritatibus fidei, non tamen opus fuiſſe vt ipſis reuelaretur tunc quomodo in omnibus euentis & particularibus circumſtantiis ſe gerere deberent, & conſequenter neque neceſſarias pro alio tempore veritates antea præcognoſci oportere. Nam quando Chriſtus Dominus Ioann. 6. dixit. Quod ſpiritus ſanctus veniens eos docere deberet omnem veritatem; exponit bene Mald. poſt Theophil. omnem ſcilicet, quam conueniebat eos ſcire: cum ergo aliqua pro eo tempore non oporteret ab Apoſtolis ſciri, nil mirum ſi in eo die ipſis reuelata non eſſent, quod D. Thom. citatus ſignificauit cum dixit, *Non tamen docuit eos de omnibus futuris euentibus hoc enim ad eos non pertinebat.*

8. Tertium dubium eſt; vtrum in Eccleſia nunc nouæ fiant propoſitiones de fide? ad ſolutionem ſuppono dupliciter dici vnam propoſitionem de nouo fieri de fide. Primo proprie & formaliter, ſi propoſitio quæ antea non pertinebat ab obiectum materiale fidei nunc iam pertineat, quia videlicet antea non erat reuelata, vt nunc eſt. 2. minus propriè quoad effectum obligandi fideles ad credendum. Nam ſtat eſſe vnam propoſitionem reuelatam, quia tamen non clara eſt illius reuelatio, & vt talis ab Eccleſia non proponitur, neſcitur an ſit de fide, & conſequenter fideles illam de fide recipere non tenentur. Reſpondeo igitur quando Eccleſia aliquas propoſitiones de nouo credendas proponit, illas non priori modo, ſed poſteriori de fide facere: ita Theologi communiter cum D. Thom. 2.2. queſt. prima artic. 7. & artic. 10. ad 2. Valent. punct. 6. citato in reſponſ. ad 3. Vuald. lib. 2. doctrinal. fid. cap. 21. & 23. Caſtro lib. 1. contra hæret. cap. 8. Cano. lib. 1. de locis cap. 7. & lib. 4. cap. 4. Suar. de fide diſp. 2. ſect. 6. numero 15. Ægid. Coninc. de moralit. act. ſupern. diſp. 12. dub. 6. & ſupponunt omnes ſcolaſtici quatenus docent non augeri fidem Eccleſiæ quoad numerum credibilium. Probatur primo, nam Eccleſiæ intentio in his definitionibus eſt fidem Euangelicam à Chriſto traditam & ab Apoſtolis, retinere puram & integram, ſed huic intentioni maximè obſtaret, ſi nouas propoſitiones propo-

Digitized by Google

neret, quæ nec in canonicis ſcripturis, neque in Apoſtolicis traditionibus; prout à Patribus, & ſacris Doctoribus exponuntur, aliqua ratione continerentur; ergo: ſecundo quod fideles ſciant propoſitionem eſſe teſtatam à Deo vel non, non tollit infallibilem illius auctoritatem ex propria fidei ratione formali acceptam, ergo licet ante definitionem Eccleſiæ, fideles non obligarentur ad credendam aliquam propoſitionem, eo quod ignorarent illam eſſe reuelatam, hoc non tollit illam ex ſe poſtulare & promereri fidelium credulitatem: ſed quando nunc Eccleſia definit aliquid credendum, non reſpicit ad nouam, ſeu præſentem, reuelationem, quæ de hac veritate de nouo fiat, ſed ad antiquam: ergo ante definitionem id iam erat de fide, quia iam erat reuelatum; alioqui erraret Eccleſia in proponenda propoſitione non reuelata. Confirmatur; nam vt infra ad titulum de conſtitut. dicemus, ex eo quod lex ignoretur, ideoque ignorantes excuſentur ab obſcuratione illius, non tollit veram legis rationem iam à principe ſancitam & ſufficienter promulgatam. Vnde quemadmodum ij, qui à principe poteſtatem habent legem ab eo promulgatam declarandi: quando populo ſuam obligationem indicant, & legem in quo ſenſu obſeruanda ſit, exponunt, ius nouum non ſtatuunt, ſed antiquum declarant, ita Eccleſia cum à Chriſto poteſtatem acceperit doctrinam Catholicam declarandi, quando propoſitionem de fide definit, ius nouum non efficit, ſed iam in ſacris ſcripturis contentum declarat.

9. Oppones primo: Chriſtus teſtatus eſt ea omnia, quæ Eccleſia definit eſſe vera, & diuina fide credenda: ergo Eccleſia quando definit, efficit aliquid de nouo credendum de fide: probatur antecedens, quia reuelatum eſt, Eccleſiam errare non poſſe in definiendo ea, quæ de credendis & agendis ad Catholicam fidem pertinent: vt infra quæſt. 4. dicetur. Conſequentia patet; nam quando Eccleſia de nouo aliquid de fide ſtatuit, ſupponit materiam præcedenti teſtimonio Chriſti, ergo de nouo facit de fide quod non erat. Ad hanc obiect. reſpondet Ægid. diſtinguendo antecedens, & in ſenſu formali illud negat, in ſenſu vero materiali & indirecto concedit, in quo ait falſam eſſe conſequentiam, ſenſum formalem antecedentis vocat, ſi teſtimonium Chriſti cadat directe ſuper definienda ab Eccleſia; materialem, ſi idem teſtimonium abſtrahat à definitione Eccleſiæ ſine reſpectu ad hoc, quod Deus eaſdem res teſtetur eſſe veras; ſenſum indirectum appellat, qui per quandam conſequentiam educitur, verùm mihi non ſatisfacit ſolutio: Primo quia non video quomodo ſenſum antecedentis accipere poſſimus cum illa abſtractione; Nam quamuis ſub illis verbis formalibus Chriſtus illam non reuelauerit propoſitionem, ſatis erit ſi per æquipollentia id faciat, at reuelare Eccleſiam in definitionibus fidei non erraturam, æquipollet reuelationi dictanti, illam ſemper verum definituram: ſecundò non rectè dicitur ſenſus antecedentis indirectus, cum teſtimonium Chriſti directè tendat ad obiectum æquipollens illius propoſitionis, *quidquid Eccleſia definit eſt verum*, quale eſt, *nihil Eccleſia definiet erroneum ſeu falſum*, ergo reuelatio Chriſti non indirectè, ſed directè cadit ſupra illud obiectum, neque ab eo abſtrahi poteſt. Expeditior ergo reſponſio eſt, ſi dicas Chriſtum non reuelaſſe Eccleſiam aliquid de nouo definituram de fide, ſed quidquid illa definiuiſſet, ſeu declaraſſet verum eſſe, vnde non colligitur Eccleſiam conſtituere nouum ius diuinum, ſed à Chriſto & canonicis libris, ac traditionibus traditum declarare. Immo etiam ipſæ declarationes non tam reſpiciunt reuelationem præſentem ſpiritus ſancti, quam præteritam, in qua confusè, & vniuerſaliter continebantur, quod magis patebit in ſolutione ſequentis obiectionis.

Oppones ſecundo. Quando Concilium Oecumenicum generale aliquid de fide ſtatuit, ſane hoc non facit ſine peculiari ſpiritus ſancti directione, & illuminatione, qua ſanctorum Patrum mentes colluſtrat, & in errorem labi non permittit: ſed illa illuminatio eſt reuelatio de nouo facta, cadens ſuper talem declarationem, ergo de nouo ſtatuitur enuntiabile de fide: conſequentia probatur, nam quoties de nouo ab ſpiritu ſancto aliquid reuelatur, de nouo aliquid credendum decernitur. R. conceſſa maiori, diſtinguendo minorem. Nam licet detur noua reuelatio reſpectu particularis declarationis faciendæ, non datur noua reſpectu veritatis credendæ, quia veritas declarata; & ad credendum propoſita, iam antea reuelata erat, neque ad illam de fide conſtituendam neceſſaria erat reuelatio noua, vt tamen declararetur, & ad credendum populo proponeretur illam ignoranti, opus fuit noua reuelatione; & quia hæc particularis declaratio continetur in illa vniuerſali, quod, quidquid Eccleſia declarauerit, verum erit, quæ à principio reuelata eſt, etiam quoad declarationem, reuelatio nouum non proponit, niſi quoad magis explicitam declarationis cognitionem, & in particulari, quæ iam in vniuerſali, & in confuſo reuelata erat. Etenim vniuerſalis particulares ſub ſe comprehendit; & qui propoſitionem vniuerſalem reuelat, omnes particulares reuelare cenſetur ſaltem in genere, & in confuſo. 10.

Supereſt altera tituli pars de diuiſione obiecti materialis fidei in articulos & ſymbola. In qua prima difficultas eſt, quid ſit articulus fidei; & in primis eſſe enuntiabile de fide nemo dubitat: quia tamen non omne enuntiabile de fide diſtinctum efficit articulum; Richard. Victor. quem refert Duran. in 3. diſt. 25. quęſt. 2. & Alenſ. 3. p. quæſt. 69. memb. 5. ita articulum definit, eſt indiuiſibilis veritas arctans nos ad credendum, ex qua definitione colligit Gabr. in 3. diſt. 25. quęſt. 2. Omnem propoſitionem de fide eſſe dicendam articulum fidei; quia omnis arctat nos ad credendum; in quo ſenſu vſurpatur à D. Thom. 2. 2. quęſt. 1. artic. 7. Verùm hic loquendi modus nec communiori Theologorum vſui, neque fidelium acceptioni conſentit; neutri enim ſingulas propoſitiones de fide, fidei articulos appellare conſueuerunt. 11.

Vnde

Vnde D. Thom. artic. 6. aptius docet articulum eſſe aſſertionem, ſeu collectionem aſſertionum, quæ per ſe ad fidem ſpectant & habent peculiarem difficultatem in credendo. Vnde patet articulorum diſtinctionem, non eſſe accipiendam penes reuelationem in qua omoes conueniunt, ſed penes diuerſam difficultatis rationem, quæ in ſingulis viſitur ad credendum, ſiue ſit vna, ſiue multæ ſimol propoſitiones; verbi gratia potius dicitur articulus fidei, Deus eſt Trinus & vnus, quam Deus eſt, ob ſpecialem difficultatem illius articuli: vt obſeruat Dur. citatus, & ad eundem articulum eadem de cauſa ſpectat quod Dei filius paſſus ſit, mortuus, & ſepultus.

12. Obiicies: Myſterium Euchariſtię habet peculiarem difficultatem in credendo, & tamen non ſolet numerari inter articulos fidei: ergo non bene per hanc differentiam definitur fidei articulus. Ad hanc obiectionem reſpondet D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. artic. 8. ad 6. hoc ſacramentum quod attinet ad miraculoſam corporis Chriſti pręſentiam concludi ſub omnipotentia, ſed hæc ratio non videtur ſufficere, nam etiam creatio item Chriſti hominumque cæterorum reſurrectio ſub omnipotentia includi poſſent, & tamen de his ſunt peculiares fidei articuli. Deinde quamuis ex diuina omnipotentia myſterium Euchariſtiæ quatenus poſſibile, probatur: non tamen ſatis inde probatur de facto eſſe exhibitum. Secundo alij reſpondent eſſe incluſum tale myſterium in articulo remiſſionis peccatorum, ſed neque hæc ſolutio ſatisfacit, nam hoc ſacramentum non fuit primo & per ſe inſtitutum ad remittenda peccata, vt docent communiter Theologi. Præterea baptiſmus in ſymbolo ſaltem Niſſæno proponitur vt peculiaria articulus; qui tamen potiori iure includi poſſet in articulo remiſſionis peccatorum. Tertio reſpondet Suar. de fide diſp. 2. ſect. 5. numero 9. in ſymbolis poſita eſſe quæ per ſe ad Dei, & Chriſti cognitionem pertinent, propter perfectionem, & obedientiam intellectus, & propter firmandam ſpem, & excitandam charitatem: præter illa verò alia neceſſario credenda propter operandum, quæ non ſunt in ſymbolis poſita, qoæ ſolutio plene ſatisfaciet, ſi addas ſpeciatim in ſymbolis poni, quæ ante baptiſmum credenda ſunt, qualis non eſt articulus de præſentia Chriſti in Euchariſtia, Vnde olim interdictum erat Catechumenis, ne myſterio Euchariſtię intereſſeot, ſed finito Euangelio, vel ſymbolo foras mittebantur: vt ex multis patribus probat Ioann. Steph. Duran. de Ritib. Eccleſ. lib. 2. cap. 1.

13. Secunda difficultas eſt; quid ſit ſymbolum, & quotuplex: omiſſis ergo aliis ſignificationibus ſymbolom ſignificabat idem apud Gręcos quod Latinis teſſera, quibos etiam familiare fuit, vt ſignum bellicum deſignarent, quo milites ſe internoſcerent; & ab hoſtibus diſtinguerentur, vt in Marij Caſtris Lar. Deus, in exercitu Syllæ Appollo Delphicus. Item ſignificat ſummam ſeu breuem ſententiarum collectionem, hinc dictum eſt ſymbolum illa articulorum ſumma ab Apoſtolis, ſanctis Patribus & ab Eccleſia collecta, vt cum multis patribus docet Caniſius ad initium Catechiſmi & Duran. lib. 2. citato. cap. 11. ita etiam dictum eſt; quia per illios fidem Chriſti milites à cæteris hominibus diſcriminantur, & illo ioter ſe ſigno dignoſcuntur. Deinde triplex eſt ſymbolum in Eccleſia; primum eſt Apoſtolorum, etiam pueris cantatiſſimum ab Apoſtolis quidem compoſitum: vr docent Clemens Romanus in epiſtol. ad Iacobum. Cyprian. & Ruffin. in expoſition. ſymboli Iræne. lib. 1. cap. 2. Tertull. de præſcript. cap. 14. Ambroſ. epiſt. 81. & ſerm. 38. in fin. Hieronym. in epiſtol. ad Pamach. de error. Ioan. Epiſc. Hieroſ. Chryſoſt. homil. 1. & 2. in ſymbolum: Auguſtin. ſerm. 115. de tempore vbi addit ſingulos Apoſtolos ſingulas ſententias ſymboli protuliſſe, quod idem indicat Leo Papa epiſt. 13. ad Pulcheriam. Et Iſidorus lib. de diuinis officiis cap. 16. quod non tollit omnes poſt compoſitum ſymbolum illud ſua approbatione confirmaſſe, & illud tanquam catholicæ fidei ſummam, retinendum decreuiſſe, & vnam eandemque fidelibus regulam fidei præſcripſiſſe, quam contra inſurgentes hæreſes illæiam ſeruari oportebat: hoc vero ſymbolum non idcirco eſt canonica ſcriptura, quia eſt ab Apoſtolis editum; viua enim voce non ſcripto compoſitum docet cum multis Patribus Bellarm. lib. 4. de verbo Dei ſcripto cap. 4. & conſequenter ooo à ſpiritu ſancto dictaote, ſed dirigente tantum Apoſtolorum meutem ſactum fuit, quamobrem vt Canonica ſcriptura, ab Eccleſia non eſt declaratum, ſed vt Apoſtolica traditio receptum.

Secundum ſymbolum eſt Nycęnum quod 143
in primo generali Coocilio Nicæno anno Domini 325. conditum eſt; cuius formandi ſapientiſſimus architectus fuit Oſius de quo Athanaſ. in Epiſtol. ad Solitar. ſic ſcribit contra Arianos ex ipſorum verbis in eundem Oſium apud Conſtantium Conclamantium. *Hic princeps eſt ſynodorum etſi quid ſcribit, vbique auditur, hic formam fidei in Nicæna ſynodo concepit, & Arianos vbique pro hæreticis traduxit.* Eiuſdem ſymboli ſormulam refert etiam Athanaſ. in epiſtol. ad Iouinianum Imperatorem. Auctum fuit à Concilio Conſtantinopolitano primo, & aliis, propter hæreſes quæ de nouo emerſeruot, vt docet Baron. anoo 381. pag. 8. Turian. de fide diſp. 113. dub. 1. referens Vaſq. & Valent. & notat Suar. citatus numero 5. Et quamuis io hoc Nicæno Concilio cautum eſt, ne noua ſymbola induceretur in Eccleſiam; & ne quid addere, vel adimere prædicto ſymbolo quiſpiam auderet, quod pręceptum in Conſtantinopolitana & Epheſina ſynodo reperitur, nō fuit tamen ſynodorum intentio poteſtatem ſummi Pontificis vel futuri generalis Concilij coarctare, ſed priuatas perſonas conſtringere, illęſamque hoius ſymboli veritatem retinere, qood non tollit potuiſſe ſummos Pontifices & Generalia Concilia propter inſurgentes hęreſes aliqoam particulam illi claritatis gratia ſuperaddere, quod optimè obſeruat D. Thom. 2. 2. quęſt. 1. artic. 10. ad 2. hac ratione addita eſt illa particula filioque contra

errorem Grecor. neque dubium faciat quod Vigilius Papa lib. 4. contra Euthychen ſcripſit Romanum ſymbolum eſſe antiquius Nicæno quaſi aliud interceſſerit poſt ſymbolum Apoſtolorum & ante Nicęnum. Nam Romanum appellauit ſymbolum Apoſtolorum quia apud Romanos fuit in frequenti vſu, & Eccleſia Romana Apoſtolica merito nuncupatur vt reſpondet Durandus proximè citatus.

15. Tertium fuit ſymbolum Athanaſij ab eo compoſitum vt teſtatur Naaian. Orat. de illius laud. Auguſtin. in pſalm. 120. & 5. de Trinitat. cap. 8. & epiſtol. 174. & probat Bellarm. lib. 2. de Chriſto cap. 25. Genebrar. de Trinitat. lib. 3. Vaſq. 1. p. diſp. 146. cap. 5. Suar. de Trinitat. lib. 11. cap. 16. Valent. tom. 3. diſp. 1. quæſt. prima punct. 5. Baron. anno 340. pagina 3. Continetur in Confeſſione Concilij Toletan. 4. & 5. illud non vniuerſali Eccleſiæ credendum propoſuit Athanaſ. ſed vt particularis Epiſcopus ſuæ fidei confeſſionem expoſuit, quod notauit D. Thom. proximè citatus; ad tertium illud tamen poſtea vniuerſalis Eccleſia recepit, Ideoque Eugenius Papa in Concil. Florent. in decreto ad Armenos cap. 6. ipſis pro fidei regula Athanaſij ſymbolum præſcripſit: præter hæc tria nullum eſt aliud quod tanquam ab his diuerſum proferatur, licet in diuerſis Conciliis variç fidei confeſſiones adducantur, quæ omnia ad hæc ſymbola reuocantur: illorum enim doctrinam diuerſis ſolum loquendi formulis inculcant.

16. Hinc patet reſponſio ad alteram tituli partem. Ad illam enim dicimus merito conſtituta eſſe in Eccleſia ſymbola ad quæ tota fidei materia quoad ſubſtantiam, baptizandis neceſſario proponenda colligeretur, & in quibus fideles breue compendium fidei ſuæ profitendæ haberent, memoriaque retinerent, & ſe contra inſurgentes hæreſes munirent: Item per hanc vniformem totius Eccleſiæ confeſſionem vnam eſſe apud omnes fideles in toto orbe fidem oſtenditur, vt Epiphan. docuit in Anchorato ad finem, & quamuis materia fidei multo amplior ſit in tota ſua latitudine, in hoc tamen ſymbolo Romano, quod in frequentiori vſu eſt, traduntur omnia quæ per ſe ſpectant ad fidem neceſſaria, ad cognitionem Dei, & Chriſti, ad obedientiam fidelium ad intellectumque captiuandum in obſequium Chriſti, ad firmamentum ſpei, & incitamentum charitatis. Quæque accedentibus ad fidem omnino ante baptiſmum credenda poni oportet. Nam fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, ideoque illa, quæ ad expectatam beatitudinem pertinent, & per ſe ad illam obtinendam ordinata ſunt, ad fidem per ſe ſpectare cenſentur: alia verò quamplurima ex occaſione, & per accidens reuelata etiam ſi in materia credibilium reponantur per ſe ad fidem non pertinent. Ex his ergo enunciabilibus de fide, per ſe ad illam pertinentibus, illa tantum poſita ſunt in ſymbolis quæ ad Dei Chriſtique cognitionem neceſſaria erant, & ad excitandam ſpem, accendendamque charitatem fidelium ſufficerent. Neque enim omnia ex illis quæ poſtea in ordine ad operationem credere opus eſt, & ad obtinendam beatitudinem conducunt, ſub particularibus articulis explicitè in ſymbolis declarantur, vt de ſacramento Eucbariſtiæ diximus, & de aliis quæ facile occurrent dicere poſſemus, & omnia ſpeciatim in ſymbolis referri, labilis fidelium memoria, & rudium imperitia addiſceodique difficultas prohibebat.

At dices quorſum plura edita ſunt ſymbola cum vnum ad inſtitutum ſufficeret, & 17. ex alio capite nullum ſufficiens videtur, nam de illis duobus quorum D. Paulus ad Hebræos 11. numero 6. meminit, & accedenti ad Deum credenda propoſuit, nempe quod Deus ſit, & quod remunerator ſit, non fit particularis articulus, cum tamen adeo neceſſarium ſit illa explicitè credere vt locus Apoſtoli demonſtrat. Ad hoc dubium reſponderi ſolet cum Alenſ. 3. p. quæſt. 69. mem. 2. ne multiplicitas ſymbolorum ſuperuacanea videatur, particularem vniuſcuiuſque finem eſſe conſiderandum, etenim tres inter ſe diuerſi fines tria item ſymbola facere coëgerunt: fines verò ſunt Inſtructio fidelium, refutatio hęreſom, & maior myſteriorum declaratio: ad primum finem ſatis ſuperque erat vnum Apoſtolorum ſymbolum; nam ſi fideles ſciant, & credant, quæ in illo continentur, ſufficit ad ſalutem: & quamuis Alenſ. citatus ſecundum finem Athanaſij ſymbolo adſcribat, melius tamen Suarius numero 9. poſt Gabr. in 3. diſt. 25. quæſt. 1. docet ſymbolum Patrum ſeu Conciliorum quale eſt Nicænum, & quod approbatum fuit, & auitum à diuerſis Conciliis ad illum ſecundum finem reſpicere; nempe hęreſum refutationem, omnes enim particulæ ipſi adiunctę ad confutationem particularium hęreſum, quæ poſt illud ſymbolum Apoſtolorum emerſerunt manifeſtè diriguntur, vt obſeruauit Baron. anno 325. pag. 23. in principio cum D. Baſilio epiſtol. 78. & Hieronym. epiſtol. 65. qui reddentes rationem cur Concilium Nicænum clarius de ſpiritus ſancti diuinitate & proceſſione non egerit, illam aſſignant quod tunc temporis contra filium non contra ſpiritum ſanctum hęretici inſurrexiſſent: hac etiam de cauſa in ſymbolo Nicæno illi duo articuli de deſcenſu ad inferos & de communione ſanctorum non exponuntur, quia nulla hęreticorum contradictio tunc erat, quæ eorumdem articulorum confirmatione & contrariarum hęreſum refutatione indigeret. Athanaſius verò tertium ſymbolum compoſuit, non vt fidelibus regulam fidei pręſcriberet, neque vt contra hęreſes quidquam definiret, quippe qui vt priuatus Epiſcopus pennas nido ſuæ iuriſdictionis maiores non extendit: ſed quaſi priuatus Theologus fidei myſteria magis explicare & quaſdam veluti concluſiones ex principiis iam definitis deducere procurauit, ideoque multa in aliis ſymbolis contenta prætermiſit, quæ maiori declaratione digna non videbantur. Ad id quod in ſecunda obiectionis parte opponitur, R. illa duo ab Apoſtolo tacta

initium

initium & finem Apoſtolici ſymboli manifeſtare, nam qui in primo articulo dicit, *Credo in Deum Patrem*; ſatis apertè ſatetur Deum eſſe, deinde qui in vltimo articulo credit poſt futurum iudicium, iuſtos ab impiis ſeparans, vitam æternam futuram, quis dubitat illum credere æterni præmij, vel ſupplicij futuram eſſe remunerationem, non ab alio quam à Iudice & omnium redemptore faciendam? quamobrem cum principium, & finem Apoſtolici ſymboli Paulus tetigerit, totum nobis indicaſſe coniector. Tandem quo pacto Apoſtoli ſinguli ſingulos ſui ſymboli articulos protulerint iam in puerorum libello de doctrina Chriſtiana ſcriptum videtur, ſolum aduerto diuerſimode hos articulos Apoſtolis attribui à D. Auguſtin. ſerm. illo 115. citato & D. Thom. in 3. diſtinct. 25. quæſt. 1. artic. 2. in corpore vt notauit Turrianus de fide diſp. 43. dub. 1.

De cauſa ſeu obiecto formali fidei.

QVÆSTIO II.

1\. Fides diuina ſiue actualis ſiue habitualis qualitas eſt & forma, potentię intellectiuę innærens, quæ non habet aliam formam ſaltem realiter diſtinctam in ſe receptam, dico realiter diſtinctam, vt à philoſophicis quæſtionibus abſtineam, vtrum exiſtentia, duratio, vel præſentia ſit modus ex natura rei diſtinctus ab ipſa entitate rei exiſtentis, durantis, & præſentis, de quibus in metaphyſica dixi exiſtentiam, ſeu durationem à parte rei non diſtingui à re exiſtente & durante; præſentiam tamen ſeu vbi, eſſe modum diſtinctum ex natura rei, ſed ita cum qualibet re identificatum, vt ab illa ſeorſim eſſe nequeat, quare non poſſe eundem modum præſentiæ immediatè afficere duo realiter diſtincta, diſtinguitur enim tantum modaliter, non realiter ab eo, cui affigitur, & de eſſentia modi eſt eſſe eſſentialem & actualem dependentiam à re quam modificat, quare hanc formam modalem nimirum præſentiam realem alteram in actu alteram in habitu fidei eſſe ſuppono: quæ modalis forma à parte rei cauſa formalis eſt huius formalis effectus, quo fides eſt realiter hic præſens: præter hanc eſt etiam alter modus immediatè afficiens ipſam qualitatem fidei nempe actio, quam ſimiliter à parte rei diſtinctam, & cum re producta realiter identificatam eſſe docui, & dependentiam illius ab agente ſeu conſeruante: pręter hos modos non agnoſco alios, qui fidei qualitatem à parte rei per modum formæ afficiant his: verò omiſſis, qui ad philoſophum ſpectant, conſtat nullam eſſe cauſam formalem intrinſecam reſpectu fidei, quæ in conſiderationem venire poſſit; ſupereſt ergo ſolum extrinſeca ſeu obiectiua. Cæterum cauſa formalis extrinſeca ſeu obiectiua à qua potentiæ, ſeu habitus ſpecificantur triplex aſſignari ſolet: ratio *qua*, ratio *ſub qua*, & ratio *per quam ſeu*
2\. *propter quam*: ſed quia ratio *qua* non eſt aliud quam forma ipſa ſeu ratio obiecti conſtituens illud in ſuo eſſe, & ſæpè non complet formaliter rationem ſpecificantem habitum, vt apertè patet in habitu fidei, cuius obiectum eſt Deus ſub ratione Deitatis, vt diximus quæſtione præcedenti: per hanc tamen non diſtinguitur à Theologia ſiue beati, ſiue viatoris; vtraque enim etiam reſpicit Deum tamquam obiectum, ſub ratione Deitatis, ideo hæc ratio *qua* potius ad materiale, quam ad formale obiectum ſpectat, præſertim in conſideratione obiecti fidei vt optimè indicauit D. Thom. 2. 2. quæſtione prima artic. 1. vbi poſtquam ſtatuit rationem formalem obiecti fidei, addit, *Si verò conſideremus materialiter ea, quibus fides aſſentitur, non ſolum eſt ipſe Deus, ſed etiam multa alia*, ex quibus verbis patet ex ſententia D. Thom. Deum ſub ratione Deitatis pertinere ad obiectum materiale fidei non formale. At quidquid ſit de modo loquendi de hac ratione *qua*, terminatiua aſſenſus fidei, egimus ſuperiori quæſtione ealta ratione ſub qua & propter quam eiuſdem in præſenti tractandam.

Diuiditur obiectum formale fidei in ſub quo *&* propter quod, *& primum membrum declaratur, quatenus in fide eſt.*

SECTIO I.

Svppono ex veriori philoſophandi modo circa obiecta potentiarum, habituum, vel actuum, duplex eſſe poſſe obiectum formale ſeu rationem ſormalem, quod idem eſt: alterum *ſub quo*; alterum propter quod: obiectum ſormale *ſub quo* eſt conditio ex parte obiecti adeo requiſita vt ſine illa obiectum neque potentiam mouere, neque illius actum poſſit terminare, verbi gratia non viſum in obiecto fidei, non certum in obiecto opinionis, ideoque ſupradiximus obiectum euidens actu non poſſe terminare aſſenſum fidei, & ſimiliter obiectum ſcitum actu non poteſt terminare actum opinionis, ſaltem quæ formaliter attingat incertitudinem, ſeu fallibilitatem obiecti, ad hunc modum conditionis omnino requiſitæ ſeu obiecti *ſub quo* reuocantur abſtractiones per quas ſcientiæ diſtinguuntur, quia neque ſunt ipſæ rationes, quæ attinguntur, neque motiua propter quæ ſcientiæ in illas tendunt, verbi gratia abſtractio à materia ſenſibili ſingulari pertinet ad naturalem philoſophiam, abſtractio à materia ſenſibili communi non re, ſed ratione ad mathematicam, abſtractio ab omni materia re & ratione, ad metaphiſicam: hæ abſtractiones dicuntur peculiares ſcibilitates concomitantes obiecta materialia, quæ ſub illis diuerſis ſcibilitatibus diuerſas ſcientias ſpecificant, immo intra obiectum naturalis philoſophiæ adhuc abſtractio ſcientiæ peculiaris fit, nam corpus animalis conſideratur à philoſophia naturali: ſi tamen hoc reſtringatur per ſanabile, fiet abſtractio ſpectans ad medicinam. Item Deus

ſub ratione Deitatis eſt obiectum Theologiæ beati, & viatoris, Theologia tamen viatoris abſtrahit à ſcibilitate Dei euidenti, quæ doctrina ex D. Thom. Ariſtotele, Caietano, Capreolo, Ferrari. Cano, Syluestro & ex communi Theologorum & Philoſophorum ſententia confirmatur à Chriſtophoro Gillio lib. 1. tract. 3. cap. 2. à Curſu Cooimbric. in lib. 1. poſterior. cap. 23. quæſtione vnica, art. 1. & 3. & in lib. Phiſ. quæſtione prima proœmiali artic. 3. & in lib. 2. de anima cap. 3. quæſtione 3. artic. 2. & eſſe omnium ſententiam, nimirum bene philoſophantium, & philoſophorum alicuius notæ docet Suar. diſp. 1. Metap. ſect. 2. numero 12. & ſanè luculenter Fonſeca tom. 3. metaph. lib. 6. cap. 1. tota quæſtione 6. de hac materia abſtractionum agit: quartamque addit abſtractionem ſect. 5. quæ Theologiæ competit nempe ab omnipotentialitate, hæc verò abſtractio ſoli Deo conuenit, quem idcirco obiectum per ſe Theologiæ D. Thom. aſſignauit, vnde ſect. 3. §. deinde, miratur idem Fonſ. quod aliqui recentiores leuibus ducti fundamentis, & propter difficultates non ſaue inextricabiles ab antiqua, & communi ſententia receſſerint; neque ea perpenderint, quæ à veteribus ſint accepta & hactenus ſeruata.

2. Hinc colliges primo falſam eſſe illorum recentiorum opinionem qui non diſtinguunt obiectum formale à materiali in ſenſibus externis: neque enim agnoſcunt vnam aliquam rationem, in qua obiecta materialia conueniant, & potentiæ tribuant ſpecificationem, ſed omnia obiecta, quæ poſſunt terminare actus alicuius potentiæ etiam vt plura, & ſpecie diuerſa, dicunt eſſe obiectum ſpecificatiuum illius, verbi gratia colores nempe albedo, nigredo & reliqui, item lux ſunt obiectum potentiæ viſiuæ vt aiunt, quam ſententiam variis in locis docet Petrus Hurtado præſertim in phyſica diſp. 8. ſect. 3. numero 33. ſed miſſis antiquorum teſtimoniis examinemus hanc philoſophandi rationem. Primo ſi obiecta vt multa ſunt nullam habent communem rationem ſub qua vni potentiæ ſpeciem tribuant, ſane ab ipſis nequit ſpecificari: nam à quo res accepit ſpecificationem, ab eo accipit vnitatem, ideo enim viſus conſtituitur vna potentia in tali ſpecie, & non multiplex, quia ab vna ratione ſpecificatiua ſumit ſuam diſtinctionem, & vnitatem; ergo quæ multa ſunt diuerſa ſpecie non ſunt aptum, & determinatum principium vnius potentiæ ſpecificatiuum, rogo enim cur color, & lux ſpeciem tribuant viſui, & non calor ſeu ſapor & lux, ego enim dicam quia ſolum color & lux conueniunt in ratione viſibilitatis, quæ eſt abſtractio ab audibilitate & reliquis cæterorum ſenſuum formalibus obiectis diſtincta. At qui hanc non agnoſcit communem rationem ſub qua omnes actus viſus tendunt in colorem & lucem, vnde accipiet connexionem, & limitationem materialium obiectorum, vnde terminum potentiæ præſcribet, vltra quam ipſa nequeat tranſilire? quomodo contraria albedo, & nigredo ad vnam ſpecificandam potentiam conſpirabunt, ſi communem non habent rationem, in qua ad id conueniant? quis vidit diuerſa ſpecie, ſuo numero agentia vnum effectum producere, tanquam partiales cauſas, quæ ſub vna, eademque actione illi eſſe non tribuerint? plura vt plura vnum efficient numerum: ſed non vnum numero, vel ſpecie cauſabunt: ſi ergo obiectum eſt cauſa formalis externa ſpecificatiua vnius potentiæ, oportet vt ſit aliqua ratione vnum.

Secundo contra prædictam opinionem recentiorum & pro vera, & antiqua ſic arguitur: viſibile, aut ſcibile dupliciter conſideratur: primo quatenus ſignificat præciſe denominationem extrinſecam prouenientem à potentia, vel ab habitu, cuius actum, vel terminat, vel terminare poteſt, vnde hæc denominatio tribuitur obiecto quatenus eſt terminatiuum potentiæ ſeu habitus mediante actu. Secundo accipitur ſcibile, ſeu viſibile vt eſt denominatio accepta ab intrinſeca entitate rei, quatenus eſt principium, & motiuum potentiæ, & habitus, non motiuum propter quod, ſed ſub quo, quia ab ipſo obiecto, aut ab ſpecie, eius vicaria, tanquam à primo motore incipit cognoſcendi actus. Etenim, vt optimè obſeruant Scotus quæſtione 3. prologi §. contra iſtud., Bachonis ibidem quæſtione 3. artic. 1. §. 2. ad finem, Aquilanus quæſtione ſecunda artic. 1. in fine, obiectum ad potentiam comparatur tanquam motiuum ſeu actiuum ad paſſum; ad actum vero cognoſcendi tanquam cauſa ad effectum, & quamuis viſibile, & ſcibile primo modo ſic quid poſterius potentia & habitu, tamen ſecundo modo non eſt negandum eſſe prius, & ſpecificatiuum illius. Nam noſtræ potentiæ cognoſcentes ſunt prius paſſiuæ quàm actiuæ, nequeunt enim in actum prodire, antequam ab ſtatu puræ potentiæ cognoſcibili ad actum primum reducantur, vel ab obiecto per ſe, aut per ſui ſpeciem, cuius interuentu per notitias primum ſimplices, & intuitiuas, & deinde per complexas, & arguitiuas ad vlteriores cognitiones promouentur: hanc doctrinam vtriuſque ſcholæ Magiſtri D. Thom. & Scot. tradiderunt: nam D. Thom. in 3. diſt. 4. quæſt. prima artic. 1. quæſtiuncula prima ait, *Vnumquodque agit ſecundum quod eſt actu & per ſuam formam: obiectum autem eſt actiuum in virtutibus paſſiuis*, hoc eſt potentiis vitalibus, vt bene explicat Gillius citatus num. 9. & patet ex eo quod ſubiungit, *ideo ratio obiecti ad quam habet proportionem potentia paſſiua, eſt illud quod eſt formale in obiecto*: idem fere docet in multis aliis locis. Deinde Scot. in 1. diſt. 3. quæſtione 3. §. Ad rationes, ait: *rationem obiecti dico eſſe illam formam ſecundum quam obiectum eſt motiuum potentiæ.* Itaque ratio ſub qua obiectiua non eſt entitas obiecti nudè ſumpta, ſed illa vis quam obiectum habet ad mouendam potentiam in ratione principij, & ad determinandam illam ad hanc vel illam ſpeciem cognitionis, verbi gratia idem album mediante ſpecie viſibili determinat, & mouet viſum ad viſionem; mediante ſpecie impreſſa, à viſu in ſenſum communem emiſſa, 3.

emiſſa, quem ſimiliter ad ſuam ſenſationem intuitiuam prouocat, & ſic de reliquis potentiis, quo vſque ab experimentali notitia intellectus elicit aſſenſum primorum principiorum, & notitiam effectuum, ex quibus latentium cauſarum cognitionem & concluſionum aſſeuſus deducit: quare ſicut primæ apprehenſionis ſpecificatio deſumitur ab obiecto, quod per ſui ſpeciem potentiam conſtituit in actu primo, & determinat illam ad cognitionem talis ſpeciei nempe albi, ita ab eodem obiecto ſub rationibus & motiuis diuerſis, pro diuerſitate potentiarum, & ad obiectum ſub quo pertinentibus ſpecificatio potentiarum deſumenda eſt; imo & ſcientiarum, conſideratis earumdem abſtractionibus diuerſis, & ratio eſt, quia ſcibilitas actiua obiecti, non eſt illius entitas nude ſumpta, ſed ſub diuerſa ratione agendi, aut mouendi conſiderata ſub qua vim habet determinandi potentiam ad vnam ſpeciem cognitionis, potius quam ad alteram, ergo diuerſa ratione cognoſcibilitatis obiectiuæ ſumitur diſtinctio potentiarum cognoſcentium & à diuerſa ratione ſcibilitatis, diſtinctio ſcientiarum.

4. Hinc colliges ſecundo ſemper obiectum formale etiam potentiarum cognoſcentium externarum eſſe diuerſum à materiali, ab eoque ſpecificari potentiam: videndi verbi gratia à viſibili; audiendi ab audibili, &c. cum quo ſtat vt actus eiuſdem potentiæ ſpecie diuerſi eſſe poſſint, quia viſibile albi, & viſibile nigri magis differunt quam viſibile huius albi a viſibili alterius albi: ſed hæc differunt numero; ergo illa differunt ſpecie: quamobrem viſibile quod eſt reſpectu potentiæ ſpecificum, reſpectu actuum eiuſdem potentiæ eſt genericum, ſimiliter abſtractio, quæ reſpectu ſcientiæ totalis eſt quaſi ſpecifica, comparatione ſcientiæ partialis eſt generica, cum hoc tamen diſcrimine quod in ſcientia partiali alia eſt ratio motiua nempe *propter quam* à qua ſpecificatio ſcientiæ partialis accipitur, alia *ſub qua* quæ ſcientiam partialem reducit ad certam totalis ſcientiæ abſtractionem, quam appellaui reſpectu ſcientiæ totalis quaſi ſpecificam: quia non exiſtimo ſcientiam totalem eſſe vnum habitum ſeu qualitatem ſimplicem, vt in philoſophia docui cum Curſu Conimbricenſi in lib. 1. poſter. cap. 23. quæſtione vnica artic. 3. quam ſententiam præter Scot. Gregor. Gabriel. Marſil. & alios antiquiores tuentur Tolet. Fonſec. Suar. ibidem relati.

5. Obiectum propter quod, ſeu per quod, eſt motiua ratio determinans intellectum ad certam ſpeciem aſſenſus, etenim intellectus nullum iudicium fert de veritate complexa abſque ratione vera ſeu apparente, quare pro rationis diuerſitate, aſſenſus diuerſus eſt, hæc ergo ratio dupliciter apparet intellectui, primò quando non in aliquo medio intrinſeco, vel extrinſeco, ſed ex ſola apprehenſione terminorum apparet, vt videre eſt in primis principiis, & propoſitionibus pes ſe notis, quæ ex ſuis terminis ſunt co-

A gnoſcibiles, ſecundo quando non ex ſola apprehenſione terminorum determinatur intellectus ad aſſenſum veritatis complexæ, ſed ex medio aliquo propter quod illam aſſequitur veritatem, hoc vero medium ſi eſt intrinſecum debet eſſe cauſa connexionis prædicati cum ſubiecto, vel ſecundum ſe in eſſendo, vel ſaltem quoad nos; ſeu in cognoſcendo. Vtroque modo cauſa erit, ſi verbi gratia prima paſſio medium ſit ad demonſtrandam ſecundam, aut ſi quilibet effectus demonſtretur per ſuam cauſam, & hæc propriiſſimè eſt ratio *propter quam* quia inſeruit demonſtrationi quam Logici appellant *propter quid*, vt illam diſtinguant à demonſtratione *quia* in qua cauſa demonſtratur à poſteriori per effectum, qui ſolum quoad nos ſeu in cognoſcendo medium eſſe poteſt ad cognoſcendam cauſam. In vtroque ta-

B men caſu cum medium ſit intrinſecum; vt oſtendat connexionem veritatis complexæ, opus eſt vt vel formaliter, vel virtute in duplici propoſitione medium coniungatur cum vtroque extremo veritatis cognoſcendæ per illud; & ſic antecedens cognitio talis medij debet eſſe iudicatiua. Nam in cognitionibus naturalibus, ſeu euidentibus non certificatur noſter intellectus de veritate complexa niſi per Iudicium. Hinc infero quo- 6.
tieſcumque in aſſenſu naturali vnum propter aliud iudicatur aſſenſum fore diſcurſiuum vel formaliter, vel virtualiter, nam etiam in propoſitione cauſali verbi gratia homo eſt admiratiuus, quia eſt intellectiuus, quamuis

C vnus à parte rei ſit aſſenſus, virtute eſt duplex ad minimum: comparari enim poteſt cum duplici parte obiecti, quarum vna cognitio infertur ex altera, & vtraque eſt iudicatiua: quod ex duplici coniunctione verbali *eſt* innoteſcit, & hæc ſemper intelligitur in cognitionibus naturalibus certis, & euidentibus in aduerbio *propter* verbi gratia aſſentior huic propoſitioni propter illud medium non modo apprehenſum, ſed etiam iudicatum, ſicut in actibus voluntatis qui vult medium propter finem illud *propter* inuoluit præcedentem volitionem finis, vel formaliter vel virtute: tota hæc doctrina eſt ab omnibus philoſophis recepta, & ſatis per ſe euidens.

Quando tamen medium *propter quod* eſt 7.

D extrinſecum, & fundatur aſſenſus in dicentis auctoritate, ideoque eſt obſcurus, quia intellectus non aſſentitur, quia videt veritatem ex ſuis terminis, neque ex aliquo medio, quod cauſa ſit connexionis terminorum, ex eo quod cum vtroque coniungatur; id quod credendum proponitur, item dicentis teſtimonium ex rationibus, & motiuis euidenter apparet credibile, ſatis eſt ſi ego apprehendam tale teſtimonium, vt infallibile, vel morali, vel omnimoda infallibilitate pro qualitate teſtimonij, vt intellectus determinetur ad aſſentiendum veritati complexæ ſine diſcurſu formali, immo, & virtuali magis propriè loquendo. Nam ſicut diſcurſus formalis ſecundum cauſalitatem requirit duplicem notitiam

iudicatiuam; quarum vna ſit cauſa alterius, ita diſcurſus qui non æquipollet duplici cognitioni iudicatiuæ, ſed ſequitur ad triplicem notitiam apprehenſiuam, virtualis diſcurſus ſecundùm cauſalitatem non cenſetur: quamuis dici poſſet ſecundum ſucceſſionem, quia vera cognitio ſuccedit alteri, nempe iudicatiua apprehenſiuæ, quod non ſufficit, vt cognitio ſimpliciter dicatur diſcurſiua. Nam alioqui aſſenſus primi principij eſſet diſcurſiuus, quia ſequitur ſimplices apprehenſiones terminorum: quod nullus boni nominis philoſophus admittet, quando enim dubitatur an aſſenſus primi principij ſit diſcurſiuus, non comparatur cum apprehenſiua cognitione, ſed cum inductione, & cognitione experimentali, neque reſpectu huius aſſenſus principiorum eſſe diſcurſiuos optimè docent Conimbricenſes in logica cap. 1. de præcognit. quæſt. 2. artic. 3. quare falſa eſt aliquorum recentiorum opinio, qui ad diſcurſum ſolum requirunt vnum cognoſci per aliud, ſeu propter aliud ſiue ſit formaliter per diuerſas cognitiones, ſiue virtualiter per vnam. Etenim diſcurſus ſecundum cauſalitatem eſt mentis motio ab vna cognitione iudicata in alteram, ab illa cauſatam, quia diſcurſus pertinet ad tertiam operationem mentis, & ſicut prima ſupponitur à ſecunda, ita ſecundam tertia ſupponere debet, neque ſufficit vt iudicetur vnum per aliud quomodocumque; ſed vt cognoſcatur per aliud præiudicatum non verò ſolummodo apprehenſum; quod etiam aduertit Bartholomeus Amicus tom. 2. in logicam Ariſtot. tract. 23. diſp. 2. quæſt. 2. dubit. 1. art. 1. §. ex quo & artic. 3.

8. Hac præſuppoſita doctrina omnino neceſſaria ad ea quę dicenda ſunt de obiecto formali *propter quod* fidei; inquirimus quodnam ſit in fide obiectum formale *ſub quo*: aliqui recentiores exiſtimant eſſe credibile ex habitu fidei, aut ex ſupernaturali auxilio reſultans: credunt enim adæquatam rationem formalem obiecti fidei infuſæ non deſumi ex diuina reuelatione tantum, ſed ſimul ex habitu ſupernaturali qui cum tali reuelatione proportionem habeat: quare cognoſcibilitatem ſeu credibilitatem ex reuelatione diuina; item ex habitu vel ſupernaturali auxilio reſultantem eſſe, rationem *ſub qua* ipſius fidei: ſed quia hæc difficultas concidit cum altera infra tractanda quæſt. 3. ſect. 5. de ſupernaturalitate actus fidei eiuſque obiecto formali *propter quod* adæquato non eſt hoc loco præoccupanda; ſed ſupponendo diuinam reuelationem eſſe rationem propter quam adæquatam fidei, dicimus obiectum ſub quo eſſe cognoſcibile, ſeu credibile ex diuina reuelatione obſcurum, & ineuidens, ſed infallibile. Hoc aſſertum colligo ex præcedenti doctrina & ſpeciatim ex D. Thom. in 3. diſt. 33. quæſt. 1. art. 1. quæſtiuncula 1. in corpore vbi ait, *Diuerſitas materia ſecundum quod eſt determinabilis per diuerſa media & principia, ex quibus eſt facilitas conſiderationis, facit diuerſas ſcientias.* Ex quibus verbis aliquantulum immutatis à Capreolo, quæſt. 4. prologi artic. 1. ante 4. concluſ. (Nam loco *determinabilis*, ait, *determinata*, & vbi eſt verbum *facilitas* ipſe legit *facultas*; quæ mutatio cum in eundem cadere poſſit ſenſum, minus curanda eſt) rectè infert idem author rationem ſcibilis, ex qua peculiaris ſcientia ſpecificatur, ex medio, ſeu motiuo deſumi, ſeu per ordinem ad illud & poſt 6. concluſ. alia D. Thom. loca refert ad idem probandum: & hinc eſt cur rationem *ſub qua* cum ratione *propter quam* in fide multi authores confundant, ſeu permiſceant: ita Caietan. 1. parte, quæſtione 1. artic. 3. §. ad euidentiam; Corus lib. 12. de locis cap. 3. Valent. tom. 3. diſput. 1. punct. 1. §. 4. concluſione ſecunda: alij vero agentes de obiecto formali fidei, ipſam non curant, ſed ſolum rationem propter quam, quia ſine hac illa explicari nequit, nam obiecta, quæ ante reuelationem diuinam, proportionem cognoſcibilitatis non habebant, vt crederentur fide diuina; poſita reuelatione redduntur proportionata, & proximè credibilia. Declaratur hoc exemplo. Nam eadem concluſio materialis habet diuerſam ſcibilitatem prout demonſtratur à mathematico per medium à materia ſenſibili abſtractum, & à philoſopho per medium in materia ſenſibili repertum ideoque efficitur diuerſus habitus ſumpta ſpecificatione à diuerſo obiecto formali ſub quo: ſimiliter hęc propoſitio, Deus eſt, demonſtrari poteſt à metaphiſico demonſtratione à poſteriori per effectus, & cauſabitur ſcientia naturalis, eadem verò vt reuelationē eiuſdem Dei ſe manifeſtantis, creditur quod ipſe eſt, habet aliam cognoſcibilitatem obſcuram, ſed infallibilem, & quia vtramque probauimus conditionem, nempe ineuidentiam, ſeu obſcuritatem, & infallibilitatem, cui falſum ſubeſſe nequit, ſuperiori quęſtione, non oportet amplius in illis immorari.

Oppones primo cum Vaſq. 1. p. diſput. 7. cap. 3. obiectum eatenus ſpecificat potentiam, habitum, ſeu actum; quatenus hæc ad illud referuntur, ſed non referuntur ad illud ſub ratione ſcibilis, viſibilis, ſeu credibilis, ſed ad res ipſas materiales, quæ ſciuntur, videntur, & creduntur, vt docet Ariſtoteles 5. meth. cap. 15. Nam alioqui daretur circulus inutilis, quia ſi ſcibile non dicitur niſi per ordinem ad ſcientiam, id erit ſcibile, cuius eſt ſcientia, ergo ſi quis explicet, ſeu ſpecificet ſcientiam per ſcibile, explicabit ſcientiam per ſe ipſam, & dicet, ſcientia eſt illius, cuius eſt ſcientia, idem argumentum fiet ſi comparemus fidem cum obiecto credibili, aut viſum cum viſibili. Reſpondeo conceſſa maiori diſtinguendam eſſe minorem, nam ſcibile, credibile, & ſimilia dupliciter explicantur, primo vt eſt denominatio extrinſeca ab habitu, vel actu cognoſcitiuo, & tunc eſt quid poſterius actu ſeu habitu; & in hoc ſenſu rectè dixit Vaſq. & conſentit Suar. in metaph. diſp. 44. ſect. 12. numero 64. & docuerat Scot. in 3. quæſt. vnica §. 2. & in 1. diſtinct. 3. quæſt. 3. §. ad rationes, ſcientiam non ſpecificari à ſcibili; vt extrinſecè denominatur à ſcientia, ſed prout 2. modo eſt denominatio 9.

nominatio intrinſeca accepta à proprietate rei, quatenus proportionata, & apta eſt ad determinandam potentiam ad hunc vel illum actum ſeu habitum, & ab ea re vt ſtat ſub hac formalitate actus vel habitus vnitatem, & ſpecificationem deſumit, vt tenent reliqui authores citati præter Vaſquez qui impugnans Caietanum cum reſpondiſſet, quod aliquis pro ipſo dicere poſſet, Caietanum loquutum fuiſſe de ſcibilitate theologica per ordinem ad diuinam reuelationem, vrget eam non fuiſſe Caietani mentem; cuius oppoſitum arbitramur: & ratio eſt quia obiectum materialiter ſumptum, ſine ordine ad medium, non oſtendit determinatam cognoſcibilitatem, per quam determinare debeat potentiam ad hunc potius actum, quam illum, & non eſt credendum, quod Caietanus à tam expreſſa ſententia D. Thomæ recedere voluiſſet; immo non obſcurè illius mens colligitur ex illis verbis in loco citato, *Per lumen diuinum id eſt medium diuino lumine fulgens: quod ſcibile theologicum conſtituit*, quaſi diceret, per ſcibile ex medio diuinæ reuelationis theologiæ obiectum formale conſtitui. Vnde quia ſcibile in hac ſecunda acceptione, prius eſt actu, ſeu habitu, illis ſpeciem tribuit. Ariſtoteles verò loquutus eſt de denominatione ſcibilis à ſcientia extrinſece deſumpta, & de obiecto non in ratione principij ſeu motiui, ſed in ratione termini.

10. Oppones ſecundo pro Duran. & Aureolo apud Capreol. in 3. diſtinct. 25. quæſtione vnica artic. 2. qui exiſtimabant ineuidentiam non pertinere ad obiectum formale fidei *ſub quo*: quæ ſententia ſic probari poteſt: obiectum fidei continetur directè ſub obiecto intellectus; etenim obiecta particularium habituum contineri debent ſub obiecto vniuerſali illius potentiæ, quam iidem habitus perficiunt: ſed ineuidentia non continetur ſub vero, quod eſt obiectum intellectus: ergo pertinere nequit ad obiectum fidei, confirmatur quia ineuidentia eſt priuatio ſeu reſpectus rationis ad obiectum, vel potentiam cognoſcentem in cognitione fundatus: ergo non poteſt eſſe ratio formalis *ſub qua* obiecti: probatur conſequentia, quia priuatio ſeu reſpectus rationis neque poteſt eſſe ratio mouendi potentiam, neque terminandi illius actum poſitiuum; præſertim cum ineuidentia ſuperueniat rationi formali mouendi, & ſe habeat potius ex parte potentiæ cognoſcentis, quàm ex parte obiecti cogniti: quare non poſſe per ſe ad illius formalem rationem pertinere: ad reſponſionem duo præmittenda ſunt: primum ineuidentiam alteram eſſe poſitiuam, alteram priuatiuam, poſitiua eſt de ſubſtantia ſeu eſſentia actus ineuidentis, & ideo eſſentialis eſt actus fidei diuinæ: quod expreſſit D. Thom. in 3. diſtinct. 31. quæſt. 2. artic. 1. quæſtiuncula 3. vbi reddens rationem cur fides non maneat in patria ait, *imperfectio illa quam tollit gloria à fide, eſt ſubſtantia fidei, & ad ſpeciem eius pertinens, quod patet ex hoc quod accipitur ſecundum rationem*, ſubiecti (id A eſt obiecti,) *à qua fides ſpeciem accipit: obſcuritas enim quam ænigma importat, ad genus cognitionis pertinet*: idem docet Duran. in 3. diſtinct. 23. quæſt. 3. ad primum obiectum verò abſolutè & in ſe non habet poſitiuam ineuidentiam formaliter vt patet in Trinitate, quæ ſic terminat actum fidei vt nullam in ſe habet entitatiuam formalitatem quæ ſit ineuidentia ſeu obſcuritas. *Deus enim lux eſt & tenebræ in eo non ſunt vllæ* 1. Ioann. 1. *Nam quæ ſocietas lucis ad tenebras.* 2. Corinth. 6. metaphiſicè tamen & cauſaliter, obiectum ineuidens dicitur poſitiua ineuidentia, quatenus ſub reuelatione ineuidente, ſaltem in ratione ſigni, vt infra dicam B ſect. vltima huius quæſtionis, cauſat actus ineuidentiam: item metaphoricè quatenus, quo aliquid remotius eſt à ſenſibus obſcurius apparet & ſimiliter quod remotius eſt à naturali cognitione per exceſſum ſuæ perfectionis difficilius clara poteſt notitia attingi: hanc ineuidentiam poſitiuam ſequitur negatiua quæ prout conſideratur in actu eſt priuatio, quia priuat potentiam perfectione actus euidentis quam habere poteſt, ſaltem diuinitus illuſtrata. Rationem verò cur ineuidentia poſitiua & formalis non conueniat obiecto proprie aſſignauit Gabriel quæſtione 1. prolog. artic. 2. quia nimirum euidentia & ineuidentia ſunt modi cognitionis, obiectum verò non eſt cognitio quod intelligitur iuxta doctrinam D. C Thom. & Duran. vbi proximè, non de modis ex natura rei diſtinctis ab entitate cognitionis, ſed de differentiis eſſentialibus actuum euidentium vel ineuidentium.

11. Alterum aduertendum, quod ex primo ſequitur, eſt obiectum fidei quatuor modis poſſe dici ineuidens primo: metaphiſicè, ſecundo cauſaliter, vt iam explicatum eſt, tertio per denominationem extrinſecam ab actu cognitionis ineuidentis, quarto per comparationem ad potentiam, quam latet & in qua eſt ineuidentia poſitiua & priuatiua: hoc poſito dico quod quando de obiecto materiali quæſiui an neceſſario eſſet ineuidens, abſtrahebam ab ineuidentia, quæ eſſet prior vel poſterior, nunc verò loquens de ineuidentia, quæ ſe habet ex parte obiecti formalis, de priori mihi ſermo eſt, quæ non ſolum metaphoricè D ſed etiam propriè cauſaliter non formaliter reperitur in obiecto, prout ſtat ſub diuina reuelatione; & ideo vt ſic prior poteſt actum fidei ſpecificare. Addunt aliqui recentiores obiectum prout dominatur non viſum ſeu ineuidens per denominationem à potentia cognoſcente pertinere ad obiectum formale fidei, & probant ex D. Thom. 2.2. quæſt. 1. artic. 6. ad ſecundum vbi diſtinguit rationem formalem fidei ex parte rei creditæ, quæ eſt prima veritas, & ex parte noſtri: & hoc 2. modo dicit eſſe non viſum. Verum Caietanus optimè declarauit illud ex parte noſtri, diminuere de proprietate rationis formalis, & ſignificare conditionem neceſſario concomitantem priuatiuam potentiæ cognoſcentis ineuidentiam, quæ obiecta credibilia ineuidentia denominat;

quod vera hæc nequeat pertinere ad veram rationem formalem, probatur; quia cognoſcibilitas ineuidens quæ ratio eſt formalis, eſt prior; & hæc accepta à potentia ſe habet in ratione principij paſſiui; ergo ineuidentia obiecti per denominationem, quæ accipit ea potentia non vidente, non poteſt eſſe ratio formalis determinatiua potentiæ, ne ſit poſterior ſe ipſa.

12. Hinc ad argumentum facilis iam eſt reſponſio, quia conceſſa maiori neganda eſt minor; primo quia ad hoc vt aliquid contineatur ſub obiecto intellectus non oportet, vt ſit ens verum, ſed ſatis eſt quod permodum entis veri concipiatur, id eſt vt ſit verum realiter vel apparenter, quod poſt alios tuentur Conimbri. in logica cap. 4. de interpret. quæſt. 3. artic. 4. concluſ. 2. Hurtad. de anima diſp. 5. ſect. 3. §. 15. & tenentur concedere omnes, qui proprios conceptus negationum, & relationum rationis agnoſcunt, ſecundo quia non oportet vt omnes conditiones modificantes obiectum formale alicuius habitus contineantur per ſe ſub obiecto potentiæ intellectiuæ ſatis enim eſt, vt vel per ſe, vel ratione obiecti adæquati habitus, in quo ſunt, ſub vero, quod eſt obiectum intellectus, comprehendantur: exemplum ab omnibus ſcientiis naturalibus peti poteſt, in quibus abſtractio pertinet ad obiectum formale ipſarum: & tamen non magis continetur per ſe ſub vero, quam ineuideotia: ad confirmationem ſimiliter. R. quamuis priuatio, vel vel reſpectus rationis nequeat eſſe principium, & motiuum per ſe determinans potentiam, id tamen præſtare poſſe, tanquam conditionem concomitantem obiectum formale; ideoque ratio formalis ſub *qua* complectitur omnem conditionem omnino prærequiſitam ex parte obiecti motiui: minor difficultas eſt de ratiooe terminandi, quia negationes certum eſt, aut per ſe ant per formas negatas terminare actus intellectus; & reſpectus rationis non poſſe habere eſſe obiectiuum, quin ſecundùm ſuum eſſe apparens, termini extrinſeci habeant rationem comparatione eorumdem actuum, neque rectè obiicitur quod ineuidentia accedat rationi formali mouendi, quia ſi eſt poſitiua & in reuelatione ineuidenti ſaltem io ratione ſigni, fundata, item in obiecto materiali vt ſtat ſub illa reuelatione, habetque vim cauſandi ineuidentia in actu, eſt de intrinſeca obiecti entitate, ſi verò eſt priuatio in obiecto, vel negatio in reuelatione fundata, comitatur neceſſario obiectum formale fidei, neque illa eſt, quæ ſe habet ex parte potentiæ, vt iam ſupra oſtendi. Vrgebis, eſſe viſum non eſt conditio ex parte obiecti formalis ad viſionem, ergo neque non viſum erit cooditio ex parte obiecti formalis fidei. R. negando conſequentiam, quia eſſe viſum eſt poſitiua denominatio actualis, quæ neceſſario actum ſupponit obiecto poſteriorem: At non viſum nullum proponit actum immo excludit, & ideo poteſt antecedenter ad actum fidei obiectum illius formale comitari modo iam explicato: & hæc ſatis ſint de obiecto ſub quo fidei, alterum membrum diuiſionis quod eſt obiectum propter quod; in ſequentibus exponam.

Obiectum formale fidei diuinæ eſt prima veritas non in eſſendo, ſed in cognoſcendo, & teſtificando.

SECTIO II.

1. VVlgaris hominum opinatio citra controuerſiam omnem credendi rationem in dicentis auctoritatem refundit. Etenim fides quæcumque illa ſit, humana, ſeu dinina cum non ſit aſſenſus propter veritatem, quam vel in obiecto videat intellectus, vel ex alio viſo deducat, ſupereſt vt ex ſola veracitate dicentis teſtimonio extrinſeco fretus aliquis credat, & iudicet veritatem quam non videt: igitur veracitas dicentis ratio credendi eſt, qua obiectum in eſſe credibilis, & in eſſe veri ſeu cognoſcibilis per fidem conſtituitur. Vnde factum eſt, quod reiecta Guilielmi Pariſienſis ſententia aſſerentis per fidem chriſtianam homines Deo credere, non quia verax eſt, aut quia verum loquitur, ſed quia iubet ſibi credi, *& ſic fides eſt*, vt ipſe aie, *per quam obedientiæ ſua debitum ſoluit intellectus humanus.* Cæteri omnes Theologi in eo conuenere, vt dicerent, obiectum formale, *propter quod*, fidei eſſe primam veritatem credibilia reuelantem. Verùm quia prima veritas triplex eſt: prima in eſſendo, quæ tranſcendentalis eſt entis paſſio: ſecunda in cognoſceodo, quæ eſt cunformitas cognitioois cum re cognita prout à parte rei eſt; tertia in dicendo, quæ conſiſtit in conformitate ſigni cum veritate iudicij, hij enim omnibus modis Deus eſt prima veritas, cœpit controuerti de qua veritate diceretur, quod eſſet diuinæ fidei formale obiectum. Prima ergo ſententia Aureoli apnd Capreolum in diſt. 24. quæſt. 1. artic. 2. & eſt in Aureol. quæſt. prima prologi, quæſt. de ſubiecto habitus theologici artic. 3. & 4. vbi docet veritatem in eſſendo ſeu, vt clarius dicamus, ipſam Deitatem, magis quam veritatem, eſſe formalem fidei rationem, & probat quia illud eſt formale obiectum propter quod fidei, in quod illa vltimo reſoluitur ſed veritas in cognoſcendo vel in dicendo reſoluitur in veritatem in eſſendo, ſeu in ipſam Deitatem, ideo enim Deus verum cogooſcit, & dicit, quia Deus eſt, ergo Deus ſub ratione ſuæ veræ Deitatis eſt obiectum formale fidei.

2. Hæc tamen ſententia facile conuincitur. Nam etiamſi noſtro intelligendi modo veritas cognitionis, & teſtificationis diuinæ ſicut reliqua Dei attributa quaſi ad eſſentiam conſequi, & in illam reſolui videatur, nunquam tamen ſubire poteſt rationem motiui fidei ipſa diuinitas in ſe conſiderata, niſi ſub ratione primæ veritatis teſtificantis concipiatur. Etenim Deitas quandiu non intelligitur vt cognoſcens, & vt reuelans, non habet proportionem medij ad credendum neceſſarij; præciſa enim diuinitate,

tate, ſi Deum concipiamus cum veritate cognitionis nobis reuelante, habemus quidquid requiritur ad rationem motiuam fidei infallibilis, & ſine his diuinitas oon habet proportionatam connexionem cum rebus de fide credendis; cur enim hæc, & non alia, que reuelata non ſunt cadunt ſub fidem, cum omnia creata in ratione dependentiæ à Deo paria ſint, & increata, nempe diuina attributa in ratione neceſſariæ connexionis, ſeu identitatis cum eodem Deo ſimiliter ſe habeant? ſolum ergo ſub obiectum materiale fidei cadunt quatenus ſub obiecto formali teſtificationis diuinæ conſtituuntur. Ad argumentum Aureoli. Reſp. non omnia attributa Dei noſtris actibus inſeruire prout in ſuum principium reſoluuntur; ſed prout in ſe talia conſiderantur, & proportionantur illis: quare in ordine ad fidem nihil facit reſolutio veritatis diuinæ in dicendo in ipſam deitatem, quia ad iſtam fidem non ſatis eſt ipſa Deitas neque ipſius vera cognitio, niſi Deus ad externam reuelationem procedat & credenda teſtificetur: vt ad initium ſectionis diximus de fide proot abſtrahit ab humana & diuina & infra latius probabimus.

3. Conſtat igitur primam veritatem noo ſub ratione deitatis, ſed ſub ratione veritatis reuelantis fidei myſteria eſſe formale motiuum fidei: ita Alenſ. 3. part. quæſt. 78. memb. 4. Albertus Magnus in 3. diſt. 23. art. 7. & 12. D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. art. 1. ibidem Caiet. dub. 2. Bannes dub. 4. Aragon. in commentario art. §. hæc opinio; Lorca diſp. 2. num. 11. Scot. in 3. diſt. 23. quæſt. vnica & diſt. 25. quæſt. 1. Bonauent. diſt. 24. art. 1. quæſt. 2. & 12. Richard. in diſt. 23. art. 4. quæſt. 3. Durand. ibidem quæſt. 7. num. 12. & diſt. 24. quæſt. 1. num. 16. & quæſt. 2. num. 4. Marſil. in 3. quæſt. 14. Hiſpalen. io 3. diſt. 23. quæſt. 2. art. 3. notab. 3. Gabriel. ibidem quæſt. 1. art. 1. Canus lib. 12. de locis cap. 3. Conrad. 12. quæſt. 3. art. 6. §. oota pro fundam. Vega in Triden. lib. 9. cap. 47. Capreol. in 3. diſt. 24. quæſt. vnica art. 1. concluſ. 4. & quæſt. 4. prologi concluſ. 3. & 6. Bellarm. lib. 1. de iuſtificat. cap. 8. & ſeq. Valent. tom. 3. diſp. 3. quæſt. 1. puncto primo, §. 4. & 5. Suar. de fide diſp. 3. ſect. 1. num. 3. Turrian. diſp. 2. dub. 2. Coninc. de moralit. actuum diſp. 9. dub. 4. num. 35. Ioannes Ducellius lib. 3. Analytuothea cap. 5. §. duo ſunt. Vaſq. 12. diſp. 187. cap. vltimo num. 13. & diſp. 201. cap. 2. in princip. Probatur primo ex multis ſacræ paginæ locis Matth. 16. *Caro & ſanguis non reuelauit tibi; ſed pater meus qui in cælis eſt*: ad Galat. 4. *notum enim vobis facio Euangelium, quod Euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti*: prima ad Theſſalon. 2. *Cum accepiſſetis verbum auditus Dei accepiſtis illud non vt verbum hominum, ſed ſicut eſt vere, verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidiſtis.* Primæ Ioannis 5. *qui credit in Filium Dei habet teſtimonium Dei in ſe*: & ibidem paulo ante *ſpiritus eſt qui teſtificatur,* A *quoniam Chriſtus eſt veritas*: & probatur quia tota infallibilitas, & certitudo ſupernaturalis noſtræ fidei ſupra quamlibet cognitionem euidentem fundatur in diuino teſtimonio infallibili & certiſſimo: ſed hoc teſtimonium abſque externa Dei reuelatione nobis nequit innoteſcere, neque mouere ad aſſenſum fidei, ergo &c. & quia res eſt manifeſta in qua omnes conueniunt non opus eſt alia probatione.

Tota ergo controuerſia & opinionum maior diuerſitas eſt, quid nomine reuelationis externæ Dei intelligatur, & quomodo reuelatio ad rationem formalem pertineat, ſiue tanquam conditio, ſiue tanquam pars obiecti formalis propter quod. Secunda ergo ſententia aſſerit veritatem in dicendo præciſa B ea, quæ in cognitione conſiſtit eſſe rationem formalem *propter quam*: in hanc inclinat Albert. citatus art. 7. & alij quatenus docent veritatem primam conſideratam non in ſe, ſed in ratione ſigni eſſe id cui noſtra fides innititur. Probatur; nam in fidei obiecto formali non attenditur ratio veritatis in ſe, ſed prout motiuum eſt credendi; ſed conſiderata ſola veracitate, & fidelitate teſtimonij diuini, & præciſa quauis alia Dei perfectione, datur ſufficiens ratio motiua ad credendum: ergo. ſuadetur minor: nam licet Deus ideo ſit ſummè verax in dicendo, quia eſt ſumma ſapientia, quæ falli non poteſt, & ſumma bonitas, quæ creaturas fallere non vult, tamen his non conſideratis ſolum Dei teſtimonium quatenus ab illius veracitate procedit C ſufficienter inducit ad fidem, quæ non attendit ad ſcientiam, neque ad bonitatem, ſed ad teſtimonium dicentis, vt oſtendunt loca ſacræ ſcripturæ proximè citata; quæ tantum pro ratione credendi, verbum, & teſtimonium Dei aſſignant: & Ioann. 8. num. 46. nullam aliam redarguendi Iudæos rationem Chriſtus adducit, niſi quia ſibi veritatem dicenti non crederent: *ſi veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* & eodem cap. num. 26. cum vellet ſuam doctrinam patris auctoritate confirmare non recurrit ad ſapientiam, ſed ad veritatem ipſius: *qui miſit me verax eſt*. 4.

Tertia opinio præcedenti oppoſita non in teſtimonio Dei, ſed, in ipſa veritate cogni- 5.
D tionis diuinæ obiectum formale fidei collocat; hanc docet Bonau. in 3. diſt. 24. art. 1. quæſt. 2. pro eadem refertur à Suario diſp. 3. ſect. 4. num. 5. Valent. tom. 3. diſp. 1. quæſt. 1. punc. 1. §. 5. *difficultatum quarundam*: ſed reuera Valentia non excludit, immò requirit ad obiectum formale fidei primam veritatem in dicendo quamuis doceat etiam dici poſſe rationem ſob qua, ſeu conditionem ſine qua non: patet ex loco citato verſ. *ſed hinc oritur*, & verſ. *Reſpondeo ergo*, magis accedit ad hanc opiniooem Albertinus in 4. Corollar. ex 3. priocip. philoſoph. quæſt. 4. difficultate 3. §. dico tertio; vbi reuelationem non facit rationem, *qua*, ſeu *propter quam* ſed rationem ſub qua: item Aragon. 22. quæſt. 1. art. 1. probaturque hæc ſententia: primo obiectum formale fidei diuinæ debet

eſſe aliquid diuinum & increatum: ſed teſtificatio Dei per externam reuelationem eſt aliquid creatum vt infra dicetur: ergo teſtificatio Dei non ingreditur rationem formalem obiecti fidei diuinæ: maior oſtenditur, quia fides eſt virtus Theologica, quæ immediate Deum reſpicit, & ab obiecto formali præſertim, talis denominatur, ergo aliquid diuinum & increatum immediate reſpicere debet. Secundo, formale obiectum alicuius habitus realis, debet eſſe aliquid reale, & intrinſecum obiecto materiali ipſius: ſed eſſe reuelatum eſt denominatio extrinſeca, & ens rationis: ergo. Tertio fide diuina credimus Deum eſſe & eſſe veracem: ſed abſurdum videtur eſſe manifeſtum, credere aliquem exiſtere, & eſſe veracem, quia ipſe dicit. Nam licet ex eo quod aliquis mihi aliquid dicat, iudicare poſſim illum exiſtere: quia nemo loquitur, qui non ſit, tamen non quia ille dicit in actu ſignato ſe eſſe; ſed propter euidentiam rei in actu exercito hoc iudico; vnde licet ille contrarium diceret, nihilominus ita iudicarem: confirmatur quia quod notius eſt non creditur per ignotius, ſed Deum eſſe, notius eſt: quam Deum hoc teſtificari: nam illud eſt euidens lumini naturali: non tamen hoc: ergo. Quarto quando credimus Deum eſſe veracem & reuelaſſe myſteria fidei, vel id credimus propter aliud obiectum formale, vel propter ſe: non propter aliud: quia oporteret aſſignare alteram reuelationem, & ſic daretur proceſſus in infinitum: non propter ſe, quia hæc propoſitio, Deus reuelat myſteria fidei non eſt ex terminis nota: & quamuis illa, Deus eſt verax, ſit nota ex terminis, reſpectu philoſophi, non poteſt eſſe ratio motiua fidei: quia hæc eſt obſcura non euidens: ſi igitur prima veritas in teſtificando non pertinet ad obiectum formale fidei, reſtat vt ſola prima veritas in cognoſcendo illud adæquate conſtituat.

6. Quarta tamen & omnio vera ſententia docet Dei veritatem tam in cognoſcendo, quàm in dicendo ſeu teſtificando eſſe adequatum obiectum formale fidei: & quando pro obiecto formali aſſignatur authoritas Dei reuelantis, vtramque veritatem eſſe intelligendam, & ipſam reuelationem ingredi obiectum formale: iuxta hanc intelligendi ſunt veteres authores citati num. 3. ſi Albertum & Bonauentur. excipias qui obſcurius loquuntur & in ſecundam, & tertiam ſententiam propendent: verum ſpeciatim ita eos interpretatur Suarius ſect. illa 4. num. 7. & ſequitur. Turrian. diſp. 2. dub. 1. 2. & 3. Ægid. num. illo 35. citato & 40. Durellius vbi ſupra §. Duo ſunt & §. quid ſignificet. Vaſq. & alij recentiores communiter: probatur primo: perfecta teſtificantis veritas, & auctoritas quæ nullo modo generet aſſenſum falſum, talis eſſe debet, vt teſtificationis ſignum non ſolum conformetur conceptioni quam prodit, ſed etiam rei ſignificatæ, quam doctrinaliter ſignificat: ſed veracitas dicentis ſolum verſatur in conformando & proportionando ſigno eum mentis conceptione, veritas cognitionis in adæquando ſe ipſam & ſuum ſignum rei ſignificatæ, ergo vtraque veritas tam in cognoſcendo quam in dicendo neceſſaria eſt vt authoritatem infallibilem conſtituat propter quam aſſenſui falſum ſubeſſe non poſſit: confirmatur: nam vt teſtificans faciat fidem infallibilem duo requiruntur; primum quod ipſe falli non poſſit: ſecundum quod neque decipere velit; nam ſi falli queat, etſi prudens & rectus ſit, & dicat, quod ſentit, timere poſſum ne decipiatur: item: quamuis decipi nequeat, ſi tamen velle poterit alios decipere; ſecurus non ſum de illius teſtimonio: vtrumque ergo neceſſarium eſt, & quod conformetur ſignum cum cognitione, & cognitio eum re ipſa ſignificata. Secundo veritas ſignificationis tunc datur quando ſignum ſignificat eſſe, quod eſt, & non eſſe quod non eſt; ſed hæc non eſt in ſigno, ſeu loquutione intrinſecè, & formaliter, ſed extrinſecè per ordinem ad cognitionem veram, ſeu ad veritatem, quæ eſt in mente, vt optimè docet D. Thom. 1. par. quæſt. 16. art. 7. ergo veritas ſigni ſtare nequit non intellecta veritate formali & intrinſeca cognitionis, immò illa ſine hac omnino corruit. Tertio fides infallibilis non modu reſpicit veracitatem dicentis, cui credit, ſed etiam veritatem dicti, quod credit: ergo pro motiuo non ſolum habet veracitatem, quæ cum ſit virtus moralis perficiens voluntatem, magis tendit in obiectum ſub ratione boni, quam ſub ratione veri: ſed etiam veritatem cognitionis, quæ eum actus ſit virtutis intellectualis, obiecti veritatem propriiſſimè reſpicit.

7. Dices: teſtimonium Dei non eſſe rationem formalem aſſenſus fidei, ſed conditionem proponentem nobis ipſum formale obiectum, nempe veritatem diuinæ cognitionis, propter quam mouemur ad aſſenſum, ſicut cognitio proponēs voluntati bonitatem obiecti amandi, conditio eſt, non pars obiecti formalis: ſed contra; ſi hoc eſſet verum, reuelatio ſolum ſe haberet reſpectu fidei, ſicut ſe habet loquutio hominis oſtendentis, aliquam concluſionem ſequi ex præmiſſis per ſe notis; vel ſicut ſe habet teſtimonium alicuius oſtendentis mihi ſcripturam in qua veritas catholica continetur: ſed hoc eſt falſum: nam alioqui non immediate crederem propter teſtimonium Dei, ſed propter aliud motiuum, neque res credita ex eo teſtimonio haberet neceſſariam connexionem cum diuina auctoritate, ſed aliunde: quod tamen eſt falſum: quia res contingentes, quæ futuræ creduntur, vt dies vltimi Iudicij & vniuerſalis hominum reſurrectio, ex ſe non habent neceſſariam veritatem, neque aliunde, ſed ſolum ex reuelatione diuina; quæ diuinæ ſcientiæ adæquatur: & hæc cum re futura conformatur. Vnde ſimpliciter per fidem non diceremur credere teſtimonio Dei, ſi hoc ipſam rationem formalis obiecti non ingrederetur: cum tamen loca ſacræ paginæ ſupra citata nos propter Dei teſtimonium credere atteſtentur: dicente Leone Magno ſerm. 7. de Natiuitat. *Diuina eſt authoritas cui credimus, diuina eſt doctrina quam ſequimur*: Iam vero

ad id

ad id quod opponitur de cognitione proponente bonitatem obiecti voluntati, reſpondeo quod quamuis talis cognitio ſit ſolum conditio, non verò pars obiecti formalis, vt multi credunt, in ea eſt maxime diuerſa ratio; nam voluntas non fertur in bonitatem cognitionis, ſed obiecti cogniti; è contra vero nos non credimus præciſe, quia Deus verè cognoſcit res, vt ſunt, ſed quia ipſe eas nobis reuelat: vnde fides neceſſario reſpicit alicuius teſtimonium: alioqui fides non erit: vt ergo diuina ſit, in Dei teſtimonium neceſſario ferri debet.

8. Rogabis, quæ ſit prior, & immediatior regula; veritas in cognoſcendo, an veracitas in teſtificando. Reſpondeo cum diſtinctione. Nam dupliciter conſiderari poteſt veritas infallibilis noſtræ fidei: primo prout à Deo procedit & ſecundum ſe abſolute conſiderata; ſecundo reſpectu noſtri: priori modo prima & immediata Regula eſt veritas cognitionis diuinæ; poſteriori vero modo eſt veritas teſtificationis, ſeu veracitas: primum probatur primo: veritas participata cognitionis creatæ nullam aliam habet regulam infallibilem magis immediatam, quam veritatem diuinæ cognitionis quam creata participat: & præterea Deus quando aliquid teſtificatur primo & immediate intendit ſuos conceptus manifeſtare, & infallibilem ſuæ cognitionis veritatem edocere: ergo reſpectu Dei loquentis: item ſecundum ſe veritas noſtræ fidei primam veritatem in cognoſcendo prius & immediatius reſpicit: ſecundo veritas dictionis externæ eſt veritas ſigni: ergo ſecundum ſe, & quatenus procedit à Deo innititur & radicatur in illa veritate cognitionis, quam dicendo exprimit: & forſitan hæc fuit mens Alberti ſupracitati quando dixit fidem ferri in primam veritatem prout eſt in ſigno: quia notitia quæ fertur in ſignum, qua ſignum eſt, in rem ſignificatam vltimo tendit: ſed externa teſtificatio non eſt ſignum veracitatis, ſed veritatis cognitionis diuinæ, ergo fides credendo, in hanc vltimo terminatur & conſequenter vt procedit à Deo: item ſecundùm ſe diuinam cognitionem vt primam, & immediatam regulam reſpicit: idem ſignificat Altiſiod. lib. 2. ſummæ tract. 7. cap. 2. quæſt. 2. §. Adhuc obijcitur, vbi ait, *fides primæ veritati innititur, & auctoritatibus eam exprimentibus.* At reuelatio externa propriè, ac per ſe reſpondet internæ veritati cognitionis, quam exprimit: non veracitati, cuius actus internus non eſt cognoſcere verum: ſed velle bonum, nempe accommodare ſigna externa ad internam dictionem.

9. Secundum probatur: noſtra fides prius, & immediatius reſpectu noſtri in teſtificationem diuinam tendit, & deinde in veritatem cognitionis diuinæ, & rei reuelatæ: ergo teſtificatio reſpectu hominis credentis eſt prima, & immediata regula: antecedens probatur: cognitio quæ fertur in ſignum qua ſignum eſt & deinde in rem ſignificatam vt certa ſit, & infallibilis, prius requirit regulam ſigni infallibilem: ſed fides eſt cognitio teſtificationis diuinæ, qua ſignum eſt, ergo requirit prius infallibilem huius ſigni regulam; quæ eſt prima veritas in dicendo ſeu veracitas Dei quæ ſigna accõmodata ad internam dictionẽ diſponit: atque adeo prius credimus Deum nobis verũ ſuæ mentis ſignum prodere, & deinde ex hoc ad veritatem cognitionis reuelatæ progredimur: nam ſi ſuam nobis mentem manifeſtat, cum ipſe non niſi verum cognoſcat, ſequitur reuelatum eſſe infallibiliter verum. Declaratur ex ſacra ſcriptura hæc duplex progreſſio noſtræ fidei; prima à Deo teſtificante ad hominem credentem. Secunda ab homine credente ad Deum teſtificantem: nam prior quia habet originem à cognitione vera Dei, ideo Ioan. 3. dixit Chriſtus Dominus Nicodemo: *quod ſcimus, loquimur, & quod vidimus teſtamur:* nemo enim prudenter, ritequè teſtificatur de re quam neſcit. Ideo Chriſtus Dominus reddit pro ratione vltima ſuæ teſtificationis notitiam de rebus teſtificatis, quam habebat: & idem Ioannes cap. 19. ſui teſtimonij auctoritatem oſtendens ait, *qui vidit teſtimonium perhibuit & verum eſt teſtimonium eius, & ille ſcit, quia vera dicit, vt & vos credatis:* terminatur tamen hæc vera progreſſio ad ipſam loquutionem & ſigni manifeſtationem: ex alia parte ipſe Ioan. cap. 3. poſtquam de Chriſto dixit: *quod vidit & audiuit hoc teſtatur:* infra de credentibus ait. *Qui accepit eius teſtimonium ſignauit, quia Deus verax eſt.* Nempe quia fide ſua quaſi ſigillo Deum eſſe veracem credentes confirmant: vt Tolet. Maldonat. Barrad. & alij poſt antiquiores interpretes exponunt. Hinc ergo poſterior fidei noſtræ progreſſio oſtenditur quæ incipit à ſigno ſeu teſtificatione externa credendo reuelantem exhibere verum ſuæ mentis ſignum, & ideo credens fidei aſſenſu quaſi ſigillo Dei veracitatem obfirmat: ex qua rurſus veracitate credens ad teſtificantis notitiam progreditur, & per eam in obiectum, credendo ita eſſe vt teſtificatur, & non aliter eſſe poteſt, quam ipſe ſentiat? Vnde iam colliges adæquatam regulam fidei eſſe primam veritatem tam in cognoſcendo quam in dicendo, ita vt ſi alterutrius præciſio fiat, noſtram fidem claudicare neceſſe ſit. Prima quia ipſa per ſe eſt menſura per ordinem ad quam fides noſtra habet infallibilem veritatem: vt enim iam diximus, contingentia reuelata ſecundum ſe veritatem infallibiliter manifeſtandam non continent, niſi quatenus ſtant ſub diuina præſcientia: ac proinde hac præciſa regula veritas infallibilis in rebus reuelatis non intelligitur. Secunda, quia eſt veluti applicatio illius primæ menſuræ per ſigna quibus exprimitur, & noſtro intellectui accommodatur, quarè in Dei teſtimonio veritas diuinæ cognitionis eſt veluti exequens, & ſigna accommodans ad veritatis cognoſcentis directionem proportionata.

Supereſt reſpondere ad argumenta ſecundæ & tertiæ ſententiæ. Ad fundamentum igitur ſecundæ opinionis, diſtinguenda eſt maior, nam licet immediate ſolum attendatur à credente Dei teſtimonium vt motiuum 10.

eſt credendi: tamen mediate veritas ipſius A teſtimonij eſt conſideranda, vt infallibilem fidei aſſenſum gignat, vnde ad minorem negaodum eſt ſatis eſſe intelligere illud teſtimonium vt à veracitate procedit, & vt præciſe continet veritatem in dicendo: & ratio eſt, quam late tradidimus, quia ſtat cum veritate teſtificantis falſitas rei teſtificatæ. Nam quamuis dicat quod ſentiat ſentire poteſt aliter quam res ſit: neque ſufficit, quod non decipiat dicendo, ſed vlterius oportet vt non decipiatur cognoſcendo: loca verò ex ſacra ſcriptura idem probant: nam in eodem cap. 8. Ioannis vt teſtimonij ſui veritatem Chriſtus Dominus oſtendat ad ſuam ſcientiam recurrit numero 14. *teſtimonium meum verum eſt, quia ſcio. vnde venio & quo vado*, & illo n. 26. poſtquam dixit, *qui miſit me* B *verax eſt*: ſubiungit, *& ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo*: in qua auditione eiuſdem ſcientiæ participationem oſtendit: vt in vltima notatione præcedentis comment. declaraui.

11. Ad primum pro tertia opinione, Reſp. ſatis eſt ſi obiectum formale fidei vel in ſua radice, vel in ſe ſit aliquid diuinum & increatum; & ſic ſe habet hoc obiectum quod ex ea parte, qua in Dei veritate vel veracitate conſiſtit, aliquid diuinum, & increatum eſt intrinſecè, ex ea verò, qua in externa teſtificatione reperitur, ſaltem in radice eſt aliquid increatum: quia ad Dei veritatem tanquam dirigentem & ad Dei veracitatem tamquam exequentem, & applicantem externa ſigna reuelatis à Deo refertur, & in eis fundatur: C eſt ergo intrinſeca Dei veritas quaſi prima & principalis forma, formale obiectum fidei conſtituens, reuelatio vero quaſi informatio ſeu moralis vnio eiuſdem formæ ad materiam fidei per quam in eſſe credibilis conſtituitur, vnde totam ſuam dignitatem, & infallibilitatem habet hæc reuelatio à forma increata, & ideo cum illa conſtituere poteſt obiectum formale virtutis Theologicæ: ad cuius rei exemplum Suar. diſp. 3. ſect. 3. num. 6. addicit beatitudinem formalem, quæ quamuis ſit aliqnid creatum, obiectum eſt ſpei theologicæ, quatenus cum obiectiua beatitudine quæ eſt ipſe Deus coniungitur, & ab illa ſuam excellentiam mutuatur.

12. Ad ſecundum omiſſa ſolntione Caietani quam Suarius citatus num. 5. & Turrian. D vbi ſupra dub. 2. §. *neque eſt operoſum*, bene impugnant, dico tunc formale obiectum eſſe aliquid reale & intrinſecum obiecto materiali, quando aſſentimur alicui veritati propter ſuam intrinſecam euidentiam vel propter euidentem connexionem, quam cum rebus à parte rei veris ſortitur: ſecus verò eſſe in aſſenſu fidei, qui cum oon nitatur niſi in extrinſeco dicentis teſtimonio, ſatis eſt, quod reuelatio realis ſit, & efficiat ſeu applicetur extrinſecè obiecto materiali quod credendum opponitur. Immo per hoc diſtinguitur cognitio fidei humanæ, vel diuinæ à cognitione opinatiua vel ſeientifica, quod illa per medium extrinſecum, hæc per intrinſecum habeatur: neque in actibus intellectus ſolum ſed etiam voluntatis hoc viſitur, nam voluntas tendit in media propter extrinſecam bonitatem finis.

Ad tertium neganda eſt minor, ſi ſermo ſit de teſtimonio Dei, quia licet ridiculum ſit credere hominem exiſtere, quia ipſe dicit, certius enim eſt naturale medium ad cognoſcendam hominis exiſtentiam, quam illius fallibile teſtimonium: tamen teſtimonium Dei cum ſit infallibile, & firmius ac certius nobis Dei exiſtentiam poſſit oſtendere, nullum eſt abſurdum, ſi, credamus Deum eſſe propter ipſius teſtimonium: vt de hac veritate certiores reddamur. Deinde ob eamdem rationem cogimur credere Deum eſſe veracem ex ipſius dicto: quamuis alioqui etiam naturæ lumine nobis notum ſit, Deum eſſe ſumme bonum, & ſumme ſapientem, qui nec fallere nos, nec falli ipſemet poteſt. Immo in humanis ſi homo ſapiens, & probatæ virtutis nobis dicat ſe veracem eſſe, & non ſoleat affirmare niſi quod certum & exploratum habet, ei facile credimus; & eius auctoritate acquieſcimus. Ad confirmationem reſpondet Coninc. num. 45. dupliciter aliquid dici ignotius, vel quod eſt minus certum, vel quod eſt minus euidens: per ignotius priori modo negat poſſe aliquid ionoteſcere, quamuis per ignotius poſteriori modo demonſtrari non repugnet: quia poſſumns aſſentiri propoſitioni euidentiori propter aliam minus euidentem, hoc tamen vt verum ſit, non eſt limitanda cognitio propoſitionis, cui propter aliam aſſentimur ad medium ex quo deducitur, ſed accipienda eſt ſecundum ſe: vt cognoſci poteſt per hoc vel per aliud medium: nam alioqui ſi ad medium ex quo deducitur reſtringatur, nunquam poteſt eſſe euidentior propoſitio, cui propter minus euidentem aſſentimur: contra quod confirmatio nihil probat: ſatis eoim eſt quod medium ſit certius abſolutè quam propoſitio, cui propter illud aſſentimur: cuiuſmodi eſt teſtimonium Dei cum quauis ratione naturali comparatum. Quartnm argumentum tangit difficultatem in ſequentibus declarandam.

Quid ſit reuelatio, quæ ad obiectum fidei formale ſpectet.

SECTIO III.

Reuelatio ex nominis ethymologia & iuxta Hieronymum in Epiſtol. ad Galatas 1. quaſi velaminis ablationem ſignificat, quia verò vt D. Thom. obſeruat in epiſtol. 2. ad Corinth. 3. lect. 3. in medio. *velamen dicitur apponi alicui dupliciter: aut quia apponitur rei viſæ ne poſſit videri aut quia apponitur videnti ne videat*: ideo duplex reuelatio diſtinguitur, altera ex parte obiecti, altera ex parte potentiæ, nam duplici ex capite prouenire poteſt ne aliquid videatur, aut quia velo tectum eſt, aut quia licet patens ſit & in oculorum proſpectu, cæcitas potentiæ impedimento eſt, ne videatur. Vnde accommodando hoc ipſum ad fidem, duplex eſt velamen 1.

velamen vnum ex parte obiecti credendi, al-
terum ex parte intellectus credituri: prius
eſt improportio obiectiua, & inuiſibilitas
per ſe obiecti excedentis vires naturales lu-
minis intellectualis, niſi illi manifeſtetur ab
eo cui notum eſt: vnde D. Thom. quæſt. 14.
de veritat. art. 9. in corpore ex D. Auguſt.
ait: *illa quæ facultatem intellectus excedunt
abſentia eſſe dicuntur à ſenſibus animi, vnde in-
tellectus in eis figi non poteſt; vnde eis non poſſu-
mus aſſentire propter proprium teſtimonium, ſed
propter teſtimoniu alienum*: poſterius velamen
in fide eſt cæcitas ſeu incredulitas mentis vt
exponit Ambroſ. Theod. Theophil. & reliqui
interpretes ad locum Pauli citatum: nam il-
la verba num. 16. *cum autem conuerſus fuerit
ad Dominum auferetur velamen*: ideſt mentis
cæcitas vt declarat Ambroſ. ad illa verba
pſalm. 118. *reuela oculos meos*: & Auguſtin.
epiſtol. 111. Quod vero vnum ſine altero vela-
men auferri poſſit, patet ex diſcurſu Pauli in
eo capite, nam D. Paulus cum dixiſſet vſque
in hodiernum diem id ipſum velamen in
lectione veteris teſtementi manet non reue-
latum; vt ſignificaret, ſublatum eſſe velum
ex parte obiecti, adiunxit, *quoniam in
Chriſto euacuatur*: accedente enim luce fu-
gerunt vmbræ, & figuræ ceſſarunt ad veri-
tatis aduentum; quare teſtamenti veritatis
velamen Chriſtus abſtulit cum templum
veli ſcidit, & myſteria à ſæculo abſcondita
patefecit; verum quia infidelitatis velo ob-
cæcati erant Iudæi, quamuis *lux in tenebris
luxit, tenebræ eum non comprehenderunt*, ideſt
cæci Iudæi non agnouerunt, per tenebras
enim mentis cæcitas declaratur iuxta illud
Pauli ad Epheſ. 5. numero 8. *Eratis enim
aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.*
Idcirco idipſum velamen in lectione veteris
teſtamenti reſpectu Iudæorum manere teſta-
tur Paulus, quia adhuc typis, & figuris,
occupati, & ſua obſtinatione obcæcati cla-
ram Euangelij lucem, & reuelatam veteris
teſtamenti veritatem intueri non valent. Ita-
que reuelatione diuina ſublatum eſt velum
ex parte obiecti, ſed ex incredulitate huma-
na manet ſuper Iudæorum corda. E contra
in antiquis Patriarchis, quibus ſane fidei lu-
men non deerat, quod illorum intellectus
diſpoſitus erat ad credendum amoto infide-
litatis velamine, quia tamen multa adhuc ad
Euangelicam fidem ſpectantia reuelata non
erant, & ſub diuinæ præſcientiæ decreto
obuoluta latebant, de ipſis fidem habere non
poterant.

2. Hinc eſt quod in fide remotio velaminis
altera ſit ex parte obiecti; altera ex parte po-
tentiæ; ex parte obiecti aufertur velamen
quando id quod erat abſconditum per ſigna
aliqua oſtenditur, aut per teſtimonium ma-
nifeſtatur; ex parte intellectus remouetur ve-
lamen infidelitatis, quando per lumen fidei
ſupra ſuas vires eleuatur potentia intellecti-
ua, vt credat ea, quæ non videt, ob teſtimo-
nium diuinum. Vnde D. Thom. in cap. 1.
ad Roman. lect. 6. ad illa verba, *Deus enim
illis manifeſtauit*, hunc duplicem reuelatio-
nis modum declarat. *Deus*, inquit, *dupliciter*
A *aliquid homini manifeſtat, vno modo infun-
dendo lumen interius per quod homo cognoſcit,
alio modo proponendo ſuæ ſapientiæ ſigna exte-
riora, ſcilicet ſenſibiles creaturas.* De reuelatione
obiectiua loquitur Matth. 11. & Lucas 10.
*Nemo nouit Patrem niſi filius & cui voluerit
filius reuelare*: item Amos. 3. *Non facit Domi-
nus Deus verbum niſi reuelauerit ſecretum ſuum
ad ſeruos ſuos prophetas.* De reuelatione po-
tentiæ Dauid Pſalm. 42. *Emitte lucem tuam*,
iuxta D. Thom. vbi ſupra & Pſalm. 118. *Re-
uela oculos meos*, vt exponit Hieronym.
Ambroſ. Ianſenius & Genebr. reuelatio ob-
iectiua dicitur auricularis, quia Deus reue-
lans habet ſe per modum loquentis ad aurem
prophetæ, vt notat Abulenſ. quæſt. 9. ad
cap. 9. lib. 1. Reg. *Deus autem reuelauerat au-*
B *riculam Samuelis*: reuelatio illuminatiua po-
tentiæ dicitur facialis iuxta illud Pauli 2. ad
Corinth. 3. *Nos autem reuelata facie gloriam
Domini ſpeculantes*, tanquam per ſpeculum
in ænigmate, vt eſt communis doctorum
interpretatio.

His poſitis, ſit prima concluſ. Reuelatio 3.
illuminatiua ſeu facialis quæ conſiſtit in ha-
bituali lumine interno non pertinet ad ob-
iectum formale fidei. Eſt hæc concluſio con-
tra Bannes 2. 2. quæſt. 1. artic. 1. dub. 1. ad 3.
quatenus ait reuelationem, quæ eſt formalis
ratio fidei conſiſtere in habituali lumine, quod
Deus infundit, & ideo effectiuè reuelat: lu-
men verò receptum in intellectu obiectum
illuminare, idem ferè docet Aragon. eodem
artic. 1. concluſ. 6. referens pro eadem ſen-
C tentia Canum lib. 2. de locis cap. 8. &
Oſſium de confeſſ. fidei cap. 16. quam etiam
indicauit Scot. in 3. diſt. 23. quæſtione vnica
§. ſecundo de fide: quamuis in eadem opinio-
ne non perſiſtat, immo noſtram aliis in locis
doceat, vt ſtatim referam, & quamuis aliqui
recentiores aſſerant Molinam aliqua ex par-
te idem ſentire, quatenus aſſerit formale fidei
obiectum non in ſola reuelatione obiectiua,
ſed in hac ſimul cum habitudine ad lumen
ſupernaturale fidei adæquate conſiſtere, longe
alia eſt illius mens: nunquam enim dixit ha-
bituale lumen fidei partem eſſe obiecti for-
malis, ſed ſolum ait, vt optimè aduertit Tur-
rianus diſp. 2. de fide dub. 3. reuelationem
ſub peculiari reſpectu cognoſcibilitatis ad
habitum fidei infuſum conſtituere rationem
D formalem fidei diuinæ: diſtinguit enim in
diuino teſtimonio duplicem cognoſcibilita-
tem per ordinem ad diuerſum lumen natu-
rale, & ſupernaturale, qua ſecundum aliquo-
rum declarationem credidit dari poſſe actum
fidei quoad ſubſtantiam naturalem, qui diui-
no teſtimonio fundetur, quod quæſt. 3. impu-
gnabo; & ſaltem alia eſt ſententia Molinæ
ab ea, quam in hac concluſione refutaui.
Quam tamen concluſionem tuentur D.
Thom. Alenſ. Albert. Magn. Richard. Vega.
Bellarm. Valentia quos ſequitur Suar. diſp. 3.
de fide ſect. 3. numero 10. Turrian. diſp. 2.
citata dub. 3. §. nihilominus: idemque docuit
Scot. quæſt. prima prolog. §. antequam hæc:
item quodlib. 14. artic. 1. & ſæpe alibi in
quibus locis agnoſcit primam aliquam reue-

lationem alicui non omnibus factam de rebus fidei, quæ ſit formalis aſſentiendi ratio, probatur: hoc lumen fidei quod dicitur pars obiecti formalis vel eſt habitus fidei, vel auxilium fidei actuale, eleuans potentiæ influxum ad aſſenſum fidei ſupernaturalem: ſed neutrum ex his pertinet ad obiectum formale; ergo: probatur minor primo quia totum obiectum formale præſupponitur ad aſſenſum fidei non modo phyſicè, ſed etiam logicè in ratione ſpecificantis, ſed habitus & auxilium non ita ſupponitur, nam habitus per actus ſpecificantur, & per obiecta: ergo illa ſupponuntur logicè in ratione ſpecificantis ad habitum, & in adulto prius ſupponitur phyſicè totum obiectum formale ſaltem apprehenſum vt propter illud eliciatur aſſenſus, & poſt aſſenſum fidei infunditur habitus. Præterea, auxilium actualiter eleuans potentiam in ipſo aſſenſu includitur, & habitus aſſenſum ſubſequitur, ergo neutrum ad rationem formalem aſſenſus pertinebit, ſiquidem hæc tota completa, & adæquata ad vtrumque ſupponitur. Secundo ſpeciatim de habitu certum eſt quod hic in potentia recipitur non in obiecto, vnde formalem & actualem illuminationem obiecto cooferre nequit. Nam potentia ſub habitu ſolum conſtituitur intrinſecè actu primo proportionata ad eliciendum actum ſupernaturalem; per quod præciſè nulla illuminatio ad obiectum reſultat, nec aliqua maior actualis cognitio illius, quam ſine illo habitu haberetur. Deiode de auxilio etiam conſtat totam formalem rationem actus ad illud ſupponi, oam ſiue auxilium eleuans conſideretur in præparatione, & in actu primo per aſſiſtentiam Dei parati ad auxiliandum adulto in aſſenſu fidei: ſiue in actuali influxu & parili concurſu eum intellectu, nullam coofert illominationem io ratione formali requiſitam, quia hæc in apprehenſione ſaltem præcedit aſſenſum; auxilium verò non oportet vt prius apprehendatur, præſertim com hoc auxilium noo denominet Deum teſtificantem, ſed auxiliantem: loquor de auxilio cooperante, nam de præueniente & excitante per illuminationem antecedentem alia eſt quæſtio de qua dicam infra ſect. 5.

4. Secunda Concluſio. Reuelatio pertinens ad obiectum formale fidei eſt auricularis, conſiſtitque in manifeſtatione veri antea occulti alicui facta à Deo mediatè. In hac omnes Doctores conueniunt, qui pro eodem vſurpant reuelationem, locutionem, & teſtificationem Dei: ſpeciatim eſt D. Thom. 2.2. quæſt. 171. artic. 4. & 5. & quæſt. 173. artic. 2. Scot. vbi ſupra & in 3. diſt. 25. §. ad primum principale, vbi manifeſtè habitum fidei diſtinguit à reuelatione obiecti, & affirmat obiectum credibile non eſſe præſens in ipſo habitu, ideoque doctrina & reuelatione opus eſſe. Clarius reuelationem definit conſentaneè ad hanc concluſionem Maior in 3. diſt. 23. quæſt. 10. ad primam: probatur primo ex modo loquendi ſacræ ſcripturæ, nam reuelatio ex parte Dei reuelantis, quia eſt obiectiua, & auricularis ſignificatur in ſacris literis per

A locutionem ad Hebræos 1. *Multifariam multiſque modis olim Deus loquens patribus*: locutio verò potius eſt manifeſtatio obiecti quam illuminatio habitualis potentiæ, ex parte tamen credentis reuelatio declaratur per auditionem, vt notauit Tolet. & Maldon. ad illud Ioann. 6. numero 5. *Omnis qui audiuit à Patre & didicit venit ad me*: vtrumque comprehendit D. Thom. 2. 2. quæſt. 5. artic. 1. ad 3. illo verſ. 9. Pſal. 84. *Audiam quid loquatur in me Deus*, hæc verò auditio eſt acceptio, ſeu notitia reuelationis diuinæ vt ioterpretatur Maldon. ad locum Ioannis eitatum. Deinde verò reuelatio illuminatiua potentiæ ſignificatur per viſum ſeu potentiam ad videndum, iuxta illud Pauli ad Epheſ. 1. numero 17. *Pater gloriæ det vobis Spiritum ſapientiæ & re-*
B *uelationis in agnitione eius illuminatos oculos*, quæ vltima verba egregiè obſeruat Caietan. addita eſſe per appoſitionem, quaſi idem ſit dare ſpiritum ſapientiæ & reuelationis, ac mentis oculos illuminatos habere: ergo cum reuelatio in proprio ſuo ſignificatu habeat ſe ex parte perſonæ loquentis & teſtificantis, non ex parte videntis, ſequitur reuelationem propriiſſimam, eſſe obiectiuam, & auricularem, non facialem. Secundo ex prima concluſiooe conſtat facialem reuelationem ſeu illuminatiuam per habitum, non pertinere ad obiectum formale fidei, ſed non ſupereſt alia quæ ad hoc obiectum ſpectet niſi auricularis,
C & obiectiua: ergo. Aduertendum tamen eſt dupliciter eſſe poſſe in mente hanc reuelationem: primo immediatè, & formaliter; ſecundò mediatè & obiectiuè: priori modo eſt in illius intellectu, cui immediatè fit reuelatio à Deo, vel ab Angelo Dei perſonam repræſentante: poſteriori modo eſt in mente illius, cui immediate non fit reuelatio, ſed apprehenditur vt facta alteri, & ſic eſt ratio aſſentiendi propoſitioni reuelatæ. Vnde ſemper reuelatio mediata fundari debet in immediata, quia ab ea infallibilem certitudinem noſtra fides mutuatur, nam mediata præciſè quatenus ab Angelo vel ab homine fit, deceptioni ſubiicitur, & fallibilitatem ab auctoritate fallibili hominis vel Angeli ſortitur.

Quamobrem enucleatius explicare opor- 5.
D tet, in quo hæc immediata reuelatio conſiſtat, ſeu quibus modis fieri à Deo poſſit: diuerſos aſſignat Abulenſ. 1. Reg. cap. 9. quæſtione 2. item 2. Paralip. cap. 11. quæſt. 10. & cap. 12. quæſt. 9. Auguſtin. de Geneſ. ad liter. lib. 8. cap. 18. & Pſalm. 61. ad illa verba, *Semel locutus eſt Deus*. D. Gregor. lib. 28. Moralium cap. 2. Doctores Scholaſtici cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 173 & 174. Omnes ad tres reduci poſſunt: primò per obiecta exteriora, & ſenſuum externorum mutationem, ſecundo per viſionem imaginariam interoi ſenſus, tertio immediatè intellectum immutando: quouis modo ex his contingat Dei reuelatio, vt propriiſſima & perfecta ſit, non ſolum exprimit rem occultam, ſed etiam excitat potentiam ad cognitionem illius quod reuelatur, & in hoc ſenſu reuelatio non ſolum amouet velamen ab obiecto, ſed etiam à potentia, qui ſenſus propriiſſimus eſt accipiendi reuelationem,

nam

nam reuelatio formaliter dicit manifeſtatio- A nem factam potentiæ cognoſcenti, quæ quandiu nihil percipit nihil illi dicitur reuelatum ſecundùm illud Dorniel. 10. *Intelligentia opus eſt in viſione*, hoc eſt in reuelatione: & hæc cauſa eſt, ob quã Caïphas non magis propheta dici poteſt quã aſina Balaam vt dixit D. Thom. Ioan. 1. Nam licet Caïphas verba protuliſſet inſtinctu ſpiritus ſancti: & ideo dicatur ab Euãgeliſta propheta ſſe, nõ tamen cognouit ſe ab ſpiritu ſancto moueri, neque in eo ſenſu illa verba protulit, in quo vaticinium cõtinebant: ſed ſenſus intentus à Caïpha fuit peccatũ potius, quã vaticiniũ: & hoc ſignificat D. Thom. 2.2.q.173.art.4. in corpore vbi ait, *Cum aliquis cognoſcit ſe moueri ab ſpiritu ſancto ad aliquid æſtimandum, vel ſignificandum verbo vel facto, proprie ad prophetiam pertinet: cum autem mouetur, ſed non cognoſcit, non eſt perfecta prophetia, ſed quidam inſtinctus propheticus*, & ra- B tio eſt quia nulla fit reuelatio illi qui non cognoſcit ſaltē ſe à Deo moueri ad aliquid ſignificandum; quod optimè docuit Aug. lib. 12. de Geneſ. ad literam c. 9. *Quibus*, ait, *ſigna per aliquas rerum corporalium ſimilitudines demonſtrabantur in ſpiritu, niſi acceſſiſſet mentis officium, nondũ erant prophetæ, magiſque propheta erat qui interpretabatur, quod alius vidiſſet, quam ipſe qui vidiſſet*. & infra. *Itaque magis Ioſeph propheta, qui intellexit quid ſignificarent ſeptẽ ſpicæ, & ſeptem boues, quã Pharao qui eas vidit in ſomnis.*

6. Reuelatio igitur ſeu locutio Dei 1. & 2. modo per immutationẽ ſenſus externi, vel interni conſiſtit in illa locutione, ſeu imaginaria viſione, quæ non ſolum eſt expreſſiua rei appa- C rentis, ſed de facto eius cognitionẽ & ſignificationem potentiæ intellectiuæ manifeſtat: eſt autem diſcrimen inter externã locutionem, & imaginariã phantaſticamque viſionem: qood exteroa locutio fit in ſenſu externo, & immediatè mouet ad ſignificandã rem de qua eſt locutio, & ſæpe prodit perſonã loquentem qualis fuit illa Chriſti Domini loquutio ad Paulum, *Ego ſũ Ieſus, quem tu perſequeris*: Actorum c. 9. At imaginaria viſio in ſenſu interno fit, & eget vlterius peculiari excitatione Dei, vt potentia percipiat, quid viſio protendat. Quando autem reuelatio in intellectu fit, vel ſpecies de nouo infunduntur, vel ſi ſufficiũt præxiſtentes in eadem potentia, à Deo excitantur, & diſponuntur eo ordine, quo apprehenſioni rei reuelandæ poſſint inſeruire; neque ſolũ rem per ſe D tantum manifeſtãt, ſed vt cognitam, & prolatam à Deo: quę excitatio, ſeu ordinatio ſpecierum ita eſt intelligenda, vt Deus cũ his potius, quam cum illis concurrat, his prius, illis verò poſterius vtatur; prout ad repręſentationẽ rei ſignificatæ oportebit. Verũ in particulari rogabis in quonam formaliter conſiſtat ipſa reuelatio, ſiquidem ad illam diuerſa concurrere videntur, nempè propoſitio obiectorum, noua productio phantaſmatum, ſeu ſpecierum, ſiue ordinatio iam pręexiſtentium, & cognitio potentiæ cui aliquid reuelatur. Caietan. 2.2.q.1. art.1. §. ad primam ergo obiect. exiſtimat eſſe denominationem acceptam ab actione intrinſeca Dei reuelantis, & conſequenter loquitur ad opinionem quam 1. p.q.25.art. 1. tradidit actionem eſſe intrinſecam agentis perfectionem: hęc tamen eſt contra Ariſtotelem 3. Phiſicor. text. 19. & ſequent. & 3. de anima cap. 2. text. 139. & iam cõmuniter à philoſophis reijcitur vt docet Fonſec. Metap. lib. 5. c. 15. q. 8. ſect. 2. Suar. in Metap. diſp. 48. ſect. 4. Vaſq. t. p. tum. 2. ad quęſt. 41. art. 1. in notat. art. 5. ſic ſentiunt; Hurtado in phyſ. diſp. 11. ſect. 4. quare Caietanus ex falſo procedit fundamẽto, immò admitti non poteſt quod reuelatio ſit actio intrinſeca Dei ſine aliqua ipſius mutatione, quæ adueniret eſſentiæ diuinæ in tempore creanti, & reuelanti: quare neceſſe eſt, vt ſit actio extrinſeca Deo & in potentia, cui ſit reuelatio recepta. Deinde reuelatio cõſiſtere nequit in ſola productione, ſeu diſpoſitione ſpecierum; quia per hanc actionem præciſè non intelligitur potẽtia cognitionis particeps, poſſunt enim ſpecies produci, & ordinari, abſque vlla potentiæ cognitione: & præterea ſi Deus B ſuppleat concurſum ſpecierum, & immediatè cũ potentia concurrens faciat eam cognoſcere rem occultam & certiſſimè futurã, in eo caſu erit reuelatio ſine productione, vel diſpoſitione ſpecierũ: ergo in his non cõſiſtit reuelatio.

Quamobrem 3. Concluſio ſit. Reuelatio formaliter conſiſtit in actione Dei excitante potentiam ad cognitionem obiecti vt à Deo reuelati, & connotat actualem notitiam concomitatem potẽtię, cui aliqoid reuelatur: hęc colligitur manifeſtè ex D. Thom. 2.2.q. 171. art. 1. in corpore Suar. de fide diſput. ſect. 4. & aliorũ aſſerentium actum prophetiæ, quatenus eſt perceptio rerum diuinarum prærequirere Dei reuelationem & in ea fundari: 7. C ergo ſupponunt reuelationẽ antecedenter vel concomitantur ſe habere ad cognitionem potentiæ, & conſequenter in perceptione rei reuelatæ, quæ cognitio eſt, formaliter non conſiſtere: & probatur, nam reoelatio conſiſtere debet in ea actione ita determinante potentiam ad cognitionem rei vt reuelatæ à Deo, quę inferat concomitantem aut ſubſequẽtem potentię cognoſcentis notitiã, quod docuit D. Thom. 2. ad Cor. 12. lect. 1. in princip. his verbis, *Quando cũ viſione habetur ſignificatio intellectus eorum quæ videntur tunc eſt reuelatio*: ſed ipſa cognitio potentię ſupponit iam reuelationem aliquo modo, quia cadit ſuper illã & in illam tendit, vt in obiectum, quod vt reuelatum attingitur: quãdo enim cognitio aliqoa fertur in obiectũ ſub aliqua forma illã ſupponit, quia D ſupponit totum obiectũ ſuum: ergo reuelatio formaliter in ea immediata Dei actione, quæ antecedit ipſam potentiæ cognitionẽ & illam neceſſario, infert cõſiſtere debet: vnde quando productio ſpecierum in potentia, vel ordinatio coniuncta fuerit cũ determinatione potentiæ ad cognitionẽ, non modo obiecti, ſed etiam vt reuelati, & manifeſtati à Deo, in ea formaliter conſiſtet diuina locutio, & reuelatio: quando verò Deus ſine interuentu ſpecierum (quod minus connaturaliter continget) ſupplere velit ipſarum concurſum, vt multi communiter admittunt à Deo fieri poſſe, tunc concomitanter ſe habet reuelatio & cognitio phyſicè ſed nihilominus conſideranda eſt actio illa, quatenus à Deo procedit in genere cauſæ particularis ſupplentis ſpecierum concurſum, & determinantis potentiam ad cogni-

tionem rei reuelatæ, & in tali actiooe vt ſic
conſiſtet reuelatio; hoc enim modo intelli-
gitur præcedere ſeipſam non phyſicè, ſed lo-
gicè in quadam exiſtendi conſequentia: quia
prout eſt cognitio procedens à potentia co-
gnoſcente reflectit ſupra ſe ipſam non quate-
nus cognitio eſt, neque vt eſt actio poten-
tiæ, non enim illa denominatur reuelans per
illam actionem, ſed vt excitatiua & deter-
minatiua potentiæ in ea prioritate logica,
quam diximus, non phyſica, quia non po-
teſt eſſe determinatio phyſica ad ſe ipſam,
nam alioqui prior & poſterior phyſicè ſe ipſa
foret. Exemplo rem declaro: etenim cognitio
intellectiua eſt quædam experientia ſui ipſius,
& virtualiter ſupra ſe reflectit: quod ex ſpecie-
bus memoratiuis conuincitur: nõ enim ſolum
repræſentant rem ſimpliciter, ſed vt antea co-
gnitam, quod fieri uon poſſet, niſi præcedens
cognitio ſe ipſam experiretur, & ſaltẽ virtute
ſupra ſe reflecteret, ſpecies enim impreſſa me-
moratiua eſt veſtigium relictum ex ſpecie ex-
preſſa, quæ terminus fuit cognitionis præteri-
tæ, & obiectum cognitũ repræſentabat, quare
nihil in ſpecie impreſſa exprimitur quod antea
aliquo modo cognitũ non eſſet: hoc igitur mo-
do, inquam, quo intellectiua cognitio eſt expe-
rientia ſui & virtualiter ſupra ſe reflexiua, ita
illa cognitio qua potentia attingit obiectũ re-
uelatum ſupra ſe ipſam virtualiter reflectit,
etenim videt obiectum ſub eadem cognitione
manifeſtum & ſe experitur quatenus actio Dei
eſt determinatiua potentiæ, & manifeſtatiua
obiecti ab eodem Deo reuelati: & ſi velis hoc
in nobis ſemper fieri per actionem reflexam à
parte rei diſtinctam, nõ multũ curabo, vtrum-
que enim cum bona philoſophia ſtare poteſt.

8. Tandem Rogatis vnde cognoſci poteſt rem
eſſe reuelatã & dictam à Deo. Reſp. in ipſa ex-
citatione potentiæ Deũ ſe vt loquentẽ prode-
re, vel quia ſpecies productæ ſeu ordinatæ ta-
liter modificentur, vt non modo obiectum, ſed
etiã quis illud reuelet certiſſimè manifeſtent:
vel quia Deus aliquod lumen potentię confert
ſupernaturale, ſeu illam eleuat ſine concurſu
ſpecierũ, vt non modo res reuelatas, ſed etiam
ſe reuelantem in certo quodam modo cum illa
concurrendi declaret. Probatur, quia prophe-
tæ eadem certitudine, qua prædicunt res futu-
ras, eadẽ enuntiant ſibi à Deo fuiſſe reuelatas.
Eſai. 1. n. 2. *Dominus locutus eſt*. Ieremiæ 1. n. 3.
Et factum eſt verbum Domini ad me dicens: &
ſimiliter de aliis prophetis quibus facta eſt à
Deo reuelatio: ergo ſignum eſt quod ipſa reue-
latio non modo obiectum, ſed etiam Deum re-
uelantem oſtendat: & hæc eſt ſententia D.
Thom. 2. 2. q. 175. art. 5. in corpore. Et ſe-
quuntur communiter Theologi, licet non deſ-
cendant ad declarandam à Deo in particulari
Dei reuelationem, illiuſque circunſtantias.

Proponuntur diuerſæ ſententiæ de modo, quo reuelatio obiectiua, & mediata, ſufficit ad conſtituendũ formale obiectũ fidei.

SECTIO IIII.

1. NOn loquor de reuelatione mediata, quæ
continetur virtute in præmiſſis fidei, ex
quibus aſſenſus theologicus deducitur, ſed de
reuelatione, quæ immediatè inſeruit ad aſſen-

A ſum fidei, vt iam ſupra declaraui ſectione præ-
cedenti; & obiectiua dicitur, nõ formalis, quia
reſpectu nunc credentis nõ formaliter, ſed ob-
iectiuè habetur, & cognoſcitur tãquam alteri
facta, & in hoc ſenſu dicitur mediata, quia no-
bis proponitur ab Eccleſia eiuſque miniſtris,
& ſacris ſcripturis, quę externa ſigna ſunt, per
quæ nobiſcum, illi quos Dominus immediatè
allocutus eſt ſermocinantur: & hic eſt ſenſus,
in quo ab authoribus accipitur reuelatio obie-
ctiua, non verò ille, quem tradit Durell. s. p.
ſumm. Schol. lib. 3. c. 5. §. reuelatio: nempe vt
obiectiua reuelatio ſit ipſa diuina auctoritas,
quatenus nobis proponitur & obiicitur mentĩ
noſtrę: & quamuis infra noſtrũ modum decla-
B randi reuelationẽ obiectiuã ſubiungere videa-
tur, in eo à nobis, & ab aliis recẽtioribus in de-
clarando hãc reuelationẽ diſſentit, quod illam
in eodẽ actu intellectus coincidere dicat cum
formali; quatenus formalis reflexione virtua-
li cadit ſupra ſe ipſam, vt diuina eſt loquutio;
quod ſane non contingit in nobis, quibus for-
malis reuelatio nõ fit eo modo, vt talis cogno-
ſcatur, & de illa Dei loquutione nos certifice-
mur. Etenim cõmuniter fideles, ne in hæreti-
corum errorẽ labantur, expectare non debent
ad credendũ de diuina loquutione interna, &
formali certificari: & Deum ſecum loquentem
certo cognoſcere. Quod igitur nõ ſufficiat re-
uelatio hæc mediata ad fundandum aſſenſum
fidei infallibilẽ videtur oſtendere illud 4. ar-
C gumentum, quod pro 3. ſentẽtia in ſect. 2. pro-
poſuimus & inſolutum ad hunc locum remi-
ſimus; quod ita confirmatur: obiectum mate-
riale fidei diſtinguitur ab obiecto formali tan-
quam id quod creditur ab eo, propter quod
creditur, vnde cum obiectum formale ſit fun-
damentum, & formalis ratio ob quam rebus
reuelatis aſſentimur, eſſe debet aliquid antece-
dens, & prius toto obiecto materiali fidei: ſed
non ita ſe habet reuelatio mediata, nam hæc
etiam creditur fide diuina; ideoque ſpectat ad
materiale obiectũ fidei: ergo vel creditur pro-
pter ſe, vel propter aliud: non propter ſe, quia
non eſt ex terminis nota hæc propoſitio, Deus
reuelauit myſteria fidei, ſed eodẽ modo obſcu-
ra eſt, atque hæc, Deus eſt trinus, & vnus, &
hæc, Deus factus eſt homo: nam ſicut termini
harum propoſitionum non penetrantur à lu-
D mine naturali, neque ratio connexionis appa-
ret intellectui naturaliter in illis: ita ſimiliter
ſe habent termini illius propoſitionis, Deus
reuelauit myſteria fidei reſpectu illurum qui-
bus reuelatio facta non eſt.

Hæc difficultas diuerſimodè ſoluitur iuxta
diuerſas opiniones reſoluendi noſtrã fidem, &
quidẽ non eſſe reſoluendam in auctoritatẽ hu-
manã, immo neque in auctoritatẽ Eccleſię tan-
quam in rationem formalẽ dicam in quæſt. 4.
ageos de Eccleſia authoritate, & modo, quo ex
parte illius nobis neceſſario proponenda ſunt
myſteria fidei: nunc ſolũ ſuppono Eccleſiæ au-
ctoritatem nõ pertinere ad rationẽ formalem
fidei, neque in illam à priori reſoluendam eſſe
noſtram fidẽ ſed in primã veritatem reuelan-
tem. In hac communi ſententia, quam recen- 2.
tiores ſtatim citandi poſt alios antiquiores do-
cent, inquiro quomodo ſolui debeat hæc dif-
ficultas: prima ſententia eſt Valent. tom. 3.
diſp. 5.

diſp. 1. par. 1. §. 5. *difficultatem* verſic. poſſumus ſecundo: nam quamuis aliam ſolutionē huius difficultatis Valentia prius adduxerit, vt vera ſit, in ſecūdam hanc recidit: niſi velimus illum exiſtimaſſe non eſſe reuelatam hanc propoſitionem, Deus reuelauit, quod non eſt credendum: ſi quidem creberrimè id in ſcriptura conceptis verbis aſſeritur, vt conuincit Suar. ſtatim citandus nom. 8. vbi ait non inueniſſe Theologum qui de hoc dubitauerit. Sententia ergo Valentiæ, item Lorcæ 2. 2. diſp. 4. nu. 11. Turrian. diſp. 2. dub. 3. *aliquid indicant*, in fin. & dub. 9. vltima cum D. Thom. Alenſi & aliis; denique Suar. diſp. 3. nu. 12. cum Capreol. & Caietan. docet, illa duo fidei principia, Deus eſt verax, & Deus reuelauit myſteria fidei eodem modo credenda eſſe, vt reliquæ propoſitiones de fide, neque in alia eſſe reſoluenda, ſed ſe ipſis credi & quadam veluti virtuali reflexione ſupra ſe ipſa extendi. Nam ſicut Deus dicendo aliquam veritatem dicit ſe eſſe veracem, & ſicut reuelando aliquid dicit in actu exercito ſe reuelare: ita credendo Deum eſſe veracem, & Deum reuelare, credimus id ipſum propter ipſammet veritatem, & reuelationem diuinam: Etenim dupliciter Deus dicere poteſt ſe verum dicere & reuelare: primo in actu exercito, nempe quia reuelando aliquod myſterium exercitè ſignificat ſe ita cognoſcere vt dicit & oſtendit ſe loqui, quia eo ipſo quod Petrus mihi aliquid affirmat, non modo aduerto ad dictum, ſed etiam ad loquentem, cui credo, quia exiſtimo illum non aliter loqui, quam ſentiat, & rem optimè ſcire. 2. modo, in actu ſignato quando Deus dicit ſe reuelare, & ſe eſſe veracem in hoc teſtificationis modo; dupliciter continetur veritas & reuelatio diuina in actu ſignato: quia ipſa reuelatio per actum expreſſe reflexum declaratur v. g. *Hæc dicit Dominus & Pater meus reuelauit*. Deinde in hac eadem dictione exercitè dicitur reuelationem hanc eſſe veram, & Deum eſſe veracem, quatenus reuelatio, & prima veritas reflectione virtuali ſupra ſe ipſam fertur, & propter ſe ipſam credibilis proponitur: non eſt tamen formalis & expreſſa reuelatio ſui ipſius: quia non eſt reuelatio eiuſdem dicti per ſe ipſum, ſed eſt vnum dictum de alio, & reuelatio reuelationis. Adducunt etiam ad hoc declarandum aliqua exempla: primum eſt in luce, quæ cum ſit ratio formalis videndi coloratum, non indiget alia ratione ſed ſe ipſa videtur: ſimiliter reuelatio cum ipſa ſit ratio, propter quam omnia myſteria fidei creduntur, non indiget alia ratione, ſed propter ſe ipſam creditur: ſecundum exemplum in ſcientia diuina, per quam Deus ita ſcit omnia, vt etiam ſciat ſe ſcire, ſimiliter quando Deus aliquid dicit per intrinſecam reflexionem eiuſdem actus ſupra ſe ipſum, dicit ſe dicere.

3. Hæc tamen ſolutio non euitat argumenti vim. Nam omnis aſſenſus intellectualis ſupponere debet cognitionem rationis motiuæ propter quam intellectus aliquid iudicat: vel ergo ad aſſenſum illa cognitio præcedens eſt ſola talium terminorum apprehenſio, vt ex ipſis terminis intellectus iudicium ferat, vt facere ſolet in propoſitionibus per ſe notis; vel continet medium: & de hoc neceſſario debet certificari intellectus, vnde debet ſupponere cognitionem eiuſdem medij talem, quæ ſatis ſit, vt propter illam aſſentiatur propoſitionibus iudicatis, tanquam infallibiliter veris. At citati authores non concedunt intellectum aſſentiri propoſitionibus fidei tanquam principiis per ſe notis; & ex alio capite non aſſignant medium propter quod hæc propoſitio *Deus reuelauit myſteria fidei*, credatur, neque cognitionem antecedentem, in qua medium omnino diſtinctum ab adæquato obiecto materiali proponatur, immo ex ipſorum reſponſione ſequitur quod aliqua propoſitio obiecti materialis fidei credatur propter ſe, & ſine medio, cum tamen illius termini non magis penetrentur, neque illorum connexio magis pateat quam termini cuiuſlibet propoſitionis de fide: quamobrem ſi rogemus, quare credunt Deum reuelaſſe myſteria fidei, reſpondebunt, quia Deus id reuelauit, & hoc eſt dicere, reuelauit, quia reuelauit, & reddere idem per idem, ſi verò dicant diuerſum dictū eſſe, ſupra quod cadit reuelatio, in hac propoſitione Deus reuelauit Chriſtum eſſe filium Dei, atque eſt illud, Chriſtus eſt filius Dei, vt Suarius docet; inferam ego, iam reuelatio non creditur propter ſe, ſed propter aliam, ſiquidem datur reuelatio reuelationis: de illa ergo, quæ eſt ratio credendi alteram inquiro propter quid credatur: ſi propter aliam, ſequitur proceſſus in infinitum, & ſic non ſoluitur propoſitum argumentum; neque exempla ad inſtitutum videntur ſufficientia. Nam lux non ita eſt ratio videndi colorem, vt illius viſio ſupponatur ad videndum colorem: immo æque immediatè viſus fertur in coloratum, & lucidum, licet videri nequeat coloratum niſi illuſtratum: & ratio eſt quia viſus non eſt rationalis potentia; in qua ſit veritas, vel falſitas iudicij, & quæ per rationem verum à falſo diſcernat, ſicut intellectus, qui propoſitionibus non aſſentitur niſi vel immediate, vel mediate: ad illas ſufficit penetrare terminos: ad has requiritur antecedens notitia medij, per quam certificetur intellectus, ad hoc vt certum ex illa aſſenſum eliciat: minus ſimile eſt exemplum de ſcientia Dei: nam cum hæc ſit infinita, & ad omne ſcibile ſe extendat; primumque & præcipuum ſcibile ſit Deus, neceſſario eſt ſcientia comprehenſiua ipſius Dei: de cuius eſſentia cum ſit ipſa ſcientia neceſſario eſt etiam cognitio reflexa ſui ipſius. At reuelatio diuina vt oſtendimus, eſt ratio ad extra finita, & limitata, quæ licet illum cui facta fuit immediatè certificauerit de loquutione Dei, nos, qui illam non formaliter, ſed obiectiuè, non immediatè, ſed mediaté concipimus, quomodo poterit certificare? & quomodo poterit eſſe ratio credendi ſe ipſam?

Secunda ſententia quam ſequitur Ægidius Conic. de moral. act. ſupern. diſp. 9. dub. 5. numero 73 & indicat Duarell. 1. p. ſummæ Scholaſt. lib. 3. cap. 5. §. hactenus in eo titulo. *Aſſenſus fidei reſoluitur in voluntatem credendi, &c.* & alij recentiores, docet quod nō modo in propoſitionibus per ſe notis intel- 4.

lectusnon indiget alio medlo, ſedetiam in illis ad quarum aſſenſum à voluntate determinator, hæc enim poſito ſufficienti fundamento poterit intellectus determinare, vt obiectum aliquod firmius apprehendat, eique tanta firmitate aſſentiatur, quanta ipſe per ſe aſſentiri non poſſet: quod in caſu præſenti fieri arbitrantur. Poſita enim tali propoſitione rei credendæ, quæ oſtendat intellectui illud obiectum vt à Deo reuelatum merito credi poſſe, & debere, voluntas ſtatim pro affectu mota magno conatu impellit intellectum, vt primam veritatẽ apprehendat, Deiqoe auctoritatem, eamque hic, & nune exigere, vt propter eam firmiſſime credatur, quod tanquam ab ea reuelatum tam euidenti credibilitate proponitur, atque ita intellectus partim illa appreheoſione, partim imperio & impulſu volontatis ſine vllo diſcurſu mouetur propter diuinam auctoritatem immediatè ad eredendam rem reuelatam, & ipſam reuelationem, idque firmius, quam vlli rei cognitæ naturaliter poſſit aſſentiri: ne ſi de alterutro aliqua ratione dubitet, primæ veritati cuius nomine hæe proponuntur reſiſtere videatur: ita Coninc. cæteris elarius hane opinionem expoſuit. Addunt etiam alij intellectum raſpicere ad motiua extrinſeca non tanquam ad rationem formalem, ſed vt meras conditiones, & ab his maximè iuuari. Totum ferè quod hęc ſententia docet, verum eſt, non tamen difficultatem omnino ſoluere videtur. Nam in primis non oſtendit quomodo obiectum formale à materiali diſtinguatur: Nam ſicut reuelatio creditur propter ſe, ita reliqua myſteria fidei credi poſſent propter ſe ex imperio voluntatis: ſicut enim credo verum eſſe Deum reueláſſe ſine aliqoo medio extrinſeco, & ſine terminorum euidentia ſolum propter motiua tanquam conditionem requiſitam ad oſtendendam euidentiam credibilitatis, ita credere poſſum Deum eſſe trinum. Deinde impoſſibile eſt, à voluntate medicinam amari propter ſe ex arbitrio voluntatis, eo quod apparuit vtilis ad ſanitatem: Nam bonitas quæ propter ſe amabilis non eſt, ſed propter aliod, repugnat propter ſe amari: ergo etiam eſt impoſſibile, vt intellectus aſſentiatur propoſitioni propter ſe, quæ non ſit ex ſuis terminis nota, & per ſe appareat vera: & conſequenter impoſſibile eſt, vt intellectus credat, Deum reuelaſſe propter veritatem ipſius propoſitionis, & non propter motiua, quæ illius eredibilitatem oſtendunt: nam voluntas cogere non poteſt intellectum, vt feratur circa obiectum alio modo, quam ipſa obiecti veritas proponatur: quare cum non reddatur ratio cur illa propoſitio propter ſe eredi debeat, non expeditur argumenti difficultas.

Præter has duas opiniones, duas alias apponam, quas à recentioribus in Italia defendi ſępius audiui, & quia dum cõmunem modum ſoluere conantur difficilioribus ſanè intricantur, quod in ipſis mihi diſpliceat, oſtendam.

5. Tertia ergo opinio interroganti cur eredat myſteria fidei reſpondet quia prima veritas id reuelauit: ſi rurſus interroges, & cur eredat Deum illam reuelaſſe: reſpondet quia Deus eſt A ſumma veritas, & ad ſummam veritatem Dei ſpectat, non ſolum non mentiri, ſed neque permittere, quod quiſpiam alius, eius nomine aliquid ita proponat credendum, vt ex modo proponendi comparet apud homines fidem, quod Deus loquatur, & tamen id falſum ſit: cum ergo myſteria fidei noſtræ tam euidenti credibilitate ab Eeeleſia proponantur, vt prudenter poſſimus credere ex parte Dei proponi, ad infinitam veritatem Dei ſpectat, non permittere, vt hoc modo ſuo nomine falſa, ſed vera tantum proponantur, & hinc eſt quod eredamus Deum reuelaſſe illa, quia eſt ſumma & prima veritas, & ſic in illam noſtra fides vltimatè reſoluitur: ſed contra. Illa conditionalis propoſitio, quod ſcilicet non permitteret Deus, vt cum tanta euidentia credibilitatis proponeretur ſuo no- B mine res falſa, non eſt vera; & deinde quamuis illam concederem, non tollitur difficultas, ſed alia non minor ſuboritur: vtrumqoe probo, primum quia ſi ruſticus decipiatur à Parocho proponente ex parte Dei rem falſam tanquam reuelatam, hoc contra Dei veritatem nihil efficeret, ergo eonditionalis illa non eſt vera: antecedens probatur: ſæpè enim contingere poteſt, eadem penè credibilitatis euidentia proponi ruſtieo aliquid falſum, qua eidem propoſita ſunt vera fidei noſtræ myſteria, vt experientia patet, etenim non maiora ſigna videbit ad eredendum in vno caſu, quam in altero: ſed eædem congruentiæ; eadem veriſimilitudo ruſtico poterit repreſentari: & tamen fide diuina eredit vere reuelata, non vero falſa, quæ exiſti- C mantur reuelata, vt quæſtione prima dixi, & hoc ſine imperfectione, ſeu defectu diuinæ veracitatis: ergo iam de facto datur caſus, in quo ſine veracitatis diuinæ detrimento proponantur Dei nomine falſa tanquam verè reuelata, & conſequenter illa conditionalis eſt falſa: ſecundum oſtendo primo, interrogans vnde ſcis Deum eſſe veraeem, & non permiſſurum vt tali modo proponeretur res falſa ſuo nomine? vel enim hoc iudieas per aſſenſum mediatum vel immediatum, ſi per mediatum, quæro quale ſit illud medium, & cum vel nullum aſſignari valeat, vel in infinitum proeedemus; adhuc diffieultas vrget, ſi aſſenſus ſit immediatus, ex terminis habebitur, & conſequenter aſſenſus D fidei, qui ad illum ſequitur, cum ex euidenti medio deducatur, obſcurus non erit, ſed euidens: ſecundo; adhue illa propoſitio conditionalis non ſuffieiet; nam præter quam quod cognoſcere debeo Deum non permiſſurum taliter proponi rem falſam ſuo nomine; etiam opus eſt cognoſcere, quod hic & nunc taliter mihi proponatur, vt eliciam aſſenſum fidei, quia non ſolum moueor propter veracitatem Dei non permittentem mihi proponi ſoo nomine cum talibus eircumſtantiis rem falſam: ſed quia video hic, & nunc mihi ſic proponi. Vnde iam motiua, & argumenta quibus proponitur fides, pertinebunt ad rationem formalem ipſius.

Quarta ſententia duo ſtatuit principia ex 6.
quibus aſſenſus fidei per formalem, ſeu virtualem

virtualem diſcurſum inferri debet, primum
eſt Deum eſſe veracem, quod dicit cognoſci
immediatè ex vi luminis naturalis ſiue per
cognitionem euidentem ſaltem in doctis hu-
minibus ſiue per obſcuram ad minimum in
ruſticis, dari enim cognitionem iudicatiuam
immediatā obſcuram prubant ex hac propoſi-
tione probabili: omnis mater diligit filiū, quia
eius veritas habetur ex terminis, & tamen ſine
euidentia, quia hæc ſupponere debet certitu-
dinem veritatis euidentis. Cæterum quia aſ-
ſenſus fidei ſupernaturalis, qui elicitur ab ha-
bitu fidei cadit ſuper rationem formalem cu-
ius pars eſt illa propoſitio *Deus eſt verax*, ſe-
quitur in eodem habitu fidei debere eſſe vim
ad eliciendum aſſenſum immediatum, & ſal-
tem virtute priurem circa illam propoſitio-
nem; quæ quia debet habere maiorem certi-
tudinem quam ſit, quæ ex ſolo naturali lumi-
ne habetur, ideo cum lumine naturali concur-
rit habitus fidei ad immediatum aſſenſum ta-
lis proproſitionis *Deus eſt verax*, cuius aſſen-
ſus totus erit ſupernaturalis; quia eleuatur na-
turale lomen ab habitu fidei, & ſaltem in do-
ctis hominibus erit euidens, quia penetratis
terminis immediatè ad huius veritatis aſſen-
ſum intellectus determinatur. Neque refere
quod aſſenſus iſte certior ſit, & faciat intelle-
ctum firmius adhęrere obiecto veracitatis Dei
quam ſi ex ſolo naturæ lumine haberetur, nam
ex imperio voluntatis hoc prouenire docet,
quia voluntas intellectum inclinare poteſt ad
firmiorem aſſenſum, vel diſſenſum, neque ob-
ſtat, quod habitus fidei elicere debeat aſſen-
ſum obſcurum ex ſua natura, nam hoc intel-
ligendum arbitraotur hi authores de aſſenſu
circa myſterium reuelatum, & creditum non
verò de aſſenſu huius principij *Deus eſt verax*,
ab illo enim qui propriiſſimè eſt actus fidei
illa dicitur obſcura; neque nouum eſt habitum
ſupernaturalem à præcipuo actu denominari
vt in habitu ſpei, pœnitentiæ & aliarum vir-
totum dici ſolet

Si obijcias hanc proproſitionem *Deus eſt ve-
rax*, pertinere ad obiectum materiale fidei, &
conſequenter credendam eſſe, & circa illam
verſari habitum fidei aſſenſo fidei propriiſſi-
mo, & obſcuro. Reſpondent adhuc in eo caſu
reſoluendum eſſe hunc aſſenſum mediatum in
illum immediatum circa eandem materialem
popoſitionem cognitam inſtar primi principij
interuentu luminis naturalis penetratis termi-
nis, & concurrente etiam effectiuè habitu ſu-
pernaturali eleuante idem lumen. Ideoque
qui negauerit veracitatem Dei diſpoſitum
non eſſe ad recipiendam fidem: addunt quod
qnando veracitas Dei creditur, non reſoluitur
ſolum in hoc principinm de quo agimus cu-
ius materiale obiectum eſt eadem veracitas
ſed in aliud nempe in Dei reuelatioaem de
quo ſtatim dicam. Vnde licet repugnet aſſen-
tiri vni rei propter aliam à qua illa adæquate
non differat, non repugnabit tamen, ſi inadæ-
quata ratio motiua diuerſa ſit ab eo quod
propter aliud iudicatur, quomodo differt ve-
racitas ab eadem veracitate ſimul cum Dei
reuelatione, à qua veracitas differt. Vnde iam
aſſentimur vni propter aliud: ſi vrgeas illam

A propoſitionem *Deus eſt verax*, non eſſe imme-
diatum quia Deus ideo eſt verax quia eſt
ens infinitæ perfectionis, quod omnes perfe-
ctiones ſimpliciter ſimplices complectitur,
ergo circa illam propoſitionem non elicitur
aſſenſus immediatus. Reſpondent, quamuis
alioqui propoſitiones particulares ex vniuer-
ſalibus inferantur, hoc non tollere, poſſe per
ſe ex terminis immediatè cognoſci verbi gra-
tia in hoc ſillogiſmo omne totum eſt maius ſua
parte: homo eſt totum, & manus illius eſt pars
ergo maior eſt homo ſua manu: hæc particula-
ris, quę ex vniuerſali inadęquatè colligitur, &
illam vniuerſalem vt medium inadæquatum
reſpicit, etiam per ſe conſideratis, & pene-
tratis terminis immediatum aſſenſum poteſt
terminare: ſimiliter etiamſi hæc propoſitio
B *Deus eſt verax*, colligitur ex illa Deus eſt cu-
mulus omnium perfectionum: nihilominus
etiam ſpectata per ſe penetratis terminis à
lumine naturali immediatè agnoſci poteſt,
& licet etiam concedant reſolui hanc pro-
poſitionem in illam parum referre exiſti-
mant, quia ita hæc propoſitio accipietur, vt
ad ipſam rationem Deitatis intelligatur re-
ſoluta, quando pro principio fidei aſſignatur.

Alterum principium eſt, Deus reuelauit
myſteria fidei circa quod per aſſenſum im-
mediatum & obſcurum ſed omnino certum
fertur habitus fidei. Nam ſicut eſt ſuaptè
natura inclinatio ad aſſentiendum myſteria
fidei, ita etiam neceſſario ſe extendere debet
ad rationem ſormalem cuius pars eſt diuina
reuelatio: ergo cum propter illam in omnia
C obiecta credenda feratur, in illam prius, &
immediatius inclinabit habitus. Itaque ha-
bitus fidei tres aſſenſus inter ſe diuerſos eli-
cere debet: duo priores ſunt immediati, qui
pertinent ad rationem ſormalem, & tertius
diſcurſiuus ſormaliter, vel virtute qui eſt
propriiſſimus aſſenſus fidei. Non negant ta-
men hi authores hunc ſecundum aſſenſum
eſſe actum credendi, & ad illum potiſſimum
nos indigere pia affectione, nam ſi ſemel cre-
damus Deum reuelaſſe incarnationem, faci-
le erit poſtea ipſam incarnationem credere,
neque obſtat huius ſecundi aſſenſus obſcu-
ritas, quominus immediatus eſſe credatur vt
iam diximus de primo principio prout à ru-
ſticis cognoſcitur, & ratione vlterius confir-
matur, quia aſſenſus immediatus oritur ex
D apprehenſione connexionis inter duo extre-
ma alicuius propoſitionis ſine medio, atqui
contingere poteſt quod apprehenſio non
oſtendat clarè illam connexionem ſed cum
ſormidine, & obſcurè, licet immediatè:
ergo, &c. hæc videtur eſſe clara doctrina
philoſophi in lib. 1. Rhetor. ad Theodecten.
cap. 2. & ad Alex. cap. 7. & 15. negari ergo
non poteſt aliqua principia cognoſci ex ter-
minis non euidenter ſed obſcure, & cum ſor-
midine, ſimiliter dicunt quamuis cognoſcan-
tur omnia motiua, quæ de facto dantur ad
credendam reuelationem Dei, ſecluſa mo-
tione voluntatis intellectus ſibi relictus,
ſolum aſſenſum probabilem eliciet, quo
iudicet Deum reuelaſſe myſteria fidei, quia
tamen eadem motiua ſufficientia ſunt ad

hoc, vt voluntas poſſit prudentiſſimè imperare intellectui, vt ſine formidine, immo cum firmiſſima adhæſione eliciat illum aſſenſum obſcurum circa reuelationem, ideo licet ſit obſcurus, tamen omnino certus eſt & firmus. Adduntque eadem motiua ſufficere ex ſe vt intellectus ſibi relictus ex eorum apprehenſione eliciat aſſenſum immediatum circa reuelationem quo probabiliter aſſentiatur huic principio, *Deus reuelauit myſteria fidei.* Verum quia ex eiſdem apparet euidenter credibilitas reuelantis Dei, voluntas poteſt prudentiſſimè imperare intellectui vt immediate & ſine formidine huic principio aſſentiatur.

9. Si dicas quomodo aſſenſus erit immediatus circa propoſitionem quę ex terminis non conſtat, qualis eſt aſſignata nempe *Deus reuelauit*: nam hi termini nullam inter ſe habent connexionem niſi contingentem ex determinatione voluntatis diuinæ; niſi ergo reuelatio vel in ſe vel per effectus cognoſcatur, propoſitio innoteſcere non poteſt, neque obiectum ex ſuis terminis manifeſtare: Reſpondent licet ex terminis hæc propoſitio per immediatam Dei loquutionem non cognoſcatur à nobis, quibus Deus immediatè non loquitur ex terminis tamen conſtare reſpectu mediatæ reuelationis, quæ ad nos peruenit ex reuelatione immediata aliis facta. *Nam Deus multifariam loquutus eſt*, vt ait Paulus ad Hebræos 1. & non eſt dubium, *loqui per os ſanctorum*, vt cecinit Zachar. Lucæ 1. Item in ſacris literis hæc reuelatio mediata Dei locutio dicitur, nam Pſalm. 44. *Lingua mea*, ait propheta regius, *calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, & actorum primo ſicut prædixit, *ſpiritus per os Dauid*, inde fideles Deum dicuntur audire Ioann. 6. numero 44. *Erunt omnes docibiles Dei: omnis qui audiuit à Patre, & didicit venit ad me*, quod ſi Deum nos omnes fideles audimus, ergo ipſe nos alloquitur non per reuelationem immediatam: ergo ſaltem per mediatam, & ſicut loqui conuenit cum hominibus percipientibus obiecta materialia per ſenſus, nobis ergo proponit myſteria fidei per ſigna: voces nimirum, & ſcripturam: item per talia miracula, quæ oculis vel auribus percipimus, ſunt enim miracula quædam locutio Dei, teſte Paulo ad Hebæos 2. numero 4. *Conteſtante Deo ſignis & portentis.* Vbi Theodor. ait Deum per miracula ferre prædicationis teſtimonium. Quare ſicut quando quis literas ab amico miſſas perlegit ſtatim ex ſcripturæ conſpectu immediatè eum quaſi ſecum loquentem conſiderat, & ſine formidine ob euidentem credibilitatem literarum illius verba eſſe iudicat, ſic etiam propoſitis myſteriis fidei noſtræ, & conſideratis miraculis, & aliis motiuis, licet clarè, & euidenter Dei vox non audiatur: illa tamen obſcurè ſed immediatè in ipſis ſignis apparet, vnde voluntas imperare poteſt intellectui aſſenſum immediatum illius locutionis diuinæ, mediatæ, quæ quidem non habet minorem infallibilitatem quam reuelatio immediata Dei, quia non minus impoſſibile eſt, quod falſum ſit, quod verè nobis dicitur ex parte Dei ſeu tanquam nuntium Dei, quam quod ſit falſum id quod immediatè à Deo reuelatur, & non minus infallibilis erit fides, quæ in hac reuelatione mediata fundatur, quam quæ immediata niteretur. Itaque inter propoſitionem Eccleſiæ tot miraculis confirmatam, tot martyribus teſtificatam, à tot doctoribus, & probatiſſimis viris acceptam ex vna parte, & ex alia inter loquutionem diuinam mediatam, quæ ſunt duo extrema huius ſecundi principij tanta eſt connexio, vt ſaltem obſcurè poſſit intellectus immediatè illi aſſentiri quantum ex ſe probaliter, at ex imperio voluntatis etiam ſine formidine aſſentiri, & dicere hæc eſt doctrina Dei, ſeu hoc nobis proponitur ex parte Dei.

Si rurſus vrgeas, ruſticos, & pueros non audire ipſam Eccleſiam loquentem, neque videre miracula ſeu martyria, ſed ſolum à Parochis, vel à parentibus doctrina fidei inſtructos actum fidei elicere, abſque eo quoad hanc metaphyſicam & ad hanc Dei reuelationem mediatam attendant vel aliqua ratione conſiderent, ergo ſaltem in eo euentu deficiet hoc principium. Reſpondent ſicut miracula & martyria fuerunt aliquo modo voces, ſeu motus Dei quibus loquebatur cum iis qui illa viderunt, ſic etiam parochos, parentes, & magiſtros, & libros, & totam illam notitiam de illis omnibus, quæ ad ruſticos & pueros immediatè peruenit, eſſe aliquo modo Dei vocem, quam ipſi audiunt, non tanquam humanum aliquid, ſed ſupra ipſos parochos, magiſtros, & libros à quibus de illis rebus diuinis edocentur, nam ſicut in ſententia communi certum eſt reuelationem diuinam eſſe rationem formalem, propter quam aſſentimur actu fidei rebus reuelatis, & tamen neque ruſtici, neque pueri formaliſſimè, & explicitè reuelationem Dei conſiderant, quando credunt & veros actus fidei eliciunt, ſed ſatis eſt ſi confuſè & implicitè cogitent doctrinam illam eſſe ſupra hominum inuentum ac ſcientiam, & concipiant dogmata fidei tanquam aliquid diuinum, & à cæleſti numine profectum; eodem modo dicunt ſufficere, ſi locutio Dei confuſè, & implicitè cognoſcatur à ruſticis, & à pueris vt huic principio immediatum aſſenſum præbeant, noſcunt enim parochos, parentes, ſeu magiſtros non loqui ex propria auctoritate, ſed ex alia ſuperiori nempè cœleſti, & diuina quod à poſteriori rectè colligitur; ſi enim ipſi ruſtici negarent vel dubitarent de veritate illius doctrinæ deliberatè, & pertinaciter, ſane agnoſcerent ſe non ſolum contra parentis, ſeu parochi reuerentiam facere: ſicut ſi alias hyſtorias profanas narrarent, ſed etiam contra aliam maiorem auctoritatem peccare: ergo ſignum eſt quod ruſticus, & puer ad vſum rationis perueniens, ſentiunt in illa materia eſſe aliquid humanis rebus altius, & parochum, ſeu parentem non ex humana, ſed ex cæleſti auctoritate loqui. Aſſenſum verò huius ſecundi principij appellant hi authores potius actum credendi; quam ſciendi, quia quamuis non aſſentiamur illi propter teſtimonium Dei, quo illud ſit nobis reuelatum; ſed immediatè 10.

mediatè ex terminis ; quia tamen aſſenſus eſt
obſcurus , & ad illum eliciendum ſine formi-
dine captiuatur intellectus in obſequium
Chriſti , & fidei;ideo per hunc aſſenſum po-
tius dicimur credere reuelationem , quam
ſcire illam , eſt tamen hoc credere maximè
diuerſum ab illo quo credimus reliqua my-
ſteria fidei , & quo credere poſſumus eandem
reuelationem propter teſtimonium diuinum,
quatenus illa eadem reuelatio aliquando re-
flexe reuelata eſt , diuerſitas vero eſt quod
iſtud eſt credere per modum principij : illud
autem eſt credere per modum concluſionis
& propter aliud. Hanc ſententiam multo
prolixius declaratam ſæpè à doctis viris de-
fendi audiui , & quamquam aliquibus plau-
ſibilis viſa eſt , multo pluribus tamen merito
diſplicuit ; Quamobrem quæ in illa mihi vi-
dentur falſa breuiter oſtendam.

10. Primum eſt in philoſophia nempe propoſi-
tionem eſſe ex ſuis terminis cognoſcibilem,
& aſſenſum eſſe obſcurum : Nam propoſitio
ex ſuis terminis cognoſcibilis eſt , quæ tam
manifeſtam habet veritatem , ſeu probabili-
tatem , ſi propoſitio per ſe nota ſit in materia
probabili, vt penetratis terminis , ipſa veritas
neceſſaria , vel probabilis euidens ſit : neque
enim neceſſarium eſt , vt euidentia quæcun-
que ſupponat certitudinem infallibilem :
Nam ſicut datur euidentia credibilitatis,
quæ ſolum determinat intellectum ad aſſen-
ſum probabilem , vt ijdem authores faten-
tur, ita datur euidentia probabilitatis, in pro-
poſitione per ſe nota probabili : quod non
obſcurè indicauit Ariſtoteles cap. illo 2. ſu-
pra citato vbi ait. *Nam cum credibile cuidam
credibile ſit , & aliud quidem per ſe ipſum illico
ſit credibile atque probabile.* Etenim quæ co-
gnitio magis clara quam quæ rem per ſe ip-
ſam agnoſcit ? ſeu in ſe ipſa non in alia ?
exemplo rem declaro in hac propoſitione:
omnis mater diligit filium , termini non mihi
oſtendunt infallibilem connexionem inter
matrem , & amorem erga filios , ſed tantum
probabilem : quod probo, quia termini huius
propoſitionis non mihi poſſunt oſtendere ſe-
creta cordis neque affectus internos volun-
tatum in omnibus matribus exiſtentes : ergo
ſignum eſt quod ſolam mihi probabilem con-
nexionem oſtendant , & hoc euidens eſt, non
obſcurum : ergo aſſenſus illius primæ propo-
ſitionis in rudibus , & ſecundæ in omnibus
eſſe nequit ex terminis , ſeu propoſitio eſſe
nota & ſimul obſcura , quod hi authores ad-
mittunt in ſuo duplici principio neque mihi
dicas iſtam euidentiam in cognitione probali
eſſe euidentiam ſcientiæ , per quam cognoſco
eſſe probabile omnem matrem diligere filium,
vrgeo enim , quia iſta euidentia non eſt eui-
dentia de modo, & in actu ſignato , quaſi di-
cam eſſe probabile omnem matrem filium
diligere , ſed eſſe euidentiam in actu exercito
attingendo probabilitatem dicti, & cognoſ-
cendo connexionem terminorum euidentem
qualiſcumque illa ſit , ſine deſcenſu ad parti-
culares effectus. Secundum etiam rectæ phi-
loſophiæ diſſonum, quod aiunt, eſt, propoſi-
tionem dari ex ſuis terminis cognoſcibilem,

A ſeu per ſe notam , quæ habet medium à priori
per quod demonſtrari poſſit , ſiue illud in me-
dium in eſſendo , ſiue in cognoſcendo, de quo
ſolum eſt controuerſia : omnes enim ferè
boni nominis authores ſaltem medium in
aſſendo excludunt , vt optimè docet Logica
Conimbr. lib. 1. de poſterior. reſolut. cap. 3.
quæſt. 2. artic. 1. §. *vt vero* , iſti verò authores
docent tam primum quam ſecundum prin-
cipium , quod aſſenſum terminat immedia-
tum , & ex terminis eſt cognoſcibile per me-
dium etiam à priori in eſſendo cognoſci , &
credi actu fidei ex ſuis principiis illato, conce-
dunt, dicunt enim hanc propoſitionem, *Deus
eſt verax* , præter quam quod ſit per ſe nota,
etiam credi poſſe vero actu fidei formaliter
ſeu virtute diſcurſiuo per medium in duobus
B principiis contentum , & idem ait de altero
principio , *Deus reuelans.* Tertium non mi-
nus falſum inter philoſophos eſt , quod idem
habitus reſpectu eiuſdem propoſitionis ma-
terialis ſit ex arbitrio credentis habitus pri-
mi principij , & habitus diſcurſiuus , nam
concurſus habitus eſt naturalis , quamuis
enim pendere poſſit à voluntatis arbitrio
quad applicetur vel non, ad aſſenſum alicuius
propoſitionis , ſi tamen applicetur : non con-
currit per inadæquatam virtutem ſed per
ſuam totam, ſi ergo illa eſt ſufficiens , vt ſta-
tim per ſe determinet intellectum ſine diſ-
curſu aliquo , & ſine medij interuentu ſem-
per id ex ſe præſtabit : præcedens tamen ſen-
tentia docet eundem habitum fidei , aſſenſum
primi principij elicere circa has propoſitio-
C nes , *Deus eſt verax & Deus reuelans myſteria
fidei*, & aſſenſum diſcurſiuum.

Maioris momenti ſunt , quæ ſequuntur, & 11.
ad Theologiam pertinent ; primum eſt in or-
dine; quartum habitum fidei actus elicere di-
uerſæ ſpeciei , nempe aſſenſus primorum
principiorum , in quibus continetur ratio
formalis fidei , & actus diſcurſiuos ex eiſdem
principiis deductos, quod ſequenti quæſtio-
ne impugnabitur , & quod plus eſt, aliquem
ex his aſſenſibus , nempe primum circa illam
propoſitionem *Deus eſt verax*, eſſe euidentem:
hinc enim ſequitur noſtram habitualem fidem
non eſſe determinatam ad omnes aſſenſus
obſcuros , immo ex ipſorum ſententia , prius
determinari ad euidentem ; & vt nos oſten-
dimus , ſi ſecundum principium cognoſcitur
D ex terminis, etiam euidens eſſe debet ; & ſic
prius inclinaret fides ad duos aſſenſus eui-
dentes , quam ad aſſenſum obſcurum : quare
quando fides à diuo Paulo dicitur eſſe rerum
non apparentium, non eſſet definita ſeu decla-
rata adæquate , quia etiam eſt apparentium,
immo prius ad apparentia , quam ad non ap-
parentia inclinaret. Dicco habitum fidei in
iis duobus aſſenſibus circa principia aliquid
etiam obſcurum attingere quatenus ex impe-
rio voluntatis intellectus determinatur ad
aſſentiendum ſine formidine & maiori cer-
titudine qoam cuilibet propoſitioni naturali
aſſentiatur , ad quod præſtandum iuuatur fi-
delis ab habitu fidei : ſed contra illa maiot
certitudo non habetur ex terminis, non ab ali-
quo medio : ergo ſolum ab habitu , vel à vo-

luntate prouenit : at quod non proueniat ab habitu iam ſect. 3. oſtendimus ; & ipſi recentiores etiam concedunt quatenus aſſerunt noſtram fidem non reſolui in habitum tanquam in efficientem : nos verò inquirimus rationem formalem illius maioris certitudinis, neque dici poteſt, illam prouenire à voluntate, quia voluntas multo minus poterit oſtendere rationem formalem alicuius veritatis, quando intellectus illam non percipit, quod ſi faciat, vt intellectus firmius aſſentiatur, non ideo augebit certitudinem intrinſecam aſſenſus, ſed extrinſecam ex parte ſubiecti, nam certitudo ex parte actus intrinſeca habetur ex medio, & ex formali ratione aſſentiendi, firmitas verò intellectus, & certitudo ex parte ſubiecti ſtare poteſt cum fallibilitate, & incertitudine intrinſeca actus, vt in quæſtione prima ſect. 5. dixi, & patet in eo qui quamuis non viderit Olyſſipponem non dubitat, quod illa ciuitas ſit : imò certiſſimus eſt, & tamen medium, quo nititur hæc fides humana fallibile eſt, & gignere nequit actum intrinſecè certum, & infallibilem cum ergo fidei actus intrinſecam habeat certitudinem, & infallibilitatem, illa proculdubio à voluntate tanquam à ratione formali prouenire non poteſt.

11. Quintum etiam non eſt bona ratio illa quod verbi gratia habitus fidei inclinat per ſe primo ad illa duo principia, continentia rationem formalem fidei quia inclinat ad aſſenſus eiuſdem fidei, qui cadunt ſupra rationem formalem in illis principiis contentam. Nam hinc ſequitur habitum fidei non diſtingui à theologico ; immo habitus ſcientiæ diſcurſiuus non diſtinguetur ab habitu inclinante ad aſſenſus primorum principiorum, nam habitus theologicus inclinat ad aſſenſum, qui cadit ſupra premiſſas de fide, & habitus ſcientiæ ſupra principia ex quibus deducitur, vtrumque tamen, primū Theologi, ſecundum Philoſophi communiter reprobant. Sextum locutio ſeu reuelatio Dei, quæ eſt obiectum formale fidei de ſua natura ſemper eſt infallibilis & certa, nunquam verò dubia, ſed loquutio parochi, magiſtri ſeu parentis proponentis doctrinam catholicam non eſt infallibilis de ſua natura, neque omnino certa, immo dubia & fallibilis, quod optime ſignificauit Auguſtin. relatus in cap. noli meis & in cap. ego ſolis diſtinct. 9. & confirmatur quia reuelatio mediata, & obiectiua, quæ ad fidem pertinet eſt illa, per quam intelligimus reuelationem immediatam factam illis, quibus Deus immediatè reuelauit myſteria fidei, & certi erant de locutione diuina, quam nos in mente apprehendimus, & mediatam dicimus, quia illis mediantibus ad nos peruenit, interuentu magiſtrorum, ſeu parentum, quorum auctoritas neque mediatè diuina eſt, etiam quando nos veram doctrinam docent: eſt enim humana auctoritas proponens nobis diuinam ; non verò illam repræſentans, in quo magnum eſt diſcrimen, nam aliud eſt ex parte Dei illius perſonam ſuſtinentem, vel vt nuntium aliquid reuelare, & ab eodem Deo reuelante acceptum dicere : aliud verò doctrinam proponere, neque Dei nomine, neque vt illius deſignatum nuntium. Quis ergo ſine temeritate dicet omnes, qui docent doctrinam Chriſtianam nuntios à Deo deſignatos eſſe, & illorum dicta auctoritatem habere diuinam mediatè, cum multi per ignorantiam, ne dicam per malitiam cum vera & catholica doctrina errores miſceant, quos diuina non teſtificatur auctoritas. Dicent tunc non loqui verè ex parte Dei. At rogo quando igitur ex parte Dei aliquid nuntiari intelligamus, quæ erit illa locutio, ſeu reuelatio, quam apprehendere debeo tanquam rationem formalem infallibilem ad credendum? ſane non erit illa, quæ tam incerta, & fallibilis eſt, quam ſit omnis humana auctoritas, illa ergo eſt reuelatio cui noſtra fides nititur, quæ Apoſtolis, & Prophetis facta eſt, qui canonicos libros ſcripſerunt, non autem nititur reuelatione aliis doctoribus facta vt docet D. Thom. 1. par. quæſt. 1. artic. 8. ad ſecundum. Vnde loca quæ ex ſacra pagina adducuntur, vel procedunt de reuelatione diuina facta his ſcriptoribus Canonicis, quorum ſenſus, & verba ſpiritus ſanctus dictabat, vel alios habent ſenſus, qui cum horum authorum inſtituto minimè cohærent, vt patebit illorum locorum interpretes conſulenti.

Septimum. Aſſenſus qui elicitur ex illis duobus principiis dicitur propriiſſimus actus fidei ; aſſenſus verò ſecundi principij actus credendi, & aſſenſus primi principij actus euidens ſaltem in ſapientibus : omnia hæc ſi rectè examinentur, à veritate videntur aliena, vel ſaltem intellectu difficillima. 13. Nam aſſenſus elicitus ex illis duobus principiis iam iudicatis neceſſario ſequitur : ergo propriiſſimus actus fidei erit neceſſarius quoad ſpeciem ad minimum, & non liber. Vnde maius fidei meritum ne dicam totum non erit, in propriiſſimo actu fidei, ſed in aſſenſibus principiorum, quorum vnus cum dicatur euidens ſanè non erit actus fidei in ipſorum ſententia, & alter cum dicatur actus credendi non cenſetur propriiſſimus actus fidei ſecundum illos. Vnde contra hoc ipſum rogo quid eſt credere, quam actum fidei elicere? Et ſi ipſi admittunt reuelationem Dei in ſecundo principio non ſciri, ſed credi, quomo non vident ſe iam ſine medio actum credendi, & conſequenter veræ fidei immediatè elicere? & præterea ſi concedunt in hoc aſſenſu magnum eſſe meritum quomodo illum ex terminis elici aſſeuerant : Nam ſi nihil aliud ſignificent, quam reuelationem credi propter ſe ſine medio, difficultatem non ſoluunt diuerſo modo, ab eo, qui à prima ſententia traditur, & nihil aliud faciunt, quam iis, quæ adiungunt explicatu difficiliorem reddere illam primam ſententiam communiſſimam. Denique ſimpliciter dici non poteſt euidens ille aſſenſus principij, nam cum certior ſit quouis aſſenſu naturali, illa maior certitudo creditur, non videtur ex terminis, & per ſe : ergo illud principium quatenus cognoſcibile eſt per illam notitiam magis certam, & requiſitam ad principium fidei, vt ipſi fatentur, obſcurum

Digitized by Google

obſcurum eſt ; & conſequenter aſſenſus circa illud ex ea parte , quâ accomodatur ad eliciendum ex eo actum fidei obſcurus eſt, non euidens, quamuis ex alio capite nempe ex terminis ſapientes illud euidenter cognoſcant.

14. Secundum probo in hoc diſcurſu formali ſeu virtuali concluſionem continere eadem principia , & ſic illam eſſe inutilem principiorum repetitionem , ac idem per idem probari. Nam ipſi dicunt quodlibet ex illis principiis etiam pertinere ad obiectum materiale fidei , & poſſe credi propriiſſimo fidei actu : & hoc verum eſt, quia hoc principium *Deus eſt verax* , item illud *Deus reuelauit myſteria fidei* , ſunt principia de fide in ſacris literis contenta , ergo igitur nunc volo elicere actum propriiſſimum fidei circa illa principia, ſimul ſub eiſdem terminis ſub quibus ab his recentioribus traduntur : non enim dubium eſt, multos articulos , & propoſitiones de fide ſimul credi poſſe , ergo ſi neceſſario præcedunt principia ab ipſis aſſignata , ſanè hic ſyllogiſmus conſtruitur. *Deus eſt verax: Deus reuelauit myſteria fidei: ergo Deus eſt verax, & Deus reuelauit myſteria fidei.* Reſpondent concluſionem ex illis principiis inferendam non hanc eſſe, ſed illam : *ergo myſteria fidei vera ſunt* , ſed contra : ergo poſſum velle elicere actum fidei in particulari circa hæc duo enuntiabilia fidei , non verò confuſè circa omnia vniuerſaliter , vel indefinitè , vel ergo illa principia inſeruient huic actui fidei, vel alia : non alia , quia nec illa aſſignant , neque aſſignare poſſunt ; ſi hæc , ſequitur illa inutilis repetitio , & creditur idem propter idem, ſimiliter creditum in præmiſſis ; quia quatenus obſcurè illa principia iudicantur , & maiori certitudine illis aſſentimur quam cuilibet propoſitioni naturaliter euidenti, ſane æqua certitudine, & intellectus firmitate iudicantur præmiſſæ , atque concluſio , & hæc ſint ſatis ad huius ſententiæ falſitatem conuincendam , quia ſiue in præmiſſis ſeparata principia , ſiue in concluſione coniuncta, ſunt de fide.

Proponitur authoris ſententia circa præcedentem difficultatem.

SECTIO V.

1. IN hac ergo perdifficili dubitatione , quæ tot Theologorum grauiter torſit ingenia , duplex mihi ſe offert reſpondendi via : vna magis ad communem ſententiam accedit , quæ nonnihil immutat primam & ſecundam ſententiam , aliqua adiungendo, & ex vtraque aliqua accipiendo vt faciliori negotio à moleſtiſſimo illo argumento expediatur. Altera quæ plus videtur habere nouitatis facilior & probabilior mihi viſa eſt, & in ſacris literis ſanctorumque Patrum & ſcholaſticorum dictis ſatis fundata. Quod attinet ad primam , dico omnes propoſitiones de fide eſſe veluti prima principia , quibus propter Dei teſtimonium aſſentimur ; & inter has eſſe etiam propoſitionem *Deus reuelauit myſteria fidei* , quæ ſupra ſe ipſam reflexit, A & ſe ſupponit in cognitione apprehenſiua; pertinere verò ad fidem, non vt in apprehenſione repræſentatur tanquam ratio formalis motiua, ſed prout in iudicio , & in actu ſignato creditur formaliter , & vt quod terminat aſſenſum fidei , nam ſicut in primis principiis ſatis eſt apprehenſio ſimplex terminorum ad hoc vt intellectus ad aſſenſum illorum determinetur : ita in propoſitionibus fidei ſatis eſt apprehenſio motiui , nempe auctoritatis Dei reuelantis , ad hoc vt intellectus propter illud motiuum ad fidei aſſenſum determinetur , neque ad hoc requiritur penetratio terminorum, qui in propoſitionibus fidei continentur : immo hoc eſſet contra ipſam naturam aſſenſus fidei , qui eſſentialiter eſt obſcurus, qualis non eſſet , ſi ex penetratis terminis oriretur : eſſet enim euidens : ſatis ergo eſt conueniens B propoſitio fidei , de qua in quæſt. 4. dicemus, & cognitio motiuorum , quæ ita credibilitatis euidentiam intellectui oſtendant, vt ipſe formet iudicium hic & nunc prudentiſſimè credendum eſſe , quod ſub talibus motiuis proponitur , poſito enim hoc iudicio voluntas pio affectu mota intellectum determinare poteſt , vt propter illam auctoritatem Dei reuelantis aſſentiatur propoſitionibus fidei : non quaſi firmitas intellectus , & certitudo intrinſeca actus proueniat à voluntate pluſquam effectiuè per imperium voluntatis & appretiatiuè vt quæſtione 3. dicetur , etenim formaliter ab ipſa ratione motiua infallibili procedit , quia reuelatio , quæ apprehenditur tanquam motiuum , eſt illa , per quam certi C fuerunt ij , quibus facta eſt , Deum eſſe reuelantem ; omnia verò enuntiabilia quibus iſta reuelatio verè applicatur , infallibilem continent veritatem , ideoque intrinſecam certitudinem ab illa participant , & id confirmari poteſt hoc exemplo : nam ſicut in humana ſcientia prius cognoſcuntur effectus , & ex ipſorum cognitione peruenitor ad cauſas per quas tanquam per principia effectus à priori demonſtrentur : cum tamen ante cognitionem effectuum non innoteſcerent per ſe ipſæ cauſæ , neque cognoſceretur connexio , quam cum effectibus haberent , ita ante propoſitionem Eccleſiæ neſcimus an hæc, vel illa propoſitio ſit de fide, ſeu reuelata : ex illius enim auctoritate pendet ſacrorum librorum auctoritas , & vt ita dicam canonizatio. Verum D poſtquam Eccleſia tanquam reuelatum nobis aliquid credendum proponit , accedente motiuorum notitia à poſteriori nobis manifeſtatur ratio formalis , in qua noſtra fides fundatur , & inde illuſtratur intellectus ſufficienter vt poſſit hoc motiuum apprehendere, & propter illud propoſitionibus fidei aſſentiri ; prout illum pia voluntatis affectio determinat , ducta à prudentiali iudicio practico antecedente ; itaque intellectus , & voluntas in aſſenſu fidei mutuas ſibi præſtent operas ; ille diſcurrendo per motiua credibilitatis conſiderat , quæ credenda proponuntur in diuinæ auctoritatis teſtimonio fundata, & elicit iudicium practicum dictans prudentiſſimè credi , quæ tot motiuis iudicantur credibilia & infallibili Dei atteſtatione nituntur , vo-

luntas verò quia illa non ſufficiunt, vt intellectum neceſſario, vel quoad ſpeciem, vel quoad exercitium determinent ad credendum, pro voluntatis affectu mota intellectui imperat, vt ſine hæſitatione credat, & de erroris periculo ſecurum reddit, in tanta credibilitatis euidentia, & infallibili Dei auctoritate ſuffulta.

2. Iuxta hunc explicandi modum ad titulum quæſtionis reſpondetur, nobis, quibus nulla fit immediata reuelatio, nulla opus eſſe reuelatione formali, ſed ſufficere obiectiuam, quæ per formalem apprehenſionem in intellectu noſtro præcedit quemlibet aſſenſum fidei, etiam illum qui verſatur circa ipſam reuelationem creditam *vt quod*, quemadmodum reliqui articuli fidei creduntur; quorum apprehenſio non ſufficit, niſi ſimul coniuncta cum apprehenſione ipſius reuelationis, qui in omnibus aſſenſibus fidei attingitur vt quo, & implicitè, in aſſenſu verò ipſius reuelationis, *vt quo*, & *vt quod* quia ſupra ſe ipſam reflexit, quia non modo in actu ſignato, ſed etiam in actu exercito ab hoc aſſenſu exprimitur: quod in aliis aſſenſibus fidei circa cætera obiecta materialia neceſſarium non eſt. Nam ſaltem in pueris, & ruſticis neque in apprehenſione diſtinctè, & explicitè illa reuelatio apprehenditur: ſed ſatis eſt quod confusè myſteria credenda, tanquam aliquid diuinum, & humana auctoritate maius apprehendatur: & præterea tam in ruſticis quam in ſapientibus per formalem aſſenſum reliquorum enuntiabilium non attingitur expreſsè ipſa reuelatio, ſed ſolum virtute & implicitè. Declaratur magis hæc doctrina, primo ex reuelatione immediata, & formali facta Dei nuntiis, illi enim ſicut per eandem reuelationem myſteriorum fidei certo cognouerunt ea, quæ dicebantur à Deo, & ſimul illam eſſe Dei locutionem, vt cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 171. artic. 5. docet Suar. de fide diſput. 3. ſect. 12. numero 9. abſque eo, quod opus eſſet alia reuelatione à parte rei diſtincta quæ illam locutionem Dei eſſe declararet, ne proceſſus in infinitum admittatur: Ita quando hæc formalis reuelatio apprehenditur à nobis, & obiectiuè eſt in noſtro intellectu, ſimiliter non ſolum eſt ratio formalis credendi reliqua, ſed etiam credendi ſe ipſam. Nam talis apprehenditur obiectiuè à nobis qualis fuit formaliter, & immediatè in illis; & quamuis à nobis per ſe ipſam non pateat, neque cognoſcatur antequam à poſteriori ab Eccleſia proponatur, & à prædicatore edoceamur: poſtquam tamen ita euidenter credibilis repreſentatur, poteſt ex imperio voluntatis apprehendi vt immediata ratio credendi omnia myſteria fidei, cum quibus connexionem habere à poſteriori nobis oſtenſum eſt. Neque ex hoc ſequitur reſoluendam fidem vlterius in auctoritatem humanam, aut diuinam Eccleſiæ vt in quarta quæſtione dicemus. Secundo declaratur idem in omnibus cognitionibus intellectualibus per quas non modo reliqua obiecta ſed etiam ipſas cognitiones taliter attingimus, vt vna quæque ſit experientia ſui, nam poſtea recordamur non modo rei cognitæ, ſed etiam ipſius cognitionis; quod eſſe non poterat, niſi antea ipſa cognitio aliqua ratione attingeretur; & in ſpecie memoratiua ſui relicta exprimeretur: ſi ergo in omni iudicio naturali intellectiuo hoc contingit, cur in aſſenſu circa reuelationem idem non eueniet, vt non modo ſit quædam experientia ſui formaliter, ſed etiam prout repræſentatur obiectiuè, ſupra ſe ipſam reflectat? Tertio in conceptu repræſentante conceptam in communi aliquid ſimile habemus: Nam cum ſit conceptus ſingularis in communi contentus ſe ipſum etiam repræſentat, & ſui ſignum eſt ſecundario: & tamen de ratione ſigni eſt, vt diſtinguatur à re ſignificata. Vnde quia ex hac declaratione manifeſtè eneruatur vis obiectionum, quæ contra primam, & ſecundam opinionem in præcedenti ſectione adduximus: non oportet ad eas ſingulatim reſpondere.

3. Altera via hanc ſanè moleſtam difficultatem ſoluendi fortaſſe expeditio, & probabilior, quia clarius diſtinguit obiectum formale ſeu reuelationem diuinam à materiali, quod credendum proponitur; & ſacræ ſcripturæ, ſanctorumque patrum teſtimoniis fulcitur. Dico igitur, reuelationem obiectiuam, & mediatam eſſe quidem neceſſariam, quatenus per illam omnia obiecta materialia fidei ex auctoritatis diuinæ teſtimonio quandam veluti actualem informationem receperunt, & in eſſe reuelato conſtituta iam actualem habitus fidei habitudinem terminant, quæ enim actu reuelata à Deo non ſunt, de facto non ſpectant ad fidem, quia ſolum ad ea, quæ Deus dixit noſtra fides de facto ordinatur: & quia vt obſeruat Caietan. 2. 2. quæſt. 71. artic. 4. dub. 3. fides noſtra innititur reuelatione diuina ſecundum ſe, & Eccleſiæ facta, non quatenus huic vel illi particulari perſonæ facta eſt: illa verò reuelatio obiectiua eſt facta Eccleſiæ quamuis interuentu prophetarum, Apoſtolorum, & aliorum, qui Dei fuerunt internuntii, & nobis iſta nuntia detulerunt; hæc ab Eccleſia tanquam infallibili regula proponenda ſunt. Addendum tamen vltra hanc reuelationem, quæ etiam à nobis credenda eſt, & non ſatis ab obiecto materiali ſecernitur, neceſſariam eſſe reuelationem formalem internam, vt in actu exercito actus fidei reuelatione diuina infallibili nitatur: hanc verò in nobis non eſſe diſtinctam à gratia excitante, quæ ex parte intellectus diuina illuminatio dicitur, & ad aſſenſum fidei ab omnibus Catholicis eſt prærequiſita: hanc ſententiam tradidit D. Thom. 2. 2. quæſt. 2. artic. 9. ad 3. vbi ait, *Ille, qui credit habet ſufficiens inductiuum ad credendum; inducitur enim auctoritate diuina doctrina miraculis confirmata, & quod plus eſt, interiori inſtinctu Dei inuitantis*: item quæſt. 6. artic. 1. in corpore vbi poſtquam meminit reuelationis immediatæ, Apoſtolis & prophetis factæ item mediatæ per prædicatores, quos Deus mittit, iuxta illud Pauli, quomodo prædicabunt niſi mittantur ad Rom. 10. (ne quis niſi miſſus ab eo, quem Dei loco habet, prædicationis officio ſe audeat intromittere)

cum

cum aduerteret D. Thom. non ſatis eſſe externam hanc propoſitionem fidei, & mediatam reuelationem, quæ obiectiue immediatam proponit adiungit hæc verba. *Videntium enim vnum, & idem miraculum, & audientium eam prædicationem quidam credunt, vt quidam non credunt, & ideo oportet ponere aliam cauſam interiorem, quæ mouet interius ad aſſentiendum his quæ ſunt fidei.* Et poſtea tandem concludit contra Pelagianos, *fides eſt à Deo interius mouente per gratiam*, nimirum excitante, & illuminante interius obiectum, quod exterius credendum proponitur. Idem docet Cano 2. de locis cap. 6. Bannes & Aragon. 22. quæſtione artic. 1. Hoſius in confeſſione fidei cap. 16. Torreſ. de Trinitate quæſtione 32. artic. 4. in 3. parte commentarij, quos fatetur Suar. diſput. 3. de fide ſect. 13. numero 7. in hac eſſe ſententia. Neque bene explicantur à nonnullis recentioribus, quod recurrant ad cauſam efficientem tantum, cum non modo de efficienti, ſed de formali, in quam fides noſtra ſecundum ſe reſoluitur, manifeſtè loquantur; quatenus diuina reuelatio ſeu illuminatio pars eſt obiecti formalis fidei: eandem doctrinam tradit D. Thom. quodl. 2. artic. 6. in corpore hac ratione declarans varia loca ſacræ ſcripturæ, & ad 3. ita ait, *Interior inſtinctus, quo Chriſtus poterat ſe manifeſtare ſine miraculis exterioribus, pertinet ad virtutem primæ veritatis quæ interius hominem illuminat & docet*: idem docet Iodocus Lotichius in theſauro, verbo, *fidei cauſa*, numero 13. immo doctor Suar. de fide diſp. 4. ſect. 5. numero 7. ait ſi contingat exteriorem prædicationem, & propoſitionem fidei non eſſe ſufficientem ad formandum iudicium ita firmum, & euidens de credibilitate fidei vel abſoluta vel comparata cum alia doctrina, tunc per diuinam inſpirationem, & vocationem internam poſſe compleri huiuſmodi credibilitatem: quod ergo ille docet de credibilitate rerum fidei, nos dicimus de ipſarum veritate maiori cum fundamento. Primo quia Deus non modo illuminat interius mentem noſtram oſtendendo ſolum illarum credibilitatem, ſed etiam veritatem, neque enim nos ſolum mouet vt illarum credibilitati, ſed vt veritati ſimpliciter ſine formidine aſſentiamur. Secundo quia cum hæc interior illuminatio ſit reuelatio obſcura, & nemo ſine peculiari reuelatione Dei de illa certus ſit, quod hic & nunc illam habeat, & ad hoc vel illud credendum inuitetur, magis pertinet ad rationem formalem fidei obſcuram, quæ vt hic, & nunc eſt, non creditur, quam ad motiua credibilitatis, quæ euidentia eſſe debent; quia faciunt myſteria fidei euidenter credibilia.

4. Primum huius ſententiæ fundamentum eſt modus loquendi ſacræ ſcripturæ, quæ in omni credente interiorem Dei teſtificationem agnoſcit, Ioann. 6. numero 44. *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me traxerit eum.* Etenim nemo ad fidem venit niſi prius patris lumine illuſtretur vt Barradius in Concord. tom. 2. lib. 10. cap. 6. declarat; Toletus, Maldonatus & omnes Catholici interpretes ad literam exponunt de gratia Dei excitante & vocante ad fidem Euangelicæ doctrinæ, quod egregie probatur ex eo quod adiungitur à Ioann. numero 45. *Eſt ſcriptum in prophetis; erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me*, alluditque teſte Hieronymo ad locum Eſai. 54. *Ponam vniuerſos filios tuos doctos à Domino*: ex Hebræo legitur, *diſcipulos Domini*, & loquitur Deus cum Eccleſia, cuius omnes filios à Deo omnino edocendos eſſe dicit, id eſt ſpiritus ſancti gratia illuſtrandos, vt Leo à Caſtro cum Cyrillo, Auguſt. & Chryſoſtom. declarat ad hunc Eſai. locum, *Vides fidei dignitatem*, ait Chryſoſtom. in cap. 6. Ioannis, *quod non ab hominibus, nec per homines, ſed per ipſum Deum ea imbuendi ſint homines*: neque B ſignificauit Chryſoſt. Euangelicam doctrinam non eſſe per homines prædicandam, ſed eam non addiſci neque credi propter humanam prædicationem externam: ſed propter diuinam ac internam illuminationem: quod egregie ad eundem prophetæ locum Gaſpar Sanches expoſuit his verbis. *Si doctores tales ſe præſtiterint in docendo quales in lapidibus, aut cælatis expreſſimus, non tam ipſi docent, quam Deus, qui in ipſis operatur, & viuit: atque adeo in ipſis loquitur & docet. Erunt itaque Eccleſiæ filij à Domino docti, quia non aliam audient doctrinam niſi quam Deus inſpirauit.* Idcirco Ioannes addit, *Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me.* In eodem loco Eſai. aliud teſtimonium adducit Hieronym. ad quod C alludere poſſet Euangeliſta ex Hierem. 31. numero 33. *Dabo legem meam in viſceribus eorum & in corde eorum ſcribam eam*: quem locum cum idem Gaſpar, Sanches, in Ierem. ex D. Auguſtin. & D. Thom. de interiori ſpiritus ſancti gratia fidelium mentes illuſtrante, & ad fidem Euangelicam vocante optimè interpretetor, ibi videri poterit.

Alterum teſtimonium eſt eiuſdem Ioann. 1. epiſtol. 5. numero 9. *Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt, quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo: qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe*, quem locum præter doctores Scolaſticos citatos ad hunc ſenſum interpretatur Salmeron. tom. 16. D tract. 31. ait enim, hoc teſtimonium internum, *eſſe illuſtrationem & perſuaſionem ſpiritus ſancti: qui & loquitur per os prædicatoris & catechiſtæ, & per ſe ipſum in corde*, & recte vocat Apoſtolus Ioannes, *hoc teſtimonium internum, quia teſtimonij non eſt facere euidentiam eorum quæ creduntur: ſed tantum credulitatem & fidem:* & probat ex alio loco actorum 16. numero 14. *Dominus aperuit cor Lydiæ intendere his, quæ dicebantur à Paulo:* quod de illuſtratione diuinæ gratiæ, & apertione cordis per efficax auxilium ad credendum Lydiæ à Deo datum: omnes interpretantur. Similis loquendi forma eſt apud Eſai. 50. numero 6. *Dominus aperuit mihi aurem*, id eſt, illuminauit intellectum vt recentiores exponunt denique prætermiſſis aliis, illud non tacebo hac in re manifeſtiſſimum, primæ ad Theſalonic. 2. numero 13. *Cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei accepiſtis illud non vt verbum*

Digitized by Google

hominum , ſed ſicut eſt vere verbum Dei , qui operatur in vobis , qui credistis : quomodo clarius interior reuelatio omnibus credentibus facta poterat declarari ?

5. Secundum fundamentum ex Patribus deſumitur & in primis Auguſtin. tract. 110. in Ioann. cuius verba retuli, notat. 14. commentat. præced. & in lib. contra epiſtolam fundamenti cap. 14. ait , *Eos ſequamur qui nos inuitant prius credere , quæ nondum valemus intueri , vt ipſa fide valentiores facti quod credimus intelligere mereamur non iam hominibus ſed ipſo Deo intrinſecus mentem noſtram firmante, & illuminante:* & in Pſal. 87. ita loquitur , *Nimis occulta Dei gratia eſt qua hominum mentes quodammodo reuiuiſcunt : vt poſſint à quibuslibet eius miniſtris præcepta ſalutaris audire,* & paulo inferius, *quantumlibet exiſtant excellentes verbi prædicatores , & veritatis ; etiam per miracula ſua fortes tanquam magni Medici agant cum hominibus , ſi mortui ſunt , & tua gratia non reuiuiſcunt, numquid mortuis facies mirabilia ? aut medici exſuſcitabunt ?* itaque totus eſt D. Auguſtin. vt oſtendat non ſufficere externam propoſitionem rerum fidei , & propoſitionem reuelationis factæ in qua ipſæ fundantur , niſi Deus internus eaſdem res proponat, & hominum mentes ad credendum illuminet. D. Ambroſ. in cap. 9. Lucæ ait , *Crede & tu quemadmodum Petrus credidit , vt & tu beatus ſis, vt & tu audire merearis quoniam non caro & ſanguis tibi reuelauit : ſed pater meus qui in cælis eſt , caro enim & ſanguis non niſi quæ terrena ſunt reuelant. At vero qui ſpiritu loquitur myſteria , non carnis , & ſanguinis magiſterio ſed diuina inſpiratione fundatur.* Ex quibus verbis manifeſtè colligitur exiſtimaſſe D. Ambroſium omnem credentem in interna reuelatione tanquam in motiua ratione fundari, non quidem excludendo externum prædicatorum & præſertim Eccleſiæ magiſterium : ſed aſſerendo non in eo, ſed in diuina inſpiratione ſtabiliri & in illam omnium fidem tanquam in cauſam formalem, & motiuam reſolui. Baſil. in Pſal. 115. ad initium poſt alia de fide addit. *Neque enim fides Geometricis nititur probationibus , quas neceſſitates vocitant : ſed animis noſtris ſe inſinuat efficaci operatione ſpiritus ſancti* : item docet Dydimus Alex. lib. 2. de ſpirit. ſanct. relatus in cap. vltimo Decret. quod ſupra declaraui vbi de Trinitate ita loquitur. *Qua voluntatem ſuam inſerit in corde credentium , & eorum cordibus inſerit qui eam audire digni ſunt*: Similia patrum dicta ſæpè occurrent, qui fidem noſtram in diuinam illuminationem refundunt , non modo tanquam in cauſam efficientem , ſed in rationem motiuam & proponentem interius eadem myſteria fidei , quæ exterius à prædicatoribus nuntiantur. Legatur Dionyſius de cæleſti hierach. cap. 9. vbi ait radium diuini luminis ſemper eſſe paratum, & omnibus patere ad participandum & ad erroris cæcitatem expellendam. Nazian. qui orat. 21. de laud. Baſilij , ad initium Deum comparat cum ſole qui mundum illuminat vniuerſum , quam metaphoram luculenter proſequitur Ambroſ. ſerm. 8. in Pſalm. 118. Cyrill. Chryſoſt. & alij ad hunc ſenſum

A exponentes illud Ioannis 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

6. Tertium eſt, hæc apud me efficax ratio. Nam vt omnes Catholici concedunt, quilibet actus fidei diuinæ in quocumque hominis ſtatu ſine diuina gratia excitante , & præueniente à nobis elici non poteſt : quæ doctrina nititur definitionibus Concil. Mileuit. c. 4. & 5. Arauſican. 2. c. 5. & 6. Africano Canone 17. & 18. Trident. ſeſſ. 6. can. 2. & 3. & Sanctorum Patrum teſtimoniis quos late refert Suar. tom. 1. de grat. lib. 2. cap. 2. & 3. & ne quis diceret Concilia & patres eſſe intelligendos de peccatoribus eo quod hi ſuis peccatis impediantur à bene operando ; Arauſican. can. B 10. & 19. item Auguſtin. lib. de natura & gratia cap. 26. expreſsè docent nos non ideo præciſè gratia indigere , quia peccatis impedimur ; ſed ſimpliciter & per ſe quantumuis ab omni peccato ſimus liberi : & ſubiungit Concil. *Sicut oculus corporis etiam perfectiſſimè ſanus niſi candore lucis adiutus non poteſt cernere, ſic homo etiam perfectiſſimè iuſtificatus* : in quibus verbis notandum eſt exemplum lucis, quæ ex parte obiecti ſe habet , & eſt propria ratio motiua potentiæ viſiuæ : ſi igitur ita ſe habet illuminatio diuina reſpectu cuiuſlibet actus fidei , id eſt , quod intendimus probare. Propterea hæc excitans gratia , à qua initium interioris vocationis deſumitur in intellectu inchoatur , vt clarè ſignificat Trident. ſeſſio. 6. cap. 5. dicens vocationem Dei fieri , *tan-* C *gente Deo cor hominis per ſpiritus ſancti illuminationem* : hæc vero interna illuminatio ſpiritualis eſt , & ad intellectum pertinet : & hoc ſanè neceſſarium eſt ob naturalem ſubordinationem potentiarum, inter quas præcedit intellectus ſine cuius motione voluntas moueri non poteſt : & hinc probauit neceſſitatem gratiæ excitantis D. Thom. 12. quæſt. 109. artic. 2. ad 1. & quæſt. 24. de veritate artic. 14. & 15. Quod autem hæc diuina illuminatio , & excitans gratia ad omnem actum fidei neceſſaria diuinæ verit[illegible]is teſtificatio ſit , ex eo probo quia eadem loquendi forma vtitur Auguſtin. lib. 1. ad Simplicianum quæſt. 2 prope finem : *Quis poteſt credere niſi aliqua vocatione , hoc eſt aliqua rerum teſtificatione tangatur ? quis habet in poteſtate tali viſo attingi mentem ſuam , quo eius voluntas moueatur* D *ad fidem* : non præteriit teſtificationis nomen ea ſane intentione , vt oſtenderet illam Dei reuelationem teſtificationem eſſe , ad quam ſequitur illud prudens iudicium oſtendens voluntatem , hic & nunc credendum eſſe myſteriis à Deo reuelatis , non quaſi cognoſcantur in interiori inſpiratione prout reuelata à Deo euidenter , ſed obſcurè , & tali modo , vt non diſcernatur illam verè eſſe Dei locutionem : poſt hoc iudicium, volũtas libere imperat intellectui , vt eliciat aſſenſum fidei.

Itaque de hac illuſtratione præcedente omnem actum fidei diuinæ , dubium non eſt inter catholicos Theologos : quod verò illa ſit formalis reuelatio , quæ eſt pars formalis obiecti fidei ; multipliciter probo, primo; quia ſolum hac ratione aſſignare poſſumus obiectum formale diſtinctum à materiali,

quod

quod creditur: nam nos non poſſumus credere quod hic & nunc moueatur à Deo ad hoc, vel illud credendum, neque diſcernere poſſumus actum verum fidei diuinæ ab aliis, qui tales non ſint: ergo hæc reuelatio Dei qua excitamur nunc ad credendum hanc propoſitionem, *Deus reuelantis myſteria fidei*, non eſt pars illius obiecti materialis, quia certi non ſumus de hac reuelatione in particulari: & tamen, ſi illa eſt vera fides, Dei illuminatio præcedens ad hunc actum fidei nos mouet, non ſolum per modum principij effectiui, de quo nunc non diſputo, ſed in ratione principij motiui formaliter determinantis ad actum ſupernaturalem credendi ea, quæ Deus mihi interius teſtificatur. Secundo, Quia hæc eſt vera reuelatio obſcura & infallibilis, qualem requirit meritum fidei noſtræ diſtinctæ accidentaliter in hoc à reuelatione Apoſtolorum, & Prophetarum, qui certiſſimè ſciebant Deum cum ipſis loqui vt dicemus infra. Tertio Quia hoc modo facilis redditur ratio cur fidei ſubeſſe falſum nequeat: Nam quamuis eodem modo proponat parochus veritatem Catholicam, quo rem falſam, quam veram de fide putat, fideles eliciunt actum fidei in primo euentu, non in ſecundo: quia licet eodem modo conentur credere propter Dei reuelationem, quam apprehendunt, tamen cum non moueantur per interiorem Dei illuminationem ad credendum falſum, ab eis non poteſt applicari habitus fidei, quem ſuppono illos habere vel auxilium Dei ſpeciale, ſi habitum non habeant ad eliciendum actum extra ſuum obiectum quale eſſet res falſa, quæ vt reuelata apprehenditur cum non ſit: nam ſi ſola apprehenſio reuelationis diuinæ ſufficit, & eodem modo illam fideles apprehendere experiuntur propoſita veritate, & falſitate, cur in vno caſu ad actum fidei ſufficiet non in altero? & quî fieri poteſt, vt eadem apprehenſio in ſpecie ſit ratio formalis diuerſorum actuum, quorum alter ſit fidei ſupernaturalis, alter fidei humanæ, aut opinionis falſæ? Quarto, hoc modo facilius intelligimus actus fidei exerceri à pueris, & ruſticis ſufficienter in rebûs fidei inſtructis abſque eo, quod diuinam reuelationem apprehendant tanquam rationem credendi: etenim quando propoſitam à prædicatore ſeu magiſtro doctrinam tanquam cæleſtem, & diuinam audiunt exterius: Deus interius ſua efficaci vocatione, & teſtificatione eos mouet per interiorem illuminationem intellectus, & inſpirationem voluntatis, quam etiam neceſſariam eſſe dicemus ſequenti quæſtione: quare ipſi tracti ab ipſo Deo vocante, & teſtificante libere conſentientes credunt, & ipſorum fides reſoluitur in illam Dei illuminationem tanquam in rationem formalem motiuam. Sexto, quia hinc etiam redditur optima ratio, cur propter idem obiectum formale, nempe veritatem Dei reuelantem neque hæreticus credere poteſt, neque aliquis actum naturalem quoad ſubſtantiam elicere: Nam hæreticus poſito quod vnum fidei articulum negat, licet experiatur ſe apprehendere veritatem diuinam reuelantem & propter illam credere, alios articulos reuera non credit, quia non habet reuelationem formalem, nempe illuminationem Dei ad credendum niſi adæquatè & indiuiſibiliter, quidquid Deus reuelauit ſaltem implicitè: & poſito quod neget aliquem fidei articulum ſcienter cum pertinacia, non excitatur ad credendum reliquos ſeorſim ab illo. Vnde quandiu non credit etiam illum, quem negat, reſiſtit vocationi, & teſtificationi interiori Dei, non vero aſſentitur: & quod circa hanc reuelationem nequeat verſari actus naturalis, illa eſt optima ratio, quia cum hoc obiectum formale, vt proportionetur habitui fidei ſupernaturali debeat eſſe ſupernaturale, & tam habitus, quàm actus ſub eadem ratione formali tendant in obiectum ſuum alter permanenter, & habitualiter; alter tranſeunter & actualiter actus naturalis ab eodem obiecto formali ſpecificari non poteſt, neque circa illud verſari vt quæſtione tertia, latius explicabimus: propter hæc fundamenta hanc ſecundam reſpondendi viam ſatis bene fundatam, & multo probabiliorem priori exiſtimo.

Duo tamen obiici poſſunt: primum hanc 71
reuelationem non cognoſci: nullus enim ſcit quando Deus illum excitat, vel quando ſibi à Deo proponitur interius obiectum credendum: ſed obiectum formale propter quod aſſentitur intellectus rebus fidei, neceſſario debet cognoſci, imo prægnoſci in aliqua prioritate antecedenti ad aſſenſum: ergo hæc illuminatio Dei diſtinguitur à ratione motiua aſſenſus fidei. Vt ſatisfaciamus huic argumento duo ſuppono ex communiter recepta doctrina Theologorum: primum eſt gratiam excitantem eſſe motum indeliberatum qui fit à Deo in potentia intellectiua aut volitiua per quam potentia, quæ inſtar dormientis ſe habebat reſpectu ſuæ ſalutis, à Deo vocatur, & ſuſcitatur per actum eiuſdem potentiæ non liberum ſed neceſſarium. Ideoque huiuſmodi motus in nobis dicuntur fieri à Deo in nobis ſine nobis, id eſt ſine nobis liberè operantibus: in quo ſenſu exponitur Concilium Arauſicanum 2. Canon. 20. vbi ait, *Multa in homine bono fiunt, quæ non facit homo*, id eſt libere operans: excitantis enim gratiæ auxilia ſunt Dei motus vocantis ad actus virtutum. Ideoque hi motus declarantur per metaphoram pulſandi. Apocalip. 3. numero 8. *Ego ſto ad oſtium & pulſo*: ſicut conſenſus noſter liber declaratur verbo aperiendi ibidem. *Si quis audierit vocem meam & aperuerit ianuam.* item Cant. 5. n. 2. *Aperi mihi ſoror mea*: & eſt manifeſta doctrina Auguſtini qui libro 2. contra duas Epiſtolas Pelag. cap. 9. diſtinguens motum gratiæ à noſtro conſenſu ait, *In vno iſtorum*, id eſt in actu libero, *cooperatur Deus homini facienti. Alterum vero*, nempe motum gratiæ præuenientis, *ſolus facit*: ergo talis motus ideo dicitur à D. Auguſtin. à ſolo Deo fieri quia à noſtro libero conſenſu non procedit: & ratio

eſt manifeſta, quia gratia hæc excitans eſt vocatio. At in poteſtate hominis non eſt vocari: quamuis vocatus poſſit venire vt obſeruauit idem Auguſtin. lib. 83. quæſtione in 68. dicens. *Si quis ſibi tribuat, quod veniat vocatus, non tamen poteſt ſibi tribuere quod vocatus ſit.* Secundum ſuppoſitum, quod ex primo ſequitur, eſt hanc gratiam excitantem ſeu vocationem ex parte intellectus eſſe cognitionem ipſins intellectus ſioe ſolum apprehenſiuam, ſiue etiam imperfectum quoddam Iudicium ſioe indifferentia, & ſine deliberatione. Ratio eſt quia hæc cognitio talis eſſe debet, quæ poſſit in voluntate aliquem affectum mouere; nam ad bunc finem datur à Deo vt voluntatem ád liberum conſenſum trahat per inſpirationem: ſi ergo ad voluntatem mouendam non ſufficit nuda apprehenſio, ſed aliquale iudicium requiritur, non modo apprehenſiua, ſed imperfectè iodicatiua ſupponitur iuxta diuerſas recentiorum opiniones, quas none examinare non oportet, quatenus aliqui per ſolam ſimplicem apprehenſionem boni moueri poſſe voluntatem arbitrautur, alij verò aliquod imperfectum iudicium vlterius prærequirunt. In vtraque tamen opinione noſtra ſententia ſuſtineri poſſet.

8. His poſitis ad argumentum reſpondetur: non oportere, vt illa reuelàtio cognoſcatur clarè, & diſtinctè per notitiam diſtinctam & formaliter reflexam, vel ſi hæc neceſſaria ſit ad memoriam, non eſſe talem vt fidelis certus ſit ſe habere hic, & oune reuelationem Dei de tali obiecto: hoc enim non eſt neceſſarium, & eſt contra experientiam: ſatis ergo eſt quod illa cognitio intellectualis ſit quædam experientia ſui, & per illam excitetur de facto intellectus, qui licet neceſſario operetur, tamen reuera in actuali illuſtratione eſt, quandiu durat gratia excitans, & Deus actione ſoa ad extra mediante illa potentia loquitur ad hominis cor, & vocat, ſeu pulſat, conteſtans veritatem, ad quam credendam excitat, infallibilem eſſe, & ideo in illius veritatem ſic manifeſtatam ſecundum ſe, & à priori reſoluitur actus fidei, qui conſequitur: quamuis quoad nos, & à poſteriori reſoluatur in aoctoritatem Eccleſiæ, vt quæſtione quarta dicetur: & quod virtoalis reflexio huius cognitionis ſatis ſit, ex eo patet, quia aſſenſus fidei cum ſit inſtar primi principij circa terminos, quorum cognitio & compoſitio ſuperat naturales intellectus vires, non ex ſuo naturali lumine: ſed ex ſupernaturali habitu, vel auxilio adiuuante Dei determinatur ad aſſenſum: propoſitio tamen obiecto proportionato ad lumen ſupernaturale fidei qualis eſt propoſitio ſupernaturalis Dei vocantis & loquentis, ſeu illuminantis: quotieſcumqoe enim obiectum materiale fidei ſub hac illuſtratione ſupernaturali conſtituitur, habitus fidei habet obiectum ſibi proportionatum, vt ſi voluntas intellectui imperet, vt aſſenſum eliciat intellectus habitu fidei inſtructus vel præparato Dei auxilio adiuuante diſpoſitus, conſtituitur in actu primo completo ad eliciendum aſſenſum illum, obſcorum quidem, ſed infallibili Dei atteſtatione fundatum; & in illam tanquam in ratiooem formalem reſoluendum. Quare diligenter notandum eſt hunc aſſenſum intellectus non ſequi neceſſario neque inferri ex præcedenti notitia medij, ſeu rationis formalis, ſed piæ voluntatis motiooem prærequirere, vt liber & meritorios ſit vnde ſolum requiritur ex parte intellectus credibilitatis euidentia ex motiuis accepta, vt voluntas aſſenſum fidei prudentiſſimè imperare conſeatur, propter Dei reuelatiooem.

Alterum quod obiici poteſt alicui maioris conſiderationis videbitur: Verum apud me vanom eſt ignorantis terriculamentum. Dicent enim præcedentem ſententiam ſaltem in modo loqueodi fauere hæreticis, quatenus reſoluit fidem in interiorem inſtinctum ſpiritos ſancti: quod etiam huius temporis hæretici faciunt; vt eludant auctoritatem Eccleſiæ & definitionem eius. Deinde reuelatio, quæ eſt motiuum fidei eſt communis, & vniuerſalis non priuata, ſingulis facta: ſed hæc quæ aſſignatur non eſt voiuerſalis, ſed priuata: ergo noo eſt ratio formalis fidei. Reſp. prædictam ſententiam neque in re, neque in forma loquendi cum hæreticis conuenire: non in re, quia in primis ipſi excludunt regulam externam infallibilem Eccleſiæ proponentis ea, quæ à fidelibus credi debent. Deiode quantum veriſimilius coniectari poſſumus hi hæretici Lutherani, & Nouatores nihil ſupernaturale quoad entitatem de fide cogitarunt; neque præter extrinſecum fauorem, & acceptationem diuinam, aliud nobis iofuſum ſupernaturaliter agnouerunt. Vude voluntatem credendi negant fieri à nobis libere, ſed vel à Deo ſolo in nobis fieri, vel per efficacem Dei voluntatem, noſtram neceſſitari ad volendum, quare nullum aliud auxiliom nobis ad credendum neceſſarium concedunt, vt bene obſeruat Suar. tom. 1. de gratia lib. 2. cap. 2. numero 2. ab his verò, quam longiſſimè diſtamus; quia Eccleſiæ regulam ad credendum omnino requirimus, neque noſtro fidendum ſpiritu aſſerimus, immo neque de ipſa illuſtratione ſeu excitante Dei gratia hic & nunc ad hoc, vel illud credendum poſſumus certificare: ſed ſolum in genere certi ſumus antequam aſſenſus fidei eliciatur, Dei illuſtrationem præire, & nos ad credendum præmouere. Quod verò attinet ad loquendi modum de induſtria à verbo inſtinctus abſtinuimus ad tollendam æquiuocationem, quamuis illo vſus fuerit D. Thom. in locis ſupracitatis. Immò & Vrbanus ſecuodus in cap. duæ ſunt 10. quæſt. 2. *Ibi lex verò priuata eſt qua inſtinctu ſpiritus ſancti in corde inſcribitur*, talis eſt illa interior locutio, qua homo ad credendum mouetur: immo quia citra erroris periculum aſſenſus fidei elicitur circa id quod Eccleſia credendum proponit: quando in nobis experimur hos motus circa ea quæ certiſſima Eccleſiæ regula fidelibus credenda preſcribit, à Deo eſſe coniectari merito poſſumus. Vnde hanc

normam

normam tradit Iacobus Aluares lib. 5. par. 3. cap. 30. ad agnoſcendas inſpirationes, an à Deo proueniant: ſi nimirum ſacræ ſcripturæ, & Eccleſiæ doctrinæ, & prælatorum iuſſis conformes ſint, noſtro ſtatui noſtriſque obligationibus congruæ, tunc eas à Deo immitti bene cooiicimus: quare quandò catholicus doctor in internum ſpiritus ſancti inſtinctum diuinam fidem reſoluit tanquam in rationem motiuam à priori ex parte obiecti formalis non excludens regulam Eccleſiæ in catholico ſenſu eſt intelligendus: & hoc modo declarandi ſunt Cano ſupra citatus & Aragon. 2. 2. quæſt. 1. artic. 1. concluſ. 6. & alij qui in inſtinctum interiorem fidem reſoluunt: neque obſtat quod reuelatio publica dicatur ad formale obiectum fidei pertinere, hoc enim de obiectiua intelligitur, & non tollit quominus etiam neceſſaria ſit formalis, non reſpectu obiecti de nouo reuelati; quia nunc regulariter loquendo noſtra formalis reuelatio, & immediata ſemper ſupponit aliam formalem immediatam magis certam in particulari, quam vnuſquiſque noſtrum licet nunc ſit de ſua formali: illa enim eſt, de qua credibilitatis euidentiam habemus ex motiuis, & quam etiam de fide tenemur credere, ſicut quodlibet aliud obiectum materiale, & ideo in particulari exercitio fidei actualem teſtificationem diuinam requirimus, in quam à priori & ſecundum ſe fides reſoluatur: quod ex ſequentibus magis declaſabitur.

Vtrum reuelatio priuata ſufficiat ad obiectum formale fidei.

SECTIO VI.

1\. Reijciendus in primis eſt hæreticorum noſtri temporis error, qui priuato ſuo ſpiritu fidentes communem, & infallibilem Eccleſiæ regulam deſpicantur, ſuumque Euthuſiaſmum, afflatumque diabolicum, ſequuti aſſerebant, *Donum interpretandi & intelligendi ſcripturas non eſſe alligatum ad certas perſonas hominum, ſed à Deo ad ædificationem Eccleſiæ libere donari ſacram ſcripturam loquentibus & meditantibus, & à Deo ſapientiam, & intellectum petentibus*: vt docent Magdeburgenſes Centuriæ 1. lib. 2. cap. 4. quod ideo dixerunt, vt illud hæreticæ prauitatis venenum euomerent quod Proteſtantes vel vt puræ doctrinæ lac bibere non reformidant: nempe ſacrarum literarum interpretationem donum Dei eſſe, non alicuius poteſtatis, ſeu authoritatis: vt notat Staplatinus tom. 1. controuerſ. 6. lib. 10. cap 6. vbi etiam obſeruat, eo ameutiæ proceſſiſſe priuati ſpiritus arrogantiam, vt aliqui ex Lutheranorum ſecta omnibus ſacris ſcripturis vale dixerint, & ex ſuis reuelationibus priuatis omnem religionem petierint: Tales ſunt Suuenclfidiani, quos Lutherus vocauit cæleſtes prophetas, & in Anglia Superilluminati nuncupantur, quorum infelicem conditionem Ezechiel cap. 13. deplorauit. *Væ prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum & nihil vident*: in quos inuehitur D. Hieronym. & alij Patres ad hunc locum Tertull. de præſcript. Clemen. Alexan. lib. 1. Stromat. Baſil. homil. 2. in Hexameron. & epiſtol. 75. Origen. homil. 31. in Lucam Auguſtin. lib. 12. confeſſ. cap. 25. vbi ſic ait, *Veritas tua Domine nec mea eſt, nec illius, aut illius, ſed omnium quos ad eam communionem publicè vocas, terribiliter admonens nos, vt nolimus eam habere priuatam, ne priuemur ea: nam quiſquis id, quod tu fruendum omnibus proponis, ſibi proprie vendicat, & ſuum eſſe vult, quod omnium eſt, à communi propellitur ad ſua; id eſt à veritate ad mendacium*: quo nihil congruentius contra huiuſmodi illuminatos & priuatarum reuelationum iactatores dici poſſet: apud quos ſcilicet fit quod apud philoſophos nouitatis amatores & veteres hæreticos fieri ſolitum legimus: Socratici enim ab ipſo Socrate, vt ſcribit Auguſtin. lib. 8. de ciuit. cap. 5. & lib. 18. cap. 41. *Quod cuique placuit ſumpſerunt & vbi cuique viſum eſt, ibi finem boni conſtituerunt*: quod idem Tertullian. citatus de hæreticis tradidit. *Idem licuit Valentinianis quod Valentino, idem Marcionitis quod Marcioni de arbitrio ſuo fidem innouare*: huius tamen erroris confutationem lucuentiorem controuerſiarum ſcriptoribus relinquamus.

Inter catholicos diſputari ſolet an priuata 2.
reuelatio ſufficiat ad fidem; & quidem nomine priuatæ reuelationis illam intelligunt, quæ priuatim fit aliquibus perſonis, quæ publicum teſtimonium non habent, neque à Deo vniuerſali Eccleſiæ tanquam nuntij mittuntur. Vnde ab Eccleſia tales reuelationes propoſitæ non ſunt. De his ergo inquiritur an ſufficiant ad conſtituendum fidei obiectum formale. Partem negantem tuentur Caietan. 2. 2. quæſtione 1. artic. 1. & quæſtione 5. artic. 3. Bannes ibidem dub. 3. Canus 1. 2. de locis cap. 3. & 4. Scot. lib 3. de natur. & grat. cap. 1. Valent. tom. 3. diſput. 1. quæſtione 1. part. 1. difficultate 5. Cumel. 1. part. quæſtione 1. artic. 3. quæſtione 2. ad 7. & videtur ſententia D. Thom. 1. p. quæſtione 1. artic. 8. ad 2. item 2. 2. quæſtione 5. artic. 3. in corpore. Lorca 2. 2. diſput. 7. numero 8. limitat hanc ſententiam, atque eas omnes reuelationes pertinere ad obiectum fidei, quæ ſunt Chriſtianæ religionis documenta, & quæ in Deum, & in Chriſtianam doctrinam ordinantur; vnde infert ſolum eas priuatas reuelationes, quæ hunc finem reſpiciunt, pertinere ad obiectum fidei, non alias, quæ ad alias res particulares ſpectant. Verbi gracia ſi cui Deus reuelaret vtrum Angeli gratiam habuerint ex Chriſti meritis, pertineret ad obiectum fidei, quamuis priuata eſſet reuelatio: ratio illius eſt quia obiectum fidei Theologicæ eſt aliquid diuinum, tale vero eſt quod in Deum, vel in aliquos Dei effectus ordinatur, per quos homo ad diuinam fruitionem tendat: & fauet Auguſt. in Enchiridion c. 9. vbi ait, *Cum ergo quæritur quid credendum ſit*,

quod ad religionem pertinet : & magiſt. in 3. diſtinct. 13. vbi ait fidem catholicam eſſe de iis, quæ ab omnibus fidelibus communiter creduntur.

3. Vera tamen ſententia docet omnem reuelationem Dei quantumuis priuatam ſufficienter propoſitam de quacumque materia pertinere ad obiectum formale fidei diuinæ, prout theologica nominatur. Ita intelligendi ſunt omnes Doctores antiqui, qui pro obiecto formali diuinam veritatem reuelantem aſſignant ſine limitatione materiæ, neque mentione reuelationis, ſeu doctrinæ priuatæ ant publicæ. In particulari eam tuentur Scot. in 3. diſtinct. 23. quæſtione vnica Vega, Corduba, Aragonius, Bellarmin. Salmeron, quos refert Suarius de diſput. 3. ſect. 10. numero 2. & ſequitur numero 5. & 6. Turrian. diſput. 5. dub. 1. Cominch. diſput. 9. dub. 6. numero 87. Malder. 2. 2. quæſt. 1. artic. 1. ſect. 5. Sanches in decalog. lib. cap. 7. numero 31. Eandem Catherinus in Apolog. contra Scot. de certitudine Gratiæ cap. vltimo, tanquam oculatus teſtis teſtatur, optimè probatam fuiſſe in Concilio Tridentino contra Sotum à Patre Iacobo Laires noſtræ ſocietatis Generali, & hanc fuiſſe PP. eiuſdem Concilij mentem quando ſeſſio. 6. cap. 10. ita definierunt : *N… niſi ex ſpeciali reuelatione, ſciri non poteſt, quos Deus ſibi elegerit*, & Canone 16. *Si quis magnum illud vſque in finem perſeuerantiæ donum ſe certo habiturum abſoluta & infallibili certitudine dixerit, niſi hoc ex ſpeciali reuelatione didicerit anathema ſit.* Etenim exceptio in ſpeciali reuelatione facta manifeſtè oſtendit per reuelationem ſpecialem infallibili certitudine proponi poſſe perſonæ particulari quod diuina fide credendum ſit. Ne tamen dicamus hoc eſſe manifeſtè à Concilio definitum, ſatis eſt, quod non declaret Concilium an illa cognitio eiuſdem ſpeciei ſit cum aſſenſu noſtræ fidei: poſſunt enim oppoſitæ ſententiæ autores dicere in eo euentu fidem illam alterius rationis futuram, & à noſtra diſtinctam : antequam probetur, declaranda eſt illa vltima pars prædictæ ſententiæ in qua diximus peculiarem reuelationem pertinere ad fidem noſtram prout theologica nominatur: Nam vt aduertit poſt Gerſonem Alphabet. 13. lit. X. Cordub. in quæſt. quæſtione 17. lib. 1. & Vega lib. 9. in Trideutin. cap. vltimo & alij recentiores, fides noſtra, aut conſideratur ſecundùm ſuam eſſentiam, qua talis virtus eſt theologica, vel ſecundum accidentalem conditionem, prout vniuerſalis eſt, & catholicæ nomenclationem ſortitur : hoc ſecundo modo non accipitur theologica fides in tota ſua amplitudine, quam habitus, & obiectum formale ſeu materiale poſtulant : ſed in reſtrictiori ſignificatu, prout reſpicit tantum illa obiecta reuelata quæ vniuerſali Eccleſiæ credenda proponuntur : ſolum ergo rationem materiæ, ſeu ex parte modi recipiendi reuelationem poterit eſſe diſtinctio accidentalis inter fidem habitam propter ſpecialem reuelationem, & fidem propter reuelationem vniuerſalem, id eſt ad vniuerſos fideles directam, & omnibus propoſitam. Verùm hæc fides prout catholica eſt, in fide Theologica includitur : quia theologica dicitur, eo quod diuina eſt, vt in prima quæſtione diximus, at verò prout catholica, non magis nec minus diuina eſt, quam prout ex ſpeciali reuelatione procedit, & quatenus particularis eſt.

Hoc modo intellecta hæc ſententia probatur Primo ex Concilio Lateranenſi ſub Leone Decimo ſeſſio. 11. in quo prohibentur prædicari reuelationes particulares de rebus futuris ſine examine, & approbatione Eccleſiæ; quod ſane ſupponit facto examine, & approbatas particulares reuelationes prædicari poſſe, & credendas proponi. 4.

Item Innonc. 3. in cap. cum Iniuncto de hæreticis non excludit ſpecialem reuelationem, & interiorem miſſionem à Deo factam alicui ad aliquid prædicendum ſi patenti miraculo vt accidit Moyſi, confirmetur, & quamquam gloſſa ibidem dicat neque iſtud ſtatim credendum, quia etiam per malos miracula fiunt : iuxta cap. teneamus 1. quæſtione 1. tamen ſi miraculum fiat in confirmationem alicuius dicti, efficaciter probat vt docet Abulen. in cap. 4. Matth. quæſtione 120. Secundo fides veterum patriarcharum fuit eiuſdem ſpeciei cum noſtra vt patet ex Paul. ad Roman. 4. & 2. ad Corint. 4. item ad Hebræos 11. D. Auguſtin. epiſtol. 157. & tract. 45. in Ioann. ſed illis factæ ſunt ſpeciales reuelationes : ergo per ſpeciales reuelationes fides verè theologica habetur eiuſdem ſpeciei cum illa quæ publicam renelationem ſuppooit. Tertio multa proponuntur credenda ab Eccleſia & publicam reuelatiooem ſupponunt quæ non ad religionem. neque ad communem fidei doctrinam ſed ad priuatas perſonas ſpectabant, vt quod Tobias canem habuerit, Dauid Vrſum & Leonem occiderit, Saul aſinas quæſierit & pluræ ſimilia : ergo ineptè limitat Lorca materiam eorum quæ credenda ſunt per fidem noſtram, ad illa quæ ad Chriſtianam doctrinam reducantur, vel ad ea quæ aut immediatè reſpiciant Deum, vel diuinitatis effectus ſint, quibus homo iuuetur ad tendendum in diuinam fruitionem: Nam vel hæc doctrina extendenda eſt ad omne id, quod à Deo reuelatur, & ſic limitatio falſa eſt : vel aſſignanda eſt maior ratio in aliquibus nunc ad credendum propoſitis ex ſacra ſcriptura, quam in aliis, quæ de nouo reuelantur. Quarto & hæc eſt ratio à priori omnium efficaciſſima; motiuum fidei theologicæ eſt auctoritas diuina, ſeu prima veritas reuelans : itaque reuelatio prout eſt actio Dei ad extra, manifeſtans ſeu dicens obiectum potentiæ cognoſcenti illud, ex teſtimonio Dei, complet rationem formalem fidei, ſed ſupra quodcumque obiectum materiale cadat hæc reuelatio, & ſiue fiat priuatim vni, ſine ordine ad illud idem denuotiandum fidelibus, ſiue cum hoc ordine, non mutatur eſſentia formalis obiecti : ergo

ergo neque variabitur eſſentia aſſenſus ex eo, quod à priuata reuelatione procedat: magis confirmabitur hæc ratio ex eo quod quæſtione 4. dicemus, propoſitionem Eccleſiæ non pertinere vllo modo ad obiectum formale fidei.

5. Contra hanc præcipuam rationem tanquam minus firmam inſurgunt recentiores: quia in rigore obiectum formale fidei ex ea parte, qua per reuelationem completur, non eſt vuum & idem, quia ipſa reuelationes ſpecie differunt intet ſe: ergo ſi complent obiectum formale fidei hoc adæquate ſumptum non erit idem: ſi reſpondeas, licet ipſæ locutiones Dei differant inter fe, non mouere ad aſſenſum vt materialiter diuerſæ ſunt, ſed vt formaliter fub illa communi ratione conſiderantur, quatenus omnes ſunt diuinæ teuelationes, non enim aſſentimur, quia Deus tali vel tali cognitione reuelat, ſed præcisè, quia reuelat: quare ratio formalis adhuc omnium actuum fidei eadem erit, ſicut eadem eſt fides humana, ſiue auctoritas, dicentis nutu ſiue voce, vel ſcriptura declaretur. Iuſtant quia reuelatio Dei non mouet, vt præcisè reuelatio eſt, in communi fumpta; ſed vr talis eſt in ſpecie & in indiuiduo, & ptout reuelat hanc veritatem, nempe Incarnationem, vel Trinitatem, alia enim reuelatio proponens alia myſteria, non perſuadet illa, quæ non proponit, ergo quatenus hæc inſeruit ad credendum hoc myſterium, eſt particulare obiectum formale reſpectu actus credendi illud: hoc argumento conuicti aliqui recentiores reiiciunt fundamentum præcipuum veriſſimæ, & communiſſimæ ſententiæ, quod adeò firmum iudicant ſupra citati authores vt omnes vel illud tantum adducant vel reliquis pluris faciant: Hi verò recentiores recurrunt ſolum ad auctoritatem ſacræ ſcripturæ in qua noſtra fides vna dicitur; & ad quandam congruentiam, quod habitus fidei cum infuſus ſit, detur ad modum potentiæ; ideoque fapiet modum potentiæ, quæ ad plures actus diuerſæ ſpeciei extendi poteſt, & ad plura obiecta formalia partialiter diuerſa: ſi vrgeas habitus infuſos diuerſos eſſe, & hanc diuerſitatem ab aliqua ratione fotmali diſtincta ſortiri, ſin minus nulla erit ratio, cur vnus rantum. habitus infuſus non ſufficiat ad omnes actus ſupernaturales ex parte intellectus, alter ex parte voluntatis eliciendos; Reſpondenr ſatis connaturaliter ad naturam habitus ſupetnaturalis potuiſſe à Deo fieri talem habitum. Verum ex voluntate diuina pronenire vt plures ſint habirus infuſi theologici de facto, quia Deus voluit, vt fides manere poſſet, ſine aliis duobus habitibus theologicis; item fides, & ſpes ſine charitate; eſſe vero diſtinctos conſtare ex D. Paulo 1. ad Corint. 13. *Fides, ſpes, charitas*, tria hæc.

6. At quis non videt quam minus philoſophica, & magis abſurda ſit hæc reſponſio, qoam illa quæ ab his recentioribus impugnata eſt? Etenim qui philoſophandi modus eſt recurrere ad voluntatem diuinam in diſtinctione eſſentiali qualitatum ſupernaturalium, A quaſi ideo diſtinctæ ſint, quia Deus voluit, & non ſupponantur naturæ rerum cognitanum per ſcientiam Dei neceſſariam ante liberam determinationem voluntatis diuinæ? Deinde eſto poſſibilis eſſet talis habitus ſupernaturalis, qui eminenter contineret perfectiones horum trium, fidei, ſpei, & charitatis: nos loquimur de facto de his tribus, & in his aſſignare debemus rationem formalem per quam diſtinguantur, & vnuſquiſque in fua ſpecie conſtituatur: Nam materiale obiectum præcipuum conſtar eſſe idem reſpectu omnium, ergo debet aſſignari formale vnum in ſpecie vnicuique: nam etiamſi ad modum poteotiæ ſe habeant, etiam potentiis ſua obiecta formalia ſunr aſſignanda, per quæ diſtinguantur. Præterea etiam recurrentes ad voluntatem diuinam B non aſſignant ratiooem, quæ omnes habirus infuſos comprehendar: Nam ipſi admittunt alias virtutes morales per ſe infuſas, quæ gratiam comitari ſoleut, & à ſe inuicem non ſeparantur, ſed cum gratia ſimul infunduntur, eaque deperdita amittuntur, vt ex communi & vera ſententia docet Suar. par. 3. de gratia lib. 11. cap. 3. numero 10. Ergo ex hoc capite iuxta aſſignatam rationem virtutes morales per ſe infuſæ omnes erunt vnus habitus, quod tamen eſt pluſquam falſum: quia plura ſunt ſpiritus ſancti dona, quæ gratiam comitatari ſolent: & hæc dona habituales virtutes cenſentur.

Ad argumentum igitur rectè occurtebatur: C ad inſtantiam dico ſi quid probaret, ſane oſtenderet omnes actus fidei eſſe diuerſæ ſpeciei, quod tamen eſt falſum, vt quæſtione ſequenti dicam, imo quando ea ratio valeret ad diſtioguendos actus, non ſufficeret ad diuerſificandos habitus, quia cum habitus ſupernaturalis ſe habeat ad modum potentiæ (in quo bene quidem dicebant recentiores ſupra citati) & vna potentia eſſe poſſet principium actuum diuerſarum ſpecierum, adhuc in habitu fidei inquirenda erat peculiaris ratio formalis obiecti, per quam ſpeciem ſumeret, illa verò nulla alia aſſignari poteſt, quam prima veritas reuelans, ſub qua, & propter quam in omnia materialia obiecta fertur: ad inſtantiam ergo reſpondeo primo concedendo reuelationem diſpoſitiuè, vel etiam effectiuè quatenus D talis eſt reuelatio in tali ſpecie, & indiuiduo cognitionis, & vt indicatiua eſt talis obiecti, mouere intellectum ad aſſenſum non tamen formaliter, & ſpecificatiuè: exemplum ſit in inductione, quam plures philoſophi con :edunt effectiuè coocurrere ad aſſenſum primi principij, & omnes ſaltem diſpoſitiue id admittunt, cum tamen formalis ratio aſſentiendi non ſit inductio, ſed terminorum penetratio: ſtat ergo quod reuelatio materialiter ſumpta ſit tantum diſpoſitio, ſeu etiam cauſa effectiua aſſenſus fidei, & quod non ſit formalis & ſpecificatiua, niſi formaliter accepta: quatenus Dei teſtimonium eſt, & primam veritatem prodit, quod vero hæc vel illa

cognitio ſit, & quod ſit huius vel illius veritatis manifeſtatiua materialitet tantum habet, & per accidens reſpectu teſtimonij diuini, quod idem omnino eſt comparatioue cuiuſcumque obiecti, & cuiuſcumque cognitionis, ſicut per accidens eſt ad teſtificationem humanam hoc vel illo idiomatè voce vel ſcripto proferri: eandem enim perſonæ auctoritatem æqualia ſigna moralia produnt: & eandem fidem faciunt licet phyſice diuerſa ſint: confirmatur exemplo virtutis moralis nempe temperantiæ, quæ de ſe ſolum mediocritatem cibi & potus teſpicit, ad quam quantitas eſt per accidens & materialiter ſe habet, illa enim quæ reſpectu vnius perſonæ moderata erit reſpectu alterius modum excedet, & tamen quando exercetur actus temperantiæ ſemper certam cibi, potuſque quantitatem reſpicit, & ab illius honeſtate mouetur; At ratio ſpecificatiua virtutis eam per ſe quantitatem non requirit.

8. Ex dictis iam colliges primo priuatam reuelationem non efficere fidem theologicam diuerſam, licet non denominetur fides catholica quatenus præciſe ſub priuata reuelatione ſtat; ad obiectumque reuelatum tantummodo priuatim iſta fides refertur. Et ratio eſt quia cum non ſit propoſitum ab Eccleſia vniuerſali omnibus credendum, oon ſortitur denominationem Catholicæ. Colliges ſecundo non ſolum illum cui facta ſit reuelatio priuata: ſed etiam quamlibet aliam perſonam particularem quæ ſufficientem haberet credibilitatis euidentiam & moralem certitudinem illam reuelatiouem à Deo eſſe, teneri ad credendum, talis exiſtimatur illa de qua 3. Reg. cap. 20. vbi punitus eſt qui reuelationi particulari vnius prophetæ non credidit; quia tamen hæc euidentia & moralis certitudo regulariter non habetur ab aliis, quibus hæ reoelationes non fiunt, ordinatiè loquendo non tenentur fideles iis fidem adhibere; quare ad hoc longo & prudenti examine opus eſt iuxta illud 1. Ioano. 4 *Nolite omni ſpiritui credere*: & Pauli 1. ad Theſalon. 5. *Prophetias nolite ſpernere, omnia autem probate*, loquitur verò noo de antiquis prophetiis iam receptis, ſed de nouis quæ examinatione indigent, vt notaot D. Thom. Anſelm. Caietan. & alij. Prima autem & præcipua probatio eſt: videre an id quod priuatim reuelatur, à regula fidei diſcedat, catholicæque doctrinæ, aut bonis moribus contrarietur Nam à Ioanne admonemur 1. canon. cap. 2. numero 24. *Quod audiſtis ab initio in vobis permaneat*: & à Paulo ad Hebræos 18. *Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci*: item ad Galat. num. 9. *Licet nos Angelus de cælo euangelizet nobis præterquam quod Euangelizauimus vobis, anathema ſit*: notiſſimam eſſe hanc maligni ſpiritus dignoſcendi normam teſtatur. Auguſt. lib. 12. de Geneſ. ad literam cap. 14. *Non enim*, inquit, *magnum eſt tunc eum dignoſcere cum ad aliqua peruenerit, vel perduxerit, quæ ſunt contra bonos mores, vel regulam fidei.* Non tamen adhuc ſufficiens eſt hoc indicium ad credendam reuelationem à Deo eſſe, etiamſi neque catholicæ fidei, neque boois moribus repu-

A gnet; ſed aliæ quærendæ ſunt coniecturæ, alia ſigna, quæ hoc loco peſequi non oportet: legi poteſt D. Thom. & alij inteptpetes ad illum Pauli locum 2. ad Corint. 11. *Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis.* Gerſon. 1. p.
Alphabet. 19. lit. v. Medin. 12. quæſt. 2. 2. in 9.
fin. & latius Malderus 2. 2. tract. 10. de Magia dub. 4. Colliges 3. priuatam reuelationem, id eſt de rebus quæ ab Eccleſia non ſunt propoſitæ ad credendum, neceſſariam non eſſe. Nam noſtra fides ideo dicitur catholica, quia ſuperædificata eſt ſuper fundamentum Apoſtolorum & prophetarum iuxta Paulum ad Epheſ. 2. vnde Eccleſia ſuam ſemper fidem probauit uon ex reuelationibus priuatim factis, ſed ex reuelationibus publicis per ſacram ſcripturam, & traditiones, quas ſancti B Patres diuina prouidentia toto decurſu temporis ſexdecim ſæculorum alij aliis ſuccedentes nobis reliquerunt. Vnde Egregie Cyprianus epiſtol. 74. nos monuit, *vt ſi in aliquo nutauerit, aut vacillauerit veritas ad originem dominicam, Euangelicam & Apoſtolicam traditionem reuertamur, & inde ſurgat actus noſtri ratio, vnde & ordo, & origo ſurrexit.* Colliges 4. non ex eo quod priuatæ reuelationes approbentur vt piæ, & laudabiles pertinere ad obiectum fidei catholicæ, & ad credendum propooi: ſed ſolum declaratur in iis nihil contra fidem aut bonos mores contineri, & piè credi poſſe: non quia vt infallibiles ab Eccleſia fidelibus proponantur: ſicut approbatæ ſunt prophetarum viſiones, & Apocalypſis reuelationes; quæ ad fidei obiectum C ſpectaot, quatenus catholica eſt.

Ne tamen quis credat vel D. Thomam vel 10.
D. Auguſtin. pro prima ſententia ſtare: ſciendum eſt, D. Thomam in priori loco citato, non agere de obiecto formali fidei, neque negare priuatæ reuelationi pet actum fidei eiuſdem ſpeciei nos poſſe aſſentiri: ſed agere de regula fidei, & vnde ſumenda ſunt argumenta ad dogmata fidei ſtabilienda, videlicet non ex auctoritate doctorum, niſi prout cum auctoritate ſacræ ſcripturæ & reuelationibus Apoſtolorum & prophetarum conformantur. In poſteriori loco idem ſignificat: non enim agit de fide ſecundùm ſuam eſſentiam & in tota ſua latitudine, ſed de catholica, quæ ad vniuerſalem publicamque reuelationem ſpectat; & quæ in ſacris ſcripturis & definitio- D ne Eccleſiæ manifeſtatur. Ea enim quæ regulariter credenda ſunt, ad hanc fidei regulam referuntur, & in illam quoad nos reſoluuntur. Iam verò D. Auguſtin. ſatis ſe pro noſtra ſententia declarauit lib. 19. contra Fauſt. cap. 15. vbi dixit eandem fuiſſe fidem antiquotum patrum ac ooſtram, *quam*, inquit, *vel reuelationibus accipiebant, vel in prophetis intelligebant*: nihil inter hos duos modos diſcriminis in fidei eſſentia agnoſcens: quare in illo loco citato dupliciter explicari poteſt. primo vt intelligat illa fidei obiecta, quæ explicitè credere oportet de neceſſitate ſalutis, & hæc dicat ad religionem pertinere, quod non tollit alia eſſe, quæ ad fidei obiectum materiale ſpectant, & credenda ſunt ſaltem negatiuè, id eſt non poſſe negari il-

illorum

A lorum veritatem, non tamen opus eſt, vt credantur vel cognoſcantur. Secundo ſi velimus D. Auguſtin. loqui de quolibet obiecto credendo, ſiue explicitè, & poſitiuè, ſine implicitè, & negatiuè, dicendum eſt de quolibet rectè dici poſſe ad religionem pertinere. Nam quælibet veritas, eo ipſo quod à Deo reuelatur in quacunque materia, ſtatim fit religionis materia, nam ad Dei cultum pertinet, Deo in qualibet materia fidem adhibere: neque poteſt Deus aliquid reuelare, quod aliquo modo non conferat ad ſalutem illius, cui reuelatio fit, vel aliorum, ſi cum debita reuerentia illa Dei reuelatio ſuſcipiatur, & credetur quod deſuper Deus per illam manifeſtat: quod optimè obſeruauit Suarius diſput. 3. de fide ſectio. 10. numero 4. & alij.

B

Vtrum reuelatio quæ pertinet ad obiectum formale fidei euidens eſſe poſſit & debeat.

SECTIO VII.

1. NOn eſt quæſtio de reuelatione quatenus illa tanquam veritas quædam credenda ſpectanſque ad materiale obiectum, euidens eſſe poſſit: nam ex prima quæſtione iam conſtat eſſe conditionem omnino requiſitam in obiecto materiali terminante aſſenſum fidei eſſe obſcurum: ſolum de reuelatione loquimur quatenus ad formale obiectum pertinet & de illa tria dubia ſub præſenti titulo attinguntur. Primum an Dei reuelatio euidens eſſe poſſit viatori Deum clarè non videnti: C quod licet in ſuperioribus ſæpe ſupponimus numquam ex profeſſo diſputauimus. Secundum an illa euidens reuelatio inſeruiat vero actui fidei ex noſtro habitu eliciendo. Tertium an requiratur quod euidens ſit reuelatio vt obiectum reuelatum vere & propriè cenſeatur aptum ad determinandum aſſenſum fidei diuinæ. Quod attinet ad primum negat Bannes 2. 2. quæſt. 1. artic. 5. prope finem & quæſt. 5. artic. 1. poſt vltimam concluſionem, indicat enim impoſſibile non viſo Deo cognoſci poſſe illius locutionem euidenter: nam qui perſonam non agnoſcit ipſius locutionem qua ratione percipere valet? & probari poteſt: nam vt cognoſcatur Deus loquens & non viſus in ſe, debet videri in D aliquo effectu; ſed effectus oſtendit virtutem cauſæ operantis, non loquentis, ſeu teſtificantis; ergo, &c. confirmatur minor, quia hic effectus vel eſt externum aliquod ſignum ſenſu externo perceptibile, vel aliqua qualitas ſenſum internũ, vel intellectum immutans: ſi ſit qualitas corporalis excitans ſenſum internum vel ſignum ſenſibile mouens externum, non eſt cur locutio Dei potius quam alicuius Angeli eſſe cenſeatur, hic enim ſenſus noſtros internos & externos immutare poteſt, vt communiter docent Theologi: ſi locutio hæc cognoſcatur ex immutatione potentiæ intellectiuæ redit eadem difficultas: quid habeat illa immutatio vt à Deo fieri exiſtimetur, & non ab Angelo cum multi arbitrentur Angelum cum alio loqui producendo ſpecies in intellectu audientis, vel excitando præhabitas per directionem, qua loquens ſuam cognitionem, & mentis locutionem dirigit ad alterum.

2. Oppoſita tamen ſententia vera eſt quæ docet poſſe cognoſci reuelationem Dei certo, & infallibiliter per euidentiam, quam Theologi appellant in atteſtante: quia cognoſcitur reuelatio tanquam teſtimonium Dei loquentis: ita tenet Gerſon. Alphabet. 18. lit. H. Carthuſian. quæſt. 1. prologi §. contra cuius, Toletan. ibidem artic. 2. concluſ. 3. Baſſol. & alij eadem quæſtione prima, Durand. in 3. diſt. 23. quæſt. 9. numero 12. Caietan. 2. 2. quæſtione prima artic. 4. & quæſt. 5. artic. 1. & quæſt. 171. artic. 5. Aragon. 2. 2. quæſt. 5. artic. 1. Suar. 3. par. tom. 1. diſp. 27. ſect. 2. §. ſed occurrit & diſp. 3. de fide ſect. 8. nu. 2. & aliis in locis citatis ab eodem Suar. hic numero 3. Valent. tom. 3. diſput. 1. quæſt. 5. punct. 1. Mendonca quæſt. 5. quodlibet. Vaſq. tom. 2. in 3. part. diſput. 235. numero 6. Salas. 1. 2. tract. 1. diſp. 6. ſect. 7. Turian. de fide diſp. 9. dub. 1. Probatur primo. Locutio externa Dei infallibilis, eſt Veritas intelligibilis: ergo poterit à Deo manifeſtari, & repræſentari in vna ſpecie vel impreſſa excitante intellectum cui fit reuelatio, vel expreſſa, quæ ſit terminus cognitionis cuius obiectum non ſolum ſit id quod dicitur, ſed etiam ipſamet cognitio, quæ ſupra ſe reflectat, & ſe per ſe ipſam cognoſcat: nam ſicut Angelus in opinione ſatis communi non indiget ſpecie impreſſa vt ſuam ſubſtantiam, ſuaſque potentias intellectum, & voluntatem agnoſcat, ſed ipſamet obiecta cum ſint ſufficienter præſentia, & immaterialia per ſe ipſa concurrunt ad cognitionem ſui; & eadem cognitio Angeli, quæ directè tendit in obiectum, reflexe ſe ipſam percipit, ita illa ſupernaturalis Dei locutio ſe per ſuam entitatem attinget & cum obiecto pariter percipiet: confirmatur quia in noſtris naturalibus notitiis experimur quandam virtualem reflexionem, per quam vnaquæque eſt quædam experientia ſui, quæ in memoratiua ſpecie relinquit veſtigium ſui: ergo in ſupernaturalibus à Deo ſpecialiter ad hunc finem in humano intellectu productis hæc reflexio magis diſtincta, & formalis eſſe poteſt: itaut cognoſcatur cognitio non ſolum quoad an eſt, ſed etiam quoad quid eſt. In quo caſu non poteſt non agnoſci Deus per illam actionem loquens: nam ſicut ſi quis viderit ſuum actum fidei quidditatiuè, non poteſt non videre illum habere pro obiecto reuelationem Dei, ſimiliter ſi quis cognoſcat quidditatiuè illam cognitionem per quam ſibi Deus reuelat aliquod obiectum, neceſſario cognoſcet illam eſſe reuelationem Dei, quia cognoſcet illam ſicuti eſt in ſe: ſecundo quamuis non ſit per eundem actum ſaltem per alium reflexum poteſt homo agnoſcere ſe neceſſitari ad cognoſcendum, & iudicabit à Deo excitari, & vocari ad aliqua ſupernaturalia in mente ſua percipienda, non in ſe clarè, ſed obſcurè in teſtimonio dicentis, & tunc ſi hic actus reflexus attingat excitatiu-

nem Dei, vt in ſe eſt, erit euidentia ſupernaturalis habita per ſupernaturalem cognitionem, qualis erit illa euidentia, quæ dabitur in cognitione reflexa ſimul, & directa, quæ reflectet ſupra ſe formaliter, & cognoſcet ſuam ſupernaturalitatem: & ſi talis cognitio ſupernaturalis dicat Deum eſſe loquutum, qui illam cognoſcit clarè, euidenter ſcit illam à creatura eſſe non poſſe, tanquam à cauſa principali, & multo minus eſſe falſam, quia ſupernaturalis locutio falſa non eſt; alioqui falſitatis Deus argueretur. Tertio etiam per cognitionem naturaliter euidentem ſaltem morali euidentia percipere poſſumus locutionem Dei. (B) Nam nos experimur diuinas inſpirationes & ſpiritus ſancti impulſum, quo ad honeſtatem, virtutemque ſectandam vocamur: nemo enim reſiſtere diceretur diuinis inſpirationibus, niſi eas ſentiret: & tamen quamuis eas non cognoſcamus quidditatiuè neque diſtinctè eas diſcernere poſſimus, certè agnoſcimus quod dentur in nobis: ſed, vt ſatis communis opinio docet, illæ inſpirationes ſunt in entitate ſupernaturales, & ad minimum ſupernaturales ſunt quoad modum: ex gratia enim, non ex natura proueniunt: ergo etiam poſſumus experiri internam locutionem Dei ſupernaturalem, ſiue in entitate, ſiue quoad modum: præſertim adiunctis aliis ſignis, quæ (C) idem confirment: declaratur hoc exemplo D. Thom. 2. 2. quæſt. 5. artic. 2. in corpore, nam ſi quis audiret vaticinum alicuius prophetæ, qui in confirmationem ſuæ prophetiæ vita functos à multis annis ſepultos ſuſcitaret: ſanè euidens eſſet morali euidentia omnibus, qui reſuſcitatos viderent, & audirent prophetam vaticinantem: tale vaticinium eſſe à Deo reuelatum, & verum eſſe prophetam; quia Deus miracula non permittit, & multo minus faciet in falſitatis confirmationem: ſimiliter ergo ſi ille cui Deus aliquid reuelaret hoc vel ſimile ſignum euidens haberet, Deum eſſe reuelantem; procul dubio ex cognitione, & euidentia naturali talis ſigni Dei reuelationem agnoſceret.

3. Hac ratione de facto fuiſſe euidentem pri- (D) mo Angelo Dei reuelationem tenet Caietan. 2. 2. quæſt. 5. artic. 1. Valent. tom. 3. diſp. 1. quæſt. 5. punct. 1. §. ſecundo reſponderi Vaſq. 1. par. diſput. 135. cap. 3. Turrian. de fide diſput. 9. dub. 2. Coninc. de moralitat. act. diſp. 11. dub. 2. concluſ. 2. numero 53. Lorca 2. 2. diſp. 19. Suar. de fide diſp. 3. ſect. 8. numero 3. & de omnibus Angelis idem docet lib. 5. de Angelis cap. 5. numero 16. Etenim primus Angelus quando ſenſit ſibi factam reuelationem, cum nullum præter Deum ſuperiorem agnoſceret, neque ab alio illuminari poſſe certo ſciret, Deum loquentem euidenter agnoſcere poſſet; Neque ſolum primus Angelus, ſed omnes alij, qui ſe illuminari ſupernaturali reuelatione ſentirent, idem agnoſcere poſſent: Nam licet à ſuperioribus Angelis inferiores illuminarentur, certo ſcire poterant Angelos ſuperiores eſſe non poſſe ſupernaturalis reuelationis authores; quare Deum tanquam cauſam principalem agnoſce- (A) rent reuelationis ſupernaturalis, quam mediantibus aliis reciperent ex ſpeciali Dei prouidentia: & de Adamo ſimiliter ſentit Turrianus citatus poſt Caietan. & alios illam diuinę reuelationis euidentiam habuiſſe. Imo in animabus purgatorij etiam reperitur euidentia diuinæ reuelationis: experimento enim diſcunt Deum eſſe, qui teſtificatur de veritatibus fidei: & tamen Deum non vident, quod Baones requirebat ad euidentiam reuelationis. Denique ipſos Dæmones euidentia eiuſdem reuelationis tot miraculis confirmatæ conuincebat vt myſteria noſtræ fidei vera eſſe iudicarent. Non eſt igitur negandum diui- (B) nam reuelationem agnoſci poſſe euidenter: ſiue cognitio ſupernaturalis ſit, ſiue naturalis, per hanc enim ſaltem morali euidentia, Dei reuelatio agnoſcetur.

Ad argumentum in oppoſitum Reſp. aliquos eſſe poſſe effectus Dei, qui illum non modo vt cauſantem, ſed vt teſtificantem & loquentem manifeſtent, quamuis intuitiuè non agnoſcatur: ſicut homo loquens quamuis non videatur vocis ſono taliter fracto, & temperato ſentitur & agnoſcitur eius locutio: qui ergo hi effectus ſint, qui etiam Dei voces putentur iam ſatis declaraui. Ad confirmationem dico primo, quanquam non agnoſceremus peculiarem modum immu- (C) tandi intellectum noſtrum, Deo tantummodò conceſſum, hoc non oſtendit, illum eſſe impoſſibilem: quis enim dubitat Angelos inter ſe colloqui? & tamen Theologi in aſſiguando modo locutionis Angelicæ adeo variant, vt nihil certi hac in re habeamus, præter ipſam locutionem eſſe. Secundo per ſigna externa, item internam locutionem Deum loquentem agnoſci teſtatur ſacra pagina multis in locis, in quibus Deus cum hominibus loquens introducitur: & quamuis miniſterio Angelorum huiuſmodi apparitiones fierent, Angeli Dei perſonam ſuſtinebant: quare cum ipſis ſancti Patriarchæ, tanquam cum Deo, loquebantur; & manifeſta, euidentiaque miracula euidentem Dei locutionem reddiderunt: ſenſit Paulus Chriſti vocem toni- (D) trui inſtar, qua ipſe eques & equus perterriti ceciderunt, rogat quis ſit: examinat, & probat viſionem; audit I E S V M ſe ipſum manifeſtantem: & tunc illi Dominus mentis oculos aperuit quando corporis viſum excitate percuſſit: & quamuis Dæmones immutare poſſint ſenſus, nunquam tamen veris miraculis falſitatem poterunt confirmare: verbi gratia, vera mortui ſuſcitatione: & ſiue loquatur Angelus producendo ſpecies in intellectu audientis, ſiue dirigendo ſuos conceptus ad illum, ſe, non Deum loquentem prodit: neque peculiarem Dei locutionem ſimulare poteſt, vel alterum de rebus ſupernaturalibus illuminare, quin Deus illius illuminationis ſupernaturalis prima & præcipua cauſa cenſeatur. 4.

Secundum dubium erat vtrum hæc euidens reuelatio ad obiectum formale fidei poſſit pertinere: itaut qui illam habent, aſſenſum fidei eiuſdem ſpeciei cum noſtro eliciant: quod addo ad remouendam quæſtionem de 5.

vocabulo.

Digitized by Google

vocabulo. Nam ille aſſenſus erit propter teſtimonium Dei, licet euidens, & aliqui illum appellare poſſunt aſſenſum fidei, non tamen eiuſdem rationis cum noſtra, quæ obſcura eſt: idcirco rogo an eiuſdem ſpeciei ſit? Quod ergo talis reuelatio non pertineat ad rationem formalem fidei noſtræ, neque noſtrum habitum vim habere ad producendum actum, qui euidenti reuelatione nitatur, tenet Durand. ſupra citatus, & in 3. diſt. 31. quæſt. 4. art. 2. numero 10. Bannes 2. 2. quæſt. 5. artic. 1. Coninc. de moralitat. act. diſput. 9. dub. 8. numero 110. Victoria apud Aragon. infra citandum, Valent. tom. 3. diſput. 1. quæſt. 5. punct. 1. Suar. 3. par. tom. 1. diſp. 27. ſect. 2. §. ſed triplex: item de fide diſp. 3. ſectio. 8. numero 17. quamuis certam adhibeat moderationem infra declarandam, per quam in oppoſitam ſententiam tandem inclinat: pro eadem refertur Scot. in 3. diſt. 24. quæſtione vnica §. ad primum principale: item D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. artic. 4. & 6. & quæſt. 4. artic. 1. ſed reuera neuter id aſſerit: manifeſtè enim loquuntur in locis citatis de euidentia obiecti credendi non de euidentia teſtificationis præciſè, quæ dicitur euidentia in atteſtante; quare conformiter loquuntur ad opinionem quam tradidimus quæſtione prima, obiectum fidei eſſe non viſum, & non ſcitum, non verò quæſtionem mouent de ſola euidentia reuelationis. Probari tamen poteſt hæc ſententia. Primo aſſenſus ex reuelatione clara prouenniens, eſt aſſenſus euidens obiecti reuelati: ſed aſſenſus noſtræ fidei eſt obſcurus, non euidens: ergo ad hunc actum neceſſarius erit alius habitus, qui de ſe habeat producere aſſenſum euidentem ſupernaturalem in claro Dei teſtimonio fundatum: maior ſuadetur, aſſenſus qui ſupponit duas præmiſſas euidenter, ex quibus infertur, eſt euidens: ſed ille aſſenſus deduceretur ex duabus præmiſſis euidentibus videlicet: *Quicquid Deus reuelat eſſe verum*; item *Deus reuelat euidenter hoc myſterium.* Confirmatur primo; quia ſi idem habitus, qui elicit aſſenſum ex reuelatione clara elicere etiam poſſet aſſenſum ex reuelatione obſcura, nulla eſſet ratio cur habitus fidei non maneret in patria, immo eſſet maximè congruum ſtatui beatifico in quo dari poſſunt reuelationes claræ aliquorum obiectorum ex quibus beatus per habitum fidei eliceret aſſenſus circa talia obiecta: confirmatur ſecundo obſcuritas, & claritas in ratione motiua neceſſario ſpecificant diuerſos actus, nam medium de ſe neceſſarium, cognitum vt tale, & euidenter, cauſat concluſionem ſcientificam, & euidentem; cognitum vero, & probabile, ſeu ex teſtimonio humano, cauſat probabilem, & obſcuram: ergo ſimiliter teſtimonium Dei clarum, medium erit aſſenſus clari; teſtimonium obſcurè cognitum gignet aſſenſum obſcurum, & conſequenter pertinentem ad alium habitum: quia idem habitus eſſe nequit principium aſſenſus clari, & obſcuri.

6. Secundo ex Doctrina D. Thom. 2. 2. art. 9. ad ſecundum: aſſenſus fidei noſter liber eſt quoad exercitium, & quoad ſpeciem, id circo enim requirit motionem voluntatis, & piam effectionem, quæ intellectum determinat: ſed aſſenſus præcedens ex clara reuelatione non eſt liber, ſaltem quoad ſpeciem: ergo non eſt eiuſdem ſpeciei cum noſtro, neque ab eodem habitu elicitur: probatur minor: aſſenſus elicitus propter claram reuelationem non indiget motione voluntatis, ad hoc vt tendat in veritatem clara Dei reuelatione propoſitam: ſtante enim euidentia reuelationis euidens manet, obiectum eſſe verum: ergo intellectus illi diſſentiri non poteſt: manifeſtè enim vero intellectus diſſentiri non valet: neceſſitatur ergo ſaltem quoad ſpeciem. Tertio euidentia huius reuelationis vel eſt naturalis, vel ſupernaturalis: ſi naturalis non poteſt cognitio ſic naturaliter euidens cauſare aſſenſum fidei, nam alioqui aſſenſus fidei reſoluetur in cognitionem euidentem, & naturalem, quæ cum habeatur ex ſignis, vel effectis, tandem propter hæc ſigna, & hos effectus aſſentiemur obiecto fidei, non propter reuelationem ſeu teſtificationem diuinam: ſi dicatur euidentia ſupernaturalis: ergo cognitio ſic euidens poſtulat in intellectu ſupernaturale lumen habituale diuerſum à fidei noſtræ habitu, nam per illud lumen cognitio habetur ſupernaturaliter euidens diuinæ reuelationis, quam cognitionem euidentem producere nequit habitus, ſeu lumen obſcurum: ergo per idem lumen clarum elicietur aſſenſus circa reuelationem Dei euidentem, & veritatem rei euidenti reuelatione propoſitam: nam hæc duo inter ſe neceſſario connexa ſunt. Confirmatur, quia non minor eſt connexio inter reuelationem diuinam, & rem reuelatam quam inter effectus creatos, & Deum creatorem: ſed cognitio euidens effectuum, ex quibus cognoſcitur Deus eſſe, facit vt hæc propoſitio ſit euidens: *Deus eſt*: ergo etiam euidentia reuelationis connexa cum obiecto reuelato faciet ipſius obiecti aſſenſum euidentem. Quarto ſi propter reuelationem euidentem in atteſtante datur verus actus fidei, in Chriſto Domino eſſet concedenda fides contra communem Theologorum ſententiam cum D. Thom. 3. part. quæſt. 7. artic. 3 & in 3. diſt. 26. ſequela probatur, quia Chriſtus Dominus cognouit Trinitatis myſterium, & futura contingentia extra eſſentiam diuinam per ſcientiam infuſam, ſed non eſt alius modus aptior hoc admittendi, quam per euidentem reuelationem in atteſtante: ergo hæc tollit fidem: ſi in Chriſto fides non fuit.

7. Oppoſita tamen opinio docens, euidentiam in atteſtante in reuelatione non tollere fidem, quæ in reuelatione ſic euidente niteretur, eſt omnino vera: illam tuentur Carthuſian. in 3. diſt. 14. quæſt. vnica: Gabriel ibidem. Valent. hac quæſt. 5. punct. primo: ſed oppoſitum docet, ideoque à nobis refertur pro prima ſententia. Item defenditur à Vega in Tridentin. lib. 9. cap. 3. Ferrar. 3. contra Gent. cap. 40. §. *Ad euidentiam huius difficultatis:* ſic exponente D. Thomam qui hanc ſententiam tradit 2. 2. quæſt. 5. artic. 2. in corpore ibi, *Ex hoc ſigno conuinceretur intellectus videntis, vt cognoſceret manifeſtè hoc dici à Deo:*

quia non mentitur : licet illud futurum quod prædicitur in ſe euidens non eſſet, vnde per hoc ratio fidem non tolleretur : ex quibus verbis notum eſt, ſentire Diuum Thomam in caſu, in quo intellectus conuincatur aliquid eſſe dictum à Deo, cum in ſe euidens dictum non appareat, non tolli fidem in reuelatione Dei ſic euidente fundatam : mitto alia loca eiuſdem doctoris citata à Ferrarienſi : idem tenet Vaſq. 1. part. diſp. 135. cap. 3. numero 8. Mendoſa quodlibet. 5. Scholaſt. numero 13. Turrian. de fide diſput. 9. dub. 4. Cumel. 1. p. quæſt. 12. artic. 2. quæſt. 2. concluſ. 4. & quæſt. 62. artic. 3. quæſt. 2. referr etiam Suar. Scotum pro hac ſententia in 3. diſt. 24. quæſtione vnica, vbi quamuis non ita clare in terminis noſtræ quæſtionis loquatur : ex iis tamen quæ dicit §. *Sed ſi loquamur de tertio modo*, in hanc ſententiam maximè propendere videtur : Nam in iis, quibus primo veritas fidei fuit immediatè reuelata nempè ſacris ſcriptoribus admittit quandam notitiam de rebus fidei ita certam, *quod*, inquit, *habens talem notitiam reuelatam à Deo non poſſit dubitare de veritate illius, cuiuſmodi notitiam creditur prophetas habuiſſe & multos alios ſanctos in ſcriptura, & tales habuerunt habitum præbentem magnum aſſenſum, ita quod illo ſtante non potuerunt non aſſentiri veritati : illa tamen certitudo non fuit euidens ex euidentia rei* : ita Scot. ex quibus infert, idcirco cum hac notitia præcedenti potuiſſe ſtare fidem de rebus ſic reuelatis, quia quamuis euidens ſit reuelatio, non facit rem euidentem. Denique Suar. citata diſp. 3. de fide ſect. 8. numero 25. tandem concedit euidentiam in atteſtante, quæ ſupernaturalis ſit, & præciſè oſtendat Deum eſſe loquentem, non impedire aſſenſum fidei, qui ex eo ſequitur, licet per ſe talis euidentia non fundet aſſenſum fidei, neque per ſe requiratur : verùm nos non diſputamus nunc an per ſe neceſſaria ſit reuelatio euidens tantum in atteſtante; ſed an, ſuppoſito quod detur adhuc pertineat ad obiectum formale fidei, quod videtur concedere Suarius dummodo illa euidentia non ſit per ſe ratio formalis ad fidem requiſita, de quo in 3. dubio agendum.

8. Probatur ergo hæc ſententia, vt à nobis propoſita eſt, primo de ratione fidei ſolum eſt vt ſit de non apparentibus : ſed cum euidentia reuelationis in atteſtante adhuc obiecta fidei manent non apparentia : ergo cum reuelatione euidenti ſtat vera fides in ea fundata : maior de qua ſolum dubitari poteſt, à D. Paulo oſtenditur dum fidem appellauit argumentum non apparentium, quæ iuxta interpretes ad literam ſunt obiecta materialia credenda, *vt quod*, non vero ratio, & motiuum credendi, quod nomine argumenti ſignificauit Paolus, vt notat. D. Thom. Caietan. & alij quare D. Tom. ad locum Pauli argumentum non apparentium declarat, id eſt, *certa apprehenſio eorum quæ non videt* : & dicit Apoſtolum accipere effectum pro cauſa, nempe formali, *quia inquit ex certitudine rei prouenit quod mens cogatur ad aſſentiendum* : hæc verò certitudo cauſatur ex infallibilitate diuini teſtimonij, propter quod rebus fidei aſſentimur : ſi ergo noſtra fides eſt illa definita à Paulo, illam euidenti reuelatione oriri non repugnat. Secundo actus qui eſt propter Dei teſtimonium & in ſe obſcurus, & tendit in rem non apparentem, non viſam, neque ſcitam, eſt actus fidei diuinæ, ſimilis noſtræ : ſed talis erit aſſenſus habitus ex reuelatione euidenti in atteſtante præciſè; ergo, &c. Suadetur minor : (nam maiorem aduerſarij non negabunt) in primis talis aſſenſus eſt per diuinum teſtimonium, vt patet. Deinde eſt obſcurus non euidens : Nam omnis aſſenſus euidens, aut habetur ex terminis, aut à priori per cauſam, aut effectum. Iſte verò aſſenſus non eſt ex terminis, nam ex eo quod agnoſcam ex euidenti reuelatione Dei, Deum factum eſſe hominem, hæc propoſitio non mihi innoteſcit ex ſuis terminis, quia termini mihi non declarant rem vt in ſe eſt, neque mihi illam faciunt per ſe notam, neque ipſi neceſſariam in ſe habent connexionem : Præterea reuelatio Dei euidens in atteſtante, neque cauſa neque effectus eſt diuinæ incarnationis.

Ad hoc argumentum reſpondent aliqui recentiores, qui magis cohærenter loquuntur non oportere, vt notitia euidens ſit ſemper per cauſam, vel effectum propriè, ſed ſatis eſſe ſi ſit per aliquid, quod habeat habitudinem, intrinſecamque connexionem cum obiecto, & ſe habeat per modum cauſæ, vel effectus. Vnde hæc demonſtratio; omnis reuelatio Dei eſt vera, Deus reuelauit incarnationem : ergo reuelatio incarnationis; ſeu incarnatio eſt vera, à poſteriori procedit ex quaſi effectu : ſicut ſi diceres, omnis reuelatio Dei intrinſecè & ex natura ſua ſupponit exiſtentiam obiecti, non vt veram cauſam, ſed quaſi conditionem aliquomodo prærequiſitam : ſicut calefactio ignis ſupponit appruximationem localem : ſed datur reuelatio incarnationis : ergo ſupponitur neceſſario, & intrinſecè veritas incarnationis. Quare ſicut ex calefactione ignis colligimus à poſteriori approximationem ipſius, & tamen approximatio non eſt cauſa calefactionis ſed quædam conditio, ita ex diuina reuelatione euidenti colligimus veritatem incarnationis euidenter propter intrinſecam, & neceſſariam habitudinem, quam reuelatio Dei habet ad ſuum obiectum quaſi ad conditionem : ſed contra : medium quod ab omnibus philoſophis dicitur intrinſecum concluſioni, & quod inſeruit demonſtrationi à priori, vel à poſteriori non habet accidentariam, & contingentem connexionem cum concluſione, ſed per ſe cum vtroque extremo coniungitur : vt per ſe concluſio intrinſecè ab eo procedat. At reuelatio euidens alicuius obiecti non habet neceſſariam connexiunem per ſe cum illius veritate, ſed per accidens. Etenim locutio Petri mihi euidens eſt, & tamen non idcirco ex ea inferri poteſt euidentia veritatis illius locutionis : aliud ergo præter euidentem locutionem eiuſdem perſonæ loquentis requiritur, ex quo veritas rei deducatur infallibilis, & hoc eſt quod perſona loquens neque fallere neque falli poſſit. Verum hoc mihi non eſt euidens 9

in

in euidenti teſtimonio Dei per euidentiam præciſè in atteſtante, nam quod reuelatio Dei hoc ſecum deferat implicitè & entitatiuè non ſufficit, niſi explicitè, & in ratione ſigni mihi illud eadem euidentia manifeſtetur, qua mihi oſtenditur locutio Dei euidens in atteſtante, quod ſequenti ratione confirmo.

10. Tertio præciſa euidentia in atteſtante nihil aliud dicit quam reuelationem locutionis diuinæ, neque vlterius extenditur in ratione ſigni vel ad obiectum reuelatum vel ad cognitionem & perfectionem ſeu bonitatem loquentis: ergo illa per ſe præciſè non impedit ineuidentiam aſſenſus fidei; conſequentia probatur: quia ſola euidentia locutionis diuinæ non eſt euidentia diuinæ veritatis in cognoſcendo neque diuinæ veracitatis in dicendo: etſi enim per ſe cognoſcatur locutio Dei, per ſe non cognoſcitur eius veritas, ac veracitas. Antecedens ita declaratur: nam in reuelatione euidenti duo conſideranda ſunt, primum ipſa entitas materialis reuelationis claræ: alterum eſt habitudo ad conceptum Dei & ad rem ſignificatam, ſeu teſtatam: per quam duplicem habitudinem conſtituitur formaliter in ratione ſigni, reuelatio verò quantum ad primum in ratione ſua entitatiuâ euidens eſt. Attamen quantum ad ſecundum in ratione ſigni per ordinem ad cognitionem Dei & ad rem ſignificatam obſcure ſignificat quia de ſe non facit videri cognitionem Dei neque rem reuelatam non cognitionem quia illam explicitè non dicit: non rem quia eo ipſo quod non oſtendit euidenter Deum non fallere neque falli poſſe, non oſtendit euidenter adæquatum medium ex quo aduerſarij euidentiam aſſenſus deducunt: confirmatur, nam quando aſſenſus non eſt euidens ex terminis ſed ab extrinſecis principiis ſi non reſoluitur euidenter in ſua principia, non eſt euidens: vt notauit Scot. vbi ſupra §. ad primum: ſed hic aſſenſus ex diuino teſtimonio euidenti in atteſtante deductus, verbi gratia Deus factus eſt homo, non eſt notus ex terminis vt patet, & non reſoluitur in medium adæquatum euidenter cognitum ex vi talis reuelationis, quæ non oſtendit euidenter Deum nec fallere, nec falli poſſe: ergò hic aſſenſus prout præciſè in tali reuelatione fundatur, adhuc manet obſcurus: maior eſt nota, quia quamdiu concluſiones in ſua principia euidenter cognita non reſoluuntur, ſemper manent ineuidentes. Ideo enim diſcipulus credens principia, quæ innoteſcunt euidenter magiſtro, ſi ex illis deducat concluſiones, reſpectu diſcipuli manent ineuidentes, neque dicitur ſcire concluſionem euidenter, quam ex illis deducit vt notauit Theodoret. lib. 1. de fide Euangelicæ veritatis & D. Thom. in 3. diſtinct. 24. quæſt. vnica artic. 2. ſequela ad 3. & ratio eſt quia concluſio participat euidentiam à principiis, quæ ſi obſcura manent, euidentiam concluſioni dare nequeunt. Minor etiam patet quia reuelatio euidens in atteſtante non oſtendit primam veritatem, neque veracitatem dictionis: etenim ex ſe neque oſtendit conformitatem cognitionis diuinæ cum obiecto reuelato, neque conformitatem

A dictionis cum cognitione: *dico ex ſe*, quia licet ex alio capite à poſteriori aliqui ſapientes ex perfectione diuinæ ſcientiæ, & bonitatis per naturalem cognitionem euidenter aſſequantur, Deum neque fallere neque falli: hoc non eſt commune omnibus; neque etiam illi, quibus notum eſt naturaliter, hoc principium, vtuntur illo ad aſſenſum fidei eliciendum, ſed ſolo diuino teſtimonio ſeu reuelatione euidente ſecundum entitatem, non in ratione ſigni, vt explicaui: & ratio eſt, quia totam certitudinem fidei in auctoritatem Dei reuelantis, non in cognitionem naturalem neque in humanum diſcurſum refundere debemus.

Quarto Angeli, Beata Virgo & Apoſtoli 11.
B habuerunt fidem eiuſdem ſpeciei cum noſtra: omnium enim fides diuino teſtimonio nitebatur & ab hac formali ratione ſpeciem deſumebat illorum fides: & de Beata Virgine patet: quia ideo à Patribus mater credentium perhibetur, vt ex D. Auguſtin. docet Abulenſis paradoxo 1. cap 31. & à Cyrillo Alexandrino homil. 6. contra Neſtorium dicitur, *ſceptrum orthodoxæ fidei*: quando illi in annuntiatione euidens fuit facta reuelatio incarnationis, tunc credidit dicente Eliſabetha: *beata, quæ credidiſti*; Lucæ 1. & deinde de ſe omnibuſque Chriſtianis teſtatur Paulus omnes habere eumdem ſpiritum fidei 2. ad Corinth. 4 numero 13. *Habentes autem eumdem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, credidi propter quod locutus ſum & nos credimus propter* C *quod & loquimur.* Et tamen Angeli, Beata Virgo & Apoſtoli habuerunt euidentiam diuinæ reuelationis: & quidem de Angelo ſaltem omnium principe notum eſt, quia cognoſcebat non eſſe alium qui illum illuminare poſſet de myſteriis fidei, item illam illuminationem eſſe ſupernaturalem, quia erat ex gratia, & de rebus ſupernaturalibus quarum cognitio erat ſupra vires Angelici intellectus; verbi gratia Deum eſſe trinum & vnum. Vnde non ſatis percipio quod Doctor Suar. ait lib. 5. de Angelis cap. 5. numero 16. euidentiam quam Angeli habuerunt de reuelatione Dei, fuiſſe naturalem vt pote ex ſignis & coniecturis comparatam: ideoque potuiſſe ſtare cum fide: non enim tali euidentia diuina ipſorum fides nitebatur: poſtea verò numero ſequenti ait, probabilius eſſe in prima fidei D promulgatione Deum immediate omnes Angelos illuminaſſe: immo etiam modum illum proponendi fidem de rebus ſupernaturalibus infundendo ſpecies, & ſpecialiter mouendo intellectum ad vſum earum eſſe tam proprium Dei vt nullus Angelus poſſit naturaliter ita in alium operari. Vnde infert omnes ex modo loquutionis potuiſſe coniectare euidenter Deum eſſe qui loquebatur: in qua doctrina illud mihi difficile eſt quod Angeli cognouiſſent reuelationem ſibi factam eſſe propriam locutionem Dei, & illius illuminationem, & quod cognitio & euidentia eſſet naturalis: Nam Angeli potuerunt illam illuminationem cognoſcere in ſe ipſa, quia erat præſens & proportionata potentiæ iam eleuatæ à Deo, vt illuminationem haberet de rebus quarum cognitio Angelo non debebatur: imo

cum ipſa reuelatio eſſet actualis cognitio intellectus Angelici, (Nam vt ſupra iam diximus in hac quæſtione propriiſſima reuelatio eſt cognitio potentiæ) ad illam non eſt dubium ipſos Angelos aduertere, & illam in ſe experiri: ſi igitur cognitio iſta ſeu illuminatio erat ſupernaturalis euidentia, quæ non eſt aliquid à parte rei diſtinctum à cognitione, quo pacto naturalis, & coniecturalis eſſe potuit: item ſi illuminatio per ſe intuitiuè cognoſci potuit ab Angelis, & de facto tanquam propria locutio Dei ab eodem Doctore nota Angelis dicitur, qua ratione illuminatio ſupernaturalis & euidens, euidentiam habere dicitur naturalem, & per coniecturas cognoſci? cur neceſſariæ ſunt iſtæ coniecturæ quando ipſa cognitio per ſe intuitiuè cognoſcitur: deinde illa euidentia cuius cognitionis erit? naturalis? At noſtra quæſtio eſt, an reuelatio ſupernaturalis, & euidens pertinere poſſit ad rationem formalem fidei, & hanc eſſe poſſibilem iam in primo dubio oſtendimus, neque Suar. id negat diſp. 3. de fide ſect. 8. numero 2. licet de Angelis loquendo ſolum naturalem admittat. Veruntamen etiam ſupernaturalem euidentiam Angelos habuiſſe ratio proxima oſtendit, quæ cum tantum manifeſtaret euidenter Deum loquentem, non vero veritatem, & veracitatem in cognoſcendo, & in loquendo, ad huc ratio formalis fidei adæquatè ſumpta maneret obſcura, & poſſet aſſenſum fidei obſcurum fundare, & quamuis per ſe, & neceſſario diuina fides illam non requirat, abſolutè loquendo, quia tamen talis reuelatio ſuper naturalis euidenſque in atteſtante, hic & nunc complet rationem formalem fidei, quia per illam Dei teſtimonium manifeſtatur, negari non poteſt hic & nunc in tali reuelatione euidenti materialiter & entitatiuè accepta fundari aſſenſum fidei.

12. Præterea de Beata Virgine & Apoſtolis quod habuerint euidentiam reuelationis diuinæ in atteſtante, certum etiam videtur, nam de Beata Virgine quis dubitabit, perfectius Angelis fuiſſe illuminatam, & excellentioribus gratiæ donis cumulatam? & Deum ſecum interius loquentem clarius cunctis creatoris intellectualibus agnouiſſe? Iam vero D. Paulus qui ſe ad tertium cælum raptum arcana verba audiuiſſe teſtatur, ſi non vidit ipſam eſſentiam Dei, vt aliqui exiſtimarunt, ſaltem Dei locutionem manifeſtè percepiſſe nemo negabit. Item cæteri Apoſtoli Chriſtum euidenter miracula facientem prodigioſa in ſuæ diuinitatis teſtimonium conſpexerunt dicente Paulo ad Hebræos 2. hac de cauſa veritatem fidei noſtræ confirmatam eſſe conteſtante Deo ſignis & portentis & variis virtutibus: ergo qui ea miracula videbant in confirmationem doctrinæ quam Chriſtus prædicabat euidentiam habebant, illum, qui eos docebat & cum eis loquebatur filium Dei eſſe: erat igitur hæc quædam reuelatio in atteſtante euidens: quæ fidem non impediebat: quamuis de hac rectè docuit Suarius ſect. 8. citata numero 21. ex ea parte qua naturalis eſt & coniecturalis præcisè ad

A fidei diuinæ obiectum formale non pertinere neque illius aſſenſum fundare: Nam fides diuina nititur ſolo teſtimonio Dei reuelato, ſeu cognito per illuminationem interiorem Dei loquentis, neque in cognitione ſeu euidentia naturali fundari poteſt aſſenſus ſupernaturalis, aut ex euidentibus coniecturis deduci: hanc verò interiorem illuminationem claram de teſtimonio Dei ſupernaturalem in Beata Virgine & Apoſtolis fuiſſe dicimus, & in illa nihilominus fidem eiuſdem ſpeciei cum noſtra fundari potuiſſe.

Ad argumenta in contrarium Reſp. Ad primum negando maiorem: non enim euidens erit aſſenſus, ex euidenti reuelatione ſolum in atteſtante procedens: ad probationem reſpondent aliqui primo aſſenſum ex 13.
B illis præmiſſis deductum ſolum oſtendere euidenter connexionem dicti cum modo; non verò connexionem prædicati cum ſubiecto; verbi gratia in hoc ſyllogiſmo, quidquid Deus reuelat eſt verum, ſed Deus reuelat ſe factum eſſe hominem, ergo verum eſt Deum factum eſſe hominem: euidentia eſt de connexione veritatis cum eo quod Deus reuelat; non verò de connexione Deitatis cum humanitate: quare hæc propoſitio reuelata, Deus factus eſt homo, adhuc in ſe manet obſcura: probant hoc exemplo: ſcribatur hæc eadem propoſitio literis Arabicis, quas ego non noui & reuelet mihi Deus euidenter illam propoſitionem eſſe veram, ſanè ad huc propoſitionis ſignificatum erit obſcurum: quia non reuelantur mihi propoſitionis termini euiC denter, neque eorum connexio, ſed connexio eiuſdem propoſitionis cum veritate. At, licet viri docti in hac ſolutione acquieſcant, mihi in ea hic manet ſcrupulus: Nam in obiectis fidei obſcuritas, & claritas non eſt ſolum de quæſtione quid eſt, ſed etiam de quæſtione an eſt, vnde cum hæc ſolutio admittat euidenter cognoſci obiectum reuelatum verum eſſe, euidenter cognoſcitur eſſe: ergo quoad quæſtionem an eſt iam apparet euidens, quod ſolum intendunt auctores primæ ſententiæ: quando enim dicunt reuelationem euidentem de Deo Trino, & vno gignere aſſenſum euidentem talis obiecti, non intelligunt claram, & quidditatiuam cognitionem, ſed euidentem quoad quæſtionem an eſt; non enim agunt de cognitione clara, &
D quidditatiua Trinitatis v.g. per reuelationem tantum cognoſcendæ: quare iam hæc reſponſio illis concedit, quod volunt. Secundo reſpondent alij multos ignorare illud principium, Deum neque falli poſſe, neque fallere, quare ſaltem in his aſſenſus fidei procedere poteſt ex reuelatione euidenti. Verùm hæc etiam ſolutio nimis limitata eſt, neque ſatis eſt ad ſuſtinendam fidem in Angelis & in ſapientioribus hominibus à quibus illud principium euidenter cognoſcitur.

Quamobrem aliter reſpondeo ad probationem illius maioris, & nego aſſenſum fidei ex iis præmiſſis inferri nullas enim præmiſſas ſupponit aſſenſus qui diſcurſiuus non eſt: ſed ad inſtar primi principij ſe habet vt iam ſupra tetigi, & quæſtione ſequenti latius confirmabo.

cnnfirmabo. Vnde eſto illnd principium Deus nec falli, neque fallere poteſt, naturaliter euidens ſit credenti, & habenti reuelationem Dei euidentem, illo nnn vtitur in aſſenſu fidei, quia hic totam ſuam certitudinem accipit à diuino teſtimonio, & à prima veritate reuelata: quare cum euidens reuelatio in ratione rei, ſeu quoad entitatem, maneat obſcura, in ratinne ſigni diuinam veritatem ſignificantis, & rem reuelatam, non impedit obſcuritatem aſſenſus fidei: neque nbſtat quod aſſenſus iſte nnn modo attingat rem reuelatam, ſed etiam rationem aſſentiendi, quæ eſt reuelatin euidens, inde enim non ſequitur, quod euidens ſit fnrmaliter, quia formalis euidentia attenditur in cognitione ratinne ohiecti *quod*, non obiecti *quo*; illud enim formaliter attingitur, hoc vero tantum virtualiter: nam ſicut conclusio diſcurſiua dicitur non prout virtualiter attingit præmiſſas, *vt quo*, ſed quatenus concluſionem *vt quod* ex præmiſſis deducit; ita aſſenſus fidei, quamuis reuelatinnem euidentem in atteſtante *vt quo* attingat, ab ea nnn dennminatur euidens, ſed ab obiecto *quod*, nempe à re reuelata, quæ adhuc manet obſcura, ineuidens & nbſcurus cenſetur: Ad primam confirmatinnem neganda eſt illatin: quia hæc euidentia reuelationis eſt præcisè in atteſtante, & ita Deum. Deique veritatem, & veracitatem clarè non manifeſtat. At beatus cum videat eſſentiam Dei clarè, eiuſque veritatem, & veracitatem, ſi reuelationem haberet alicuius veritatis euidentem, talis reuelatio non ſolum haberet euidentiam iu atteſtante, ſed etiam in ratinne ſigni; & conneainnem quam habet diuina veritas cum tali obiecto, ſi non determinate, & in particulari, ſaltem in communi attingeret. Nam licet beatus nnn videat diſtinctè omne cognoſcibile ad quod extenditur ſcientia diuina in particulari, videt tamen illam talem eſſe, vt neceſſario veritatem attingat, quare falli nnn poſſe: item videt talem eſſe bnnitatem diuinam, vt alios fallere nnn poſſit, neque mendacium dicere, neque beatus ceſſare poteſt ab hac cognitione in ſtatu beatitudinis: ergo ex medin euidenter cognito cognitione ſupernaturali & in ratinue ſigni neceſſariam habente connexionem cum obiecto reuelatn, beatus nnn niſi euidens iudicium de nbiecti reuelati exiſtentia habere poterit: cui inſeruire nequit habitus fidei ſuaptè natura reſpiciens aſſenſus nbſcuros: vnde, vt beatus de potentia Dei abſoluta eliceret actum fidei circa aliquod obiectum, deberet ei fieri reuelatio obſcura; quia vern hæc beati ſtatum minus decet, de lege ordinaria, beatn nihil nbſcure reuelabitur: ſi, verò euideus ſit reuelatio, inſeruire nequit actui fidei, beati vt iam dixi: ergo de lege ordinaria in eo habitus fidei non manet. Ad ſecundam confirmationem dico, tunc euidentiam, & ineuidentiam medij variare ſpecificè rationem formalem aſſentiendi, & conſequenter aſſenſum, quando illa eſt formalis, nnn materialis, id eſt quando inſeruit rationi formali, qua talis eſt, & refunditur in obiectum quod propter illam iudicatur, non vero quando per accidens ſe habet: talis verò eſt euidentia reuelationis in atteſtante, nempe materialis non formalis, nec in ratinne ſigni, ideoque per accidens ſe habet ad aſſenſum in cuius nbiectum euidentiam non refundit: ſicut ego quandn euidenter audio amicum, illique credo, nnn idcirco euidens eſt meus aſſenſus, quia euidens eſt mihi amici locutio: etenim materialiter tantum ſe habet euidentia huius medij, neque euidentiam refundit in rem dictam: aliud exemplum eſſe poteſt actus charitatis erga Deum, qui ſecundum probabilinrem ſententiam eſt eiuſdem ſpeciei in via, & in patria, licet illum in via præcedat Dei bonitas confusè cognita, in patria vero eadem bonitas clarè viſa: quare exemplum de medio in confirmatione adducto nihil probat: quia medium in præmiſſis aptè collncatum, eſt ratin formalis in ratinne ſigni formaliter, & per ſe ſpecificans concluſionem, prout ab intellectu iudicatur euidens, vel obſcurum. Vnde non poteſt non refundere euidentiam ſeu obſcuritatem, in concluſinnem à præmiſſis clarè vel obſcurè cognitis deductam.

Ad ſecundum argumentum reſponden 15.
primn, D. Thomam ſnlum in eo loco aſſerere fidem nnn ſolum qunad conſiderationem, ſed etiam quoad aſſenſum ſubiacere libero arbitrio, quod verum eſſe poteſt etſi fides libera tantum ſit quoad exercitium; & in eatraordinario modo habendi reuelationem, mirum non eſt, ſi ſolum in credente libertas maneat quoad exercitium; ad quod etiam determinatio voluntatis requiritur: ſecundo dico adhuc cum euidenti reuelatinne ſtare libertatem actus fidei, tam quoad exercitium, quam quoad ſpeciem, nam etiam poſita reuelatione euidenti in ratione entitatis, adhuc manet nbſcurum nbiectum in ſe, & reuelatio in ratione ſigni ſimiliter obſcura eſt: quare adhuc intellectus ad aſſenſum non neceſſitatur quia non videt connexionem neceſſariam ſigni, ſeu medij eum re ſignificata, ſeu obiecto: nam præciſa reuelatio euidens locutionis diuinæ nnn nſtendit rem in ſe, neque in alio, cui neceſſario coniuncta videatur, vnde intellectus adhuc eſt in inquiſitione rei latentis, & ſnlum, quandn aſſentitur, ob dicentis teſtimnnium aſſenſum præbet; & in illius extrinſecam auctnritatem ſuum iudicium reſoluit: vnde determinatione indiget voluntatis, & aſſenſum liberum quoad ſpeciem elicit: poſſet enim non attendendo ad alia, rem quam non videt negare, licet in eo euentu mnraliter loquendo, intellectus nunquam diſſentiret claræ reuelatinni Dei: immo ſine aliqua formidine extrinſeca ex parte ſubiecti aſſenſum præberet, ſicut etiam tot eſſe poſſunt motiua credibilitatis tamque euidentia, quæ occurrant fideli, vt de reuelatinne diuina moralem ingerant certitudinem & in aſſentiendo rebus fidei omnem formidinem ea parte ſubiecti, intellectus aſſentiendo deponat: quod non tollit aſſenſum illum phyſicè liberum eſſe nnn modo

quoad exercitium ſed etiam quoad ſpeciem: præſertim reſpectu aſſenſus ſuper omnia certiſſimi de quo infra.

16. Ad 3. R. neque euidentiam reuelationis naturalem neque ſupernaturalem impedire ne aſſenſus fidei in illa fundetur: non naturalem quia tunc fides non fundaretur in cognitione naturali tanquam in motiuo, ſed tanquam in proponente motiua nempe reuelationem, quæ ex ſignis & motiuis cognoſceretur eſſe à Deo vnde non reſolueretur in ea ſigna ſeu motiua, ſed in illam reuelationem, quæ à Deo eſt, licet per aliam cognitionem naturalem euidenter innoteſceret. Non impedit etiam aſſenſum fidei euidentia ſupernaturalis quia ſiue illa ex lumine infuſo, & habituali diſtincta, ab habitu fidei; ſiue ab auxilio Dei procederet; ſiue ipſa eſſet ſui etiam cognitio; directa circa obiectum reuelatum, & reflexa ſupra ſe ipſam; ſiue per alteram cognitionem ſupernaturalem agnoſceretur, ex eo quod illa euidenter cognoſcatur non ſequitur non rem reuelatam ſimili modo euidenter cognoſci, quia illa reflexiua cognitio non repræſentat aliud euidenter, quam Deum eſſe teſtificantem rem dictam, quod vero dictum ſit, vel non ſit verum, euidenter non ſignificat. Neque enim video vllam neceſſitatem cur dicendum ſit, lumen illud propheticum euidenter manifeſtans loquutionem Dei, ipſam rem euidenter neceſſario probare: ſicut in fide humana euidens eſt loquutio, & obiectum manet obſcurum. Ad confirmationem nego non eſſe maiorem connexionem inter effectus creatos, & Deum, quam inter obiectum & reuelationem euidentem in ratione rei, non in ratione ſigni: Nam illa eſt neceſſaria, non hæc vt patet, in locutione hominis euidente in ratione entitatis non tamen mihi certa, & euidenti, quatenus ſignificat cognitionem dicentis veram, & dictionem cognitioni conformem: & quamuis locutio Dei virtualiter, ſecundum ſe ſemper coniuncta ſit cum veritate, & veracitate Dei, reſpectu tamen illius, cui reuelatio euidens non eſt in ratione ſigni, talis annexio non apparet ex vi reuelationis: & eodem modo ſe habet, ac ſi non eſſet comparatione aſſenſus ex illa reuelatione præcisè procedentis.

17. Ad 4. nego ſequelam maioris: neque enim Chriſtus Dominus per huiuſmodi reuelationem obſcuram in ratione ſigni cognouit futura contingentia, vel alia obiecta, ſed hæc futura aliaue obiecta ſupernaturalia agnoſci potuiſſe à Chriſto Domino extra eſſentiam diuinam, vel per ſcientiam per ſe infuſam ſpecieſque ſupernaturales, vel per reuelationem claram euidentemque in ratione ſigni oſtendentem non modo Deum eſſe loquentem, ſed veram eſſe Dei cognitionem & locutionem cognitionis eſſe conformem: ex qua euidenti reuelatione cognitio ſupernaturalis & euidens rerum reuelatarum eliceretur.

18. 3. Dubium erat vtrum hæc euidens reuelatio neceſſaria ſit ad obiectum formale fidei: & an de facto fuerit in illis, quibus primo, & immediatè facta eſt reuelatio miſteriorum fidei: de his enim tantum procedit quæſtio: Nam A certiſſimum eſt de fide & experimento manifeſtum, fideles nunc non indigere euidenti reuelatione in atteſtante, vt credant, quare abſolutè loquendo ad eliciendum actum fidei non eſt neceſſaria hæc euidentia reuelationis, ſed ſatis eſt euidentia credibilitatis illius in credente: & quamuis ſapientiores, & qui ſigna & motiua noſtræ fidei melius penetrant, aliquam euidentiam à poſteriori ex illis colligere poſſint, illa non excedit gradum humanæ, & moralis euidentiæ: ſolum ergo procedit hæc difficultas de illis prophetis, Apoſtolis, aliiſue ſcriptoribus ſacris, quibus immediata myſteriorum fidei reuelatio facta eſt. Caietan. 2. 2. B q. 171. art. 5. & q. 174. art. 3. affirmantem partem tuetur: & D. Thom. in hanc ſententiam trahere contendit, ſed in iis locis nihil aliud intendit, quam certitudinem reuelationis propheticæ inculcare vt patet ex art. 5. citato in corpore, vbi clarius de hac re loquitur; & diſtinguit ea, qoæ propheta cognoſcit per expreſſam prophetiam, & quæ per inſtrinctum, & de illis prioribus dicit, *Quod propheta maximam certitudinem habet, & pro recto habet quod hæc ſunt ſibi diuinitus reuelata*: & neque verbum addit de euidentia, & licet q. 171. art. 1. ad 4. dicat per reuelationem quę eſt perceptio diuinorum, *In quo perficitur prophetia, remoueri obſcuritatis & ignorantia velamen*, ſolum loqui- C tur de cognitione certa rerum, quæ antea in ignorantiæ tenebris latebant, & ex diuina reuelatione cognita ſunt, non in ſe, ſed in diuino teſtimonio: an vero hoc teſtimonium euidenter à prophetis cognoſceretur ſemper, vel neceſſario, non explicat D. Thom. quare velamen obſcuritatis, quod remouet prophetia non eſt ineuidentia ipſius atteſtationis diuinæ, ſed ignorantia ſeu error circa rem reuelatam: Nam ſimili modo quando idem D. Thom. 2. 2. quæſt. 174. artic. 2. ad 3. ait, *Prophetia importat quandam obſcuritatem, & remotionem ab intelligibili veritate*: verbum obſcuritas ad formalem reuelationem non ſpectat, ſed ad obiectum illius, & de re reuelata per prophetiam loquitur, quæ ita in prophetia proditur, vt aliqua ex parte ſub obſcuritatis velo plena D illius declaratio deliteſcat: quare neque hic locus afferri poteſt vt contra Caietanum probetur prophetiam nunquam habere euidentiam in atteſtante. Sententia tamen Caietani probari poteſt hac ratione: omnis certitudo cognitionis vel naſcitur ex euidentia ipſius notitiæ attingentis rem in ſe, vel in alio neceſſariam connexionem habente cum illa, aut in diuina auctoritate infallibili fundatur, ſed prophetæ maximam habuerunt certitudinem rerum, quas per reuelationem agnoſcebant, & illas ſibi diuinitus reuelari intelligebant: ergo vel hæc certitudo proueniebat ex cognitione euidenti rerum in ſe vel in alio cum quo neceſſario coniungeretur, aut in teſtimonio diuino nitebatur. Primum non eſt dicendum quia alioqui iam non modo euidens in atteſtante ſed ſimpliciter euidens eſſet cognitio myſteriorum, quę ipſis reuelarentur, neque de illis fidem haberent; & de locutione diuina nullam dubitationem, aut formidinem habere poſſent, cum tamen Zacharias dubitauerit, &

quod

quod non ſtatim crediderit, reprehenſus fuit, & punitus: & Beata Virgo quamuis ſine hæſitatione credidit, modum interrogauit conceptionis ab Angelo nuntiatæ, *quomodo fiet iſtud?* ſolum ergo ſupereſt, quod ex teſtimonio reuelationis haberent certitudinem: ergo ſi hoc teſtimonium in ſe clarum non eſt, vel in ſignis & effectibus, euidens, non eſt vnde maximam certitudinem prophetæ de illo habeant, quia non ex alia reuelatione oritur, ne in infinitum procedatur., ergo vt de teſtimonio Dei certificarentur oportebat, vt per ſe euidens eſſet reuelatio ipſis facta cum tanta certitudine.

19. Dicendum tamen eſt euidentiam in atteſtante ſaltem ſupernaturalem per lumen infuſum neceſſariam non fuiſſe illis, qui à Deo immediatam reuelationem myſteriorum fidei receperunt; vt in illa eiuſdem fidei certitudo fundaretur: de facto tamen in illis fuiſſe eamdem euidentiam plerumque ſupernaturalem, vel ſaltem naturalem, & moralem. Primam huius aſſertionis partem tueri tenentur, qui in antecedenti dubio cum euidentia in atteſtante ſtare fidem negabant: cum in prophetis fuiſſe non dubitarent circa reuelata: præter hos illam expreſſe tradit Maior in 3. diſt. 25. quæſt. 5. D. Thom. in cap. 4. Iob. ad illa verba, *Porro ad me dictum eſt verbum abſconditum.* Suar. diſp. 3. de fide ſect. 8. numero 7. Secundam partem indicat Auguſtin. lib. 11 de ciuitat. cap. 3. vbi ait, *De inuiſibilibus oportet nos credere his, qui in illo incorporeo lumine hæc diſpoſita eſſe didicerunt, vel manentia contuentur:* quæ verba de reuelatione myſteriorum fidei exponit Leonardus Coquæus: eandem partem expreſſe tuentur Gabriel in 3. diſt. 24. quæſtione vnica concluſ. 7. ſecutus Scotum ibidem §. ſed ſi loquamur, qui quamuis expreſſo euidentiæ vocabulo non vtatur, ait tamen ex efficacia Dei reuelantis prophetas habuiſſe neceſſarium aſſenſum, quod Deus eſſet, qui ipſos alloqueretur. Turrian. diſp. 9. de fide dub. 2. §. iuxta hæc, fauetque maximè eidem doctrinæ Richard. in 3. diſt. 23. artic. 8. quæſt. 1. Ferrar. 3. contra gentes cap. 40. §. ad euidentiam huius difficultatis & aliæ neque alienus eſt D. Thom. 2. 2. quæſt. 173. artic. 4. in corpore & cap. 40. contra gentes numero 3.

20. Probatur prior pars aſſertionis: ſi eſſet neceſſaria euidentia in atteſtante ad fidei certitudinem, vel eſſet neceſſaria ipſis, quibus fiebat immediata reuelatio, vel aliis, quibus per illos erat manifeſtanda: neutrum dici poteſt: ergo: non primum, quia illis ſufficiebat ad ſalutem, ſi diuinum teſtimonium proponeretur à Deo, vt euidenter credibile, vt elicerent actum fidei ad ſalutem neceſſarium:. ſed Deus vel per ſe immediate, vel per Angelos ſic proponere potuit ſuum teſtimonium, non enim minus poteſt Deus per ſe ipſum, & per Angelos in hac re: quam per miniſtros Eccleſiæ: ergo non erat neceſſe vt ſuum teſtimonium euidens faceret: maior patet, quia nobis ſufficit euidentia credibilitatis ad credendum: ergo & illis eadem ſufficiebat: etenim cum noſtra fides eiuſdem rationis ſit cum illorum fide vt ex D. Paulo ſuperiori dubio diximus, ſane non maiorem in illis quam in nobis euidentiam per ſe requirit. Deinde neque propter nos neceſſaria erat illa euidentia: nam quamuis per illos priores Dei nuntios ad nos fides perueniat, nos non credimus ob teſtimonium illorum, ſed ob teſtimonium Dei: ergo quamuis neceſſaria ſit euidentia alicuius teſtificantis de viſu ad fidei certitudinem, illa non eſt neceſſaria in hominibus, qui nihil aliud faciunt quam proponere reuelata, ſed in Deo, in cuius veritatem vltimo noſtram fidem reſoluimus: illa enim ſolum eſt infallibilis & apta ad conſtituendam rationem formalem fidei noſtræ.

Poſterior pars aſſertionis procedit de facto 21. nam conueniens erat, vt ij qui Dei Nuntij erant, & ab ipſo Deo legationem accipiebant, perfectiori modo cognoſcerent teſtimonium Dei, quam ij ad quos mitterentur: vt ſine formidine ex parte intellectus rebus creditu difficillimis aſſentirent, & pro ipſarum veritate vitam offerrent; & nobis motiua fidei præſtruerent, patratis miraculis in confirmationem diuini teſtimonij. Vnde quando euidentia ſupernaturalis non eſſet, ſaltem hæc moralis illis non defuit, ſi quidem in confirmationem nuntiatæ veritatis à ſe patrari miracula agnoſcebant, quæ à ſolo Deò fieri poterant, quod tamen Deus in falſitatis confirmationem nullatenus perpetraſſet: præterea prophetę vidêtes appellabantur, & prophetia viſio; Iſai. 1. Ezech. 1. Daniel. 1. & ſæpe alibi; ob claritatem cognitionis cum præſtantiſſimo videndi ſenſu comparatæ, non quod euidenter res in ſe viderent neque enim oportebat, vt Deus illis communicaret notitiam intuitiuam futurorum in ſe ipſis, vt certi eſſent de eorum euentu, ſed ſatis erat, vt euidenter cognoſcerent teſtimonium Dei illa reuelantis. Vnde D. Thom. quando in verbis ſupracitatis ſcribit prophetæ maximam certitudinem quaſi illius rationem reddens, addit, illum pro certo habere, quæ tunc agnoſcebat, ſibi diuinitus eſſe reuelata: Item Apoſtoli primitias ſpiritus habuerunt vt docet Paul. ad Rom. 8. n. 23. id eſt priora, & præcipua ſpiritus ſancti dona, & ab ſpiritu ſancto in omnibus quę ad Chriſtianam fidem ſpectarent fore inſtruendos Dominus promiſit. *Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia*, Ioann. 14. n. 20. quod poſtea euentus comprobauit, & ipſi experti ſunt. Nam variis linguis fidei myſteria diuinitus ſibi reuelata cum ſacrarum literarum intelligentia, quæ humana induſtria non didicerant, luculenter prædicarunt; quî ergo fieri potuit, vt ex tot ſignis, & diuini teſtimonij effectibus illius euidentiam non haberent ſaltem moralem? Tandem Dauidi factam fuiſſe reuelationem ſupernaturalem euidentem purè intellectualem ſine recurſu ad phantaſmata affirmat Abulenſis in 2. Reg. cap. 23. quæſt. 3. cum Lyrano: ita enim ad literam exponunt illa verba: *Spiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam: dixit Deus Iſrael; mihi locutus eſt fortis Iſrael*; & ſtatim, *ſicut lux auroræ oriente ſole*

mane abſque nubibus rutilat. Ex quibus verbis excellentiam prophetiæ ex modo reuelationis colligendam. Abulen. & Lyra. teſtantur : etenim duplicem illuſtrationem intellectualem propheticam diſtinguunt alteram in intellectu ſupernaturaliter illuſtrato conſtituunt, cum recurſu ad aliquam imaginariam viſionem in phantaſmatibus corporis ſenſus interni repræſentatam : alteram verò nobiliorem totam ſpiritualem agnoſcunt, in qua ſolus intellectus ſine aliqua impreſſione ſeu phantaſtica imaginatione illuſtretur cognitione, ſeu lumine ſupernaturali, qui modus cognitionis perfectior ſane eſt quam poſtulet ordinarius modus intelligendi humanus, qui ſemper cum recurſu ad phantaſmata intellectus operationes coniungit, dum rationalis animus corpori vnitur : talem fuiſſe reuelationem Dauidis citati authores affirmant:verba hæc ſunt Abulenſis. *Dauid autem cognoſcebat Deum ſpiritu prophetico, ſicut qui videt ſolem non obumbratum : quia illa eſt perfecta cognitio,* (intellige infra viſionem beatam,) *& ſic eſt ſenſus quod ſicut lux auroræ oriente ſole abſque nubibus rutilat ſic modus prophetiæ Dauid, ſcilicet quia cognoſcebat veritatem ſupernaturalem fulgentem in intellectu ſuo ſine aliquo phantaſmate.* Non eſt igitur negandum in aliis ſimilibus euentis prophetis Dei teſtimonium euidenter innotuiſſe : de his verò prophetarum reuelationibus earumque varietate legi poteſt. D. Thom. 2.2. quæſt. 171. vſque ad 174. Suar. de fide diſput. 8.

Ad Argumentum pro ſententia Caietani: concesſa maiori, & priori parte minoris neganda eſt poſterior, ad probationem dicendum, prophetis, & reliquis quibus imme-
21. diata reuelatio fiebat à Deo, myſteria fidei proponi ; ſufficientique excitatione, & credibilitatis motiuis euidentibus ad credendum non modo reuelata, ſed etiam Deum eſſe reuelantem obligari : itaque diuini teſtimonij infinitus proceſſus non loquitur, quia teſtimonio diuino, quod non ſemper cognoſcebatur euidenter per ſe, vel per aliud: ſed proponebatur euidenter credibile ſacris ſcriptoribus, ſeu nuntiis, & tot motiuis, quæ illos ad credendum obligabant ; ſicut ij, quibus fides primum prædicatur, data ſufficienti propoſitione illius, ad credendum obligantur. Vnde quia prophetæ excitabantur, & efficaci illuſtratione diuina moti credebant, illa ſibi diuinitus reuelari, ideo maxima certitudine id iudicabant, qualis eſt certitudo aſſenſus fidei: vt ſequenti quæſtione dicemus, & quia interior excitatio, & illuſtratio Dei proponentis reuelata & ſe ipſum reuelantem, nunc minor, nunc clara, nunc obſcura erat, Ideo non ſemper erat ipſis euidens Deum eſſe reuelantem, quamuis enim ſemper ſe moueri experirentur non ſemper diſcernebant clare, an illæ illuſtrationes ſeu motiones à Deo eſſent, ſicut quamuis nos experiamur nos credere, & diligere Deum, neſcimus an hi actus naturales ſint, an ſupernaturales, neque illorum euidentiam habemus etiam quoad quæſtionem an eſt de vero ac germa-

A no actu fidei, & amoris ſupernaturalis. Ita prophetæ ſe moueri ſentiebant, attamen horum motuum claram cognitionem non ſemper habebant ; Nam circa euidentiam non datur deceptio. At prophetæ aliquando ſe ex diuino ſpiritu loqui arbitrabantur, & non ita erat, vt docet Gregor. homil. 1. in Ezechiel. verum quando hoc contigit, ſtatim Deus fecit, vt ipſi ſe corrigerent ad excludendam dubitationem veritatis ab ipſis ex vera reuelatione nuntiatæ, ne ſi falſa inter vera permixta relinquerentur, de omnibus poſſet dubitari. Ita ſane contingit Nathan. 2. Reg. 7. qui Dauidi templum ædificare volenti reſpondit, *Omne quod eſt in corde ſuo vade fac* : quod tamen dictum die ſequenti retractauit, intellexit enim illam non eſſe voluntatem Dei:
B ſimile quid accidit Micheæ 3. Reg. cap. 22. ex interpretatione Caietani : quia primum ex proprio iudicio dixit Regi Achab. Numeror. 15. *Aſcende, & vade proſpere, & tradet eam Dominus in manu tua*: poſtea vero numeror. 17. deſtructionem exercitus Achab prædixit, *Vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus*: cum ergo ante vtrumque vaticinium iurauerit, ſe dicturum, quodcumque Dominus ſibi dixiſſet, credendum eſt in primo loco deceptum fuiſſe : ſignum ergo eſt non ſemper euidens eſſe prophetis Dei reuelantis teſtimonium. At ſi quando ex proprio ſenſu loquuti deciperentur, ex Domini iuſſu dictum retractabant : ſi tandem roges, in quam cognitionem euidentem dicemus reſolui noſtram fidem, reſpondeo in euidentem Dei ſcientiam & infallibilem illius veritatem.

C

De cauſis efficientibus diuinam fidem tam habitualem quàm actualem.

QVÆSTIO III.

CVm eandem cauſam materialem & formalem ex æquo habitualis, & actualis fides ſortiantur in duplici quæſtione præcedenti ſine diſtinctione actus vel habitus vtramque illam cauſam expoſui vtrique conuenientem. Nunc verò quia à diuerſis cauſis efficientibus habitus, & actus fidei procedunt, vnius cuiuſque cauſa, vel cauſæ, quæ ad illorum effectionem concurrunt, ſigillatim declarandæ : prius ergo dicam de cauſa efficiente habitum, deinde de cauſis quę ad actum
D producendum influunt : ſiue ad intellectum ſiue ad voluntatem ſpectent.

Habitum fidei eſſe qualitatem ſupernaturalem, & à ſolo Deo infundi & augeri in potentia intellectiua.

SECTIO I.

TRia in hoc titulo attinguntur, primum habitum fidei eſſe qualitatem ſupernatu- 1.
ralem in entitate. 2. à ſolo Deo infundi & augeri. 3. in potentia intellectiua conſtitui, quæ tria eodem ordine ſunt examinanda, & quidem de primo iam notat. 11. reſoluimus de fide eſſe tam paruulis quam adultis infundi in baptiſmo

baptiſmo gratiam inhærentem, quæ eſt qualitas permanens, & in hoc ſenſu habitualis: item virtutes Theologicas fidem, ſpem, & charitatem. Quod ita intelligendum eſt, vt non ſub nomine habitus, ſeu qualitatis definitum ſit, gratiam item fidem, ſpem, & charitatem infuſam eſſe à Deo; ſed vt aliquid inhærens intrinſecè, & permanens: quando enim adiunxi, *quæ eſt qualitas permanens*, &c. non intendo quod ſub his terminis qualitatis, vel habitus dogma ſit fidei, infundi gratiam, & virtutes theologicas, neque etiam has ſub nomine virtutum, quamuis hæc veritas tam euidenter inferatur, ſuppoſita definitione Tridentini citati, vt hoc omnino certum ſit certitudine theologica proxima fidei, quamuis enim Innocentius 3. in cap. maiores de baptiſmo, Clemens 5. in Clement. vnica de ſumm. Trinitat. vſi fuerint nomine virtutum, & habituum: & Catechiſmus Pij 5. gratiam ſub nomine qualitatis animæ inhærentis à Concilio definitam intelligat: Tamen intra latitudinem opinionis probabilioris loquebantur Pontifices. Concilium vero Tridentinum quia fidei dogma ſtatuebat ab illis vocabulis abſtinuit, & generalioribus vocibus gratiæ & donorum vſus eſt: ex qua definitione catechiſmus theologicam doctrinam fidei proximam tradidit: loquendo igitur ſpeciatim de fide, dico abſtrahendo à nomine qualitatis, ſeu habitus de fide eſſe, illam eſſe aliquod permanens donum à Deo tam paruulis in baptiſmo, quam adultis infuſum, & in hoc ſenſu hanc aſſertionem tenent, præter authores in commentatione præcedenti not. 11. citatos, Granado in 1. 2. controuerſ. 4. diſp. 2. & alij quos refert Salas 1. 2. tract. 10. diſp. 3. ſect. 4. & forſitan Cano, Soto, & Medina, qui pro oppoſita ſententia communiter referuntur, cum poſt Concilium ſcripſerint, & Soto eidem interfuerit, vt credo, ſolum negarunt eſſe de fide dari in nobis hęc dona ſub nomine habituum, qualitatum ſeu virtutum theologicarum, vt obſeruat Suar. tom. 3. de Grat. lib. 6. cap. 8. numero 15. & ſane Ioann. Vincent. in relect. de Gratia Chriſti quæſtione prima, concluſ. 6. §. *dico* 3. ita ſuam mentem hac in re declarauit, vt non ſit definitum, quod gratia ſit qualitas, vel habitus realiter diſtinctus ab ipſa anima, vel potentia illius; de fide tamen eſſe, iuſtificationem fieri per aliquid permanens, item per intrinſecam mutationem in anima; & ita prædictos Theologos interpretatur, additque hanc eſſe communem ſententiam; quod vero de gratia dixit, de donis illis tribus fide, ſpe, & charitate, dicere tenetur, quia eodem modo infuſa permanenter ex Concilio definiuntur.

2. Quod ergo de fide ſit, fidei donum dari permanens in fideli etiam quando actum fidei non elicit certum credo & præter rationes in citata notatione adductas, alias addo quæ hoc mihi euidenter oſtendunt. Primo quia ante Concilium Viennenſe iam reputabatur error in fide dicere in baptiſmo virtutes adultis non infundi: etenim vt teſtatur Prateolus lib. 14. in Elencho hæreſ. verb.

A Petrus Ioannes. Alphonſus de Caſtro aduerſus hæreſ. verb. baptiſmus, hæreſ. 4. item Bzouius tom. 13. annalium anno 1199. n. 39. inter errores Petri Ioannis hic referebatur: quia dicebat in baptiſmo Gratiam & virtutes quas vocant Theologicas non infundi, & tamen iſte Petrus Ioannes vixit tempore Innocentij Tertij ante Concilium Viennenſe: ergo ſententia, quæ multo ante Concilium Viennenſe, vt erronea damnabatur, non erat ab eodem Concilio tanquam probabilis relinquenda, ſed ſolum illa pars, quæ erat controuerſa inter Doctores, an hæ virtutes infunderentur paruulis in baptiſmo; cuius meminit Innoc. 3. in cap. maiores citato, illaque rurſus in Viennenſi Concilio in con-
B trouerſiam vocata eſt, vt decideretur: & Clemens 5. cum Concilio vt probabilionem tradidit ſententiam affirmantem, & ex ratione à Concilio adducta aperte deducitur, iam de adultis id eſſe indubitatum ita enim ait, *Nos attendentes generalem efficaciam mortis Chriſti, quæ per baptiſmum pariter applicatur omnibus baptiZatis tam paruulis quàm adultis, conferri in baptiſmo gratiam informantem & virtutes tanquam probabiliorem &c duximus eligendam*: ex quibus verbis conſtat Concilium, ex eo, quod tam adultis, quam paruulis in baptiſmo mors Chriſti æqualiter applicaretur, veritatis magis conſonum eſſe exiſtimaſſe, de paruulis dicere quod de adultis extra controuerſiam erat. Secundo Concilium Tridentinum cum de iuſtificatione
C generaliter loqueretur, in quocumque homine illa fieret ſiue adulto, ſiue paruulo cum receptione gratiæ hæc dona fidem, ſpem & charitatem ſimul infuſa dari definit ſeſſio. 6. cap. 7. cuius verba in notatione 11. retulimus & ſeſſio. 5. in decreto de peccato origin. §. 4. & 5. ſpeciatim declarat eundem regenerationis effectum in adultis, ac paruulis per baptiſmum cauſari: quare dubitari non poteſt, fidei donum habituale id eſt permanens à Concilio intelligi per baptiſmum infundi: ſiquidem paruulis actualis fides non infunditur: confirmatur quia Concilium ſeſſio. 6. Canon. 28. ſtatuit veram fidem in Chriſtiano manere ſine gratia, amiſſa per peccatum mortale, quod infidelitatis non ſit, iuxta Canonem 27. ergo loquitur de dono permanente, & in fideli pec-
D catore relicto, quod fidem appellat.

Suppoſito igitur quod fides ſit donum permanens infuſum: Dico ſecundo hoc donum eſſe qualitatem ſupernaturalem in entitate, & conſequenter ad ſpeciem habitus ſupernaturalis pertinentem: hæc concluſio eſt Theologorum communiſſima & quoad eam partem in qua dicit fidem eſſe qualitatem habitualem per ſe infuſam de fide eſſe tanquam probabilius tenet Ægidius de moralit. actio. ſupernat. diſput. 6. dub. 1. numero 3. & ſequent. poſt Bellarm. Valent. Peſantium, Vegam, & alios antiquiores nempe Scot. Gabr. & Almain. & late probat: eius vero probatio ad hoc punctum reducitur quod eſſe hanc veritatem de fide colligatur non ex connexione illius cum veri-

tate definita à Concilio, ſed ex vi verborum, A
& ex identitate ſignificati; quare cum definitio fidei non requirat certa verba, ſed in æquippollentibus idemque ſignificantibus eadem cenſeatur; Concilium vero Tridentinum definierit aliquid permanens animæ iuſtificatæ inhærens à Deo infundi, quod appellauit fidem, ſequitur Concilium non actum ſed habitum infundi definire: ſola enim habitualis fides permanens eſt. Attamen non video probari aſſumptum, nempe idem eſſe definiri infundi finem permanentem, atque infundi accidens de prædicamento qualitatis, & ad ſpeciem habitualis qualitatis infuſæ pertinens: Nam poſſet aliquis dicere pertine- B
re ad prædicamentum aliud, nempe relationis, vel ad prædicamentum habitus non operatiui, ſed ad inſtar ſpiritualis indumenti, vel eſſe modum quemdam ſubſtantialem ordinis ſupernaturalis: itaque multa à quolibet fingi poſſunt, quæ verè dici poſſent in nobis permanentia & à Deo donata, quæ qualitates ſeu habitus operatiui non ſint. Rurſus arguit Salas 1.2. tracta. 10. diſput. 3. ſectio. 4. pro eadem opinione ex Valent. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo: ſed paruulus ritè baptizatus placet Deo: ergo habet fidem non actualem; ergo habitualem: hoc etiam argumentum rectè probat theologico diſcurſu dari fidei infuſum à Deo, non tamen oſtendit C
hoc eſſe definitum de fidei habitu operatiuo: quamobrem mihi magis arridet ſententia Suarij tom. 3. de grat. lib. 6. cap. 4. numero 7. vbi de doctrina noſtræ Concluſionis loquens, ait veram, & catholicam ſententiam eſſe & à theologis ſine diſſenſione ſupponi, dari principia intrinſeca ſupernaturalia actuum Chriſtianæ iuſtitiæ diſtincta ab ipſis actibus & ſine illis permanentia, quæ vocantur habitus infuſi, operatiui: inter quos fides eſt primus: hoc tamen de fide definitum eſſe non exiſtimat ſub his terminis, neque ſub æquiualentibus vt non ſolum loco citato, & aliis ad quæ ſe remittit; ſed cap. 8. eiuſdem lib. 6. numero 15. tradit: idem tenet Turrianus de fide diſp. 46. dub. 4. qui merito addunt ſine temeritate, & falſitate proxima hæ- D
reſi negari non poſſe habitum fidei infuſum per ſe ſine actuali fide manentem propter definitionem Concilij; ex qua per Theologicum diſcurſum hæc doctrina proximè infertur, quia ſecundum rectum philoſophandi modum nulla alia entitas permanens quam quædam habitualis qualitas cum veriſimili ratione fingitur.

3. Quod vero hic habitus ſit quoad entitatem ſupernaturalis, probatur primo quia datur à Deo vt ſit cauſa principalis actus fidei, qui in ſubſtantia eſt ſupernaturalis, & vt poteotia intellectiua habeat principium intrinſecum per quod conſtituatur in actu primo ad eliciendum fidei aſſenſum illique proportionetur: nam intellectus, quatenus intra limites naturalis potentiæ manet, neque aliud habet ſibi additum ſopernaturale principium, à quo in ſua operatione adiuuetur, & eleuetur, improportionatus eſt ad eliciendos actus, quod entitatem ſupernaturales qua ratione D. Thom. 1.2. quæſt. 5. artic. 4. quæſtione 62. artic. 1. quæſt. 63. artic. 3. & 2.2. quæſt. 23. artic. 12. & ob eamdem cauſam Theologi in mentibus beatorum lumen collocant cum D. Thom. quæſt. 12. artic. 5. quod verò actus fidei ſupernaturalis ſit in entitate infra ſect. 5. dicendum. Secundo ſi habitus fidei eſſet naturalis, non amitteretur per vnum actum contrarium infidelitatis: nam habitus naturales licet vno actu contrario poſſint tantiſper minui, ſeu remitti, oon tamen omnino deſtruuntur; fides autem per vnicum actum infidelitatis deperditur vt dicemus ſectio. 4. Tertio ſupernaturale ens illud eſt, quod ita ſubiectum reſpicit, vt ſit ſupra naturam, & exigentiam cuiuſcumque intra ordinem naturalem conſtituti, & ſi principium operatiuum ſit, ſuperat omoem virtutem operatiuam intra eumdem ordinem naturalem producibilem: ita docent communiter Theologi cum D. Thom. quæſt. 11. artic. 4. ad 3. Caietan. 1. par. quæſt. 1. art. 1. Bannes 1. part. quæſt. 12. artic. 5. aliique Thomiſtæ ibidem. Vaſq. 1. part. diſput. 44. cap. 1. & diſput. 214. cap. 2. Turrian. de fide diſput. 46. dub. 1. Coninc. de Moralit. actu diſput. 4. dub. 1. ſed hic habitus fidei ponitur à Theologis ad producendum actum, quem ſola vis naturalis intellectus efficere nequit, etiam ſi Angelicus ſit, vt ex materia de gratia ſuppono, item à nullo ſubiecto naturali exigitur: ergo, &c. Hinc reſoluitur ſecundum dubium, & oſtenditur habitualem fidem à ſolo Deo tanquam ab agente ſupernaturali produci: Nam potentia ſubiectiua naturalis in eo tantum diſtinguitur à ſupernaturali, quod agens ſolum naturale reſpiciat, à quo cum formam naturalis ordinis ſolummodo accipete poſſit per reſpectum ad agens naturale iotra limites naturæ continetur. Eadem tameo potentiæ entitas quatenus ab agente ſupernaturali accipere poteſt formam ordinis altioris, potentia paſſiua ſupernaturalis cenſetur. Idem ergo intellectus quatenus per actus ſuos habitum acquiſitum produeere & recipere in ſe poteſt, potentia naturalis actiua, & paſſioa, eſt habitus acquiſiti: quatenus verò refertur ad Deum tanquam agens ſupernaturale, ex ſe tantum eſt receptiua potentia habitus ſuperoaturalis, quia in illa produci poſſunt ab agente ſupernaturali habitus ſupernaturalos, qui ſont accidentia diuini ordinis & per rationem eductiuam, & à ſobiecto dependentem fiunt, quæ actio vnitio eſt pariter, & productio talium accidentium: quod ſanè demonſtrat accidentia ſupernaturalia phyſicè loquendo noo creari, ſed educi de potentia ſubiecti entitatiuè naturali, reſpectiuè ſupernaturali, vt nimirum refertur ad agens ſupernaturale: quamuis quoad æſtimationem moralem, & loquutionem minus propriam gratia, & aliæ virtutes, ſeu habitus ſupernaturales in nobis creari dicantur impropriè; quatenos ex nullis præcedentibus meritis à Deo infunduntur, & ex nullo merito ſaltem de condigno in nobis creantur vt cum D. Thoma & Vaſq. docet Ægid. diſp. 4. dub. 4.

At

4 At rogabis, ſi actus fidei quoad ſubſtantiam
eſt ſupernaturalis, cur non erit cauſa princi-
palis habitus fidei præſertim in adulto, in quo
antequam baptizetur & infundatur gratia,
& alia dona ſupernaturalia, actualis fides
præcedit? quod ſi tunc actus producere poteſt
habitum fidei, iam non erit verum à Deo ſolo
produci. Præterea habitus fidei intenditur
per receptionem actuum fidei; ſed vt ſuppono,
intentio fit per additionem gradus ad gradum
eiuſdem rationis & ſpeciei: ergo ſicut ſecun-
dus gradus fidei habitualis potuit fieri ab
actu, ita etiam primus fieri poſſet. Confirma-
tur: actus naturalis non debet eſſe magis effi-
cax ad producendum habitum quam actus
ſupernaturalis; ſed actus naturalis effectiuè
producit habitum, & intendit: ergo & ſu-
pernaturalis ſuum ſupernaturalem; ſin mi-
nus aſſignetur alius habitus, qui producatur
ab actu fidei diuinæ. Hanc opinionem attri-
buunt aliqui Cano lib. 12. de locis cap. 13. ad
7. Vegæ in Tridentin. cap. 9. Ricardu art. 8.
contra Luther. verum nullus ex his auctori-
bus loquitur de efficientia phyſica, & rigoro-
ſa de qua nunc quæſtionem excitamus: alij
recentiores clarius hanc opinionem defen-
dunt & phyſicam actiuitatem actibus ſuper-
naturalibus circa habitus inſtrumentalem,
non principalem concedunt, quod Suarius
tom. 3. de gratia lib. 8. cap. 4. numero 1. ſine
probabilitate ne dicat temeritate, aſſertum
arbitratur: nam abſque fundamento in ſacra
pagina, aut in ſanctis patribus hanc inſtru-
mentariam virtutem phyſicam actibus ſu-
pernaturalibus erga habitus inuexerunt.

5 Quamobrem dico 3. actus fidei ſupernatu-
ralis nullo modò phyſicè concurrit ad pro-
ductionem ſui habitus: ſed tantum vt mora-
lis congruaque diſpoſitiu & meritoria: vnde
ſicut à Deo primo producitur habitus, ita ab
eodem ſolo augetur: ita D. Thom. locis citatis
& 1. 2. quæſt. 55. artic. 4. vbi, & D. Auguſtin.
lib. retract. cap. 9. & lib. 2. de lib. arbit.
cap. 18. & ſeq. docet de ratione virtutis per
ſe infuſæ eſſe, vt eam Deus in nobis ſine
nobis operetur: at ſi habitus fidei ex actu phy-
ſicè produceretur, non diceretur verè ſine
nobis fieri: clarius quæſtione prima de vir-
tutibus in communi artic. 10. ad 19. ait vir-
tutem infuſam non cauſari ex actibus: item
artic. 11. ad 14. ait non phyſicè, ſed meritoriè
habitum infuſum fieri per actum. Sequuntur
Caietan. Conrad. Medin. aliique Thomiſtæ
1. 2. quæſt. 51. artic. 4. Valent. tom. 2. diſp. 4.
quæſt. 3. punct. 3. Salas. 1. 2. tract. 10. diſp. 3.
ſect. 6. numero 53. citans Gregor. Scot.
Ocham. Gabriel. & alios in 1. diſtinct. 17.
Vaſq. 1. 2. diſput. 79. cap. 10. & diſput. 187.
cap. 2. Suar. proximè citatus numero 6. poſt
Henric. Bonau. Richard. Durand. Palud.
& Sotum. 46. de fide, dub. 7. Ægidius
Coninc. de moralit. act. ſupern diſput. 7.
Turrianus diſput. 7. dubio 2. Tota con-
trouerſia eſt inter Theologos de fundamento
huius veritatis. Coninc. poſtquam tres alias
rationes excluſit, in hac vna acquieſcit: quia
actus non aliter habet vim producendi habi-
tum, niſi prout perceptibiliter afficit poten-
A tiam, & quatenus per illum potentia per-
ceptibiliter in obiectum tendit: quare cum
potentia ex parte ſua non aliter influat in actus
naturales quam in ſupernaturales, neque hi
ſenſibiliter aliter afficiant potentiam quam
illi, itaut nullo modo poſſimus percipere an
producamus actum ſupernaturalem, ſequi-
tur actum ſupernaturalem non habere ma-
iorem vim producendi habitum ſupernatu-
ralem, quam actus naturalis habeat, & con-
ſequenter non ſupernaturalem, ſed natura-
lem habitum producere, ſicut producit actus
naturalis. Etenim vt aliqua cauſa poſſit pro-
ducere effectum perfectiorem altera, non
ſufficit quod illa in entitate perfectior ſit:
ſed opus eſt vt perfectiorem habeat agendi
vim: in hoc vero par eſt actus ſupernaturalis,
B ac naturalis ob rationem aſſignatam. Verum
fateor me huius rationis vim non percipere:
nam rogo quid ſit actum ſenſibiliter, ſeu per-
ceptibiliter afficere potentiam: vel enim ſi-
gnificat potentiam ſuum actum experiri
quouis modo, & tendentiam illius in obie-
ctum: vel ſignificat quod actus cognoſcatur
in ſe qualis ſit, naturalis, vel ſupernaturalis
ſpiritualis, vel materialis: ſi primum: actus
naturalis, & ſupernaturalis ſine diſtinctione
in confuſo ſimili experimento percipiuntur,
& potentia quando aſſenſum præbet obiecto
obſcuro cuius veritatem non videt, quia eſt
ſupra captum intellectus, verbi g. Deum eſſe
trinum & vnum: experitur ſe habere tale iu-
dicium ſicut experitur quodlibet aliud iudi-
cium circa obiectum naturale medio & ra-
C tione naturali cognitum: ergo ſi perceptio
actus in ſe naturalis gignit habitum natura-
lem, actus in ſe ſupernaturalis ſupernatura-
lem habitum producet: ſi ſecundum quia non
percipitur quatenus ſupranaturalis, inferam
neque actum naturalem, & ſpiritualem in-
tellectus, ſeu voluntatis producere habitum,
quia actus naturalis non percipitur aut co-
gnoſcitur quatenus ſpiritualis, imo neque
quoad vnitatem, qualitatem, aut diſtinctio-
nem ſuæ entitatis, hinc enim naſcuntur con-
trouerſiæ inter philoſophos quorum alij ad-
mittunt habitus in potentiis corporalibus, vt
in phantaſia, vel appetitu ſenſitiuo, alij hoc
excludunt; & ſolum ſpirituales concedunt:
alij ſpiritales habitos ab ſpeciebus non diſtin-
D guunt; alij diuerſos eſſe ab ſpeciebus aſſeue-
rant: alij totalem ſcientiam vnam eſſe ſim-
plicem qualitatem, alij non ita, ſed ex qua-
litatibus habituum, qui realiter diſtin-
guuntur, ſcientiam totalem collectione vnam
conflari affirmant: ergo vt actus generet
habitus, non oportet ita perceptibiliter à
potentia ſentiri, vt diſcernat illios eſſendi
modum ſpiritualem vel materialem, ſuper-
naturalem, vel naturalem, in vna qualitate
vniri, vel in plures diuidi: quare non video
quomodo hæc ratio poſſit ſuſtineri.

Alias rationes aſſignat Suar. citatus, quas 6
ipſe obtimè impugnat, & vt inſufficientes
reiicit, quare in eiſdem confutandis non mo-
ror. Vera ergo ratio ex ipſa virtutis infuſæ
natura deſumitur, quam, hac definitione ex
Diuo Auguſtino collecta D. Thom. 1. 2.

quæſt. 55. artic. 4 in corpore exponit. Virtus infuſa per ſe, ſeu ſupernaturalis, eſt bona qualitas ſeu habitus mentis, qua bene viuitur & nemo male vtitur & quam Deus in nobis ſine nobis operatur: quam definitionem omnibus virtutibus infuſis communem D. Thom. maximè commendat vt potè per omnes cauſas præcedentem & declarantem virtutis ſupernaturalis, naturam ex quibus cauſſis efficiens dicitur ſolus Deus: etenim ſi ex actibus produceretur habitus ſupernaturalis non fieret in nobis ſine nobis, id eſt ſine nobis libere operantibus & principaliter quia actus per quem phiſicè produceretur habitus fidei eſſet liber & cauſa principalis habitus, quod non admittit Auguſtin. lib. 2. contra duas epiſtol. Pelag. cap. 9. vbi loquens de correſpondentia Dei ad cor ab homine præparatum ait, *In eo quod præparatio cordis lingua diuina reſpondit, nihil operis habet homo ſed totum eſt à Domino Deo*, & infra concludit, *multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo*: quæ nihil aliud ſunt quam virtutes per ſe infuſæ. Verùm ſi adhuc vlterius huius naturæ rationem petas, cur talis ſit, quæ à ſolo Deo produci poſtulet, non vero ab actu ſupernaturali: reſpondeo Deum nobis infundere habitum infuſum, non quia per ſe abſolutè ſit neceſſarius: vt actus fidei fiat, nam Deus peculiari auxilio concurrens cum intellectu poteſt ſupplere concurſum habitus & non deſinet intellectus aſſenſum fidei ſupernaturalem in eo euentu elicere eiuſdem ſpeciei cum eo, qui ab habitu produceretur: ſed vt connaturalius operetur potentia habens principium intrinſecum, per quod eleuetur, & conſtituatur in ratione potentiæ completæ & perfectæ ad actum ſupernaturalem. Vnde habitus ſe habet, vt dans intellectui rationem principij ſupernaturaliter agentis & ad inſtar potentiæ, & actus primi reſpectu actus ſupernaturalis. Atqui actus primus, ſeu potentia non producitur à ſuo actu ſecundo, ſed ab illo ſupponitur: eſt enim potentia cauſa æquiuoca principalis ſui actus requirens tantum generalem Dei concurſum, ſimiliterque habitus ſupernaturalis cauſa eſt æquiuoca principalis ſui actus, atque adeo illo perfectior: quare non poteſt ab illo produci. Econtra ſe habet habitus naturalis qui non dat potentiæ ſimpliciter poſſe efficere actum, ſed addit facilitatem, & promptitudinem in exercitio actus; & quamuis ad ſubſtantiam actus concurrat pariter cum potentia, non eſt cauſa principalis ſubſtantiæ actus ſed minus præcipua: principalis enim eſt potentia, quæ idcirco producere poteſt actum in maiori intenſione, quam habeat habitus, qui ab actu intenſiori phyſicè tanquam cauſa principali intenditur: vt lib. 9. Metaph. latius docuimus; hanc rationem, vt optimam cæteris præferunt Suar. Salas: & Turrianus vbi ſupra.

7. Hinc patet reſponſio ad id quod interrogabatur de adulto ante baptiſmum eliciente actum fidei: Nam in eo caſu ille primus actus fidei quamuis non producatur ab habitu, ſed ab auxilio particulari Dei vt infra dicemus, nihilominus phyſicè non poteſt efficere habitum ſe nobiliorem; quia habitus ſuaptè natura eſt inſtar potentiæ reſpectu talis actus & cauſa efficiens æquiuoca illius, non in indiuiduo, ſed aliorum eiuſdem ſpeciei: dico *non in indiuiduo*, quia ad actum fidei qui ex auxilio Dei particulari, & intellectu producitur, concurrit Deus in genere cauſæ particularis, & actio ſeu influxus diuerſus eſt ab eo, quem impendit, quando cum habitu ſupernaturali & potentia influit in aſſenſum fidei. Etenim in hoc euentu cum cauſa ſecunda ſit principium completum & proportionata cauſa principali ſui effectus, ſolo concurſu generali ſupernaturalis ad actum, ſeu effectum ſuum prodocendum indiget, & effectus dependentia eſt diuerſa numero, quia non à ſolo Deo, & intellectu, ſed ab habitu ſupernaturali etiam elicitur; quare actus quatenus ſimul cum ſua dependentia, ſeu actione conſideratur neceſſario eſt numero diuerſus. Vtrum verò terminus actionis ab ipſa præciſus idem numero produci poſſet à Deo in genere cauſæ particularis, qui à Deo, & à cauſa ſecunda requirente ſolum generalem Dei concurſum produceretur, quæſtio eſt philoſophica, ideoque philoſophiæ diſceptationi relinquenda. Ad ſecundum quod obiicitur de augmento habitus, dicimus ob rationem aſſignatam habitum augeri non poſſe phyſicè ſed meritorie ſeu diſpoſitiuè per actum; ita docet D. Thom. quæſtione vnica de virtut. artic. 10. ad 19. & artic. 11. in corpore & artic. 14. Duraud. in 1. diſtinct. 17. ſequela 8. numero 5. Caietan. 2 2. quæſt. 24. artic. 4. Suar. tom. 3. de Grat. lib. 8. cap. 4. numero 14. & alij ſtatim citandi; & ratio eſt quia ſicut actus ſupernaturalis in quocumque gradu non poteſt efficere habitum ſupernaturalem, etiam in gradu maximè remiſſo, ita neque intenſus actus ſupernaturalis poteſt phyſicè augere habitum ſupernaturalem præexiſtentem: nam ſicut potentia non afficitur à ſuo actu, ita neque ab illo intenditur, ſeu augetur: habitus non ſupernaturalis vt iam dixi ad inſtar potentiæ ſe habet.

Poteſt igitur habitus fidei augeri ab actibus intenſioribus diſpoſitiuè & meritoriè quia talis diſpoſitio ex natura rei poſtulat maiorem habitus intenſionem quod non ſolum in iuſto, ſed etiam in peccatore accidit: huius enim fides habitualis diſpoſitiuè augetur vt docet Valent. tom. 3. diſp. 1. quæſt. 5. puncto 4. & Turrian. de fide diſp. 45. dub. 1. & Thomiſtæ communiter 2. 2. quæſt. 5. artic. 2. & ratio eſt quia licet in homine peccatore eſſe nequeat meritum de condigno; tamen ille ex auxilio gratiæ poteſt habere diſpoſitionem congruentem, ob quam Deus illius fidem augeat, quam diſpoſitionem aliqui Theologi meritum de congruo appellant, & quamuis Salas 1. 2. tom. 2. tract. 10. diſp. 4. ſect. 1. numero 1. hunc loquendi modum non probet, tamen illum non excludit Azor. lib. 3. cap. 2. 2. quæſt. 3. Item Turrian. vbi ſupra, aliique grauiſſimi Theologi: & ratio eſt quia ad meritum de congruo non requiritur ſtatus gratiæ vt cum antiquis Theologis docet Suar. 8.

de grat. tom. 3. lib. 12. cap. 34. numero 2. ſed ſatis eſt informis, & imperfecta ſanctificatio, quam fides fidelibus confert: illa enim fundamentum eſt, & inchoat ſupernaturale meritum: vt cum Auguſtin. ibidem Suar. tradit; & in particulari de fide & ſpe in peccatore augeri poſſe idem Doctor lib. 9. cap. 2. numero 13. tradit. Vnde tria colligere poſſumus. Primum cum hæc intenſio fidei habitualis non fiat ab actu phyſicè ſed moraliter & diſpoſitiuè cum fundamento in diuina promiſſionè, & proportione aliqua inter actum, & habitum, ſolum per actus fidei intenſiores non per remiſſiores, vel æquales augeri à Deo habitum fidei & intenſiuè creſcere, cuius oppoſitum licet teneat Turrian. citatus, ita tamen defenditur à Suar. eodem lib. 9. cap. 4. numero 10. & ratio eſt quia vt diſpoſitio ex parte hominis aliquam habeat congruitatem, quæ Deum cogat ad augendum habitum infuſum ſatis eſſe debet, vt ſuperet intenſionem habitus, nam ſicut habitus intenſior naturalis per actus remiſſiores non acquirit maiorem intenſionem phyſicè; ita neque habitus infuſus moraliter illam acquiret per diſpoſitionem: quod enim in naturali actu facit proportio in gradu ad phyſicam efficientiam, facit in morali ad congruentiam diſpoſitionis. Dices: charitas, & gratia intenduntur in iuſto per actus remiſſiores, quam ſit habitus gratiæ, & habitus charitatis; ergo etiam in fideli peccatore fides per actus remiſſiores intendetur. Reſpondetur negando conſequentiam: maior ratio eſt, quia omnia opera virtutum in iuſto ſunt meritoria de condigno, & in quauis intenſione fiant merentur aliquem gradum gratiæ: vt ex Conciliis & ſacra ſcriptura patet. Et quando gratia augetur ſempee augentur virtutes infuſæ, quæ illam comitantur; ſiue ergo in maiori ſiue in minori intenſione ſint habituales virtutes, actus meritorius de condigno qui de nouo exerceretur, noui gradus additionem meretur. At in actu fidei remiſſiori à peccatore exercito non eſt meritum de condigno, neque de congruo: vt noſtra ratio de improportione diſpoſitionis probauit: ergo nullum eſt fundamentum ex quo colligamus fidei actum remiſſiorem habitus intenſioris additamentum moraliter cauſare.

9. Colligitur ſecundum cum Turriano citato Bannes & communi recentiorum ſententia 2.2. quæſt. 5. artic. 4. In peccatore eſſe poſſe habitum fidei intenſiorem quam in iuſto: probatur facile: Nam vt infra dicemus ſect. 3. fides ſine gratia manere poteſt, & vt diximus in peccatore per actus fidei intenſiores habitus fidei remiſſior intenditur: duobus igitue modis maior eſſe poteſt habitualis fides peccatoris primò ſi vnus iuſtus qui charitatem, & fidem magis intenſam habebat, quam alter iuſtus, gratiam amittat, tunc fides in peccatore relinquitur in eadem intenſione; ergo ſi antea maior erat quam fides alterius iuſti, qui manet in gratia, fides peccatoris erit intenſior, quàm fides iuſti. Secundo ſi peccator plures, & intenſos actus fidei eliciat poterit venire ad tantam ſui habitus intenſionem vt vincat intenſionem fidei alterius hominis in gratia exiſtentis. Tertium colligitur in vno eodemque iuſto poſſe eſſe intenſiorem fidem quam gratiam, & alias virtutes per ſe infuſas gratiam conſequentes: ita Suar. cap. 4. citatus numero 13. Nam fieri poteſt vt fidelis peccator fidei actus valde intenſos eliciat, per quos, vt dixi, augebitur in eadem intenſione habitus; & poſtea remiſſum contritionis actum eliciat: vnde gratiam, & virtutes alias per ſe infuſas in gradu remiſſo recuperabit, cum ergo fides adueniente gratia non debeat decreſcere, neceſſario in eo iuſto manebit in maiori intenſione, quam gratia, & alij habitus virtutum infuſarum.

Tandem ſiquidem occaſione illius ſecundi argumenti incurrimus in doctrinam de augmento habitualis fidei: Rogabis an ſicut contingit in iuſto reperiri fidem intenſiorem gratia & aliis virtutibus, ita contingere poſſit, vt gratia aliæque virtutes per ſe infuſæ ad intenſiorem gratum perueniant quam fides habitualis eiuſdem iuſti; Affirmat Vaſq. 1.2. diſp. 220. cap. 6. numero 56. hoc non ſolum in fide, ſed etiam in ſpe contingere poſſe, idem ſequitur Turrianus diſp. 45. citata dub. 1. cum Aragonio & aliis: & probabile exiſtimat Suar. vbi proximè numero 14. ratio eſt quia fides, & ſpes non ſunt virtutes neceſſario connexæ cum charitate, & aliis virtutibus infuſis, poſſunt enim infundi, & manere ſine gratia, & ſine virtutibus gratiam conſequentibus. Deinde ſicut fides, & ſpes habitualis pee proprios actus vna quæque intenditur in peccatore ſine concomitantia aliarum virtutum, & in iuſto eſſe poſſunt in gradu maiori, vt proximè dixi, ita gratia & aliæ virtutes intendi poterunt & in maiori gradu eſſe, quam ſit fides vel ſpes: alias hæ virtutes melioris conditionis eſſent quam charitas: augerentur enim illius actibus, & propriis: cum tamen charitas actibus fidei, & ſpei non ſemper augeretur, nec perdita per actus fidei, vel ſpei recuperetur. Nihilominus tenendam iudico ſententiam oppoſitam, quæ negat poſſe inueniri gratiam, charitatem, & alias virtutes in gradu intenſiori, quam fidem, & ſpem; & hanc partem vt probabiliſſimam tuetue Suar. numero 15. illius afferam rationem & poſtea alteram apud me efficaciorem adiungam. Prima eſt, quia licet fides non ſit neceſſario connexa cum gratia, gratia tamen neceſſario cum fide coniungitur, (idemque eſt de ſpe) non enim poteſt gratia & charitas eſſe ſine illas. Immo gratia de ſe ſemper poſtulat ſecum fidem habere illamque confeere ſubiecto, niſi in eo ipſa exiſtat & hinc eſt quod ſi gratia non reperiat fidem in ſubiecto, vt in paruulo baptizato, illam inducit; ſi autem reperiat iam præxiſtentem vt in adulto cathecumeno, ſed in minori intenſione, quam poſtulet latitudo gradualis ipſius gratiæ, & charitatis, illi proportionatum augmentum ſuperaddit: etenim ſicut ad initium iuſtificationis in paruulo infunduntur cum gratia habitus fidei & ſpei in ea proportione, quam poſtulat ipſa gratiæ 10.

intenſio, ita poſtea quotieſcumque de nouo recuperatur, vel intenditur gratia, ſimilem proportionem deſiderat, quoad exceſſum, non tamen quoad defectum, ſeu diminutionem. Secunda ratio, quam addo, eſt quia in exercitio aliarum virtutum, quæcumque illa ſit, quæ operetur, virtualiter ſaltem, & interpretatiuè cenſetur operari fides, & ſpes, nam cum quælibet actio iuſti ſtudioſa, & de condigno meritoria, immò, & de congruo aliquando, vt contritio peccatoris, per ſe ad ſupernaturalem finem ordinetur, & de ſe ad Deum ſuperoaturali fide cognitum, atque ſperatum referatur, conſequens eſt, vt in omnibus virtutum actibus fides, & ſpes, virtute, & implicite ſaltem inuoluantur, etſi non phyſicè, ſaltem morali modo in eoſdem actus influere cenſeotur; ſupponuntur enim tanquam fundamentum, & inchoatio iuſtitiæ ſupra quam omnia virtutum opera ædificantur, & ab ipſis iuſtus ad profectum virtutis, peccator ad conuerſionem ſolicitantur, nemo enim ſtudioſè & ſanctè operatur in ordine ad vitam æternam, qui illam non credat, & ſperet. Itaque in actibus aliarum virtutum per ſe infuſarum ſemper operatur fides ſaltem interpretatiuè, quod non viſitur in actibus fidei & ſpei, qui poſſunt exerceri intra ſuam ſpeciem perfectè, etiamſi informes ſint in peccatore gratia, & aliis ſupernaturalibus virtutibus ſpoliato; neque ex eo quod aliquis credat, ſeu ſperet interpretatiuè, intelligitur claritas vel alia virtus in eo actu fidei ſeu ſpei permiſceri: vnde prouenit, quod ſimul cum aliis virtutibus ſemper meritoriè augeatur fides, non è contra.

11. Ad confirmationem ſecuodi argumenti cuius cauſa de habitualis fidei intenſione diſſeruimus, iam ex dictis patet diuerſitas rationis ob quam actus ſnpernaturalis habitum ſuum non producat, neque augeat quamuis naturalis actus in ſuo habitu vtrumque præſtet. Si roges an actus fidei ſupernaturalis alium habitum naturalem producat: Graues Theologi affirmant, quæ ſententia tribus modis defenditur à diuerſis authoribus: Nam aliqui putantes actus virtutum infuſarum eſſe quoad ſubſtantiam naturales, conſequenter dicunt ex his aliquos habitus naturales relinqui ab ipſis actibus phyſicè productos ita tenent Almaſ. in 3. diſtinct. 23. ſequela 3. & diſt. 25. quæſt. 1. & conformis eſt opinio ad doctrinam Scot. ibidem quæſtione prima & Gabriel. quæſt. 2. concluſ. 1. item Marſil. in 3. quæſt. 14. artic. 1. in 3. illius parte dub. 1. ſecundus modus defendendi eamdem ſententiam eſt eorum qui actus virtutum infuſarum ſuperoaturales quoad ſubſtantiam admittunt, & per hos dicunt generari habitum naturalem, qui inſeruiat ad iterandos actus ſupernaturales cum maiori facilitate, etenim concurrendo cum habitibus per ſe infuſis producunt in actibus certum facilitatis modum naturalem à ſubſtantia actus diſtinctum: hunc opinandi modum adducit Vaſq. 1. 2. diſp. 79. cap. 10. numero 45. & 48. & vt probabilem tradit, quamuis illum ſimpliciter non defendat. 3. modus defendendi eamdem ſententiam docet per actus ſupernaturales habitum naturalem acquiſitum generari eiuſdem rationis cum eo qui per actus naturales produceretur: verbi gratia per actum credendi Chriſtum eſſe Deum & hominem gigni quemdam habitum naturalem fidei acquiſitæ eiuſdem rationis cum illa quæ in hæretico circa alios articulos errante reperitur. Ita defendit Bergomenſis in concordantiis D. Thom. dub. 697. exiſtimans eſſe D. Thom. quatenus quæſt. 117. de veritat. artic. 1. ad 4. ait actibus infuſæ charitatis vel generari aliquem habitū dilectionis, vel præexiſtentem augmentari: tuetur etiam Bachan. in 3. diſtinct. 29. artic. 5. in fin. Molin. 1. par. quæſt. 1. artic. 3. diſp. 3. in fine & in Concord. quæſt. 14. artic. 13. diſput. 8. verſus finem. Azor. tom. 1. lib. 3. Inſtitut. Moral. cap. 21. quæſt. 3. Ægidius de moral. ſuper. diſput. 7. dub. 3. numero 27. neque improbabile putat Salas tract. 10. diſpur. 3. ſect. 6. numero 63. licet oppoſitum ſimpliciter defendat: hoc modo declarata opinio cum maiori veriſimilitudine probatur primo, quia hæreticus ob errorem in vno articulo experitur adhuc facilitatem in aſſentiendo aliis articulis fidei: hæc facilitas ab habitu infuſo prouenire non poteſt: ergo ab acquiſito per actum ſupernaturalem fidei. Secundo actus fidei ſupernaturalis eminenter continet naturalem circa idem obiectum: ergo poteſt efficere habitum acquiſitum, qui per naturalem gignitur. Tertio actus ſupernaturalis fidei in ratione generica credendi conuenit cum naturali; ergo vterque inducere poteſt habitum facilitantem ad credendum: nam proprietas generica peræque conuenit ſpeciebus ſub genere contentis. Quarto actus ſupernaturales relinquunt poſt ſe ſpecies memoratiuas, quarum interuentu recordemur nos credidiſſe, actuſque alios contritionis Dei exercuiſſe: ergo ſicut producunt ſpecies, poſſunt producere habitum ſeu facilitatem, quam experimur horum exercitio acquiſiuiſſe.

Oppoſita nihilominus ſententia eſt vera, & Theologorum communis: quam expreſsè tenet D. Thom. 1. 2. quæſt. 5. artic. 4. ad 3. ibidem Caietan. Conrad. Medin. & alij recent. idem docet D. Thom. quæſt. 1. de veritat. artic. 10. ad 19. & artic. 11. ad 14. quare in loco pro contraria ſententia allegato intelligendus eſt non de propria & phyſica productione, ſed prout *generare* magis latè ſignificat aliquo modo cauſare moraliter & diſpoſitiue, qua ratione verum eſt actum ſupernaturalem fidei cauſare poſſe & augere habitum fidei infuſum: hanc etiam opinionem tuentur Valent. tom. 2. diſp. 4. quæſt. 3. punct. 4. & diſp. 5. quæſt. 2. punct. 3. Suar. tom. 3. de grat. lib. 6. cap. 14. Salas vbi ſupra numero 53. Turrian. de fide diſp. 46. dub. 8. item Vaſq. vbi ſupra numero 45. & ſeq. abſolutè hanc partem ſequitur: omiſſiſque aliis rationibus quas vt parum efficaces excludit Salas numero 53. Probatur primo: Philoſophi pariter ac Theologi vnanimi conſenſu cum Ariſtotele lib. 2. Ethic. cap. 1. docent habitus inclinare ad actus ſimiles omnino in 12.

ratione

tatione ſpecifica iis à quibus geniti ſunt : ſed actus fidei ſupernaturalis, ſuppoſito quod nequeat phyſice habitum per ſe infuſum fidei diuinæ producere, ſeu augere, vt probauimus & fatentur contrariæ opinionis auctores, nullum habitum efficere poteſt ſuapte natura inclinantem ad actus ſimiles in ſpecie vltima actibus ſupernaturalibus : ergo nullum habitum phyſicè producere : Minor probatur, nam habitus natura inclinans ad credendum ob diuinam auctoritatem per actum ſupernaturalem eſt habitus fidei diuinæ ; ergo vel ille qui per actum ſupernaturalem producitur ad idem ſimili modo credendum inclioat & eſt habitus fidei diuinæ, vel nullus producitur: habitus enim naturalis acquiſitus inclinare nequit ad ſimiles actus: ſin minus cum ex aduerſariorum opinione hic habitus in hæretico maneat ; in hæretico manebit inclinatio ad eliciendos actus ſupernaturales fidei diuinæ. Secundo habitus qui producitur ab actu habet idem obiectum formale, & materiale, eundemque attingendi & reſpiciendi modum circa idem obiectum, ſolumque diſtinguuotur quod actus in tranſitu, & in actu ſecundo obiectum reſpiciat & attingat : habitus verò in actu primo, & permanenter ad idem teodat, & ſub eadem ratione formali inclinet: ſed nullus habitus acquiſitus, ſiue naturalis, ſiue ſupernaturalis hanc cum actu fidei conuenientiam & proportionem habere poteſt, niſi habitus fidei diuinæ : ergo maior eſt certiſſima: ſicut enim actus per obiecta ſpecificantur, ita habitus per actus & obiecta, ad quæ actuum interuentus referuntur : Ideoque obiectum formale, & materiale fidei habitualis, atque actualis noo diſtinguitur. Tertio, nullo ex tribus modis aſſignatis actus fidei habitom naturalem producere valet ergo, &c. Non primo, quia vt infra in hac quæſtione ſect. 5. oſtendemus, actus fidei eſt ſupernaturalis in entitate, & vt dicitur, ſecundum ſubſtantiam actus non quoad modum tantummodo : ergo iam ille opinandi modus ſublato fundamento corruit. Non ſecundo quia facilitas noo eſt modus aliquis productus in actu, qui facile exercetur, neque ab ipſa entitate actus à parte rei diſtinguitor : vt præſtantiores philoſophi loquentes de habitibus obſeruant, & ootat Suar. diſput. 44. in Metaph. ſect. 6. ſed ſolum eſt habitudo ipſius actus ad principium, à quo maiori cum promptitudine ſeu virtute, aut meliori diſpoſitione efficitur : & quamuis daremus eſſe modum, ſane habitus non ſolet producere facilitatem in actibus diuerſæ rationis, ab iis à quibus productus eſt : ergo ſolum iſte habitus inſeruiret ad facilius eliciendos actus ſupernaturales, & ſic per illum habitum non ſaluaretur experientia, quæ in hæretico negante vnum articulum circa reliquos dicitur permanere. Non tertio quia directè contra illum priores duæ rationes procedunt, neque argumenta, quibus probatur ad illum ſtabiliendum ſufficiunt.

13. Ad primum, dico in primis merito dubitari poſſe de tali experientia quia nullus catholicus illam obſeruare potuit ; vix enim A creditur, quod ille, qui primum omnia catholicè credebat, & ad aliquam hæreſim tranſit, non videat ſe toti Eccleſiæ & Romanæ opponi ; & ſtatim ex noua electione, & diſcrimine in credendis myſteriis fidei non ſentiat ſe infirmiorem, & difficiliorem ad credendum reliquos articulos, quos retinuit, non ob propoſitionem Eccleſiæ, cuius auctoritatem iam deſpexit, neque ob diuinam reuelationem, quæ certo ſolum nobis ab Eccleſia proponitur : ſupereſt ergo vt tantummodo ob humanam fidem, & ex habito credibilitatis acquiſito ex euidentia motiuorum facilitetur ad credendum reliqua myſteria, non ob teſtimonium Dei verum, & vt in ſe eſt ; ſed putatiuum & vt dicam, ſubreptitium, B in quo hæreticus, dum aſſentitur aliis articulis, ipſe decipitur ob deprauatæ ſuæ opinionis exiſtimationem. Denique ad eandem experientiam ſaluandam, ſi qua eſt, etiam iuuant habitus naturales acquiſiti per actus naturales, qui in exercitio virtutum iofuſarum permiſcentur : vt cum aliis antiquioribus docet Suar. tom. 3. de grat. lib. 6. cap. 14. numero 19. Ad ſecundum, nego actum fidei ſupernaturalem eminenter continere naturalem fictitia enim eſt, & impoſſibilis talis continentia per modum cauſæ æqoiuocæ ; licet enim actus fidei ſupernaturalis perfectior, & eminentior ſit naturali, oon ſequitur illum eminenter continere : ſicut ex eo quòd homo ſit perfectius animal leone, non ideo continet C in ſe naturam leonis eminenter. Alias dicam habitum fidei diuinæ eminenter continere actum fidei humanæ, & ad illum influere poſſe, quod eſt manifeſtum abſurdum : concurreret enim in eo caſu ad actum fallibilem: ſimiliterque non minus eſt abſurdum quod actus fidei diuinæ habitum acquiſitum de ſe fallibilem producat, quam habitus infuſus concurrat ad actum fidei humanæ fallibilis. Ad tertiom negaoda eſt conſequentia : nam licet illa ratio generica ſic abſtracta mente concipi poſſit prout in coofuſo dicit vtrumque modum credendi, non tamen eſt aliqua proprietas generica, quæ æqualiter actui fidei humanæ, & diuinæ naturali & ſupernaturali conueniat, immo ſunt duæ rationes ſeu modi credendi omnino diſparati, quorum vnuſquiſque dicit negationem alterius, nam modus credendi fidei humanæ eſt fallibilis; fidei verò diuinæ infallibilis. Vnde impoſſi- D bile eſt, vt actus qui alterum ex his modis à parte rei continet, gignat habitum ſibi non correſpondentem, ſed diſparatum, & oppoſitum, & multo minùs gignere poterit habitum ſecundum illam rationem confuſam abſtrahentem ab vtroque modo credendi, qui nec inclinaret ad credendum fallibiliter, nec infallibiliter : neque ob teſtimonium diuinum, neque ob humanum : hoc enim omnino inintelligibile eſt, & impoſſibile : cum actus fidei ſupernaturalis hanc in ſe non habeat indifferentiam, ſed omnino determinatus ſit ad credendum ob Dei auctoritatem non falſo exiſtimatam, ſed verè applicatam ad obiectum creditum. Ad quartum, reſpondeo ſpecies memoratiuas relinqui ex cognitione ex-

perimentali ipſorum actuum ſupernatura- A
lium virtualiter ſeu formaliter reflexa, per
quam aduertimus nos credere Dei myſteria,
& illum amare, ac de peccatis pœnitere, &
ſimilia, quæ cognitio ſi eſt formaliter reflexa,
naturalis eſt, & attingit imperfectè ipſos
actus ſupernaturales ad modum naturalium,
vnde ſpeciem naturalem relinquere debet
memoriæ inſeruientem: verum quia ſuperiori
quæſtione indicauimus ipſum actum cogni-
tionis ſupernaturalem eſſe virtualem ſui re-
flexionem, & experientiam: vt aliqui exiſti-
mant: addo hanc experientiam aliud obie-
ctum habere, diuerſum, ab ipſo actu credendi,
nempe ipſam cognitionem, adeo imperfectè
cognitam, vt inter naturalem, & ſuperna-
turalem non diſcernatur: quamobrem ſpecies
memoratiua, quæ veluti veſtigium illius re- B
linquitur, etiamſi ſupernaturalis ſit, non ma-
gis perfectè, & clarè actum præteritum re-
præſentat, quam antea ipſe ſe ipſum refle-
xione virtuali agnouit, quæ cum imperfecta
fuerit, & confuſa, non aliter repræſentatur in
ſpecie relicta ad actum memoratiuum. Longe
diuerſa ratio eſt de habitu, qui ad idem obie-
ctum, & eodem modo tendit habitualiter ſeu
permanenter in actu primo, quo actus in
tranſitu, & in actu ſecundo fertur, vt dixi.
Tertium dubium erat an hic habitus à Deo
potentiæ intellectiuæ infunderetur: ſed quia
in hoc puncto plures difficultates inuoluun-
tur ſigillatim lectione ſequenti expedientur.

Qualis ſit habitus fidei diuinæ à ſolo Deo C
in intellectu productus.

SECTIO II.

1. CIrca qualitatem habitus potentiæ intel-
lectiuæ infuſi quatuor in conſideratio-
nem venire poſſunt. Primum, vtrum vna ſim-
plex qualitas ſit, an multiplex: ſecundum, ſpe-
culatiuus ne ſit an practicus: tertium, an in-
tellectualis virtus cenſeatur: quartum, an præ-
ter habitum fidei infundantur aliquæ ſpecies
ſupernaturales, quæ habitui ſubſeruiant in
eliciendo fidei aſſenſu. Verum antequam hæc
dubia expediamus, tanquam certum ſupponi-
mus fidem habitualem eſſe in intellectu, cum
D. Thom. 2. 2. quæſt. 4. artic. 2. & omnibus
catholicis Theologis ibidem: item in 3. diſt.
13. & 24. quidquid ignorantes hæretici Cal-
uini ſectatores garriant, illumque in volun- D
tate eſſe probent ex Paulo ad Roman. 10.
Corde creditur ad iuſtitiam. Verum horum
inanem vecordemque cordis fiduciam ad ini-
tium huius diſput. confutauimus: & ex eo-
dem loco D. Pauli conuincuntur: quippe qui
ante illa verba dixerat. *Si confiteris in ore tuo
Dominum Ieſum Chriſtum, & in corde tuo
credideris quod Deus illum ſuſcitauit à mortuis,
ſaluus eris.* Ex quibus verbis patet fidem
de qua Paulus loquebatur, eſſe illam, qua cre-
dimus & confitemur Chriſtum à mortuis re-
ſurrexiſſe: quod fit interiori intellectus aſſen-
ſu, externæ oris confeſſioni correſpondente:
addit verò Apoſtolus nos corde credere, quia
vt in hac quæſtione videbimus, aſſenſus fidei
eſt liber, & actum voluntatis ſupponit, ab
eoque libertatem & meritum mutuatur. Pro-
baturque hæc veritas, quia actus ad quos
eliciendos hic habitus infunditur, ſunt aſſen-
ſus intellectus obſcuri de ſe & ineuidentes,
quia, *Fides eſt argumentum non apparentium*,
ad Hebræos 11. cuius interuentu videmus
per ſpeculum & in enigmate, Corint. 13.
numero 2. At quis ſanæ mentis hæc Apoſtoli
verba ad actum vel habitum voluntatis ac-
commodare poterit? eſt igitur fides habitua-
lis, habitus inclinans ad aſſentiendum rebus
reuelatis ob Dei teſtimonium, & conſequen-
ter intellectualis: an vero ſit vna ſimplex
qualitas, iam dicam. 2.

Prima Concluſio: fides habitualis eſt vna
qualitas ſimplex ad omnes actus fidei incli-
nans: ita docent fere omnes Theologi cum
D. Thoma quæſt. 4. citata artic. 6. & diſt. 23.
& 24. citatis: eſt tamen contra aliquos ta-
cito nomine relatos à Suar. de fide diſp. 7.
ſect. 5. numero 5. & Coninc. de moralitat.
act. ſuper. diſp. 16. dub. 2. numero 2. vbi
hanc concluſionem tradunt, ille numero 2.
hic numero 12. illi verò authores diſtingue-
bant quoddam lumen ab ipſo fidei habitu,
iuxta illud Pſalm. 4. *Signatum eſt ſuper nos
lumen vultus tui Domine*: & 2. ad Corint. 4.
*Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere
illuxit in cordibus veſtris ad illuminationem
ſcientiæ, &c.* 1. Petr. 2. *Qui vos vocauit de te-
nebris in admirabile lumen ſuum*: dicebant
enim ſicut in ſcientia præter habitum requi-
ritur lumen intellectus naturale, ita in fide
diſtinguendum eſſe habitum inclinantem ad
aſſenſus ab ipſo ſupernaturali lumine infuſo.
Verùm ſine neceſſitate, & ſine fundamento
rationis diſtinguuntur hæc duo: vtrumque
enim officium præſtat habitus fidei, immo
neque ſeparabilia, ſeu diſtincta officia ſunt,
nam habitus fidei in tantum dicitur ſuperna-
turale lumen, in quantum intellectui confert
poteſtatem, vt cum habitu concurrens aſſen-
ſus eliciat ſupernaturales circa credibilia;
quæ non videt, & ſuperant ipſius naturale
lumen: & ſicut actualis illuminatio potentiæ
ab ipſo aſſenſu fidei prouenit, ita habituale
lumen ſupernaturale ipſius, in habitu ad hos
aſſenſus inclinante conſiſtit: confirmatur,
quia lumen naturale non diſtinguitur ab ipſa
potentia intellectus, ergo etiam ſupernatu-
rale diſtingui nequit ab habitu, qui poteſta-
tem confert intellectui ad actus ſupernatu-
rales fidei eliciendos; & ideo illum inſtar po-
tentiæ ſe habere diximus ſectione præce-
denti: in ſacra igitur ſcriptura ideo fides di-
citur lumen, quia efficit, vt aſſentiamur ob-
iectis fidei: & præterea quatenus Deus gra-
tia ſuæ illuminationis noſtrum intellectum
præuenit ad credendum per fidem ea, quæ
alias, aut nullo modo, aut tam certo agnoſce-
re non poſſumus: hac ergo ſententia reiecta,
vt omnino improbabili, probatur concluſio;
Primo, quia fides noſtra dicitur vna: ad Epheſ.
4. item primo ad Corint. 13. & ad Hebr. 11.
ſemperque ſacra ſcriptura loquitur de fide vt
vna: & habetur Clem. 1. de ſumm. Trinitat.
§. quia verum: & eſt expreſſa ſententia D.
Auguſtin.

Auguſtin. qui lib. 13. de Trinitat. cap. 2. ait de fide habituali : *Hæc autem in animo credentis eſt, et tantum conſpicua cuius eſt: quamuis ſit & in aliis non ipſa, ſed ſimilis, non enim numero eſt vna, ſed genere : id eſt*, in communi eiuſdem ſpeciei : eudem modo loquuntur coocilia, & probatur ex D. Thom. quia vnam habet hic habitus rationem formalem à qua ſpeciem deſumit, quam vt vidimus quæſtione ſecunda ſect. 1. ſiue conſideretur ratio ſub qua, ſiue propter quam, vna eademque eſt reſpectu omnium actuum fidei quod euidenter probat habitum qualitatem eſſe ſimplicem : Nam qui ſcientiæ habitum vnam multorum habituum collectionem eſſe dicunt, vnamquamque partialem ſcientiam ab aliis partialibus diſcriminant per rationem formalem motiuam ſeu *propter quam* diuerſam ; ſunt enim diuerſæ veritates à diuerſis motiuis, ſeu mediis deductæ : non ita fides quæ vnam tantum rationem motiuam nempe diuinam veritatem reuelatam reſpicit ; ideoque neceſſario eſt vna ſimplex qualitas : vt bene aduertit Marſil. in 3. quæſtione 14. artic. 1. Almain. in 3. diſtinct. 23. quæſtione 7. Notandum tamen fidem non dici ſimplicem qualitatem, reſpectu partium intenſiuarum, quæ in qualitate ſpirituali etiam admittuntur, ſed reſpectu extenſionis : nam licet fidelium cognitio extenſiua augeatur, & ad plura obiecta extendatur materialiter, fidei lumen habituale, quantumuis remiſſum, inſeruit ad ea omnia credenda ſine aliqua ſui extenſione, ſeu entitatiuo augmento ex hoc capite proueniente : non eſt tamen negandum propter hunc habitum aliquas ſpecies requiri quæ apprehenſioni neceſſariæ ſunt. Nam ante aſſenſus fidei, qui ſunt cognitiones iudicatiuæ, quæ ad ſecundam mentis operationem ſpectant, præcedere debent cognitiones apprehenſiuæ, quæ pertinent ad primam operationem : ſicut ergo ad aſſenſus fidei requiritur habitus, ſic etiam neceſſariæ ſunt ſpecies impreſſæ, quæ antecedentibus apprehenſionibus circa res fidei deſeruiant, an hæ naturales ſunt, vel ſupernaturales, dicemus in quarta Concluſione pro reſolutione quarti dubij.

3. Secundum dubium erat, an hic habitus eſſet practicus, an ſpeculatiuus: ad quod ſuppono ex Ariſtotele 3. de Anima cap. 10. text. 5. habitum practicum inclinare ad ad notitiam, quæ ad praxim ſiue operationem ordinetur, quæ praxis operatio eſt cuiuſcumque potentiæ : neque limitatur ad ſolam operationem voluntatis : vt aduertit Vaſq. 1. par. diſp. 8. cap. 5. Turrian. de fide diſp. 38. dub. 6. cum D. Thom. Greg. Capreulo & aliis : & præterea opus eſt vt notitia practica non ſolum verſetur circa praxim, ſed etiam vt verſetur circa rem operabilem modo operabili, id eſt, dirigendo peculiari ratione ad opus, ſiue ſit externum artificium, ſiue quoddam mentis arte factum, nempè ſyllogiſmus : Nam ſi ſatis eſſet ad notitiam practicam, quod poſſit

A mouere voluntatem vt volebat Scotus quæſtione quarta prologi §. ad quæſtionem, omnis ſcientia eſſet practica : nam quando ſolum in pura veritatis contemplatione ſcientia occupatur poteſt voluntatem prouocare ad declarationem ex conſideratione eorum quæ contemplatur : quia per Ariſtotele lib. 1. Ethic. cap. 7. & 8. ex perfecta ſpeculatione perfecta declaratio naſci poteſt, vt experientur qui cum voluptate ſcientiarum ſpeculatiuarum ſtudio animum appellunt. Item cognitio ſpeculatiua poteſt excitare tædium, amorem, aut odium obiecti, quod contemplatur : hoc poſito aliqui dixerunt habitum fidei eſſe ſpeculatiuum alij, eſſe practicum, alij neque practicum, neque ſpeculatiuum, ſed affectiuum eo quod ad mouendum affe-
B ctum ordinaretur ; quarum opinionum auctores vide apud Turrianum citatum. Tandem Caietan. 2. 2. quæſtione 4. artic. 2. docet fidem eſſe habitum eminenter practicum, & ſpeculatiuum non formaliter, quia alioqui vnus tantum habitus eſſe non poſſet qui has duas habituum differentias formaliter complecteretur.

Secunda Concluſio. Habitus fidei vnicus eſt formaliter ſpeculatiuus, & practicus : deducitur ex D. Thom. 2. 2. quæſtione 4. art. 2. & 6. & eſt expreſſa ſententia Suar. de fide diſp. 7. ſect. 1. numero 7. Vaſq. 1. part. diſp. 9. cap. 3. Lorcæ 2. 2. diſput. 26. Turrian. dub. 6. citato Ægid. de moralitat. actuum ſupernat. diſput. 16. dub. 2. concluſ. & 6. Probatur 4.
C quia ex habitu fidei eliciuntur aſſenſus qui in ſola veritatis contemplatione ſiſtunt : vt Deum eſſe Trinum & vnum : ſpiritum ſanctum procedere à patre & à filio tanquam ab vno principio : & ſimiles, qui actus nullo modo ad praxim ordinantur : & præterea idem habitus alios aſſenſus producit in toto rigore practicos : Nempe Deum Trinum & vnum eſſe credendum, & ſuper omnia diligendum, æternam beatitudinem ſperandam, quæ cognitiones manifeſte dirigunt praxim. Ergo habitus fidei eſt ſimul ſpeculatiuus & practicus : quod ſane ſacra, pagina declarauit, quando nunc de fide vt ſpeculatiua, nunc vt practica loquitur, cum tamen vna ſit : ſpeculatiuam fecit Paulus ad Coloſſenſes 3. *Nos autem reuelata facie*
D *gloriam Domini ſpeculantes* : & ad Hebræ. 11. *Fide credimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei*. Practicam ad Galat. 5. *Fides per charitatem operatur* : item Iacob. 2, *Fides cooperabatur operibus eius* : quod vero vtrumque habeat fides formaliter, ſic oſtendo; eadem ratio formalis, nempè diuina veritas reuelans informat obiecta materialia fidei partim ſpeculatiua, partim practica: ergo vnus, & idem habitus fidei formaliter eſt ſpeculatiuus & practicus : Nam ſi ſolum reuelatæ eſſent veritates ſpeculatiuæ, habitus fidei tunc formaliter eſſet ſpeculatiuus, & ſimiliter ſi ſolum reuelarentur practicæ, eſſet practicus formalite: ſed ad vtraſque ordinatur & aſſenſus alios practicos alios ſpeculatiuos propriiſſimè elicit: ergo ſimul eſt practicus & ſpeculatiuus formali-

ter. Vnde ad rationem Caietan. dico practi- A cum, & ſpeculatiuum tunc eſſe differentias habituum, quando cum adæquato ipſorum obiecto reciprocantur, non verò quando ad obiectum alicuius habitus inadæquatum ſpectant, & ob hanc rationem dixit D. Thom. 1. part. quæſtione 79. artic. 11 facultatem intellectricem per practicum, & ſpeculatiuum diſtingui non poſſe: quia neutrum determinat obiectum adæquatum potentiæ, quæ tum practicam tum ſpeculatiuam producit cognitionem. Vnde quamuis alij habitus naturales ſint partim practici, partim ſpeculatiui, quia vt exiſtimo, vnus, & idem ad aſſenſus ita diuerſos ordinari non poteſt: longe diuerſa ratio eſt in habitu fidei, nam reliqui noſtris actibus acquiruntur, & vnuſquiſque ſolum inclinat B ad aſſenſus ſimiles iis à quibus genitus eſt: ſi ergo genitus eſt ex aſſenſu ſpeculatiuo, ſpeculatiuus eſt, practicus ſi ex practico. Attamen habitus fidei qui per modum potentiæ à Deo infunditur vtrumque formaliter habere poteſt, quia ad vtriuſque generis aſſenſus peræque ordinatur.

5. Tertium dubium erat, an fides ſit virtus intellectualis? & quidem Gloſſa magna in cap. firmiter de ſumma Trinitat. ſolum fidem formatam virtutem dixit, à qua fideles nuncupentur: verum ſect. ſequenti examinabimus quæ de duplici ſpecie fidei hoc loco docet Gloſſa: nunc vero ad explicationem præſentis difficultatis prænotanda eſt diuiſio virtutis tradita ab Ariſtotele 2. Ethicorum cap. 1. item D. Thom. 1. 2. quæſtione 58. art. 3. in intellectualem, & moralem. Intellectualem in intellectu, moralem in voluntate conſtituunt: fidem ergo proprie & in rigore virtutem non eſſe tradit Durand. in 3. diſtinct. 23. quæſtione 6. numero 7. Gabriel. ibidem quæſtione 7. dub. 4. Caietan 2. 2. quæſtione 4. artic. 5. & probant primo quia ex Ariſtotele 7. Phyſic. cap. 3. text. 17. definitur virtus, quod ſit diſpoſitio perfecti ad optimum: ſed cognitio fidei eſt imperfecta ſecundum Pauli 1. ad Corint. 13. ideoque in patria non permanet, ergo fides non eſt cognitio perfectiua & conſequenter nõ eſt intellectualis virtus; neque item moralis, quia non eſt in voluntate. Secundo quia ad rationem virtutis opus eſt vt perficiat potentiam vltimo modo: vt ait D. Thom. in 3. diſtinct. 23. quæſtione 2. artic. 3. quæſtiuncula 3. in corpore: ſed fides non ita perficit intellectum: nam licet illum faciat circa verum verſari, non tamen cum euidentia obiecti à ſe cogniti: ergo fides non eſt virtus intellectualis: & hanc conſequentiam totidem verbis deduxit ex hoc fundamento D. Thom. citatus; & quamuis 2. 2. quæſtione 4. artic. 5. in corpore dicat fidem eſſe virtutem, hoc limitat ad fidem formatam charitate, negatque fidem informem eſſe virtutem. In quo idem docet quod Gloſſa ſupra citata. Tertio Ariſtotel. Ethicorum lib. 6. cap. 4. numerauit virtutes intellectuales inter quas nullam fidei fecit mentionem.

Tertia Concluſio. Fides vera virtus eſt in- 6. tellectualis: non tamen habet ſtatum perfectæ virtutis, quando eſt informis: hæc concluſio exponit diuerſos loquendi modos, quibus theologi loquuntur: aliqui enim fidem virtutem eſſe negant ſine charitate: alij hoc concedunt: priores loquuntur de ſtatu virtutis ſimpliciter & abſolutè perfectæ: poſteriores habitum fidei conſiderarunt ſecundum ſe, prout intellectum ad verum ſupernaturale cognoſcendum inclinat: ſane hac ratione melius explicatur D. Thom 2. 2. quæſt. 4. artic. 5. item in illa quæſtiuncula ſupra citata, vbi negat fidem eſſe virtutem: cum tamen 1. 2. quæſt. 62. artic. 1. & quæſtione 14. de veritate, artic. 3. ſimpliciter fidem virtutem eſſe affirmet: Nam idem D. Thom. 1. 2. quæſtione 56. artic. 3. diſtinguit conſiderationem fidei: Nam vel poteſt ſecundum ſe conſiderari quatenus præcisè pertinet ad intellectum, vel prout voluntati ſubiicitur, ab illaque moralem denominationem accipit: item quatenus eſt virtus ſimpliciter hominem faciens bonum, & operationem eius bonam ſimpliciter in ordine ad finem ſupernaturalem conſequendum, atque adeo condignam: & prout ſecundum quid eſt virtus quæ facit hominem bene operantem, ideſt bene intelligentem, vereque & rectè de ſupernaturalibus iudicantem: ſicut philoſophia facit hominem bonum philoſophum, non ſimpliciter C bonum; quamuis actus fidei etiam informis ſuam habeat honeſtatem actu ſcientiæ longe perfectiorem: hoc poſito in prima concluſionis parte oſtendimus, quomodo loquendum ſit de fide ſecundum ſe & intrinſecè; diximuſque non poſſe negari illam præciſam à charitate eſſe veram virtutem theologicam, quæ in homine manet ſeparata charitate, vt docet Tridentin. ſeſſio. 6. can. 28. vbi damnat aſſerentes fidem, quæ remanet ſine charitate, non eſſe veram fidem. Atqui vera fides eſt theologica virtus donum Dei ex tribus à Deo infuſis: negari ergo nequit ſecundum ſe eſſe veram virtutem intellectualem: & in hoc ſenſu loquuntur patres, & ſcriptura ſacra: nam ad Coloſſens. 2. numero 2. ſignificat Paulus per fidem dari fidelibus, *Diuitias plenitudinis intellectus*: & D Concilium Mileuit. cap. 4. de fide exponit illum verſiculum Pſalm. 65. *Qui docet hominem ſcientiam*: Vnde ſimpliciter primam noſtræ concluſionis partem tenent Capreol. in 3. diſtinct. 23. quæſtione 1. Paludanus & alij ibidem. Valent. tom. 3. diſput. 1. quæſt. 4. punct. 5. Suar. de fide diſput. 7. ſect. 1. numero 9. Vaſq. 1. part. diſput. 5. cap. 4. hanc vero primam, & ſecundam tradunt Bannes 2. 2. quæſtione 4. artic. 5. dub. 1 Aragon. ibidem concluſ. 1. & 2. Turrian. de fide diſp. 40. dub. 1. Ægidius de moralit. act. ſuper. diſput. 16. dub. 3. Lorca 2. 2. quæſt. 3. diſp. 22. Probatur primò prima pars, quia virtus eſt habitus potentiam citra defectum ad bonum ſuum inclinans; ſed bonum intellectus eſt verum ad quod fides infallibiliter determinat intellectum; nunquam enim illi ſubeſſe

eſſe falſum poteſt ; neque ad illud inclinare : ergo eſt vera virtus intellectus, & conſequenter intellectualis in quo ſane miror modum loquendi Caietaoi, qui cum fidem, intellectus virtutem dici poſſe exiſtimauerit, nihilominus virtutem intellectualem eſſe negauerit. Secundo maior eſt perfectio intellectus, fides, quam ſcientia naturalis, nam Ariſtotel. ſecundo de partibus animalium cap. 3. docet melius eſſe res ſuperiores, vel leuiter attingere : quam inferiores exacte cognoſcere : ſed ſcientia eſt virtus intellectualis ; ergo cum hæc res naturales agnoſcat, fides vero ad cognitionem rerum ſupernaturalium perueniat, & maiori certitudine quam ſcientia res naturales percipiat, ſequitur fidem potiori iure virtutem eſſe intellectualem. Tertio : de ratione virtutis non eſt vt ad maximum potentiæ bonum potentiam deducat ; quia alioqui vna tantum virtus eſſet in potentia, quæ illam ad bonum ſummum inclinaret, & vna tantum ſcientia in intellectu, quæ perfectiſſimo modo rerum naturas per altiſſimas cauſas perſcrutaretur : quod nullus philoſophus admittet : ergo ad rationem virtutis ſufficit quod attingat proprium bonum potentiæ in qua eſt, & eo modo quo pro ſtatu huius vitæ attingi poteſt : ſed myſteria fidei cognita per fidem ſunt veritates, ad quarum cognitionem certiſſimam fides intellectum deducit eo modo, quo pro huius vitæ ſtatu cognoſci poſſunt de lege ordinaria : ergo hoc ſatis eſt, vt vera virtus intellectualis eſſe æſtimetur : dico virtutem intellectualem vt habitum fidei diſtinguam ab alio habitu, quem ipſa fides requirit ex parte voluntatis de quo an virtus theologica ſit, vel moralis, in hac quæſtione infra ſectione vltima diſſeremus. Secunda Concluſionis pars patet : Nam licet fides informis, & formata eſſentialiter non differant, neque aliquid reale intrinſecum habeat vna, quod altera non habeat, vt ſequenti ſectione dicam: tamen quando fides eſt informis, perfectum virtutis ſtatum non habet : quia vt latè ducet Auguſtin. lib. 4. contra Iuuenian. cap. 3. nulla virtus habet ſtatum perfectæ virtutis niſi poſſit eſſe fructuoſa, & vitæ æternæ meritoria : Nam aliàs virtus, & illius opera mortua dicuntur, & inutilia, reſpectu finis ſupernaturalis ad quem homo per dona ſupernaturalia à Deo ordinatur, ſed quando ipſe actum fidei exercet in mortali peccato, ille actus non poteſt proportionari neque dignificari, vt ita dicam ab habitu fidei, quo vitæ æternæ meritorius cenſeatur : ergo neque ſimpliciter bonum chriſtianum appellat quamuis de ſe moraliter bonus ſit, & vere chriſtianum faciat, vereque fidelem denominet : hoc igitur loquendi modo vſus D. Thom. cum Auguſtin. fidem informem virtutem eſſe negauit, id eſt virtutis perfectum ſtatum non habentem : *Etſi habeat perfectionem debitam actus fidei informis ex parte intellectus*, vt ait idem ſanctus Doctor.

7. Ad primum reſpondeo in eo loco Ariſtotelem loqui de virtute in laxiori ſignificato pro ea qualitate, qua res ad ſuas functiones ritè obeundas idonea redditur : quomodo virtutis nomen non modo animalibus brutis, qui robore & pulchritudine in ſua ſpecie præſtant, ſed etiam arte factis tribuitur, vt circulo, qui debitam ſuæ naturæ formam ſortitur, cum perfectam habet rotunditatem : quare doctrina hæc non pertinet ad moralem ſeu intellectualem virtutem. Deinde aliter ex Græco verba Ariſtotelis fidelius traosferuntur, nempe : *Virtus perfectio quadam eſt : Nam vnum quodque perfectum tunc dicitur cum ſuam ipſius virtutem nactum eſt* : quare non oportet vt virtus potentiam ad optimum, quod in eo genere eſſe poteſt, inclinet, vt in tertia ratione pro prima concluſionis parte dixi. Ad ſecundum ſimiliter dico non opus eſſe vt virtus intellectualis circa ſupernaturalia perfectiſſimo modo potentiam intellectiuam eleuet, ſatis enim eſt ſi modo conuenienti ſtatui huius vitæ circa verum ſupernaturale verſari faciat : & D. Thom. in eo loco ſolum docet fidem non eſſe virtutem vndequaque perfectam, in ratione intelligendi ; quia ei deeſt euidentia : non tamen negat eſſe virtutem intellectualem in ratione certo & infallibiter res diuinas agnoſcendi. Ad tertium dico, mirum non eſſe ſi Ariſtoteles non numerauerit fidem diuinam inter virtutes intellectuales, cum non agnouerit aliam fidem humana perfectiorem : fide verò humana propter ſuam ineuidentiam, & fallibilitatem, non inclinat intellectum ad ſuum bonum nempe ad verum immutabiliter ; ideoque à vera virtutis intellectualis ratione deficit.

8. Quartum dubium erat, vtrum cum hoc habitu, ſeu præter illum aliquæ ſpecies per ſe ſupernaturales in entitate nobis infundantur ad actus fidei ſupernaturales eliciendos ; vel ſaltem ex primis actibus fidei, quos ſupernaturales eſſe in entitate infra probabimus, relinquantur : ad quod ſuppono probabiliorem philoſophorum opinionem aſſerentium ex actibus intellectus relinqui ſpecies impreſſas memoratiuas ; quam docet D. Thom. 1. par. quæſtione 12. artic. 9. ad 2. & 2.2. quæſtione 175. artic. 4. ad 3. de veritate quæſtione 20. artic. ad 4. Scot. in 2. diſtinct. 3. quæſt. 9. Greg. in 2. diſtinct. 7. quæſtione 5. artic. 1. Capreol. in 3. diſtinct. 24. quæſtione 2. artic. 3. Fonſeca 1. metap. cap 2. quæſtione 3. ſect. 8. Molin. 1. part. quæſt. 57. artic. 4. Suar. 3. parte tom. 1. diſput. 17. ſect. 2. ad fin. Bannes 1. part. quæſtione 12. artic. 11. & Caietan. 2. 2. quæſtione 175. artic. 1. & 1. part. quæſtione 56. artic. vltimo. Suppoſita igitur hac probabili ſententia quod ex actu iudicatiuo intellectus relinquatur in eadem potentia ſpecies impreſſa, quæ eadem obiecta vt antea cognita repræſentet : poſtquam primum actum fidei exercet fidelis ſicut à Deo ſtatim accipit habitum ſupernaturalem vt ſectione : ſequenti dicetur, ita vel à Deo accipiet, vel ex ipſo actu ſupernaturali reſultabit ſpecies ſupernaturalis, quæ cognitioni, & apprehenſioni fidei inſeruiat. Etenim habitus ſupponunt apprehenſiones

præcedentes ad actus indicaturos, per quos extremorum conuexiones attinguntur, quod ſpecies præſtare nequeunt: hanc ſententiam à nonnullis recentioribus defendi teſtatur Turrianus de fide diſput. 18. dub. 5. neque improbabilem credit, quamuis rem non audeat definire: & iuxta illam exiſtimat loqnutum Suar. 3. part. tom. 2. diſp. 19. ſect. 3. §. dico primo: vbi de Beata Virgine ait. *Veriſimilius eſſe habuiſſe Beatam Virginem cognitionem ſupernaturalem per ſe infuſam, quoad lumen & ſpecies.*

9. Quarta Concluſio. Neque requiruntur ſpecies impreſſæ per ſe infuſæ ad apprehenſiones circa obiecta fidei diuinæ, neque vt veriſimilius exiſtimo, ex actibus ſupernaturalibus relinquuntur. Primam huius aſſertionis partem tenet Ægidius de moralit. B act. ſupernat. diſput. 16. dub. 2. concluſ. 2. & ab eodem citatur Turrianus cum communi ſentent ſed neque Turrianus communem in hoc puncto ſententiam refert, ſed ſolum in hoc quod ex actu intellectus relinquatur ſpecies expreſſa: neque ipſe ſuam declarauit ſententiam alio modo quam diximus, iudicando non eſſe improbabilem ſententiam noſtræ aſſertioni contrariam: clarius vtramque illius partem tradidit Suarius, priorem de fide diſpur. 7. numero 4. & poſteriorem tom. 3. de gratia lib. 6. cap. 14. numero 13. neque in loco citato à Turriano ſignificauit impreſſas ſpecies ſupernaturales cognitionibus apprehenſiuis ne- C ceſſarias eſſe ad actus fidei, ſed ſolum dicit habuiſſe beatam Virginem cognitionem ſupernaturalem quoad lumen & ſpecies; ſtatimque addit: *Itaut obiecta fidei modo Angelico per altiores ſpecies illi fuerint diuinitus propoſita independenter à phantaſmatibus*, quia exiſtimauit habuiſſe Beatam Virginem modum digniorem cognoſcendi myſteria fidei per ſpecies indebitas hominibus, nempe à phantaſmatibus independentes; & infuſo aliquo lumine ſupernaturali illuſtratam fuiſſe illius mentem: vt clarius & diſtinctius myſteria fidei agnoſceret, non ita tamen vt ſcientiam habuerit euidentem myſteriorum fidei vt infra §. *dico* 3. declarat: quod D ego non de euidentia quæ ſolum eſt in atteſtante; ſed de cognitione euidenti myſteriorum in ſe certiſſimum credo, ne meritum fidei Deiparæ, quæ in ſtatu viatoris erat, adimere videamur. Itaque etſi demus quod ex priuilegio ſpecies habuerit Beata Virgo à Deo per ſe infuſas, quarum interuentu myſteria fidei præſtantiori modo cognoſceret, illas tamen de lege ordinaria, neque concedi neque neceſſarias eſſe cum eodem Suario arbitramur. Probamur ergo prima pars aſſertionis: nam cum res fidei ſupernaturales à nobis confusè apprehendantur naturali modo per analogiam ad cæteras res naturales, non eſt opus aliis ſpeciebus vti, quam naturalibus: ipſa enim confuſa apprehenſio obiecti ſupernaturalis per ſpeciem alienam accommodata eſt iudicio, quod non attingit veritatem connexionis vt in ſe eſt; ſed ſolum ex teſtimonio Dei pro- A poſitioni de fide aſſentitur: vnde altera pars facile ſuadetur: Nam eodem modo obſcure apprehendimus res fidei quando primum elicimus actum fidei, atque quando poſtea eoſdem actus repetimus, & tam obſcurè agnoſcimus ipſas res creditas, & cognitionem præteritam, atque illam experti ſumus, quando erat: ſed quando erat actus fidei non fuit cognitus quoad ſuam ſupernaturalitatem: ergo neque ex eo relinqui poteſt aliquod veſtigium ſupernaturalitatis antea cognitæ; & conſequenter neceſſaria non eſt ſpecies ſupernaturalis, ſiquidem illam non vt in ſe eſt, ſed modo naturali repræſentare debet.

Hinc patet reſponſio ad id quod pro priori ſententia adductum fuit de ſpecie me- 10.
B moratiua: Nam ſuppoſita illa communi ſententia dico ſpeciem memoratiuam, mediante qua recordamur actus ſupernaturalia præteriti, eſſe naturalem: primo quia forſitan non relinquitur niſi ex cognitione formaliter reflexa, & naturali; qua actum ſupernaturalem cognouimus, quando erat præſens: vel ſi immediate ex actu virtualiter ſupra ſe reflexo & ſupernaturali reſultet, ideo naturalem eſſe, quia non ſe cognoſcit clare, ſed obſcurè & confusè quoad ſpecificam naturam ipſius. Dices: id quod per ſe ipſum, vel per ſpeciem propriam cognoſcitur, non poteſt cognoſci aliter quam ſit: ergo ſit actus per ſe ipſum cognoſcitur non debet cognoſci C aliter quam ſit; reſpondeo hoc argumentum eandem vim habere ſiue actus per ſe ipſum, ſiue per alium formaliter reflexum, & diſtinctum realiter agnoſcatur: & ipſam experientiam oſtendere non ſolum non agnoſci actum ſupernaturalem vt in ſe eſt, ſed neque actum ſpiritualem, quoad naturale eſſe gradus ſpiritualis: quod ſanè prouenit ex noſtro imperfecto agnoſcendi modo in corpore cum dependentia à corporeis phantaſmatibus: ſicut enim ex ſenſibus cognitio noſtra originem trahit, ita ſemper res corporeo modo & cum recurſu ad phantaſmata intelligere oportet. Vnde etiam quando intellectus experitur in re, rem vel actum, quem eſſe ſpiritualem, ſeu ſupernaturalem arguitiuè, & ex D principiis de fide cognoſcit; verbi gratia animam ſibi præſentem & actum amoris Dei ſuper omnia, actumque quo credit Deum eſſe trinum & vnum, non poteſt hæc niſi inſtar rerum corporearum, & naturalium percipere.

Vtrum fides informis à Deo producatur & conſeruetur.

SECTIO III.

1. AD declarationē huius difficultatis prius explicare oportet per quid fides formetur, & quomodo formata ab informi diſtinguatur, vt poſtea inquiramus an ita informis à Deo produci vel cōſeruari queat. Quod igitur ad formationem fidei ſpectat, certum eſt fidem gratia & charitate formari, & ſine his informem eſſe: vnde Auguſt. tract. 49. in Ioann. fidem

fidem charitate formatam, animæ animam nuncupauit, *Anima tua anima fides eſt*: de illa vero fide loquitur de qua tract. 10. in epiſtol. Ioann. ait, *Fides opus eſt dilectio dicente Paulo, fides per dilectionem operatur.* Verum de modo quo charitas fidem format docet Richardus in 3. diſtinct. 23. artic. 5. quaſt. 1. charitatem non ſolum moraliter, ſed etiam phyſicè informare fidem: credit enim quando duo principia in aliquo ſubiecto ſunt ſubordinata in ordine ad aliquam operationem, vnum alterum perficere: & hoc modo ait voluntatem eſſe in anima mediante intellectu, ſimiliterque charitatem mediante fide in eadem anima radicari. Verum hæc ſententia ab omnibus Theologis merito reiicitur: Nam fides eſt in intellectu, quæ diuerſa potentia eſt à voluntate, in qua charitas reſidet: & hæ duæ potentiæ ſi realiter diſtinguutur ab anima vt probabilior opinio fert, vtraque immediatè vnitur animæ: neque Richardi ſundamentum verum eſt, quando principia non ſunt ita ſubordinata, vt ad eundem effectum cum hac ſubordinatione concurrant: vt habitus & potentia ad eundem actum: at charitas ad diuerſum actum ordinatur ab eo, ad quem fides inclinat, quamuis enim voluntatis actus ſupponat cognitionem intellectus, & charitas ſupponat fidem, non ideo voluntas intellectui inhæret, neque habitus charitatis inhæret habitui fidei: quod ex ipſius auctoris dictis conuinco. Nam ſi voluntas inhæret intellectui, & habitus fidei eidem intellectui infunditur, cum hic habitus fidei, neque ſit forma voluntatis, neque ſubiectum illius, & habitus charitatis voluntati inſit, non poteſt informare habitum fidei neque phyſicè & immediatè illi inhærere, ne in duobus ſubiectis realiter diſtinctis ineſſe dicatur immediatè.

a. Alij cum exiſtiment fidem formatam ſpecie differre ab informi, neceſſario aliquid intrinſecum & eſſentiale in formata admittere debent quod in informi non reperiatur: hanc ſententiam tuetur Alex. 3. par. quæſtione 64. mem. 6. & probabilem credit Magiſt. in 3. diſtinct. 23. idem tenet antiqua Gloſſa in cap. firmiter de ſumm. Trinitat. verſus medium, quam altera Gloſſa ad Clemen. vnic. eodem titul. approbat: verbo *vnica*: verum non ſine errore ſuſtineri poteſt, quod illa prior Gloſſa de diſtinctione harum ſpecierum addit, *Species autem fidei ſunt dua: vna eſt formata, quam habent boni, & ſancti & eſt etiam alia informis, quam habent mali, & etiam dæmones & infideles & exiſtentes in peccato mortali.* Vnde merito emendata fuit hæc Gloſſa in noua editione iuſſu Gregorij 13. facta, & ſublata fuerunt illa verba, *& etiam dæmones & infideles*: ne quis exiſtimaret fidem in homine exiſtente in peccato mortali eiuſdem ſpeciei eſſe cum fide infidelium, & dæmonum: qui manifeſtus error eſt, vt ex infradicendis conſtabit. Tertio loco alij quamuis inter fidem formatam, & informem ſpecificam diſtinctionem non agnoſcant, aliquid tamen intrinſecum habitui fidei formatæ concedunt, quod informi deeſt, ita opinatur Bannes 2. 2. quæſtione 4. art. 5. dub. 1. concluſ. 6. & ſeptima in qua ait, *Prædicta perfectio, quam diximus intrinſecam eſſe fidei, pertinet ad ipſam tanquam perfectio propria ſpeciei; non quod ſine illa non ſeruetur ſpecies fidei, ſed quia ſine illa non eſt perfecta ſpecies etiam in ordine cognitionis fidei*: probat primo quia intellectus ad actum fidei mouetur à pia voluntatis affectione: vnde certitudo, quam fides habet, magna ex parte pendet ex habitudine quam habet ad hunc pium affectum: ergo ſi hic pius affectus per charitatem perfectus non ſit, fides perfecta non erit, etiam quantum ad certitudinem. Secundo fides ſecundum propriam ſpeciem eſt practica; ſed actio practica perficitur rectitudine appetitus ex Ariſtotel. 6. Ethic. text. 2. ergo ſi appetitus per charitatem rectus non ſit, actio perfecta non erit. Aragonius ad eundem artic. Ad ſecundum & tertium, licet non credat in habitu fidei informis aliquid intrinſecum habituale deeſſe ex receſſu charitatis, tamen quantum ad exercitium actus plurimum amittere putat, quia charitas formata vt ipſe ait, firmius & promptius operatur & perfectiorem actum fidei quantum ad modum elicit, quem modum fatetur neque ad ſubſtantiam, neque ad intenſionem actus pertinere: ad firmitatem tamen, & promptitudinem requiri in virtute: ideoque concluſione ſecunda, neque virtutem, neque Theologicam eſſe fidem informem aſſeuerat, quod vltimum quamuis pertineat ad modum loquendi; tamen propter Concilium Tridentinum noſtri temporis de hac re hæreſim damnans nullo modo eſt probandum: quia cum vera fides, quæ eſt donum Dei infuſum in peccatore permaneat; vt definit ſeſſ. 6. cap. 15. & Canone 28. & hoc donum nos appellemus illam virtutem, quæ in ſua ſubſtantia & intrinſeca entitate eadem eſt informis, ac formata, ſane abſque ratione hæc vera fides nomen intellectualis, & Theologicæ virtutis amittet quod in explicatione veræ ſententiæ in ſequenti concluſione amplius confirmabitur.

Prima Concluſio: habitus fidei informis eſt ille idem habitus in peccatore qui erat antequam gratia deſtitueretur, neque aliquid intrinſecum amittit ex gratiæ, charitatiſque receſſu: hæc concluſio expreſsè defenditur ab Aragonio citato, Suario de fide diſput. 7. ſect. 3. numero 5. & tom. 3. de grat. lib. 11. cap. 5. numero 8. Turiano de fide diſput. 59. dub. 1. & 2. Ægidio de moralit. act. ſupernat. diſput. 16. dub. 4. concluſ. 1. Valent. tom. 3. diſput. 1. quæſt. 4. punct. 1. Maldero de virtutib. Theolog. quæſtione 4. artic. 3. & 4. Lorca 2. 2. quæſt. 4. artic. 5. vbi hac ratione D. Thomam exponit aitque non fuiſſe illius mentem negare fidei ſeparatæ à charitate veram & eſſentialem rationem virtutis, licet imperfecta ſit imperfectione accidentali & extrinſeca vt ex 5.

extrinſeca vt ex eodem D. Thom. ibidem artic. 3. ad 2. patet, *Obiectio illa procedit de forma intrinſeca: ſic autem charitas non eſt forma fidei*: ita D. Thom.

3. Probatur primo: nihil intrinſecum aſſignari poteſt in habitu quod à charitate ſeu gratia phyſicè producatur: nam illa forma intrinſeca phyſica quem habebit effectum? ſane nullum poſſunt oſtendere aduerſarij, niſi vel in ordine ad aſſenſum circa reuelata, vel ad meritum de condigno vitæ æternæ: ſed habitus fidei informis eodem modo eſt principium aſſenſus circa reuelata propter auctoritatem diuinam ſicut formata, ergo cum idem habeat obiectum formale & materiale & eodem modo illud reſpiciat, ſane in ordine ad cognitionem intrinſecè non immutatur, neque in ſe aliquid recipit, vt promptius, & firmius intellectus aſſentiatur: nam promptitudo ſeu firmitas in habitu fidei intrinſecè non accipitur à charitate, ſed ex pia affectione habituali, quæ ſemel admiſſa ex parte voluntatis, vt infra in hac quæſtione dicemus, in eodem peccatore relinqui neceſſe eſt, vt eadem vera fides manere dicatur iuxta Concilium: nam ſi illa eſt veluti complementum ſeu aliquid annexum fidei habituali ex parte principij requiſitum ad eliciendum liberè, & meritoriè ſupernaturalem affectum piæ affectionis, ſane non maneret tota fides ex parte principij requiſita, & à Deo infuſa ad eliciendum aſſenſum fidei modo magis connaturali ex principio intrinſeco, niſi relicto habitu fidei ex parte intellectus etiam relinqueretur habitus piæ affectionis in voluntate. Neque in ordine ad meritum recipit habitus fidei aliquid intrinſecum, quia per habitum non meremur, ſed per actus: & deinde ratio meriti in actu eſt aliquid morale, non phyſicum, vt ſuppono ex communiſſima Theologorum ſententia: ergo multo minus in habitu aliquid phyſicum prærequiritur in ordine ad illam meriti rationem. Secundo Concilium Tridentinum ſectio. 6. Canone 28. damnat tanquam hæreticum aſſerentem amiſſa gratia non manere veram fidem, licet non maneat viua, quæ verba calumniantur hæretici quaſi ſibi repugnantia: quia homo mortuus non manet verus homo, ſed cadauer; quare dicunt, ſi fides eſt mortua non viua, iam non erit vera: ergo qui ad fidem viuam requirunt aliquid reale intrinſecum in habitu fidei per quod intrinſecè conſtituatur in ratione virtutis theologicæ à Deo infuſæ, quam Concilium appellat fidem ab ſpe, & charitate realiter diſtinctam, ſane opinioni hæreticorum, eorumque calumniæ fauent: ſeparato enim illo intrinſeco, per quod viuificatur fides, iam non manebit vera: conſequentia probatur & declaratur vi huius rationis, nam dupliciter intelligi poſſet illud vocabulum *vera*: primo vt aſſenſus & iudicium elicitum à peccatore ex habituali fide remanente haberet conformitatẽ cum obiecto materiali fidei, & hoc habere poterit actus fidei acquiſitæ & naturalis in dæmonibus, qui ex ſignis & motiuis conuincuntur euidenter ad credendum aliquid tanquam dictum à Deo: item aſſenſus naturalis opinionis vel humanæ fidei in hæretico circa aliquem fidei articulum: ergo in hoc ſenſu non accepit concilium veram fidem, nam Concilium in homine peccatore fideli aliquid remanere definit quod in infideli non eſt, nempe habituale donum infuſum per ſe à Deo ad credendum inclinans, non qualicumque modo, ſed propter diuinam reuelationem, itaut obiectum formale & materiale huius fidei ſit idem; eundemque habitum in ſua ſpecie, entitate, & intenſione graduali perfectum in ordine ad aſſentiendum myſteriis reuelatis propter primam veritatem manere ſignificat, etiam poſt amiſſionem gratiæ, & hic eſt ſecundus, & germanus ſenſus declarandi illud vocabulum *vera*: quia in hoc ſenſu non manet in infideli neque eſt in dæmone: & cum quo ſenſu ſtat quod fides mortua ſit, quia in ordine ad meritum vitæ æternæ operari non poteſt, quamdiu peccator in mortali perſeuerat; neque facit fructus perfectæ iuſtitiæ, hi enim non niſi à fide proficiſcuntur, quæ per dilectionem operatur, eſt enim noſtræ animæ, anima Dei gratia habitualis, quæ ad inſtar ſubſtantialis formæ ſupernaturalem animæ vitam confert: & ad operationes obeundas vitæ æternæ meritorias habilem reddit: quare licet idem habitus maneat in intellectu, eadem habitualis pia affectio ad credendum in voluntate niſi ſupponatur ſupernaturalis vita, quæ à gratia, & charitate proficiſcitur, aſſenſus qui ea fide eliciuntur, vera quidem ſunt fidei ſupernaturalis indicia, ſed ad vitæ æternæ mercedem gratiæ proportionatæ fructibus debitam non iuuant, & ideo in ordine ad huius præmij aſſecutionem quaſi mortua opera nihil valere cenſentur.

Secunda Concluſio: actus fidei informis & formatæ non differunt quantum ad exercitium actus per formam, aut modum accidentalem, qui in vno non in alio ſit, ſed moraliter & extrinſecè: hæc eſt D. Thom. & reliquorum quos pro prima concluſione retuli, vno excepto Aragone. Prior pars oſtenditur eiſdem rationibus, quibus præcedens probatur: & confirmatur primo quia facilitas maior & promptitudo, ac firmitas in actu fidei, non eſt aliquis modus ſuperadditus ſubſtantiæ ipſius actus, ergo ſi quoad ſubſtantiam, & intenſionem actus fidei informis eodem modo ſe habet, in peccatore, atque formatæ in iuſto, vt Arago admittit, nihil intrinſecum habet informis, quod formatæ actus non habeat, & è contra: antecedens probatur, quia facilitas, & promptitudo in actu exiſtens eſt denominatio extrinſeca ſumpta ab agente habente maiorem virtutem, inclinationem, ac determinationem ad operandum vt ſuppono probatum ex Metaphyſica, & oſtendit Salas 1.2. tract. 10. diſp. 1. ſect. 2. numero 41. cum Durand. Capreol. Hiſpalenſi, Caiet. Valent. Fonſeca & Suar. ad eodem citatis, & quamuis eſſet modus ſuperadditus ſubſtantiæ actus fidei ille ab habitu vel actu charitatis produci in habitu fidei non poſſet: nam charitas tendit in aliud obiectum, nempe bonitatem Dei, non in veritatem, 4.

Digitized by Google

ritatem, quam reſpicit actus fidei: ergo ſi quam facilitatem ſeu promptitudinem operandi intrinſecam producit habitus charitatis, illam in actu ſibi proprio & in ordine ad ſuum obiectum producit: non verò in actu qui diuerſum reſpicit obiectum. Confirmatur ſecundo & ſimul probatur poſterior concluſionis pars. Nam tota hæc facilitas & promptitudo maior in eliciendis fidei actibus optimè ſaluatur per aliquid extrinſecum: ſed ex alio capite melius ſuſtinetur doctrina Concilij ſi nihil intrinſecum deſit fidei informi tam habituali quam actuali: ergo non eſt ponendus aliquis modus intrinſecus in actu fidei formatæ: maior ſuadetur, quoniam vt optimè notauit D. Auguſtin. tom. 10. ſerm, 9. de verbis Domini exponens illa verba Pſalm. 15. *Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Quæ* inquit *dura ſunt laborantibus, eiſdem ipſis miteſcunt amantibus*: cui concinit Bernard. ſerm. 14. in cæna Domini, *Nulla ibi appares difficultas vbi eſt charitas; nullus ibi labor eſt, vbi verus amor eſt*: ergo quando homo in gratia Dei eſt & ex charitate operatur, maiorem neceſſe eſt vt ſentiat in bonorum operum exercitio facilitatem & promptitudinem: charitas enim impedimenta tollit, difficultates facili negotio vincere facit, nam ſi trahit ſua quemque voluptas, *Quanto ergo certius, & facilius ad veram beatitudinem charitas facit, quod ad miſeriam, quantum potuit cupiditas fecit?* vt ait Auguſtin. vbi proximè, *Omnia enim ſæua, & immania prorſus facilia, & prope nulla efficit amor*: E contra verò peccator etiam ſi fidem retineat in ea intentione & perfectione, quam in ſtatu gratiæ antea habuit; teſtimonio ſuæ conſcientiæ perterritus, & in actuali peccati complacentia exiſtens, æternas ſupplicij ſibi imminentis pœnas non cogitat, etenim voluntas delectabilis boni iucunditate detenta intellectum ad lætiora diſtrahit, horretque futurum iudicium meminiſſe, & circa illud ne actum fidei exerceat impedimento eſt, à cæleſti cogitatione ſenſum auertit, vt diuinis etiam inſpirationibus obſurdeſcat: hæc ſunt extrinſeca impedimenta, quæ difficiliorem credendi vſum reddunt, quæ impedimenta ita ſuccreſcere poſſunt, vt contingat quod D. Paulus 1. ad Timot. 1. dicebat de nonnullis qui bonam conſcientiam *Repellentes circa fidem naufragauerunt*, eo quod credere neglexerunt, illam veritatem fidei, quæ illos à ſuarum voluptatum illæcebris euocabat. Inter hæc igitur impedimenta frigeſcit fides, etiam ſi quoad ſuam entitatem ſit intenſa; & licet in actus veræ fidei ex auxilio Dei prodire valeat, neque à charitate in ſtatu peccati diriguntur in ſupernaturalem finem promerendum, neque vitam ſeu dignitatis æſtimationem ab habituali gratia mutuantur, cum à perſona Dei inimica, & ſecundum præſentem ſtatum æternæ morti damnata proueniant: credit quidem peccator vere Deum, & Deo, non tamen in Deum in hoc ſenſu vt per illum actum ad vltimum finem conuertatur perfectè, eique per gratiam vniatur: & hæc eſt

A informatio extrinſeca, qua fides informis deſtituitur: cognita igitur fide informi, de illa quæro an à Deo producatur & conſeruetur.

Tertia Concluſio. Fides informis à Deo conſeruatur. Hæc erat ſecunda pars difficultatis in hac ſect. propoſitæ, quæ quia ex præcedenti doctrina ſequitur & pene expedita eſt, illam prius volui declarare: & ſane veritatem continet iam inter Catholicos indubitatam: nam fides informis ex dictis eſt, quæ gratiæ, & charitatis conſortio non formatur, & hæc amiſſa gratia manet iuxta Tridentinum ſeſſio. 6. cap. 15. & canone 28. & contra noſtri temporis hereticos probant Bellarmin. tom. 4. de iuſtific. lib. 2. c. 4. Valent. tom. 3. diſp. 1. q. 4. punct. 4. Suar. tom. 3. de grat. lib. 11. cap. 5. & ſacræ paginæ, ſanctorumque

B Patrum teſtimoniis: quia vero manere non poteſt hæc informis fides, quin conſeruetur à Deo, qui omnia quæ ſunt, in ſuo eſſe conſeruat; vt nemo, qui Chriſtianus philoſophus ſit, negare poteſt; quod cum D. Thom. docent Theolog. 1. par. quæſt. 8. artic. 1. & quæſt. 104. artic. 1. ſequitur neceſſario fidem informem à Deo conſeruari. Præcipuus locus ex quo hæc catholica veritas deducitur, eſt in epiſtol. Iacob. cap. 2. *Quid proderit fratres mei, ſi quis fidem dicat ſe habere, opera autem non habeat, numquid poterit fides ſaluare eum?* & infra *fides ſine operibus mortua eſt: otioſa eſt*: operum verò nomine charitatem ſignificat, qui enim charitatem habet legem implet & operibus à lege requiſitis ſatisfacit, & ſine charitate opera otioſa ſunt, & legem perfecte non adimplent: ſicut oportet. Alterum teſti-

C monium ſumitur ex 1. ad Corint. 13. *Si habuero*, ait Paulus, *omnem fidem, itaut montes transferam charitatem autem non habeam, nihil ſum*. Tertium ex Matt. 7. *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum*. In hunc enim ſenſum à ſanctis patribus exponuntur, vt videre eſt apud interpretes, & recentiores citatos: ratio vero eſt quia ex natura rei fides connexionem non habet cum charitate: habet enim obiectum omnino diuerſum circa quod homo operari poteſt etſi circa obiectum charitatis operari detrectet. Nam poterit credere ex teſtimonio Dei ea, quę ab Ecclesia proponuntur, etiamſi diligere Deum ſuper omnia pro eo ſtatu, & tempore deſinat: & deinde ex libera Dei ordinatione non conſtat eos habitus ſeu dona infuſa à ſe

D inuicem inſeparabilia: immo oppoſitum ſacrę ſcripturæ declarant, accedente œcumenici Concilij definitione: ergo nulla ratio eſt cur non maneat fides à charitate ſeparata: imo eſt optima conuenientia, quæ oſtendit Deum ad rei naturam libera determinatione ſe accommodaſſe, & fidem ſeparatam à charitate conſeruari ſtatuiſſe. Probant aliqui recentiores ex eo loco Eſai. 1. *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus*. Verum nullus boni nominis author pro ſemine hoc loco fidem in peccatoribus relictam interpretatus eſt: Nam Baſilius, & Hugo de Chriſto ſeruatore declarant, qui ſemen Abrahæ fuit, & niſi ipſe nos redimeret omnes periiſſe-

mus. Hieronymus Cyrillus, D. Thom. Haymo: & alij de Apoſtolis, Cornel. & Sanch. magis ad literam de Iudæis, qui ſuperfuerunt captiuitati Babilonicæ, itaque locus iſte ad inſtitutum nihil facit.

6. Prima ergo congruentia eſt: quia per fidem in Chriſto manemus & membra ſui corporis myſtici facti ſumus, per charitatem, & illius opera verba & præcepta Chriſti in nobis manent, quia ſub noſtra obſeruatione ſunt: ita exponit Cyrill. lib. 10. in Ioann. cap. 18. illud Ioann. 15. *Si manſeritis in me*, vtique per fidem, *& verba mea in vobis manſerint*, ſcilicet per obedientiam & charitatem. At non ſtatim, ac membrum aliquod ægrotat, & ſuam nequit in corpore vitæ functionem obire, reſcindi iubetur, ſed illius curam habemus, & apto medicamine ſanitati reſtituere curamus: Cum ergo fidelis amiſſa gratia adhuc in Chriſto maneat, non vt viuum membrum, ſed ægrotum ſeu mortuum, ſane per fidem cum illo vniri & membrum illius fieri opus erat: ſoluto enim vinculo charitatis, niſi in fide vniretur, præciſus & ſeparatus à Chriſto cenſeretur, & ante tempus membra ſua miſericors Dominus noluit præſcindere, quia præuidit quod ſi paululum expectaret multos recuperata gratia ad maximum ſanctitatis gradum peruenturos: neque hoc ſolum de fidelibus poſt Chriſtum; ſed de omnibus, qui præceſſerunt eſt intelligendum: omnes enim in Chriſti fide ſaluati ſunt: nam & qui præibant, & qui ſequebantur clamabant Oſanna, quia omnium vna, eademque fides erat, qua Chriſto, vt pote capiti membra vnirentur iuxta gloſſ. magnam in cap. firmiter de ſumm. Trinitat. Altera congruentia eſt: quia non eſt dubium Deum nolle mortem peccatoris: ſed vt conuertatur, & viuat: Atqui efficax remedium eſt ad reſurgendum à peccato, actus fidei exercere, præſertim circa diuinam promiſſionem de beatitudine charitatis operibus conſequenda: item circa diuinæ iuſtitiæ vltionem, quæ æterno ſupplicio ſceleratorum crimina acerrime iudicabit. Vt ergo peccator actus fidei ex gratia Dei prouocante modo magis connaturali eliceret, principium requirebatur intrinſecum, quod potentiam ad actus ſupernaturales producendos eleuaret.

7. At dices: ſicut relictus eſt habitus fidei vt connaturali modo actus fidei eliceretur à peccatore, ita deberet relinqui etiam habitus pœnitentiæ, ſi quidem illius actus nempe contritio eſt propria & proxima diſpoſitio ad recuperandam gratiam: Reſpondeo tamen contritionem vt proxima diſpoſitio ſit ad obtinendam gratiam extra ſacramentum, neceſſario eſſe deteſtationem ob motiuum charitatis, vt patet ex Tridentino ſeſſ. 14. cap. 4. vbi ad remiſſionem peccati extra ſacramentum requirit contritionem charitate perfectam, & hæc eſt Theologorum communis ſententia cum D. Thom. 3. par. quæſt. 85. art. 6. & quæſt. 86. art. 3. vt teſtatur Coninc. de ſacram. pœnit. diſp. 2. dub. 2. concluſ. 2. Atqui, vt hæc contritio à principio connaturali intrinſeco eliceretur, oportebat vt cum fidei habitu remaneret charitas: A hac vero remanente iam informis non eſſet fides vel pœnitentia, quia charitas à gratia non ſeparatur: ſed illam perpetuo comitatur; quemadmodum enim terminus amoris diuini eſt gratia iuſti, ita mutua correſpondentia actualis, vel habitualis ex parte iuſti erga Deum eſt actus vel habitus charitatis, quo voluntas Deo ſupernaturaliter vnitur per amorem ſi non actualem, ſaltem habitualem; cui omne peccatum mortale opponitur, & ideò per quodlibet tota ſimul deperditur, ſicut de fide dicemus per quodlibet peccatum infidelitatis totum amitti habitum fidei: ſolum ergo amiſſa gratia relinquitur habitus fidei & ſpei quando per peccata ipſis B ſpeciatim contraria non amittuntur, quia hi habitus neceſſariam non habent connexionem ex natura rei cum gratia & alloqui illorum actus neceſſarij ſunt antecedenter vt peccator diſponatur ad habendum contritionem perfectam, per quam ad Deum conuertatur: nemo enim per contritionem in Deum conuertitur quem & cui non credat & à quo peccati veniam, & ſalutem non ſperet.

Reſtat antequam ad alteram tituli partem veniamus ſoluere duo argumenta pro ſententia Bannes. 8. Ad primum dico pendere quidem actum fidei à pia affectione voluntatis, nego tamen, vt ab hac pia affectione moueatur intellectus ad credendum, requiri voluntatem charitate perfectam. Etenim C motiua credibilitatis eadem manent in ſtatu peccati: quare his per intellectum cognitis ex auxilio gratiæ excitantis, per illuminationem & inſpirationem: tam intellectus quàm voluntas moueri poſſunt, hæc ad imperandum, ille ad eliciendum fidei actum, ſicut enim negare non poteſt catholicus, aliquos actus de ſe honeſtos in ſtatu peccati à voluntate libere imperari, & ab intellectu aliiſque potentiis exerceri poſſe, quia alias omnia opera peccatoris ante iuſtificationem eſſent peccata: quod eſt contra fidem vt patet ex Tridentino ſeſſio. 6. Canone 7. ita in eodem peccati ſtatu concedendum eſt neceſſario poſſe voluntatem ex gratia Dei præueniente vocatam intellectum determinare ad aſſenſum veræ fidei de ſe honeſtum: quamuis propter extrinſeca impedimenta, de quibus ſupra, non D ita promptè ac feruenter voluntas id efficiat regulariter loquendo. Ad ſecundum iam ſuperiori ſectione dixi habitum fidei practicum eſſe, & ſpeculatiuum, & de ſua ratione vtrumque formaliter habere: quare falſum eſt, quod aſſumitur, ſolum eſſe practicum, neque ex eo quod intellectus moueatur à voluntate libere ad credendum, ſequitur omnem actum credendi eſſe practicum: nam alioqui libera ſpeculatio cuiuſlibet ſcientiæ ſpeculatiuæ eſſet practica, quod eſt falſum: Neque magis verum eſt, quod additur; non poſſe rectum eſſe appetitum in ſtatu peccati, ſi ſermo ſit de voluntate actuali rectæ rationi conformi, & circa obiectum de ſe honneſtum: nam talis eſt voluntas per quam peccator libere actum de ſe honeſtum in materia alicuius virtutis naturalis exercet. Imo per hos actus ſe diſponere

nere incipit ex gratia Dei peccator ad iuſtificationem ſecundum Tridentinum ſeſſio. 6. cap. 6. vnde colliges habitum ſupernaturalem quem ex parte voluntatis ponendum eſſe dicemus infra in hac quæſtione ad eliciendam piam affectionem ſupernaturalem modo magis naturali ea principio intrinſeco proportionato, ſimul manere informem, & habitum fidei comitari ob rationes adductas, quæ eodem modo militant in piæ affectionis habitu. Non eſt tamen eadem ratio de habitu prudentiæ ſupernaturalis, quia licet aliquod prudentiale iudicium requiratur antedens piam affectionem, hoc noo oportet vt in entitate ſit ſupernaturale in multorum opinione; infra ſect. 8. ſequemur: & quamuis tale iudicium requireretur, ex auxilio Dei eliceretur, eo quod prudeotiæ infuſæ habitum ob peccatoris demeritum iure Deus abſtulit, quia timere eum neſciuit, quod eſt ſapientiæ initium. Etenim dedecebat habitum prudentiæ infuſæ relinqui in impio, quem ſacra pagina ſtultum appellat, prouerbior 1. numero 7. *Timor Domini initium ſapientiæ; ſapientiam atque doctrinam ſtulti deſpiciunt*: ſeptuaginta transferunt, *Diſciplinam impij ſpernent.* Aquila. & Theod. *Imprudentes ſpernunt*: ſtultitia enim pro iniquitate in ſacris literis ſæpe vſurpatur.

9. De prima tituli parte; an ſcilicet fides habitualis informis ante gratiam, & charitatem producatur à Deo, tres ſunt opiniones: prima docet habitum fidei abſque gratia nunquam produci, quamuis enim infidelis, vel hæreticus per actum veræ fidei credat omnia, quæ C noſtra fides docet, imo & baptiſmum ſuſcipiat infidelis ſi alioqui diſpoſitus non eſt ad recipiendam gratiam, iuxta hanc ſententiam non recipit habitum fidei, neque ſpei, (de hac enim eadem eſt ratio) videtur D. Thom. 1.2. quæſt. 62. artic. 4. quatenus ait, licet inter actus fidei, ſpei & charitatis detur prioritas non tamen inter habitus dari: item in 3. diſtinct. 23. quæſt. 2. artic. 5. in corpore & 3. par. quæſt. 85. artic. 6. Clarius eandem opinionem tuentur Scot in 3. diſt. 36. artic. 4. Gabriel ibidem quæſtione vnica artic. 2. par. 3. Durand. diſtinct. 13. quæſt. 6. artic. 5. Richard. artic. 6. quæſt. 3. Almain. tract. 2. Moral. cap. 2. Vega in Tridentinum lib. 7. cap. 28. & probabilem credit Suar. de fide diſput. 7. ſect. 3. numero 4. & vt D magis veriſimilem defeudit Aragon. 2. 2. quæſt. 6. artic. 1. in fine: probatur primo ex Tridentino ſeſſio. 6. cap. 7. vbi docet nos in iuſtificatione ſimul infuſa accipere hæc tria dona, fidem, ſpem, & charitatem: ergo fides ante charitatem noo iofunditur. Secundo baptiſmus habet per ſe efficaciam infundendi habitum fidei, & aliarum virtutum vt in noſtra Clement. de paruulis vt probabilius ſtatuitur, & de adultis ſupponitur, & quamuis ſpeciatim Clemen. non meminerit fidei, ſed cum aliis virtutibus theologicis coniunxerit: certum eſt fidem in his comprehendi, & in cap. maiores de baptiſmo vbi ea controuerſia refertur, de ea ſpeciatim quæritur, an ſicut infundi-

A ditur in adultorum baptiſmo etiam in baptiſmo paruulorum infundatur: certum ergo eſt baptiſmum habere efficaciam per ſe infundendi fidem, ſed hanc non haberet, ſi ante infuſionem gratiæ per actum fidei meritoriè infunderetur, quia ante baptiſmum adultus tenetur credere: nam iuxta præceptum Chriſti iubentur prius catechizari adulti, & profiteri fidem, Marci 16. *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ: qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit.* Tertio ſequeretur poſſe eſſe habitum fidei intenſiorem habitu charitatis in iuſto: quod videtur incommodum quia ſeruanda eſt proportio in habitibus infuſis maioris vel minoris intenſionis ſecundum menſuram habitualis gratiæ. Quarto, quia non videtur conue- B niens vt homini Dei inimico infundatur donum habituale ſupernaturalis ordinis: & quod ante iuſtificationem imperfecte ſanetur contra D. Auguſtin. lib. de vera & falſa pœnit. cap. 9.

Secunda ſententia docet habitum fidei ante baptiſmum non infundi abſque gratia & charitate: bene tamen in baptiſmo ob huius ſacramenti virtutem: ita tenet Sotus 1. de natur. & Grat. cap. 8. Aragon. vbi ſupra ad vltimum in prima ſolutione: licet præcedentem ſententiam magis probet in 2. vt diximus: probatur qoia per hoc ſacramentum etiamſi abſque diſpoſitione ad infuſionem gratiæ adultus accedat, imprimitur caracter, qui eſt qualitas ſupernaturalis, quia ad hoc ſufficit vera voluntas ſuſcipiendi baptiſmum, & gregi Chriſti ſe adiungendi: ergo etiam verus fidei actus ſufficiens erit diſpoſitio cum virtute baptiſmi ad infuſionem habitus per quem iam fidelis maneat habitualiter, diſpoſitus ad ſimiles actus fidei eliciendos. Nihilominus tertiam ſententiam, quæ vera eſt, & communiſſima ſequenti concluſiooe exponam. 10.

Quarta Concluſio. Habitus fidei informis infunditur à Deo per actum fidei tanquam propriam illius diſpoſitionem, ſiue ante ſacramentum baptiſmi, ſiue in ipſo baptiſmo, ſiue poſt baptiſmum ſuſceptum, quando deperdito per infidelitatem habitu rurſus per verum actum fidei meritorie recuperatur ſine ſufficienti diſpoſitione ad accipiendam gratiam: hæc eſt D. Thom. 2.2. quæſt. 6. artic. 2. ad 3. vbi ait, *Qui accipit à Deo fidem abſque* D *charitate non ſimpliciter ſanatur*: & loquitur manifeſte de dono fidei quod habituale intelligitur, vt ea argumento propoſito conſtat, & ita illum declarant, & ſequuntur ibidem Caietan. Bannes: item Medin. 1.2. quæſt. 62. artic. 4. Vnde in primo loco pro prima opinione citato, dico non agere ibi D. Thom. de prioritate temporis, quæ per accidens accidere poteſt inter habitus fidei, ſpei, & chartiatis, ſed de prioritate naturæ in actibus, & habitibus conſiderata, & ideo ait actum charitatis ſecundùm ſuam naturam neceſſario præſupponere actus fidei, & ſpei: non ita tamen habitus: quia non repugnat eorum naturæ quod ſimul ſine dependentia vnius ab alio infundi intelligantur: ſicut repugnat in actibus: ſimiliter declaratur ſecundus locus, in 11.

Digitized by Google

quo expreſsè D. Thom. conſiderat priorita- A
tem naturæ in actibus : non in habitibus, qui
ſimul ex ſe eodem tempore poſſunt infundi
à Deo ſine aliqua naturæ proprietate, vt pa-
tet in pueris rite baptizatis, quibus hi habitus
ſimul infunduntur abſque aliquo naturæ or-
dine in infuſiune ſeruanda : eodem modo de-
claratur tertius locus : eandem ſententiam
defendunt Valent. 2.2.diſp.1.quæſt. 6.punct.
2. Vaſq. 1.2. diſp.103. cap. 9.numero 117. &
om. 2. in 3. part. diſput. 158. in fine Suar. 3.
par. tom. 3. diſp. 28. ſect. 3. de gratia tom. 3.
lib. 8. cap. 23. numero 11. & de fide diſp. 7.
ſect. 3. numero 4. Salas 1.2. tract. 11. diſp. 5.
ſect. 3. Turrian. de fide diſp. 41. dub. 9.
Coninc. de moralitat. act. ſuperna. diſp. 6.
dub. 4. Lorca 2. 2. diſp. 32. Peſant. ibidem B
quæſt. 7. artic. 4. concluſ. 3. Probatur primo
ex D. Auguſtin. qui lib. 1. ad Simplician.
quæſt. 2. ad initium ait, *In quibuſdam tanta
eſt gratia fidei quanta non ſufficit ad obtinendum
regnum cælorum*, & hanc dicit eſſe Catechu-
menorum habentium fidem ſine charitate &
infra : *Fiunt ergo inchoationes quædam fidei
conceptionibus : non tamen ſolum concipi ſed
etiam naſci opus eſt* : quaſi dicat per fidem con-
cipi Chriſtianum ſed per charitatem naſci fi-
lium Dei. Item lib. 15. de Trinitat. cap. 18.
dixit apertè : *Sine charitate quippe fides poteſt
quidem eſſe, ſed non & prodeſſe.* Secundo quia
Concilium Tridentinum ſectio, 6. cap. 7.
cum ageret de conuerſione infidelis & pro-
greſſu vſque ad perfectum iuſtificationem in C
qua ait ſimul infuſa accipere hominem illa
tria dona fidem, ſpem & charitatem, ſubiun-
git. *Nam fides niſi ad eam ſpes accedat & cha-
ritas, neque vnit perfectè cum Chriſto, neque
corporis eius viuum membrum efficit : qua ra-
tione veriſſimè dicitur fidem ſine operibus mor-
tuam eſſe & otioſam* : in quibus verbis clare
ſupponit. Concil. in eo iuſtificationis pro-
greſſu & infidelis conuerſione, quæ ſemper à
fide incipere debet, poſſe infundi fidem ſine
charitate, quæ maneat mortua & otioſa:
Atqui hæc ſolum eſt habitualis : ergo Con-
cilium quando dixit illa tria ſimul infundi D
non loquitur de ſimultate temporis, in quo
habitus neceſſariò ſimul infundantur, ſed de
ſimultate connexionis ad perfectam iuſtifi-
cationem requiſitæ, & ſic rectè cohærent
antecedentia cum conſequentibus in hoc ca-
pite ; In quo non loqui Concilium de ſola
iuſtificatione peccatoris, ſed etiam de con-
uerſione infidelis, patet, quia iuxta mentem
eiuſdem Concilij alio loco declaratam in
peccatore relinquitur fides : ergo non rectè
diceret illa tria dona ſimul infundi in illius
iuſtificatione ſecundum explicationem au-
thorum primæ opinionis quatenus illa verba
citata ſupponant de peccatore. Deinde quia
in eodem capite, poſt illa verba citata, paucis
interiectis ſubdit, *Hanc fidem ante baptiſmi
ſacramentum ex Apoſtolorum traditione cate-
chumeni ab Eccleſia petunt*, ad quam dixerat
niſi accederet ſpes & charitas mortuam &
otioſam merito reputandam : ergo manifeſtè
ſupponit fidem ſine charitate infundi poſſe.
12. Tertio ad rationes & optimas congruen-
tias venio, quæ meo iudicio hanc partem ita
certam faciunt, vt ferè rem conuincant.
Nam ex præcedenti concluſione patet fidem
in peccatore relinqui ſine charitate, & con-
ſequenter ex diuina ordinatione non dari
connexionem inter hos tres habitus fidei,
ſpei, & charitatis : ſed non eſt fundamentum
ſufficiens, vnde connexio detur in prima pro-
ductione non in conſeruatione : Ergo etiam
poſita diſpoſitione accommodata ad infuſio-
nem habitus, qualis eſt actus eiuſdem fidei,
ſtatim Deus infundet habitum : minorem
ſoluendo oppoſita fundamenta oſtendam :
reſpondent aliqui minus requiri ad conſer-
uationem quam ad primam productionem:
item turpius eiicitur quam non admittitur
hoſpes: At bilem mihi in naſum conijcit
Theologus, qui Naſonis carmine 5. de triſt.
7. Theologicum in re tam graui argumen-
tum ſoluit : iam verò proloquium illud con-
tra ipſos eſt : quia vt conſeruetur ſatis eſt ſi
per actum infidelitatis habitus non expella-
tur : conſeruatur ergo negatiuè nihil faciendo,
quod directè illum expellat, & non acquiri-
tur niſi poſitiuè vel per actum fidei, vel per
maius augmentum gratiæ per ſacramentum,
ſeu actus aliarum virtutum acquiſitæ, ad cu-
ius proportionem conſequenter virtutes in-
fuſæ adaugentur ; & fides ſemel intenſa non
niſi per infidelitatem in totum deperditur:
vt patebit ſectione ſequenti. Confirmatur
primo : actus fidei eſt proportionata diſpoſi-
tio intenſioni, vel productio : intenſioni qui-
dem ſi actus ſit magis intenſus, quam ha-
bitus : productioni verò ſi adhuc infuſus ha-
bitus non ſit : adeo vt ſi actus ſupernaturalis
produceret phyſicè habitum, ſicut naturalis,
proculdubio actum illum produceret, ſi non
eſſet : vel intenderet, ſi habitus remiſſior fo-
ret : ſed hoc ſufficit ad meritum de congruo,
quod conſiſtit in proportione operis & præ-
mij : ergo, &c. minorem ex eo oſtendo, quia
nullum præmium magis proportionatum
actui fidei ſupernaturali Deus conferre poteſt
ſecundum hunc communem, & ordinarium
modum quo Deus hominem ad perfectam
iuſtificationem diſponit ; etenim auxilia ſu-
pernaturalia non habent tantam proportio-
nem cum actu fidei quantam habet habitus
eiuſdem fidei. Confirmatur ſecundo : in pec-
catore ideo manet habitus fidei, vt modo
magis connaturali eliciatur actus eiuſdem fi-
dei, per quem excitetur peccator & incipiat
imperfectè diſponi ad recuperandam gra-
tiam : ſed qui ſemel elicuit actum fidei, cœpit
inchoatam, & imperfectam iuſtificationem:
ergo eſt in ſtatu conuenienti cui Deus infun-
dat habitum ad perſeuerandum in eodem ſta-
tu permanenter, & habitualiter. Confirma-
tur tertio : ſi in ſacramento baptiſmi confertur
habitus fidei ſine habitu charitatis, vt ratio
pro ſecunda ſententia oſtendit, iam ſemel
admittitur, neque in prima productione hos
habitus habere neceſſariam connexionem :
ſed hoc poſito etiam ſine ſacramento pro-
prijſſima diſpoſitio ad infuſionem habitus
fidei eſt illius actus : ergo per illam habitus
meritoriè de congruo obtinebitur : patet con-
ſequentia,

ſequentia, quia Deus ſemper de ſe paratus eſt ad conferendum donum, quod congrua diſpoſitio ex parte hominis depoſcit. Confirmatur quarto, quia ſicut congrua diſpoſitio ad gratiam Dei recipiendam eſt contritio perfecta ſeu actus charitatis, quamuis meritoria de condigno non ſit: ita congrua diſpoſitio reſpectu habitus fidei, eſt illius actus, quæ enim proportio eſt vnius actus ad ſuum habitum, eſt alterius ad ſuum: ergo ſi Deus paratus eſt ad dandum habitum charitatis etiam ante baptiſmum poſito actu charitatis, etiam paratus erit ad dandum habitum fidei vbi primum catechumenus verum fidei actum fecerit.

13. Ad argumenta pro prima ſententia quod attinet ad mentem D. Thom. iam oppoſita tria loca expoſuimus ne ſibi contrariùs eſſe videretur. Ad primum argumentum conſtat ex ſecunda probatione illud ſimul non dicere ſimultatem durationis in qua omnes habitus inſeparabiliter infundantur, ſed ſimultatem connexionis eorumdem habituum vt homo ad perfectam iuſtificationem perueniat. Vel oſtenditur efficacia baptiſmi ad producendos eos habitus ſimul, ſi nullus præextiterit vt in paruulis, aut ad intendendos, ſi in gradu remiſſiori, quam gratiæ infuſæ menſura poſtulet, productos inueniat, vel ſi velis illud *ſimul* durationem ſignificare, ſane non indiuiſibilem intellige, ſed ſucceſſiuam pro toto illo tempore, quo diſpoſitio hominis durauit, & tota illa actuum ſeries, per quos homo à primo Dei auxilio vocante vſque ad infuſionem gratiæ, & charitatis ſe præparauit. Ad ſecundum reſpondeo ex illa Clement. & ex cap. maiores, nihil aliud probari quam efficaciam baptiſmi ad conferendum cum gratia habitus virtutum infuſarum paruulis; de adultis vero nihil decernit, ſed ſupponit veram doctrinam catholicam quod nunquam infundatur illis gratia ſine his habitibus, vel de nouo productis, ſi nullus præceſſerat (vt in aliquo caſu euenire poteſt) vel ſi præceſſit habitus fidei & ſpei creſcant in intenſione ad menſuram gratiæ. Itaque de adultis non excitabatur quæſtio: quia in illis habitus non deberent eſſe otioſi vt potè exiſtentes in hominibus vſum liberi arbitrij habentibus, ſicut dicebantur eſſe in pueris, qui rationis participes non erant: & ideo dubitabatur an ſtatim infunderentur: ex quo ſane non infertur quod illi textus ſupponant ante baptiſmum non infundi habitum fidei, nihil enim pertinebat hoc ad quæſtionem in illis motam: & quamuis ſæpè in adultis, quando baptizantur, habitus fidei iam præexiſtat, hoc non tollit merito conceſſam fuiſſe baptiſmo efficaciam ad producendam per ſe primam gratiam & omnes habitus infuſos, quia in pueris rite baptizatis ſemper hunc ſortitur effectum: & ſicut non defraudatur hac ſua efficacia, quia per actum charitatis catechumenus iam habituali gratia & habitibus infuſis ornatus ad baptiſmum accedit, vt ſæpè contingit: ita neque ſi cum habitibus fidei & ſpei ad eundem baptiſmum veniat, & illorum incrementum ſolummodo recipiat ad

A menſuram gratiæ per ſacramentum acceptæ. Dices adultum ante baptiſmum teneri ad credendum non tamen ad eliciendum actum charitatis ſeu contritionis, quia per attritionem ſufficienter diſponitur; ergo baptiſmus per ſe ſolum haberet efficaciam ad conferendum habitum charitatis, non tamen fidei: ſi quidem adultus tenetur elicere actum ad quem ſtatim ex ordinatione Dei ſequitur infuſio fidei: ſed conceſſo antecedente, nego conſequentiam: ſolum enim ex eo infertur magis neceſſarium eſſe actum fidei in catechumeno, quàm actum charitatis, vt ſe diſponat ſaltem ad attritionem; & ſacramentum ex opere operato gratiam conferat; non tamen ſequitur non eſſe neceſſariam virtutem, efficaciamque in baptiſmo, vt per ſe, & gratiam & virtutes infuſas generet, B cum ſit ſpiritualis fidelium regeneratio; & ad paruulos per ſe ordinata, & ad adultos qui antea hanc gratiam non ſunt adepti.

Ad tertium, iam ex antecedenti ſectione conſtat, poſſe in iuſto intenſiorem eſſe habitum fidei, & ſpei, quam charitatis, & cæterorum habituum: quod mirum videri non debet, quia ſi in peccatore manent illi habitus ſine habitu charitatis, à fortiori in iuſto eſſe poterunt intenſiores, & quando hoc contingat oſtendimus eadem ſectione: ſolum ergo in eo ſeruanda eſt proportio, vt minus intenſi non ſint hi habitus fidei, & ſpei quam habitus charitatis, & quam gratiæ menſura depoſcit: ſunt enim omnes hæ virtutes veluti paſſiones, quæ gratiam comitantur & ideo illarum augmentum minus eſſe nequit, C quia meritorie obtinetur & à Deo confertur ad proportionem gratiæ: poteſt tamen eſſe maius, quam de facto gratia depoſcat, quoniam non augentur hi habitus per ſolos actus, qui gratiæ, & charitatis augmentum depoſcunt: ſed etiam per illos qui à peccatore adhuc in ſtatu peccati relicto exercentur: & ſunt diſpoſitiones congruæ ad augmentum ſuorum habituum qui connexionem non habent neceſſariam cum gratia ſeu charitate.

Ad quartum, ſicut non eſt inconueniens quod habitus fidei relinquatur in peccatore inimico Dei, ita nullum eſt ſi detur catechumeno iam fideli: quia iam credit omnia myſteria fidei actu proportionato ad habitum: immo congruentiæ, quæ ſunt efficaces ad D probandum in peccatore habitum fidei, confirmant catechumeno verè credenti eundem eſſe concedendum: de mente D. Auguſtin. ſatis conſtat ex locis ſupracitatis, in eo igitur qui contra nos affertur, ſolum agit de imperfecta pœnitentia; & oſtendit Deum non remittere vnum peccatum mortale ſine alio, quod ad præſens inſtitutum non ſpectat.

In quibus ſubiectis & quandiu conſeruetur à Deo habitualis fides.

SECTIO IV.

DVas partes habet hæc controuerſia: prima eſt de ſubiectis in quibus Deus fidem conſeruat habitualem. Secunda, quamdiu in 1.

iis hæc fides conſeruatur in quibus declarandis compendio vtar: quia difficultates quæ hic occurrunt partim in aliis materiis tractari ſolent, partim à recentioribus pro dignitate tractantur: & quidem quantum ad primam partem, extra dubium eſt ſolos Angelos & homines inter reliquas creaturas eſſe fidei capaces: ſicut & ſoli ſunt intellectiui: intellectus enim propria cauſa materialis & ſubiectiua eſt huius habitus: vt quæſtione prima indicauimus: hic ergo ſolum in conſiderationem veniunt Angeli & homines, qui cum duplicem habeant ſtatum in via, & in termino, de illis in vtroque ſtatu eſt aliquod dubium: Nam de hominibus in via, ſaltem de primis parentibus, & de animabus in purgatorio conſtitutis quæri poteſt an in iſtis Deus fidem conſeruet, & an illis primis ſcilicet parentibus infuderit in paradiſo habitum fidei: de eiſdem in termino viæ, nempe de beatis ſeu damnatis, an in illis conſeruetur fides à theologis diſputatur: & prætermiſſa opinionum diuarſitate quid tenendum ſit per ſequentes aſſertiones exponam.

2. Prima aſſertio. Omnes Angeli in via fidem habuerunt tam actualem, quam habitualem: ita verior & communior Theologorum ſententia docet cum D. Thom. 2.2. quæſt. 5. artic. 1. & de veritate quæſt. 18. artic. 2. Carthuſ. in 2. diſtinct. 5. quæſt. 1. Palac. in 3. diſtinct. 23. diſp. 9. Paludan. ibidem quæſt. 4. quamuis cum quadam limitatione: nempe excepto primo Angelo: eo quod exiſtimauit huic factam fuiſſe reuelationem euidentem in atteſtante cum qua fidem eſſe non poſſe putauit; & quia idem de aliis Angelis credidit Durand. in 3 diſtinct. 23. quæſt. 9. numero 12. ideo negauit in Angelis fuiſſe fidem in via, ſed aliam cognitionem nobiliorem, quod alij etiam tenuerunt, quos refert Suar. de Angelis lib. 5. cap. 5. numero 15. verum generaliter noſtram aſſertionem præter citatos defendunt Turrecrem. lib. 1. de Eccleſ. cap. 25. numero 1. Viguer. in inſtitut. cap. 10. §. 1. verſ. 4. Ricard. artic. 2 paulo poſt initium & artic. 8. poſt medium: Valent. tom. 3. diſp. 1. quæſt. 5. punct. 1. Suar. vbi ſupra numero 6. & de fide diſp. 6. ſect. 9. numero 2. Turrian. de fide diſp. 43 dub. 2. Ægid. de moralitat. actu. ſup. diſp. 17. dub 1. concluſ. 2. Caiet. Bannes. Arrag. Lorca & alij 2.2. quæſt. 5. artic. 1. Probatur primo ex ſacra pagina 2. ad Corint. 5. *Dum ſumus in corpore peregrinamur à Domino, per fidem ambulamus non per ſpeciem*: & ad Roman. 10. *Omnis qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit: ſed quomodo inuocabunt in quem non crediderunt, quomodo credent ei quem non audierunt?* ſcio hæc loca & ſimilia de hominibus ſolum exponi poſſe, neque ita vrgere aut conuincere oppoſitam ſententiam, vt de temeritate arguatur: quod Valent. & Bannes citati exiſtimarunt: poſita enim cognitione aliqua ſupernaturali, qua Angeli Deum, vt authorem gratiæ agnoſcerent, vt per amorem ſupernaturalem, ad Deum liberè moueri & ad gratiam diſponi poſſent, nulla eſt neceſſitas præciſa concedendi in illis fidem: ſi quidem teſtimonia prædicta ſacræ ſcripturæ aut Patrum id manifeſte non docent. Nihilominus ratiocinatio D. Pauli in his duobus locis vt efficax ſit non modo in hominibus, ſed etiam in Angelis videtur militare: ideo cum maxima probabilitate in huius veritatis confirmationem adduci poſſunt: Nam in primo ſicut nos dum in corpore ſumus, & à Domino peregrinamur per fidem ambulamus non per ſpeciem: ita contigit Angelis, qui in via prius fuerunt, & veluti à Domino peregrinantes non ſtatim ad viſionem Dei fuerunt introducti; ſed creati, & præordinati ad illam in ſtatu promerendi eandem beatitudinem: ſicut & nos: ergo cum per ſpeciem non ambularent per fidem, ſpem & charitatem in via profecerunt; hæc enim ſunt ſupernaturalia dona, quę Deus viatoribus in illius beatitudinis arrabonem creaturis intellectualibus elargitur. Præterea non minus Angelus inuocare Dei nomen debebat, vt ſaluus fieret, quam homo: At quomodo illum vt ſupernaturalem gratiæ authorem inuocare poſſet, & ſuam faciem videre optaret, æternæque felicitatis gaudia quomodo peteret, ſi illa ſupernaturalia myſteria per reuelationem à Deo oon agnoſceret? quando quidem per naturales ſui intellectus vires illa attingere non poterat: oportuit ergo vt per fidem illa crederet, quæ ſperare, & expetere debuiſſet: & hoc ſane ſignificare voluit Auguſtin. quando lib. 11. de Ciuitat. Dei cap. 9 dixit. *Lumen quippe verum quod illuminat omnem hominem in hunc mundum venientem: hoc illuminat omnem Angelum mundum, vt ſit lux non in ſemet ipſo, ſed in Deo: à quo ſi auertatur Angelus, fit immundus, ſicut ſunt omnes qui vocantur immundi ſpiritus, nec iam lux in Domino, ſed in ſe ipſis tenebræ priuati participatione lucis æternæ:* ex quibus verbis patet Angelum in via illuminatum eſſe ſicut homo, quod cum proportione intelligendum eſt: Nam homo per auditum de fidei myſteriis inſtruitur & interuentu reuelationis partim immediatæ partim mediatæ, vt diximus: ergo ſimiliter Angelus illuminatus dicitur ab Auguſtin. cum proportione ad hominem quod per reuelationem Dei immediatam, & per illuminationem à ſuperioribus Angelis factam inferioribus & mediatam potuit euenire: alia patrum loca quæ procedunt de creatione Angeli in ſtatu gratiæ, & conſequenter huic ſententiæ maximè conſentanea affert Vaſquez in 1. part. diſput. 227. cap. 2. & alij etiam recentiores citati.

3. Oppones: Auguſtin. in loco citato ait Angelos bonos nunquam peregrinatns fuiſſe à Domino: & dein lib. 4. de Geneſ. ad lit. cap. 22 ait Angelos ſtatim ſuæ creationis initio vidiſſe omnes creaturas in verbo antequam eas viderent in ſe: ſed non poterant videre creaturas in verbo, quin verbum viderent: ergo cum hæc viſio fidem excludat, videtur ex mente Auguſtin. in Angelis fidem non fuiſſe. Ad primum locum reſpondeo Auguſtin. in ſtrictiori ſignificatu verbum *peregrinari* accepiſſe. quam D. Paulum: Nam D. Paulus peregrinum pro viatore ad patriam tendente

tendentoaccepit, vt ipſe ſe declarauit ad Hæbræos. 11. numero 13. *Quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram, qui enim hoc dicunt ſignificant ſe patriam inquirere.* Vnde cum Angeli viatores fuerint, ſequitur ad eos teſtimonium Apoſtoli extendi debere. At D. Auguſt. peregrinos accepit pro iis tantum qui ob culpam a loco in quo creati ſunt in locum tenebrarum, & ad hoc mundi exilium fuerunt relegati: quales non fuerunt vnquam Angeli, ſed ij tantum, *qui* ſecundum Iudam, *non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium.* Ad ſecundum locum dico cum Alber. 3. par. ſummæ, quæſtione 18. membr. 2. art. 2. (vbi in noſtram ſententiam propendet & q. 2. membr. 2. vbi ab aliis refertur, nihil ad inſtitutum pertinens docuit,) non fuiſſe Auguſtini mentem Angelos in prima ſua creatione ſtatim vidiſſe Deum, & in Deo ſeu verbo creaturas: Nam ille ſæpè indicat in prima creatione tam bonos quam malos æqualem habuiſſe ſuæ conditionis ſtatum, & omnes potuiſſe cadere & in bono perſeuerare, ſi vellent, & perfectam beatitudinem promereri, vt patet ex lib. 1. de corrept. & gratia cap. 11. Dixit ergo Angelos illas omnes res vidiſſe in verbo, quia eas cognouerunt per illuminationem, ſeu per ſcientiam à verbo acceptam, quod eſt ſapientia patris. Vnde *In verbo cognoſcere*, hoc loco apud Auguſtinum idem eſt ac in ſapientia, ſeu veritate prima reuelante percipere: quod ex eo probatur, quia Auguſtin. eodem cap. 2. 2. ait in Angelis ſimul fuiſſe has creaturarum cognitiones, ſed cum interuallo vnius poſt aliam vnde ſex creationis dies per ſex cognitionum interualla diſtinguit, quibus creaturas in verbo prius viderunt Angeli, quam in ſe ipſis. Atqui ea quæ in verbo prius viſo videntur, non ſucceſſiuè, ſed ſimul ex verbi viſione innoteſcunt.

4. Ratione probatur concluſio tam de habitu, quam de actu; Primo, quia Angeli habuerunt in via cognitionem myſteriorum ſupernaturalem, verbi gratia myſterij Trinitatis, & donorum gratiæ ac viſionis beatæ & aliorum; quæ quidem myſteria non niſi ſupernaturali cognitione percipere potuerunt, vt communiter docent Theologi cum D. Thom. 1. part. quæſt. 57. art. 5. & 64. art. 1. ad 4. & late docet Suar. lib. 2. de Angelis cap. 29. ſed hæc ſupernaturalis cognitio erat infallibilis, & obſcura: ergo erat fides habita ex reuelatione Dei: Minor ſuadetur, quia cum illa notitia ex peculiari infuſione Dei proficiſceretur, falſa eſſe non poterat: iuxta ea quæ quæſtione prima ſect. 4. diximus: ergo erat certa, & infallibilis non euidens, quia nonnulla attingebat, quæ per ſcientiam abſtractiuam in multorum opinione euidenter agnoſci non poſſunt; nempe myſterium Trinitatis, & promiſſiones Dei. Et quamuis ſub ſcientia abſtractiua ſupernaturali hæc obiecta cadere poſſint, vt probabilius exiſtimo: non erat ita conueniens ſtatui puri viatoris: quia talis cognitio non erat meritoria, neque per eam Angeli captiuabant intellectum in obſequium Dei, quare minus congruenter per illam ordinarentur Angeli viatores ad viſionem beatam peculiari quadam ratione fidei correſpondentem: quæ eſt veluti fundamentum ſperatæ beatitudinis quæ idcirco à Paulo dicitur ſperandarum ſubſtantia rerum: ſolum ergo ſupererat, vt hæc cognitio ſupernaturalis haberetur ex reuelatione diuina, quæ etſi euidens eſſet in atteſtante, hoc non impediret veram rationem fidei iuxta dicta quæſtione ſecunda ſect. 7. neque actualem ſolummodo fidem, ſed habitualem etiam ſortiti ſunt Angeli, quia in gratia fuerunt creati, & ad gratiam illi habitus fidei, ſpei, & charitatis tanquam proprietates ad ſuam formam conſequuntur. Et præterea hic habitus datur, vt connaturalius cum illo operetur potentia intellectiua, & datur propter actum & per actum meritorie obtinetur: ergo ſi in Angelis fides conſtituitur, tam habitualis quam actualis eſt concedenda.

Rogabis an hæc fides eiuſdem ſpeciei fuerit cum noſtra: Reſpondent aliqui negatiuè: primo quia fides in Angelis non fuit cum compoſitione, & diuiſione, ſicut in nobis: ſed per ſimplicem apprehenſionem noſtro iudicio æquipollentem, & certificantem Angelorum intellectum per intuitum ſimplicem. At hic modus tendendi in potentiis eſt illis ita eſſentialis, vt omnino immutari nequeat, pertinet enim ad rationem ſub qua, quæ potentiæ ſpeciem tribuit, & quamuis generica ſit, reſpectu actuum eiuſdem potentię ſpecie differentium, eſt tamen ſpecifica, & diſtinctiua eiuſdem potentiæ: & actus vnius potentię eiuſdem ſpeciei eſſe non patitur cum actibus alterius potentiæ ſpecie differentis: ergo licet actus fidei habeant idem motiuum in fide Angelica, & humana, non ideo erunt eiuſdem ſpeciei quia illud motiuum coniungi debet cum ratione ſub qua talis potentiæ, vt tribuat diſtinctionem actui adæquatè: & cum ratio ſub qua in homine & in Angelo diuerſa ſit, diuerſa etiam erit ratio adæquata, quæ ſpeciem tribuit actibus fidei in Angelo & in homine. Secundo quia perfectior intellectus cum habitu ſupernaturali eiuſdem rationis, & intenſionis perfectiorem cognitionem producit: vt de viſione beata grauiſſimi auctores docuerunt. Scot. in 4. diſtinct. 49. quæſtione 11. & diſtinct. 50. quæſtione 6. Durand. Richard. Palud. Olcoth. Caietan. Maior & alij quos refert Salas t. 2. tract. 2. diſput. 5. ſect. 7. numero 87. Ergo cum Angelicus intellectus perfectior ſit humano cum eodem habitu perfectiorem fidem habebit, & conſequenter ſpeciei diuerſæ: & forſitan hoc tantum indicare voluerunt Alenſ. Bonau. & alij quos citat Suar. lib. 5. de Angelis cap. 5. n. 25. qui Angelis conceſſerunt cognitionem ſupernaturalem de myſteriis fidei noſtra clariorem, quamuis illam fidem appellare noluerint. Tertio quia etiam in nobis ex diuerſo tendendi modo, & ex diuerſis, vt ita dicam nutibus potentiæ intellectiuæ, nempe aſſenſu, & diſſenſu diuerſi ſpecie actus fidei eſſe debent: ſicut in charitate deteſtatio peccati ex motiuo

perfecti ſunt. Imo intenſior eſſe potuit, & ex hac parte prrfectior fides in bumaoo intellectu, quam in Angelico, & talis fuit in Beata Virgine, cuius gratia cum magno exceſſu cuiuſuis Angeli gratiam ſuperaret, etiam habitus ſupernaturales ad hanc gratiam proportionati cuiuſuis Angeli virtutes infuſas in intenſione ſuperabant: Ex his tribus vltimis rationibus patet reſpontio ad oppoſitas.

9. Secunda Conclusio. Primi parentes in paradiſo fidem tam actualé quam habitoalem habuerunt: eſt D. Thom. & aliorũ quos pro prima citauimus, illamque expreſsè tradit Ægidius concluſ. 2. vt omnino certam. Turrian. illa diſp. 4. dub. 1. docet hanc ſequi ad illã veritatem quæ ſine errore negari nõ poteſt, videlicet primos pareotes fuiſſe in gratia creatos: ego verò temerariũ, & errori proximum ſentio contrarium affirmare: non tamen vt hæreſim damnarem iuxta doctrinã Bannes ad art. 1. ſupra citatum & Vaſq. 1. par. diſp. 227. c. 3. Probatur primo, quia Conciliũ Tridentinum ſeſſiu. 5. §. 2. ait, *Si quis non confitetur primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſanctitatem, & iuſtitiam in qua conſtitutus fuerat amiſiſſe, &c.* ſed ex D. Paulo ad Hebr. 11. ſine fide impoſſibile eſt placere Deo; ergo ſi in eo ſtatu Adam, & Eua Deo placuerũt, & ſanctitaté, ac iuſtitiam quam perdidere, poſſidebant, impoſſibile eſt, quod fide carerent, nõ enim erant comprehenſores, ſed viatores: quare non per ſpeciem ſed in ænigmate non per viſionem, ſed per fidem Deum agnoſcebant. Secundo quia Gregor. XIII. & Pius V. damnauerunt inter alias propoſitiones Michael Bai. Louanien. illam, quæ erat 24 nempe, *Abſurda eſt eorum ſententia, qui dicunt hominem ab initio quodam ſupernaturali gratuito dono ſuper ordinem naturæ ſuæ fuiſſe exaltatũ, vt fide, ſpe & charitate Deum ſupernaturaliter coleret*: ſi ergo hæc propoſitio damnatur, ergo oppoſita cõformis fidei doctrinæ iudicatur. Tertio quia hæc eſt conſtans patrum ſententia, vt videre eſt Geneſ. 2. plurea referunt Turrian. & Coninc citati: item Valent. 1. par. diſp. 7. q. 2. punct. 2. Quarto, quia eadem ratio, quæ de Angelis hoc probat idem multo efficacius in primis parentibus oſtendit.

10. Tertia Conclusio. In animabus exiſtentibus in purgatorio, nõ in damnatis permanet habitualis fides. Prima pars traditur à Suar. tom. 4. in 3. part. diſp. 47. ſect. 2. in fin. & de fide diſp. 6. ſect. 9. n. 4. Maldero 2. 2. q. 5. art. 2. dub. 3. Couinc. diſp. 17. citata dub. 4. concluſ. 3. Probatur primo, quia illæ animæ ſunt fideles, & alioqui non ſuot in termino gloriæ, immo neque omnino in termino viæ, hic enim præmij, vel ſupplicij ſtatus eſt immutabilis: illæ verò animę ſtatum mutabunt: nam peracta ſui reatus ſatisfactione ad æternam felicitatem tranſmigrabunt: Neque eſt aliquod impedimentũ, ob quod nõ poſſunt elicere actum fidei: Nam licet certitudo de teſtimonio Dei euidenſior ſit in atteſtante, propter ea quæ expertæ sũt tranſacto iudicio particulari: tamen adhuc myſteria ſupernaturalia, quæ credũt in ſe manent obſcura; & vt ſępè diximus euidentia in atteſtante ex coniecturis ſeu effectibus euidentèr cógnitis nõ impedit fidem. Secundo animæ perenni actu ſpei, qua ſperant fore vt aliquando ad videndum Deum perueniant, in tormentis conſolari poterunt: ergo cum fides fundamentũ ſit ſpei, hæc ſane eis auferéda non eſt, quamdiu in via animæ hoc certæ ſpei ſolatio indigebant. Secundam concluſ. partem negauit Dur. in 3. diſt. 23. q. 9. exiſtimaos in dæmunibus fidem ſupernaturalem manſiſſe, & videtur hanc opinionem accepiſſe à Magiſtro ibid. §. aliud eſt: idem tenet Alenſ. 3. par. q. 64. membr. 7. & in idem inclinant Iuſtinian. & Salmeron. in epiſtol. Iacob. c. n. 19. probabile credidit Valeot. tom. 3. diſp. 1. q. 5. punct. 2. E contra Bannes q. 5. art. 2. dub. 1. illam Dur. opinioné pericoloſam & errori proximam arbitratur. Nos igitur quamuis improbabilem, & parum fundatam eſſe ſentiamus, nulla alia maiori cenſura dignã arbitramur. Ita Turrian. diſp. 43. de fide dub. 3. & idé ſupponere videnter doctores, qui cum D. Thom. 2. 2. q. 5. art. 2. ſolum vt certam de facto hanc concluſionis partem traduot, quin aliquã oppoſitæ opinioni cenſuram adhibeaot: Ita Suar. de fide diſp. 6 ſect. 9. n. 9. Coninc. de moral. act. ſupern. diſp. 17. n. 1. 2. & ſeq. Probatur primo ex Auguſtioo qui lib. 9. de Ciuitat. Dei c. 21 ait dęmones non agnouiſſe Chriſtũ lumine fidei, ſed efficacia ſignorum: item ex Dionyſ. cap. 4. de diuinis oominibus, qui docet damnatos carere omnibus diuinis donis. Vnde primã deſumo rationem, quia damnati non ſolũ ſunt indigni omnibus diuinis donis ſupernaturalibus; ſed etiã ſunt in eo ſtatu in quo habitus infuſi ſuum finem ſortiri non poſſunt: nempe iuſtificationem, ſeu acceſſum ad æternam beatitudinem. Secundo quia habitus fidei in damnatis non poteſt habere ſuum actum: ergo fruſtra in eis à Deo conſeruaretur: probatur antecedens quia actus fidei indiget auxilio gratiæ excitantis ad hoc vt fiat: ſed damnatis uon dantur auxilia gratiæ vt potè in ſtatu deſperationis, & obſtinationis ad malum conſtitutis. Tertio fides eſt inchoatio, & fundamentum iuſtitiæ vt docet Tridet. ſeſſ. 6. c. 8. atqui damnati incapaces ſunt iuſtitiæ & ſanctitatis. Quarto ad credendum fide ſupernaturali requiritur pia affectio non modo actualis, ſed etiam habitualis, mediante qua actus piæ affectionis connaturalis eliciatur, & hic habitus reſidens in voluntate ſemper comitatur habitũ ex parte intellectus, vt dicemus ad finem huius quæſt. ſed in damnatis nulla eſſe poteſt pia affectio in Deũ, neque honeſta voluntas, immo actu oppoſito piæ affectionis, obſtinato odio, & auerſione feruntur erga omnem Dei auctoritatem, & poteſtatem, eamque ſi poſſent deſtruere, & perdere ſimplici & conditionato affectu deſiderant. Ergo cum habitus huius piæ affectionis deſtruatur per actum oppoſitum in damnatis, conſeruari non valet ſecundũ ordinariam Dei legem, & conſequenter neque habitus, qui cum illo coniunctus eſt, nempe habitus fidei.

Oppones primo. Character baptiſmi, item ſacerdotij, iuxta communem theologorum ſententiam manet in damnatis: ergo etiam manere poteſt habitus fidei. Reſp. negando conſequentiam diſparitas rationis conſiſtit in 11.

natura vnius, & alterius qualitatis: Nam characteres ſunt tantum ſigna indelebilia gratię à Deo acceptæ in baptiſmo, & poteſtatis in ſacerdotio, quæ operatiuæ nõ ſunt & ſolũ in maiorem habentium confuſionem relinquuntur: At habitus fidei in intellectu & babitus piæ affectionis in voluntate, ſunt qualitates operatiuę & cauſę phyſicę ſuorum actuum ad quorum vſum ordinantur, & cum in damnatis neque vſum habere poſſunt, & contrariis actibus ſaltem ex parte voluntatis deſtruantur: merito in termino viæ aufertur vterque habitus ſpectans ad fidem intellectus, & voluntatis: ex eo enim ſolum in via relinquebantur à Deo, quamdiu peccato infidelitatis non deſtruerentur, quia cum peccatores reſipiſcere poſſent, & auxiliari Dei gratia excitari, ac diſponi ad recuperandam gratiam, opus erat vt cum ſpe ſalutis eorum maneret ſpei fundamentum.

52. Oppones 2. verba Iacobi cap. 2. *Dæmones credunt & contremiſcunt*, in quibus comparauit Apoſtolus Dæmonum fidem cum fide peccatoris mortua quam tamen veram eſſe fidem ſupra docuimus ex Trident. alias argumentum Apoſtoli vim non haberet ad eos coarguendos qui fide cõtenti bona opera charitatis minimè curabant, & in ſola fide gloriabantur: quo argumento ſæpe vſus eſt Auguſt. lib. de fide & operibus c. 14. & lib. 15. de Trinit. c. 18. & alibi ſæpe: communis ſolutio quam recentiores citati & interpretes huic loco adhibere ſolent, eſt, argumentum Apoſtoli non peti ab eadem ſpeciei fide, ſed à pari, vel à ſimili, in ſterilitate: ſicut enim fides Chriſtiani ſine charitate ſterilis eſt, & fructus bonorum operum, quæ vitam merentur, non parit: ita fides dæmonum, vnde D. Auguſt. tract. 6. in Ioan. ait, *Magna eſt fides, ſed nihil prodeſt ſi non habeat charitatem noli de fide gloriari adhuc dæmonibus comparandus*: non dicit quod vtraque fides eiuſdem ſpeciei ſit, ſed quod vna alteri comparatur: Clarius adhuc Saluianus lib. 4. de Gubernatione Dei col. 2. luculenter in hoc ſenſu bonum exponit his verbis. *Numquid errauit Apoſtolus vt hominis Chriſtiani fidem dæmoni compararet? non vtique: ſed oſtendere illud volens, quia ſine operibus bonis nihil ſibi per fidei ſupercilium vſurpare deberet; Idcirco ait à dæmonibus Deum credi: ſcilicet vt ſicut dæmones cum eſſe Deum credunt, tamen in peruerſitate perdurant: ita & quoſdam homines quaſi credulitatem dæmoniacam habere: qui cum ſe Deum credere aſſerant tamen à malo opere non ceſſant*: neque contemnenda eſt eorum ſolutio, qui etiam illam particulam *credunt* de præterito explicandam exiſtimant, quod non ſemel in ſacris literis vſuuenit, vt teſtatur Salmeron tom. 1. prolog. 18. regula. 5. vnum appono exemplum Lucæ 7. *Cui autem minus dimittitur, minus diligit*, id eſt minus dilexit, quem locum ex recentioribus melius explicauit Barradios tom. 2. lib. 8. cap. 9. de amore antecedenti in debitore, propter quem creditor iuxta amoris menſuram debitum remittit: hoc poſito ſi verbum *credunt* pro crediderunt vſurpemus, efficaciſſimum erit argumentum Apoſtoli, neque ſolum à ſimili: ſed à fide eius ſpeciei procedet: Nam ſicut dæmones vera fide crediderunt & tamen quia bona charitatis opera neglexerunt, nihil ipſis ſua fides profuit idem fidelibus continget; qui in fide mortua gloriantur. Tertio, reſpondeo argumentum Iacobi forſitan contra hæreticos contorqueri, qui cum falſo ſibi perſuaderent ſine operibus fidem ſufficere ad ſalutem, iam non in vera ſed in falſa fide gloriabantur, neque magis ſupernaturalem habebant fidem, quam dæmones, poſito enim quod iam in hoc puncto à vera fide defecerint, vaniſſimè ſe de Chriſtiana fide iactabant. Vnde directè contra hanc hæreſim Apoſtolus videtur ſe oppoſuiſſe, quam ſolutionem indicat Suar. de fide diſp. 6. ſect. 9. n. 10. & de hoc puncto idem doctor latius lib. 8. de Angelis cap. 6. agit.

Sed quæres ſi quidem hæc dæmonum fides ſupernaturalis non eſt, quænam erit? nam ſi naturalis dicatur, inferam, fidem naturalem teſtimonio diuino niti: nam dęmones non credunt ob teſtimoniũ creaturæ, ergo ob teſtimonium Dei. Reſp. cum D. Thom. 2. 2. q. 5. art. 2. & aliis theologis ſupracitatis, fidem dæmonum eſſe impropriè dictam, quia eſt aſſenſus propter euidentiã ſignorum & rationum, quibus conuincuntur: nã licet quamdiu Chriſtus Dominus vixit, non omnino conuincerentur, ſed adhuc formidarent, & dubitarent an filius Dei eſſet: tamen poſt illius mortem vbi ſe minus potentes agnouere & poſtquã mortis, reſurrectionis & aſcenſionis miracula viderunt, vbi prædicationis Euangelicæ propagationẽ bonos chriſtianos in Chriſti fide ſaluari, malos verò damnari, experti ſunt, iam nulla eis poteſt eſſe dubitatio, vera eſſe omnia quæ noſtra fides docet: Vnde miraculorũ experientia & rationum efficacia, conuincti iudicant, euidenterque à poſteriori cognoſcũt myſteria fidei, quia tamen res in ſe, quod ad quæſtionem, quid eſt non innoteſcunt dæmonibus, ſed adhuc manent obſcuræ, ideo illa cognitio fides appellatur, non quia humano, vel diuino, teſtimonio nitatur: Vnde ſequitur hunc aſſenſum in dæmonibus non requirere piam voluntatis affectionem, ſed neceſſario determinare intellectum ipſorũ ſine dependentia à volũtate: ita docet D. Thom. eod. art. 2. in reſponſione argumentum & alij ibid. Vaſq. 1. p. diſp. 219. c. 2. n. 6. Turrian. 2. 2. de fide diſp. 43. dub. 3. §. ſed contrarium, Coninc. vbi ſupra n. 27. ratio eſt quia euidentia ſignorũ & effectuum perſpicax dæmonum intellectus conuincitur: Nam ſicut oculus apertus neceſſario videt rem ſibi obiectam, ita malus Angelus effectus naturales ſibi pręsẽtes neceſſario intuetur & in iis cognoſcit quicquid ipſi de ſe conſequenter manifeſtant, & quicquid ex ipſis poteſt cõiectari: tanta certitudine quanta iidem effectus oſtendunt: Neque obſtat quod D. Thom. ad primum dixit fidem dæmonũ eſſe quodã modo coactam & in 3. diſt. 23. q. 1. art. 3. quęſtiuncula 1. ait dęmones nõ omnino liberè aſſentire rebus fidei: per hoc enim nõ negauit eã eſſe ſimpliciter neceſſariã: ſed nõ eſſe verè & propriè loquendo coactam, quia hic aſſenſus eſt à principio intrinſeco effectiuè concurrente nempe ab intellectu dæmonis: coactio verò propria dicit vim ab extrinſeco 53.

trinſeco

trinſeco illatam paſſo non conferente vim ſed renitente: quia tamen dæmones non vellent eſſe verum, quod euidenter indicant ita eſſe, & hoc indicium eſt contra hanc voluntatis diſplicentiam, dicitur coactum à D. Thom. & non omnino, ſed aliquo modo liberum, quia dæmones poſſunt indirectè auertere intellectum ab eo obiecto alia cogitando.

Quarta Conclusio. In beatis de facto non manet fides habitualis, neque de potentia Dei abſoluta, eſſe poteſt actualis de obiectis viſis
14. ſeu euidenter in ſe cognitis: non repugnat tamen conſeruari à Deo habitum fidei in intellectu beati: neque dari actum eiuſdem fidei circa obiectum in ſe obſcurum, ex teſtimonio Dei. De materia huius cõcluſionis diuerſimodè ſentiunt authores, qui feruntur à Salas 1. 2. tract. 2. diſp. 6. ſect. 1. & Ægidio de præſentatione 1. 2. tom. 2. lib. 11. quæſt. 8. art. 10. Etenim quod habitus fidei de facto maneat docuit Argentinas & Guillielmus de Bubione & probabile credidit Bonau. dubitatque Duran. E contra verò quod hic habitus, neque de potentia Dei abſoluta eſſe poſſit in beato, tenet Capreol. Hiſpal. Bonau. Caiet. Medin. & aliqui recẽtiores: & à fortiori idẽ dicunt de actu fidei; de quo præter citatos idem exiſtimant D. Thom. Scot. Gabr. Richard. & alij. De facto tamen manere actum fidei probabile credit Guillem. de Rab. & alij quos refert Gregor. Arim. quæſt. 2. prolog. art. 2. in 2. probatione 2. concluſ. lit. F. & G. Quod tamen de facto neque habitualis nec actualis fides maneat in beatis, docet communis ſentẽtia theolog. cum D. Thom 1. 2. quæſt. 67. art. 3. & 5. 2. 2. quæſt. 1. art. 4. & 5. & 3. par. quæſt. art. 3. item de veritate quæſt. 14. artic. 9. Scot. in 3. diſt. 31. q. vnica Capreol. ibidem quæſt. 1. art. 1. concluſ. 2. Hiſpalen. quæſt. 1. art. 1. concluſ. 2. & art. 3. Bonau. art. 2. quæſt. 1. Richard. art. 3. quęſt. 2. Baſſol. quęſt. 1. art. 3. §. dico 3. Gregor. quæſt. 1. prolog. Caiet. & Medin. ad locum 2a. citatum Suar. de fide diſp. 6. ſect. 9. num. 7. Turrian. diſp. 43. dub. 4. Coninc. diſp. illa 17. dub. 4. concluſ. 1. Bannes, Lorca & Arag. 2. 2. quæſt. 5. art. 2. Valent. tom. 3. diſp. 1. q. 5. par. 2. Probatur primo auctoritate D. Pauli 1. ad Corint. 13. *Cum autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt*, & inferius. *Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum.* Et cum ſupra de charitate dixiſſet, *Charitas nunquam excidit*, infra vt diuerſitatem vię declararet, ſubdidit. *Nunc autem manent fides. ſpes, charitas*: ita hunc locum interpretantur Patres & recentiores expoſitores, vt videre eſt apud Iuſtinian. & Cornel. qui refert Ambroſ. Anſelm. Theodor. Theophil. & Caiet. Clariſſime Chriſoſtom. homil. 14. in eadem epiſtol. *Ceſſat quidem fides & ſpes quando aduenerint bona quæ fuerint credita & ſperata.* Addo Hieronym. in eundem locum & Auguſt. ſerm. 13. de tempore. 2. quia dignitas ſtatus beatifici poſtulat vt omnis notitia beatorum non modo ſit certa ſed etiam euidens: ſiue pertineat ad cognitionem matutinam ſiue ad veſpertinam: ſed fides aſſenſus eſt obſcurus: ergo non datur in beatis, & conſequenter neque habitus, qui ad illum inſeruit, manere debet: alioqui eſſet otioſus, & inutilis: & quia illius loco ſuccedit viſio beata: maior probatur quia cognitio beati vel conſideratur prout attingit obiecta in verbo cognita: vel vt in proprio genere alia à Deo manifeſtata percipit: de primis non ſolum de facto, ſed neque de potentia Dei abſoluta dari poteſt fides, vt oſtendi quæſt. 1. ſect. 5. de ſecundis, de facto non dari fidem ex eo probatur, quia modus manifeſtandi aliqua obiecta beato extra verbum, debet eſſe conſentaneus ſtatui beatifico, & viſioni claræ Dei: eſt enim veſpertina cognitio beati quædam emanatio à priori, ergo ſicut in priori oſtenditur obiectum clarè & euidenter, ita in ſecundo. Tertio quæ Deus beatis reuelat extra verbum, per ſcientiam infuſam manifeſtare poteſt, & per ſpeciem repręſentantem obiecta in ſe clarè & euidenter: ſed hic modus cognoſcendi eſt magis conſentaneus ſtatui beatorum: ergo de facto ita cognoſcunt quę extra verbum illis manifeſtantur videlicet per ſcientiam infuſam.

Obijcies aliquos patres expreſsè affirmaſſe fidem, & ſpem manere in beatis. Ita Irenæ. lib. 2. contra hæreſ. c. 47. & lib. 4. c. 25. & clarius de fidei actu id docet Photius Conſtant. in illum Pauli locum proxime citatum. Reſp. primo illos patres aliter legiſſe locum Pauli atque nos in vulgata editione habemus: vbi enim eſt *nunc*, ipſi legerunt *tunc*, quare mirum non eſt ſi ob auctoritatem Pauli ita exiſtimarint. Secundo quia ſolum ſignificarunt fidem, & ſpem manere non in ſua ſpecie & exitate, ſed ſecundum aliquem gradum ſui ipſis & aliis præſtantioribus actibus communem: Nam fides manſit ſecundùm certitudinem & firmitatem in viſione: ſpes vero quoad affectum inhæſionis inſeparabilem in poſſeſſione ipſius Dei: ita eos patres exponit Valent. vbi ſupra.

Altera Concluſionis pars, de potentia Dei abſoluta non repugnare in beatorum intelle- 15.
ctu fidem habitualem à Deo conſeruari & actualem reperiri, approbatur ab Scot. in 3. diſt. 31. q. vnica §. reſpondeo & ad 2. Durand. ibid. q. 3. Baſſol q. vnica Guillem. q. 1. art. 2. ad fin. & in 3. diſt. 24. q. 1. vbi etiam Palud. q. 2. & in 3. diſt. 31. q. 2. Argent. ibid. artic. 3. & q. 5. prolog. art. 2. Suar. vbi ſupra eſt: probatur de habitu, quia nulla in hoc apparet contradictio: Nam habitus non habet repugnantiam logicam cum viſione Dei, ſeu cum ſtatu beatifico: ſed ſolum ſecundum legem Dei ordinariam fundatam in quadam connaturalitate & decentia ſtatus beatifici, quæ non impedit Dei omnipotentiam: vnde Deus ob alios fines poſſet eundem habitum in eo ſtatu conſeruare: & prætermiſſis aliis ad ornatum potentiæ, & vt ſi aliquando tranſeunter Deus vellet aliquid reuelare beatis, haberet ipſorum intellectus principium intrinſecum, vt actum fidei ſupernaturalem ſine peculiari auxilio eliceret. De actu verò etiam oſtenditur iuxta noſtram ſententiam, nimirum euidentiam præcisè in atteſtante non tollere fidem. Quamuis ergo beatus certo cognoſceret Deũ eſſe æquè prudenter videre poſſet ſibi certam aliquam veritatem reuelari, ſi tamen illam in ſe nõ vide-

ret, neque habitudinem diuinæ cognitionis ad illam, adbuc illa maneret obſcura, & ſufficiens ad terminandum fidei aſſenſum, præſertim quia neſciret infallibiliter illam eſſe reuelationem Dei.

Supereſt altera pars tituli, quamdiu conſeruetur à Deo habitualis fides, quæ iam declarata eſt quod attinet ad terminum viæ videlicet in beatis & damnatis, de tempore viæ catholica ſeotentia contra Durand. in 3. diſtinct. 23. quæſt. 9. docet per quemlibet actum infidelitatis qui peccatum mortale ſit, amitti omnino habitum fidei etiamſi vnus ex minoribus fidei articulis negetur: ita reliqui theologi io 3. diſtinct. 23. & cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 5. artic. 3. Probatur primo ex D. Paulo 1. ad Timoth. 1. vbi ita ſcribit, *Habens fidem & bonam conſcientiam, quam quidem repellentes circa fidem naufragauerunt*: in quibus verbis patet Apoſtolum loqui de fide, quæ habitualiter & permanenter in homine perſeuerat, quam in totum amiſiſſe naufragij nomine declarat, vt Chriſoſtom. obſeruauit homil. 5. ait enim ſicut naufragus amiſſis omnibus nudus euadit, ita ex fide excidentem nihil ſibi ex Dei donis, ac virtutibus amplius retinere: & ponit exemplum Apoſtolus. *Ex quibus eſt Hymenaus & Alexander*: qnos circa particulares fidei articulos errare conſtat, nam hoc ſanctus Paulus declarat de Hymenaco 2. ad Timoth. 2. numero 17. *Ex quibus eſt Hymenaus & Philetus, qui à veritate exciderunt dicentes reſurrectionem iam eſſe factam*: & de Alexandro 2. ad Timoth. 4. numero 15. *Quem & tu de vita valde enim reſiſtit verbis noſtris.* Paolo enim infenſus ſuæ maleuolentiæ virus in ipſam etiam Pauli doctrinam, Euangelicamque veritatem in aliquibus euomuit. Suadetur ſecundo ex Trident. ſeſſio. 6. cap. 15. vbi ita ait: *Aſſerendum eſt non modo infidelitate per quam & ipſa fides amittitur; ſed etiam quocumque alio peccato mortali quamuis non amittatur fides acceptam iuſtificationis gratiam amitti.* Et ſane miror aliquos receotiores exiſtimare hunc locum de actuali fide, non de habituali neceſſario intelligendum. Etenim Concilium non de actuali gratiæ dono, ſed de permanente & habituali loquitur, eodemque modo de fide dicit per infidelitatem amitti, quo gratia per quodlibet peccatum mortale: ergo expreſſa Concilij definitio de dooo illo à Deo infuſo, quod fides dicitur, omnino eſt intelligenda: quia actualis fides vt deſinat eſſe, nullo opus eſt infidelitatis peccato: ſimiliter, & actualis gratia; neque enim opus eſt vt ſemper continuo motu Deus excitante gratia peccatorem vocet, aut iuſtus ſemper in continuo virtutis actu perſeueret. Tertio idem hac prima ratione oſtenditur ducta ab abſurdo, quod ſequeretur ſi hæreticus vnum fidei articulum negans retineret fidem. Nam eſſet hæreticus, & fidelis; ſicut enim puer ex ſolo habitu fidei, poſt baptiſmum verè fidelis eſt, & intra Eccleſiæ ouile manet, ita ille negans aliquem articulum ſi haberet habitum fidei fidelis diceretur verè, & intra Eccleſiæ gremium manere crederetur; hoc autem contradicit ſcripturæ: Ioann. prima epiſtol. cap. 2. vbi de hæreticis ita loquitur, *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis, nam ſi ex nobis eſſent permanſiſſent vtique nobiſcum*: ex quo loco Patres colligunt notos ſaltem hæreticos in Eccleſia non manere iuxta extrauag: vnam ſanctam de maioritat. & obedien. Vnde idem Ioann. numero 23. dixit de illis qoi iam io Eccleſiæ ouili non erant, quia Chriſti diuinitatem negabant. *Omnis qui negat filium negat patrem*: qui locus in ſimpliciori, & veriori ſenſu exponitur de fide & confeſſione patris: quaſi diceret qui filij dioinitatem negaret, neque vera fide Deum colere: vt cum multis patribus docent recentiores ad bunc locum.

17. Quarto probatur à priori. Nam Dei teſtimonium vnum & idem eſt reſpectu omnium veritatum fidei, eſt enim eadem auctoritas diuina, & prima veritas reuelata, quæ ſola ſecundùm ſuam virtutem & infallibilitatem vt ita dicam intenſiuè infinitam vnicuique articulo applicatur: ſed qui oegat vnum articulum huic veritati diffidit & diſſentiur: ergo deſtruit totum obiectum formale credendi fide diuina ex ſuo iudicio hæretico ſcienter contra articulom in hac veritate fundatum iudicando: dico ſcienter, quia ſi quia ex inuincibili ignorantia, aliquid contra fidem ſibi perſuaderet, ſane contra hoc Dei teſtimonium non peccaret, neque illi diſſentire putaretur. Immo etiamſi ex ſola ignorantia vincibili & craſſa aliquid contra fidem credatur, ſic credens non cenſetur peccare contra fidem, vt communior & verior ſenteotia docet quam poſt alios tradit Sanch. in decalogo lib. 2. cap. 7. Vaſq. 12. diſput. 126. cap. 2. Azor. tom. 1. lib. 1. cap. 14. quæſt. 9. Henriq. lib. 13. de ſacram. cap. 17. oumero 3. Turrian. de fide diſput. 55. dub. 1. Nauarr. in Manual. cap. 11. numero 2. Malderus 2. 2. quæſt. 11. artic. 2. Bannes & Aragon. ibidem. Sayro in Claui lib. 2. cap. 9. numero 34. Cooinc. de moralitat. actu. ſupern. diſp. 18. dub. 4. numero 25. & dub. 7. numero 97. quamuis iſte mortaliter peccaret propter negligentiam, craſſamque ignorantiam contra præceptum addiſcendi myſteria fidei: ratio verò cur contra fidem non peccat, eſt, quia ad hæreſim requiritur pertinacia, qua quis reſiſtit auctoritati Eccleſiæ ſibi ſufficienter myſteria fidei proponenti, vt ſuo loco latius dicetur: qui vero ſolum ex vincibili craſſaque ignorantia falſum contra fidem iudicat, non eſt pertinax nec reſiſtit auctoritati Eccleſiæ: vt patet. Confirmatur hæc ratio: Nam fides infuſa non conſtat diuerſis habitibus ſeu diuerſis partibus, per quas ad diuerſa obiecta extendatur: ſed ex ſua ratione obiectiua eſt omnino ſimplex & indiuiſibilis, ita vt quamuis reuelationes diuerſimode ſe habeant materialiter, tamen tota iſta diuerſitas eſt per accidens, neque ſpectat [illegible] rationem formalem quæ in teſtimonio Dei infallibilem habente connexionem cum qualibet veritate conſiſtit, vt dixi quæſtione ſecunda ſect. 6. vnde patet diuerſam eſſe rationem in aliis ſcientiis, & in fide humana. Nam diuerſæ concluſiones

ex

ex diuerſis principiis deducuntur, & diuerſos habitus gignunt, quare vna concluſio negari poteſt, quin tota ſcientia amittatur. Item fides humana fallibilis eſt, & non ſemper veritatem attingit; hominis enim teſtimonium ſiue ex defectu cognitionis, ſiue defectu veracitatis non habet neceſſariam connexionem cum obiecto teſtificato: & ideo qui vnum hominis dictum negat; non idcirco propter eandem auctoritatem dicentis omnia illius dicta negare cenſebitur; quæ idem teſtificatus fuerit: nunc enim verum, nunc falſum dicere contingit.

18. Duo tamen adhuc ſuperſunt dubia. Primum an quælibet infidelitas fidem phyſicè, & ex natura ſua expellat non modo actualem, ſed etiam habitualem; an ex ordinatione diuina ſeu meritoriè. Secundum an tota fides habitualis per quemlibet actum infidelitatis amittatur, itaut nunquam dimioui, ſed in totum perdi debeat. Quantum ad primum per quamlibet infidelitatem expelli phyſicè, & ex natura rei fidem tam habitualem quàm actualem defendunt Caietan. 2. 2. quæſt. 5. artic. 3. Bannes ibidem Valent. tom. 3. diſp. 1. quæſt. 5. par. 3. Vaſq. 12. diſput. 91. cap. 4. Turrian. de fide diſp. 44. dub. 2. & alij recentiores: ex his verò nonnulli docent actum & habitum fidei corrumpi, ſeu expelli efficienter, & formaliter, alij verò tantum formaliter ex natura rei: priorem dicendi modum probabilem exiſtimat Ocham. quodlibet 3. quæſtione 7. & videtur indicari à D. Thom 2. 2. quæſt. 14. artic. 10. vbi ait charitatem efficienter per mortale peccatum corrumpi, & artic. 12. docet fidem & ſpem tolli per peccatum ſibi peculiariter contrarium, ſicut charitas expellitur per quodliber mortale: ergo ſignificat per hæreſim fidem efficienter corrumpi ſicut charitas per mortalem culpam: ex iis verò qui ſolum contrarietatem formalem admittunt, expreſsè eſt Turrianus citatus & idem ſignificare videntur alij nominatim citati, qui ſolius contrarietatis phyſicæ, & formalis meminerunt. E contra vero alij docent per actum infidelitatis expelli fidem ſolum demeritoriè & diſpoſitiuè, quia per illam, ſubiectum ita diſponitur vt repugnet habere actum fidei, & Deum moueat ad ſubtrahendum concurſum quo habitum fidei conſeruabat: ita tenet Scot. in 3. diſtinct. 23. quæſt. vnica §. ad primum verſ. ad aliud, Gabriel ibidem quæſt. 2. artic. 3. dub. 2. & eſt iuxta Bonau. diſtinct. 27. artic. 5. quæſt. 4. vbi ait fidem expelli per errorem, ſicut charitas per mortale peccatum, & diſtinct. 51. artic. 1. quæſt. 1. ad 2. ait charitatem non expelli per contrarietatem formalem; Almai. tracta. 2. moral. cap. 5. in fine: idem in multis locis docet Suar. nullam admittens cauſalitatem ex natura rei in actu hæreſis erga fidem, ſed moralem ſeu demeritoriam, & ex ordinatione diuina, vt videre eſt tom. 3. in 3. par. quæſt. 63. artic. 5. in commentario artic. & latius de fide diſput. 7. ſect. 4. numero 5. & tom. 3. de grat. lib. 11. cap. 7. numero 11. Coninc. diſput. 18. dub. 4. numero 55. Malder. 2. 2. quæſt. 5. art. 3. ad primum & ad quartum; Lorca de fide diſp. 23. numero 7. & de charitat. diſp. 22. numero 8. & vtriuſque ſententiæ fundamenta, ſi quid ponderis habent, inter probandam ſequentem concluſionem producentur.

Quinta Concluſio. Hæreſis non præciſè ob demeritum, neque per phyſicam efficientiam fidem expellit, ſed per ſuam formam ex natura poſtulantem vt Deus concurſum ſubtrahat, quo habitum fidei antea conſeruabat. Iuxta hanc aſſertionem interpretor autores primæ ſententiæ Caietan. Bannes, Valent. Vaſq. & Turrianum: imo etiam Scotum & aliquos ex illis, qui in ſecunda ſententia citantur: quatenus docent non ſolum meritoriè, ſed diſpoſitiuè fidem per hæreſim expelli, quia licet non declarent an illa diſpoſitio ex natura rei cum fide pugnet, id non negant, ſed videntur ſequi poſteriorem modum primam opinionem declarandi. Quatuor partes habet aſſertio. Primam ſic oſtendo: ſi meritoriè tantum expelleretur fides per actum infidelitatis, ſequeretur non modo per hæreſim, ſed per formale odium Dei expelli: Nam odium Dei eſt maius peccatum, & conſequenter maius demeritum eſt in eo, qui Deum odio habet: conſequens tamen eſt falſum. Item qui per auaritiam, vel ambitionem multas gentes ad hæreſim induceret, grauius peccaret, quam ſi ſolus ipſe actum hæreſis committeret; & ſane multo magis demeritum eſſet in hoc homine reſpectu damni; quod infert Eccleſiæ Catholicæ; & reſpectu iniuriæ, quam fidei irrogat: & tamen hic ſi actum hæreſis non eliceret, fidem non amitteret: ergo fides præciſe ratione demeriti non corrumpitur. Dicet aliquis hoc ex ordinatione diuina prouenire. Deus enim non per quodliber demeritum, etſi maius, ſtatuit habitum fidei auferre, ſed ſolum propter demeritum peccati infidelitatis: ſed contra: quia hoc libere dictum eſt: nullus enim locus eſt in ſacra ſcriptura, neque in Conciliis, qui hoc ad liberam Dei ordinationem reducat. Deinde niſi de ordinatione libera Dei nobis conſtet per aliquem effectum, ſine fundamento illa aſſeritur: ſed nullus eſt effectus magis conueniens ad indicandam hanc Dei ordinationem, quam natura actus erronei diuinæ fidei oppoſiti: ergo ex hoc talis ordinatio debet deduci: confirmatur, quia ſuſpenſio concurſus diuini conſeruantis rem aliquam in rerum natura non datur, niſi ad exigentiam cauſæ ſecundæ naturaliter, vel liberè operantis, vt patebit diſcurrenti per diuerſos effectus à Deo infieri & conſeruari dependentes. Ergo Deus non ſuſpendit concurſum per quem fidei habitum conſeruabat, ex ſola ſua ordinatione libera, ſine particulari reſpectu ad actum hæreſis potius, quam ad alium, per quem magis ab homine offenditur, conſiderato tantum peccati demerito.

Secunda pars, quod ſcilicet efficienter non expellatur fides per hæreſim ita oſtendo etiam cum authoribus ſecundæ opinionis, quoniam nulla forma expellit aliam efficienter à ſubiecto per ſe ipſam niſi producendo aliquid in eodem ſubiecto incompoſſibile cum illa: ſed 20.

habitus hæreſis per actum acquiſitus non eſt phyſicè incompoſſibilis cum actu ſeu habitu fidei : ergo fides efficienter non expellitur per infidelitatem : maior patet, quia calor non expellit frigus à ſubiecto quod informat efficienter, ſed per ſe formaliter : minor etiam eſt manifeſta : quia habitus acquiſitus non expellit infuſum, immò neque infuſus acquiſitum, vt experimento conſtat in eo qui de nouo iuſtificatus, habitus infuſos ſimul cum gratia accepit & tamen difficultatem in exercitio earumdem virtutum & facilitatem ac inclinationem ad vitia antiqua illis virtutibus oppoſita experitur : quam doctrinam ſupponere videtur Tridentinum ſectio. 14. cap. 8. de iuſtificatione. Et ratio eſt quia habitus acquiſitus datur ſolum ad facilitatem operationis: habitus vero infuſus ad ſubſtantiã actus, ideoque vt dixi in ſect. 1. eſt inſtar potẽtię: & deinde quæ propriam habent contrarietatem in eodem ordine, & ſub eodem genere eſſe debent vt docet Ariſtotel. lib. 10. Metaph. cap. 6. Atqui habitus infuſi & acquiſiti in diuerſo ordine ſunt : ergo propriam non habent contrarietatem phyſicam, neque per ſuos actus ſe inuicem expellunt, ſicut ij qui in eodem ordine ſunt. Tertia pars quæ docet actum infidelitatis eſſe formam ex natura rei repugnantem actui fidei, ſine dubio eſt D. Thom. 2. 2. quæſt. 5. artic. 3. in corpore, vt oſtendit illius ratio quam etſi D. Thom. accommodat habitui fidei, illam à fortiori actui cum quo immediatam & maiorem habet hæreſis repugnantiam poſſumus accomodare : etenim ex natura rei impoſſibile eſt, vt qui in actuali hæreſi eſt, fidei actum eliciat: ergo repugnantia, quam habet hæreſis actualis cum actu fidei non ex ordinatione diuina, ſed ex natura ipſorum actuum prouenit: quorum vnus formaliter aliorum expellit: antecedens probatur quia ratio formalis fidei deſtruitur per quemlibet actum hæreſis; ſed dependentia actualis fidei à ſua ratione formali eſt eſſentialis, neque poteſt auferri vel ſuppleri à Deo: ergo nulla potentia datur quæ faciat manere actum fidei cum actuali hęreſi: Minor & conſequentia patent : maiorem probo : formalis ratio fidei eſt vna & indiuiſibilis Dei veritas reuelata, quæ ita applicatur vni articulo, vt implicitè excludat diſſenſum circa quodlibet obiectum reuelatum, & ſufficienter propoſitum : Nam omnibus eodem modo aptatur, & cum vna indiuiſibiliſque ſit Dei auctoritas, eodem modo ſe habens comparatione omnium quæ reuelat, perfectam in omnibus conſenſionem requirit; & in omnibus ſibi obedire depoſcit, quia æqualiter & indiuiſibiliter omnibus applicata eſt : ergo qui hanc ex toto corde fidem illi non adhibet, debitam illi reuerentiam denegat; & iam non diuina auctoritate in aliis credendis nititur; ſed humana fide, aut propria opinione. Confirmatur eadem maior, quia qui diuidit quod indiuiſibile eſt, & quod partiri ſe non ſinit, ſane illius naturam deſtruit : ſed fides noſtra eſt vna & indiuiſibilis in ratione formali, quæ vel omnibus articulis applicatur, vel nulli : ergo qui diſſentit per actum hæreſis in aliquo huic rationi, nempe

A Dei teſtimonio, illius efficacitatem denegat, & illius auctoritatem penitus ſubuertit. Exemplum habemus in charitate in hoc particulari puncto : Nam ſicut actus perfectæ charitatis inuoluit Dei amorem ſuper omnia, ita vt nemo Deum amare poſſit in particulari materia, eique placere, quia ſaltem implicitè in eo actu continetur voluntas in reliquis omnibus Deo placendi, & nullum graue illius præceptum violandi (& hoc eſt diligere Deum ex toto corde ſine voluntatis diuiſione :) ita actus fidei circa aliquem articulum ſaltem implicitè continere debet perfectam obedientiam & reuerentiam Dei teſtimonio nobis ſufficienter propoſito, & excludere diſſenſum circa quodlibet à Deo reuelatum & eodem modo ſufficienter propo-
B ſitum : quoniam pia voluntatis affectio à qua procedit particularis aſſenſus circa vnum articulum, æqualem animi præparationem ſupponere debet ad reliqua, quæ ſimili modo ſub eodem Dei teſtimonio cadunt : & hoc eſt credere ex toto corde vt dixit Philippus ad Eunuchum Candacis reginæ : *Si credis ex toto corde, licet.* Actorum 8. numero 37. & hinc eſt quod baptizandi antequam hoc ſacramentum ſuſcipiant, faciunt profeſſionem fidei & ſi adulti ſunt, per ſe reſpondent, ſi paruuli per ſponſores, qui vulgo patrini dicuntur iuxta cap. in catechiſmo de conſecrat. diſt. 4. quam cæremoniam ab Apoſtolis traditam refert Clemens Roman. lib. 7. conſtit. cap.
C 42. & Dionyſ. de Eccleſiaſt. hierarch. cap. 2. refert conſuetudinem antiquam de ſacerdote baptizante, cuius ad catechumenum verba ſunt, *Ad orientem transfert intuentemque in cœlum, & manus tendentem, iubet Christo aſſentire, omnibusque ſacris verbis, quæ à Deo tradita ſunt.* Vnde ſanctus Patriarcha Alexan. de ritibus baptiſmi colum. 6. refert verba per quæ baptizandus fidem ſuam profiteri conſueuit. *Conſentio tibi Chriſte Deus ego talis N. qui baptizor & omni doctrinæ, quæ reuelata eſt à te diuinitus per Prophetas & Apoſtolos ſanctos Patres* : ex quibus patet fidem omnino indiuiſam eſſe, & de ſua natura talem reſpicere obiectum formale, quod æqualiter & indiuiſibiliter ad omnia reuelata
D ſe extendat.

Dices eſſe diuerſam rationem in actu amo- 21.
ris Dei ſuper omnia & aſſenſu fidei circa particularem articulum : quod amor Dei ſuper omnia de ſe formaliter habet velle Deo in omnibus placere, & illum ſuper omnia diligere : vnde repugnat cum quodlibet peccato mortali, quia implicat efficacitas velle placere in omnibus, & in particulari aliquo diſplicere. At actus fidei per ſe formaliter ſecundùm ſuam ſubſtantiam & formalitatem cadens ſuper aliquem articulum, non extenderetur ad alia obiecta credenda : vnde non videtur formaliter repugnare cum errore circa alios articulos : quod ſic probatur, nam aſſenſus fidei circa Trinitatem non opponitur niſi diſſenſui circa eamdem, non verò, diſſenſui circa incarnationem. Immo neque per ſuam formam, ſeu naturam opponitur diſſenſui contra Trinitatem, nam diſſenſus in deliberatus,

deliberatus, & primo primus idem poteſt eſſe A ſecundùm rem, & entitatem actus, & tamen per illum non expellitur fides habitualis: immo fides actualis poteſt ſtare cum errore circa alium articulum ex ignorantia inuincibili: ſed poteſt aliquis cum pertinacia perſeuerare in eodem errore etiam poſtquam de eo ſufficienter admonitus & inſtructus eſt; & tunc amittet fidem: ergo ille actus erroneus per ſuammet formalitatem non expellit actualem fidem nec habitualem: patet conſequentia, quia ſupponimus eundem actum continuari cum aduertentia qui antea erat indeliberatus, vel perſeuerare cum pertinacia inuincibili.

221 Sed contra quia ſicut voluntas per actum charitatis formaliter anteponit bonum increatum reliquis omnibus creatis, ita aſſen- B ſus fidei circa verum reuelatum hanc comparationem facit ſaltem virtualiter & interpretatiuè cum omnibus mediis naturalibus, quæ contra verum reuelatum occurrere poſſunt: immo & cum mediis, quæ eandem veritatem demonſtrent: Nam eo ipſo quo quis diuino nititur teſtimonio aſſenſum habet magis infallibilem & magis certum certitudine intrinſeca quam haberet, ſi ex aliquo principio eandem deduceret veritatem: Ideoque dico etiam in hoc aſſimilari aſſenſum fidei actui charitatis, nam ſicut actus charitatis circa bonitatem Dei propter ſe amatam non requirit formalem comparationem cum crea- C turis, ſed ſatis eſt virtualis excludens prælationem cuiuſlibet creaturæ in amore, ita in actu fidei non requiritur actualis & formalis comparatio cum aliis obiectis contrariis, ſed ſatis erit virtualis excludens aſſenſum circa obiectum diuinæ veritati & reuelationi oppoſitum. Deinde noſtra comparatio ſolum præcipuè recipit ſimilitudinem in motiuo formali actus, quod tale eſt in vtroque actu, vt indiuiſibiliter toti ſuo obiecto applicetur, ſicut enim diligere Deum ex toto corde eſt Dei bonitatem omni bonitati creatæ anteponere in qualibet materia: ita credere ex toto corde eſt omnibus reuelatis ſufficienter propoſitis aſſentiri ſeu nulli diſſentire: in quo quidem pari paſſu procedunt; & inde prouenit repugnantia actus charitatis cum actu mortalis peccati; & actus fidei cum actu in- D delitatis, vt iam probaui. Præterea ad id quod additur de repugnantia actus erronei cum fide: notandum eſt, aliud eſſe errorem circa veritatem fidei materialiter, aliud verò errorem circa veritatem fidei formaliter: ſicut aliud eſt aſſenſus de veritate fidei, & aſſenſus fidei, ille prior eſt aſſenſus fidei materialis, poſterior vero formalis, quando ergo error in veritate fidei eſt ex ignorantia inuincibili, non eſt infidelitatis actus, neque opponitur rationi formali fidei: ſimiliter quando eſt indeliberatus, ſicut actus neceſſarius, qui à pia voluntatis affectione imperante aſſenſum ob teſtimonium Dei non procedit, actus fidei non eſt, qui regulariter fieri ſolet honeſtus & meritorius, vt in fine huius quæſtionis dicam. Cum verò natora aſſenſus intellectiui non conſideretur materialiter tantum, ſed formaliter, vt repugnantia appareat vel conuenientia, quam cum alio aſſenſu habeat, mirum non eſt, ſi error in fide materialiter ſumptus manere poſſit cum actuali fide: & ſane de eodem obiecto materiali clarum aſſenſum & diſſenſum eſſe non poſſe: de diuerſis etiam ob rationem factam aſſenſum circa vnum articulum fidei cum diſſenſu circa alterum omnino repugnant ex ſua natura: quæ natura debet couſiderari eo modo, quo actus virtutum & vitiorum opponuntur, nempe vt liberæ electiones, & actus humani ac liberi, meriti ſeu demeriti, bonitatis vel malitiæ capaces: & hac ratione dicimus actum hæreſis, vt à pertinaci & impio, non pio voluntatis affectu procedit, repugnare cum actu fidei: non verò vt procedit ex ignorantia inuincibili: & licet cum pertinacia manere dicatur idem actus materialiter erroris antea habiti ex ignorantia: ſaltem non manet idem formaliter vt de nouo cognoſcitur dependens à diuina veritate, & reuelatione: quamobrem ſimpliciter non eſt idem aſſenſus, quia hic ex ratione formali ſpeciem ſumit. Vnde vt actus erroris hæreſis ſit, debet obiectum, cui hæreticus aſſentitur, ſufficienter proponi, vt contradictorium obiecti reuelati: quomodo non proponitur, quando ex ignorantia procedebat.

Hinc iam facile probatur vltima aſſertionis pars, actum hæreſis ſecundum rei naturam 231 poſtulare, vt Deus ſuſpendat concurſum ſuum, quo illum conſeruabat. In quo non negamus maiorem repugnantiam habere actum infidelitatis cum actu, qoam cum habitu fidei: quia habitus ſaltem de potentia Dei abſoluta poſſet conſeruari in intellectu; in hoc enim contradictio nulla eſt: ſed dicimus Deum ſe ad rei naturam accommodare ſuſpendendo concurſum habitus poſita hæreſi in intellectu ob rationem D. Thom. iam accommodatum actui, & ſoo modo congruentem habitui: Nam quamdiu intellectus eſt ſub actu infidelitatis, formaliter expellit actum fidei, & conſequenter impedit vſum habitus, qui iam redditur inutilis, & minus congruè appellat fidelem hæreticum, & ad fidem inutiliter inclinat intellectum in hæreſi pertinacem: Confirmatur: destructa per hæreſim ratione formali habitus, tollitur, quantum ex parte naturæ fieri poteſt, ipſe habitus: ergo quod Deus illum conſeruet iam pendet ex abſoluta illius poteſtate, non ex ordinario curſu naturæ: antecedens probatur, quia in iis quæ pecoliarem Dei concurſum requirunt, ad ſui prodoctionem, ſeu ſuſpenſionem concurſus, ad deſtructionem: ex parte cauſarum naturalium non requiritur, vt ponantur cauſæ efficienter deſtruentes, ſed vt taliter diſponantur cauſæ naturales, vt rei natura illam prodoctionem, vel ſuſpenſionem concurſus Dei depoſcat: hinc enim eſt quod poſitis diſpoſitionibus requiſitis in corpore organico, Deus determinatur ad creandam animam rationalem eidem corpori præſentem; & corruptis ſpeciebus ſacræ euchariſtiæ Deus ſuſpendit concurſum ad conſeruationem corporis Chriſti ſub illis exiſtentis, & hoc conſequenter fit ſecundùm naturam huius ſacra-

menti, quod datur vt alimentum ſpirituale animarum, & ideo ſubſpeciebus panis conſtitutum, qui corporis alimentum eſt: ſimiliter ergo ſiue habitus ſupernaturales per noſtros actus non acquirantur, neque cauſam habeant in rerum natura efficientem: ita neque habent deſtructiuam, quæ formam illi perfectè contrariam producat: ſatis ergo eſt, quod talem habeat, quæ ex ſua natura poſtulet ſubtractionem diuini concurſus habitum conſeruantis, quia cum hic ad credendum detur, & credendi vſus incompoſſibilis ſit cum actu infidelitatis, tollitur finis, ad quem datus eſt habitus fidei: quibus verò modis contingat hic infidelitatis actus & quas conditiones requirat, ad titulos de hæreticis, de Iudæis, & Saracenis ſpectat.

14. Secundum dubium ex præcedenti facile ſoluitur: Nam omnes Theologi cum D. Thom. 2. quæſt. 5. artic. 3. aſſerunt, per quemlibet actum infidelitatis habitum fidei in totum deperdi, vt teſtatur Suar. diſp. 7. de fide ſect. 4. numero 2. & Turrian. de fide diſp. 45. dub. 3. Et quamuis hoc dubium ſpeciatim tractari ſoleat de charitate à D. Thom. 2. 2. quæſt. 24. artic. 10. & in 1. diſt. 17. quæſt. 2. artic. 5. & quæſt. 7. de malo, artic. 2. item à Caietan. & aliis Thomiſtis citato artic. 10. vbi reſoluunt Gratiam & charitatem diminui non poſſe: idemque tuentur Capreol. Duran. Bonauent. Richard. Gabriel. Dionyſ. Ciſterſ. Aliacen. Henr. Almai. Guillel. Pariſ. & alij quos ſequitur Suar. tom. 3. de Grat. lib. 9. cap 8. numero 7. eadem tamen vel potior ratio eſt de fide, & ſpe, vt idem Suar. aduertit numero 16. vt probetur, tria prænotanda ſunt. Primum non ea eo habitum fidei diminutionem excludere, quod partibus intenſiois careat; Nam vt ſupra diaimus, eſſe omnium theologorum communis opinio in habitibus infuſis dari latitudinem gradoalem propter quam intenſiores & remiſſiores eſſe poſſunt. Secundum; Deum non minuere dona gratiæ ſine cauſa ea parte noſtra, propter quam illis efficiamur indigni, quare niſi homo ponat diſpoſitionem ſeu formam repugnantem aliquomodo influaui conſeruaoti ea dona, non auferri, neque minui: ratio eſt, quia Dei dona ſunt ſine pœnitentia, & ipſius munificentia ſemper eadem eſt immutabilis, & æque diues; quantumuis maaimis donis nos cumulet: & ſicot auctore Deo nemo fit malus, ita eodem autore nemo fit minus iuſtus, & ſanctus; neque ea Deo naſcitur, quod ad inferiorem virtutis gradum deſcendat. Tertium: nullam ex parte hominis cauſam eſſe poſſe ad diminutionem babitualis fidei, niſi peccatum infidelitatis, vt ſupra diximus ex Tridentino, nam per alia peccata etiam grauiſſima fidem non amitti, idem Concilium docuit; & multo minus cauſa erit ſufficiens ſola ceſſatio actuum: Nam vt probabilius credo, etiam in acquiſitis habitus non remittuntur per ſolum non vſum, ſeu carentiam actuum niſi occaſionaliter, quia interim fiunt alij actus productiui habituum aliquo modo repugnantium aliis antea acquiſitis; & ideo paulatim remittuntur. Deinde quicquid ſit de habitibus acquiſitis ſaltèm de iofuſis per ſe alia eſt ratio, quia non ſunt producti, neque aucti per noſtros actus, vnde ſicut per eos non augentur, ita neque eorum conſeruatio ab eiſdem actibus dependet: hinc iam probatur noſtra reſolutio: nam vel remitteretur fides per actum infidelitatis, qui mortale peccatum eſſet, vel qui eſſet veniale, quod in hac materia ſolum ex defectu deliberationis, & ſufficientis libertatis contingere poteſt: nulla enim eſt materiæ paruitas in fide, ratione cuius actus perfectè deliberatus ſit venialis culpa: ſed per peccatum mortale infidelitatis non minuitur, ſed tota tollitur: id enim definit Tridentinum: quia ſi ſolum diminueretur, non diceret abſolute amitti fidem per infidelitatem; & deinde ratio id oſtendit: nam infidelitas non impedit ſolum actum fidei in magna intenſione, ſed in quacumque intenſione omnem omnino tollit fidei vſum, & deſtruit rationem formalem fidei: itaut in nulla minima intenſione, actus fidei elici poſſit ab homine ſic diſpoſito; ſed hæc eſt repugnantia, quam adduaimus, quæ ex natura rei Deum determinabat ad ſuſpenſionem concurſus conſeruantis habitum: ergo non ſolum determinat quoad conſeruationem in minori intenſione, ſed vt omnino auferat illum habitum, hoc enim eſt ſpeciale demeritum talis actus oppoſiti, quod in actu peccati etiam grauioris alterius ſpeciei non reperitur. Confirmatur quia habitus fidei non ita contrarius eſt habitui infidelitatis, vt ab actu infidelitatis efficienter capellatur, vt ſupradiaimus; Nam habitus fidei, & infidelitatis cum diuerſi ordinis ſint, & diuerſi ordinis cauſas depoſcant, non pugnant per actiuitatem ſuorum actuum, quæ quoniam in habitibus acquiſitis non reperitur, ſe in gradibus remiſſis in eodem ſubiecto compatiuntur; & Deus vt auctor naturæ illos conſeruat quamdiu alterius intenſio non adeo augetur, quæ poſtulet ſuſpenſionem diuini concurſus. Contrarietas ergo, & pugna habitus fidei, & infidelitatis non eſt in ratione naturæ nudè ſumptæ, ſed in genere moris & in ratione formali virtutis, quæ ex natura rei in nullo gradu fidei habitum ſinit permanere, ex peculiari demerito præcedente in actu infidelitatis. Dices, poſt baptiſmum manent habitus erronei & infidelitatis in recenter baptizato, & Deus, vt auctor naturæ facit conſeruanda illos cum habitu fidei, & paulatim remittendo: ergo etiam poſt actum infidelitatis, Dens vt auctor gratiæ debet conſeruare habitum fidei in infideli, & paulatim illum remittere. Reſpondeo Deum de potentia abſoluta ita potuiſſe facere, vt bene aduertit Turrianus dub. 3. citato in fine; de lege tamen ordinaria neganda eſt conſequentia ob rationem datam, quia habitus nō pugnant inter ſe per phyſicam actiuitatem ſuorum actuum, neque in genere naturæ nudè ſumptæ, ſed in genere moris, & in ratione virtutis. Ideoque habitum infidelitatis acquiſitum, & naturalem Deus naturaliter nempe paulatim corrumpi ſinit. At babitum, qui à cauſa naturali nec produci neque corrumpi

rumpi poteſt efficienter, Deus tunc conſeruare deſinit, quando actus oppoſiti natura in genere motis conſiderata, quantum eſt ex parte ſua deſtruit omnino rationem formalem talis habitus, & actus ipſius, cui opponitur per ſe immediate, habitui verò mediatè impediendo vſum illius, & illum tanquam inutilem exeludendo. Vnde in hac expulſione ſemper eſt admittendum interuenire rationem demeriti, ex parte hæretici ſeu infidelis, non tameo præcisè ſomptam, ſed ſimul ſpectata natura actus infidelitatis, vt oſtendi probando rationem demeriti per ſe ſufficientem non eſſe.

Vtrum aſſenſus fidei ſit ſupernaturalis quoad ſubſtantiam, & neceſſariò requirat intrinſecum principium, conferens intellectui tum facultatem, tum facilitatem ad illum producendum.

SECTIO V.

1. HVc vſque egimus de cauſa efficiente habitus fidei, ex qua aliquas illius proprietates agnouimus, nunc de cauſa ſeu cauſis, (plures enim ſunt,) efficientibus aſſenſum fidei dicendum, ex quibus alia attributa tam habitus quàm actus fidei innoteſcent. Cæterum in inueſtiganda cauſa principali aſſenſus fidei ſupponimus Deum eiſe illius cauſam principalem: tum quia nemo poteſt in via myſteria fidei cognoſcere ſine Dei reuelatione, vt teſtatur Concilium Arauſican. Canon. 8. vbi ait nullos, *ſine reuelatione Dei myſterium ſalutis æternæ per ſemet ipſos poſſe conquirere:* cuius reuelationis beneficium Deus vt auctor gratiæ in homines contulit: quia naturæ debitum non erat: tum etiam quia omnino neceſſaria eſt gratia excitans & adiuuans, præueniens & cooperans ad aſſenſum fidei eliciendum: vt fides docet, & ex variis conciliis tradit Suar. tom. 1. de gratia lib. cap. 2. n. 5. & definit Tridentin. expreſſe ſeſſ. 6. canone 3. *Si quis dixerit ſine præueniente ſpiritus ſancti inſpiratione & adiutoris poſſe hominem credere ſicut oportet, anathema ſit.* Neceſſitas verò huius gratiæ excitantis & adiuuantis ita ad ſingulos actus fidei in nobis datur, vt ne minimus quidem actus, qui fidei Chriſtianæ ſit, à fideli eliciendus, ſicut oportet, eſſe poſſit abſque hac præueniente gratia; quod etiam de fide certum docet idem Suar. citatus numero 7. & ratio à priori eſt, quia aſſenſus fidei per ſe in ſola auctoritate diuina obſcure reuelante nititur, & ad illam reducitur omne motiuum credendi propter quod firmiſſime; & infallibiliter aſſentimur rebus omnibus, quæ vt à Deo reuelatæ proponuntur: hic autem credendi modus ſuperat vires naturales intellectus, quæ proprio illius lumini commenſurantur. Verum præter Deum aliam inquirimus cauſam ſecundam & principalem, ſi qua eſt, huius actus, quam ab ipſo effectu nempe ab aſſenſu fidei agnoſcere oportet: Nam cum habituale debeat eſſe principium huius aſſenſus, habitus vero per actus cognoſcantur, Idcirco inquirimus ad con- A firmationem doctrinæ in prima ſectione traditæ, an hic actus fidei ſit in ſubſtantia ſupernaturalis; & hæc eſt prima difficultas ſub hoc titulo contenta: ſecunda verò quæ ex illa ſequitur, eſt an talis aſſenſus neceſſario requirat hoc principium intrinſecum intellectus quod ſit cauſa principalis illius, & phyſico influxu effectiua aſſenſum producat. Tertia, vtrum quando datur tale principium, intellectui conferat tum facultatem, tum etiam facilitatem producendi ſimiles fidei aſſenſus; quod attinet ad primam. Prænotandum eſt in hac difficultate, ne quæſtio de nomino ſit, actum ſecundum ſubſtantiam ſupernaturalem dici, qui ſecundum ſuam phyſicam entitatem & ſpecificam naturam eſt ſuperioris ordinis; nam qoamuis ſit accidens, quod B dicit ordinem ad ſubiectum, non reſpicit illud prout eſt potentia ſubiectiua naturalis, ſed ve obedientialis, comparata cum agente ſupernaturali, & diuini ordinis, vnde à nullo ſubiecto naturaliter exigitur, tamquam proprietas illius naturalis, & à nulla potentia non excedente vires naturales produci poteſt: hinc ergo eſt, quod actus ſit talis naturæ, & excellentiæ, vt ſupra totam naturam, & illius vires in alio rerum ordine ſuperiori collocetur. Deinde addo rem dici quoad modum ſupernaturalem, quando illa in ſua entitate phyſica, & ſpecifica natura, eſt ordinis naturalis, ſed modum habet ſupernaturalem, vel intrinſecum, qualis eſt vnio hypoſtatica in humana Chriſti natura, & modus exiſtendi corporis Chriſti in ſacramento altaris: vel per C ſolam extrinſecam denominationem ab agente, verbi gratia reſurrectio, reproductio, & reſtitutio viſus: nam reſurrectio terminatur ad vnionem animæ rationalis cum corpore, naturalem quidem in entitate, licet prout reſurrectio eſt, ab agente naturali fieri non poſſit: item reproductio Bucephali ad producendum equum terminatur, qui per naturam ſemel fuit, ſed per eamdem nequit reproduci: ſimiliter reſtitutio viſus ſe habet: & hac ratione res ſupernaturalis eſt quoad modum in fieri, & ſi actio ſit eiuſdem ſpeciei, vt melior eſt philoſophandi modus: ſolum eſt denominatio extrinſeca ab agente: alio modo etiam dici poteſt res ſupernaturalis per extrinſecam denominationem à fine ſupernaturali ad quem res ordinatur Hoc poſito,

D Prima ſententia dicit actum fidei non eſſe ſupernaturalem quoad ſubſtantiam, ſed naturalem, quia ſi præſcindatur ab omni alio modo, poteſt per naturales vires intellectus produci: præmiſſa tantum obiecti propoſitione ſufficienti, ad credenda reuelata à Deo: ita teneot Scot. quæſtione prima prologi 9. antequam & in 1. diſtinct. 17. quæſt. 2. §. ad ſolutionem in fine, Ocham. quodlibet. 3. q. 7. Gabr. in 3. diſtinct. 23. quæſt. 2. artic. 1. Palud. ibidem quæſt. 3. in fin. Almain quæſt. 3 Durand quæſt. 6. numero 8. & in 1. diſtinct. 17. quæſt. 1. numero 7. Capreol. in 1. diſtinct. 17. artic. 3. ad argumenta Aureol. contra 1. concluſ. ad finem Caiet. 1. 2. quæſt. 109. artic. 4. & 2. 2. quæſt. 171. artic. 2. ad 3. Sotus de nat. & grat. lib. 1. cap. 12. coroll. 2. ad finem & 2.

lib.2.cap.14. ad finem & cap. 16. ad primum [A] & ſecundum; Ricard. artic. 7. §. *& poteſt homo*, & alij: non conueniuot tamen hi auctores in modo, quo dicunt actum fidei eſſe ſupernaturalem: etenim alij dicunt eſſe ſupernaturalem tantum in fieri, alij quoad modum intenſionis, alij quoad modum promptitudinis, facilitatis, & firmitatis, alij actum fidei, ſeu dilectionis quoad modum meriti ſopernaturalem admittunt: id tamen, in quo omnes conueniunt, eſt non eſſe in ſubſtantia ſupernaturalem: probatur primo quia actus fidei eſt verum iudicium, & aſſenſus intellectus procedens à potentia vitali, & ideo in ſe vitalis, & conſequenter actus naturalis, nempe connaturaliter à potentia profectus, & non à mortuo inſtrumento, ſed à vitali principio naturali productus. Secundo quia eſt actus [B] liber, atque adeo à potentia naturaliter ſe determinante, quod repugnat agenti quod ex præmotione alterius ſuperioris operatur, inſtrumentariamque tantum virtutem per eleuationem ſortitur. Tertio quia propoſitio iam ſufficienter fidei obiectis, & cognitis motiuis, quæ faciunt illa obiecta euidenter credibilia, & prudenter deberi illis aſſenſum: voluntas poteſt inclinare intellectum, vt ob diuinam reuelationem, & teſtimonium Dei actum eliciat naturalem, quia talis aſſenſus eſt rationi conueniens, ſuppoſita euidentia credibilitatis, & recto appetitui accomodatum obiectum, quod vt honeſtum, & amandum ſeu volendum proponitur: ſi enim ob teſtimonium hominis, quem veracem agnoſcimus voluntas intellectum inclinare [C] poteſt, vt credat, cur ob teſtimonium Dei naturaliter id facere nequibit? ergo ſi ad ſaluanda Concilia ſatis eſt concedere huic actui aliquem modum ſupernaturalitatis, non oportet, vt illum in ſua entitate phyſica ſupernaturalem faciamus: & hoc videtur indicare particula *ſicut* oportet, quam in Concilijs ſæpè legimus cum de actu credendi, & alijs ſupernaturalibus actibus loquuntur, ſignificat enim certum modum, quo hi actus fieri debeant, vt meritorij ſint vitæ æternæ, & ad ſalutem poſſint proficere.

Secunda ſententia licet admittat ſupernaturalitatem in ſubſtantia & natura actus fidei diuinæ: nihilominus aſſerit hunc actum non [D] ſpecificari ab obiecto formali, nempe Dei teſtimonio, ſeu prima veritate reuelata, quia propter idem obiectum formale dari poſſe actum fidei in entitate naturalem aſſeuerat, & ad hunc aſſenſum nullo opus eſſe gratiæ auxilio, ſed ſolum ad aſſenſum diuinæ fidei ſupernaturalem, & ad credendum, ſicut oportet. Pro ſecunda huius ſententiæ parte ſtant omnes authores primæ. Vtramque verò expreſsè docet Aragon. 2. 2. quæſtione prima artic. 1. §. ſed ex hoc: Molina in concord. diſput. 7. §. noſtram ſententiam in fine & diſput. 13. & 14. vt illum interpretatur & ſequitur Ægid. Coninc. de moralitat. act. ſuper. diſput. 5. dub. 3. numero 19. quamuis Suar. tom. 1 de grat. lib. 2. cap. 11. numero 8. magis ad mentem authoris, illum alio modo declararet: Non enim exiſtimat Molinam ſenſiſſe

[A] fidem illam naturalem habere idem prorſus motiuum, & obiectum formale quod ſupernaturalis ſortitur: quia illo §. citato docet talem fidem acquiſitam eſſe aſſenſum opinatiuum, & fidem humanam; & infra addidit idem Molin. ideo dixiſſe hæreticum aliquos articulos renelatos à Deo credere, quia ſibi perſuaſit eſſe reuelatos à Deo, non quia fides humana hæretici haberet pro obiecto formali Dei teſtimonium in ſe, ſeu veritatem primam reuelatam ſecundùm ſe, ſed prout in exiſtimatione illius eſt, ſeu Dei teſtimonium putatiuum non verum: citatur etiam ab Ægid. D. Thom. 2. 2. quæſt. 171. artic. 2. ad 3. pro eadem opinione, quia in hoc loco & alibi ſæpe docet dilectiooem naturalem, & ſupernaturalem eſſe eaſdem ſecundum ſubſtantiam: cum ergo [B] hoc non videatur eſſe intelligendum, quaſi actus charitatis diuinæ, & dilectionis naturalis ſolum penes modum ſupernaturalitatis accidentaliter tantum differant, ſequitur ſolum exponi debere de eodem obiecto materiali, & formali quod vtraque habere poſſit. Verum de ſententia D. Thom. infra conſtabit, in hoc vero loco ſolum ſignificauit diligere Deum, & credere Deo ſecundum generalem quandam rationem actibus naturalibus, & ſupernaturalibus communem, non eſſe aliquid ſuper naturam hominis ſed naturale, quamuis ſecundùm rationem ſpecificam ſit ſupernaturale, quare idem eſt in hoc ſenſu actus ſecundùm ſubſtantiam, atque ſecundum gradum genericum, & actus quoad modum, atque quoad differentiam ſpecificam: [C] nam quod hic modus loquendi vulgaris ſit; patet, quia differentiæ dicuntur Genus modificare, & ita eandem loquendi formam obſeruauit Caietan. ad citatum artic. 2. §. *Ad primum ergo*. Item Molina in concord. diſp. 15. §. *tertium* Suar. de Gratia tom. 1. lib. 2. cap. 4. numero 2. & hac ratione D. Thomam interpreratur Turrian. de fide diſput. 46. dub. 3. *Ad locum verò*. Suar. eodem lib. 2. cap. 5. numero 5.

Probari tamen poteſt hæc ſententia primo, ſi fides acquiſita non haberet idem motiuum formale quod habet per ſe infuſa, poſſet homo experiri in ſe & certo cognoſcere quando elicit actum fidei ſupernaturalis, quia intelle- [D] ctus ignorare nequit rationem propter quam mouetur ad credendum, at ſequela continet manifeſtum abſurdum, & repugnat experientiæ: nam alioqui homo certo ſciret quando credit, & quando diligit Deum, ſicut oportet: item hæreticus non falleretur credens falſo ob motiuum fidei infuſæ ſe aſſentiri aliquibus fidei articulis. Secundo, propoſito ſufficienter aliquo fidei obiecto cum omnibus requiſitis Deus poteſt negare concurſum ſupernaturalem adiuuantem & auxilium gratiæ cooperans neceſſarium, & concedere tantum concurſum vniuerſalem & naturalem: ſed in eo caſu actus erit naturalis & habebit idem obiectum fidei infuſæ, quod propoſitum fuiſſe ſupponis: ergo. Tertio licet diuerſum formale obiectum, quando datur, ſufficiat ad diſtinguendum actu, non tamen eſt ratio adæquata, neque ſimpliciter neceſſaria: nam poſ-

ſunt

ſunt ſpecie diſtingui duo actus habentes idem formale obiectum motiuum ex modo tendendi: quod in variis exemplis oſtenditur: Nam motus oon ſemper ex terminis diſtinguuntur: nempe motus circuli, & diametri tendentes ad idem punctum, vt docet Ariſtoteles lib. 5. phyſic. text. 33. cap. 3. item diuerſi actus voluntatis nempe amor, deſiderium, delectatio, intenſio efficaa, affectus ſimplea & fruitio, tendere poſſunt ad idem bonum: vnde ea diuerſo modo tendendi diſtinguuntur, iuxta D. Thom. 1. 2. quæſt. 12. artic. 2. ad 4. Denique appetitus ſenſitiuus, & rationalis aliquando in idem bonum ſub eadem ratione delectabilis feruntur: & tamen vtriuſque actus ex modo tendendi ſpecificantur: ergo idem erit in actu naturali & ſupernaturali quoad entitatem diuerſis, non ex obiecto formali, ſed ea modo tendendi: & confirmatur quia duo actus licet habeant idem formale obiectum, ſi vnus procedit à principio in ratione virtutis effectricis eſſentialiter perfectiori, ſimpliciter perfectior eſt altero: quoniam modus potentiæ operandi perfectior id poſtulat. Nihilominus tertia ſententia præcedentibus omnino oppoſita, vera eſt, eamque duabus aſſertionibus ſic declaro.

5. Prima aſſertio. Actus fidei quoad ſubſtantiam, ſeu naturam ſpecificam eſt ſupernaturalis & ſuperioris ordinis: ideoque nullus ſimilis in ſpecie per vires naturæ fieri poteſt. Hanc tenent D. Thom. 1. 2. quæſt. 62. artic. 1. & artic. 3. ad 2. & quæſt. 63. artic. 3. & 4. ad 3. item 2. 2. quæſtione 5. artic. 2. & 3. Aleuſ. 3. par. quæſt. 64. mem. 2. in corpore & ad penult. & quæſt. 27. memb. 4. art. 2. §. 2. Richard. in 3. diſt. 13. art. 3. quæſtione prima. Medin. 1. 2. quæſt. 62. art. 1. Conrad. quæſt. 109. art. 4. Bannes, Canus, Vigenius, Aluar. Molin. Azor. quos ſequitur Suar. citato cap. 5. n. 2. item Valent. Vaſq. & alijquos ſequitur Turrian. dubio illo tertio §. Communis, & hæc eſt nunc Theologorum communis opinio. Suadetur primo ex natura accidentis ſupernaturalis in entitate: Nam ſi aliqua eſt admittenda entitas diuini ordinis accidentalis, quæ ſit ſpecialis participatio diuinæ naturæ, prout finis eſt ſupernaturalis, ſane talis eſt actus fidei: quia in natura potentia non eſt, ad aſſentiendum myſteriis reuelatis præcisè ob Dei teſtimonium: etenim Concilia idcirco non modo auxilium gratiæ præueniens, ſed etiam cooperans requirunt ad eliciendum huiuſmodi aſſenſum: At ſi in entitate naturalis eſſet hic actus, ab aliqua potentia naturali elici poſſet, intra ordinem naturæ conſtituta, neque alium Dei concurſum ad illum, præter vniuerſalem talis potentia requireret: quod tamen Concilijs repugnat. Secundo niſi actus fidei ſupernaturalis eſſet in entitate, ſuperuacaneum eſſet particulare illud donum permanens, & habituale nobis à Deo infuſum, quod dicitur fides; nullum enim habere poteſt vſum, niſi vt hos actus fidei ſupernaturales in ſubſtantia tanquam cauſa principalis producat: ſicut ob eandem rationem ponitur lumen gloriæ in intellectu beati. Dices tale donum non infundi ad efficiendum aliquid pertinens ad ſubſtantiam actus, ſed ad conuenientem ſubiecti diſpoſitionem, vt actus ſint acceptabiles, ſeu proportionati ad vitam æternam, ſed contra: in primis hoc deſtruit rationem habitualis virtutis, quę eſt operatiua & ad actus producendos ordinata. Deinde illa diſpoſitio maiorem habet proportionem cum actibus fidei, quàm cum actibus ſpei, vel charitatis, ſed hæc proportio alia eſſe nequit, quam cauſæ, & effectus; actus verò, vt vidimus ſect. 1. non cauſat hunc habitum: ergo ab eo cauſatur. Denique quod attinet ad acceptabilitatem actuum propter perſonæ acceptationem, non eſſent neceſſaria tria dona diſtincta, ſed vnum ſufficeret, quod omnes actus ſiue credendi, ſiue ſperandi & amandi acceptos faceret.

Verum adhuc inſtabis; ſaltem non opus eſſe, vt hic habitus concurrat ad efficiendam actus ſubſtantiam, ſed ſatis eſſe, ſi illum ſupernaturalem quoad modum efficiat, & propter hoc non inutilis erit; & vniuſcuiuſque virtutis Theologicæ actibus ſuus habitus particularis aſſignabitur: ſed contra: quia nulla ſupernaturalitas quoad modum ſufficit ad ſaluandam veritatem Conciliorum; neque habitus producere poteſt modum aliquem in actus ſubſtantia quin ad illam effectiuè concurrat: vt patet diſcurrenti per ſingulos. Nam in primis modus ſupernaturalis in fieri ſimpliciter ſtat cum alio modo naturali, per quem actus eiuſdem ſpeciei fieri queat: vt patet in viſu reſtituto, & effectu reproducto: iam ergo daretur in natura modus naturalis per quem effici poſſet actus fidei, quod ad errorem Palagianorum accedit: neque modus intenſioris certitudinis, ſeu firmitatis diſtinctus eſt ab ipſius aſſenſus natura, phyſicaque entitate; nam partes intenſiuæ ad ſubſtantiam actus pertinent, & certitudo, & firmitas intrinſeca in aſſenſu ea infallibilitate medij prouenit, quod actui ſpeciem tribuit; vt in ſecunda concluſione dicam: firmitas verò, & adhæſio extrinſeca, ex parte ſubiecti, ex pia voluntatis affectione, ſuppoſita euidentia credibilitatis proficiſcitur, de facilitate verò actus fidei dicemus in tertia difficultate huius ſectionis: & certum eſt non eſſe modum intrinſecum diſtinctum à ſubſtantia actus ſecundùm præſtantiores philoſophos. Confirmatur primo, quia omnes iſti modi conſiderabiles in ſubſtantia actus fidei, ſunt accidentales, & ſine illis ſtare poterit ſubſtantia, & natura actus: ſed adhoc vt actus fidei diuinæ ſit ſufficiens diſpoſitio ad ſalutem, & initium, fundamentumque iuſtitiæ nullus ex his modis accidentalibus requiritur, verbi gratia vt tantam habeat intenſionem, ſeu cum tanta facilitate & promptitudine fiat, hanc, vel illam habeat durationis menſuram, maiorem vel minorem firmitatem ex parte ſubiecti ſortiatur: ergo non ſaluantur teſtimonia Conciliorum, neque declaratio illius particulæ *ſicut oportet* in aliquo ſupernaturalitatis modo. Etenim ſine illis modis ſufficiet ad ſalutem aſſenſus 6.

ſidei ob teſtimonium ſecundum ſuam na- A
turam & ſubſtantiam per vires naturæ eli-
citum : antecedens patet quia ſicut amor
Dei ſuper omnia, neque certam intenſionem,
facilitatem , promptitudinem , vel declara-
tionem requirit , vt peccatorem iuſtificet,
ita neque fidei actus vt ad iuſtificationem
diſponat. Confirmatur ſecundo , quia multo
minus ſaluantur dicta Conciliorum de ne-
ceſſitate adiutorij diuini , & gratiæ auxi-
liaris ad efficiendum actum per aliquam ex-
trinſecam denominationem actibus fidei , &
aliarum virtutum infuſarum attributam :
Nam ſi in actibus nihil eſt phyſicè produ-
cendum , quod ſupernaturale ſit , ſane totus
ille effectus naturalis continebitur in virtute B
alicuius cauſæ ſecundæ naturalis , ad cuius
operationem ſufficiet generalis Dei concur-
ſus, & ita non euitatur Pelagianorum error:
has confirmationes ſecundæ rationis latiſſi-
mo diſcurſu deductas luculenter extendit
Suar. tom. 1. de grat. lib. 2. cap. 6. 7. & 8.

Hinc facilis eſt reſponſio ad argumenta
7. primæ opinionis : Nam ad primum ; dicen-
dum eſt non repugnare actum vitalem eſſe
quoad ſubſtantiam ſupernaturalem : nam
viſio beata ſupernaturalis eſt quoad ſubſtan-
tiam , vt aduerſarij fatentur , Caietan. 2. 2.
quæſt. 171. artic. 2. §. in eodem articulo, Scot.
in 4. diſtinct. 49. quæſt. 2. artic. 2. concluſ. 3.
& alij ; & tamen viſio beata eſt actus intel-
lectus propriiſſimè vitalis, ſimiliterque actus C
prophetiæ vitalis eſt , & intellectualis, & ta-
men eſſe ſupernaturalem quoad ſubſtantiam
docuit D. Thom. 2. 2. quæſt. 171. artic. 2.
ad 3. & eſt communis ſententia Theologo-
rum 1. par. quæſt. 12. de viſione beata diſpu-
tantium. Ad ſecundum reſpondeo argumen-
tum plus probare quam illius authores vo-
lunt : Nam neque quoad modum actus fidei
eſſet ſupernaturalis, quia in actu libero ille
modus ab extrinſeco argente productus, liber
non eſſet , non enim proueniret à potentia
libere ſe determinante : & ſi ille modus pro-
duci poſſet ab agente extrinſeco voluntati:
ipſa voluntate cooperante etiam ad actum
cum libera determinatione , etiam ſubſtan-
tia actus ſupernaturalis prodoci poterit, cum D
libera dependentia à voluntate : & ratio eſt
quia auxilium excitaos non prædeterminat
ipſam voluntatem neque ad imperandum
actum fidei neceſſitat ; & auxilium adiuuans,
eſt concurſus ſimultaneus & liberam volun-
tatis determinationem non impedit , ſed co-
mitatur , & ad actum ſupernaturalem pro-
ducendum , ex conſortio ſupernaturalis cau-
ſæ potentia naturalis eleuatur : neque per hoc
neceſſario agit : Nam licet hos actus ſuper-
naturales ſine tali conſortio diuini auxilij
naturalis potentia efficere non poſſit , tamen
adhuc ad illos ſe liberè determinat , quia
poſſet illos non efficere , vel efficere contra-
rios. Tertij argumenti ſolutio partim ex ſe-
cunda probatione, eiuſque confirmationibus,
partim ex falſitate principij , quod aſſumit ,
ſeqoenti concluſione impognandi patebit.

8. Secunda aſſertio : fides infuſa diſtinguitur
ab acquiſita per ſuam rationem motiuam
peculiarem, nempe primam veritatem reue-
lantem , verumque Dei teſtimonium , non
putatiuum , ſeu falſo exiſtimatum : ita tenet
Alenſ. 2. par. quæſt. 31. membr. 3. & 3. part.
quæſt. 64. artic. 2. Thom. 2. 2. quæſt. 1. artic. 1.
& quæſt. 5. artic. 2. & 3. ad primum & in 3.
diſtinct. 24. ibi Doctores communiter : qua-
tenus rationem formalem diuinæ fidei in pri-
ma veritate reuelante conſtituunt, & in hoc
ab alia qualibet fide , fidam Chriſtianam di-
ſtinguunt , negantque fidem dæmonum , vel
hæreticorum in hac ratione formali fundari:
clarius aſſertionem expreſſerunt Bonauent.
in 3. diſtinct. 23. artic. 2. quæſt. 2. Richard.
ibidem artic. 7. quæſt. 2. Capreol. in 3. diſt. 24.
quæſt. 1. artic. 3. ad argumen. Scot. contra 2.
Concluſiouem : Soto lib. 2. de nat. & grat.
cap. 7. Vega lib. 9. in Tridentinum cap. 3.
Medin. 1. 2. quæſt. 62. artic. 2. Bonauent. 2. 2.
quæſt. 5. artic. 2. & quæſt. 6. artic. 1. Viguer.
in inſtitut. cap. 10. §. 3. verſ. 16. Curiel. 1. 2.
quæſt. 109. artic. 1. dub. 3. §. 4. concluſ. 2.
verſ. *Secundo ex parte* , Azor. lib. 3. inſtitut.
moral. cap. 24. quæſt. 2. Torrian. de fide
diſput. 2. dub. 3. §. aliqui dicunt, diſput. 46.
dub. 3. in fine & diſput. 61. dubio. 4. §. dicen-
dum eſt ; Suar. tom. 1. de grat. lib. 2. cap. 11.
numero 8. qui ait eiuſdem ſententiæ fuiſſe
Molinam, vt iam ſupra notaui : probatur pri-
mo ex epiſtol. 1. ad Theſſalon. 2. vbi ait,
*Gratias agimus Deo ſine intermiſſione quia cum
accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis
illud , non vt verbum hominum , ſed vt vere eſt
verbum Dei qui operatur in vobis qui credidiſtis.*
Ex quibus verbis colligo primum , verbum
Dei non ſecundum cuiuſque exiſtimationem,
ſed vt eſt verè verbum Dei , eſſe rationem
motiuam fidei diuinæ , vt Cornel. hoc loco
notauit. Deinde noto aſſenſum noſtræ fidei
eſſe opus diuinæ gratiæ , pro qua Paulus ſine
intermiſſione gratias agebat, vt optimè obſer-
uauit Auguſtin. lib. de prædeſt. ſanct. cap. 19.
quod Ioannis 6. numero 29. manifeſtè Chri-
ſtus Dominus declarauit : *Hoc eſt opus Dei vt
credatis in eum quem miſit ille* : dicitur enim
ſpecialiter opus Dei propter peculiare adiu-
torium ; nam per generalem concurſum om-
nia naturæ opera à Deo fiunt : & hoc modo
locum expendit Auguſtin. tract. 29. in Ioan.
& lib. 1. contra duas epiſtolas Pelagianor.
cap. 19. Secundo idem deducitur ex conci-
liorum doctrina : præſertim Arauſican. 2.
canon. 5. vbi ait , *Qui fidem , quia in Deum
credimus , dicunt eſſe naturalem , omnes eos qui
ab Eccleſia Chriſti alieni ſunt , quodam modo
fideles eſſe definiunt* : quæ conſequentia rectè
deducitur contra authores oppoſitæ ſenten-
tiæ : Nam cum in hæretico hanc naturalem
fidem manere putent : idem de Iudæo , & pa-
gano dicere tenentur : quæ tamen ſententia
damnatur à Concil. idem docet Cano. 7.
item Trident. ſeſſio. 6. cap. 6. hac ratione
declarat qua ratione homo credere poſſit in
Deum , & iudicare vera eſſe quæ à Deo reue-
lata ſunt : *Diſponuntur ad ipſam iuſtitiam : dum
excitati diuina gratia fidem ex auditis concipien-
tes, libere mouentur in Deum credentes vera eſſe,
quæ diuinitus reuelata , & promiſſa ſunt.* Vnde
tertio,

tertio, argumentor ſi propter Dei reſtimonium præciſe aſſenſum naturalem elicere poteſt liberum arbitrium, qui ſit infallibilis aſſenſus, ſane fruſtra requireretur auxilium gratiæ adiuuantis peculiare: ſi quidem vniuerſale ſufficeret: Nam hoc ſatis eſt ad actum proportionatum motiuo producendum: motiuum autem actus naturalis neceſſario naturale eſſe debet, vnde Dei teſtimonium motiuum conſeretur narurale, ſi enim ſupernarurale eſſet, deberet poſtulare actum qui ſupra vires naturales foret & auxilium ſupernaturale requireret. Dices illud motiuum vt eſt attingibile & dererminatiuum actus naturalis, eſſe naturale: vt vero ab actu ſupernaturali atringi poteſt, eſſe ſupernaturale; & ita hos actus diſtingui per ra:ionem ſub qua, non per rationem per quam: ſed hæc reſponſio, & principi... petit & ad Errorem Pelagij videtur accedere; petit principium quia diſtiuguit duplicem rationem ſub qua in obiecto motiuo ex diuerſa tendentia actus, & alteram dicir eſſe naturalem: argumentum verò contra hoc directè oſtendir motiuum formale fidei non eſſe attingibile actu naturali; quia alioqui ſimpliciter eſſet naturale, & ſi attingeretur actu ſupernaturali id per accidens eſſet, neque ex natura rei talem actum requireret: ſed ſolum ex ordinatione diuina ſtatuente efficere actum illum aliquando, vel ſemper pro hoc rerum ſtatu ſupernaruralem: couſirmatur manifeſte exemplo: Chriſtus Deus per ſcientiam per ſe infuſam agnoſcebat hominem eſſe admiratiuum ex hoc naturali medio, quia eſt intellectiuum & ex eodem per ſcientiam naturalem idem agnoſcebat. Vnde tale medium ſimpliciter eſt naturale; & per accidens eſt quod actum ſupernaturalis ſcientiæ terminer: & hinc ſequitur ſecundum; nempè hanc reſponſionem Pelagianiſmo fauere, ſi quidem concedit gratiæ adiutorium non eſſe per ſe, ſed per accidens requiſitum ad credendum Deo reuelanti myſteria omnem intelligendi vim ſuperantia. Nam Pelagius propterea ſimpliciter damnatus eſt, quia dixir propoſito Dei verbo poſſe hominem Deo dicenti credere ex ſola ſua libertate, vt ex Auguſtino conſtat epiſtol. 105. & 106.

9. Quarto ex abſurdo arguo contra oppoſitam ſententiam, qoia ex illa ſequitur hominem non obligari àd credeudum ſicut oportet, neque ad id conandum. Nam nemo obligari poteſt ad impoſſibile de regul. in 6. hoc verò eſt intelligendum quod in illius poteſtate non eſt: ſed non eſt in hominis poteſtate credere actu ſupernaturali: ergo: ſuadetur minor ex eo quod homo credat propter Dei teſtimonium myſteriis fidei, non ſequitur actum fore ſupernaroralem: ſed hoc pendet ex determinatione Dei concurrentis per auxilium ſupernaturale: nam ſi propter illud idem motiuom, actus poteſt eſſe naturalis & ſupernaturalis, quod Deus determinet, quod actus ſir ſupernaturalis, non cadit ſub hominis poteſtate, ſicut neque in illius eſt poteſtate, quod hunc numero actum eliciat; ſed ex Dei terminatione pendet, ſicut ergo obligari non poteſt vt eliciat certum numero nempe. A: ita neque conſequenter ad actum ſupernaturalem; ſed hioactus ſupernaturalis, eſt neceſſartus ad credendum ſicut oportet, vt ipſi authores ſecundæ ſententiæ fatentur: ergo ex eorum opinione ſequitur ad credendum ſicut oportet non poſſe hominem obligari: reſpondent aliqui recentiores: quamuis actus naturalis ex eodem motiuo elici poſſet, tamen Deum decreuiſſe non cooperari cum hominibus ex eo motiuo niſi auxilio ſupernaturali in hoc rerum ordine: ſed hæc reſponſio aliena eſt à ſenſu & doctrina patrum ac Conciliorum vr bene aduertit Suar. vbi ſupra numero 20. quia iuxta illam auxilium gratiæ non eſt ſimplieirer neceſſarium ad aſſenſum fidei, ſed per accidens ex determinatione Dei, cum tamen mens patrum & Conciliorum ex humana impotentia ad hos actus ſupernaturales gratiæ neceſſitatem deducant: & præterea rale decretum Lei non eſſet naturis rerum conſentaneum, quia pro lege ordinaria ſtatuerar Concurſum indebitum ſuperioris ordinis & ſimpliciter non neceſſarium ad credendum myſteriis fidei: denique ſecundùm iſtam reſponſionem non ſaluatur experientia, in qua magnam vim collocant authores ſecundæ ſententiæ, quia inde probant nos certo non cognoſcere quando verum fidei actum elicimus & quod hæreticus propter idem motiuum actum eliciat naturalem aſſentiendo aliquibus fidei articulis, ſicut antea fidelis facere conſueuit: Nam ſi de lege ordinaria Deus decreuit ſemper dare auxilium grariæ credenti propter tale motiuum cum illud non tribuat hæretico ad truncatam fidem, ſeu dimidiatam, neque propter tale motiuum hæreticus verè aſſentitur, ſed in falſa ipſius exiſtimatione, vnde illius fides reuera humano motiuo fundatur. Mitto argumentum philoſophicum hac in re efficaciſſimum, qnod eadem potentia circa idem obiectum materiale, & formale non poteſt verſari actibns ſpecie diſtinctis: ideo enim per motiua actus eiuſdem potentiæ diuerſitatem ſpecificam ſorriuntur; ſed actus naturalis, & ſupernaturalis ſecundum ſubſtantiam eſſe nequit eiuſdem ſpeciei, ergo neque habere idem motiuum omnino.

Ad primum in oppoſitum facile concedunt maiorem, qui exiſtimant fidelem ſuum actum fidei infuſæ poſſe certiſſimè cognoſcere, vt [illegible]enr Caietan. 12. quæſt. 112. artic. 5. ſic explicans D. Thom. in ſolutione ſecundi argumenti, Medin. ibidem dub. 2. concluſ. 3. Scot. lib. 3. de nat. & grat. cap. 10. in 8. argum. & in apolog. contra Catherin. cap. 5. Lorca diſpot. 30. de grat. referens Vegam & Bonaoent. item Iuſtinian. a. ad Corint. cap. vltimo ad illa verba, *vos metipſos tentate ſi eſtis in fide: ipſi vos probate*: quia tamen communior, & verior eſt opinio docens nos non poſſe certo ſcire ſecluſa reuelatione, quando habemus actum fidei ſupernaturalis, quamuis certitudine quadam morali, & coniecturali id ſcire poſſimus, vt tenet Scot. Durand. Richard. Vega, Roſenſis, Ayala & alij quos ſequuntur Suar. tom. 3. de grat. lib. 9. 10.

cap. 12. numero 6. & ſequ. Vaſq. 1. 2. quæſt. 112. artic. 5. diſput. 201. cap. 2. numero 1. vt illum declarat & ſequitur Turian. de fide diſp. 42. dub. 3. licet ab aliis citetur pro oppoſita ſententia; neganda eſt maior propoſ. rationem reddit Suar tom. 1. de Grat. lib. 2. c. 11. n. 35. in fine, quia inter eliciendum fidei ſupernaturalis aſſenſum ſemper concurrunt varia motiua naturalia, vnde homo non ſatis diſcernere poteſt an præciſè propter motiuum ſupernaturale aſſentiatur. Verum hoc adhuc vrgeri poteſt: nam nos poſſumus ſeparare præciſè motiuum diuinæ fidei, nempè primam veritatem reuelatam, ſeu teſtimonium Dei, & propter illud præciſè rebus reuelatis aſſentiri: quare mihi expeditior ſolutio videtur, ſi dicamus inter Theologos euidenter non conſtare de modo, quo hoc Dei teſtimonium applicetur ad eliciendum fidei infuſæ actum: alij enim rationem formalem fidei vno modo, alij altero declarant, alij actum fidei diſcurſiuum, alij ſolum immediatum & non diſcurſiuum agnoſcunt: & cum ſæpe Dei teſtimonium falſò applicetur aſſenſui, vt videre eſt in hæretico qui ob Dei teſtimonium exiſtimatum, non verum credit, ideo dico nobis certitudine euidenti, & infallibili conſtare non poſſe, quando actum fidei facimus, & credimus, ſicut oportet actu ſupernaturali; licet certitudinem quandam moralem, & coniecturalem hac de re habere poſſimus: latius diſputari ſolet de hoc puncto ad illam quæſt. 112. citatam & infra quæſt. 5. aliquid dicemus de obligatione qua fideles tenentur credere ſe habere fidem.

11. Ad ſecundum reſponderi ſolet in caſu propoſito potentiam producturam aſſenſum quidem naturalem, ſed non ex motiuo ſupernaturali, ſed ex aliquo naturali aſſentietur obiecto propoſito, nam quando obiectum ſub ratione ſupernatorali proponitur, ſemper aliqua naturalis ratio permiſcetur ſufficiens ad aſſentiendum actui naturali, quia ſemper obiectum proponitur, vt credibile iudicium enim de euidentia credibilitatis aſſenſum fidei præcedit. Inſtabis: auferat Deus à cogitatione quamlibet aliam rationem naturalem; quod facere poteſt oon concurrendo cum intellectu illas rationes naturales proponente: tunc intellectus habet motiuum dignius ad aſſentiendum, quam ſit rationalis ratio, excitatur à Deo ad credeodum, præceſſit in intellectu iudicium de credibilitate obiecti, & cognitio motioorum: ergo poteſt voluntas excitata etiam à Deo imperare intellectum vt eliciat aſſenſum. Reſpondeo tamen in eo caſu intellectum nullum aſſenſum præbiturum, neque voluntatem poſſe actum fidei propter illud motiuum imperare. Primum probo, quia intellectus non eſt ſufficienter conſtitutus in actu primo completo vt prodire poſſit in actum ſecundum, nam requirit præparatum Dei concurſum proportionatum ad actum, qualis non eſt concurſus generalis ad eliciendum aſſenſum circa obiectum ex motiuo indebito potentiæ naturali & vires illius ſuperanti, qualis eſt prima veritas reuelans myſteria fidei: ſi ergo oon proponatur ratio aliqua naturalis, nullum eſt principium, vnde intellectus moueatur ad aſſentiendum obiecto præſertim obſcuro, quale eſt quod credendum actu naturali proponitur. Secundum de voluntate oſtendo; quia, vt voluntas prudenter eliciat pium affectum ad quem dicitur excitari, præcedere debet iudicium credibilitatis, & conſeruari debet tunc motiuorum ſufficientium recordatio, illa verò ſuppoſitio tollit omnino recordationem talis iudicij, quod ex rationibus & motiuis naturalibus deducitur, quare mirum non eſt ſi voluntas nullum aſſenſum imperet, nam voluntatis imperium non extenditur ad hoc, vt faciat intellectum iudicare vt verum cuius nullam habet veriſimilem rationem, quam naturale lumen intellectus percipiat, neque ſi poſſet id prudenter faceret.

12. Ad tertium negandum eſt aſſumptum: quia licet detur diſtinctio aliqua magis generalis inter actus diuerſarum potentiarum ex modo tendendi illarum, & ex modo quo reſpici, & attingi poteſt obiectum ab vnaquaque, vt diximus quæſt. 2. ſect. 1. hanc enim attingibilitatem appellauimus rationem ſub qua, quæ non eſt denominatio extrinſeca ab actu, vel à potentia, vt ibidem oſtendimus; tamen reſpectu actuum eiuſdem potentiæ diuerſitas ſpecifica præſertim intellectus ex diuerſitate, vel identitate motiuorum deſumitur, vt ſæpè docuit D. Thom. & cum eo communiter tenent philoſophi & Theologi 1. par. quæſt. 77. artic. 3 & in 1. diſt. 17. quæſt. 1. artic. 4. item 2. 2. quæſt. 2. artic. 2. & 5. ſpeciatim de fide idem docet D. Thom. neque exempla quæ afferuntur contrarium oſtendunt: Nam motus circularis & rectus non diſtinguuntur ratione termini in vltimo inſtanti terminatiuo acquiſiti, ſed ratione præſentiæ, quo vnuſquiſque ſpatium ſucceſſiuè percurrit, alter per rectam lineam, alter per circularem: quare ſi qua eſt ſpecifica diſtinctio inter eos motus; illa potius deſumenda eſt ab illo vbi ſucceſſiuè acquiſito in vno per rectam lineam; in altero per circularem, & quidem ſatis veriſimile videtur inter hos motus præciſè ex eo capite nullum diſcrimen eſſentiale eſſe, ſed ſolum accidentale, ratione figuræ, quam ſuo decurſu efficiunt; & ita tenet Suar. citatus numero 26. Verum vrget auctoritas Ariſtotelis in eo loco, vbi ipſe ſibi obiectionem poſuit contra doctrinam quam tradiderat de ſpecificatione motuum ex terminis, & quam docuimos ſolutionem indicat; vt Curſus Conimbricenſis ibidem optimè exponit: ad aliud exemplum de actibus voluntatis dicendum eandem bonitatem diuerſo modo propoſitam voluntati, illam mouere ad actus diuerſos. 13. Nam bonū abſolutè ſumptum ad ſui amorem excitat, abſens verò & abſolutè conueniens iudicatum, intenditur, & deſideratur efficaciter; ſi conditionatè proponitur conueniens non abſolutè, ſimplici affectu conditionato ex parte obiecti expetitur per complacentiam, quæ declaratur hoc vocabulo *vellem*, ſi eſt præſens & poſſidetur fruitionis delectationem mouet: itaque sēper ex parte bonitatis mouentis voluntatem datur diuerſitas,

propter

propter quam diuerſos actus hoc modo di-
ſtioguit D. Thom. citatus & commentatores
ibidem. Alia exempla à diuerſis potentiis
accepta nobis non aduerſantur : quia nos
loquimur de actibus eiuſdem intellectus:
nempe de aſſenſu naturali, & ſupernaturali.
Inſtabis ſicut ex diuerſo modo tendendi ſeu
diuerſa attingibilitate obiecti diuerſæ po-
tentiæ actus alios aliis perfectiores eliciunt
circa idem obiectum, & propter idem me-
dium ; ita lumen ſupernaturale habitus fidei
& lumen naturale iotellectus propter idem
motiuum ex diuerſo tendendi modo actus
diuerſos ſpecie producuot ; aliter enim tendet
intellectus in obiectum ſi ſolus aſſentiatur,
aliter ſi eleuatus à lumine in aſſenſum prodeat.
Neganda tamen eſt cōſequentia: diuerſa enim
ratio eſt : quia quando duæ potentiæ ex modo
tendendi circa idem obiectum diuerſos actus
gignunt, obiectum debet vtrique modo ten-
dendi eſſe proportionatum, nō ita tamen erit,
ſi ſupra vires vnius potentiæ, alterius tantum
poteſtati conſormetur : verbi gratia, quamuis
ſcientia Chriſti per ſe ioſuſa, & naturalis in-
fuſa per accidens eandem veritatem natura-
lem ex eodem medio agnoſcant, talis veri-
tas, & medium illius non eſt ſupra facultatem
ſcientiæ naturalis, licet præſtantiori modo
veritas illa ſit cognoſcibilis per ſcientiam ſu-
pernaturalem. At nos oſtendimus in prima
concluſione medium, & rationem ſormalem
fidei ioſuſæ eſſe ſupernaturalem, qùia eſt me-
dium indebitum naturæ, & ſupra naturam:
etenim excedit vires intellectus creati, cre-
dere primæ veritati reuelanti ea, quæ natu-
rale iotellectus lumen non aſſequitur : & id-
circo ad aſſenſum propter tale motiuum eſt
neceſſarium gratiæ auxilium tam excitans,
quàm adiuuans, vt actus in ſubſtantia ſuper-
naturalis producatur proportionatum, ergo
erit tale medium habitui fidei noo tamen in-
tellectui.
14. Hinc iam ſequitur illa communis Theolo-
gorum reſolutio nempe actum diuinæ fidei
procedere ab habitu infuſo tanquam à cauſa
principali ad hoc enim ioſuſum eſt à Deo do-
num habituale fidei de quo egi ſect. 1. vt in-
tellectus principium haberet intrinſecum, à
quo ad altiorem operationem eleuatus in
Deum & auctorem ſupernaturalem tenderet;
& quoddam in hac vita luminis beatifici pi-
gnus acciperet : probatur primo quia hic ha-
bitos eſt cauſa æquiuoca ad ſuos actus per ſe
ordinata, iis nobilior, eorumque comparatio-
ne inſtar potentiæ ſe habens : ergo eſt illorum
cauſa efficiens principalis ſicut eſt potentia
ſuorum actuum. Secondo quia intellectus
habitu fidei inſtructus ſolo concurſu Dei in
genere cauſę vniuerſalis indiget : quod ſolum
accidit quando in cauſa ſecunda eſt virtus
principalio & adæquatè continens ſuum
effectum eminenter : aſſumptum patet quia
minori concurſu indiget intellectus habitu
fidei ornatus, quam eodem deſtitutus : ergo.
abſque habitu Deus peculiare adhibet auxi-
lium in genere cauſæ particularis concurrens,
eleuanſque intellectum, habitus vero ſup-
plens hunc particularem Dei concurſum ſo-
A lum vniuerſalem requiret, quicquid in con-
trarium dicat Durand. in 2. diſt. 23. quæſt. 1.
At hinc oritur ſecunda difficultas quæ faci- 15.
lius expeditur, videlicet num ſine interuentu
huius habitus ex peculiari Dei auxilio aſſen-
ſus fidei ſupernaturalis ab intellectu valeat
produci : pro ſententia oegatiua referuntur à
Turriano ſtatim citando Capreol. Ferrar.
Soto & alij qui loquentes de lumine gloriæ
dicunt illud eſſe neceſſarium de potentia ab-
ſoluta & ſuppleri non poſſe à Deo vt à beato
viſio beatifica producatur. Verùm hinc non
ſequitur, quod idem dicant de habitu fidei:
nam ſpecialem in lumine gloriæ agnoſcere
poſſent rationem, vt reuera illam aſſignat
Ægidius de præſentat. tom. 2. in 1.2. lib. 9.
B quæſt. 6. artic. vnic. §. 6. numero 128. vbi
licet neceſſarium non exiſtimet habitum fidei
ad actum, tamen de lumine gloriæ reſpectu
viſionis oppoſitum iudicat probabilius, an
verò diuerſa ratio ab hoc auctore data rectè
procedat, huius loci non eſt examinare, ſane
Capreolus expreſſe docoit habitum fidei effe-
ctioè non concurrere ad actum primum qui
eſt diſpoſitio ad illius infuſionem vt ſtatim
dicam : potius referri poſſent pro hac ſenten-
tia Bannes 1. par. quæſt. 12. artic. 5. dub. 2. ad 5.
Aluar. de auxiliis diſput. 64. & 85. & alij
Thomiſtæ quatenus doceut Deum non poſſo
immediatè concurrere cum potentia vitali ad
actum ſupernaturalem niſi interuentu alicu-
ius habitus, ſeu qualitatis per ſe infuſæ, &
C inhæreotis potentiæ : hæc tamen ſententia
eſt omnino falſa vt oſtendam in ſequenti con-
cluſione.
Tertia aſſertio: habitus fidei non eſt abſolutè 16.
neceſſarius, ſed per peculiare Dei auxilium
ſuppleri poteſt à Deo cum intellectu ſpeciali-
ter concurrente ad eliciendum fidei aſſenſum:
ita tenent Suar. tom. 3. de grat. lib. 6. cap. 4.
numero 10. Turrian. de fide diſp. 38. dub. 2.
§. aliorum, referens Vaſq. & alios qui idem
aſſerunt de lumine gloriæ, pro qua ſententia
ſtant reliqui noſtræ ſocietatis ſcriptores,
Molin. Valent. Salas. Albertin. & alij quos
citat Ægidios de præſentat. vbi ſupra §. 2.
num. 22. de fide ſpeciatim hoc tenet Coninc.
de moralitat. actu. ſupernatur. diſp. 6. dub. 7.
in fine & communiter recentiores, vt docet
Suar. citatus ; & probatur primo quia con-
D curſus habitus eſt in genere cauſæ efficientis,
ſed Deus poteſt ſupplere concurſum cauſæ
efficientis cuiuſcumque ; ergo etiam poterit
per ſe ſolum facere quod cum habitu facit.
Minor probatur quia continentia eminentia-
lis cuiuſlibet effectus perfectiori modo eſt in
primo efficienti, quā in quolibet ſecundo, ſed
ex hac cognoſcitur potentia ad producendum
effectum in cauſæ virtute contentum : ergo.
Secundo nulla aſſignari poteſt repugnantia
ſeu contradictio in hoc Dei concurſu pecu-
liari : Nam quod aliqui recentiores dicuot,
hunc habitum eſſe partialem potentiam vi-
talem ; & Deum non poſſe harum concurſum
ſupplere; eſt omnino falſom ; nam omnis po-
tentia vitalis eſt connaturaliter debita alicui
ſubſtaotiæ, cuius ſit connaturale & immedia-
tum operandi principium ad certos actus or-

dinatum, & de ſe poſtulat in tali ſubſtantia A radicari, & ab ea per naturalem emanationem produci: at quis non videt hæc omnia deſtruere rationem ſupernaturalitatis in habitu fidei? iuxta ea quæ de ente ſupernaturali ſupra diximus: Vitalitatem ergo non ab habitu ſed à potentia aſſenſus fidei mutuatur. Præterea multo probabilius credo Deum poſſe ſupplere principium vitale, & efficere actum vitalem quoad ſuam entitatem eiuſdem ſpeciei, cum eo qui à potentia vitali procederet: vt ob primam rationem in philoſophia docuit, & hanc opinionem dicit eſſe omnium fere conſenſu receptiſſimam Ægid. de præſentat. 1. 2. tom. 2. lib. 10. quæſt. 1. artic. 4. §. 2. numero 9. quare eſto daretur quod habitus fidei eſſet veluti potentia vitalis, illius concurſum Deus ſupplere B poſſet, præſertim cum maneret alterum vitale principium cum quo Deus concurreret ſine habitu, & à quo actio vitalis perfectam poſſet vitalitatem accipere: & quod intelligens, & credens denominaretur.

17. Obijcies non intelligi quomodo intellectus eleuari poſſit ad actus ſupernaturales, & ſupernaturaliter vitales; niſi per aliquid ſibi inhærens, & intrinſecum quod ſit immediatum & formaliter vitale principium; interuentu cuius potentia eleuetur ad actiones vitales, quia tota vitalitas aſſenſus fidei eſt ſupernaturalis; ſed in intellectu nulla eſt virtus ad actus vitales ſupernaturales: ergo ad illos concurrere nequit niſi illi aliquid addatur, C per quod in actu primo conſtituatur complete potens, vt in actum ſecundum prodeat. Hæc obiectio duo attingit: primum eſt communis nodus de potentia obedientiali, in quo conſiſtat & per quid conſtituatur in actu primo completo ad effectus producendos ſupra ſuam naturam. De quo latiſſimè Suar. & doctrinæ tom. 1. in 3. par. diſp. 31. ſect. 6. cum quo in ſolut. 3. argument. dico nihil requiri intrinſecum, & inhærens in potentia, quæ obedientialiter agit eleuata à Deo: ſed ſufficere Dei omnipotentiam, per diuinam voluntatem ſpecialiter applicatam ad concurrendum cum tali cauſa creata, verbi gratia cum intellectu humano ad aſſenſum fidei: Nam ſicut in communi ſententia phantaſma D materiale eleuatur ab intellectu agente ad producendam ſpeciem intelligibilem ſpiritualem; neque ad hoc opus eſt vt phantaſma recipiat aliquid ſibi inhærens, ſed ſufficit vt illo vtatur potentia ſuperior cui ipſum phantaſma naturaliter ſubordinatur: ita intellectus cum non minus ſubordinetur creatori, & omnipotentiæ diuinæ: vt Deus eo vti poſſit, præſertim ad actiones, ad quas in genere, quatenus intellectiones ſunt ordinatur: nihil præuium & intrinſecè inhærens poſtulat ad hanc eleuationem, ſed ſufficeret decretum Dei volentis cum intellectu concurrere, & præparatum habentis concurſum neceſſarium ſuo tempore. Alterum quod attingit obiectio, eſt habitum eſſe principium totale immediatum formaliter vitale per quod intellectus tamquàm principium remotum & radicaliter vitale ad aſſenſum concurrit, A quod eſt omninò falſum vt ſect. 8. oſtendam.

Rogalis an de facto primus fidei actus ita 18. fiat ab adulto, qui antequam baptizetur elicit aſſenſum fidei? hæc dubitatio propriè excitare ſolet de vltima diſpoſitione ad infuſionem gratiæ, an ſcilicet illa fiat effectiuè ab habitu: verum de primo actu fidei ſpeciatim ab habitu fieri docent Medin. 1. 2. quæſt. 113. artic. 8. ad 2. Vaſq. diſput. 211. cap. 2. & ſequent. cum alijs quos ſequitur Turrian. de fide diſput. 38. dub. 3. §. *Deinde ſecundum*; qui quamuis contrarium ſentiat de diſpoſitione vltima ad gratiam, tamen de fide probabilius eſſe dicit, etiam primum illius actum ab habitu infuſo fieri: ratio illius eſt, quia nihil eſt quod ſuadeat, primum actum fidei eſſe diſpoſitionem ad ſuum habitum & ex B altera parte aſſignare poſſumus vltimam diſpoſitionem, cum qua habeat connexionem infuſio habitus, nempe aſſentum fidei acquiſitæ, & voluntatem credendi aſſenſui ſupernaturali, & ita in eius ſententia actus fidei nullo modo eſt meritorius, neque diſpoſitio phyſica ad infuſionem habitus, aliiſque rationibus omiſſis, quæ communes ſunt tam contritioni, quàm actui fidei, vt ab habitu fieri dicantur: ſententiam negantem omnino veram exiſtimo: ita D. Thom. ſentit vt optimè oſtendit Suar. tom. 3. de grat. lib. 8. cap. 14. afferendo varia loca in huius confirmationem, & declarando alia in oppoſitum à Thomiſtis adducta: quia tamen in his ſemper eſt C ſermo de diſpoſitione ad gratiam, non de diſpoſitione ad fidem, afferam alium D. Thomæ locum 1 2. quæſt. 62. artic. 4. in corpore vbi ait, *Fides præcedit ſpem, & ſpes charitatem ſecundum actus, nam habitus ſimul infunduntur*: idem docet aliis in locis ad eundem articulum in margine citatis, quæ verba in ſenſu quo declarantur à Caietan. & aliis Thomiſtis, manifeſtè oſtendunt actum primum fidei ab habitu non fieri effectiuè: nam ſicut ordine generationis actus fidei præcedit actum ſpei, & charitatis ex ſua natura, ita ſemper poſtularet habitus infundi prius, quam habitus charitatis in iuſtificatione adultorum qui ad fidem veniunt: quare iam non infunderentur ſimul, quantum eſt ex parte in- D fundentis, ſeu infuſionis, quia hæc infuſio deberet accommodari ad exigentiam actuum: & quamquam nos aliter expoſuimus hunc locum D. Thom. ſect. 3. ne noſtræ opinioni contrarius videretur, tamen ad hominem, & iuxta Thomiſtarum ſententiam, quæ concedit adulto de nouo ad fidem venienti actum non habitum fidei ante baptiſmum, hic D. Thom. locus rem conuincit. Pro eadem ſententia quod attinet ad diſpoſitionem ad habitualem gratiam citat Suar. lib. 8. cap. 12. Bonauent. Duran. Henr. Scot. Richar. Palud. Gabriel. Capreol. Ægid. Argent. Abul. Vega. Cordub. Staplat. & Mend. quamuis etiam probabilem credat illam opinionem, quam ex Turriano ſupra memoraui in fine eiuſdem c. 12. pro eadem etiam opinione ſtat Coninc. de moralitat. act. ſupernat. diſput. 6. dub. 7. numero 99. refertque Alenſem, & Molin. quos ſequitur, & n. 108. ſpeciatim loquitur

de

de actu fidei, qui eſt diſpoſitio ad habitum.

19. Probatur ergo in primis de actu primo diuinæ fidei (quod ſolum ad noſtrum inſtitutum ſpectat) illum non procedere effectiuè ab habitu ex Tridentin. ſeſſ. 6. cap. 8. vbi declarans D. Paulum ad Roman. 3. quatenus docet hominem per fidem iuſtificari, ait per hoc ſignificari, quod fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum & radix, quod de fide habituali Molin. in concordia diſp. 44. 9. *Deinde Concilium* exponit, & fauere videntur Patres qui idcirco fidem primam virtutem appellant. Ambroſ. 1. de ſacrament. Hieronym. in cap. 5. ad Epheſios Euſebius Emiſ. homil. 2. de ſymbolo, Chryſoſtom. homil. de fide, ſpe, & charitate, Auguſtin. de prædeſtin. ſanct. cap. 7. & de ſpiritu & lit. cap. 3. Clement. Alex. 2. Strumat. Propter io reſponſione ad 8. dubium Genuenſium & lib. 1. de vita contemplatiua cap. 21. Verum de actuali fide Concilium declarant Vaſq. 1. 2. diſp. 210. cap. 7. num. 52. Turrian. de fide diſput. 41. dub. 5. & de hac etiam patrum teſtimonia interpretantur. Ceterum hac in re diſtinguendum eſt: Nam ſi ſermo ſit de principio iuſtificationis formali, certum eſt illud eſſe habituale & permanens, vt docet Concil. ead. ſeſſ. 6. cap. 7. non enim per actus, ſed per habitus iuſtificamur: quæ magis proprie dona infuſa cenſentur. Vnde ſicut per fidem habitualem homo incipit vniri Christo, ita incipit imperfectè iuſtificari: ſi tamen ſermo ſit de diſpoſitione propria requiſita ad infuſionem habitus, tunc reuera Concilium de actuali fide potius, quam de habituali declarandum eſt & vtroque modo exponi poſſe Concilium in eo capite octauo docet Coninc. diſp. 14. de aſſenſu fidei dub. 6. numero 69. Vnde colliges quando Concilium cap. 6. agit de fide tanquam diſpoſitione ad iuſtificationem, de actuali non de habituali eſſe intelligendum, vt illius verba manifeſtè oſtendunt, videlicet: *Diſponuntur ad ipſam iuſtitiam dum excitati diuina gratia fidem ex auditu concipientes libere mouentur in Deum credentes ea quæ diuinitus reuelata, & promiſſa ſunt*: quando verò agit de fide, vti de iuſtitia permanente vt in cap. 8. oſtendit comparatio fundamenti, ſeu radicis, tunc de habituali eſſe interpretandum, quia fides habitualis non eſt fundamentum omnino mortuum, ſed aliquam viuacitatem inſtar radicis conſeruat: quatenus fides non ſolum ſuſtentat ſpirituale ædificium ſed etiam fructum aliquem, ſeu alimentum ad modum radicis communicat: dum fidelibus ſperanda, & amanda proponit, atque adeo varias piaſque affectiones timoris, ac ſpei promouet, ex quibus charitatis fructus pullulat. Vnde S. Iudas in ſua epiſtola aptiſſimè hæreticos arbores autumnales bis mortuas, & eradicatas nuncupauit. Vaſq. vbi ſupra cap. 6. quia arbores autumnales fructibus, foliiſque ſpoliatæ etſi vitam in radice retineant, hæc tamen non apparet vnde mortuæ, & ſiuæ videntur: huiuſmodi ſunt fideles peccatores quorum fides otioſa eſt, & in operibus charitatis non apparet, nec fructus iuſtitiæ parit: quare mortua merito dicitur, quando verò radix mortua eſt, & arbor eradicata, bis mortua meritiſſimo nominatur, & talis eſt hæreticus ab Eccleſiæ agro fœcundiſſimo eradicatus.

Hinc iam efficaciter arguo. Nam actus fidei in conuerſione infidelis adulti eſt neceſſaria diſpoſitio ad infuſionem doni illius permanentis, quod fundamentum & radix iuſtificationis à Concilio dicitur: quatenus eſt formale principium permanens quod iuſtificationem inchoat imperfectam; ergo nequit effectiuè ab eodem principio produci: probatur conſequentia: nam Deus ideo infundit habitum fidei, quia homo per actum ad illam infuſionem diſponitur. Si autem diſpoſitio ab habitu effectiuè procederet contraria cauſalis eſſet vera, nempe Deus infundit habitum, vt homo eliciat actum fidei: ſicut gratia excitans datur, vt idem homo conuertatur; ergo vt tota Concilij doctrina in modo præparationis, & diſpoſitionis ſuſtineatur, neceſſario dicendum eſt fidei habitum ad primum actum adulti ad fidem venientis efficienter non concurrere: Confirmatur: Nam nulla alia diſpoſitio aſſignari poteſt proportionata ad infuſionem habitus ex parte intellectus, quam fidei aſſenſus eiuſdem ordinis: etenim fides acquiſita cum aſſenſus naturalis ſit, aliudque habeat obiectum formale: nullo modo conſentanea eſt diſpoſitio ad infuſionem habitus ſupernaturalis: item actus voluntatis ſolum erit proportionata diſpoſitio reſpectu ſui habitus, non vero reſpectu habitus intellectus: quoniam velle credere non eſt credere: ſed vt homo maneat habitualiter vnitus per fidem, prærequirit Concilium motum liberi arbitrij, ad aſſenſum actualem intellectus credentis, peruenientem: ergo non ſufficit affectus piæ affectionis. Secundo habitus non poteſt concurrere effectiuè ad actum antequam ſupponatur exiſtens: ſed nequit præſupponi exiſtens ante diſpoſitionem ad illius infuſionem prærequiſitam: ergo cum primus actus ſit diſpoſitio ad illum, ab eo fieri non poteſt. Tertio, quia ex oppoſita ſententia hęc omnia ſequuntur abſurda: primum actionem liberam eſſe natura priorem ſua cauſa efficiente: Nam actus fidei qui diſpoſitio eſt ad habitum, & ſic natura prior, ab illo fieret ſecundum diſpoſitionem eſſe natura poſteriorem illa forma ad cuius productionem determinat cauſam efficientem illius: Nam ſi illa diſpoſitio fidei eſſet effectus habitus, neceſſario eſſet poſterior illo tertium quod ex vtroque ſequitur idem eſſe prius, & poſterius non modo reſpectu alterius, ſed etiam ſui ipſius: neque hic valet communis ſolutio de diuerſo genere cauſæ: quoniam vt optimè obſeruat Suar. lib. 8. de Gratia cap. 12. numero 23. quicquid ſit de aliis generibus cauſarum nempè efficiente, & finali, item materiali, & formali inter ſe comparatis: loquendo de comparatione diſpoſitionis cum forma inhærente, quæ ſit principium actionis, ad cuius formæ infuſionem illa diſpoſitio poſtulatur in ſubiecto, omnino repugnat hæc mutua prioritas & poſterioritas: quod quia multis rationibus Sua- 20.

rum coouincit ad illum lectorem remitto. A

21. Ex qoo colliges idem dicendum quando fidelis elicit aſſenſum inteoſiorem quam ſit ipſius habitus. In eo enim caſu etiam indiget ad illam maiorem intenſionem peculiari auxilio Dei : Nam quod ait Bannes 2. 2. quæſt. 24. artic. 6. dub. 2. ad 7. etiam quando habitus charitatis intenditur per actum intenſiorem, illoſmet gradus intenſiores ſupra additos eſſe principium effectiuum actus intenſioris, etiam ab ipſis Thomiſtis reiicitur tanquam repugnans principiis de merito & doctrinæ D. Thomæ vt videre eſt apud Alu. de auxiliis diſput. 66. numero 8. & 68. numero 16. hoc corollarium expreſsè docet Coninc. diſput. 6. dub 7. numero 107. & indicat Suar. lib. 9. de Gratia cap. 2. numero 13. & qood plus eſt idem Turrian. de fide B diſput. 38. dub. 4. §. tertio mihi hoc tanquam probabilius tradit de augmento cum de prima habitus productione reſpectu primi actus oppoſitum docuerit; vt dixi. Verum ſicut actus intenſior, vt diſpoſitio proportionata antecedenter ſupponitur ad maiorem habitus intenſionem ; ideoque ab habitu de nouo intento produci nequit : ita magis conſequenter idem dicere tenetur de primo fidei actu ad infuſiouem habitus diſponente. Deinde actus ſupernaturalis intenſior non accipit à potentia maiorem intenſionem, ſed ab habitu, vel à peculiari auxilio Dei : illa enim maior intenſio eſt gradus eiuſdem qualitatis ſupernaturalis, qui vires potentiæ naturalis tranſcendit : ſed io habitu prçxiſtentę, vt ſupponitur, minor erat intenſio : ergo nequit habitus ad illam maiorem intenſionem effectiuè concurrere ; & conſeqoenter oeceſſarium erit peculiare Dei auxilium. Dices habitum eſſe cauſam æquiuocam actus ſupernaturalis, & ideo poſſe in minori intenſione habere virtutem, & actiuitatem ad producendum actum in maiori intenſione, quam ſit intenſio ipſius habitus. Nam inter qualitates naturales boc reperitur quod vna in minori intenſione habeat maiorem actiuitatem quam alia in eadem vel maiori. Reſpondeo : forſitan in habitibus infuſis contingere, vt in minori intenſione poſſint effectiuè cauſare actus aliquantulum intenſiores : Verum hoc incertum eſt : & ſaltem actus in maiori intenſione, quam exigat actiuitas habitus, quę in certo gradu ſemper limitata eſt, neceſſario aoxilium peculiare Dei poſtulabit. Vnde noſtra reſponſio eſt ita intelligenda, vt actus in tali intenſione ſumatur; quæ actiuitatem habitus ſuperet ; quæ quia à oobis definiri oon valet, eam ad habitus intenſionem limitauimus : videlicet : vt non ſit magis actiuus, quam intenſus : ſi tamen aliqois credat maiorem eſſe illios actiuitatem, ſemper tenetur hanc in certo gradu intenſioois definire, itaut actum magis intenſum, quam actiuitas poſtulet, ſine peculiari Dei auxilio qooad illam maiorem intenſionem producere non poſſit. Vtrum vero aſſenſus fidei ab auxilio Dei particulari procedens poſſit conſeruari ab habitu iam producto, ſimul cum potentia concurrente : quæſtio eſt philoſophica, quam reſoluit Turrianus de fide diſput. 38. dub. 3. §. in quæſtiooem : idcirco illam prætermito.

Tertia difficultas petit vtrum habitus fidei ſuperoaturalis noo modo poteſtatem, ſed etiam facilitatem conferat potentiæ ad actus ſupernaturales eliciendos ? negant Vaſq. 1. 2. in multis locis, præſertim diſput. 83. cap. 1. & diſput. 187. cap. 2. Coninc. de moralit. actu. ſupernat. diſput. 4. dub. 6. item Turrian. de fide diſput. 46. dub. 8. §. *Sed poteſt eſſe difficultas* : pro vtraque parte defendit quæſtionem: ita tamen vt negaotem partem iudicet probabiliorem §. meum iudicium : Ego vero affirmandum credo, nempe habitum fidei dare non ſolum facultatem, ſed etiam promptitudinem & facilitatem potentiæ ad operandum : & ſine dubio hæc eſt D. Thomæ ſententia 2. 2. quæſt. 23. artic. 2. loquens de habitu charitatis de quo eſt eadem ratio & ibidem Caietan. & alij, idem docet 1. 2. quæſt. 114. artic. 4. ad 2. quodlibet 4. quæſt. 9. artic. 1. & in 3. diſtinct. 23. quæſt. 1. artic. 1. ad ibidemque Capreol. qoæſt. 1. artic. 3. ad argum. contra primam concluſ. Richard. artic. 1. quæſt. 2. in fine corporis. Maior in 3. diſt 27. quæſt. 1. in probatione 3. concluſionis Suar. tom. 3. de grat. lib. 6. cap. 4. numero 11. Salas. 1. 2. tract. 10. diſput. 4. ſect. 5. numero 48. Probatur primo: in exercitio actuum fidei experimur facilitatem & maiorem promptitudinem per illorum actuum repetitionem, ſed hæc C facilitas non poteſt prouenire ab alio habitu: ergo ſolum ab habitu magis intenſo, qui non modo poſſe, ſed etiam facilius & promptius operari potentiæ concedat : Minor de qua ſolum dubitari poſſet oſtenditur : ille habitus qui hanc daret facilitatē non eſt ſupernaturalis, quia nullus ſupernaturalis habitus noſtris actibus acquiritur : neque naturalis, quia hic produci nequit per actus ſupernaturales, vt ſect. 1. oſtendi, ſi vero dicatur hanc facilitatem prouenire ab habitu naturali fidei acquiſitæ, cuius actus cum actibus fidei diuinè ſępiſſimè ſolent permiſceri; vrgebo, quoniam habitus naturalis habet diuerſum obiectum formale à ſupernaturalis tam actus quàm habitus fidei diuinæ obiecto : ergo nihil confert ad maiorem facilitatem actus ſupernaturalis ſub alio motiuo in obiectum tendentis : vt in hac ſect. D probaui. Secùndo, habitus fidei diuinæ magis intenſus, magis inclinat potentiam, & maiorem illi confert actiuitatem ad aſſenſus fidei eliciendos: ergo neceſſario illam iuuat, vt facilius, & promptius ſimiles actus opretur: antecedens probatur: quia habitus in gradu remiſſo iam inclinabat potentiam ad aſſenſus fidei: ſed gradus intenſionis ſuperuenientes ſuot partes eiuſdem qualitatis eandemque inclinationem inducunt : ergo magis potentiam inclinabunt. Confirmatur exemplo qualitatis naturalis, verbi gratia caloris magis intenſi, qui ſubiecto tribuit maiorem actiuitatem, quæ facilius eundem gradum caloris producat, quem antequam augeretur calor, iam producere poterat, vt ſuppono : nam calidum vt quatuor licet facile producere valeat calidum, vt tria, facilius, & celerius eundem calorem vt tria efficiet, ſi calor intendatur,

vt

22.

vt octo. Tertio gratia excitans magis intenſa magis inclinat, & mouet potentiam, ergo etiam habitus ſupernaturalis intenſior: conſequentia probatur, quia in communi Theologorum opinione illa gratia eſt actus ſupernaturalis; & quod actualiter, & in tranſitu facit actus, idem habitualiter, & permanenter præſtat habitus. Quarto quia habitus ſupernaturalis non eſt propriè potentia, nulli enim ſubiecto naturaliter debetur: habet tamen modum potentiæ, quia potentiæ naturali dat poſſe efficere actus ſupernaturales, per hoc tamen non amittit munus cæteris habitibus acquiſitis commune, quod eſt dare facilitatem: ſicut enim ſpecies dant intellectui facultatem, ſeu poſſe ſuo modo ad cognitiones ſimplices obiectorum producendas, & ſimul quo intenſiores ſunt, eo facilius excitant potentiam, & ſuarum cognitionum promptiori vſui ſubſeruiunt: ita etiam de habitibus ſupernaturalibus dicendum: Propria verò potentia ita dat poſſe vt ſimul facilitatem non conferat, quia latitudinem gradualem non admittit: ſolum dicere poſſumus illam facilitatem potentiæ maiorem vel minorem comparatiuè ad aliam potentiam nobiliorem, vel minus nobilem: verbi gratia intellectus Angeli perſectioris dat poſſe, & etiam facilius, eadem cognoſcendo perueſtigare, quam inferioris Angeli intellectus præſtare queat. Vnde inferiores à ſuperioribus illuminari dicuntur.

23. Obijcies primo. Puer in baptiſmo recipit habitum fidei, & tamen nullam facilitatem experitur ad aſſentiendum fidei myſteriis, ſimiliter Gentilis baptizatus eamdem difficultatem ſentit poſt baptiſmum, atque antea; & eandem facilitatem experitur, & inclinationem naturalem ad aſſentiendum antiquis erroribus. Secundo habitus fidei non ſolum intenditur per actus fidei, ſed etiam per actus aliarum virtutum, vt dixi ſupra, verbi gratia qoando gratia habitualis, & charitas augentur ſupra intenſinnem habitûs fidei præexiſtentis: ergo augebitur facilitas ad actus fidei per exercitiom actuum, qui ad alias virtutes ſpectant, quod eſt cootra experientiam. Ad primum Reſp. illam experientiam in puero prouenire ex defectu ſpecierum ſeruientium apprehenſionibus, quæ neceſſario ad aſſenſos fidei prærequiruntur, quomodo enim aſſentiri poſſunt myſteriis in quibus non ſunt ſatis inſtructi? Vnde eadem experientia docet eoſdem pueros inter catholicos enutritos, & chriſtianæ doctrinæ aſſuetos ſine vlla difficultate credere, & licet in pueris hæreticorum idem contingat reſpectu ſuarum hæreſum, quibus facillimè aſſentiuntur: id prouenit ex ſolo affectu naturali, & ex facilitate puerili ad credendum magiſtris, & parentibus à quibus edocentur: ex quo ſolum proficiſci non poteſt in pueris Chriſtianis verus actus fidei ſopernaturalis, prærequirit enim gratiam Dei, & piam voluntatis affectionem ſupernaturalem, vt dicam ſectione vltima: ſicut ergo ad ſubſtantiam veri actus fidei in puero Chriſtiano hoc requiritur; ita ad facilitatem, & promptitudinem eliciendi ſimiles actus non ſufficient cauſæ naturales: nempe aſſuetudo ſpecierum, vel habitus fidei acquiſitæ, qui ſolum facilitatem tribuit ad actus ſimiles iis, à quibus genitus eſt, nimirum naturales; ſimiliter in Gentili difficultas in credendo etiam poſt baptiſmum naſcitur, tum ex defectu earumdem ſpecierum, tum ex habitibus erroneis, qui relinquuntur: cuius rationem ſupra ſect. 4. aſſignaui. Ad ſecundum Reſp. nullum eſſe incommodum, immo maximè conſentaneum, intendi habitus ſupernaturales non ſolum per actus proprios diſpoſitiuè & meritoriè, ſed etiam per aliarum virtutum operationes; hæc enim eſt virtutum infuſarum habitoalem gratiam comitantium concordia, de qua in materia de graria Theologi diſputant. Latè Suar. tom. 3. lib. 9. cap. 3. & 4. &, ſi non ſentitur eadem facilitas æqualis in omnibus virtutibus, ideo erit, quia vſus ſpecierum ex parte intellectus deerit io ordine ad illam virtutem, quæ ratio in fide efficacior eſt, quia illius actus, eſt aſſenſus intellectus: vel quia eſt aliud impedimentum ex parte appetitus oppoſiti, à quo voluntas deſueta in materiâ virtutis, cuius actus raro exercuit, deterretur: habitus verò ſupernaturales etiamſi quo intenſiores ſunt, eo magis inclinent potentiam, & ex ſe conſequenter magis facilitent ad exercitium ſuorum actuum, in eo tamen voluntatis arbitrio ſubiiciuntur: ex quibus ſoluuntur facile omnia experimenta quæ à Coninc. contra noſtram & communem ſententiam adducuntur.

Vtrum habitus fidei ſolum inclinet ad aſſenſus formaliter non diſcurſiuos, ſed immediatos.

SECTIO VI.

NOn eſt quæſtiu an interoeniat aliquis formalis diſcurſus antecedens aſſenſum fidei, qui remotè, & vt, conditio, ſeu cauſa per accidens, ſe habeat ad concipienda fidei myſteria, & cognoſcendam credibilitatis euidentiam in illis inuentam, ſed vtrum per ſe aſſenſus fidei cauſetur ab habitu cum formali diſcorſu, ſiue quod illum neceſſario naturalis aſſenſus requirat, ſiue quia ſaltem eum non reſpuat. Hic verò diſcurſus dupliciter in aſſenſu fidei reperiri poterit: primo ratione formalis obiecti, quia medium extrinſecum, nempe motiuum fidei neceſſario coniungitur formaliter vel virtualiter cum duplici termino, vt cauſetur ab illo aſſenſua vtrumque terminum complectens. Verbi gratia, hæc propoſitio, Deus eſt trinus & vnus, creditur, quia prius iudicatur, Deum illam reuelaſſe, & quidquid Deus reuelat eſſe verum: & ſi in bona forma ſyllogiſmus, trea habens propoſitiones, conſtruatur, tunc medium formaliter vtrique termino applicari cenſetur; ſi verò ſolum iadicetur medium in antecedenti; & inſeratur concluſio in conſequenti; tunc vt recta ſit illatio, virtute intelligitur in eodem antecedenti vtraque propoſitio, quicquid Deus reuelat eſt verum: 1.

Deus reuelat ſe eſſe trinum & vnum: ergo, &c. Secundo ratione obiecti materialis in propoſitione, quæ de fide dicitur, diſcurſus cenſebitur euenire, ſi verbi gratia ex duabus præmiſſis de fide, vel ex altera de fide, altera ſcientifica, ſeu euidenti aſſenſus fidei naſceretur; verbi gratia ex his duabus de fide: *Omnis anima humana eſt ſpiritualis; ſed anima Chriſti eſt humana*, infertur hic aſſenſus. *Ergo anima Chriſti eſt ſpiritualis.* Item ex altera de fide & altera euidenti: videlicet, *Omnis homo eſt intellectiuus: Chriſtus eſt homo*: infertur hæc *Chriſtus eſt intellectiuus*: rogamus ergo an altero ex his modis, vel vtroque diſcurſiuus aſſenſus ab habitu fidei producatur: & licet ex iis quæ diximus quæſtione ſecunda ſatis appareat quid conſequenter in noſtra ſententia dicendum ſit, vt opiniones diuerſæ hac in re exponantur, & illarum argumenta noſtræ doctrinæ contraria ſoluantur, de hoc ex profeſſo expedit diſputare: præſertim qoia hinc declarabimus diſtinctionem inter habitum, ſeu aſſenſum fidei, & Theologicum.

2. Prima ergo ſententiã aſſerit vtroque modo ex dictis per diſcurſum fidei aſſenſum generari: hanc ſententiam tenent Aureolus in 1. diſtinct. 48. quæſtiuncula vnica artic. 3. & in prologo quæſt. 2. artic. 2. Ocham. ibidem quæſt. 3. principali lit. I. & O. Toletan. quæſt. 3. artic. 2. 3. & 4. Gabr. quæſt. 7. lit. C. & in 3. diſtinct. 24. quæſt. vnica artic. 2. concluſ. 6. Maior. in prologo quæſtiuncula 4. Sylueſt. in conflato, quæſt. prima artic. 10. & 11. quatenus non diſtinguunt habitum theologicum ab habitu fidei: ſed habitus theologiæ eſt vtroque modo diſcurſiuus: ergo habitus fidei in eorum ſententia talis eſt: pro eadem opinione refert etiam Suar. diſput. 6. de fide, quæſt. 4. numero 3. Canum de locis lib. 6. cap. vltimo & Vegam lib. 9. in Tridentinum cap. 39. Verum aliter eos interpretatur Vaſq. 1. par. diſput. 5. cap. 3. vbi ait diſcurſum ex præmiſſis de fide creditis eſſe conditionem, non vero rationem aſſentiendi conclusioni: etenim prout concluſio ex præmiſſis creditis formaliter infertur, de fide non eſt, ſed prout poſito illo diſcurſu tanquam conditione, habitus fidei dicit aſſenſum fidei propter diuinam reuelationem immediatè: & hanc fuiſſe mentem Cani, & Vegæ Vaſquez arbitratur: probari tamen poteſt hæc ſententia primum de diſcurſu aſſenſus fidei propter diuinum teſtimonium immediatè; primo, quia aſſenſus fidei tendit in obiectum materiale creditum propter primam veritatem reuelantem: ergo hæc ratio formalis motiua debet prius cognoſci & iudicari: vt propter illam intellectus aſſentiatur obiecto reuelato; ergo ſi per duo iudicia hoc faciat, erit diſcurſus formalis; ſi per vnum, virtualis: imo iuxta doctrinam D. Thomæ iudicia obiecti formalis & materialis ita ſe habent, vt ſuapte natura videantur exigere actus diſtinctos: ait enim D. Thom. 1. par. qoæſt. 14. artic. 7. qooties vnum iudicatur per aliud, ſeu propter aliud, hoc fieri per actus diſtinctos: ergo ſaltem nulla erit repugnantia, cur hæc obiecta diſtincta per diſtinctos actus iudicentur: ſed vnum dependet ab alio tanquam à proponente rationem formalem, ergo in his duobus actibus apparet quicquid ad verum diſcurſum ſecondum cauſalitatem requiritur. Secundo in fidei humanæ aſſeoſu formalis diſcorſus interuenit prius enim iudico quis ſit, qui loquitur, & quia veracem credo, illius dictis aſſeotior: ergo ſimiliter in fide diuina. Secundum de diſcurſu ratione obiecti materialis reuelati probatur primo, aſſenſus deductus ex duabus premiſſis de fide habet idem obiectum formale, cum habitu fidei diuinæ: ergo eſt proprius actus illius: antecedens probatur, quia aſſenſus ille nititur tanquam motiuo proprio diuina reuelatione, vt cum Alenſi, Alberto, D. Thoma, Caiet. Ægid. Henric. Richard. Gregor. Argent. Marſil. Aliacen. Capreol. Carthuſ. Sylueſt. Maior. Cano. Palac. Hiſpal. Soncinate docet Chriſtophorus Gillius lib. 1. tract. 2. cap. 4. n. 11. & confirmatur primo, quia omnis propoſitio, quæ deducitur ex vtraque de fide, vel altera de fide, altera euidenti, pertinet ad fidem, & qui illam negauerit tanquam hæreticus puniri debet. Confirmatur ſecundo, quia multa ſunt ab Eccleſia definita tanquam dogmata fidei, quæ in ſe formaliter reuelata non ſunt, ſed euideoter ex reuelatis deducta. Secundo idem principaliter oſtenditur: aſſenſus theologicus non poteſt reperiri niſi in fideli, ſed hoc ideo eſt quia infidelis caret habitu fidei, à quo talis aſſenſus proficiſcitur: ergo habitus fidei elicit aſſenſum diſcurſiuum ſeu theologicum. Tertio, talis aſſenſus eſt ſupernaturalis, obſcurus, & omnino infallibilis: ſed hæ proprietates in actu non poſſunt ab alio habitu prouenire niſi ab habitu fidei diuinæ: ergo, &c.

Secunda opinio aſſerit aſſenſum fidei non admittere diſcurſum ſecundo modo ratione obiecti materialis, illum tamen exigere primo modo ratione obiecti formalis: ita docent Ocham. in 3. quæſt. 8. art. 3. Durand. diſt. 24. quæſt. 2. artic. 2. concluſ. 1. Gabriel. diſt. 23. quæſt. 2. artic. 2. concluſ. 1. Marſil. quæſt. 14. artic. 1. in 3. par. concluſ. 1. Almai. quæſt. 3. & tract. 2. moral. cap. 3. Becanus de fide cap. 8. quæſt. 3. concluſ. 2. & Vaſq. 1. p. diſp. 5. numero 5. quamuis illum Turrianus de fide diſput. 6. dub. 2. §. *Placet autem*, aliter interpretur: vt ſolum velit aſſenſum fidei generari per diſcorſum, tanquam per conditionem, non tanquam cauſam ſeu rationem aſſentiendi. Verum licet Vaſquez hoc dixerit loquendo de diſcurſu ratione obiecti materialis tamen loquendo de diſcurſu ratione obiecti formalis illo numero 5. citato, hanc limitationem non adhibuit ſed ſimpliciter aſſenſum fidei fecit diſcurſiuum: hæc ſententia quoad primam partem vera eſt, & conſentit cum illa quam ſtatim proponam: quoad ſecundam probatur eiſdem argumentis, quibus prior pars primæ ſententiæ nititur. 3.

Tertia opinio omnino vera nullo modo admittit aſſenſum fidei diſcurſiuum formaliter: ſed omnes illius propoſitiones, tanquam prima principia, propter primam veritatem reuelantem 4.

reuelantem immediatè credendas eſſe affir-mat. Vnde ſequitur habitum fidei ex ſua ratiune ſolum ad aſſenſus immediatos &c. non diſcurſiuos inclinare : ita tenet Baſilius in Pſalm. 115. *Sacrorum*, inquit, *quæ de Deo ſunt eloquiorum predux eſto fides: fides plane, non item demonſtratio* : item Damaſc. lib. 4. cap. 12. D. Auguſtin. 18. de Ciuitate Dei cap. 41. & alij idem ſequitur D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. artic. 1. ibidque Caietan. dub. 4. item eadem quæſt. artic. 8. & 1. p. quæſtiunculæ 1. artic. 2 Scot. in 3. diſtinct. 24. quæſtione vnica §. ad propoſitum; Capreol. quæſtione vnica artic. 3. ad 3. contra 2. concluſ. Cano. lib. 12. de locis cap. 3. concluſ. 5. Valent. tom. 3. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 2. Suar. de fide diſput. 6. ſect. 4. n. 4. Gillius lib. 1. tract. 6. cap. 2. num. 6. Turrian. citatus dub. 1. Ægid. Coninc. de moralitat. act. ſupern. diſput. 9. dub. 7. numero 49. Lorca 2. 2. diſput. 6. Bannes ibidem quæſt. prima artic. 1. in fine, & fere omnes illi, quos à Gillio ſupra citatos adduxi : quatenus docent propoſitiones de fide eſſe Theologiæ prima principia. Probatur primo : principia quibus nititur propoſitio de fide, vel cognoſcuntur per diſcurſum, vel ſine illo : ſi cum diſcurſu, rogo ex quibus principiis illa deducantur & ſic interrogando progrediamur vſque ad aliqua principia, quæ ex aliis non inferantur, ſed ſint prima & immediata, ex quibus omnes enunciationes de fide inferantur, & in quæ reſoluantur : quæ alia eſſe nequeunt, quam illa, Deus reuelat, & quicquid Deus reuelat eſt verum : Nam nulla alia priora poſſunt aſſignari : vel ergo hæc principia ſunt aſſenſus ſupernaturales, & certi certitudine fidei ineuidenti : vel ſunt aſſenſus certi infallibiliter ex terminis, & conſequenter naturales, & euidentes. Secundum dici non poteſt : quoniam concluſio ex illis deducta erit euidens, & minus certa, quam illa, quæ infallibilitatem & certitudinem ex diuino teſtimonio accipit : vnde non erit propoſitio de fide ſi detur. Item, iam neceſſario admittuntur illæ duæ propoſitiones immediatæ quæ ſint veri aſſenſus fidei ſine diſcurſu formali : ergo de omnibus dicendum eſt, nullo diſcurſu perſe tanquam cauſa ſui aſſenſus opus eſſe propoſitionibus de fide : conſequentia ſuadetur, quia quando credo Deum reuelare, & Deum eſſe veracem, etiam id credo propter Dei teſtimoniam : & tamen ſimplici actu his propoſitionibus & per modum primi principij aſſentior : ergo idem facere poſſum in omnibus aliis reuelatis, quæ Dei teſtimonio nituntur : neque refert quod hoc principium, Deus hoc dixit, ſit ipſa ratio credendi: nam illud idem reuera creditur aſſenſu fidei diuinæ propter teſtimonium Dei, quod non minus eſt ratio motiua extrinſeca aſſentiendi huic principio, quam reliquis ; & tamen vno ſimplici actu ſine diſcurſu procedit. Confirmatur, quia hæc principia procedere debent ab eodem habitu fidei, qui vnus ſimplex eſt ex parte intellectus, vt oſtendi ſect. ſecunda & vnum habere debet modum tendendi in obiectum, vnde non fertur in illud partim actibus primorum principiorum,

A partim aſſenſibus diſcurſiuis : reſpondent aliqui recentiores, licet hoc repugnet in habitibus acquiſitis, non repugnare in per ſe infuſis; qui dantur per modum potentiæ, ex qua actus ſimplices, & diſcurſiui proueniunt : ſed contra eſt, quia habitus diſtinguuntur à ſua ratione formali motiua, etiamſi ſupernaturales ſint, vt patet in virtutibus infuſis : hæc vero ratio formalis in habitu fidei, eſt prima veritas reuelans, & per hanc determinatur & diſtinguitur, ab ſpe, & charitate, reſpectu omnium ſuorum actuum. Rurſus dicunt habitum fidei habere duplicem rationem formalem : alteram reſpectu illorum principiorum, Deus dixit, Deus eſt verax : & alteram reſpectu cæterarum propoſitionum de fide: ſed præter abſurda, quæ contra hunc philo-

B ſophandi modum oſtendi quæſt. 2. ſect. 4. illud eſt maximum, quod alia ratio formalis distincta tribuatur habitui fidei comparatione aliquorum actuum, quæ non ſit teſtimonium Dei. Dices, idem teſtimonium Dei ex terminis cognitum continetur in vna ratione motiua reſpectu principiorum, & cum diſcurſu indicatum in altera, reſpectu cæterarum concluſionum de fide : ſed hoc etiam impugnatum eſt ſatis loco citato : & addo, in diſcurſu non eſſe ſolum teſtimonium Dei rationem aſſentiendi, ſed connexionem medij cum vtroque extremo, & illationem ſeu conſequentiam formalem ; vt etiam oſtendo.

Secundo ſi aſſenſus fidei eſſet diſcurſiuus 5.
C aliqui actus fidei eſſent certiores aliis, & etiam à naturali lumine certitudinem acciperent, Vnde cum effectus ſequatur deteriorem partem ſuæ cauſæ, illi aſſenſus non haberent maiorem certitudinem quam naturalem : ſed hæc ſunt manifeſta abſurda : ergo : probatur maior quoad primam partem : aſſenſus concluſionis minorem habent certitudinem, quam aſſenſus principiorum ex qoibus infertur, vt omnes philoſophi cum Ariſtotele fatentur, illo principio fundati, *propter quod vnum quodque tale*, *&c.* reſpondet Bannes numero 11. concluſ. 5. aſſenſum fidei diſcurſiuum pendere ab aſſenſibus principiorum in genere cauſæ efficientis, ſeu applicantis rationem formalem in exiſteotia, non vero in ra-

D tione cauſæ formalis, qoia in hac tam principia, quam concluſionem habere debent eamdem rationem formalem, nempe authoritatem Dei reuelantis, ideoque principia æqualiter certa eſſe, ac concluſionem, quæ à certitudine principiotum ſuorum ſuam non mutuatur: hęc tamen reſponſio, vt optimè adoertit Suar. numero 6. vel recedit à ſententia, quam profitebantur aduerſarij, vel non eſt veriſimilis: Nam ſi aſſerat tam concluſiones, quàm principia immediatè propter authoritatem Dei reuelantis ferri in ſuum obiectum, & concluſionis certitudinem non pendere per ſe tamquàm à cauſa formali à præmiſſis, ſed tanquam à cauſa per accidens, applicante, ſeu effectiuè etiam concorrente ad illum concluſionis aſſenſum, ſicut de inductione reſpectu primi principij docent philoſophi, eſſe conditionem, vel etiam cauſam effectiuam illius, non tamen formalem : ſicut per boc non tol-

litur ratio primi principij & aſſenſus imme- A
diati non diſcurſiui per ſe : ita in aſſenſu fidei
qui in concluſione datur, non habebitur ratio
connexionis medij cum extremis , neque ve-
ritas coniunctionis inter illa quicquam faciet
ad rationem aſſentiendi formalem requiſitam
ad aſſenſus concluſionis: quod ſane eſt deſere-
re Vadimonium : Quia iam aſſenſus fidei in
concluſione non datur ex vi diſcurſus , neque
cadit ſuper aſſenſus præmiſſarum , tanquam
concadit tinentiú in ſua veritate concluſionis
veritatem: ſi tamen adhuc hæc concluſio verè
per ſe diſcurſiua , & à præmiſſis per ſe depen-
dens, in forma ſyllogiſtica concludente admit-
tatur, non aſſignatur ratio, cur non ſit minus
certa quam ſunt illius principia: ſicut enim ne-
ceſſe eſt magis amari finem, quam media, quæ
propter illum amantur: ita neceſſe eſt ; magis B
certificari intellectum per principia, quam per
concluſionem, quę propter illorum aſſenſuum
certitudinem præcisè iudicatur: dico præcisè,
quia ſi ex alio capite , nempè ex penetratione
terminorum tunc iudicetur concluſio, non re-
pugnat æqualem , vel maiorem habere certi-
tudinem , quam principia ; ſicut ſi aliquid
amaretur tanquam medium propter aliud, &
ſimul propter ſe , non repugnaret æqualiter,
vel magis amari , quam amaretur finis , cuius
tanquam medium amabatur concomitanter.

6. Quamobrem alij conuicti hac ratione con-
cedunt omnes propoſitiones fidei eſſe æquè
certas, ſi ad inuicem obiecta reuelata compa- C
rentur, ſi tamen cum illis duobus principiis, in
quibus ratio formalis continetur , compara-
tio fiat , tunc principia eſſe certiora , itaut ſi
aliqua propoſitio negari deberet , potius con-
luſio , quam aliquod ex illis principiis nega-
retur : & hoc nullum reputant abſurdum;
quaſi hæc propoſitio *Deus reuelat* poſſit habe-
re maiorem certitudinem , quàm quælibet
alia, quæ Dei teſtimonio nititur : cum illa to-
tam ſuam certitudinem ad Dei teſtimonium
referat ; & quidquid Deus dicit, & ipſum di-
cere , ipſamque Dei veritatem actibus fidei
ęque certis propter extrinſecum medium, Dei
ſcilicet teſtimonium , credamus : illud verò
motiuum æque infallibile eſt ſiue hui;, ſiue illi
propoſitioni applicetur : vt ex ipſis terminis D
eſt euidens. Præterea probatione ſecundæ
partis illius maioris hoc amplius impugna-
bitur : Nam veritas aſſenſus diſcurſiui pen-
det ab illatione , & bonitate conſequentiæ
quæ lumine naturali ; & logicæ naturalis
diſciplina cognoſcitur : ſed hæc eſt cognitio
naturalis: ergo ſi aſſenſus fidei eſt diſcurſiuus,
per ſe pendebit ex cognitione naturali , &
conſequenter ex hoc capite illius certitudo
non erit maior naturali , immo minor ; quia
in omni alia argumentatione aſſenſus conclu-
ſionis certior non eſt , ſed minus certua co-
gnitione naturali de bonitate conſequentiæ.
Vnde vlterius colligo ruſticos ſeu pueros qui
vim illationis , & conſequentiæ bonitatem
non agnoſcunt cum minori certitudine , &
adhęſione intellectus, myſteriis fidei aſſentiri,
quam ſapientes : immò illi certa & indubi-
tata fide credere non poſſent , quod eſt error
manifeſtus.

Reſpondet Becanus citatus numero 12. & 7.
alij recentiores : hanc bonitatem conſequen-
tiæ cognoſci notitia ſupernaturali , non na-
turali, interuentu luminis fidei : ſicut enim in
diſcurſu naturali notitia connexionis pertinet
ad naturale lumen , ita in diſcurſu ſuperna-
turali ad lumen fidei ſpectabit : adduntque
recentiores impoſſibile eſſe vt propoſitio de
fide iudicetur propter auctoritatem Dei,
quin præcognoſcatur connexio quam illa ha-
beat , & conſequenter quin detur diſcurſus
ſaltem virtualis, ſi vnico actu medium , &
connexio propoſitionis de fide cum illo iudi-
cetur , vel formalis, ſi talis connexio per no-
titiam diſtinctam & antecedentem percipia-
tur : ſed contra : lumen fidei non inſeruit ad
cognitionem euidentem : ſed cognitio conſe-
quentiæ eſt euidens ; ergo ex lumine fidei pro-
cedere non poteſt : minor patet, quia conclu-
ſio in bono concludendi modo conſequen-
tiam continet euidentem vt patet ex demon-
ſtrationibus logicis : maiorem probo , quia
habitus fidei de ſua ratione habet tendere in
obiectum reuelatum propter Dei teſtimo-
nium, & primam veritatem reuelantem, tan-
quam propter medium adæquatum, & totum
obſcurum : vnde prouenit quod de ſe ſemper
exigit cognitionem obſcuram obiecti reue-
lati : nos verò non cognoſcimus bonitatem
conſequentiæ, quia prima veritas nobis illam
reuelat , ſed talem eſſe percipit naturale lu-
men intellectus mediante diſcurſu in recto
modo concludendi facto : nam rogo, quando
Deus reuelauit ſyllogiſmum in Barbara , vel
Darij rectè concludere ? hoc vero neceſſa-
rium erat vt habitus fidei tenderet in boni-
tatem conſequentiæ : etenim habitus fidei
non tendit in obiectum non reuelatum : ergo
ſi veritas conſequentiæ reuelata non eſt, cum
impoſſibile ſit habitum fidei diuinæ extra
ſuum obiectum ferri, etiam impoſſibile erit
cognitionem de botitate conſequentiæ ab
habitu fidei procedere : illa vero recentiorum
additio vera eſt , quando medium iudicati-
uam terminat cognitionem : nam tunc ſi vni-
co actu iudicatur veritas medij & connexio
illius cum propoſitione quæ ex illo deducitur:
virtualis erit diſcurſus , ſi duplex hic inter-
uenit iudicium , vel triplex, tunc erit diſcur-
ſus formalis: falſum tamen id eſt, quando me-
dium ſolum eſt apprehenſum , & ſic eſt ratio
ob quam intellectus propoſitioni aſſentiatur:
vt contingit in primo principio , quod ſolum
ſupponit ſimplices apprehenſiones termino-
rum, & ipſis penetratis ſine formali , nec vir-
tuali diſcurſu iudicatur : ſine formali patet,
quia vna tantum eſt propoſitio iudicatiua:
ſine virtuali , quia ſicut diſcurſus formalis
requirit ſaltem duo iudicia realiter diſtincta,
quorum vnum dependeat ab alio ; ita virtua-
lis requirit vnum , quod virtualiter ſit multi-
plex & ſaltem duplici æquipolleat , quod ne-
que in primo principio , neque in propoſitio-
ne de fide reperitur : ſicut enim quando ter-
mini ſolum apprehenduntur & ſimplici co-
gnitione penetrantur, cognitio primi principij
eſt euidens , non diſcurſiua , ita teſtimonium
Dei apprehenditur , & quia non euidenter
cognoſcitur,

cognoſcitur, ideo talis apprehenſio infert aſſenſum primi principij obſcuri, & in Dei auctoritatem reſoluti, vt in 2.q.declaraui: & hoc eſt quod D.Thom. q.14. de verit. artic.8.ad 16.dixit, ipſum teſtimonium veritatis primæ ſe habere in fide reſpectu theologicæ, vt principium in ſcientiis demonſtratiuis.

8. Tertio, Certior eſt aſſenſus fidei quauis cognitione naturali, vt dicam ſequenti ſectione, ſed vna ex præmiſſis ad inferendam propoſitionem de fide naturali & euidenti cognitione percipitur: ergo cum concluſio minus certa ſit quam præmiſſæ, non poteſt aſſenſus fidei per diſcurſum ex aliis antecedentibus inferri: Maiorem probo. Nam vna ex præmiſſis, quæ aſſignantur, eſt illa, *Deus eſt verax*, vel quicquid Deus reuelat eſt verum: vel ergo hęc præmiſſa agnoſcitur vt reuelata, vel vt ex terminis nota: ſi hoc 2. de ea eſt eadem difficultas, quæ de bonitate conſequentiæ, quod habitus fidei tendat in obiectum ex terminis & euidenter notum, & non prout eſt reuelatum, hoc enim eſt ferri extra ſuum obiectum: ſi vero cognoſcitur hæc propoſitio, vt reuelata: ergo iam creditur immediatè ſine diſcurſu propter diuinam auctoritatem, ergo idem de reliquis reuelatis dicendum. Quarto ſi eſſet diſcurſiuus non eſſet ad illum neceſſarius pius voluntatis affectus: nam poſitis præmiſſis intellectus neceſſario determinatur ad aſſenſum concluſionis, quia poſita principiorum veritate veritas concluſionis neceſſario ſequitur: ergo nunquam indigebit fidelis pia voluntatis affectione niſi ad credendum principia illa duo, ex quibus omnes propoſitiones de fide deducuntur: Vnde vlterius inferam, nullum eſſe meritum in aliis propoſitionibus credendis, quia neceſſario ſequuntur ex illis duobus, & intellectus ſaltem quoad ſpeciem neceſſitatur: diſſentiri enim non poteſt concluſioni, quæ ex veris præmiſſis in bona forma deducitur: reſpondent aliqui piam affectionem ſolum eſſe neceſſariam ad credendam veracitatem Dei, & reuelationem myſteriorum, verbi gratia Trinitatis, vel Incarnationis, item bonitatem conſequentiæ: quare meritum, & libertatem in toto diſcurſu fidei, non vero in ſolis concluſionum aſſenſibus reperiri: ſed contra: pia affectio eſt neceſſaria ad credendum omne id quod directe per ſe formaliter, & expreſsè reuelatum eſt, & ad credendum omne reuelatum datur libertas, in ordine ad aſſenſum, & diſſenſum & ratio meriti: ſed magis per ſe directè, & formaliter reuelata ſunt myſteria fidei, nempe Deus eſt trinus & vnus, & Deus eſt homo, quam hæ reflexæ propoſitiones, Deus reuelauit ſe eſſe trinum, vel ſe eſſe hominem. Immo cõmunis modus aſſentiendi propoſitionibus fidei non eſt ſub illa reflexione, ſed ſimpliciter aſſenſus tendit in ipſa myſteria reuelata: aliter enim numquam fieret actus fidei niſi ab vno theologo, qui facto diſcurſu in bona forma & applicata reuelatione Dei ad myſteria fidei ipſis aſſentiretur per formalem ſeu virtualem diſcurſum: quod ſane non eſt veriſimile. Sexto ſcientia ſupernaturalis, quæ eſt donum ſpiritus ſancti non eſt diſcurſiua: ita docet D.Thom. 2.2. q.9.art 1.ad primum: & rationem reddit cum ſit *quædam participatio & ſimilitudo ipſius*, nempe ſcientiæ diuinæ: quæ diſcurſiua non eſt: ſed ſimplex: ſed aſſenſus fidei ſupernaturalis etiam eſt quædam participatio, & ſimilitudo diuinæ ſcientiæ: ergo non eſt diſcurſiua.

Ad primum pro prima parte primæ ſententiæ patet reſponſio ex dictis in q. 2. ſect. 5. & ex 2.argumento pro noſtra opinione: dicimus enim propoſitionem de fide eſſe veluti primum principium, in quo neque formalis, neque virtualis diſcurſus datur ſecundum cauſalitatem: neque enim datur progreſſio formalis, ſeu virtualis ab vna notitia iudicatiua ad aliam, quæ per ſe dependeat: aliud eſt enim pendere ab obiecto notitiæ apprehenſiuæ antecedentis, aliud pendere ab ipſa notitia iudicante aliquod obiectum: primo modo dependet propoſitio immediata & apprehenſio eſt conditio non ratio, formalis obiecti. Secundo modo notitia diſcurſiua ab antecedenti dependet per ſe, tanquam à ratione formali: connexio enim medij cum vtroque extremo eſt ratio, propter quam connexio vtriuſque extremi in concluſione coniuncti demonſtretur, quo modo manifeſtè oſtendi, aſſenſum diuinæ fidei elici nõ poſſe. Ad teſtimonium D.Thom. dico illũ ibi non docere neceſſario interuenire diſcurſum ſecundum cauſalitatẽ quotieſcumque vnum cognoſcitur per aliud ſeu propter aliud: hoc enim eſt apertè falſum: Nam per vnũ ſimplicem actum attingitur obiectũ materiale, & formale, nẽpe ratio motiua, vt patet in electione medij propter finẽ & in dilectione proximi propter Deum: ſolum ergo docet D. Thom. in Deo non reperiri diſcurſum ſucceſſiuum, neque ſecundùm cauſalitatem: huius vero doctrinæ occaſione, dicit in diſcurſu ſecundum cauſalitatem vnum cognoſci ex alio: nempe ignotum per notum; & loquitur de cognitione euidenti atque ſcientifica per medium intrinſecum, quę quando ita ſe habet, vt ex cognitione vnius ad alterius notitiam procedit certo, & euidenter, ſemper plures cognitiones iudicatiuas requirit, & formalem diſcurſum, quod in fide non contingit, vt declaratum eſt: non negamus tamen aſſenſum diuinæ fidei præſupponere apprehenſionem motiui, item apprehenſionem ipſius propoſitionis credendæ, & ideo ex hoc capite diſcurſiuum dici poſſe ſecundùm ſucceſſionem; ſicut etiam aſſenſus primi principij hoc modo eſt diſcurſiuus. Ad ſecundum, aliqui recentiores negant aſſenſum fidei humanæ per diſcurſum neceſſario generari, vt refert Turrian. diſp.6. de fide dub.1.§. Placet deinde: oppoſitum tamen vt veriſimilius idem author docet & probat, quia nulla eſt ratio cur vnam & eamdem notitiam iudicatiuam euidentem faciamus, & obſcuram: ſed quando audio Petrum loquentem, euidenter iudico Petrum eſſe, qui loquitur, notitia arguitiua eruta ex intuitiua experimentali: & tamen mihi non eſt euidens, ſed obſcurum Petri dictum: ergo idem non eſt iudicium de veritate dicti; & de locutione Petri: immo vt illi fidem habeam, opus eſt, vt cognoſcam, & iudicem illum eſſe veracem ex aliqua ratione probabili, & id quod dicit eſſe credibile: eamdem ſententiã ſequitur Suar. diſp. 2, 9.

Digitized by Google

ſect.1.o.8.diſp.6.ſect.4.n.8. Conceſſo igitur A aotecedente oeganda eſt cōſequentia: diuerſa enim ratio eſt, quia fides humana verſatur circa obiecta per naturale lumen cognoſcenda; & per ſe ſupponit principia, à quibus dependet, quæ oon per fidem, ſed per cognitionem naturalem euidentem, vel probabilem innoteſcunc: Nam Petrum eſſe, & loqui experimento addiſcimus: illum vero eſſe veracem etiam vel experti ſumus; vel ob aliquam rationem probabilem iudicamus. At io diuina fide aliter ſe res habet: quia Deus cuius teſtimonio credimus: non videtur: ſed creditur, item illius reuelatio; & nulla aſſignari poſſunt principia, quæ non eodem modo Dei teſtimonio nitantur: Etenim principia lumine naturali manifeſta cauſare nequeunt notitiam ſe ipſis certiorem. Vnde omnia, quæ fide diuina B credimus ex lumine ſupernaturali credenda ſunt: & adinſtar primorum principiorum, quę omnia immediatam habitudinem fidei habitus dicunt vt oſtendi quæſtione prima.

10. Ad primum pro 2. parte eiuſdem primæ ſententiæ negandum eſt antecedens: ad probationem diſtinguendum eſt aſſumptum; & ſi intelligatur, aſſenſum deductum ex duabus prę-miſſis de fide diuina ſola reuelatione Dei adæquatè fundari & proximè, negandum eſt: ſi verò ſolum velit requirere Dei reuelationem tanquam partem ſuæ rationis formalis remotæ, cuncedendum: & id ſolum probat Gilliua eo loco citato cum illis aothoribus: Nam ratio formalis aſſenſus theologici non eſt tota ſuper- C naturalis etiam quando vtraque præmiſſa eſt eſt de fide; ſed ex parte naturalis eſt, nempe, euidentia conſequentiæ, propter quam etiam elicitur aſſenſus Theologicus, vt docet Suar. de fide diſp.3.ſect.11.n.6. ex qua doctrina tria hic colligenda ſunt de quibus 1. p. quæſt. 1. latius diſputari ſolet: primum, omnem aſſenſum theologicum etiam quando infertur ex duabus præmiſſis de fide eſſe naturalem, quoad ſubſtantiam, & talem eſſe habitum, quem gignit: huius corollarij oppoſitom tenet Neru. us quodlib.2.quæſt.19. Fonſec. quæſt. 6. Metap. cap.1.quæſt.6.ſect.8. Molin. 1. p. quæſt. 1. artic.2. diſput.1.§. Diximos Turrian. de diſp. 46. dub. 10. §. in hac controu. D Canus 12. de locis cap. 3. concluſ. 2. Gillius lib. 1. tract. 4. cap. 12. numero 7. neque oppoſitum docet lib. 1. tract. 2. cap. 3. vt Coninc. infra citandus refert; noſtra tamen ſententia eſt iuxta doctrinam D. Thom. quæſt. 1. prolog. artic. 3. quæſtiuncula 2. ad 3. & 1ẋ. quæſt. 51. artic. 4. & quæſt. 113. artic. 10. ad 3. Vaſq 1.part.diſp. 4. cap. 8. numero 23. Bannes ibid. q.x.artic.3. Verſic. *Nota*. 2. & Verſic. *Sed pro maiori*. Trigoſij q.1.art.1.dub. 3. probat 4. Coninc. de moralitat. actu. ſuper. diſp.4.dub.7.concluſ.2.& 3. Nauareti.1.par. controuerſ.8. Suar. de fide diſp.3.ſect.9.n.6. & 8. item clarius diſp.6.ſect.4.n.10. Grando 1.p.diſp.5.ſect.1.n.5.& ſect.4.n.16. qui addit ſect. 3. de poſſibili ſi Deus auxilium ſupernaturale impendat, aſſenſum ex vtroque principio de fide illatum poſſe eſſe ſupernaturalem, quamuis de facto talis non ſit, & hanc eſſe opinionem theologorum communem docent Vaſq. Nauarre. & alij. Probatur primo de actu quia intellectus eſt cauſa completa præcipua, & naturalis reſpectu aſſenſus theologici, neque ſupernaturali indiget auxilio, vt illum eliciat aut habitu aliqoo fidei vel alio: nam poſitis principiis fide creditis naturale lumen ſufficit ad eruendam concluſionem quæ vi formæ ſyllogiſticæ ex præmiſſis ſequitur: confirmatur, quia eodem modo ſe habet naturale lumen in erueoda cōcluſiooe ex prioc-ipiis ſcientificis, atque ex principiis de fide, ſed in primo caſu intellectus eſt potentia naturalis completa & de ſe ſufficiens: ergo etiam in 2. Præterea ſatis probabile eſt præmiſſas non concurrere effectiuè ad aſſenſum concluſionis, ſed formaliter ſolum: ſicut obiectum amatum formaliter, oon effectiuè concurrit ad actum voluntatis: Nam ſiue exiſtat ſiue non, voluntatem mouere poteſt ad ſui amorem. Denique quamuis dicantur præmiſſæ formales cauſa efficiens aſſenſum concluſionis, & ad aſſenſum theologicum vtraqoe præmiſſa ſupernaturalis concurrat, ab illis oon eleuatur lumen naturale ad produceodum aſſenſum theologicum ſupernaturalem, ſed potius ab illo lumioe principaliter concurrento determinantur ad producendam concluſionem naturalem: & probatur: Nam quando concurrit vna præmiſſa ſupernaturalis, cum altera ſcientifica naturali, pręmiſſa ſupernaturalis non eleuat naturalem: ergo quando vtraque eſt ſupernaturalis, non eleuat naturale lumen ad eundem effectum: conſequentia ſuadetor: Nam ſicut vna præmiſſa ſupernaturalis non eſt adæquata cauſa concluſionis; ita neque vtraque ſine cognitione illationis eſt adæquata: ergo ſicut in illo cuentu effectus ſequitur deteriorem partem ſuæ cauſæ: ita etiam in alio: etenim vt intellectus certificetur de concluſionis veritate, oportet vt præcedat iudicium de bonitate conſequentiæ, quod iudicium naturale eſt, & non minus ingreditur rationem formalem aſſentiendi, quam præmiſſæ, quia hæ quantumcumque certæ ſint, ſi conſequentia infallibilis non eſt, aſſenſus concluſionis infallibilem certitudinem non habet: Neque obſtat quod D. Thom. 2.2.quæſt.49.artic. 1. ad primum & artic.5. in corpore & ad 3 docet inter actus prudentiæ diſcurſiuum etiam iudicium numerari, quia manifeſtè loquitur de prudentia naturali, quæ licet ſupernaturali ſubſeruiat, nunquam tameo ſupernaturalis ad diſcurſum illatiuum, & conſequentiam formalem ioclinat: ſed ad dictamina per ſe immediatè ſupernaturales rationes reſpicientia ſine formali diſcurſu.

De habitu veto theologico probatur facilius primo idem corollarum: hic enim 11. noſtris actibus acquiritur: cum tamen ſupernaturalis ſemper ſit per ſe infuſus. Secundo quia habitus infuſus datur à Deo vt compleat potentiam in ratione principij effectiui ad actus ſupra ſuas vires eliciendos: at iam oſtendimus poſitis principiis in bona forma diſpoſitis, ſiue euidentia ſint lumine naturali, ſiue credita per ſupernaturale, intellectus ſufficiens virtus eſt: vt ex illis eliciat concluſionem.

conclusionem. Tertio quia theologicus habitus eſt pura facilitas, quæ ex theologorum induſtria, & ſtudio augetur: & non confert poteſtatem potentiæ & ſuo actu, à quo producitur, ignobilior eſt: quæ omnia in hoc habitu admittit Gillius tract. 4. citato cap. 12. numero 6. & tamen ſupernaturalem eſſe dicit in ſubſtantia, & quoad modum naturalem: ego vero propter aſſignatas rationes, & ob naturam habitus ſupernaturalis, qui per ſe infundi ſolet à Deo & illum vt immediatè & ſupernaturaliter agentem reſpicit, potius habitum theologicum naturalem eſſe dico quoad ſubſtantiam, cum theologis citatis, etiamſi ſupernaturalis dici poſſit quoad modum per denominationem extrinſecam à præmiſſis ſupernaturalibus à quibus cauſatur, quem ſupernaturalitatis modum agnouit B Coninc, citatus concluſione prima, & indicarunt alij ex citatis pro noſtra ſententia dum docent aſſenſum theologicum neceſſario requirere vtrumque, vel alterum principium ſupernatorale: cum ergo habitus ex aſſenſu theologico generetur, ipſe etiam licet magis remote, à principio ſupernaturali dependet: quicquid enim eſt cauſa cauſæ, eſt etiam cauſa cauſati, ſaltem remotè, & mediatè: ex eo tamen quod cauſam aliquam per ſe ſupernaturalem effectus requirat, non ſequitur eſſe ſupernaturalem: vt patet ex concluſione, quæ ex vna præmiſſa de fide & altera naturali infertur: & ratio eſt quia quando cauſa ſuper- C naturalis modo naturali influit, effectus naturalis eſſe debet: ſicut quando cauſa infinita agit modo finito, effectus eſt finitus: tunc vero cauſa ſupernaturalis agit modo naturali, quando ſe accommodat in cauſando alteri concauſæ naturali, quæ ſecundùm virtutem ſuam naturalem operatur. Vnde apparet diuerſitas in concurſu intellectus cum habitu fidei ad aſſenſum fidei, & cum vna vel duplici præmiſſa de fide ad aſſenſum theologicum: Nam in primo euentu intellectus non concurrit per virtutem ſeu potentiam naturalem vt infra oſten........ ſectio.8. in ſecundo vero maximè, nam modus inferendi, & diſcurrendi idem eſt, ſiue ex præmiſſis de fide, ſiue ex euidentibus intellectus diſcurrat.

13. Secundum Corollarium eſt, aſſenſus theologicos eſſe diuerſos ſpecie, quoties præmiſſæ de fide, ſeu partim de fide, partim naturales, ſunt diuerſæ: probatur quia diuerſæ præmiſſæ continent diuerſam rationem motiuam, ſed concluſiones ſpecificantur à ratione motiua in præmiſſis contenta: ergo: maior oſtenditur, quia motiuum aſſenſus theologici proximum & immediatum ſunt connexiones præmiſſarum: reuelatio vero diuina eſt motiuum remotum, & inadæquatum: ſed illæ connexiones diuerſitatem ab extremis connexis mutuantur: ergo quoties præmiſſæ diuerſæ fuerint, diuerſæ erunt concluſiones, ſeu aſſenſus theologici: maiorem tradit Gillius lib. 1. tract. 3. cap. 11. num. 6. cum Bonauent. Caiet. Cano. & alij: & probatur, nam diuerſum eſt motiuum, quo aſſentimur principiis, & quo aſſentimur concluſioni ex illis deductæ: ſed per reuelationem Dei aſſentimur

A immediatè principiis aſſenſus theologici; concluſioni vero theologicæ aſſentimur propter principia: &c.

Hinc patet tertium Corollarium; videlicet habitum theologiæ non eſſe ſimplicem qualitatem, ſed multos habitus collectione vnam theologiæ ſcientiam conſtituentes; ſicut de reliquis ſcientiis naturalibus docui in philoſophia: Nam quemadmodum ſingulę concluſiones ſcientię naturalis ſingulos habitus producunt ad eamdem ſcientiam pertinentes, ita de aſſenſibus theologicis ſimiliter idem dicendum: ex quibus illa notiſſima diſcrimina inter habitum fidei & theologicum iam eruuntur, quod habitus fidei ſit per ſe infuſus quoad ſubſtantiam ſupernaturalis nobilior ſuis actibus & cauſa æquiuoca illorum; vnaque ſimplex qualitas quæ tam facilitatem, quàm facultatem ad actus fidei producendos intellectui impertitur. E contra vero habitus theologicus, eſt quoad ſubſtantiam naturalis noſtris actibus acquiſitis, illiſque in perfectione inferior, multiplex & ſolam potentiæ facilitatem in operando concedit. 14.

Ad primam confirmationem illius eiuſdem argumenti, cuius gratia hæc deduxi corollaria; Aliqui reſpondent, propoſitiones, quæ ex reuelatis rectè inferuntur, eſſe de fide, quia quamuis formaliter non reuelentur per ſe, ſatis eſſe credunt, ſi contineantur in aliis, quæ formaliter ſunt reuelatæ: quamobrem hi auctores ſola virtuali reuelatione contenti ſunt, vt propoſitio reuelata cenſeatur, & qui illam negauerit, hæreticus: pro hac ſententia refert Suar. diſput. 3. de fide, ſect. 11. numero 2 Canum, Vegam & Vaſq. Verum aliter Canum, & Vegam exponit Vaſquez & in alio ſenſu quem ſequitur, & nos infra declarabimus: hanc tamen ſententiam tenere videntur Corduba lib. 1. quæſtione 17. & Turrecrem. lib. 4. ſum. p. 2. cap. 9. E contra vero alij negant ſufficere reuelationem virtualem adhoc, vt propoſitio mediatè reuelata ſit fidei: vnde aſſenſum theologicum ſiue ex præmiſſis reuelatis, ſiue partim ex reuelata, partim ex euidenti colligatur, dicunt non eſſe propoſitionem de fide, neque hæreticum qui illam negauerit. Ita D Gregor. Ocham. Gabriel. Maior. Capreol. Caietan. & alij quos refert Suar. citatus proximè numero 3. Vt ergo hanc difficultatem breuiter reſoluam; notandum eſt dupliciter poſſe dici aliquam propoſitionem de fide: primo propriè & proximè, quia in ſe immediatè eſt reuelata. Secundo minus propriè, & remotè quia nō in ſe, ſed in aliis reuelata cenſetur Propoſitiones prioris generis adhuc dupliciter reuelatę ſunt formaliter: primò diſtinctè, & in particulari: vt Chriſtus eſt Filius Dei: ſecundo cōfuſè & in vniuerſali, qualis eſt propoſitio particularis cuius vniuerſalis eſt reuelata, verbi gratia, in hac propoſitione, *Creauit Deus Cælum & terram*, intelliguntur omnes creaturæ, quæ in ſuperiori, & inferiori mundo cum Cælo, & terra à Deo ſunt procreatæ: Angeli, homines animalia, elementa, &c. Vnde duo reſpondeo: primum, ad hoc vt propoſitio ſit proprie de fide, requiritur vt im- 15.

mediatè teueletur reuelatione tali, vt diſtinctè vel confusè, & in vniuerſali contineatur in formali ſignificato propoſitionis reuelatæ: quare ad aſſentiendum particulari propoſitioni aſſenſu proprio fidei, ſufficit ſi vniuerſalis propoſitio, applicetur illi ſufficientet, & infallibiliter modo conuenienti etiam per diſcurſum: ita docet Valent. tom. 3. diſput. 1. quæſtione 1. punct. 2. Suar. citatus numero 6. Ægidius Coninc. de moralitat. actu. ſupernat. diſp. 9. concluſ. 1. numero 112. & hac ratione, ſi hoc tantum velint authores prioris ſententiæ, vt Turrian. de fide diſput. 6. dub. 3. docet, de Vaſquez cum Cano & Vega rectè ſentiunt: probatur, quia in propoſitione vniuerſali formaliter omnes particulares intelliguntur reuelatæ, & reuelatio cadit ſuper omnes formaliter contentas in vniuerſali: ergo ſufficit de ſe, vt omnes faciat de fide, ſi ſufficienter proponantur, quia per illam reuelationem nobis indicatut diuina veritas, & cognitio diſtincta Dei omnes illas particulares in vniuerſali contentas agnoſcens, vnde confuſio non eſt ex parte Dei reuelantis, qui vno verbo ea ſignificat, quæ diſtinctè percipit, ſed ex parte noſtra: quia non ſtatim poſſumus illam vniuerſalem particularibus applicare: ergo quando ſufficienter illis applicatur, ceſſabit confuſiu ex vtraque parte, & particulares, quibus vniuerſales applicantur immediatè cenſentur reuelatæ in ſe formaliter & diſtinctè declaratur exemplis: Nam de fide eſt Infantem ritè baptiaatum iuſtificari, qui ergo infantem ritè baptizat & certus eſt de ſua intentione, ſufficienter applicat propoſitionem vniuerſalem huic particulari: hic infans ritè eſt baptizatus: ergo illam veritatem de fide tenetur credere tanquam reuelatam: ſimiliter de fide eſt Chriſtum eſſe hominem: ſed in homine formaliter continentut gradus metaphyſici, genus & differentia hominis: ergo de fide eſt Chriſtum eſſe animal rationale: dixi, *ſi ſufficienter applicetur vniuerſalis de fide*, quia ſæpiſſimè nequit applicari: non enim conſtat, an talis particularis ſit ex illis, quæ in illa vniuerſali confusè, ſed formaliter continentut verbi gratia hæc hoſtia eſt ritè conſecrata: item dixi, modo conuenienti, etiam pet diſcurſum, quia etiamſi in iſta applicatione diſcurſus interueniat, non tanquam ratio formalis, ſeu cauſa aſſenſus de fide, ſed tanquam conditio, vt intelligatur, quod particularis contineatur in ſignificato formali vniuerſalis de fide, hoc non tollit propoſuionem eſſe propriè de fide, quia vbi primum per diſcurſum hoc innoteſcit, intellectus immediatè elicit aſſenſum fidei, propter Dei teſtimonium: vnde, ſicut non impedit aſſenſum fidei Immediatum, antecedens diſcurſus ex motiuis', mediante quo iudicium de euidentia credibilitatis neceſſario prærequiſitum ad Dei aſſenſum deducitur: ita iſte diſcurſus', qui non eſt ratio aſſentiendi, ſed conditio, vt cauſa propria & per ſe, nempe reuelatio Dei propoſitioni credendæ applicetur, non tollit aſſenſum fidei immediatum.

Secundum aſſertum eſt: teuelatio mediata, 16.
& virtualis ratione connexionis neceſſariæ cum prædicato vel ſubiecto propoſitionis de fide, non ſatis eſt adhoc vt ptopoſitio ſic reuelata dicatur propriè de fide, neque qui illam negauerit cum proprietate hæreticus cenſetur: in hoc ſenſu vera eſt ſecunda ſententia: & ita præter authores ibidem citatos & in primo aſſerto, tener Gillius lib. 1. tract. 6. cap. 2. n. 8. Lorca 2. 2. diſp. 6. n. 9. Probaturque iiſdem rationibus, quibus oſtendi actum fidei non eſſe dicurſiuum, & illis etiam quibua probaui aſſenſum theologicum eſſe diuerſum ab actu fidei: etenim aſſenſus propoſitionis mediatè reuelatæ, non innititur Dei teſtimonio immediatè, ſed mediantibus propoſitionibus reuelatis: vnde neceſſario eſt diſcurſiuus, & verè aſſenſus theologicus: neque talis ptopoſitio poteſt credi immediate inſeruiente diſcurſu tanquam conditione ſeu applicatione, quia illa propoſitio immediatè & formalitet reuelata non eſt, & vt applicetut diuina reuelatio, dependet à cognitione naturali, quare non poteſt habere certitudinem fidei, vt notat Suar. n. 10. & Turrianus illo dub. 3. §. *Vega loco*, exemplum cernitur in hoc ſyllogiſmo, omnis homo eſt viſibilis: Chriſtus eſt homo; ergo Chriſtus eſt viſibilis: hæc concluſio non eſt formaliter, & immediatè reuelata, ſed mediatè, propter connexionem neceſſariam prædicati *viſibilis* cum homine, vnde quia illa eſt reuelata, Chriſtus eſt homo, virtute, & mediatè cenſetur reuelata illa alia, Chriſtus eſt viſibilis. Aduertunt tamen Gillius, Lorca, & alij ex citatis, illum, qui hanc propoſitionem negauerit, quæ ex vna euidenti propoſitione & altera de fide deducitur, præſumi hæreticum, quia non cenſetur negare propoſitionem euidentem, ſed obſcuram, & de fide. Vnde patet reſponſio ad primam confirmationem, falſum eſſe antecedens, ſi ſermo ſit de propoſitione de fide propriè ſumpta; quæ per ſe diſcurſiua non eſt, vt oſtendi ſi vero impropriè dicatur propoſitio de fide, quæ remutè, & virtute reuelata eſt, & quam qui negat præſumitur hæreticus, concedendum eſt, nihil tamen obſtat traditæ doctrinæ. Ad ſecundam confirm. dico cum Suar. n. 11. & Gillio vbi ſupra, quando Eccleſia aliquid definit iam illud cenſetur immediatè reuelatum, nam licet confusè, & implicitè, antea in reuelatis continetetur, Eccleſia aſſiſtente ſpiritu ſancto id declarat, & pet Eccleſiam Deus id immediatè teſtificatur: & quamuis in definitione diſcurſu aliquo Eccleſia vti videatur, ille tantum declarationis gratia adducitur vt oſtendatur Eccleſiam de nouo non facere propoſitionem de fide, ſed illam declarare, ex auctoritate Dei, quæ iam in reuelatis confusè comprehendebatur.

Ad 2. argumentum Reſp. licet habitus theo- 17.
logicus manere poſſit in hæretico, quia naturalis eſt, & acquiſitus, vt tenet Vaſq. 1. p. diſp. 5. cap. 3. Coninc. de moralitat. act. ſupernat. diſp. 4. dub. 6. numero 121. Indicatque Suar. de fide diſput. 3. ſect. 11. numero 9. immo & Turrian. quamuis dicat hunc habitum eſſe ſupernaturalem, adhuc manere docet in hæretico

retico diſput. 44. dub. 2. §. *tertio ſi habitus* (Verum magis conſequenter ad eorum ſententiam docuit Gillius lib. 1. tract. 2. cap. 8. numero 8. non manere) nihilominus omnes citati, & Coninc. numero 111. aſſerunt aſſenſum theologicum eſſe non poſſe in hæretico, & ideo concedenda eſt maior, quia aſſenſus theologicus per ſe pendet ab aliqua ſaltem præmiſſa de fide, quam hæreticus elicere nequit, dum in eodem ſtatu manet, non quia aſſenſus theologicus ab habitu fidei proximè eliciatur: & ita fidelis ab infideli non diſtinguitur primario per aſſenſum theologicum, ſed ſecundario tanquàm per aliquid quod ſupponit fidem per quam primario diſcriminatur. Ad tertium Reſp. aſſenſum theologicum, licet infallibilis ſit & obſcurus, non tamen eſſe ſupernaturalem vt probaui in corollario primo reſponſionis ad primum argumentum.

De certitudine, alijſque proprietatibus, quas habitus fidei ſuis actibus impertitur.

SECTIO VII.

1. EX iis, quæ diximus quæſtiuncula 1. de obiecto materiali fidei tam habitualis quàm actualis: videlicet illi falſum ſubeſſe non poſſe, item eſſe neceſſario, ineuidens & obſcurum, ſequitur actum fidei neceſſario eſſe verum, certum, & infallibilem, & præterea ineuidentem, ſeu obſcurum: Nunc vero quæſtio eſſe poteſt circa hanc certitudinem: primò an hæc certitudo ineuidens in actu fidei ſit maior in ratione certitudinis qualibet alia naturali certitudine, quæ in naturali ſcientia reperitur. Secundo vnde proueniat hæc maior certitudo. Tertio an fidei actus certior ſit viſione beata vel alia ſcientia ſupernatorali. Quantum ad primum Durand. in diſtinct. 23. quæſt. 7. & Almain. quæſt. 3. negant actum fidei eſſe certiorem qualibet naturali ſcientia: primo quia ille aſſenſus eſt certus qui minus dubitationis admittit in intellectu: ſed aſſenſus fidei admittit ſaltem motus indeliberatos, quos non admittit cognitio naturalis alicuius primi principij, nempe omne totum eſt maius ſua parte: impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe, ergo naturalis aſſenſus primi principij eſt certior aſſenſu fidei. Secundo illa propoſitio, verbum diuinum eſt homo, vel non eſt homo, certior eſt, illa, verbum diuinum eſt homo: nam illius certitudo fundatur in connexione neceſſaria; huius vero certitudo nititur connexione ſubſtantiali quidem, ſed contingenti, qoæ ſeparationem patitur vt patet in triduo paſſionis & ante Incarnationem: verbum diuinum non erat homo: & præterea hæc, verbum diuinum eſt bomo, certa eſſe non poteſt niſi illa certa ſit, verbum eſt, vel non eſt homo: non tamen econtra: quia certitudo huius, ab illius certitudine non dependet; etenim hæc certa erat ante incarnationem, non illa. Tertio arguit Durand. certitodo vel eſt certitodo rei apparentis intellectui, ſeu eoidentiæ, vel certitudo adhæſionis: ſimiliter certitudinem diuiſi

A Aleńſ. 3. qnæſt. 68. membr. 9. artic. 1. & primam appellauit certitudinem ex rei euidentia, ſecundam ex informatione conſcientiæ quod Turrianus de fide diſput. 41. dub. 1. interpretatur de informatiooe affectus ioclinantis intellectum ad aſſenſum: vnde coincidit cum certitudine adhæſionis: eandem diuiſionem certitudinis recipiunt Albert. in 3. diſtinct. 23. art. 17. & Bonau. ibid. art. 1. quæſt. 4. qui certitudinem euidentiæ vocat ſpeculationis certitudinem: ſed in cognitione ſcientiæ naturalis datur vtraque certitudo, in aſſenſu fidei ſolum reperitur certitudo adhæſionis, quæ ſtare poteſt cum ſalſitate, vt patet in eo, qui tenaciter ſuo errori adhæret, non minus firmiter, quam philoſophus actui ſcitotifico: ergo, &c. vnde non meretur hæc adhæſionis cer-

B titudo iuxta Durandum propriæ certitudinis nomenclaturam: & cum ſolam hanc certitudinem fidei aſſenſibus coocedat, de illis non videtur rectè ſentire: quare contraria ſententia eſt omnino vera & ſequenti concluſione declaranda.

Prima Concluſio. Iuxta loquendi modum in ſacris literis frequentem, ſanctorum Patrum teſtimonio roboratum, item communem theologorum conſenſum, actus fidei certior eſt qualibet ſcientia naturali: Tres habet partes hæc aſſertio, omnes in auctoritate fundatas, quia de modo loquendi controuerſia eſt in hoc primo dubio. Prima probatur ex Matth. 24. n. 35. *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt*; qood exponens 2.

C D. Thomas in Cathena ex D. Hieronymo ſic declarat, *Facilius eſt fixa & immobilia deſtrui, quam ſermonum meorum aliquid decidere*: deficiet quidem philoſophia in cælorum incorruptibilitate aſſerenda, non tamen diuinæ fidei certitudo, quacunque cognitione naturali multo certior: idem docet Lucas 16. num. 17. deinde D. Petrus 2. epiſt. cap. 1 n. 19. *Firmiorem*, inquit, *habemus propheticum ſermonem*: certiorem legit Lorinus cnm Auguſtin. ſerm. 27. de verb. Apoſtol. & alibi: ſignificatque fidei oracula in ſermone prophetico, & in tota ſcriptura ſacra, contenta quolibet experimento, & euidenti cognitione etiam oculari eſſe certiora: vt Cornel. & idem Lorin. poſt alios antiquiores interpretantur. Denique vt reli-

D qua omittam 1. Corint. 1. nu. 5. ait Paulos, *vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei: ſapientiam autem loquimur inter perfectos: ſapientiam vero non huius ſæculi*, vbi comparationem facit doctrinæ Euangelicæ cum ſapientia naturali, & illam hac multo excellentiorem eſſe oſtendit, vnde hunc locum ad noſtrum inſtitutum multis patrum teſtimoniis Iuſtinianus locupletat: hæc vero ſanctorum dicta ſecundam concluſionis partem confirmant qoibus addo Baſilium ad Gregor. Nyſſenum epiſtol. 43. vbi ita ait, *In ſublimioribus dogmatibus potior eſt ratiocinationum comprehenſione ipſa fides.* Chryſoſtom. homil. 12. in epiſtol. ad Hebræos, *Neque fides dici poteſt, niſi cum circa ea, quæ non videntur, amplius quam circa ea quæ videntur certitudinem quis habuerit.* Auguſt. lib. 7. confeſſio. cap. 10. *Facilius dubitarem viuere me, quam*

eſſe veritatem, quam audiui. Richard. de ſanct. Victo. de Trinitate cap. 2. *Quotquot veraciter fideles ſumus nihil certius tenemus, quam quod fide credimus*: ſimilia habet Clemens Alexand. lib. 1. ſtromat. Origen. homil. 5. in Geneſ. Bernard. epiſtol. 190. Dionyſ. Ambroſ. Hieronym. & alij apud Valent. tom. 3. diſput. 1. quæſtione 1. puncto 8. 3. pars confirmatur auctoritate D. Thom. 2. 2. quæſt. 4. artic. 8. Lorca, Bannes, Aragon. & reliquorum commentatorum ibidem Alenſ. Bonan. Alberti vbi ſupra, Gabrielis Richard. in 3. diſt. 23. & plurium ex antiquioribus quos referunt & ſequuntur Neoterui, Valent. & Turrian. citati Suar. de fide diſput. 6. ſect. 5. numero 10. Coninc. de moralitat. actu. ſupernatural. B diſput. 14. dub. 4. Tota controuerſia eſt vnda proueniat in fide hæc maior certitudo: & hoc eſt ſecundum dubium à nobis propoſitum inquirens fundamentum præcedentis veritatis, & de modo illam exponendi.

3. Primus modus docet fidem certiorem eſſe ſcientia naturali ſpectata eius ratione formali, & ſecundum ſe: attamen minus certam quoad nos, ex noſtra enim cognoſcendi imperfectione prouenit, quod fidei obiectum formala non cauſet in nobis tam certam cognitionem quam ex ſe exigit cauſare: ita D. Thomam interpretantur Caiet. 2. 2. quæſt. 4. artic. 8. & 1. p. quæſt. 1. artic. 5. Capreol. in 3. diſtinct. 25. ad argumenta contra 3. concluſ. Lorca 2. 2. diſput. 28. Verum hi authores C neque D. Thomæ mentem ſunt aſſecuti: neque in quo conſiſtat maior certitudo fidei ſatis declarant, vt obſeruauit Bannes in citatum artic. 8. hoc ſecundum oſtendo ex quo primum conſtabit: Nam niſi certitudo fidei nos redderet magis certos, nobis nihil illa maior certitudo prodeſſet: neque nobis conſtaret de hac maiori certitudine fidei in ſe, quod tamen eſt falſum: Nam, vt infra dicam, nos experimur huius certitudinis aliquos effectus. Deinde quando ſancti Patras fidem dixerunt ſcientia eſſe certiorem, non ſunt loquuti de materia fidei in abſtracto, ſeu cum præciſione à noſtris actibus: ſed prout in illis reperitur. At impoſſibile eſt quod in actu informante intellectum, huiuſmodi certitudo reperiatur, & tamen ipſe intellectus certior non reddatur. Nam actus intellectus, qui D certus dicitur, vel eſt actus immanens, vel terminus illius, vel vtrumque ſimul inuoluit, & vt talis intellectum informat, & intentionaliter cum obiecto coniungit: ergo neceſſario illi ſuam certitudinem communicat. Vnde D. Thomas quando dixit ex parte ſubiecti fidem eſſe minus certam, ſignificauit actum fidei propter ſuam obſcuritatem pati poſſe aliquam imperfectionem indeliberatæ formidinis; quam ipſe actus licet certiſſimus impedire nequit, quia cauſa ſuæ maioris certitudinis non clarè ſed confuſè percipitur: ita ſa declarauit idem D. Thom. quæſt. 10. de veritata artic. 12. ad 6. & quæſtione 14. art. 1. ad 7. & in 3. diſtinct. 23 quæſt. 2. art. 2. queſtiuncula 3. alio modo explicuit D. Thom. Bannes 2. 2. quæſt. 4. artic. 8. cuius declarationem prætermitto, quia illam optimè impugnauit Coninc. de moralitat. actu. ſupern. diſput. 14. dub. 4. numero 39. & vt inſufficientem excluſit.

Secundus modus declarandi prædictam veritatem, & illius fundamentum aſſignandi aſt: aſſenſum fidei certiorem dici ob firmiorem adhæſionem, qua intellectus ex imperio voluntatis adhæret obiecto firmius quam cuilibet obiecto per naturalem notitiam cognito: Ex antiquis hunc indicarunt Alenſ. Albert. & Bonauent. ſupracitati quatenus appellant maiorem hanc certitudinem adhæſionis, non ex ipſa rei euidentia, ſed ex informatione conſcientiæ: addunt aliqui recentiores ex hoc ſolum capite prouenire maiorem noſtræ fidei certitudinem, & de hac tantum locutos eſſe patres: & nituntur hoc fundamento, quia certitudo cognitionis duo inuoluit. Primum eſt neceſſaria connexio cognitionis cum veritate, quia conformatur obiecto cognito. Secundum eſt firma adhæſio ex parte intellectus: ex priori capite habet cognitio intrinſecam repugnantiam cum falſitate, ſiue hoc proueniat ex claritate cognitionis, ſiue ex alia cauſa: ex poſteriori habet, ita obiecto adhærera vt omnem actualem formidinem ab intellectu excludat: has duas conditiones ita neceſſarias eſſe dicunt, vt altera deficiente cognitio certa dici nequeat: defectu primæ aſſenſus erroneus quo quis firmiſſimè ſuo adhæret errori, certus non eſt: defectu ſecundæ, aſſenſus probabilis de rationalitate hominis, certitudinem non habet quia formidinem non excludit. Vnde quia incertitudo magis ſe habet ex parta intellectus, quam ex parte obiecti: hoc enim non dicitur certum vel incertum niſi per denominationem extrinſecam à cognitione quæ proprie dicitur certa propter prædictas conditiones: merito dicitur aſſenſus fidei certior ſolum ex firmiori adhæſione ex parte intellectus: adhæſione quadam ſubſtantiali ſeu appretiatiua, non intenſiua ſeu accidentali: exemplum addunt ex actu charitatis, cuius ſubſtantialis parfectio conſiſtit in hoc, quod ſit dilectio Dei ſuper omnia, non in maiori vel minori intenſione: itaque certus modus tendendi in Deum præferendo illum in actu exercito omnibus bonis creatis, eſt eſſentialis perfectio huius actus: ſimiliter dicunt: adhæſio intellectus rebus reuelatis per aſſenſum fidei talis eſt, vt præferat varitates fidei reliquis omnibus, quæ per naturalem ſcientiam percipiuntur; itaut, ſi aliquæ negandæ ſunt, 5. & ſe ſimul compati non videantur, potius hæ, quam illæ negari debeant, quod varò ex hoc tantum capita certior ſit aſſenſus fidei non ex altero, probant primo, quia inter cognitiones quarum vnaquæque habet omnimodam repugnantiam cum falſitate, ita vt nulla de potentia Dei abſoluta potuerit eſſa falſa, in rigore dici non poteſt vnam eſſe altera certiorem, quia nulla eſt magis neceſſario vera, quàm altera. Secundo quia ad maiorem certitudinem ſimpliciter non requiritur, vt repugnantia cognitionis certæ cum falſitata proueniat ex pluribus titulis: Nam alias aſſen-

ſus

ſus fidei eſſet certior cognitione diuina; quia actus fidei haberet repugnantiam cum falſitate ratione obiecti, ratione ſuæ entitatis, & ratiooe luminis ſupernaturalis à quo procederet: diuina verò cognitio ex vno taotum, videlicet ex diuino homine infallibilitatem haberet. Tertio quia etſi daretur quod cognitio ex pluribus capitibus certa, maiorem haberet certitudinem, nou apparet quomodo actus fidei ex pluribus titulis habeat connexiooem cum veritate. Etenim ſi illam habet ex parte obiecti, & ex parte habitus; etiam euidens cognitio illam habere poteſt ex parte obiecti & ex parte apprehenſionis, quæ præcedit aſſenſum; aut etiam ex parte habitus facilitantis.

51 Hic tamen modus declarandi maiorem certitudinem manifeſtè repugnat D. Thom. qui quodlib. 6. quæſt. 4. artic. 6. in corpore ita ait: *Certitudo adhæſionis non eſt propria virtutis fidei*, & multis probat: non quod illam à fidei vero actu excludat, infra enim illam admittit in catholico habente actum fidei informis: ſed quod de ſe inſufficiens ſit, cum non declaratur per ſolam iotellectus adhæſionem excellentia certitudinis, quæ in noſtra fide reperitur. Deiode ratione oſtendo eſſe omnino inſufficientem: primo ex iacto fundamento ab aduerſariis de illis duabus conditionibus omnino neceſſariis ad cognitionis certitudinem. Nam ſi vnaquæque per ſe tantum certam cognitionem non facit, etiam vna quæque per ſe taotum maiorem certitudinem cognitioni non affert. Secundo falſum eſt inter cognitiones quæ repugnantiam habent cum falſitate, etiam per diuinam potentiam nou eſſe voam certiorem altera, niſi ex firmiori adhæſione: Nam omnes philoſophi doceot cum Ariſtotele præmiſſas eſſe certiores concluſioue in demonſtratiooe: & tamen tam illæ quàm iſta repugnantiam habeot cum falſitate etiam per diuinam potentiam: neque ex ſola adhæſiooe ex parte ſubiecti prouenit illa maior certitudo, immo hæc intellectus maior vel minor adhæſio in cognitione euidenti, vt rationabilis ſit, ex maiori vel maiori vicinia ad lumen intellectuale prouenire debet, quando quidem ex euideotia naſcitur adhæſionis firmitas in cognitione naturali. Tertio ex prædicta ſenteotia ſequitur poſſe gentilis ſcientiam æque certam eſſe atque aſſenſum fidei chriſtiani: Nam exceſſus certitudinis proueniens ex maiori adhæſione intellectus poteſt reperiri in philoſopho Geotili: hic eoim ex imperio voluntatis poteſt adhære tam firmiter demonſtratiooi metaphiſicæ, atque Chriſtianus adhæret myſterio reuelato: totum concedunt recentiores, & limitant certitudinem maiorem actus fidei ad fidelium cognitiones, quaſi ſolum in illis actus fidei ſit certior, quam naturalis ſcientia: quia hi ſolum credunt tanta firmitate, vt de qualibet certitudine cognitionis ſcientificæ actu deliberato dubitent potius quam de certitudine fidei: quis tamen non videt hanc ſolutionem deſtruere certitudinem intrinſecam, & præcipuam noſtræ fidei? patrum teſtimoniis aduerſari, & ad Durandi ſententiam inclinare, quam Bannes, Valent. & alij citati temerariam iudicant, alijque grauiori cenſura dignam, vt teſtatur Turrian. de fide diſput. 42. dub. 1. in fine. Quarto; ijdem recentiores docent vnum ex principiis, ex quibus aſſenſus fidei deducitur nempe hoc, *Deus eſt verax*, eſſe ſaltem in ſapientibus aſſeuſum naturaliter euidentem, & tamen ex illo infertur in eorum ſententia actus fidei: ergo hic non eſt certior omni aſſenſu euidenti: reſpondebunt illum aſſenſum euidentem, etiam ab habitu fidei produci, & per illum etiam firmius adhærere fidelem Dei veracitati, quam reliquis myſteriis reuelatis, quorum aſſenſus ex illo deducuntur; ſed hæc ſolutio præter incommoda quæ quæſtiuncula 2. ſect. 4. contra illam militare oſtendi, hanc etiam ſuperaddit nouitatem quod inter actus fidei alios aliis facit certiores: quod falſum eſſe ſequenti concluſione oſtendam, in qua verum fundamentum maioris certitudinis fidei declarabo.

Secunda Concluſio: maior certitudo fidei intrinſeca eſt actui & deſumitur ex parte cauſæ tam obiectiuæ quam efficientis, quæ idcirco poſtulat maiorem ex parte ſubiecti adhæſionem ex libero voluntatis imperio prouenientem: hæc eſt D. Thomæ locis ſupra citatis, item 1. quæſt. prologi artic. 3. ad primum & 1. par. q. 1. artic. 5. ad primum: 3. Contra gentes cap. 1. 54. & de veritate quæſt. 12. artic. 2. ad 3. Suar. de fide diſp. 6. ſect. 5. numero 11. & lib. 2. de gratia cap. 10. numero 10. & ſeq. Vaſq. 1. p. quæſt. 1. art. 5. Turrian. citatus §. ſecundo modo, Hurtado in logica diſput. 11. præſertim numero 21, Comuc. vbi ſupra, numero 48. quamuis ex quatuor conditionibus, quas ad hanc certitudinem ipſe requirit, nos ſecundam & tertiam minime neceſſariam iudicamus; immo tertiam omnino falſam: Nam præterquam quòd requirat infallibilitatem aſſenſus ex medio infallibili, oempe ex teſtimonio Dei in prima conditione & io quarta firmiorem adhæſionem ex parte intellectus aſſentientis firmius obiectis reuelatis, quam naturali cognitione ſcitis, quas admittimus, in ſecunda exigit vt modus cognoſcendi ſit in ſe infallibilis: quod addit, quia ipſe exiſtimat ob teſtimooium Dei, & ſupernaturale motiuum poſſe dari aſſenſum naturalem, ſeu fidem acquiſitam, quod ſect. 5. refutaui. Deinde tertiam conditionem addit, vt modus cognoſcendi ſit ipſi aſſentieoti infallibilis, itaut ipſe verè cognoſcat ſuum modum cognoſcendi eſſe infallibilem: & probat numero 52. quia aſſenſus fidei in catholicis ideo eſt omnino certus, quia euidenter cognoſcunt, iis, quæ Eccleſia credenda proponit, conoenire eas notas: quæ ſufficienter probant ea eſſe fide diuina credenda; verum hæc ratio ſolum probat certitudinem obiectiuum nempe eorum, quæ reuelantur: quia apparent euidenter credibilia, non tamen oſtendit fideles cognoſcere ſuum modum cognoſcendi, & tendendi in obiectum eſſe infallibilem: hoc enim eſt falſum; quia nullus certus eſt de aſſenſu fidei diuinæ, quem actu eliciat. At ſi cognoſceret ſuum modum aſſentiendi infallibi- 61

lem, & tendendi in reuelata, certus eſſet de A
ſuo actu fidei ergo, &c. Vt tamen noſtra con-
cluſio probetur, aduertendum, aliquos diſtin-
guere triplicem certitudinem nempe obiecti,
cognitionis, & potentiæ: omiſſa tamen cer-
titudine obiecti, quæ extrinſeca tantum de-
nominatio eſt ab actu deſumpta: obiectum
enim non tam certum, quam neceſſarium,
ſeu determinatum dicitur: certitudo actus,
ſeu cognitionis triplex eſt, vt notat Vaſquez
citatus: prima eſt determinatio aſſenſus ad
vnam partem, ſine vlla dubitatione ex rei
euidentia proueniens: talis eſt certitudo
ſcientiæ naturalis, quæ intellectum determi-
nat ad vnam partem, & ſua euidentia com-
peſcit omnem formidinis ſeu incertitudinis
motum etiam indeliberatum: de hac certi-
tudine non procedit noſtra concluſio: nam in B
hac certior eſt ſcientia naturalis aſſenſu fidei,
& hanc vocat D. Thom. ſupra declaratus
certitudinem ex parte ſubiecti, & Alenſ. ex
ipſa rei euidentia: Albert. Bonau. & alij cer-
titudinem ſpeculationis vocant; per quam
clare, & euidenter intellectus veritatem ſpe-
culatur. Secunda certitudo eſt conuenientia
iudicij cum re iudicata, & connexio cogni-
tionis cum obiecto, qua mediante intellectus
adhæret obiecto, & illi vt in ſe eſt coniungi-
tur: ſiue hoc per claram, ſiue per obſcuram
notitiam faciat. Tertia eſt certitudo in actu
reflexo inuenta, quo quis iudicat ſe non falli
in actu cognitionis directæ: de hac ſecunda,
& tertia certitudine procedit noſtra conclu- C
ſio: & quamuis hanc tertiam ſolum expreſ-
ſerint Alenſ. Albert. & Bonauent. quando
illam appellarunt ex informatione conſcien-
tiæ: cum tamen iſta inuoluat actum reflexum,
neceſſario ſupponere debet directum ſupra
quem cadit: ideo in hoc dicendi modo ſignifi-
carunt in vtraque certitudine fidem certio-
nem eſſe quauis cognitione naturali. Proba-
7. tur ergo prima concluſionis pars de certitu-
dine directæ cognitionis, nempe quod in-
trinſeca ſit, & maior in fide ex parte cauſæ
formalis, & efficientis: Nam certitudo quam
cognitio neceſſario recipit ex obiecto forma-
li, & cauſa efficiente, eſt illi intrinſeca; ſed
aſſenſus fidei ex obiecto formali, nempe ex D
teſtimonio Dei, & ex habitu ſupernaturali
habet certitudinem infallibilem: ergo illam
habet intrinſecam: minor patet, quia propter
teſtimonium Dei verum vt in ſe eſt, non po-
teſt eſſe aſſenſus falſus: neque item ex habitu
ſupernaturali fidei, vt iam in prima quæ-
ſtione oſtendi: præterea quod hæc certi-
tudo maior ſit in fide, ita oſtenditur primo:
medium quo certius eſt, eo cognitio quæ in
illo fundatur certior: ſed prima veritas in co-
gnoſcendo, & in dicendo certior eſt quali-
bet veritate naturali, & quolibet medio co-
gnoſcendi naturali: ergo actus fidei qui in
prima veritate nititur, certior eſt qualibet co-
gnitione naturali, in medio ſeu ratione natu-
rali fundata. Maior probatur quia conclu-
ſiones, quo proximiores ſunt primis princi-
piis, eo notiores, & certiores habentur: vt
omnes philoſophi fatentur, & maior & ex-
cellentior eſt ſapientia quam vulgaris ſcientia
quia illa per altiſſimas cauſas habetur: minor
& conſequentia patent. Secundo lumen di-
uinum, & infuſum, quod eſt participatio di-
uini eſt multo efficacius ad conferendam cer-
titudinem actibus, qui ab illo procedunt,
quam lumen naturale, ſed habitus fidei, eſt lu-
men infuſum (eademque eſt ratio de auxilio
Dei quando loco luminis fidei intellectum ele-
uat ad credendum ſicut oportet,) ergo aſſen-
ſus, qui ex lumine fidei proueniunt, certiores
ſunt qualibet ſcientia naturali: maior ſuade-
tur: quia lumen fidei in multis, quæ lumine
naturali euidentia videbantur illud corrigit,
V. C. in eo principio, *quæ ſunt eadem vni ter-
tio, &c.* & in aliis quæ ad myſteria Trinitatis,
Incarnationis & Euchariſtiæ retinenda, li-
mitatione, & declaratione indigent. Tertio
Patres de ea certitudine fidei loquuntur, quæ
vera, & propria eſt certitudo aſſenſus fidei,
neque illam ſolum comparant cognitionibus
naturalibus fidelium, ſed abſolutè cum omni-
bus: ſed ſola certitudo adhæſionis ſine ma-
iori certitudine intrinſeca habita ex perfe-
ctiori cauſa obiectiua, & efficienti, non eſt
propria, neque vera certitudo fidei vt ſupra
ex D. Thom. quodlib. 6. quæſt. 4. artic. 6.
dixi: ergo. Quarto philoſophus chriſtianus
poteſt habere demonſtrationem, qua naturali-
ter cognoſcit certiſſimè, Deum eſſe: ſed aſ-
ſenſus fidei eſt certior hac ſcientia; ergo ne-
ceſſario intellectus huius philoſophi reſpicit
aliquam cauſam ſuæ maioris adhæſionis ad
obiecta credita, quæ nulla alia eſſe poteſt niſi
diuina reuelatio; Nam ſicut bonitas Dei
obligat noſtram voluntatem, vt ſuper omnia
diligatur, ita Dei auctoritas, & veritas, obli-
gat eandem voluntatem, vt adhæſione vo-
luntariâ per intellectum veritati, quam Dei
teſtimonium confirmat, firmius adhæreat,
quam cuilibet, quam naturale lumen aſſe-
quitur; & ita præ reliquis rationibus natu-
ralibus pluris fiat diuina veritas à Chriſtiano
philoſopho: Nam hæc maior adhæſio eſt ra-
tionabilis, & rectæ rationi conſentanea, quæ
dictat diuinæ veritati potius adhærendum,
quam creaturæ, quæcumque illa ſit: remota
verò obiectiua, & formali cauſa maioris cer-
titudinis in fide, ſola maior adhæſio volunta-
ria in philoſopho imprudens eſſet, & ſine
fundamento vt excederet adhæſionem ad
obiectum........

Hinc iam patet probatio ſecundæ partis 8.
noſtræ concluſionis: nam potentius, & cer-
tius certitudinis medium exigit maiorem,
& firmiorem intellectus adhæſionem per aſ-
ſenſum voluntarium, qui omnem omnino
formidinem & dubitationem voluntariam &
liberam excludit iuxta caput 1. de hæreticis
& doctrinam in comment. præcedenti not. 11.
numero 19. traditam neque ſolum aſſenſus
fidei directus hunc habet certitudinis exceſ-
ſum, ſed etiam cognitio reflexa ſuper hunc
aſſenſum; cum enim manifeſtè experiatur fi-
delis illum ferri in reuelata, & ab Eccleſia ad
credendum propoſita ex informatione con-
ſcientiæ, vt dicebant Alenſ. Bonauent. &
Albert. eandem appretiatiuam adhæſionis
certitudinem, præ reliquis naturalibus no-

titiis

titiis ſortitur: hinc iam facile ad rationes pro ſecundo declarandi certitudinem fidei maiorem, reſpondetur: nam admiſſo illius fundamentó, ipſomet ille confutatur: & ad primum reſpondeo aſſumptum fuiſſe falſum, & contra omnes philoſophos, poſt Ariſtotelem c.2. de poſteriori reſolut. & 4. metaphiſ. c. 4. vbi ait veritatem, & certitudinem in cognitionibus quoad formam ſpecificam perfectiorem ſuſcipere magis & minus, quia magis falſum eſt, mille eſſe æqualia vni, quam duo: ita inter duo impoſſibilia, vnum altero magis impoſſibile, id eſt magis à poſſibilitate diſtans cognoſcitur, vnde inter iudicia, quibus intellectus videt aliqua impoſſibilia, illo magis certificabitur, quod manifeſtè cernit magis ab impoſſibilitate diſtare: cum ergo magis diſtet à poſſibilitate Deum falli, vel fallere poſſe, quam naturalem ſcientiam, ſequitur certiorem eſſe aſſenſum fidei., quia in Dei teſtimonio fundatur connexio, quam habet cum ſuo obiecto, & cum veritate. Ad ſecundum Reſp. non ſatis eſſe plures titulos ad maiorem certitudinem actus, vnus enim ſolus talis eſſe poteſt, vt omnibus aliis præponderet, & tale eſt lumen diuinæ cognitionis infinitum, & infallibilitas primæ veritatis; cæteris tamen paribus aſſenſus, qui ex pluribus cauſis procedit qualis eſt concluſio demonſtrationis per omnes cauſas procedens, ſane perfectior eſt in euidentia & certitudine, quam illa, quæ per vnam tantum habeatur. Ad tertium Reſp. ubiectum formale fidei, & lumen infuſum eſſe cauſas multo potentiores ad dandam certitudinem aſſenſui fidei, quam obiectum naturalis ſcientiæ & illius apprehenſio, & habitus, vt per ſe patet.

9. Ad primum pro ſententia Durandi nego illum aſſenſum eſſe certiorem qui minus dubitationis admittit in intellectu, ſi ſermo ſit de qualibet dubitatione deliberata, & indeliberata: nam cum certitudine ſimpliciter maiori qualis eſt illa, quæ in aſſenſu fidei reperitur vt probaui ſtare poteſt indeliberata dubitatio: attamen ſi ſermo ſit de certitudine determinationis ad vnum ex euidentia profecta, verum eſt aſſumptum: hæc tamen eſt certitudo ſecundum quid, quæ alio nomine dicitur à D. Thom. ex parte ſubiecti, & quoad nos: quia ex parte ſolus intellectus non determinatur fidelis ad aſſentiendum reuelatis: intellectus enim ſibi relictus quando obiectum & motiuum non eſt euidens, ſemper aſſentitur cum formidine. Vnde quoad nos, in noſtra poteſtate liberum relinquitur à reuelatis diſcedere ſiſtendo in ſolo lumine naturali. In eodem ſenſu accipienda ſunt illa verba Hugonis de Sancto Victore lib. de ſacram. p. 10. cap. 2. vbi fidem definit, certitudinem ſupra opinionem & infra ſcientiam conſtitutam: loquitur enim, vt ex eius diſcurſu patet, de certitudine cognitionis ad vnum determinatæ, & ab euidentia proueniente, quæ certitudo eſt ſecundum quid, non ſimpliciter, de qua procedit doctrina Theologorum communis, & ſanctorum Patrum cum fide ſcientiam certiorem aſtruunt: Ad ſecundum dico, Argumentum ſolum probare illam diſiunctiuam eſſe certiorem, altera tantum parte abſolutè & ſeorſim ſumpta, ſi ſecundum ſuam naturam præciſe conſideretur; non tamen ſi accipiatur prout ſubeſt diuinæ reuelationi, quia vt ſic certior non eſt diſiunctiua, ſicut vna propoſitio de fide non eſt certior altera: ſi vero diſiunctiua vt cognita lumine naturali comparetur cum altera, *verbum diuinum eſt homo*, vt reuelata; vel *non eſt homo* reſpectu tridui, aut reſpectu temporis antecedentis incarnationem: tunc vna pars eſt certior diſiunctiua ob rationes aſſignatas. Ad probationem dico, ſtare cum contingentia propoſitionis, habere maiorem certitudinem, quam propoſitio neceſſaria habet, quia propria certitudo non reſpicit neceſſitatem rei ſeu obiecti, ſed connexionem cognitionis cum obiecto, ſeu veritate ſiue neceſſaria ſiue contingenti, & firmiorem adhæſionem ad illam conſequentem: at connexio firmior eſt, quando vinculum, ſeu medium magis eſt infallibile: ergo cum magis infallibile ſit medium fidei, maior erit connexio, & firmior intellectus adhæſio illam rationabiliter conſequens. Ad tertium dico, non ſufficienter diuidi à Durando certitudinem, niſi per certitudinem adhæſionis intelligamus illam, quæ nititur altera certitudine proprijſſima, quæ eſt connexio cognitionis cum obiecto, & illius veritate, quam ſequitur adhæſionis certitudo per actum directum, vel reflexum: vt iàm declaraui.

Rogabis vtrum aſſenſus fidei certior ſit viſione beata, vel alia cognitione ſupernaturali huius vitæ, verbi gratia dono ſcientiæ. Turrianus citata diſput. 42. dub. 2. §. *Reſtat de viſione beata*, aſſerit illam non eſſe certiorem ex parte medij: quamuis hoc medium viſum producat firmiorem aſſenſum, quam ſit aſſenſus fidei: ſimpliciter tamen affirmandum eſt viſionem beatam eſſe certiorem: ita docuit Caietan. 2. 2. quæſt. 4 artic. 8. in fine, Suarius de fide diſput. 3. ſect. 9. numero 20. Coninc. loco citato n. 56. ratio eſt primo, quia quamuis idem ſit motiuum viſionis beatæ & fidei materialiter ſumptum, non eſt idem formaliter, etenim prima veritas obſcurè cognita in ratione ſigni clarè & intuitiuè vt in ſe eſt, diuerſimode mouet intellectum, atque cognita obſcurè: cognita enim clarè non ſinit libertatem ad iudicandum oppoſitum, vnde ad certitudinem obiecti per viſionem cogniti intellectum omnino determinat; & nullum relinquit locum dubitandi, etiam per motum indeliberatum: habet ergo idem motiuum materiale nempe primam veritatem, ſed formaliter in ratione ſigni euidens & præſtantiori modo applicatum, vnde gignit cognitionem in ſua ſpecie perfectiorem, & altioris certitudinis. Secundo quia lumen gloriæ eſt clarum, fidei vero obſcurum; & quoties obiectum ſub clariori lumine conſtituitur, potentiæ clarius, & euidentius apparet: ſed ex euidentia naſcitur certitudo: ergo viſio beata præter certitudinem ex parte medij, habet certitudinem ex euidentia prouenientem, & conſequenter ad illam maior, & firmior adhæſio potentiæ conſequitur, quæ omnem 10.

tollit dubitationis metum, neque poteſtatem in voluntate relinquit, imperandi intellectui, vt appoſitum iudicet; & quamuis hoc faciat certitudo euidens in ſcientia naturali, quia tamen in medio, & in lumine minus infallibili fundatur: in certitudine ſimpliciter deficit & à fide exceditur.

11. De ſcientia ſupernaturali quæ eſt donum ſpiritus ſancti, ait Turrian. citato dub. 2. in principio D. Thomam 2.2.quæſt. 4. artic. 8. ad 3. dixiſſe fidei cognitionem eſſe certiorem certitudine donorum ſcientiæ, & intellectus: eo quod dixerit, certitudinem iſtorum pendere à certitudine fidei, ſicut certitudo concluſionum pendet à certitudine præmiſſarum: ſed meo iudicio, alia eſt mens D. Thomæ: etenim ipſe 2. 2. quæſtione 9. artic. 1. ad primum, expreſsè dixit ſcientiam ſupernaturalem quæ eſt donum, diſcurſiuam eſſe, his verbis. *Diuina ſcientia non eſt diſcurſiua vel ratiocinatiua ſed abſoluta & ſimplex, cui ſimilis eſt ſcientia, quæ ponitur donum Spiritus ſancti, cum ſit quadam participata ſimilitudo ipſius*: quando ergo loco proximè citato dicit certitudinem ſcientiæ, quæ eſt donum ſpiritus ſancti, *procedere à certitudine fidei, ſicut certitudo cognitionis concluſionum procedit ex certitudine principiorum*, non ſignificat progreſſionem diſcurſiuam in ſcientia ex principiis fidei procedente, nam potius eſſet hic aſſenſus theologicus, quam ſcientiæ ſupernaturalis donum; ſed ſolum vult idem habere certitudinis fundamentum, atque fides, nempe infallibile Dei teſtimonium, quo tanquam ratione motiua nititur: ſicut concluſio in præmiſſarum veritate fundatur: & præterea quia hæc ſcientia ſupponit fidem in eo, cui à Deo infunditur: datur enim à Deo vt fidelis certum, & rectum iudicium formet de reuelatis, & credenda à non credendis diſcernat, vt docet idem D. Thom. citata quæſt. 9. artic. 1. in corpore: quamobrem dicendum exiſtimo in ratione cauſæ obiectiuæ, & efficientis æqualem habere certitudinem cum fide: licet quoad maiorem aliquam manifeſtationem myſteriorum aliquantulum fidem excedere videatur: & hæc eſt clara ſententia ſancti doctoris in citata reſponſione ad tertium.

12. Aliquæ ſuperſunt dubitatiunculæ, ex quarum reſolutione aliquæ proprietates aſſenſus fidei agnoſcentur: prima eſt: an diuerſi actus ſint credere Deo, Deum & in Deum: hanc enim credendi diſtinctionem faciunt Theologi cum Magiſtro in 3. diſt. 23. Durand. ibid. quæſt. 7. Alenſ. 3. p. quæſt. 68. mem. 7. art. 3. D. Thom. 2. 2. quæſt. 2. artic. 2. ſumitur ex patribus ſtatim referendis: addere poſſemus etiam credere ex Deo: Nam hæc diſtinctio non ſignificat diuerſos actus credendi vt exiſtimauit Durand. ſed diuerſas tantum habitudines eiuſdem actus, vt tenent cum D. Thoma, Caietan. Bannes, Lorca & reliqui Thomiſtæ ibidem, Suar. de fide diſp. 6. ſect. 3. numero 1. Turrian. diſput. 24. dub. 1. Coninc. de moralitat. actu. ſupernatural. diſput. 14. dub. 12. numero 234. credimus enim Deo nempe ob illius teſtificationem, item Deum

A eſſe credimus, & in Deum, referendo noſtram fidem in eum tanquam vltimum finem: ita primus reſpectus tendit in cauſam formalem, ſecundus in materialē, tertius in finalem: addi poteſt ex Deo, vt ſignificatur habitudo ad cauſam efficientem, eſt enim Deus præcipua cauſa noſtræ fidei, quia ad illam neceſſarium eſt illius auxilium excitans, & adiuuans. Idem ergo actus poteſt habere hos omnes reſpectus; non tamen neceſſe eſt, vt habeat omnes: primum patet, quia actus quo credimus Deum eſſe Trinum, & vnum, vt religiosè eum veneremur per actum interiorem, & ſubmiſſionem noſtri intellectus: eſt ex Deo quando elicitur ob teſtimonium Dei tenditque in Deum vt obiectum materiale & in finem vltimum: ad quem per actum religionis imperantem

B dirigitur. Secundum oſtendo, quia actus, per quem credo futurum diem vltimum magni iudicij, non credit Deum, neque ad illum vt obiectum materiale immediatè refertur: omnis tamen fidei actus ex Deo eſt, & per omnem Deo credimus: itaque illi reſpectus ad cauſam efficientem & ad formalem obiectiuam in omni aſſenſu fidei reperiuntur, de reſpectu ad cauſam finalem dubitari ſolet, an actus fidei in peccatore illum habeat: quæſtio tamen eſt de modo loquendi, vt aduertit Suár. citatus numero 4. qui non modo in iuſto, ſed etiam in peccatore actum fidei habere poſſe illam habitudinem ad Deum, tanquam vltimum finem defendit. Probat Suar. quia de

C peccatoribus qui diligebant magis gloriam mundi, quam Dei Ioann. 11. dicitur credidiſſe in Chriſtum: verum hic loquendi modus in præſenti loco magis indicat reſpectum ad cauſam materialem, quam ad finalem, & ſimilis eſt ille locus Pauli ad Philemonem n. 5. *Gratias ago Deo meo audiens fidem, quam habes in Chriſtum Ieſum, & in ſanctos*: ibi enim propoſitio *in* non dicit reſpectum ad cauſam finalem, quia non rectè ordinaretur fides ad ſanctos, tanquam ad finem vltimum: hac etiam loquendi forma loquutus eſt Chryſoſtom. homil. 52. in Matth. *Nihil prodeſt ſi credas in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, niſi rectè vixeris.* Imo & reſpectus cauſæ formalis obiectiuæ declaratur ali-

D quando per illam propoſitionem *in*: nam vbi latina exemplaria noſtræ vulgatæ habent Exod. 14. in fine, *Et crediderunt Domino & Moyſi, ſeruo eius*: iuxta Hebræum legitur, *in Dominum, & in Moyſen.* Vnde Hieron. in epiſtol. ad Philemonem in maioribus Commentariis ad verſiculum 5. ait, *Vna atque eadem credulitas in Moyſen refertur & in Deum, vt populus qui credebat in Deum, æque crediſſe dicatur in ſeruum*: quare non oportet tanta religione vti in vſu huius locutionis, vt damnandus, ſit qui dixerit, credere in Eccleſiam, cum ſignificare poterit habitudinem ad obiectum materiale, vel ad formale, non immediate, ſed mediante propoſitione Eccleſiæ. Item enim in ſymbolo legit Epiphanius in Anchorat. prope finem Cyrill. Hieroſolymit. cathechiſ. 18. Hieronym. in Dialogo contra Lucifer. Quamuis Concil. Chalcedon. act. 16. ex eo probet ſpiritum ſanctum eſſe Deum,

quia

quia in ſymbolo dicimus, *Credo in Spiritum ſanctum*, quod de nulla creatura diceretur, A quia nulla noſtræ fidei finis vltimus rectè conſtituitur. Ideque D. Thom. ob eandem rationem 2. 2. quæſt. 1. artic. 9. ad 5. ait melius eſſe in ſymbolo quando credimus Eccleſiam catholicam, non adiungere illam propoſitionem *in* videlicet in Eccleſiam: Vnde in Conciliis & in ſymbolo Eccleſiæ non apponitur *in* vt docet Suar. diſput. 2. de fide ſect. 5. numero 13. cum D. Auguſt. Gregor. Emiſſeno Ruf. Chryſolog. & hic eſt melior loquendi modus.

13. Nihilominus in ſenſu, in quo propoſitio *in* dicit reſpectum ad cauſam finalem ſine ſcrupulo dici poteſt, peccatorem credere in Deum, quia ita loquuntur Patres frequenter: Auguſtin. de fide & operibus cap. 14. *Qui in eum (nempe Deum) crediderant, ſed bona operari non curauerant*: ſimiliter Chryſoſtom. B homil. 30. & 32. in Matth. Bernard. ſermon. 24. in Cant. Fulgent. ſerm. 5. de Epiphania, & alij: ſecundo peccator licet amore beneuolentiæ Deum non diligat adhuc ad illum afficitur amore concupiſcentiæ per ſpem, & affectu obedientiali quantum ad finem, credendo actum exerceret honeſtum ex obiecto, qui de ſe in Deum ordinatur vt dixi. Tertio quia per moralem virtutem religionis peccator referre poteſt ſuum actum fidei in Deum, & quamuis ſine vllo gratiæ merito, & ſalutis fructu, quando illius fides informis perſeuerat, tamen actum exercet in vltimum finem hoc imperfecto modo relatum. Verum fatendum eſt, quod actus credendi in Deum C reſpectu perfecto, & propriiſſimo in iuſtis tantum inuenitur. Idcircoque dixit Auguſt. tract. 29. in Ioann. *Quid eſt credere in Deum? credendo amare: credendo in eum ire, & eius membris incorporari*: & habetur in cap. charitas eſt de pœnit. diſtinct. 2. In additamento Gratiani: item D. Thom. 2. 2. quęſt. 1. artic. 9. ad tertium docuit confeſſionem fidei in ſymbolo fieri ex perſona totius Eccleſiæ, cuius fides ſemper eſt formata, quia ſancta eſt, neque iuſtorum conſortio caret: quare merito dicere poteſt, *Credo in Deum*: hic enim credendi modus cùm perfecta habitudine ad vltimum finem in iuſtis tantummodo reperitur.

14. Secunda dubitatio eſt vtrum infideles credere vel cognoſcere poſſint verum Deum fide D humana, vel alia cognitione naturali effectibus comparata: negare videtur D. Thom. 2. 2. quæſt. 2. artic. 2. ad tertium, quatenus ait in ſimplicibus totum vel cognoſcitur, vel ignoratur. Vnde cum infideles Deum non agnoſcant ſub his conditionibus, quas fides aſtruit, non verum Deum, ſed falſum credunt. Ita D. Thomam ſequuntur & declarant Bannes, & Lorca ſupra citati ad artic. 2. quod verum Deum non cognoſcat, qui errat circa aliquod attributum ipſius. Caiet. vtitur diſtinctione de cognitione ex parte Dei, & ex parte noſtri prout nobis repræſentatur: & dicit doctrinam D. Thomę priori modo procedere, quam diſtinctionem, non vt illam in ſuam ſententiam traxit Bannes, ſed alio bono ſenſu infra interpretabor. Dicendum igitur eſt, infideles poſſe cognoſcere verum Deum, quamuis errent circa aliquod prædicatum, quod ipſi Deo attribuant, probatur primo ex D. Paulo ad Roman. 1. numero 19. *Quod notum eſt Dei manifeſtum eſt in illis: Deus enim illis manifeſtauit*, quo in loco iuxta Salmeron, Tolet. Iuſtinian. Cornel. & reliquos recentiores interpretes ſecutos patres, D. Paulus conuincit Gentiles ne poſſint Dei ignorantiam prætendere. *Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur*: vt ſtatim ſubdit: ſupponit ergo Deum verum per creaturarum cognitionem ab infidelibus agnoſci poſſe: ita docet idem D. Thomas ad hunc locum: *Conſentit quod ſapientes Gentilium Dei cognouerint veritatem.*

Secundo ſi ſatis eſſet errare attribuendo aliquod prædicatum Deo, quod ipſi non conueniat, ne verus Deus cognoſceretur, de multis theologis immò de omnibus fere verum eſſet dicere, illos Deum verum ignoraſſe, quod ſane magnum eſt abſurdum: ſequelam probo, quia fere nullus eſt qui non habeat aliquam opinionem falſam de Deo: Nam alij dicunt relationes diuinas dicere perfectionem, alij admittunt ſubſtantiam abſolutam: alij negant: quidam admittunt in Deo habitudinem tranſcendentalem ad creaturas: alij illam inficiantur: multi diſtinguunt attributa formaliter ex natura rei: alij ſolum per intellectum: ergo ſi quælibet opinio falſa de Deo impediret cognitionem veri Dei, omnes fere theologi verum Deum ignorarent: vnde ſequitur, quod verum actum fidei circa verum Deum non haberent, neque verum ſed falſum Deum diligerent: ergo ne tam aperta abſurda concedantur, neceſſario fatendum eſt, cum aliqua opinione falſa circa attributum intrinſecum Dei ſtare poſſe veri Dei cognitionem in infidelibus. Tertio quando proponitur Gentili, vt credat vnum Deum eſſe verum totius orbis creatorem, antequam habeat aſſenſum fidei, præcedere debet in illius intellectu iudicium de credibilitate illius propoſitionis Deus eſt vnus vniuerſi creator: ergo ex parte ſubiecti cognoſcitur verus Deus: Nam alioqui propoſitio, quæ credenda proponitur, & Gentili euidenter credibilis apparet eſſet falſa: Nam falſus Deus non eſt vniuerſi creator, ſed non opus eſt, vt tunc Gentilis depoſitas habeat omnes falſas opiniones, quas de diuinitate ante conceperat: paulatim enim de myſteriis fidei eruditur: & ſuppono quod in ea opinione erat, in diuinis non eſſe poſſibilem filium patri æqualem: ergo ſi tunc poteſt habere verum iudicium de credibilitate illius propoſitionis, neceſſario dicendum eſt infidelem verum Deum agnoſcere. Quarto ſi infidelis non poſſet concipere niſi falſum Deum, non erraret proferendo hanc propoſitionem Deus non eſt Trinus. Deus non eſt mortuus pro nobis quia ille Deus falſus, quem cognoſcit non eſt Trinus, neque mortuus eſt pro nobis: ergo verum diceret proferendo has propoſitiones hæreticas.

Ad teſtimonium Diui Thomæ reſpondent aliqui recentiores, illum ſolum negare infi- 15.

Digitized by Google

delibus verum fidei actum, per quem Deum credant, quia non dixit infideles non cognoſcere, ſed non credere Deum: ſic enim ait, *Credere Deum non conuenit infidelibus, ſub ea ratione qua ponitur actus fidei, non enim credunt Deum eſſe ſub his conditionibus, quas fides determinat & ideo nec vere Deum credunt*, quæ verba ita declarant quod infidelis non cognoſcat Deum tali cognitione, quæ dicatur actus fidei, quia rite habet tales conditiones, vt vna deficiente, iam ſit alius, eſt enim eius eſſentia ſimplex, & ad hoc afferri exiſtimant locũ Ariſtotel.ex9. Metaph.tex.2. Secundò quod circa incompoſitas ſubſtantias non ſit deceptio cognitionis, vel enim igoorantur in totum, vel totaliter cognoſcuntur: hæc tamen ſolutio manifeſtè repugnat diſcurſu D. Thom. Nam ſi D. Thom. acciperet ilia verba, *Credere Deum*, pro vero actu credendi, ſane ſimpliciter negaret conuenire infidelibus, certum enim eſt actum fidei ſtare non poſſe cum infidelitate: neque de boc agebatur, vnde non limitaret illud credere, quod non eſſet ſub ea ratione, ſub qua eſt actus fidei: ſed abſolutè diceret actum credendi fide diuina non poſſe eſſe in infidelibus. Deinde locus Philoſophi non eſt ad tem comparatione actus fidei, ſed reſpectu cognitionis ſimpliciter de qua loquebatur Ariſtoteles, & quæ tendit circa ſubſtantias incompoſitas: quare ſermo eſt de ſimplicitate obiecti cogniti, quod vel nihil eius attingitur, hoc vero obiectum omnes interpretes euidenter intellexerunt eſſe ipſum Deum, Caietan. Baones, Lorca & alij, non verò actum fidei: ait enim D. Thom. infideles idcirco Deum credere id eſt non cognoſcere verum Deum, quia eum cum conditione aliqua diuinitati repugnante concipiunt. Tertio ipſe D. Thomas ſe declarauit infra quæſt. 10. artic. 3. in corpore, ſe loqui non de actu credendi, ſed de cognitione veri Dei, dicens *per infidelitatem autem maximè homo à Deo elongatur, quia nec veram Dei cognitionem habet*: & ſtatim, *Nec poteſt eſſe quod quantum ad quid Deum cognoſcat, qui falſam opinionem de eo habet quia id quod ipſe opinatur non eſt Deus*: cuius loci interpretationem germanam, & conformitatem in doctrina D. Thom. oſtendere non ita facile eſt.

16. Vera tamen interpretatio D. Thomæ noſtræ reſolutioni non repugnat, & à Caietano illo artic. 9. quamuis ſubobſcurè indicatur: loquitur enim ſanctus Doctor de cognitione infidelis; qui Deum cognoſcat ſub aliqua conditione repugnante conceptioni apprehenſiuæ Dei veri, quæ ſe habeat ex parte ſubiecti in enuntiatione, & cum Dei eſſentia ſecundum ſe repugnet, quod vt clarius ſit notandum eſt, hoc eſſe diſcrimen inter conceptionem fidelis, & infidelis errantis circa aliquod attributum veri Dei, & exiſtimantis Iouem verbi gratia adulterum eſſe verum Deum: Nam fidelis Deum confusè concipit cum perfectionibus quas in ſe habet, & proponitur ab Eccleſia credendas, & illum ita credit, vt Eccleſia credendum iubet. Vnde quando ex ignorantia babet aliquam opinionem falſam de Deo adhuc credit Deum, & ideo illa opinio eſt falſa, quia ſubiecto, quod eſt Deus, vt in ſe eſt, attribuitur quoddam prædicatum Deo repugnans: non tamen amittitur fides, quia ſubiectum Deus ſupponitur creditum, vt in ſe ſub conditionibus ab Eccleſia propoſitis credendus eſt, quarum nulla ſcienter negatur; ſed ſolum ex ignorantia illi tribuitur falſo aliquod prædicatum quod fideli repreſentatur cum tamen non ſit. Attamen catholici intentio eſt credere Deum, vt in ſe Deus eſt, & prout illum confusè ex parte ſubiecti concipit: ideoque Deum verum credit, & diligit, quia dilectio etiam ad illum vt in ſe eſt terminatur: ſicut ſacerdos qui ex ignorantia exiſtimat panem manere ſimul cum corpore Chriſti in ſacramento, adhuc verè conſecrat, quia ille intendit facere ſacramentum verum vt facit Eccleſia, non vero illud Chymericum, quod ex priuata opinione ille exiſtimat ſimul ex pane & corpore Chriſti coaleſcere. At Gentilis, & infidelis erraos in cognitione veri Dei ſupponit ex parte ſubiecti aliquam conditionem repugnantem diuinitati: Nam verbi gratia concipit Iouem, vt hominem adulternm, vel cum alia impetfectione diuinitati repognante, & ſic illum colit, & diligit: vnde neque verum Deum credit neque amat. Quare quando D. Thom. dixit ab infideli Deum verum non cognoſci, non ſignificauit per nullam cognitionem poſſe cognoſci verum Deum à Gentili ſub aliquo conceptu confuſo, vt creator eſt vniuerſi, & cauſa cauſarum, vt notat Caiet. quæſt. 10. art. 3. §. ad primum & alij Thomiſtæ, & conuincit locus D. Pauli citatus: ſed docuit infidelis errorem, cum non ſupponat fidem, neque cognitionem Dei ſub conditionibus ab Eccleſia propoſitis, quæ in Deum tendet, vt in ſe eſt credendos, vnus & Trinus; nullo modo attingere Deum verum vt in ſe eſt, nempe coniuogi Deo per fidem, quando ex parte ſubiecti Deum concipit cum conditione repugnante diuinitati, non enim attingit Deum confusè vt in ſe eſt, & ideo non cognoſcit verum Deum: & in hoc ſenſu eſt verum Ariſtotelis dictum: in ſimplicibus, vel totum cognoſcitur, vel totum ignoratur: ita D. Thomam interpretatur Turrian. diſput. 24. de fide dub. 1. §. *Mihi verò*, videlicet de infideli errante circa prædicata intrinſeca ipſius Dei, vt in ſe eſt, & illum vt ſic credentem dicit non credere verè Deum, ſed ſuam chymeram.

Tertia dubitatio eſt an actus diuinæ fidei omnes ſint eiuſdem ſpeciei: cui reſpoodeo affirmando iuxta D. Thomam 2. 2. quæſt. 4. artic. 6. in corpore: & cum Molin. 1. part. quæſt. 1. artic. 3. diſp. 3. concluſ. 2. Suar. de fide diſput. 6. ſect. 3. numero 11. Turriao. diſp. 24. dub. 3. §. vt vero & ſeq. Coninc. diſput. 14. dub. 12. ad initium & diſput. 16. dub. 2. concluſ. 6. Probatur primo: omnes actus fidei eamdem habent rationem formalem motiuam, non primam veritatem reuelantem: ergo omnes ſunt eiuſdem ſpeciei; probatur conſequentia: nam tota ratio aſſentiendi propoſitiuoibus fidei eſt hæc ratio motiua: ſed 17.

ab

ab hac ſumunt aſſenſus noſtri intellectus A ſuam ſpeciem : ergo ſi omnes habent eamdem rationem formalem ada quatam, omnes ſunt in eadem ſpecie. Secundo nullum eſt principium vnde proueniat diuerſitas ſpecifica in his actibus : Nam in primis ex eo quod vna ſit fides vniuerſalis, altera particularis ex priuata reuelatione non variatur ratio formalis, vt diximus quæſt. 2. ſect. 6. neque ex eo, quod aliquis actus procedat ex reuelatione euidenti in atteſtante, vt vidimus eadem quæſtione ſectione vltima, neque ex eo quod cum compoſitione, & modo intelligendi minus perfecto in homine quam in Angelo, aut ex aſſenſu & diſſenſu vt probaui quæſt. 3. ſect. 4. neque ex eo quod aliquis ſit practicus alius ſpeculatiuus : Nam hoc diſcrimen ſicut ſe habet ex parte obiecti materialis in B habitu, ita etiam in actibus: omnes enim eodem modo per extrinſecum teſtimonium Dei infallibilem habent veritatem, & eodem modo cum illo connectuntur : neque denique ex eo quod aliqua fides ſit mediata, altera immediata : quoniam præcedenti ſectione oſtendi omnem fidei actum immediatè niti teſtimonio Dei, & nullum per ſe requirere diſcurſum tanquam rationem aſſentiendi : ſed ad ſummum tanquam conditionem applicantem immediatè rationem formalem & manifeſtantem quomodo particularis in vniuerſali formaliter reuelata contineatur : ergo cum nullum aliud aſſignari C poſſit huius diſtinctionis fundamentum, quod ſe non habeat ex parte obiecti materialis, nullo modo mutantis rationem ſpecificantem, neceſſario omnes eiuſdem ſpeciei cenſentur : & quamuis Turrianus citatus aliqua contra hanc doctrinam afferat argumenta, omnia in locis citatis diſſoluuntur.

Quomodo concurrat intellectus ad aſſenſum fidei diuinæ, & qui actus ad illum præcedant in eadem potentia.

SECTIO VIII.

1. DE concurſu intellectus ad aſſenſum fidei, quæ eſt prima huius tituli pars, quatuor ſunt difficultates : prima an intellectus concurrat effectiuè : ſecunda poſito quod illius concurſus affectiuus ſit; an immediatus exiſtimetur : tertia an ex virtute naturali ſaltem inchoata procedat : quarta an ab intellectu tanquam à cauſa principali, vel inſtrumentali dependeat. Verùm quia de his fusè diſputari ſolet in qoæſt. 12. par. 1. D. Thom. comparando intellectum cum viſione beata, vt ibidem late docui; veram tantum doctrinam quatuor ſequentibus concluſionibus exponam; eademque doctrina eodem modo accomodanda eſt actui voluntatis ſupernaturali, qui pia affectio dicitur de quo in ſectione vltima huius quæſtionis agendum. Prima concluſio aſſenſus fidei effectiuè procedit ab intellectu : hæc eſt contra Alexandrum vt refert Philopponus 3. de anima cap. 4. & Aureolus in pr. diſt. 35. artic. 1. propoſ. 2. & apud Capreol. in 1. diſtinct. 3. quæſtione 3. artic. 2. aſſerentes etiam ad cognitiones naturales totam agendi vim ab ſpeciebus intellectui aduenire: in opinionem hanc etiam inclinat Albert, vt refert Tolet. 2. de anima cap. 5. dum ait, intellectum per ſpeciem intelligere, ſicut aqua calida per calorem calefacit; item Caietan. 1. p. quæſt. 79. artic. 2. §. quoad ſecundum: vbi ait intellectum ex ſe nullam habere intelligendi rationem, ſed eam conſequi ab ſpecie intelligibili, illumque ita interpretatur Bannes 1. par. quæſt. 85. art. 2. circa primam concluſ. quòd dicat, virtutem intelligendi actiuam, (quam idem Caietan. fatetur) non eſſe in intellectu niſi inchoatiuè, id eſt radicaliter ſeu virtualiter. Nihilominus veram & formalem virtutem actiuam ad cognitiones, intellectui tribuit communis philoſophorum & theologorum ſchola, vt docet Fonſeca 1. metap. cap. 2. quæſtione 3. ſect 6. §. præterea; Conimbr. lib. 2. de anima cap. 6. quæſtione 2. artic. 3. Tolet. ibidem cap. 5. quæſt. 12. Suar. lib. 2. de Deo Trino & vno cap. 11. numero 20. ad finem & tom. 1. in 3. par. diſput. 29. ſect. 2. Sancin. lib. 12. metap. quæſtione 59. §. quantum ad ſecundum; Vaſquez 1. p. diſput. 43. cap. 4. numero 10. Banues 1. p. quæſtione 78. artic. 3. dubit. 1. Tada 2. p. controuerſ. 8. artic. 1. & alij ab his relati, & omiſſis aliis rationibus hæc rem conuincit, quia intelligere eſt vitalis operatio, & vita accidentalis : ergo ab anima mediante ſua potentia vitali neceſſario proficiſcitur: iuxta philoſophum. 2. de anima cap. 4. text. 37. neque hoc ſolum eſt intelligendum reſpectu intellectionem naturalium, vt aliqui falſo exiſtimarunt, credentes intellectum non influere effectiuè in cognitionem ſupernaturalem : nempè viſionem beatam, vt docuerunt Ocham. Gab. Almain. Baſſolis Adamus : Marſil. Bonau. Palud. Aliac. Richard. Maior. Durand. & alij vt referunt Suar. eodem lib. 2. citato cap. 10. numero 2. & Ægid. de præſentat. 1. 2. lib. 10. quæſtione 1. artic. 3. §. 1. Attamen D noſtram concluſionem tenent D. Thom. Ferrar. Capreol. Sotus : Molin. Bannes, Vaſq. Cumel. Valent. Peſant. Suar. Ripa & Salas, quos idem Ægid. loco citato allegat : & primo eadem ratione præcedenti probatur quæ in ſequenti concluſione magis confirmabitur. Secundo non repugnat potentiam naturalem eleuatam à Deo elicere effectiuè actum vitalem, & ſupernaturalem : ergo de facto ita producitur aſſenſus fidei : antecedens probo ex Tridentino ſeſſ. 6. cap. 5. & can. 4. vbi de ſupernaturali actu contritionis, vel charitatis ſtatuitur, voluntatem nō habere ſe tantum paſſiuè ad hos actus, ſed diuinæ gratiæ adiuuanti cooperari : ſi ergo voluntas in ſupernaturalem actum influit effectiuè, non eſt cur in ſuum actum ſupernaturalem intellectus etiam non influat influxu effectiuo. Tertio quia aſſenſus ſupernaturalis eſt cognitio iudicatiua, quæ vel in

actione immanenti conſiſtit vel illam neceſſario prærequirit, iuxta diuerſum philoſophandi modum, & in vtroque oportet, vt intellectus agat.

2. Secunda Concluſio. Iſte influxus effectiuus proxime, & immediatè ab intellectu procedit, non verò remotè mediaote habitu ſupernaturali: hæc eſt contra Bannes 1. part. quæſtione 12. artic. 5. dub. 2. ad 5. Aluares de auxiliis diſput. 64. & 65. Cabrera 3. p. qoæſtione 9. artic. 2. diſput. 4. §. 4. & 6. Nauarret. controuerſ. 77. §. 4. & 6. Peſant. 1. par. q. 12. art. 6. diſp. 1. Sot. in 4. diſt. 49. q. 3. art. 2. §. *Crediderim tamen*: & alios Thomiſtas, exiſtimantes actum ſupernaturalem immediatè produci à ſolo habitu vel auxilio ſopernaturali tanquàm à principio formali, & proximo influxus effectiui, itaut potentia non influat ſua virtute immediatè, ſed ſolum mediante habitu, vel auxilio: exemplum afferunt aquæ calidæ producentis caleſactionem mediante calore. Defenditur tamen aſſertio à Theologis cõmuniter. Molin. 1. p. q. 12. diſp. 1. 2. & 3. item in concord. diſp. 36. §. Eis ita conſtitutis. Suar. ſæpè præſertim de grat. p. 3. lib. 6. cap. 5. n. 2. Valent. t. 2. diſp. 8. quæſt. 3. punct. 3. Vaſq. 1. p. quæſt. 3. cap. & diſput. 176. cap. Staplat. 4. de grat. & lib. arbitr. cap. 12. Bellarmin. lib. 6. de gratia cap. 15. Herrer. tom. 1. diſp. 1. quæſt. 3. Arragon. 2. 2. q. 28. artic. 1. Camerac. 1. de gratia & lib. arb. c. 8. Ægid. Coninc. de moralitat. actu. ſupernat. diſp. 5. dub. 5. o. 47. Becan. de attribut. diuin. c. 9. q. 3. n. 5. Albertin. ex 1. principio q. 1. dub. 3. n. 19. probatur primo patres, & Concilia requirunt gratiam excitautem & adiuuantem ad aſſenſum fidei eliciendum: ſed per excitaotem præuenitur potentia per adiuuantem, quæ cooperans dicitur, diuini auxilij conſortium & concomitantiam requirit: ergo æque immediatè cum habitu, vel auxilio influit in actum: Minor probatur ex ſacra pagina ſapient. 9. *Mitte eam de cœlis ſanctis ſuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret*: item 1. *Corint.* 15. *Abundantius illis omnibus laboraui, non ego* (videlicet ſolus) *ſed gratia Dei meum*: Vbi notandum eſt illud verbum, mecum quod manifeſtè oſtendit conſortium influxus, vt vltra alios patres elegãter expoſuit Bernard. de grat. & libero arb. prope finem. *Non autem ego ait, ſed gratia Dei mecum: potuit dicere per me: ſed quia minus erat, maluit dicere mecum; præſumens, ſe non ſolum operis eſſe miniſtrum per affectum, ſed etiam operantis quodammodo ſocium per conſenſum.* Secundo ſi potentia ita concurreret mediante habitu ſicut aqua calida mediante calore calefacit, haberet ſe ad actum ſupernaturalem paſſiue tantum: ſed hæc ſententia damnata eſt à Tridentino ſeſſio. 6. cap. 5. & canon. 4. ergo: maior probatur quia potentia haberet ſe mere materialiter, nam aqoa in tantum calefacit in quantum ſuſtentat calorem, quod eſt immediatum calefaciendi principium.

3. Negat illationem maioris Alu. diſput. 64. citatã nu. 5. & aſſignat duo diſcrimina iotet aquam calidam calefacientem, & potentiam influentem remotè & mediatè ad actum ſu-
A pernaturalem: primum, quia aqua ex ſe nullam habet vim etiam radicalem, & remotè ad producendum calorem: ſicut potentia habet virtutem ad producendum actum ſupernaturalem, non pruximam, & formalem immediatè, ſed radicalem. Secundum quod aqua non eleuatur ad producendam calefactionem intra latitudinem ſuæ actiuitatis, & obiecti; ſicut potentia eleuatur ad producendum actum intra fines ſui obiecti: ſed contra primum diſcrimen ſic vrgeo: vel illa virtus radicalis, & remota, quæ dicitur eſſe in potentia, nõ in aqua: eſt principium formale per ſe actus ſupernaturalis vel non; ſi primũ, ſequitur contra dictam ſententiam manifeſta contradictio, ipſi enim dicunt habitum ſupernaturalem, & auxilium eſſe totum principium formale actus ſupernaturalis, quia ad hunc nihil actiuitatis conferre poteſt potentia naturalis ſi detur 2. ergo poten-
B tia ſolum eſt materiale ſuſtentatiuum, quod mere paſſiuè ſe habet reſpectu actus producti à principio formali ſuſtentato. Deinde contra ſecundum diſcrimen ſic arguo: ideo potentia eleuatur intra latitudinem ſuæ actiuitatis, & obiecti quia adiuta habitu, vel auxilio ſupernaturali influere poteſt in actum, nam alioqui ſi nihil agat, neque ſit operandi principium actiuum, non eleuatur ad agendum, vel ergo agit ſimul cum habitu vel non; ſi primum, babemus intentum, & ipſi ſibi contradicunt, dum habitum eſſe totale principium agendi formale, & immediatum affirmant, ſi
C non agit, contradicitur Canoni 4. citato Trident. Reſpondet rurſus Alua. diſp. 85. n. 2. 5. & 7. potentiam effectiuè influere in actum, at nõ immediatè: ſed Deum efficere conatum illius, quo in actum influit mediante babitu, ſeu auxilio: ita vt conatus potentiæ diſtinctus non ſit à conatu diuinæ gratiæ & hoc adducit exemplum: Nam pater, & filius producuot ſpiritum ſanctum, & tamen id faciunt non vt duæ partiales cauſæ, ſed, vt vnum principium ſpiratiuum & mediante vno formali principio producendi, quod eſt eſſentia patri, & filio communis: ergo ſimiliter potentiã, & habitus ſeu auxilium efficient eundem conatum, cum hoc tamen diſcrimine, vt potentia illum faciat radicaliter, & habitus vel auxilium formaliter. Verum bæc ſolutio principium petit, & exemplum contra autorem facit: petit prin-
D cipium, quia iam ſupra ipſe vrgebatur, vt diceret, an ageret potentia vel non, & an aliquo modo formale agendi principium per ſe eſſet: nunc dicit conatum habitus ſeu auxilij eſſe eundem, ac conatum potentiæ: ergo potentia agit: Nam quod babitus agat conatum io potentia, non eſt potentiam agere per ſe, ſed per habitum, & hoc modo etiam per calorem aqua calefacit, quod oon tollit merè paſſiuè ſe habere aquam reſpectu influxus caléfaciendi: exemplum à nobis ſtat: Nam Pater non ſpirat ſpiritum ſanctum mediaote filio, neque è cootra, quaſi vna perſona mediante alia ſpirat, ſed vtraque perſona immediatè ſpiritum ſanctum producit Alua. verò & alij Thomiſtę volunt, vt potentia mediante habitu producat actum: nos verò dicimus poteotiam, & habitum ſimul immediatè in actum ſupernaturalem

naturalem effectiuè influere non tanquam vnum principium agendi, ſicut Pater & Filius, qui cum habeant eandem eſſentiam, & voluntatem & eamdem relationem ſpirationis actiuę, dici non poſſunt influere per diuerſa ſpiraudi principia. At potentia, & habitus ſunt duo principia realiter diſtincta, & vnum quodque ſuam actiuitatem diſtinctam ſortitur, quamuis in reali actione, & influxu coniungantur ad efficiendum eundem actum ſupernaturalem, & in boc parili influendi concurſu potentia eleuari rectè intelligitur ad actum ſupernaturalem producendum: vnitur enim vtrumque principium eadem producendi cauſalitate, ſeu actione.

4. Tertio aſſenſus fidei eſt operatio vitalis: ergo procedere debet effectiuè à principio vitali; ſed habitus, vel auxilium non eſt principiũ vitale, vt patet: etenim vitale principium aut eſt ipſa anima, aut aliqua potentia ab illa emanans qualis non eſt babitus: ergo ſolus habitus, vel auxilium nõ eſt totum principium formale aſſenſus ſupernaturalis: primũ antecedens tradit Ariſtotel. 2. de anima c. 1. & 2. & 1. Politic. c. 3. vbi vitam accidentalem in operatione vitalis principij conſtituit: prima conſequentia probatur, quia operari per formã extrinſecus aduenientem non excedit modum agendi rerum inanimatam: vt probatur exemplo adducto aquæ calidæ: & ratio eſt quia recipere formam extrinſecus immiſſam non eſt actus vitæ: neque operationem, ſeu efficientiam recipientis requirit: vt ergo viuat accidentaliter recipiens principium vitale, oportet; vt agat, neque ſufficit recipere formã actiuam: confirmatur quia hac ratione impugnatur ſententia aliquorum philoſophorum aſſerentium ad viſionem, verbi gratia, concurrere ſolã ſpeciem effectiuè, quia iam viſio non eſſet actio vitalis, ſeu vita accidentalis: Ideoque oportere, vt potentia videndi ſimul cum ſpecie partialitate cauſæ non tamen partialitate effectus ad eamdem viſionem immediatè effluxũ haberẽt effectiuum. Reſp. Aluares duplex eſſe principiũ vitale: alterum proximum, alterum remotum, & ſimiliter in actu ſupernaturali duplicem vitalitatem reperiri alteram proximam, alteram remotam: proximum principiũ, & formale actus vitalis dicit eſſe babitũ, & ab hoc accipi vitalitatem proximam; remotum verò & radicale eſſe potentiam & ab hac remotam ſimiliter vitalitatem actui cõmunicari: ſed contra primo, quia illæ duæ vitalitates in actu vel ſunt duo actus, vel duo reſpectus ad duo principia in eodem actu ſola ratione diſtincti, ſicut actio cauſę ſecundæ in aliquo naturali effectu coniuncta eſt cum actione & influxu cauſæ primæ à parte rei: primum dici non poteſt iuxta euſdem authoris opinionẽ, qui eundem conatum potentiæ ab habitu effici aſſeuerat: ſi detur 2. iam idem actus dependet non modo ab habitu, ſed etiã à potentia immediatè. Nam potentia non conſeruat habitum effectiuè, vt effectus ab habitu dependens immediatè, à potentia remotè dicatur pendere, ergo ſi ab illa dependet actus quoad vitalitatem effectiuè, neceſſe eſt, vt pendeat immediatè: Nam cauſa eſt cauſa cauſatẽ in eodẽ genere, in quo cauſat habitũ, ergo vel ſolum materialiter cauſat actum, vel ſi cauſat effectiuè actum procedentẽ ab habitu, hoc non facit remotè cauſando habitũ ſed proximè influendo ſimul cũ habitu in actũ. Secundo illa vitalitas remota, quæ à potentia cauſatur in actu ſupernaturali, eſt aliquid, nam denominat actum realiter vitalẽ remotè: vel ergo hoc eſt aliquid naturale, vel ſupernaturale: non primum quia actus ſimplex ſupernaturalis in entitate totus eſt ſupernaturalis: ſi eſt ſupernaturale, ergo virtus illa potentię effectiuè influens in actum, poteſt efficere aliquid ſupernaturale in actu, à quo ipſe denominetur vitalis remote, vt ipſe auctor dicit: ergo ipſe etiam tenetur concedere potentiam per ſuam virtutem ſiue naturalem, ſiue obedientialem aliquid efficere ſupernaturale in actu, quod eſt totum incommodum, quod contra noſtram ſententiam adducit & vt illud euitaret in multo maiora incidit, neque hoc effugit: venio ad 3. difficultatem.

5. Tertia Concluſio: Intellectus non concurrit ad aſſenſum fidei, vt virtus actiua eſt purè naturalis etiam inchoata, ſeu incõpleta, ſed vt obedientialis: eſt contra aliquos graues Theologos præſertim recentiores quos referunt & ſequuntur Molina 1. p. q. 12. art. 6. diſp. 2. Valent. tom. 2. diſp. 1. q. 5. punct. 3. §. Quæ doctrina, Vaſq. 1. p. diſp. 43. c. 4. & 176. c. 5. n. 25. & ſeq. Ægid. de præſentat. 12. lib, 10. q. 3. art. 4. §. 2. defenditur tamen à D. Thom. io 3. diſt. 23. q. 1. art. 4. ſequela 3. in corpore, vbi poſtquam dixit in omnibus quæ ſunt propter finem, dari inclinationem ad illum, & quamdam finis inchoationem addit: *Finis autem ad quem diuina largitas hominem ordinauit, vel prædeſtinauit, ſcilicet fruitio ſui ipſius, eſt omnino ſupra facultatem naturæ creatæ eleuatus*: in quibus verbis notandum eſt illud *omnino*, quod de induſtria additum videtur, vt omnem virtutem naturalem etiam inchoatã negaret, reſpectu viſionis beatæ intellectui creato: & eadem eſt ratio de aſſenſu fidei ſupernaturali: eandem ſententiam tenet Fonſec. 9. Metap. c. 1. q. 4. ſect. 3. §. Præterea Ledeſma de diuin. perfect. q. 8. art. 8. §. 2. *pars huius dicti*: Cabreca tom. 1. in 3. p. q. 9. art. 2. diſp. 4. concl. 2. Nauarrete controuerſ. 37. §. 4. concluſ. 8. Herice 1. p. diſp. 45. c. 4. n. 66. & diſp. 46. n. 22. & alij quos ipſi referunt, omniũ tamen luculẽtius & clarius Suar. multis in locis præſertim de Deo Trino & tract. 1. lib. 2. c. 10. n. 14. & tom. 1. in 3. partem diſp. 31. ſect. 6. in ſolutione primi & 4. argumenti & lib. 3. de auxil. c. 15. n. 20. antequam probetur, duo aduertẽda ſunt: primum eſt, nos libenter concedere intellectum per ſuam entitatem propriam, & natiuam, vt eſt vitale intelligendi principium concurrere ad actum ſupernaturalem; non tamen vt potentia naturalis influit in illum actum, ſed, vt obedientialis, quomodo etiam loquitur Vaſq. 1. 2. diſput. 21. numero 10. Nam licet admittat inchoatam virtutem ſeu potentiam ad videndum Deum, aſſerit illam non dici naturalem potentiam, quia hæc denominatur ab effectu naturali ad quem ſolum dicit intrinſecam habitudinem, ſed obedientialem ab omnibus dici in quo magis accedit ad doctrinam noſtræ Concluſionis. Secundum aduertendum eſt Potentiam obedientialem vitalem in eo di-

ſtingui à non vitali, quod vitalis certos habeat effectus vitaliter producendos, ad quos limitatur; nempe actus ſibi proportionatos nō naturaliter, ſed obedientialiter intra ſui obiecti ſupernaturalis limites. v. g. intellectus habet potentiam vitalem obedientialem ad producendos actus cognitionis ſupernaturalis in entitate, non autem actus volitionis: & voluntas hos poteſt producere, non illos. At potentia obedientialis non vitalis non limitatur ad certos effectus; ſed omnes qui non inuoluant contradictionem, quamuis ſint diuerſi generis reſpicit: nunquam tamen admittimus in potentia naturali vitali poſitiuam habitudinem tranſcendentalem ad actus proportionatos potentiæ eleuatæ ſupernaturaliter, ſed ſolum non repugnantiam in ipſius potentiæ entitate fundatam: ratio eſt quia iſta poſitiua habitudo non diſtinguitur à parte rei ab entitate potentiæ, illiuſque inclinatione naturali: ergo ſi hęc admittatur, iam neceſſario concedenda eſt inclinatio naturalis ad actus ſupernaturales, nil enim magis eſt naturale enti, quam ſuamet intrinſeca, & formalis ratio, quam appellamus ipſius naturam.

6. Hinc iam probatur concluſio, primo: intellectus nullam habet virtutem ſeu actiuitatem naturalem, per quam concurrat ad actus ſupernaturales in entitate, ſed aſſenſus fidei eſt in entitate ſupernaturalis, ergo non concurrit, prout eſt virtus ſeu actiuitas naturalis etiam inchoata ad aſſenſum fidei: probatur maior: intellectus actiuitas naturalis improportionata eſt naturaliter omni actui ſupernaturali, nam ad nullum naturaliter per ſuam intrinſecam inclinationem ordinatur; ſed tota naturalis inclinatio eſt ad naturales actus: ergo ſi in hac naturali actiuitate, & virtute ſiſtamus illa de re omnino inſufficiens eſt, & nulla ſecundum totum ſuum eſſe comparata cum actu ſupernaturali: reſponderi ſolet, intellectum habere actiuitatem naturalem inchoatam, & proportionatam incomplete ad actum ſupernaturalem fidei ſecundum rationem genericam aſſenſus vitalis, quamuis non habeat proportionatam actiuitatem ſecundum rationem ſpecificam, quatenus talis eſt aſſenſus videlicet fidei ſupernaturalis: ſed contra: Potentia naturalis non comparatur cum actu, vel obiecto ſecundum rationem genericam, neque in ſuum actum influit, niſi vt in certa ſpecie conſtitutum: Nam hæc non eſt potentia abſtrahens à naturali, & ſupernaturali, ſed in certa ſpecie naturalis potentiæ ad certæ ſpeciei actus inclinata: ergo non fertur in intellectionem abſtrahentem à naturali, & ſupernaturali, ſed determinatè ad naturales cognitiones certam & determinatā habet actiuitatē naturalem, quæ cōparata cum ſupernaturali, eſt inſufficiens vt docet D. Thom. 1. par. q. 12. artic. 1. & 5. item lib. 3. contra Gentes cap. 53. in 4. ratione.

7. Secundo intellectus concurrit ad aſſenſum fidei diuinæ, vt potentia obedientialis eſt, ergo non concurrit per virtutem incompletam naturalem: antecedens ſimpliciter admittunt aduerſarij: immo Vaſq. in loco proximè citato ait neminem concedere eſſe in homine potentiam naturalem ad videndum Deum, & ſimiliter diceret ad credendum Deo ſupernaturali actu: conſequentia ſuadetur, quia potentia reſpectu eiuſdem effectus non eſt naturalis & obedientialis; nam hæ potentiæ, dicunt diuerſas habitudines reſpectu eiuſdem effectus repugnantes: etenim potentia naturalis dicit intrinſecam habitudinem ad effectum ſibi connaturalem, at obedientialis etiam vitalis talem inclinationem ſeu habitudinem non admittit, ſed ſolum habitudinem obedientialis potentię vitaliter operantis & cum agente ſupernaturali concurrentis, cui talis potentia ſubordinatur, ſicut aqua aſſumitur vt inſtrumentum ad actus ſuper ſuas vires producendos, nempe gratiam. Reſpondetur, hanc potētiam partim eſſe naturalem, partim obedientialem; naturalem, quatenus virtute ſua natiua concurrit vitaliter ad omnes intellectiones, & ſpecificatur ab ente abſtrahente à naturali: obedientialem, quatenus incompleta eſt reſpectu ſupernaturalium actuum, & indiget adiutorio, & complemento ſuperioris ordinis: addit Ægid. de præſentat. citatus n. 44. eſſe naturalē, vt reſpicit agens naturale, cuius ope, & actione intelligit naturalia, eſſe obedientialem, vt reſpicit agens ſupernaturale, cuius imperio ſubiicitur, & cuius ope intelligit ſupernaturalia: hæc tamen ſolutio vel repugnantiam inuoluit; vel in re nobiſcum ſentit & ſolum facit quæſtionem de vocabulo, quod ſic oſtendo: Nam in primis in eadem potentia reſpectu eiuſdē effectus admittit habitudines repugnātes potentiæ naturalis, & obedientialis. Secundo ſi intellectus conſideratur, vt potentia vitalis indifferens ad omnes intellectiones, ſiue naturales ſint, ſiue ſupernaturales, ſecundùm rationē genericam, non rectè dicitur potentia incompleta ſeu inchoata; neque obedientialis, ſed completa, & perfecta naturalis, quia ratio aſſenſus vitalis generica perfecta eſt, & cōpleta in ſupernaturali aſſenſu, ad quam intellectus eſt potentia completa, & naturalis: hoc enim modo conſideratur vt inſtrumentum animę in ſua ratione perfectum & vt principalis cauſa, non vero vt inſtrumentum Dei obedientiale. Tertio quia complementum habitus infuſi quo indiget intellectus oſtendit illū non concurrere per virtutem naturalem, ſed obedientialē, quia potentia naturalis vel nulla eſt, vel adæquata eſt inclinatio, & tranſcendens reſpectus ad ſuos actus: natura enim non dat vim ſeu potentiam inchoatam, & imperfectam ad aliquē effectum ſed in ſuo genere perfectam cōparatione illorum, ad quos inclinatur: Nam alias ſi potētia, comparata cum ratione generica eſt naturalis, & incompleta reſpectu ſpecierū, in quibus illa ratio inuenitur, ſane aqua per ſuum frigus eſſet potentia naturalis incōpleta ad producendum gratiam: Nam eſt potentia naturalis ad producendum frigus, in quo reperitur ratio qualitatis, quæ gratiæ & frigori communis eſt: ergo aqua per actiuitatem naturalem ſui frigoris produceret gratiam in baptiſmo: quod tamen aduerſarij non admittunt.

Hanc eandem repugnantiam colligo manifeſtè ex propoſitionibus Ægidij citati, niſi verbis ſolum contendere velit, & ſine cauſa Suarium refutare, quod vt oſtendam nota hanc authorem aſſerere quatuor modis dici hanc potentiam naturalem; verbi gratia intellectum 8.

primo

primo quia eſt congenitus animæ. 2. quia eſt ordinis naturalis. 3. quia emanat tanquam proprietas, ab anima. quarto & vltimo quia ad actum per vires agentis naturalis poteſt reduci & in hoc ſenſu diſtinguitur à potentia obedientiali, quæ reſpicit & vires & actiuitatem agentis ſupernaturalis: ita Ægidius n. 4. art. tertij citati. Deinde in §. 3. ſequenti ponit diuerſas propoſitiones, & in tribus prioribus dicit: intellectum concurrere ad viſionem beatam, vt potentia eſt naturalis tribus modis 1. 2. & 3. Deinde in quarta propoſitione ait, *Virtus iſta intellectus eſt eadem, quæ & naturalis eſt, & obedientialis ſub alia, & alia ratione naturalis vt reſpicit agens naturale, cuius actione, & ope intelligit naturalia: obedientialis verò, vt reſpicit agens ſupernaturale, cuius imperio ſubijcitur, & cuius actione, & ope ſupernaturalia intelligit*: hanc propoſitionem ait, vno excepto Suario, ab omnibus recipi. Verùm auctor in hac propoſitione & cum Suario conſentit & ad illius ſententiam omnes adducit dum pro illa omnes refert: Nam Suar. non dubitat intellectum illis tribus modis acceptum ſpecificatiuè influere in effectum ſupernaturalem, quia ab entitate illius potentiæ, quæ eſt congenita animæ ordinis naturalis, & ab anima emanans egreditur actio vitalis ſupernaturalis: & ſolum dicit non egredi ab illa quatenus naturalis eſt potentia, ſed vt obedientialis, quod hic autor fatetur in hac quarta propoſitione & in 6. Nam, vt ipſe dicit, potentia hæc, vt confertur cum agente primo ſupernaturaliter operante, cuius imperio ſubijcitur, & cuius actione intelligit ſupernaturalia, naturalis non eſt, ſed obedientialis. Noſtra quæſtio iam inuoluit comparationem potentiæ cum actu, ex obiecto ſupernaturali, & cum ſubordinatione ad Deum vt agens eſt ſupernaturale, & de illa ſic accepta dicimus non eſſe naturalem ſed obedientialem: ſi ergo hoc ſolum voluerit autor, conuenit cum Suar. quia tamen in propoſitione 9. & 10. plus aliquid vult, nempe intellectum ſupernaturaliter influere in viſione Dei ex ſua natura, & per vires ſuas naturales, vt naturales ſunt, merito à ſua ſententia Suarium excepit, quia illa meo iudicio non conſtat ſibi: Nam intellectus eleuatus non reducitur ad actum actione agentis naturalis, neque reſpicit obiectum naturale, ſed ſupernaturale, neque ſubordinatur primo agenti naturaliter, ſed ſupernaturaliter operanti: ſed ipſe in 4. proproſitione & in 6. ait intellectum, vt eſt naturalis 4. modo, non influere in viſionem beatam: ergo ſimpliciter cum hoc effectu ſupernaturali comparata potentia eleuata per vires ſuas naturales in illum non influit neque vt potentia naturalis, ſed vt obedientialis concurrere cenſetur.

9. Obijcies primo, D. Thomam variis in locis citatum ab eodem authore n. 25. aſſerentem virtutem naturalem noſtri intellectus non eſſe ſufficientem niſi augeatur ei virtus, vel Deus per ſuam gratiam ſe coniungat potentiæ ſupernaturaliter operanti: ergo ſignificat in potentia eſſe aliquam virtutem naturalem reſpectu viſionis. Secundo D. Auguſt. de prędeſtin. ſanctorum c. 5. in fine ait. *Poſſe habere fidem* A *quemadmodum poſſe habere charitatem, naturæ eſt hominis*: ergo ſignificat in homine eſſe potentiam naturalem ad habendam fidem non completam, ergo inchoatam. Reſp. ad primum, negando conſequentiam, quia D. Thom. nunquam huius inchoatæ potentiæ naturalis meminit, ſed ſemper ſimpliciter talem potentiam negauit, & illam omnino excluſit, vt in loco ſupracitato vidimus, & ita illum interpretantur magis cõmuniter Thomiſtæ. Ad 2. Reſp. D. Auguſtin. in eo loco nihil aliud velle, quam liberi arbitrij poteſtatem inculcare, quæ potentia naturalis eſt, quæ poſita gratia excitante, & omnibus requiſitis ad agendum agere & non agere, ſeu agere oppoſitum poteſt: & B quamuis voluntas ad non recipiendam fidem operetur, vt potentia naturalis, quando tamen per pium voluntatis affectum imperat aſſenſum intellectui, operatur illa eadem voluntas, ſed non vt naturalis, ſed vt obedientialis potentia, quia non inclinatur naturaliter ad actum ſupernaturalem, qualis eſt iſte affectus, vt dicemus ſection. vlt. immo etiam idem author iuxta 4. propoſitionem idem tenetur dicere; quia voluntas in exercitio illius actus ſubordinatur agenti ſupernaturali, & per actum quem elicit fertur in obiectum ſupernaturale quare non vt naturalis, ſed vt obedientialis potentia operatur. Vnde etiam ſoluitur efficacius argumentum quod pro oppoſita ſententia adducitur, (alia enim vt minoris mo- C menti non curo) intellectus concurrit, vt principium vitale, ſed vt tale eſt potentia naturalis: ergo vt potentia naturalis influit in actus ſupernaturales. Reſpondeo enim diſtinguendo minorem, nam principium vitale comparatum cum actibus quibus poſitiuè proportionatum eſt, quia ad illos habitudine tranſcendentali refertur, eſt naturalis potẽtia: comparatum verò cum actibus ſupernaturalibus quoad ſubſtantiam, quibus ſolum proportionatur negatiuè per non repugnantiam, vt cum ſupernaturali agente eleuatum concurrat, tunc eſt obedientialis, quia poſitiuè non ordinatur ad eos actus ſupernaturales, neque ei debentur connaturaliter neceſſaria ad illos producendos; Nam verbi gratia in- D tellectui connaturales ſunt ſpecies ad cognitiones naturales, & concurſus Dei; non tamen ad cognitiones ſupernaturales, ſed ſolum ſi Deus velit vti ea potentia ad cognitiones ſupernaturales ipſius, quibus ſolum negatiuè proportionatur, potentia non repugnabit, ſed obediet Deo; vnde obedientialis nõ naturalis eſt potentia: Nam intellectus reſpectu obiecti naturalis eſt potentia naturalis & reſpectu ſupernaturalis, obedientialis cenſetur, & ſicut ad ſupernaturale alterius generis intellectus ferri nequit, verbi gratia extra intelligibile, ita quatenus naturalis extra intelligibile naturale non egreditur. Vnde colliges principium vitale limitari ad certos affectus vitaliter producendos, qui participant eamdem rationem potentiæ ſpecificatiuam communem ad naturale, & ſupernaturale, vt reſpectu intellectus eſt verum, vel ens intelligibile, reſpectu voluntatis, bonum ſeu ens volibile. Vnde prouenit quod neque viſus, neque voluntas

vitaliter producere poſſunt aſſenſum fidei.

11. Dices: potentia mere obedientialis, non eſt magis determinata ad hunc quàm ad illum effectum, ergo ſi intellectus reſpectu aſſenſus fidei eſt potentia purè obedientialis, ad certos effectus limitari non debet: probatur antecedens, quia illa limitatio ad certos effectus iam inuoluit aliquam correſpondentiam & proportionem cum illis potius quàm cum aliis: verbi gratia, intellectus cum cognitionibus proportionatur, voluntas cum volitionibus; ergo illa proportio eſt propenſio naturalis, non obedientialis purè. Reſpondeo diſtinguendo antecedens de potentia obedientiali vitali, & non vitali: etenim obedientialis vitalis reſpectu effectuum ſupernaturalium, qui ſunt actus vitales, & vitali modo producendi proportionem requirit non poſitiuam, ſed negatiuam: ad quam non ſatis eſt, quod effectus abſolutè ſit poſſibilis; ſed vt poſſibilis ſit vitali modō eſſentiæ potentiæ accomodato: Nam entitas, & natura potentiæ vitalis non tollitur per obedientialem potentiam, ſed in ea fundatur illa non repugnantia ad alios actus, qui licet tranſiliant limites ſui obiecti naturalis & ſuæ inclinationis poſitiuæ, non egrediuntur fines obiecti ſupernaturalis participantis illam rationem à qua potentia ſpecificatur: neque hinc ſequitur concurrere potentiam verbi gratia intellectum ad aſſenſum fidei per virtutem naturalem inchoatam: Nam diuerſo modo ſe habent in connaturalitate ſui concurſus intellectus, & habitus infuſus reſpectu aſſenſus ſupernaturalis, vt patet, nam intellectus ideo eleuatur ab habitu quia non eſt proportionatus actui ſupernaturali, ſicut eſt habitus: & tamen habitus licet ſit connaturale principium non eſt per ſe completum, & ſufficiens, ergo intellectus non ſolum non eſt incompletum principium, ſed neque connaturale reſpectu illius aſſenſus: alioqui intellectus, & habitus eſſent duæ concauſæ principales, & actus iam non eſſent ſupernaturales, ſed habitus tanquam ſecundum connaturale principium deberetur potentiæ tamquam illarum perfectiuum complementumque naturale ad tales actus ad quos potentia ſaltem incompletè poſitiuè ordinaretur. Confirmatur, nam ſpecies Angelorum debentur illorum potentiis tanquam complementa neceſſaria ad intelligendum res naturales: & ratio cur debentur eſt, quia intellectus Angeli eſt principium naturaliter & poſitiuè ordinatum ad intellectiones rerum naturalium, quod quia abſolutè completum non eſt, ideo ſpecies quæ ſunt complementa requiruntur: ergo ſimiliter ſi intellectus eſt potentia naturalis incompleta reſpectu aſſenſus ſupernaturalis, ei debebitur complementum ad eliciendum aſſenſum ſupernaturalem, ad quem naturaliter inclinatur: Nam ita ſe habet potentia obedientialis non vitalis, hæc enim eſt non repugnantia fundata in entitate creaturæ vt aſſumatur à Deo, vt inſtrumentum obedientiale ad quod ſatis eſt, quod effectus ſit poſſibilis, quamuis vitali modo non fiat, neque per illum actum iuuat principium, quod eſt potentia obedientialis non vitalis.

De 4. Difficultate ſit,

Quarta Concluſio. Intellectus eſt cauſa inſtrumentalis reſpectu aſſenſus fidei, idemque dicendum de qualibet potentia vitali reſpectu actus ſupernaturalis cum quo dixi habere proportionem negatiuam: hæc Concluſio eſt Palud. in 4. diſt. 49. quæſt. 1. nn. 42. Medin. 1. 2. quæſt. 3. artic. 2. dub. 1. ad 7. Suar. tom. 1. in 3. part. diſput. 31. ſect. 6. in ſolutione 4. argument. & de Deo Trino tract. 1. lib. 2. cap. 11. numero 14. & multo fuſius tom. 3. de gratia lib. 6. cap. 6. & 7. Vaſq. 1. diſput. 46. cap. 2. numero 7. §. Ex dictis & diſput. 47. cap. 6. numero 38. Albertin. ex 2. princip. quæſt. 6. numero 5. licet ſit contra alios quos refert & ſequitur Salas 1. 2. tract. 2. diſput. 5. item Ægid. de præſent. 1. 2. tom. 2. lib. 10. quæſt. 3. artic. 5. numero 8. qui docent intellectum reſpectu horum actuum cauſam eſſe principalem cum quibus etiam ſentit Henrice 1. par. diſput. 46. numero 18. Aſrubal. 1. p. diſput. 19. cap. 7. Alij quorum meminere Ægid. & Henrice ſub vna conſideratione dicunt intellectum eſſe inſtrumentum reſpectu viſionis beatæ: ſub alia eſſe cauſam effectui proportionatam, & principalem. Antequam probetur concluſio duo aduertenda ſunt. Primum eſt, minus conſequenter loquutos fuiſſe Caietan. Bannes & alios 2. 2. quæſt. 23. art. 2. item Cumel. & Albelda 1. p. quæſt. 12. art. 5. item Aluares lib. 7. de auxiliis diſp. 68. dum affirmarunt potentias noſtras eſſe cauſas principales actuum ſupernaturalium: Nam cum ipſi negent his potentiis proximum influxum in actus ſupernaturales, & mediantibus auxiliis, ſeu habitibus ad actus hos concurrere dicant, abſque fundamento cauſas appellant principales: hæc enim duo non cohærent, quia omnis cauſa principalis agit propria, & proxima virtute, per quam ſe mouet, non verò virtute deriuata ab alia cauſa: & hinc eſt quod nequeant hi auctores explicare, quem influxum cauſæ principalis habeant hæ potentiæ, vnde eorum rationes ſolum concludunt rationem cauſæ inſtrumentalis, vt & ipſis patet. Secundum quod noto, eſt hanc quæſtionem inter omnes noſtræ ſocietatis ſcriptores non eſſe de nomine, vt exiſtimauit Henrice citatus, niſi inter illum & nos, ac reliquos qui nullam virtutem naturalem, etiam incompletam his potentiis concedunt ad actus ſupernaturales: Nam qui illam naturalem virtutem concedunt inchoatam ex hoc capite dicere poſſunt eſſe cauſam principalem. Verum qui conueniunt in hoc, quod hæ potentiæ concurrant effectiuè proximè vitaliter, & vt obedientiales, non vt naturales, licet influxus ab entitate naturalitatis potentiæ egrediatur, ſi tantum differant in eo quod alij exiſtimant hoc ſufficere ad hoc, vt principium ſic influens dicatur cauſa inter principales, minus præcipua, ſed tamen principalis, alij verò ſolum inſtrumentalem appellent, quæſtio eſt de vocabulo, in quo nolo immorari: ſolum hunc poſteriorem loquendi modum eſſe potius probandum ſic oſtendo. Primo quia ita loquitur Hugo lib. 1.

de

de ſacrament. p. 6. cap. 17. *Bona voluntas inſtrumentum eſt, ſpiritus ſanctus eſt artifex*, item D. Thom. 2. 2. quæſt. 173. artic. 4. *Mouetur* ait, *mens propheta à ſpiritu ſancto ſicut inſtrumentum.* Secundo quia inſtrumentum in proprio, & rigoroſo ſenſu eſt illud, quod in effectum influit per virtutem inferioris ordinis, ſeu imperfectiorem quam ſit effectus; quomodo accidentia dicuntur inſtrumenta reſpectu ſubſtantiæ, ad cuius productionem ſaltem diſpoſitiuè concurrunt: è contra vero intellectus dicitur cauſa principalis ſuorum actuum naturalium, quia conuenit per virtutem his effectibus perfectiorem: ſed intellectus ad actus ſupernaturales non concurrit per propriam virtutem his actibus perfectiorem, ſed inferioris ordinis, & illa entitas à qua influxus ad hos actus egreditur eſt improportionata effectui, poſitiuè loquendo, & niſi eleuetur per virtutem extrinſecus aduenientem, & proportionatam ad eos effectus non concurret: ergo, &c. probatur maior, nam ad cauſam principalem non ſufficit quod effectiuè concurrat, & illius actiuitas ſit à natura inſita, ſed vt talem habeat cum effectu proportionem, vt vel æqualem, vel maiorem habeat perfectionem quàm effectus, quando enim non eſt ſic proportionata non poteſt concurrere niſi eleuata à proportiooata cauſa æqualis, vel maioris perfectionis: vnde tunc non concurret niſi vt inſtrumentum eleuantis. Tertio alia inſtrumenta phyſica effectuum ſupernaturalium per virtutem obedientialem concurrentia non ſunt cauſæ principales: verbi gratia, aqua baptiſmalis reſpectu gratiæ: ergo neque potentiæ vitales reſpectu effectuum ſupernaturalium cauſæ principales erunt: dices eſſe diuerſam rationem, quia intellectus concurrit ad actum fidei quatenus aſſenſus eſt potentiæ intellectiuæ; & ſub hac ratione continet ſuum effectum, in ſufficienti perfectione & proportione, vt cauſa principalis illius; at aqua nullam proportionem habet ad gratiam neque illam aliqua ratione continet. Verum hæc reſponſio iam proxima concluſ. impugnata eſt: etenim actus fidei eſt qualitas ſimplex & tota ſupernaturalis, cum qua nullam habet intellectus proportionem poſitiuam, neque inclinationem naturalem ad illam; Deinde aqua etiam habet aliquam virtutem naturalem vt producat ex ſe frigos, quod in ratione qualitatis vniuocè conuenit cum gratia: ergo ſi ſatis eſt continentia aliqua perfectionis, ſeu gradus generici in intellectu, vt cauſa ſit principalis aſſenſus fidei, etiam aqua erit cauſa principalis gratiæ, quod tamen ipſi aduerſarij non admittunt; & quia ex his facile ſoluuntur aliarum opiuionum fundamenta, illa prætermitto, & lectorem qui eorum ſolotiones fusè per legere deſiderat, ad Suarium citatum lib. 6. de gratia cap. 6. & 7. remitto.

12. Altera tituli pars inqoirit, qui actus procedere debent ex parte intellectus ad aſſentum fidei diuinæ. Cui difficultati reſpondetur eos in primis requiri, qui ad formandum iudicium de credibilitate myſterij credendi, neceſſarij ſunt: iam enim queſt. 1. ſect. 7. reſoluimus hoc

A iudicium ad aſſentiendum fidei exigi, & quale eſſe deberet, de propoſitione verò fidei ab Eccleſia, vel aliquo illius miniſtro dicemus quæſtione ſequenti, & an fides humana neceſſario debeat anteire diuinam. Nunc illa tantum ſupereſt dubitatio: Vtrum iudicium quod immediatè antecedit effectum voluntatis imperantis aſſenſum fidei, ſit naturale, vel ſupernaturale: Nam præter iudicium euidens de credibilitate obiecti, quod eſt ſpeculatiuum, alterum requiritur practicum, quod dictet obiectum quod reuelatum à Deo proponitur eſſe hic & nunc credendum, quæ duo iudicia aliqui authores non diſtinguunt, ſed hoc practicum cum illo ſpeculatiuo de euidentia credibilitatis, ex notis fidei deductum confuudunt, vnde quando proponunt B hanc difficultatem, loquuntur de iudicio, quo fidei: Vnde quando proponunt hanc difficultatem loquuntur de iudicio, quo fidei obiectum credibile iudicatur; & ſuper hoc diſcurrunt: vt videre eſt apud Ferrarien. Caiet. Bannes & Aragon. infra citandos: bene tamen diſtinxit hæc duo iudicia Ægid. Coniuc. de actu. ſupernatural. diſput. 13. diſp. 13. dub. 2. num. 15. item Becanus de fide cap. 8. queſt. 6. numero 3 & alij in 5. concluſ. referendi: de hoc ergo iudicio practico, quod antecedit affectum piæ affectionis, & dictat hic, & nunc eſſe credendum, eſt controuerſia ſit ne naturale an ſupernaturale? quod ſupernaturale ſit tenet Becanus citatus numero 6. cum Molin. in concord. quæſt. 14. artic. 13. diſp. 8. Vega lib. 6. in Trident. cap. 4. refertur etiam C Ferrar. 3. contra gent. cap. 40. Caietan. 2. 2. quæſtione prima artic. 4. ad 2. Baones & Aragon. ibidem: hi tamen quatuor authores non diſtinguunt illa duo iudicia neque loquuntur de hoc poſteriori iudicio, ſed de iudicio credibilitatis euidenti, quod à fide proficiſci arbitrabantur & nos quæſtione prima iam ſect. 5. impugnauimus: magis in particulari hanc ſententiam expreſſit Lorca 2. 2. diſput. 26. numero 8. ad 3. & diſput. 3. nu. 5. §. Sed indubitanter, Malder. ibidem, quæſt. 2. art. 9. dub. 4. §. Reſpondeo & obiter Henrice 1. par. diſput. 8. cap. 6. numero 17. non tamen conueniunt hi authores in habitu à quo procedat hoc iudicium ſupernaturale: Nam Becanus concluſ. 3. numero 9. diſtinguit: & ſi homo ſit fidelis dicit hoc iudicium ab habitu D fidei procedere; ſi vero ſit cathecumenus ab auxilio ſpeciali Dei prouenire, Lorca vero credit ad prudentiam iofuſam ſpectare, & ab ea procedere in iuſto, in gentili; vel in peccatore ab auxilio Dei ſupernaturali, quia in his non eſt habitus prudentiæ infuſæ.

Quinta Concluſio. Hoc iudicium practicum, & prudentiale eſt ſecundam ſubſtantiam natorale, ſecundum modum ſupernaturale: hæc eſt Gabriel. in 3. diſtinct. 24. dub. 1. Almai. ibidem dub 2. Ocham. quodlib. 4. quæſtio 10. Suar. de fide diſput. 6. ſect. 8. numero 12. vbi refert Aragon. ſed apud illum hanc opinionem non inuenio, & 2. 2. queſt. 2. artic. 9. vbi citatur ſoium, dicit hoc iudicium eſſe neceſſariom & euidens: ſupra verò quæſtione prima artic. 4. dixerat ab habitu fidei 13.

credibilitatis euidentiam habere : refertur etiam Albert. ſect. 6. numero 3. punct. 4. ſed in loco vbi de hoc agit, neque ſectiones neque puncta diſtinguit, tradidit tamen hanc ſententiam tom. 1. quæſt. 5. theologica ex 3. princ. dub. 2. numero 7. idem docet Turrian. de fide diſput. 46. dub. 5. Coninc. citatus dub. 3. numero 20. Probatur prima pars, primo quia hoc iudicium ſuppoſita diuina reuelatione obiecti credendi naturali diſcurſu euidenter deducitur ex duabus præmiſſis naturalibus: ergo eſt quoad ſubſtantiam naturarale, probatur antecedens hoc ſyllogiſmo. Id quod proponitur tanquam dictum à Deo, & euidenter demonſtratur credibile, prudenter, & honeſtè credendum eſt hic & nunc : ſed ita mihi proponuntur myſteria fidei ergo hic & nunc prudenter & honeſtè ſunt credenda: maior huius ſyllogiſmi eſt per ſe nota lumini naturali, & cum plurimum naturalis prudentiæ fines non excedit : minorem probat ipſa experientia, quæ doctrinam fidei cum miraculis quibus confirmatur, & aliis motiuis confert, & conſequentiam infert hic & nunc honeſte, & prudenter eſſe credendum. Secundo hoc iudicium ſupernaturale non eſt quoad ſubſtantiam: ergo eſt naturale: antecedens probatur, nam vel illud iudicium pertineret ad habitum fidei infuſæ, vel ad habitum prudentiæ ſupernaturalis : neutrum dici poteſt : ergo : maior continet duos modos probabiliores tuendi oppoſitam ſententiam : ſi ergo hi excluduntur, tota illius ſententiæ probabilitas corruit, quod ergo illud iudicium non ſit verus actus fidei in diuina reuelatione fundatus, ſic oſtendo, nam illud iudicium ſi eſt actus fidei, habere debet obiectum obſcurum, & cuius veritas lumini naturali noſtri intellectus non appareat; ergo eſt voluntarium, non neceſſarium, ſi quidem neceſſitari non poteſt intellectus ab obiecto cuius veritatem non videt, & quamuis videat credibilitatem, requirere debet affectum voluntatis inclinantis intellectum ad illud iudicium: ſed hic affectus voluntatis, aliud iudicium antecedens prærequirit, neque vlla ratio eſt, cur etiam ſupernaturale non ſit: ergo in infinitum procedemus in huius iudicij ſupernaturalis inueſtigatione.

14. Triplicem inuenio ad hoc argumentũ reſponſionẽ : prima eſt, hoc iudiciũ voluntarium eſſe ab eodem actu voluntatis, qui ad illud ſubſequitur, quia ſecundũ diuerſas rationes prius & poſterius voluntatis actu eſſe poteſt: ſed hoc eſt impoſſibile, primo quia ſecundum hunc philoſophandi modum nulla eſſet neceſſitas aſſignandi aliquem actum intellectus, qui actum voluntatis neceſſario præiret contra omnes theologos, & philoſophos aſſerentes nihil volitum quin præcognitum, in quo veriloquio antecedentia cognitionis ex parte intellectus ad actum voluntatis demonſtratur. Secundo nullum aſſignari poteſt inſtans naturæ, in quo ſit actus fidei & non ſit motiuè & imperatiuè à libera voluntate, ſi quidem ab euidentia rei non determinatur intellectus ad hunc aſſenſum : ergo ſub nulla conſideratione antecedere poteſt actum voluntatis : ex A alio capite nullum etiam naturæ inſtans eſt aſſignabile in quo voluntatis actus eſſe dicatur, & feratur in obiectum incognitum : ergo ſub nulla ratione actus voluntatis inclinans intellectum ad aſſenſum fidei poteſt eſſe prior actu proponente obiectum voluntati. Secundo reſpondent alij hoc iudicium non eſſe actum fidei primarium, & directum, ſed ſecundarium & indirectum, ſed non video cur indirectum & ſecundarium appellent hunc actum; cum ille de ſua natura in ipſorum opinione antecedat alios actus fidei & ad eundem habitum pertineat, eademque ratione formali diuinæ auctoritatis reuelantis fundetur; & denique in obiectum obſcurum tendat, illique aſſentiatur, eo modo quo reliquis fidei obiectis ſolet aſſentiri : Nam obiecta fi- B dei non ſolum credimus eſſe vera, ſed eſſe credenda, ſaltem aliqua de neceſſitate ſalutis explicitè & poſitiuè : & omnia reuelata implicitè, & negatiuè, id eſt ne de illorum veritate dubitetur. Magis veriſimilis eſt tertius reſpondendi modus, quem tradit Becanus citatus numero 15. ait enim illud iudicium eſſe obſcurum & certum, ad fidemque pertinere, & nihilominus dici neceſſarium, non ob euidentiam aliquam medij, vel terminorum, ſed ex influxu diuino, quia Deus illud in nobis operatur per modum gratiæ excitantis, quæ noſtram libertatem antecedit, ſed hæc ſolutio etiam admittenda non eſt, quia C mirus conformis videtur Concilijs, & Patribus, quorum teſtimonia ſine vlla limitatione ad hos vel illos actus fidei oſtendunt fidem eſſe liberam de lege ordinaria vt ſect. ſequenti dicam. Nam Concilium Tolet. 4. cap. 23. ait, *Fides debet eſſe libera*, item Auguſtin. de prædeſtin. ſanctor. cap. 2. & ſequent. de ſpiritu & lit. cap. 23. lib. 1. ad Simplician. quæſt. 2. & in Ioann. tract. 26. ſæpè repetit quod homo credere non poteſt niſi volens: & Concil. Arauſic. 2. can. 5. dixit initium fidei eſſe ipſum credulitatis affectum: ergo non eſt dicendum quod fides in nobis incipiat per aſſenſum, ſeu iudicium neceſſarium. Deinde quamuis non implicet contradictionem fieri à Deo in nobis neceſſario operantibus hunc aſſenſum, non eſt ſecundum D ordinariam Dei prouidentiam, quia hic modus determinandi, & neceſſitandi hominem ad credendum, prius quam ipſe liberè credat, neque neceſſarius eſt, neque tam conformis libertati hominis cuius ſalutem Deus poſuit in manu conſilij ſui, & voluit vt liberè intellectum ad obſequium fidei captiuaret, quod vero neceſſarius non ſit, patet, quia ſatis eſt quod gratia excitans ſit illuſtratio, & inſpiratio per modum vocantis Dei, non aſſentientis, & credentis hominis, & potius ſe habet ex parte obiecti ſub illuminatione diuina illuſtrati, quam ex parte potentiæ illi iam aſſentientis: prius, enim eſt proponi, & illuminari obiectum à Deo vocante, quam iudicari, & crêdi proprio aſſenſu fidei. Denique vel poſito tali iudicio, voluntatis effectus, ſequitur neceſſario, vel libere, ſi primum: ſane fides omnino neceſſaria erit, & nullus infidelis vocanti Deo per illud iudicium reſiſtet,

immo

immo infidelis non credendo non peccabit, A quia poſito primo aſſenſu ſequitur neceſſario affectus vt dicitur, & quando non datur non eſt ob culpam non credentis in cuius poteſtate non eſt, ſed in poteſtate Dei infundentis tale iudicium: ſi detur ſecundum ſequitur nullum infidelem reſiſtere fidei ſibi propoſitæ, quin prius iudicet eſſe credenda myſteria fidei, quod eſt contra expetientiam: ſequitur item neminem reſiſtere fidei, qui prius fidelis uon fuerit: immo quando reſiſtit per affectum liberum ſimul habet iudicium illud ſeu aſſenſum fidei, & voluntatem non credendi, vnde ſimul credit neceſſario & non vult credere libere: eſt fidelis vero actu fidei infuſæ & infidelis nolens credere Deo vocanti: at quis non videt hæc eſſe manifeſta abſurda?

Deinde quod hoc iudicium ſupernaturale B non ſpectet ad prudentiam infuſam, quod erat alter modus defendendi ſupernaturalitatem huius iudicij, ſic oſtendo: Nam hoc iudicium, ſi eſt prudentiæ infuſæ, in fide debet fundari & illam ſupponere. Vnde rationes factæ contra iudicium quod eſt aſſenſus fidei, à fortiori militant contra actum prudentiæ ſupernaturalis, nam iudicium prudentiæ etiam eſt certum practice & obſcurum, ideoque ſimpliciter eſt actus liber, & ſi quam habet neceſſitatem, tota illa pronenit ex præſuppoſitione fidei: cum ergo ante voluntatem credendi non ſupponatur aliqua propoſitio de C fide credita, neque ſupponi poteſt actus prudentiæ infuſæ: confirmatur, quia ſicut repugnat habere actum, ſeu aſſenſum theologicum antequam præcedat aliquod principium de fide creditom iu quo fundetur, ita repugnat habere actum prudentiæ infuſæ quæ ex lumine fidei oritur, & applicat doctrinam fidei ad circumſtantias particulares: reſpondent aliqui recentiores hunc actom non eſſe prudentiæ generalis infuſæ, quæ gratiam comitatur, & aliis virtutibus infuſis ſubſeruit, ſed cuiuſdam ſpecialis prudentiæ ad credendum, de cuius habitu idem docent, quod de habitu piæ affectionis comitari poſſe fidem informem: ſed ſui authores ſine fundamento duas prudentias per ſe infuſas indicant: & de hac ſpeciali prudentia redeunt eædem D difficultates, quæ de actu illius generalis procedunt: Nam eius iudicium vel eſt euidens, vel obſcurum, ſi eſt euidens, ergo ex medio extrinſeco, vel ex terminis, & conſequenter non excedit fiues luminis naturalis. Vnde neceſſarium non eſt lumen, vel auxilium ſupernaturale ad tale dictamen practicum, quod ex duplici præmiſſa euidenti deducitur, vt prima ratio oſtendit: ſi vero eſt obſcurum & practice certum, non eſt vnde circa obiectum obſcurum habeat certitudinem actus prudentiæ, niſi ex fide; & præterea determinationem voluntatis requirit, quæ intellectum ad iudicium prudentiale obſcurum determinet, quare actum voluntatis, non præcedit, ſed ab illo dirigitur. Tandem ad nollum ex donis ſpiritus ſancti pertinere poteſt hoc iudicium quia illa ſupponunt gratiam gratum facientem, & fidem nequeunt anteuertere, vt bene cum D. Thoma obſeruat Suar. citatus Numero 11.

16. Secunda pars concluſionis, probatur primo quia hoc iudicium tendit in obiectum materiale ſupernaturale, quod ſine Dei reuelatione innoteſcere nequit, vnde ex parte propoſitionis obiecti ſuperat naturæ vires, neque eſt debitus concurſus ad illud quamuis ſuppoſita reuelatione concurſus generalis ſufficiat. Secundo quia hoc iudicium ordinatur ad dirigendam voluntatem ſupernaturalem, & ſuom ſortiri non poteſt effectum ſine gratia excitante per illuminationem ex parte intellectus, & inſpirationem ex parte voluntatis, vt ſequenti concluſione oſtendam. Dices ex hoc capite videri neceſſarium iudicium ſupernaturale quia dirigit voluntatem ſupernaturalem: Nam iuxta principium à Theologis communiter receptum, & à D. Auguſtino traditum lib. de prædeſtinat. ſanct. cap. 2. *Gratia ſimpliciter neceſſaria eſt ad actum intellectus, qui voluntatem credendi antecedit*: ideoque diſtinguit cogitationem credendi, ab ipſo actu credulitatis. *Prius enim*, inquit, *cogitandum eſt quam credatur*: & de hac cogitatione exponit illud Pauli 2. Corint. 3. *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis*: cui veritati concinunt varia Conciliorum, pontificumque decreta, quale eſt illud Mileuitan. 2. Canone 4. vbi dicitur donum Dei, ſcire quid facere debeamus, & ad hunc ſenſum exponitur verſiculus Pſalm. 93. *Qui docet hominem ſcientiam*, Item Cæleſtinus primus epiſtol. 1. ad Epiſcopos Galliæ ait, *Deum ita operari in cordibus hominum, vt omnis ſancta cogitatio, pium conſilium & bona voluntas ex Dei operatione proueniat*, & alia vt infra attingemus ſectione vltima quæ idem probant de cogitatione antecedente affectum credendi, atque de ipſo affectu, quem ideo ſupernaturalem quoad ſubſtantiam eſſe dicemus, quia neceſſitas gratiæ eſt per ſe ad ſubſtantiam actus ex parte intellectus & volontatis: Nam voluntas ſequitur intellectum, & niſi intellectus ad ordinem ſupernaturalem eleuatus ſupponatur, nequit voluntas ad ſupernaturalem ordinem affectu ſuo aſcendere. Ideo enim inter virtutes theologicas præcedit fides ſupernaturalis ex parte intellectus, vt poſtea duæ ſequentes ſpes, & charitas ad eundem ordinem ſupernaturalem ſpectantes intellectum ſubſequantur: hunc nodum ſequens aſſertio diſſoluet.

17. Sexta Concluſio. Præter iudicium naturale ſupradictum, vt ſequatur pius affectus ſupernaturalis in voluntate requiritur ſupernaturalis illuminatio ſpiritus ſancti ex parte intellectus, in voluntatem per inſpirationem redondans: ita interpretandi ſunt Molin. in concordia quæſt 14. diſp. 7. in fin. & 8. in principio & Vega lib. 6. in Trident. cap. 8. quos Becanus pro ſua ſententia allegabat: idem ſequitur Suar. lib. 2. de grat. cap. 3. numero 16. & de fide loco citato numero 13. Turrian. citatus §. Aliter ergo: vbi apprehenſionem quandam ſupernaturalem in ſubſtantia cum iudicio hoc naturali coniunctam requirit, quam §. ſequenti ſpiritus ſancti illuminationem appellat. idem ſentit Coninc. numero 22. Probatur primo ex D. Thom. 2.

a. quæſt. 2. artic. 9. ad 3. vbi ſicait. *Ille qui* A *credit habet ſufficiens inductiuum ad credendum: inducitur enim authoritate diuina doctrina miraculis confirmata, & quod plus eſt interiori inſtinctu Dei inuitantis.* Secundo quia ita ſaluantur Conciliorum & Pontificum decreta citata; item Arauſic. 2. can. 5. & 7. vbi ait, hæretico falli ſpiritu tanquam dogmatibus Apoſtolicis aduerſarium qui ipſum credulitatis affectum, & Eoangelicæ veritati datum conſenſum per naturę vigorem abſque illuminatione & inſpiratione ſpiritus ſancti fieri aſſeuerat. Denique Tridentin. ſeſſio. 6. cap. 6. & can. 3. vbi ante liberum motum ad credendum præuenientem ſpiritus ſancti illuminatio requirit. Tertio quia licet iudicium illud euidens naturale haberi poſſit ex motiuis humanis, & diuinis humano modo B perceptis, & per experientiam cognitis, per naturalemque prudentiam ad particulares circumſtantias applicatis, tamen propter humani ingenij inconſtantiam, & voluntatis inclinationem ad res terrenas, & magna ex parte fidei diſciplinæ contrarias, item ob mali ſpiritus tentationes nos à credendo retrahentis, requiritur interior Dei illuminatio, qua intellectus noſter res fidei melius apprehendat, & voluntas dæmonis tentamenta compeſcat, luceque ſupernaturali ducta ad ſupernaturalem perueniat conſenſum: etenim vt optimè docuit ſapiens 9. ſapient. *Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ: corpus enim, quod corrumpitur aggrauat animam,* &c. & hoc tantum probat ratio contra proba- C tionem 5. concl. facta: dicimus enim duo conſiderari poſſe in illo iudicio naturali: aliud eſt, quod aſſenſus ſit fundatus in teſtimoniis, & ſignis humanis, & diuinis humano modo per experientiam cognitis, & ſic dico non eſſe neceſſariam internam gratiam, vt illum naturalis prudentia eliciat: hoc enim ſatis probatum eſt, in quinta concluſione: neque ad illud iudicium, vt ſic, concilia gratiam interiorem depoſcunt: alterum in eo iudicio conſiderandum, eſt poteſtas, & efficacitas ad mouendam voluntatem, & eleuandam ad ordinem ſupernaturalem, & ad hunc effectum neceſſariam dico ſpiritus ſancti gratiam per illuminationem ſupernaturalem, quæ cum eo iudicio coniungatur, illique efficaciam ſubminiſtret. Illam verò cognitionem ſuper- D naturalem ad donum intellectus reducit D. Thom. 2. 2. quæſt. 8. artic. 5. incorpore vbi licet non admittat ſpectare ad perfectam huius doni rationem, aſſerit tamen eſſe quædam præambula ad illud, & in eodem artic. ad primum fatetur ea D. Auguſtin. appellari intellectum quamcumque illuſtrationem intellectualem, quamuis ad huius doni perfectionem non pertingat, ſufficit tamen, vt de illa verificetur, quod idem Auguſt. epiſtol. 107. ait, *Eſſe doctrinam internam per quam Deus ſic agit ſenſum, vt accomodet aſſenſum:* ſed iam ad dependentiam aſſenſus fidei à voluntate gradum faciamus.

Quomodo aſſenſus fidei à voluntate dependeat, & quatenus liber, honeſtus, & meritorius cenſeatur.

SECTIO IX.

AD alteram animæ potentiam nempe voluntatem pertinere etiam Chriſtianam fidem ſæpe ſuppoſuimus. Nunc iam inueſtigandum eſt qualis ſit hæc dependentia, & quia probata & declarata hac dependentia in genere, oportet deſcendere ad tres modos ſeu rationes, ſub quibus dependere poſſunt actus aliarum potentiarum à voluntate, nempe ſub ratione actus liberi, honeſti, & meritorij de aſſenſu fidei, inquirimus quam rationem libertatis & meriti participet: neque eſt animus hoc loco de libertate, honeſtate, & merito actuum humanorum agere, hoc enim eſſet materias inuertere & tumultuario ordine permiſcere: ſolum ergo communi theologorum doctrina ſuppoſita, quomodo ad aſſenſum fidei applicari queat, quam breuiſſimè exponam: prima ergo dubitatio in hac dependentia aſſenſus intellectiui à voluntate eſſe poteſt, an voluntas effectiuè influxu phyſico ad hunc aſſenſum concurrat, an verò imperatiuè ſuo affectu moraliter determinet & applicet intellectum ſine influxu phyſico: quod effectiuè influat docet Richard. in 4. diſtinct. 6. artic. 1. quæſt. 3. ad 2. quod facere credit per qualitatem impreſſam potentiæ, quam voluntas mouet: hic tamen philoſophandi modus reijcitur à Scoto in 4. diſtinct. 6. §. Sed mirum: Gabr. ibid. quæſt. 1. artic. 3. dub. 1. Soto in 4. diſt. 1. quæſt. 5. artic. 8. Suar. in 3. par. tom. 3. diſput. 13. ſect. 3. hoc enim neceſſarium non eſt vt voluntas intelligatur mouere potentias ſibi ſubiectas; quamobrem ſine huius qualitatis impreſſione alij doctores influxum phyſicum effectiuum voluntati concedunt in motione aliarum potentiarum: hæc videtur ſententia D. Thomæ 1. 2. quæſt. 9. artic. 1. ad 3. ita enim illum interpretatur & ſequitur Ægid. de præſentat. 1. 2. tom. 1. lib. 4. quæſt. 8. artic. 4. numero 4. Conimbricenſ. in lib. Ethicorum diſp. 4. quæſt. 2. artic. 1. concluſ. 1. & artic. 2. ad 3. Salas 1. 2. tom. 1. tract. 1. diſp. 5. ſect. 3. numero 33. Nullam tamen video efficacem rationem, quæ hanc phyſicam efficientiam per concurſum generalem ad modum cauſæ vniuerſalis voluntati tribuendam eſſe oſtendat. Immo oppoſitum melior philoſophandi ratio perſuadet.

Prima Concluſio. Voluntas non effectiuo influxu phyſico, ſed morali tantum imperio 2.
per connexionem & ſympathiam potentiarum, quæ eidem voluntati ſubordinantur in actionibus liberis eaſdem potentias ad ſuorum actuum exercitium determinat: ita exiſtimo declarandum eſſe D. Thomam, vbicumque indicat voluntatem mouere effectiuè intellectum & alias potentias, nuſquam enim apud illum reperio phyſicum voluntatis influxum ad actus aliarum potentiarum requiri, & ita interpretatur Caietan. D. Thomam in illo artic. 1. dub. 1. §. Ad hoc breuiter: vbi

ait

ait ſubordinatas potentias applicari à voluntate tamquam ab imperante illarum actus, quos ipſæ exequuntur : & dubio tertio ait, *Motio voluntatis eſt per modum imperij* : & ſane D. Thom. ſe ſatis declarauit in multis locis : in primis 1.2.quæſt.16.artic.1. in corpore, vbi ſtatuit vſum eſſe actum voluntatis applicantis potentias ſibi ſubordinatas, & vtentis illis ad proprias vnius cuiuſque operationes, quas ipſæ exequuntur : licet illæ operationes tribuantur voluntati, quatenus liberæ ſunt, tanquam primo & præcipuo mouenti, eodem modo quo tribui ſolet homicidium Domino qui per ſeruos ſuos aliquem interficere imperauit : deinde quæſt.17.artic.6.in corpore, agens de actibus intellectus, qui voluntati ſubordinantur, ita ait, *Sunt autem quædam apprehenſa quæ non adeò conuincunt intellectum, quin poſſit aſſentiri, vel ſaltem aſſenſum vel diſſenſum ſuſpendere propter aliquam cauſam & in talibus aſſenſus ipſe vel diſſenſus in poteſtate noſtra eſt, & ſub imperio cadit.* Item Opuſc.43.cap.5.ait appetitum mouere ſubordinatas potentias per modum imperantis & 1.2.quæſt.4.artic.2. eiuſdem imperij ſæpè meminit : ita interpretatur & ſequitur D. Thom. Medin.1.2.quæſt.9.art.1.concluſ.4. quod attinet ad intellectum, & alias potentias actiuas. Peſant. ibidem diſput.3.§. Dico ergo : in eandem ſententiam magis inclinat Scot. in 3.diſtinct.25.quæſt.2.ibi, *Actus credendi eſt ab obiecto, ſicut ab efficiente actum: non ſic autem eſt à voluntate* :& infrà *poſſet voluntas imperare intellectui* : & idem tenet Suar. de anima lib.5.cap.7.n.7.Vaſq.1.2.diſp.34. cap.3. cuius diſcurſu prætermiſſo, quem in quodam principio philoſophico fundauit, & latius probauit 1 par. diſp.43.cap.5. probo concluſionem primo : conſiderata voluntatis potentia ſiue realiter diſtincta ab anima, ſiue formaliter, ſeu virtute ad actus volitionis immanentis limitatur, & ad eos ordinatur, tanquam principium efficiens phyſicum : ergo reliqui actus aliarum potentiarum à ſuis tantum potentiis per phyſicam efficientiam procedunt : antecedens patet, quia alioqui voluntas etiam eſſet principium ſeu potentia ad intelligendum cum intellectu, ad ſentiendum cum memoria ſenſitiua, & ad reliquas potentiarum ſubiectarum functiones ordinata; & per ſe ab omnibus his actibus ſpeciem deſumeret : at hoc manifeſtum videtur abſurdum, nullus enim philoſophus, qui animæ potentias nolit confundere, voluntatem facit intellectiuam, vel potentiam memoratiuam, ex eo quod has potentias applicet ad agendum. Secundo poſita connexione, & ſubordinatione reliquarum potentiarum, quæ voluntatis imperio ſubiacent, ſufficit intrinſecus & immanens affectus voluntatis imperantis, vt hæ potentiæ ob ſympathiam, & ſubordinationem ſuam ad nutum exequantur imperata, & ad functiones ſuas accingantur : ergo ſuperflua eſt alia phyſica efficientia, quæ ab effectu voluntatis proueniat : antecedens ſuadetur : aliquando idem actus, ſaltem in ſpecie, fit neceſſariò à potentia ſenſitiua, vel intellectiua, mota ab aliqua cauſa neceſſaria, qui poſſet fieri libere à voluntatis

A determinatione, vt patet in motibus primo primis, quando intellectus excitatur à phantaſia, quin aliquam phyſicam efficientiam circa illum exerceat, eſt enim hæc potentia materialis : ille verò ſpiritualis : ſed in eo euentu intellectus eſt completa & ſufficiens cauſa phyſica ad eliciendum illam cognitionem neceſſariam : ergo ſuperuacanea eſt alia cauſalitas phyſica ad hoc, vt intellectus à voluntate excitetur, & ſimilis actus liberè fiat : confirmatur hæc conſequentia, quia ex communiſſima Philoſophorum ſententia libertas formalis in actu intellectus, eſt denominatio extrinſeca ab actu voluntatis proueniens, vnde formalis libertas in actu voluntatis tantum conſtituitur, ſuppoſita radicali ex parte intellectus, quæ in indifferentia iu-B dicij antecedentis conſiſtit : At, ſi voluntas phyſicè efficeret actum intellectus in operationibus liberis illius, ſane talis actus intrinſecè liber eſſet, quia actus eſſet, qui intrinſecè & phyſicè prouenirer à voluntate, quæ eſt potentia indifferens, cuius actus ſunt formaliter, & intrinſecè liberi : neque dici poteſt hoc eſſe intelligendum de immanentibus, non de tranſeuntibus : nam ſi tranſeuntes actus phyſicè egrediuntur à potentia indifferenti ad agendum & non agendum, ſicut exercitium actualis libertatis datur, quando voluntas elicit actum immanentem, ita datur quando cauſat tranſeuntem, & ſicut in egreſſione actus immanentis eſt formalis, & actualis libertas, ita erit in productione tranſeuntis, quod tamen vt dixi, com-C muniter reiicitur à philoſophis, & theologis: loquor de libertate formali : Nam radicalis, quæ conſiſtit in indifferentia iudicij proponentis obiectum voluntati, intrinſecè in actu intellectus reperitur, vt etiam docent communiter doctores, & in Metaphyſica probaui.

3. Hinc colliges voluntatem cauſam eſſe efficientem reſpectu aſſenſus fidei, non phyſicam, ſed moralem per vſum & imperium. Verum quia talis vſus & imperium non datur ſine actu voluntatis, qui omnino neceſſarius eſt ad aſſenſum fidei cum libertate eliciendum, vt ſtatim dicam : & hic affectus phyſicè, & efficienter cauſatur à voluntate, etiam ex hoc capite cenſetur voluntas cauſa efficiens, & phyſica remotè reſpectu aſſenſus fidei, quod D ſufficit vt ipſa dicatur primum mouens efficienter & phyſice cauſans actum credendi ex parte hominis : hoc corollarium ex præcedenti concluſione ſatis probatur ſuppoſita neceſſitate concurſus liberi ad aſſenſum fidei, quod erat ſecundum punctum huius ſect. qua ratione liber ſit aſſenſus fidei & quia libertas eſſe poteſt quoad ſpeciem actus exercendi, id eſt ad aſſenſum, vel diſſenſum, item ad exercitium vnius nempe actus; aſſenſus nimirum, aut diſſenſus : Nam duobus modis poteſt intellectus pendere ab effectu voluntatis : primo vt illa ad aſſenſum vel diſſenſum intellectum inclinet. Secundo vt ſaltem exerceat, vel non exerceat intellectus aliquem ex his actibus. Deinde quia poterit inquiri vtrum neceſſarius ſit iſte affectus voluntatis ad omnes aſſenſus fidei, an ſolum ad aliquos

nempe ad primos: bis omnibus modis hoc punctum exponam: & dubitandi ratio hac in re conſiſtit in determinatiotte intellectus ad ſuum obiectum videlicet ad verum realiter, vel appareoter: Nam ſi intellectui proponuntur motiua ſufficientia ad credendum, non indigebit imperio voluntatis cum potentia neceſſaria ſit, & determioata ad aſſentiendom obiecto, quod ſibi verum repræſentatur: ſicut oculus obiectum album & lucidum propoſitum neceſſario videt: è cootra verò ſi non adſint motiua ſufficientia, quæ ad aſſenſum inducant intellectum, quantumuis voluntas imperet, intellectus noo indicabit vt verum, quod ſibi tale non apparet: ſicut etiam oculus ex imperio voluntatis ad obiectum videndum non mouetur niſi lucidum & coloratum ſaltem apparenter repreſentetor. Vnde opinionum diuerſitas de hac difficultate proceſſit.

4. Prima ſententia docet affectum voluntatis neceſſarium non eſſe ad aſſentiendum propoſitionibus fidei: ſed poſitis motiuis intellectum tam neceſſario credere quam neceſſario aſſentitur concluſioni poſitis præmiſſis; & in hoc ſolum ſubdi intellectum voluntati videlicet appltcando, vel auertendo illum à conſideratione motiuorum: hanc opinionem Franciſco Marchia attribuit Ocham. quæſt. 3. prologi. Verum illius fundamcotum vt omnino falſum reieci in quæſtione prima ſect. 5. dicebat enim res fidei omnes eſſe euideotes: eandem Helcoth. in 1. quæſt. artic. 6. dub. 1. ad primum, tribui ſolet: & quamuis Turrianus de fide diſput. 39. dub. 1. doceat aliam eſſe illius mentem, tamen illam ita interpretatus eſt Suar. de fide diſput. 6. ſect. 6. num. 2. & illius fundamentum aſſignauit, quia fides debet proponi, vt euidenter credibilis, tunc autem intellectus neceſſario aſſentitur, ſine voluntate, quæ ratio ſatis infirma eſt: Nam ex eo quod res eſt euidenter credibilis, non eſt, neque apparet neceſſario vera, vt intellectum neceſſario determinet: idem ſignificaſſe Scotum in 3. diſtinct. 25. quæſt. 2. dicit Albertin. quæſt. 5. theolog. in 5. corollar. dub. 3. oumero 10. ſed reuera aliud ſentit Scot. vt bene Suar. & Turrianus citati obſeruarunt: alios recentiores huius ſententiæ defenſores citat idem Turrian. inter qoos nominat doctorem & in academia Complutenſi primarium Regentem Otadiu Epiſcopum Abulenſem, qui vt ſaluarent dicta Conciliorum, & Patrum, ſufficere arbitrantur, quod volontas intellectum applicaret ad perfectam rerum fidei conſiderationem. Verum hoc non ſatisfacere ſacris Conciliis, & Patribus infra oſtendam.

5. Secunda opinio extremè contraria præcedenti eſt Caietan. 1. 2. quæſt. 65. artic. 4. Ocham in 2. diſtiuct. 25. artic. 2. aſſerentium voluntatem adeo in ſua habere poteſtate mouere intellectum ad aſſenſum, aut diſſenſum alicuius obiecti, vt ſine vlla ratione motiua id facere poſſet. Hæc tamen opinio nullam habet probabilitatem primo, quia experientię repugnat manifeſtæ: Nam in quæſtione aliqua quando pro vna parte nolla apparet ratio quæ determinet intellectum ad illam omoes experimur voluntatis arbitrium ad inclinandum intellectum, vt illi aſſeotiatur, nihil efficere. Secundo quia ſicut voluntas ſe ipſam inclinare non valet ad obiectum, quod ſibi ſub ratioue aliqua hominum proponatur, ita neque intellectum, vt aſſentiatur alicui obiecto, quod ſub ratione veri non repræſentetur, non enim magis potens eſt voluntas circa inclinationem intellectus quam circa inclinationem ſuam: ſicut ſe nequit extra proprium obiectum inclinare, ita neque extra ſuum obiectuin intellectum applicare. Tertio quia alioqui io re dubia, immo & falſa poſſet determinare intellectum, vt iudicaret rem ita eſſe, & ſic illam affirmare ſine mendacio, cum tamen fundamentum non haberet, ita iudicandi ſeu affirmandi, quod admitti non debet, nam ſemper hoc artificio vnicuique liceret mendacium affirmare. Quarto repugnat claro Ariſtotelis teſtimonio lib. 2. de anima cap. vltimo: alias lib. 3. cap. 3. text. 157. vbi ait, fides omnem opinionem ſequitur, perſuaſio fidem, ratio perſuaſionem, quia nullus opinatur niſi qnod credit ſeu indicat, neque credit quod ſibi non perſuadet, neqoe ſibi aliquid perſuadet, cuius rationem non habet.

Tertia ſententia docet ante aſſenſum fidei infuſæ prærequiri aſſenſum fidei acquiſitæ & ad hunc eſſe neceſſarium voluntatis affectum, hoc vero aſſenſu ſuppoſito circa myſteria fidei non eſſe vlterius neceſſarium alterum actum voluntatis poſitiuum ad habendum aſſenſum fidei diuinæ: ſed ſatis eſſe voluntatem habere negatiuè & creditis per fidem humanam noo repogoare & relinquere iotellectum ſuapte natura in obiectum ferri: ita mentem Scoti io 3. diſt. 25. quæſt. 2. §. ideo dico, optimè expoſuit Vaſq. 1. 2. diſp. 186. cap. 2. numero 24. & illam hoc modo declaratam ſequuntur eius diſcipuli, aliique graues theologi vt refert Turrian. diſp. 29. citata, dub. 3. §. circa alteram & probant primo quia de illo affecto antecedente fidem acquiſitam rectè exponi poſſent patres & Concilia; & ex vi illius determinari poteſt intellectus vt per fidem humanam ad aſſenſum fidei infuſæ perueniat: etenim poſito aſſenſu per fidem humanam & oon inclinante voluntate intellectum ad oppoſitum actu poſitiuo ob aliquam rationem appareotem non poteſt intellectus oppoſitum habere aſſenſum: iam enim neceſſitatus eſt, quoad ſpeciem: quamdiu enim fide humana aſſentitur huic propoſitioni, Deus eſt Trinus & vnus, nequit habere diſſenſum circa eandem: vnde diſpoſitus eſt, vt propter Dei authoritatem eidem obiecto aſſentiatur. Attamen hæc opinio neque conſentanea eſt patribus, & Conciliis infra citandis, neqoe rationi: non coocinit Conciliis nec patribus, primo quia borum teſtimonia affectum requirunt ſupernaturalem id eſt talem, qui habeatur ex illuſtratione, & inſpiratione ſpiritus ſancti. At affectus præcedens fidem humanam non oportet, vt ſupernaturalis ſit, oeque vt babeatur ex gratia Dei: cum enim motiuum humanum ſit, & cooforme naturali lumini, iotellectus maiorem non requirit affectum, quam naturalem; ſi aliquem requirit, quod non admittit Ægid. 6.

Coninc.

Coninc. de moralitat. actu. ſupernatural. diſp. 13. dub. 4. numero 40. quamuis Bannes 2.2. quæſt. 1. artic. 4. concluſ. 2. Aragon. ad eundem articulum; Lorca ibidem diſput. 12. n. 8. Turrianus citatus §. Aliorum ſententia, cum D. Thoma ad eundem artic. 4. etiam ad humanam fidem habendam voluntatis affectum naturalem requirant, quod etiam defendit Salas 1.2. ad q. 56. tract. 11. diſput. 3. quia teſtimonium humanum de ſe eſt fallibile, & non obligat intellectum, neque ſufficienter determinat ad aſſenſum ſine voluntate, niſi aliæ rationes probabiles concurrant, quæ idem perſuadeant. Immo ad aſſenſum opinionis idem docet D. Thom. eodem artic. 4. quod intelligendum eſt quando medium opinionis non eſt ita efficax, vt determinare poſſit intellectum ad vnam partem: Nam vt aduertit Vaſq. 1.2. diſput. 186. cap. 2. n. 9. hac de cauſa in addiſcendis diſciplinis affectus erga magiſtrum plurimum valet: ſemper tamen hic affectus ad fidem humanam, & opinionem de rebus naturalibus; immo & ſupernaturalibus humano & naturali modo cognitis ſatis eſt naturalis ex concurſu Dei vniuerſali, qui ad fidem diuinam non ſufficit. Secundo, quia Concilium Arauſicanum 2. canone 5. loquitur de affectu, per quem homo corrigitur de infidelitate ad fidem: at affectus qui ponitur ſolum ad fidem acquiſitam, nō corrigit hominem ab infidelitate, ſed illum adhuc cum fide acquiſita in infidelitate relinquit: ergo non ſatis eſt ad ſuſtinendum Concilij doctrinam: neque rationi conſentanea eſt prædicta ſententia: primò quia in ſententia aſſerentium non eſſe neceſſarium ſemper pręcedere fidem humanam, (vt de primo Angelo credente, & de iis quibus immediatè facta eſt reuelatio omnes tenentur concedere) vel aſſerendum eſt; datam fuiſſe ſine affectu voluntatis, vel non erit generalis doctrina, neque ſemper vera, quam prędicta ſententia docet: ſecundo & efficacius, affectus ad habendam fidem acquiſitam inclinat intellectum ad aſſentiendum teſtimonio humano ſibi euidenti, & quod non tantam intellectus adhęſionem ad obiectum creditum requirit. At affectus qui requiritur ad fidem diuinam, debet inclinare intellectum ad aſſentiendum teſtimonio Dei non viſo, & cum tanta adhæſione intellectus, vt ceſſante humano teſtimonio, & humanis rationibus ad repræſentationem repugnantibus, nulli dubitationi deliberatæ detur locus, ſed ſuper omnia intellectus credat maiori certitudine, quam quæ ex notitia euidenti comparatur: hoc autem quis non videt eſſe multo difficilius, & alium affectum ex Dei gratia prouenientē poſtulare?

8. Quarta ſententia docet prædictum affectum requiri ad aliquos actus fidei diuinæ, non ad omnes: verbi gratia ante acquiſitionem habitus, & facilitatis ad credendum, non tamen poſtea, ita tenet Soto lib. 1. poſteriorum quæſtione 8. poſt concluſ. 3. in reſponſione argum. §. Ad poſtremum; & alij quos tacito nomine refert Turrian. diſp. 29. dub. 2. hæc etiam opinio ex ſequenti concluſione veram ſententiam & tenendam declarante impugnabitur.

9. Secunda Concluſio. Ad omnes, & ſingulos actus fidei diuinæ requiritur præcedens affectus actualis, & poſitiuus voluntatis, qui pia affectio dicitur, à quo fides voluntaria, & libera denominatur, non modo quoad exercitium, ſed etiam quoad ſpeciem regulariter loquendo, in iis, quibus non immediatè, & obſcurè diuina myſteria reuelantur. Hæc eſt iuxta D. Thom. 2.2. q. 1. art. 4. Lorca, Aragon, Bannes alioſque Thomiſtas ibid. eundem D. Thom. q. 2. art. 1. ad 3. & art. 9. q. 4. art. 2. & 5. q. 14. de veritate art. 1. 2. & 4. 12. q. 65. art. 4. & alibi ſæpè Alenſ. 3. p. quæſt. 68. memb. 5. art. 1. Bonauent. in diſt. 23. art. 1. quæſt. 1. & 2. Richard. ibid. art. 6. q. 7. Gabriel. ibid. q. 2. art. 3. dub. 4. Dur. diſt. 24. q. 3. Capreol. ibid. q. 1. art. 3. Almain. tract. 2. moral. c. 4. Ferrar. 3. contra gent. cap. 40. Palud. diſt. 25. quęſt. 2. Henric. quodl. 8. q. 14. & quodl. 12. quæſt. 2. Valent. tom. 3. diſp. 1. q. 1. punct. 4. Suar. de fide diſp. 6. ſect. 6. Turrian. diſp. 29. dub. 1. 2. & 3. Coninc. de moralitat. act. ſupernatural. diſp. 13. dub. 4. Becan. cap. 8. q. 5. Albert. q. 5. theolog. in 5. corollar. ex 3. princip. dub. 3. Probatur prima pars de affectu actuali poſitiuo ſingulis actibus fidei neceſſario, primo ex ſacra ſcriptura in qua fidem noſtram in humanæ voluntatis arbitrio eſſe decernitur. Marci vltimo n. 15. *Prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur.* Ioan. 1. n. 27. *Noli eſſe incredulus ſed fidelis.* Ad Roman. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam*, vbi nomine cordis voluntas intelligitur; vt D. Auguſt. tract. 26. in Ioan. D. Thom. & interpretes ad hunc locum declarant. Denique credentes dicuntur obedire fidei & captiuare intellectum in obſequium Chriſti; ad Roman. 1. n. 5. Actor. 6. n. 7. 2. ad Corint. 10. n. 5. in quo loquendi modo ſignificatur quod intellectus à voluntate trahatur ad aſſentiendum iis, quæ naturali lumine non aſſequitur. Secundo ex Concilio Arauſicano 2. canone 5. *Si quis*, inquit, *ſicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipſum credulitatis affectum quo in eum credimus, qui iuſtificat impium, & ad regenerationem baptiſmatis peruenimus, non per gratiæ donum, id eſt inſpirationem Spiritus ſancti corrigentem voluntatem noſtram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem naturaliter nobis ineſſe dicit; Apoſtolicis dogmatibus aduerſarius approbatur*: item Toletanum 4. canone 57. qui refertur in cap. de Iudæis diſt. 45. vbi poſtquam pręcepit ſancta Synodus neminem eſſe cogendum ad fidem addit. *Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed volentes* & infra: *ergo non vi, ſed liberæ arbitrij facultate, vt conuertantur ſuadendi ſunt, non potius impellendi*: & concinit caput quid autem, cum Gloſſ. ibid. ead. diſt. & cap. ad fidem 23. q. 5. Denique Trident. ſeſſio. 6. cap. 6. ibi. *Excitati diuina gratia libere mouentur in Deum credentes vera eſſe quæ diuinitus reuelata, & promiſſa ſunt.* Tertio ex Patribus. Irenæus lib. 4. cap. 72. ita ait, *Non tantum in operibus, ſed etiam in fide liberum, & ſuæ poteſtatis arbitrium hominis ſeruauit Dominus dicens ſecundum fidem tuam fiat tibi.* Auguſt. tract. 26. in Ioan. colum. 1. *Intrare Eccleſiam quiſquam poteſt nolens, accedere poteſt ad altare nolens, accipere poteſt ſacramentum nolens, credere non poteſt niſi volens*: ſimilia docet de prædeſtinat.

ſanct.cap.5.& 11.de ſpirit.& lit.cap.31.& 32. Catechiſ.5.& lib.1.retract.cap.23. Ambroſ. ad illa verba Pauli, *ei qui operatur* : ita ait, *Aut credere aut non credere voluntatis eſt.* Plura alia Patrum dicta videri poſſunt apud recentiores citatos præſertim Valent. punct. 4. citat.§.1. & 2. quæ quidem teſtimonia de poſitiuo humanæ voluntatis affectu actuali ad actus non fidei acquiſitæ, ſed infuſæ ſine limitatione prioris vel poſterioris ſed vniuerſim de omnibus procedunt.

10. Quarto ſuadetur ratione eadem prima concluſionis pars : actus fidei diuinæ eſt aſſenſus certus non ſolum intrinſecè ratione motiui, ſed etiam extrinſecè per adhæſionem intellectus, quæ nullam admittit dubitationem vel formidinem deliberatam: & ideo dicitur certus ſuper omnia, quo loquendi modo vtitur Alenſis vbi ſupra, & iam vſi ſumus loquendo de certitudine actus fidei in hac quæſt. ſed intellectus ex vi motiuorum nō determinatur ad excludendam omnem formidinem & dubitationem: quia non oſtendunt euidenter veritatem obiecti credendi, neque ipſum motiuum infallibile euidenter cognoſcitur in ratione ſigni oſtendentis ipſam veritatē, etiamſi reuelatio euidens ſit, ideoque obiectū huius aſſenſus ſemper manet obſcurum, ergo ad hoc vt intellectus ſine vlla formidine aſſentiatur, neceſſario, determinari debet ab imperio voluntatis, cuius libera determinatione omnis excludatur dubitatio : & hoc eſt captiuare intellectū in fidei obſequium: Nam experientia docet etiam in timoratis & doctis fidelibus ob obſcuritatem obiecti & motiuorum inefficaciam ad illius veritatē euidenter manifeſtandam, inſurgere aliquando indeliberatos motus, & formidinem ex parte ſubiecti, quam libera voluntas corrigit, & quantum in ſe eſt compeſcere, & extinguere tenetur. 5. antecedenter ad voluntatem ſolum dantur in intellectu euidēs iudicium de credibilitate obiecti ſpeculatiuum & practicum dictans hic & nunc honeſtum eſſe ſeu bonum ex obligatione faciendū iuxta prudentiæ regulā, credere, quæ fides proponit neceſſario credenda : ſed neutrum ex his iudiciis ſufficit ad determinandū intellectum ad aſſentiendum: ergo ſēper neceſſaria eſt determinatio voluntatis: conſequentia patet quia in operationibus potentiarū, quę ſubiacent voluntatis arbitrio determinatio ſit à voluntate: maior probata ſatis eſt in ſuperioribus : minor oſtenditur, quia cum euidentia credibilitatis ſtat incertitudo, & dubitatio circa veritatem rei credibilis, & iudicium practicum particulare quod ex vniuerſali colligitur, ſolum proponit bonum volūtati cum indifferentia iudicij: ergo quod intellectus credat pendet ex voluntate, quæ bonū propoſitum eligit, & intellectus imperat aſſenſum, & hinc eſt quod credere ad iuſtitiam, & virtutem reputatur ad Rom. 4. n. 3. *Credidit Abraham Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam*: ſicut non credere ad vitium Marci vltimo, *Exprobrauit incredulitatem eorum*: Lucæ vltimo: *O ſtulti & tardi corde ad credendum*, quæ duæ rationes oſtendunt neceſſitatem affectus actualis poſitiui determinantis, & imperantis aſſenſum quotieſcūque intellectus credere debet, quia ſēper obiectum manet ſub ſua obſcuritate, & intellectui reſpectu obiecti credendi ob Dei reuelationem maiori certitudine quā ſit certitudo ſcientiæ, videlicet certitudine ſuper omnia, nunquam repræſentatur ratio conueniens, & determinans, ergo ſē per eget determinatione poſitiui, & actualis affectus intellectum inclinantis.

11. Hinc facile confutantur quatuor opiniones ſupra poſitæ: prima quia Concilia in ſacris literis fundata non requirunt affectum ad conſideranda motiua : Nam adhuc iis conſideratis multi in ſua infidelitate manent: affectus verò requiſitus corrigit voluntatē de infidelitate ad fidem; vnde non credere infidelibus vitio vertitur: & credere fidelibus ad iuſtitiam reputatur, quia poſt cognitionē motiuorum in eorum libera voluntate fuit credere, vel non credere. Secunda qnia non eſſet prudens affectus inclinans intellectum ad aſſentiendū veritati, cuius nullam credibilitatis rationē haberet; immo eſſet impoſſibilis vt ibid. contra hanc ſententiam oſtendi, atqui ad affectum imprudentem & impoſſibilē fruſtra requirerent coucilia & patres ſpiritus ſancti inſpirationem. Tertia quia ſimiliter prædictus affectus & illuminatio ad illum affectum neceſſaria non exigitur à Conciliis & Patribus ad habendam fidē humanam, ſed ad aſſensū fidei diuinæ & theologicæ multo difficiliorē, quæ omnem formidinem excludit, & aſſenſum ſuper omnia certum requirit. Quarta denique, quia ſine affectu poſitiuo, & actuali inclinante intellectū, ille ſemper manet ſub ſua indeterminatione reſpectu obiecti non apparentis, vt dixi, etiamſi habitum habeat, & deinde actus intellectus, vt liber ſit, & meritorius, ſemper requirit actū potentiæ formaliter liberæ, à qua liberi denominationem ſortiatur, & meriti capax ſit, quod confirmatur quia cōtingere poſſet, quod habitus fidei acquireretur per actū fidei, vel per ſacramentum baptiſmi ab homine exiſtente in peccato mortali: ergo actus qui fuerint ex præterita voluntate, vel habitu, ab eodem homine iam iuſtificato non eſſent meritorij de condigno, quia non datur meritū de condigno abſque voluntate libera hominis iuſti. Denique difficultas credendi non tollitur per voluntatem præcedentem, vel per infuſionem habitus fidei, vt experientia patet : ergo ſemper ad ſingulos fidei actus ille affectus & auxiliaris gratia Dei ad illum omnino poſtulatur.

12. Secunda Concluſionis pars docet regulariter hanc voluntatem determinare intellectum tam quoad ſpeciem, quam quoad exercitium: hanc expreſſerunt in particulari Turrian. de fide diſp. 29. dub. 2. Bannes 2. 2. quæſt. 1. artic. 4. dub. 2. concluſ. 1. Lorca ibidem diſp. 12. numero 6. Coninc. dub. 4. citato numero 36. & alij proximè citati præſertim recentiores. Probatur primo quia id oſtendunt teſtimonia ſacræ paginæ, Conciliorum & Patrum : Nam niſi intellectus poſſet diſſentire per applicationem voluntatis ad diſſenſum, ſicut ad aſſenſum : non poſſet imputari ad culpam diſſentire, quia quod ex voluntate libera non dependet, ad culpam nobis non imputatur : neque neceſſaria eſſet gratia ad reſiſtendum tentationibus contra fidem, quando quidem nulla eſſet difficultas

in

in refrenando diſſenſu ob rationes apparentes lumini naturali contra eamdem fidem & denique nullum in hac victoria eſſet meritum, quæ omnia ſunt abſurda. Secundo tunc voluntas determinat intellectum quoad ſpeciem actus quando illum mouet ex ſe indifferentem ad aſſenſum; ſed ita communiter accidit in noſtro fidei aſſenſu: ergo neceſſaria eſt voluntas, quæ determinet intellectum non ſolum quoad exercitium, ſed etiam quoad ſpeciem: minor probatur: quia communiter loquendo obiecta noſtræ fidei: ita nobis proponuntur obſcura in ſe, & ſub obſcura reuelatione Dei, vt in noſtra poteſtate ſit aſſentiri, vel diſſentiri, vt experientia patet in tanta hæreticorum multitudine, quorum prauus voluntatis affectus, intellectus indifferentiam pertrahit ad diſſenſum: Dixi regulariter id eſt communiter, quia accidere poteſt, vt tot ſint, & tanta in euidentia credibilitatis motiua ſe prodeant, vt omnem ab intellectu formidinem partis oppoſitæ excludant, atque adeo intellectum ad aſſenſum determinent, & quoad ſpeciem neceſſitent, quod contingere potuit Beatæ Virgini, Apoſtolis, & aliis ſanctis in multis myſteriis fidei, item iis quibus diuina reuelatio euidens fuit in atteſtante, ſiue homines fuerint ſiue Angeli: Confirmatur: Nam in fide humana cuius medium eſt fallibile, euidentia teſtimonij multorum, qui eandem mihi teſtantur veritatem facit, vt ego nequeam diſſentire verbi gratia quod ſit Inſula Iaponica, quam non vidi, & ex ſolo hominum teſtimonio eſſe cognoui, ergo à fortiori euidentia reuelationis diuinæ in atteſtante cum qua ſtare fidem diximus quæſtione 2. lect. vltima: item euidentia credibilitatis ex multis maximiſque motiuis accepta hanc intellectus determinationem quoad ſpeciem poſſunt ingenerare. Adhuc tamen in his euentis aſſenſus fidei quoad exercitium à libera voluntate hominis, vel Angeli dependet: vt bene notarunt Turrian. diſp. 29. citata, dub. 4. in princip. Coninc. dub. illo 4. concluſ. 3. numero 39. & videntur ſupponere omnes, qui abſolutè docent ad aſſenſum fidei neceſſarium eſſe motum voluntatis, quamuis aliqui negent cum euidentia in atteſtante fidem poſſe conſiſtere. Probatur primo, quia licet ex alio capite obiectum fidei euidens ſit morali euidentia ex motiuis proueniente, adhuc qui elicit actum fidei, in ſua poteſtate habet credere aſſenſu ſuper omnia, certiori quauis experientia, & cognitione naturaliter euidenti propter teſtimonium Dei præciſè. Secundo quia etiamſi hoc teſtimonium euidens ſit in atteſtante, adhuc in ratione ſigni obſcurum manet, neque euidentia materialis diuinæ atteſtationis refunditur in obiectum, vt loco proximè citato declaraui: ergo quod intellectus propter teſtimonium Dei per aſſenſum ineuidentem & certiſſimum feratur in obiectum, pendet ab applicatione voluntatis, determinantis intellectum quoad exercitiū: & hoc ſufficit & requiritur vt in his euentis aſſenſus fidei ſit liber & meritorius.

13. Oppones contra traditam doctrinam primo: intellectus non mouetur niſi ab obiecti veritate ſibi propoſita, ſed non eſt in poteſtate voluntatis hanc veritatem agere ad hoc vt magis determinetur intellectus potius ad vnam partem quam ad alteram: ergo voluntas ſolum applicare poteſt intellectum ad inueſtigationem, nō verò ad aſſenſum determinare. Reſp. à voluntate non moueri intellectum per modum obiecti ſuadentis, ſed per modum imperij, & vt à principio intrinſecus impellente ad aſſenſum veritatis ſufficienter propoſitæ, neque ſolum determinari, vt fortius apprehendat rationes huius partis, quam rationes alterius, ſed etiam imperari, vt ob has potius aſſenſum huic parti præſtet; Nam quando obiectum ex vna parte apparet verum, ex altera aliquam habet ſpeciem falſitatis, efficere poteſt vt intellectus non attenta falſitatis ſpecie, obiecto ſub alia ratione veri aſſentiatur: exemplo rem declaro: Nam quemadmodum voluntas, quando ſibi proponitur bonum ſub vna ratione, quod tamen ſub alia malum apparet, pro ſuo arbitrio poteſt illud obiectum vel odiſſe ob rationem mali, vel diligere ob rationem boni: ita etiam quando intellectus ita eſt indifferens propoſitis vtrinque rationibus ad aſſenſum & diſſenſum à voluntate poterit determinari, quia cùm ipſe non ſit potentia formaliter libera à ſe determinari non valet in hac indifferentia conſtitutus.

14. Oppones ſecundo, non videri neceſſarium affectum voluntatis liberum ad aſſenſum diuinæ fidei, quia ſufficit voluntas determinata ad vnum & neceſſaria, ſicut ad aſſentiendum obiecto, probabili determinari poteſt intellectus à voluntate neceſſaria: immo ſolus intellectus ſine voluntate, ſi excitetur à Deo per illuſtrationem ſpiritus ſancti & illi obiectum fidei appareat ſine ſpecie falſitatis, amota quauis ratione, quæ veritati fidei repugnare videatur, ſua ſponte eliciet aſſenſum ſine vlla determinatione voluntatis. Aliqui recentiores negant aſſumptum, exiſtimant enim aſſenſum noſtræ fidei eſſentialiter requirere affectum voluntatis liberum: vnde neque per voluntatem neceſſarium neque per determinationem obiecti repreſentati in materia fidei, ſine ſpecie falſitatis aſſenſum fidei diuinæ fieri poſſe aſſeuerant: probantque primo, quia Concilia, & Patres docent actum fidei eſſe meritorium, quod conuenire nequit actui neceſſario. Secundo quia ſi ſemel concederetur actus fidei neceſſarius, ex illo poſſet homo excitari ad habendum actum contritionis: Nam licet voluntas credendi eſſet neceſſaria, ex defectu deliberationis, & aduertentiæ ad incommodum, quod fides ſecum afferat, contritio tamen eſſe poſſet libera, quia intellectus aduerteret ad difficultatem contritionis, & ipſius obiecti: conſequens autem non eſt admittendum, quia repugnat Tridentino requirenti ad hominis adulti iuſtificationem liberum fidei motum: confirmatque hoc exemplo: etenim ſi hæreticus habuiſſet hanc voluntatem neceſſariam credendi, & deinde fidem neceſſariam: & ex illa prodiret in actum contritionis liberum, iſte iuſtificaretur, & recuperaret habitum fidei; quod vide-

tur abſurdum ſine libero fidei motu de hæreſi tranſire ad fidem. Tertio quia aſſenſus fidei requirit illam firmitatem ex parte ſubiecti & certitudinem ſuper omnia vt facta comparatione ad quamlibet aliam notitiam naturaliter euidentem, illa ſemper perferenda ſit: ſed hanc certitudinem habet intellectus ex voluntate libera illum ſic firmante, vt nullam dubitationem deliberatã admittat & reliquis veritatibus naturalibus veritatem fidei præferat: ergo non ſatis eſt ad actum fidei quod determinetur intellectus per obiectum repræſentatum ſine ratione in contrarium, ſed oportet, vt taliter motiua proponantur, vt poſitiuè oſtendant non poſſe eſſe rationem in contrarium: ſicut enim voluntas, licet neceſſario amet obiectum, quod bonum apparet, ſine aliqua ratione mali, non fertur ad illud neceſſario amandum ſuper omnia, niſi poſitiuè ipſi repræſentetur clarè ſub ratione ſummi boni: ita intellectus in prædicto caſu licet aſſentiretur obiecto ſine impulſu voluntatis, non tamen cum illa ſecuritate, & poſitiua firmitudine propter quam dicitur aſſenſus ſuper omnia: ex quo inferunt hi authores quotieſcumque hic caſus eueniret, actum illum fidei fore naturalem, non ſupernaturalem, quia hic non niſi ex plena deliberatione fieri poteſt, eo quod ipſius natura eſſentialiter id poſtulat.

16. Verum admittendum eſt, quod argumentum aſſumit, falſa enim eſt horũ recentiorum ſententia, cum nullo modo dubitandum ſit Deum poſſe determinare intellectum noſtrum ad eliciendum verũ, & proprium actum fidei ſiue ex voluntate neceſſaria, ſiue etiam ſine illa, vt docet Soar. de fide diſp. 6. ſect. 8. Coninc. diſp. 13. citata dubio 4. n. 44. & vtroque latiùs Turrianus de fide diſp. 29. dub. 4. §. *Dicendum deinde*: idem ſequitur Becanus cum aliis, quos ſect. præcedenti citauimus, aſſerentes illud iudicium pręcedens affectum pię affectionis eſſe actum fidei à proprio fidei habitu in fidelibus & in infidelibus à Dei auxilio elicitum. Ratio à priori eſt, quia tota dependentia actus fidei ab effectu libero volũtatis reducitur ad genus cauſæ efficientis, quæ ſuppleri poteſt à Deo: ſi enim in voluntate dantur etiam naturaliter motus primo primi, per quos ipſa ex defectu aduertentiæ, & deliberationis ex parte intellectus neceſſario mouetur, cur ſaltem diuina potentia talem motum voluntatis nõ cauſabit Deus, per quem intellectus ad credendum determinetur, cum omnimoda firmitate, & certitudine ex parte ſubiecti? ſanè nulla in hoc eſt repugnantia, vt patebit ſoluendo oppoſitas rationes. Secundo illuminationes, & inſpirationes ſupernaturales quibus à Deo prouocatur & mouetur noſter intellectus & voluntas, ſunt actus neceſſarij in vtraque potentia, qui à Deo fiunt in nobis ſine nobis liberè operantibus, vt eſt communis Theologorum ſententia, œcumenicis Concilijs, & patribus conſentanea: vt ex materia de gratia ſuppono: ergo ſicut hi actus à Deo in nobis fiunt, cur actus fidei ſine affectu voluntatis, vel cum affectu neceſſario non fiet, etiam ſupernaturalis? Nam quod neceſſarius ſit amor, non tollit illius ſupernaturalitatem, vt patet in amore beatorum. Ad primam rationem in oppoſitum dico, aliud eſt loqui de actu fidei, qui tanquam diſpoſitio requiſita ad iuſtificationem adulti à Concilijs & patribus ſemper liber cenſetur, & meritorius ſaltem de congruo, vt dicemus: aliud, de illo agere actu fidei à Deo in nobis neceſſario operantibus producto, altero ex modis prædictis; & hoc poſteriori modo non cõſideratur actus fidei à ſacris Conciliis, quia de illo agunt, vt communiter exercetur de lege ordinaria, vt ritè quis diſponatur, & ad Deum conuertatur. Ad 2. Reſp. negando actum liberum contritionis in Gentili, ſeu hæretico ſequi poſſe actum fidei neceſſarium: Nam pręcedere debet ſaltem in prioritate naturæ libera, & inchoata conuerſio ad Deum per fidem, vt ſequatur libera, & perfecta conuerſio per contritionem, quia cõtritio eſt deteſtatio omnium mortalium propter Deum ſumme dilectum, & quando proponitur voluntati obiectum huius actus, vt bonũ cum indifferentia iudicij & plena deliberatione, quæ ad veram conuerſionẽ requiritur: vnum ex deteſtandis eſt infidelitas ſeu hæreſis retractanda, & per actũ contritionis deteſtanda, vnde antequam vincatur hęc difficultas, eleuari nequit voluntas ad vlteriorem actum, qui eſt perfecta diſpoſitio ad gratiam: & ratio eſt, quia qui fidem habuit neceſſariam, moraliter fidelis non eſt, quia non retractauit liberam infidelitatem, ſeu hæreſim, in qua habitualiter permanere cenſetur, quare oportet, vt per liberum aſſenſum fidei intellectum captiuet in obſequium fidei: exemplo declaratur, ſi ille, qui eſt in mortali culpa, actum neceſſarium dilectionis Dei eliceret, non haberet ſufficientem diſpoſitionem ad recuperandam gratiam, neque moraliter Dei amator diceretur, quia per liberam charitatis diſpoſitionem à Deo requiſitam, diſpoſitus non eſt: ergo ſimiliter per actum fidei neceſſarium ſufficienter non diſponitur hæreticus: Confirmatur, nam qui actum contritionis liberum elicit in ea eſt diſpoſitione, vt non ſolum pro fide, ſed etiam pro amore Dei conſeruando diuitias, honorem, & vitam libenter offerat, & omnia poſthabeat, quæ Deo ſumme dilecto aduerſantur. In quo tamen ſtatu non eſt, qui habitualiter infidelis ex præcedente voluntate libera perſiſtit. Ad 3. conceſſa maiori diſtinguenda eſt minor: & ſi velit non poſſe intellectum determinari à voluntate vel à motiuo fidei adiuncta euidentia credibilitatis cum tanta certitudine intrinſeca actus, & extrinſeca ſubiecti adhæſione, excluſa omni formidine, neganda: ſi intelligat, non determinari intellectum cum adhæſione libera, & meritoria, concedenda: hæc verò libera adhæſio meritoria non eſt de eſſentia actus. Eſſentialis enim certitudo actus pendet ex motiuo, & ratione formali, quæ eſt immutabilior, & certior quouis alio humano medio, quod ideo poſtulat vt intellectus illi adhæreat aſſenſu ſuper omnia, id eſt firmius, quam cuilibet alteri obiecto, quod per voluntatem liberam fieri poteſt cum merito, ſed cum dubio indeliberato, à voluntate verò neceſſaria, vel à determinatione

intellectus

intellectus eſſe poteſt ſine formidine etiam A
indeliberata, ſaltem per diuinam potentiam
ſublata omni ratione dubitandi, & poſitiuè
cognita motiui efficacia, cui nulla in contra-
rium ratio reſiſtere valet, neque vlla verita-
tis naturalis certitudo adæquari.

16. Ad libertatem actus fidei ſequitur quod
non modo honeſtus ſit, ſed etiam merito-
rius, vnde inquirimus, quæ honeſtas hæc ſit,
& quod meritum & quam neceſſario cum li-
bero actu fidei coniungatur: & in primis quod
attinet ad honeſtatem ſit tertia cóclusio. Cer-
tum eſt de fide ipſum *credere* liberum & mo-
rale laudabile eſſe, & honeſtum. In hac erra-
uit Manichæus teſte Auguſtino de vtilitate
credendi ad initium & Abailardus vt refert
Bernard. epiſtol. 109. & probatur primo ex
ſacra ſcriptura in qua ſæpiſſimè fides com- B
mendatur, & magnis encomiis effertur.
Nam Matth. 8. & Lucæ 7. Chriſtus Centu-
rionis fidem demiratur: & Matth. 15. Cana-
neæ fidem extollit. Actorum 6. Stephanus
laudatus quod fidei plenus fuerit: ad Roman.
4. Abrahamo ad iuſtitiam reputatur: ad He-
bræos 11. Paulus totus eſt in commendanda
ſanctorum veteris teſtamenti fide: ſuper om-
nes Virgo Deipara, laude digniſſima quia
credidit; Lucæ 1. de quo videri poteſt Auguſt.
citatus item tracta. 22. & 68. in Ioann. &
multis aliis in locis: Bernar. vbi ſupra. Proſper
& Hilar. epiſtolis ad Auguſtin. quæ habentur
ante lib. de prædeſtination. ſanctor. Fulgent.
de Incarnat. cap. 18. Secundo ex iis Conci- C
liis, quæ ad credendum Dei gratiam prære-
quirunt: Nam ſpeciale Dei auxilium ad
actum, qui honeſtus non ſit, neceſſarium non
cenſetur; quæ Concilia ſæpè citauimus agen-
do de ſupernaturalitate aſſenſus fidei eiuſque
formali motiuo, & ſect. ſequenti referemus.
Tertio ex duplici ratione: prima eſt, quia cre-
dere eſt principium totius honeſtatis & meri-
ti Chriſtiani, ſine quo impoſſibile eſt placere
Deo, actumque diuinis oculis acceptum exer-
cere, per illam enim fidem primum ad Deum
habemus acceſſum: ita tradit Auguſtin.
epiſtol. 105. dicens. *Reſtat vt ipſam fidem vnde
omnis iuſtitia ſumit initium*, &c. Item Tri-
dentinum ſeſſio 6. cap. 8. At impoſſibile eſt
quod actus, qui in nobis eſt Chriſtianæ ho-
neſtatis initium, honeſtus non ſit. Secundo
quia fides ex ſua natura eſt intellectuale obſe-
quium Deo exhibitum, iuxta D. Paulum 2. ad D
Corint. cap. 10. numero 5. *In captiuitatem re-
digentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.*
Item ad Philipp. 2. numero 17. *Si immolor ſu-
per ſacrificium & obſequium fidei veſtræ, gaudeo,
& congratulor vobis*: id eſt, iuxta Chryſoſtom.
Theophyl. Anſelm. & alios ad literam locum
interpretantes: ſicut in ſacrificio duæ ſunt
partes victima, & libamen: Ita ſi mihi mori
contingat, & à Nerone occidi, eo quod vos &
alios ad fidem conuerterim, vobiſcũ congau-
deo, quia in hoc ſacrificio veſtra fides victima,
ſanguis meus libamen erit. At ſacrificium hoc
voluntarium noſtri intellectus Deo per fidem
oblatum in cultum, & honorẽ Dei cedit: quare
de ſe honeſtũ eſt, Deoque gratiſſimum. Con-
firmatur quia ſicut per ſe honeſtum eſt, volun-

A tatem humanam contra propriam inclinatio-
nem ſubiici diuinæ per obedientiá, ita per ſe
honeſtum eſt intellectum humanum per aſſen-
ſum fidei cõtra propriam inclinationem aſſen-
tiendi ex motiuis, & rationibus ſibi apparen-
tibus, diuino teſtimonio ſubiici, & veritates
non apparentes iudicare, eiſque firmius adhæ-
rere, quá cuilibet veritati naturali, qualis vero
ſit peculiaris honeſtas huius actus, & an poſſit
aliquo modo ſalté ab extrinſeco vitiari, dicam
ſectione ſequenti: Nunc ſuppoſita illius hone-
ſtate & in genere probata, illius meritũ quam
breuiſſimè expendam ſequenti concluſione.

Quarta concluſio. Actus fidei propter ſuam 17.
honeſtatem ſine relatione extrinſeca per cha-
ritatem, vel aliam virtutem imperantem ſeu
mouenté ab homine iuſto elicitus meretur de
B condigno augmentum gratiæ & gloriæ à pec-
catore ſeu infideli, habet meritum de congruo
per modum diſpoſitionis, ſeu impetrationis in
ordine ad iuſtificationé: actum fidei in conclu-
ſione accipio pro aſſenſu libero ſeu pro actu
credendi vt coniungitur cũ affectu voluntatis:
& hoc modo concluſio eſt certiſſima, quia te-
ſtimonia & probationes quæ oſtendunt illius
honeſtatem eiuſdem meritum conſequenter
manifeſtant: non enim eſt actus honeſtus &
Deo acceptus ex gratia Dei prouenìens, qui
aliquo modo meritorius nõ ſit, ſaltem de con-
gruo: & ſane quod actus fidei ſit meritorius,
expreſſe docuit D. Thom. 2. 2. q. 2. artic. 9. &
theologi cum eo ibidem communiter: & ratio
C eſt quia actus fidei eſt actus honeſtus ſuperna-
turalis in ſtatu viæ factus, continenſque Dei
obſequium: ergo omnes conditiones habet ad
meritũ requiſitas. Quod verò hic actus ab ho-
mine iuſto exhibitus meritũ habeat de condi-
gno, conſiderata ſola ipſius honeſtate tenet &
probat late Suar. de gratia part. 3. lib. 12. c. 8.
& 9. præſertim n. 8. Vaſq. 1. 2. diſp. 210. c. 5.
Coninc. de ſupern. act. ſupern. diſp. 14. dub. 5.
Turrian. de fide diſp. 30. dub. 1. in princip. &
reliqui theologi communiter: probatur primo
ex ſacra ſcriptura ſæpè enim in illa legimus
præmium æternæ vitæ promiſſum bonis ope-
ribus aliarum virtutum, non ſolius charitatis.
Nam Matth. 5. *Beati pauperes ſpiritu quoniam
ipſorum eſt regnum cælorum*, & idem dicitur de
iis qui perſecutionem patiuntur propter iuſti-
tiam: idemque præmium aliis virtutibus aſſi-
gnatur & Matth. 25. in retributione æternæ
D gloriæ rationẽ Dominus reddit, *Eſuriui enim
& dediſtis mihi manducare*: vt miſericordiæ
operibus regni cæleſtis præmium adſcribe-
ret: huc pertinent illa Pauli conſilia ad He-
bræos 13. n. 16. *Beneficentia, & communionis no-
lite obliuiſci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus.*
1. ad Corint. 15. in fine, *Abundantes in opere
Domini ſemper, ſcientes quod labor veſter non eſt
inanis in Domino*: in quibus locis omni operi
bono ſuam eſſe mercedem reddendam ſignifi-
catur: vt ad hunc locum commentatur Theo-
doretus his verbis, *Iuſtus Iudex & Athletis
coronat contexit, & operariis reddet mercedem*,
quod etiam Eſai. c. 3. n. 10. ait, *dicite iuſto quo-
niam fructum adinuentionum ſuarum comedet*:
fructus enim vniuſcuiuſque virtutis ſuus eſt
peculiaris valor, & reddenda merces cuius

ſpe iuſtus ſuſtentatur, & creſcit vſque ad A perfectum diem. Secundo quia eodem modo loquuntur Concilia: Arauſican. Canone 18. *Bonis*, inquit, *operibus debetur merces.* Trident. ſeſſ. 6. cap. 16. *Vita æterna & tanquam gratia Filijs Dei per Ieſum Chriſtum miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis operibus fideliter reddenda*: ergo ſi ſingulis iuſti operibus ſuum peculiare præmium correſpondet, ſanè actui fidei deeſſe non poteſt: cum ſit ſacrificium Deo maximè acceptum, & ſpeciatim fidei in via correſpondeat viſio in patria vt docent communiter theologi cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 3. artic. 3.

18. Tertio ratione ſuadetur quam deſumo ex B D. Thom. 2. 2 quæſt. 2. artic. 9. in corpore vbi aſſignans rationem cur actus fidei meritorius ſit vitæ æternæ ita ait, *Ipſum credere eſt actus intellectus aſſentientis veritati diuinæ ex imperio voluntatis à Deo motæ per gratiam, & ſic ſubiacet libero arbitrio in ordine ad Deum*: in quibus verbis notandum quod in ipſo credendi actu D. Thom. agnouit relationem in Deum: vnde ſic arguo; ipſe actus fidei ex vi ſuæ peculiaris honeſtatis & connaturalis inclinationis intrinſecæ & tranſcendentalis habitudinis in Deum ordinatur: ergo abſque alia extrinſeca relatione charitatis ſuum ſortitur meritum de condigno, ſi à iuſto exerceatur: antecedens probatur: Nam actus fidei eſt ſupernaturalis, & à Deo procedit vt à primo C agente ſupernaturali mouente voluntatem per actuale gratiæ præuenientis auxilium: ergo de ſe & ex ſua natura intrinſeca tendit in Deum, nam omnia, quæ à Deo procedunt ad eundem redeunt, tanquam ad vltimum finem naturali pondere & inclinatione naturæ, vnde dona quæ à Deo, vt gratiæ autore proficiſcuntur ad eundem tanquam in finem ſupernaturalem ſuo pondere natiuo feruntur: Nam alioqui non procederent à Deo rectè ordinata: huc ſpectat germanus ſenſus verborum Chriſti Domini ad Samaritanam, *Aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam*: id eſt vt egregiè Tolet. *Tanta erit huius aquæ virtus in bibente, vt ſuo impetu eum extollat, & impellat in vitam æternam*, loquebaturque ſub aquæ metapho- D ra de gratia, quæ credentibus & ex fide rectè operantibus datur, eoſque in vitam æternam ſalire facit: ea enim eſt aquæ natura vt tantum aſcendat quantum antea deſcenderit: & talis eſt huius ſpiritalis aquæ virtus, vt ſicut à Deo proceſſit, ita ad eum redire ſuo naturali impetu contendat: lege notationem 13. eiuſdem Tolet. Itaque in manifeſtis Chriſti verbis fundatur, quia docet bona opera ex Dei gratia per Chriſtum facta natura ſua ad ſupernaturalem finem referri, & hominem abſque alterius finis intentione ad Deum deducere: plures huius rei confirmationes videri poſſunt apud Suar. citatum & Vaſq. 1. 2. diſput. 217. cap. 3. & ſequent. qui ob hanc rationem cap. 5. ſupracitato meritiſſimò dixit, quod licet actus fidei ſolus ad primam iuſtificationem nunquam ſufficiat, poſſe tamen ſufficere ad ſecundam: ſi verbi gratia homo baptizatus in infantia cum ad vſum rationis peruenerit, incipiat per actus fidei bene operari, & in his per aliquam temporis moram ſe exerceat, prius quam actum charitatis eliciat: tunc enim ſane ſatis honeſte, ſe ſuamque mentem Deo ſubiicit, & non poteſt non gratiam de nouo mereri de condigno, quæ ſecunda dicitur iuſtificatio, id eſt ſecunda gratiæ habitualis receptio.

Secundam Concluſionis partem tuetur 19. D. Thom. in 2. diſtinct. 27. quæſtione prima artic. 4. ad 4. Bonauent. in 1. diſtinct. 41. artic. 1. & in 4. diſtinct. 15. 1. p. diſtinctionis artic. 1. quæſt. 5. Marſil. in 2. quæſt. 10. artic. 3. Toletan. in apolog. pro decretis Concil. Tridentin. ad ſeſſio. 6. cap. 10. Vega quæſt. 7. de iuſtificat. & in Tridentinum lib. 9. cap. 8. Bellarmin. lib. 1. de iuſtificat. cap. 21. & lib. 5. cap. 11. Suar. de fide diſput. 6. ſect. 7. numero 15. item 3. p. tom. 1. diſp. 4. ſect. 10. in fine Vaſq. 1. 2. diſput. 118. cap. 1. & ſeq. Coninc. ſupracitatus & Turrian. de fide diſput. 30. dub. 2. vbi refert Capreol. vtrumque Sotum, Valent. & alios oppoſitum exiſtimantes: apud hos recentiores varia legi poſſunt ſanctorum Patrum teſtimonia ad confirmationem huius veritatis; ipſe tantum D. Auguſtin. verba referam, quæ nullum tergiuerſandi locum relinquunt, ſic enim ait, epiſtol. 105 colum. 3. *Sed neque ipſa remiſſio peccatorum ſine aliquo merito eſt fides hanc imperat: neque enim nullum eſt meritum fides, qua fide ille dicebat, Deus propitius eſto mihi peccatori.* Aduertendum tamen eſt fidem non mereri per ſe tantum remiſſionem peccatorum proximè, ſed remotè, ſeu mediate, vt bene tradit Suar. de gratia, illo cap. 37. citatu numero 15. & ſequenti: probaturque quia, vt actus ſit meritorius de congruo, alicuius beneficij opus eſt, vt vel illud infallibiliter obtineat, vel ſaltem quod ſit ſufficiens vt intuitu illius actus, ſine nouo merito conferatur, ſed actus fidei in peccatore, vel in infideli per ſe tantum neque obtinet remiſſionem peccatorum, neque ſine alio actu, & nouo merito, illius tantum intuitu, dicta remiſſio confertur: Nam extra ſacramentum ſine actu contritionis, vel charitatis, remiſſio peccatorum non datur: ergo fides immediatè non meretur etiam remiſſionem peccatorum. Deinde ratione ſuadetur hæc concluſionis pars primo, quia in actu fidei ratione ſuæ honeſtatis etiam in peccatore, vel in infideli, per hunc actum ad fidem conuerſo, dantur conditiones, quæ ad meritum de congruo (quod Chriſtianum, licet imperfectum appellatur) à theologis requiruntur; nempe vt ſit actus liber, honeſtus, & ſupernaturalis, id eſt ex gratia Dei & ad ſupernaturalem finem ordinatus, & vt aliquam congruentiæ proportionem cum ſupernaturali præmio ſortiatur: ergo actus fidei eſt meritorius de congruo etiam in homine extra ſtatum gratiæ conſtituto, præmij ſupernaturalis; antecedens partim ex materia de gratia ſuppono cum Suario lib. 12. de gratia cap. 33. partim in ſuperioribus probatum eſt: confirmatur quia, vt iſte actus ſit meritorius de condigno, nihil illi deeſt niſi cōditio ex parte

perſonæ

perſonæ merentis, quæ extra gratiam Dei eſt: ergo ſaltem meritorius erit de congruo, quia ſtatus gratiæ non requiritur ad meritum de congruo ſimpliciter loquendo, vt cum multis docet Turrian. de fide diſp. 31. dub. 2. §. ſecunda opinio, & §. nihilominus dicendum: item Suar. vbi proxime cap. 34. numero 2. Secundo meritum de congruo tunc propriè datur, quando fundatur in actu moraliter bono, & ſupernaturali, & ex ſe habet perfectionem, & proportionem, quæ moueat Deum, vt gubernatorem, & remuneratorem in ordine ſupernaturali, ſed aſſenſus fidei eſt actus moraliter bonus, ſupernaturalis, & ex ſua honeſtate habet proportionem, & perfectionem, quæ Deum remuneratorem in ordine ſupernaturali moueat: ergo fundat meritum de congruo proprie ſumptum. At rogabis quidnam mereatur de congruo actus fidei à peccatore exercitus? reſpondeo ſequenti aſſertione.

40. Quinta Concluſio. Actus fidei ab infideli ſeu peccatore elicitus, de congruo meretur remotè & mediatè remiſſionem peccatorum, & primam gratiam habitualem: proximè vero infuſionem, vel augmentum habitus fidei, ſi actus intenſior fuerit habitu iam præexiſtente in homine fideli, vel ſi remiſſior ſit aliquod auxilium, quo vlterius diſponatur, & excitetur à Deo, ad reſurgendum ab ſtatu peccati, vel ad habendum actum fidei intentiorem à quo proximè diſponatur cum Dei auxilio ad habendum contritionem: hęc ſequitur ex præcedenti doctrina, & ex illa quam ſect. 3. tradidi de infuſione habitus fidei informis ante infuſionem gratiæ, quare authores quos hic, & illic citauimus patronos habet: præſertim Suar. lib. 12. de gratia cap. 37. à numero 15. ex mentè Auguſtini ſupra citati. Probatur prior pars primo quia D. Auguſtin. in loco ſuperius adducto docet fidem publicani impetraſſe remiſſionem peccatorum, non proximè, & immediatè ratione ſui tantum: ergo ſaltem remotè, quia ex fide proceſſit actus contritionis, ſeu charitatis, interuentu cuius proximè iuſtificatus eſt. Item epiſtol. 89. quæſt. 4. de diuite Epulone dixit: *Si pauperis vlceroſi, qui ante ianuam eius contemptus iacebat, miſertus fuiſſet, mereretur & ipſe miſericordiam*, quia per opus miſericordiæ ex Dei gratia factum ſe remotè diſponeret ad conſequendam Dei miſericordiam, & peccatorum remiſſionem, ſed non minoris meriti eſt actus fidei, neque minus efficax diſpoſitio, quam opus miſericordiæ: ergo ſi in hoc meritum impetrationis de congruo cognouit Auguſtinus, in illo id negare non debuit. Secundo, actus fidei inchoatio quædam eſt, & initium Chriſtianæ iuſtificationis, vt ſæpè diximus, & eo ipſo quod hominem ad Deum aliquo modo ducit, & ordinat eo modo diſponit ad vnionem cum illo, & ita remotè illum præparat ad remiſſionem peccatorum, & primam gratiam habitualem. Confirmatur: nam infidelis, qui per actum fidei ad Deum conuertitur, facit pro illo ſtatu quod in ſe eſt cooperando Dei auxilio vocanti ad fidem: ergo aliquo modo meretur, vt Deus vlteriori auxilio ad gratiam, perfectamque iuſtificationem eum promoueat: hoc enim munus eſt æquiſſimi remuneratoris hominem ad ſupernaturalem finem ordinantis: ſed hoc meritum ſolum eſt de congruo: ergo infidelis per actum fidei de congruo iuſtificationem remotè meretur: idem dicendum de peccatore, à fortiori cuius actus fidei non minoris eſt meriti quam infidelis. Poſterior concluſionis pars de merito proximo de congruo ſuadetur, quia ſi in ordine ſupernaturali debet remunerari à Deo actus fidei, nihil eſt in eo ordine magis proportionatum huic actui, quàm habitus, vel eius augmentum ſi actus intenſior ſit præexiſtente habitu: ergo hoc eſt congruentius præmium actus ſupernaturalis exerciti: ſi tamen actus remiſſior ſit cum proportionem non habeat cum maiori habitus intentione reſpectu illius, proportionatus non eſt; etenim ſicut actus remiſſus naturalis phyſicè non intendit habitum naturalem intenſiorem: ita neqoe actus ſupernaturalis poſtulat meritoriè intendi ſupernaturalem, magis intenſum: aliud ergo auxilium diuinæ gratiæ à Deo obtinebit, vt homo in iuſtificatione procedat.

Tandem rogabis an, ſi actus fidei in eodem inſtanti ſimul cum actu contritionis eliciatur, ſit meritorius de condigno primæ gratiæ, ſeu primæ gloriæ? Reſpondeo ad hanc dubitationem duplici propoſitione: prima, actus fidei etiam cum contritione, vel charitate coniunctus non meretur de condigno primam gratiam: ita tenent communiter theologi: de actu contritionis, & à fortiori idem de fide dicendum eſt: de contritione id tradit D. Thom. 1. 2. quæſt. 114. artic. 5. & alij antiquiores quos ſequuntur Bellarmin. lib. 1. de iuſtificat. cap. 20. & 21. & lib. 5. cap. 21. & lib. 1. de pœnitent. cap. 5 & 6. Valent. tom. 2. diſput. 8. quæſt. 6. punct. 4. §. 2. & Suar. lib. 12. de grat. cap. 24. numero 10. de fide ſpeciatim id docet in proprio tract. diſput. 6. ſect. 7. numero 16. Turrian. de fide diſp. 30. dub. 1. & ratio eſt quia licet in eodem inſtanti fides ſit formata, tamen vt in priori naturæ conſideratur, quatenus eſt diſpoſitio ad receptionem gratiæ procedit à perſona non grata, & adhuc non intelligitur formata, & exprimitur vt puto à Tridentino ſeſſio. 6. cap. 8. vbi ait, *Gratis autem iuſtificari ideo dicimur, quia nihil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promerentur*: quod teſtimonium excludit meritum de condigno & de congruo, quod in priori gratia non fundatur, quia tale meritum gratiæ repugnat acceptæ ſecundum omnem ſui partem, non tamen excludit meritum de congruo, quod in gratia fundatur, quodque non repugnat toti gratiæ, ſed facie vt ſit gratia pro gratia, vt ſæpe docuit Auguſt. contra Pelagianos diſputans. Secunda propoſitio; fides in eodem inſtanti formata per coniunctionem cum contritione meretur primam gloriam de condigno: ita docent Suar. & Turrian. citati, loquentes de fide, & multo plures de contritione, de qua eſt eadem ratio, idem affirmant, quos ſequitur Vaſq. 12. 41

diſput. 219. cap. 2. Bellarm. lib. 5. de iuſtificat cap. 20. Valent. vbi ſupra §. 3. ad primum: Mendoza quodlib. 3. Scholaſt. & eſt ſententia D. Thom. 1. 2. quæſt. 112. artic. 2. ad 1. & 3. p. quæſt. 62. artic. 4. & quamuis prædicti authores ex diuerſis fundamentis hanc ſententiam confirment, quæ nunc lentius examinare non oportet, ſolidum tamen, & commune fundamentum eſt: quia ſi diuidatur illud reale inſtans, in quo actus fidei, & contritionis eliciuntur, & in quo homo iuſtificatur, in duu inſtantia naturæ, & in primo intelligantur fieri illæ diſpoſitiones: in ſecundo formari per infuſionem gratiæ habitualis, licet in primo non cenſeatur homo habere meritum de condigno, quia adhuc non intelligitur perſona grata, nec fides formata per inhabitantem gratiam; tamen in ſecundo inſtanti quando iam perſona vere, & realiter grata eſt, & fides ſupponitur per gratiam formata, ſtatim cenſetur acquirere Ius, & meritum de condigno ad gloriam: Nam prius ſupponenda eſt in perſona gratia prima, quam prima gloria debeatur, ſed poſita gratia, meritum quod ſubſequens intelligitur ad gloriam eſt meritum perſonæ gratiæ; ergo eſt meritum de condigno ad primam gloriam, quod non obſcurè indicauit Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 16. illis præſertim verbis. *Nihil ipſis iuſtificatis amplius deeſſe credendum eſt, quominus plenè illis quidem operibus, quæ in Deo ſunt facta diuinæ legi pro huius vita ſtatu ſatisfeciſſe, & vitam æternam ſuo etiam tempore, ſi tamen in gratia deceſſerint, conſequendam, verè promeruiſſe cenſeantur:* concinitqoe Canon 32. eiuſdem ſeſſio. ex quibus colligo nihil deeſſe homini grato in inſtanti ſuæ iuſtificationis quominus actus, qui in eo fiunt ex auxiliari gratia, quique per actualem Dei gratiam dignificantur, reſpectu primæ gloriæ meritum de condigno ſortiantur: plura de hac re ad materiam de gratia ſpectant: idcirco iis ſuperſedeo.

Qualis ſit natura piæ affectionis tam actualis, quam habitualis, & an aliquo modo poſſit hic affectus vitiari.

SECTIO X.

1. QVatuor ſub hoc titulo difficultates proponuntur: prima inquirit qualitatem in genere naturæ ſubſtantialem, & entitatiuam affectus mouentis intellectum ad aſſenſum fidei, in quo nimirum ordine rerum ſit: naturalium ne, an ſupernaturalium? Secunda qualitatem eiuſdem in genere moris, & ſtudioſitatis inueſtigat, videlicet ad quam ſpeciem virtutis ſpectet? Tertia vtrum huic affectui ſuus etiam habitus eiuſdem ordinis correſpondeat? Qoarta & vltima an contingat aliquo modo hunc affectum vitiari: quod attinet ad primam de voluntate credendi fide diuina certum eſt de fide, illam aliquo modo eſſe ſupernaturalem, neque ſufficere pure naturalem id eſt ex ſolis naturæ viribus habitam: circa quod fidei dogma errarunt Semipelagiani qui licet ad alia bona opera neceſſarium eſſe gratiæ auxilium admitterent, voluntatem tamen credendi in naturali poteſtate liberi arbitrij collocarunt vt docent Proſper, & Hilar. in epiſtol. ad Auguſtin. quæ ſunt ante lib. de prædeſtin. & in eadem ſententia ſe aliquando fuiſſe fatetur D. Auguſtin. in eo lib. de prædeſtinat. ſanct. cap. 3. ibi, *Neque enim fidem putabam Dei gratia præueniri:* & ita docuerat in epiſtol. ad Roman. propoſ. 61. & 62. ſed in eodem cap. 3. ſe retractauit & lib. 1. retract. cap. 23. & alibi ſæpè. In eandem opinionem maximè propendet Scot. in 3. diſtinct. 25. quæſt. 2. §. *Ideo dico*: vbi cum loqueretur de requiſitis ad aſſenſum fidei, dixit, *Eſto quod requiratur motio poſitiua voluntatis, etiam ſufficit voluntas ad ſic mouendum in puris naturalibus*: Catholicam tamen veritatem clarè definiunt Concil. Arauſican. cuius verba ſect. præcedente retuli. Mileuit. cap. 4. Tridentinum ſeſſio. 6. Canone 3. & 4. Item ſummi Pontifices Innocentius epiſtol. 25. & 26. quæ eſt inter epiſtol. Auguſtin. Item Cæleſtin. epiſtol. ad Epiſcopos Galliæ cap. 9. & 12. & nituntur manifeſtis ſacræ paginæ teſtimoniis. Paul. ad Philipp. 1. verſic. penult. *Vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolum vt in eum credatis, &c.* & ibidem verſic. 6. *Qui cœpit in vobis opus bonum perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu*: quo in loco longam ſanctorum Patrum Catenam texuit Iuſtinian. Item idem Paul. ad eoſdem Philipp. cap. 2. numero 13. *Deus eſt enim qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate*: & vt omittam reliqua Sanctorum Patrum teſtimonia, vnum D. Auguſtin. ſilere non poſſum, quod in materia de gratia magni faciendum eſt, quia præcipuam illius materię difficultatem egregiè ſoluit: Nam libro de ſpiritu, & litera cap. 34. de hac voluntate credendi iuxta magis receptam theologorum ſententiam ita luculenter & clariſſimè loquitur. *Attendat*, inquit, *& videat non ideo tantum iſtam voluntatem* (nempè credendi) *diuino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio eſt, quod nobis naturaliter concreatum eſt, verum etiam quod viſorum ſuaſionibus agit Deus, vt velimus, & vt credamus: ſiue extrinſecus per Euangelicas exhortationes, vbi & mandata legis aliquid agunt, ſi ad hoc hominem admonent infirmitatis ſuæ, vt ad gratiam iuſtificantem credendo confugiat: ſiue intrinſecus, vbi nemo habet in poteſtate, quod ei veniat in mentem, ſed conſentire, vel diſſentire propria voluntatis eſt: his ergo modis quando Deus agit cum anima rationali, vt ei credat, neque ei credere poteſt quod licet libero arbitrio, ſi nulla ſit ſuaſio, vel vocatio cui credat: profectò & ipſum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus miſericordia eius præuenit nos; conſentire autem vocationi Dei, vel ab ea diſſentire, ſicut dixi propria voluntatis eſt:* & capite antecedenti cū illam excitaret quæſtionem, cur ex multis, quibus Euangelica fides prædicatur, alij credunt alij non credunt, & cur aliquibus eſt voluntas credendi aliis verò non? hanc proponit rationem dubitandi: Nam ſi hæc voluntas eſt donum Dei, *metuendum eſt*, ait, *ne infideles atque impij non immeritò ſe veluti iuſtò excuſare videantur, ideo non credidiſſe quod dare illis Deus iſtam noluit voluntatem.*

tatem. Vt ergo huic ſatisfaciat quæſtioni Auguſtinus, & componat efficacitatem gratiæ cum libero arbitrio. oſtendatque ita attemperari Dei auxilium, & vocationem congruam, vt hominem in manu conſilij ſui relinquat, ſtatim ſubiungit: *liberum arbitrium naturaliter attributum a creatore animæ rationali, illa media vis eſt, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem poteſt: & ideo nullam voluntatem, qua credit Deo, dici poteſt homo habere, quam non acceperit, quando quidem vocante Deo ſurgit de libero arbitrio, quod naturaliter cum crearetur accepit: Vult autem Deus omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire: non ſic tamen, vt eis adimat liberum arbitrium quo vel bene, vel male vtentes iuſtiſſime iudicentur*: ſimilia habet Auguſtin. lib. 1. ad Simplic. quæſt. 2. quæ qui attentè legerit magnam ſanè accipiet lucem, vt perdifficilem quæſtionem in materia de gratia facili negotio expediat.

2. Præſuppoſita igitur hac veritate catholica controuerſia eſt an hæc voluntas ſit quoad ſubſtantiam ſupernaturalis. Partem negantem tuentur nonnulli Iuniores & probant. Primo quia hęc voluntas non ſupponit actum ſupernaturalem in intellectu in quo fundetur, ſed iudicium practicum naturale: Nam fides ex hoc etiam capite dicitur radix iuſtitiæ, quia eſt primus actus ſupernaturalis, qui à nobis elicitur. Secundo quia nulla aſſignari poteſt ratio cur voluntas propter naturalem honeſtatem tantum non poſſit imperare actum fidei diuinæ: ſed quando voluntas à naturali honeſtate mouetur, affectu naturali circa illa fertur: ergo voluntas imperans aſſenſum fidei, non eſt neceſſario ſupernatoralis in entitate. Tertio quia nec ſcriptura ſacra, neque Oecumenica concilia hanc ſupernaturalitatem in entitate huius affectus requirunt; ſed ſolum quod ex ſpeciali Dei auxilio procedat: pars tamen affirmatiua ſequenti concluſione probatur.

3. Prima aſſertio. Affectus imperans aſſenſum fidei eſt ſecundum ſuſtantiam ſupernaturalis: ita indicat D. Thom. 2. 2. quæſt. 6. artic. 1. ad 3. vbi ait, *Credere quidem in voluntate credentium conſiſtit, ſed oportet quod voluntas hominis præparetur à Deo per gratiam ad hoc, quod eleuetur in ea, quæ ſunt ſupra naturam*, idem ſignificant alij veteres theologi quos pro tertia aſſertione citabo: expreſsè defenditur à Suar. de fide diſp. 6. ſect. 7. numero 5. & lib. 2. de grat. cap. 5. & alibi. Molin. in Concord. diſput. 8. ſub fidem; Turrian. de fide diſput. 46. dub. 6. §. propter hęc; Coninc. de moralitat. actu. ſupernat. diſput. 13. dub. 5. numero 47. Becano de fide cap. 8. quæſt. 5. concluſ. 2. & 3. Heriec 1. p. tract. 4. diſput. 38. cap. 6. numero 48. Albertin. quęſt. 5. theolog. in 5. corollar. ex 3. princip. Probatur primo quia ex ſupradictis quando obiectum formale actus eſt ſupernaturale, actus quoad ſubſtantiam eſt ſupernaturalis, ſed obiectum formale huius affectus eſt ſupernaturale: ergo ſecundùm ſubſtantiam eſt ſupernaturalis: probatur minor: Nam hic affectus imperat aſſenſum propter motiuum ſupernaturale; A ergo reſpicit honeſtatem ſupernaturalem: ſuadetur conſequentia, quoniam iſta voluntas cauſat aſſenſum fidei obiecto ſupernaturali formaliter: ſed hoc eſt attingere honeſtatem ordinis ſupernaturalis: ergo, &c. confirmatur primo quia honeſtas, & meritum actus fidei ſunt proportionata præmio ſupernaturali, & in ſupernaturalem finem ſuaptè natura ordinata, vt patet ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 114. artic. 2. qui ideo requirit, vt actus noſtri quibus meremur Dei viſionem, ſint ſupernaturales, vt illi proportionentur, ſed hæc honeſtas, & meritum formaliter, & primario ſunt in actu voluntatis obiectiuè, & per denominationem ab actu voluntatis dimanante ſunt in aſſenſu intellectus, vt in concluſione ſequenti oſtendam: ergo non minus ſupernaturalis eſt affectus voluntatis ad B credendum, quam ipſe credendi aſſenſus: Confirmatur ſecundo quia voluntas non ſolum mouet intellectum quoad exercitium, ſed etiam quoad ſpeciem actus nempè ad aſſenſum: ſed quando intellectus proponit rationem amandi ſupernaturalem voluntati, cognitio aliqua ſupernaturalis præcedere debet ipſam voluntatem: ergo quando voluntas determinat, quoad ſpeciem intellectum ad aſſenſum propter motiuum ſupernaturale; illa neceſſario eſt ſupernaturalis, nam in hoc quod imperat cenſetur cauſa moralis effectiua illius actus ſupernaturalis, & illius honeſtatem obiectiuam, vt in ſe eſt, intendere: ſicut intellectus non poteſt proponere formalem rationem ſupernaturalem voluntati, C quam per cognitionem non attingat, hæc autem non attingitur per notitiam naturalem.

Secundo principaliter idem oſtendo. Auxilium ſpeciale gratiæ non modo à Conciliis citatis requiritur ex parte intellectus, quo pacto illud appellant illuſtrationem, ſed etiam intrinſecè in voluntate qua ratione dicitur inſpiratio: ſed hæc neceſſitas non eſt accidentaria, ſed ex natura talis actus prouenit, ergo quoad ſubſtantiam eſt ſupernaturalis: conſequentia eſt euidens, quia quod ſecundùm naturam ſuam ordinis eſt naturalis, non requirit cauſam per ſe ſupernaturalem, & ſpeciale Dei auxilium in omni euentu: minorem oſtendo: Nam niſi per ſe intrinſecam motionem ſupernaturalem, voluntas D poſtularet ad hunc affectum eliciendum per ſe ex ſuis viribus ſufficiens cenſeretur, & per accidens tantum impotens diceretur, quod tamen eſt falſum, quia ex hoc ſequeretur primo quod voluntas ſecundum ſuas vires naturales per ſe ſpectata poſſet implere præceptum ſupernatorale credendi. Secundo poſſet ſe vltimo diſponere ad recipiendum donum ſupernaturale fidei. Tertio initium ſalutis ſolum per accidens non eſſet ex nobis. Quarto iam gratia non eſſet gratia, quia per accidens ſuppleret deffectum naturæ, & in locum naturæ per ſe potentis ſubrogata diceretur, quæ omnia ſunt manifeſta abſurda: Confirmatur primo hæc ſecunda ratio, quia ſi ſufficeret ad ſaluanda Conciliorum decreta, quod hæc voluntas ſupernaturalis eſſet quoad modum, ſatis eſſet illuſtratio ſpiritus

ſancti ex parte intellectus, & non requireret Concilium Arauſicanum inſpirationem, quæ corrigeret voluntatem noſtram ab infidelitate ad fidem, vt citato illo Canone 5. ait, ſequelam probo, poſitiua tantom illuſtratione intellectus: affectus enim qui illam ex parte intellectus per ſe requireret iam quoad modum ſupernaturalis eſſet, quia per ſe penderet ab illa cognitione ſupernaturali, & nunquam ſuper vires naturæ fieret ſine illa. Secundo confirmatur, quia vt oſtendimus diſputando de ſupernaturalitate aſſenſus, nullus modus ſupernaturalitatis aſſignari poteſt, qui ſufficiens ſit, ad ſaluanda ſanctorum Patrum dicta & Conciliorum decreta, niſi ſupernaturalitas entitatiua ipſius affectus.

4. Ad primum in contrarium iam proxima ſectione diximus præcedere ſupernaturalem B ſpiritus ſancti inſpirationem ſecum etiam deferentem intrinſecum voluntatis motum neceſſarium, nempe inſpirationem, quæ illuſtratio ſimul cum iudicio practico prudentiali ſufficit ad dirigendum voluotatis affectum ſupernaturalem cum quo ſtat, quod hæc voluntas ſit iuſtitiæ Chriſtianæ initium, quia primus eſt actus liber ſupernaturalis. Ad ſecundum non deſunt recentiores, qui dicant poſſe per actum naturalem voluntatis imperari actum ſupernaturalem intellectus, verbi gratia fidei infuſæ, hunc tamen eſſe affectum de quo Patres, & Concilia loquuntur, qui de facto noſtram fidem dirigit: ita tenet Herice vbi ſupra, & alij quos refert Turrianus C citatus 9. *Circa ſecundum*, & ſequitur cum hac limitatione, quando voluntas non quoad ſpeciem, ſed quoad exercitium determinat intellectum ad aſſenſum fidei: etenim ad determinandum intellectum quoad exercitium, exiſtimat ſatis eſſe voluntatem moueri ab honeſtate naturalis ordinis, io quo caſu voluntas non attingeret actum imperatum ſub ratione ſupernaturali: idem admittere videtur Suar. citatus numero 6. quippe qui in bonam partem accipiendo ſenteutiam Scoti ait, voluntatem naturalem quoad exercitium determinare poſſe intellectum fidelis ad actus ſupernaturales, applicando illum ad conſiderandas, res fidei, ex qua applicatione ſine alia motione ſupernaturali, intellectus habitu fidei D inſtructus in actus prodire poterit in virtute præcedentium actuum voluntatis ſupernaturaliter mouentis: idem docet lib. [illegible] de gratia cap. 4. numero 15. Verum rationes ſupra poſitæ perſuadent affectum quoad ſuſtantiam ſupernaturalem ſemper eſſe neceſſarium ad ſubiiciendum intellectum fidei diuinæ, & iudicandam veritatem obſcuram propter motiuum ſupernaturale etiam obſcurum. Vnde interpretationem Suarij non admitto, primo quia reuera eſt manifeſtè contra mentem Scoti, vt ex verbis illius citatis conſtat: in nullo enim euentu voluntatem requirit ſupernaturalem. Secundo quia noſtra quæſtio procedit de actibus fidei liberis, honeſtis, & meritoriis: de his vero dico oon ſufficere præcedentes motiones, ſed quotieſcumque actus fidei eliciuntur ab intellectu etiam fidelis ſupernaturali habitu inſtructi, ad hos omnes

A eſſe neceſſariam voluntatem ſupernaturalem. Nam ad omnes aſſenſus fidei neceſſarium eſt auxilium ſpeciale gratiæ excitantis ex parte intellectus & voluntatis; vt diximus de aſſenſu fidei agendo in hac quæſtione ſect. 5. & quæſt. 2. ſect. 5 tractando de ubiecto formali. Tertio quia illi fidei actus ad quos determinatur intellectus à voluntate quoad exercitium, ſunt liberi; ergo ſunt honeſti, non honeſtate naturali, quia ſi applicatur intellectus ad exercendum actus ſupernaturales credendi, non poteſt non voluntas applicans attingere honeſtatem ſupernaturalem motiui ſopernaturalis: Nam honeſtas naturalis non aſcendit ad illam, quæ ex ratione ſopernaturali deducitur, qualis eſt illa obiectiua quæ eſt in actu credendi propter teſtimonium Dei. B Si dicatur, quod voluntas ſolum applicat intellectum ad cogitandum de rebos fidei, non determinando illum ad aſſenſum, vel diſſenſum fidei: Vrgeo, quia iam neque quoad exercitiom determinatur ad credendum: immo ſi voluntas intellectum relinquat ſuæ naturali inclinationi, neque frænet illum ne in motum aliquem fidei contrariom erumpat, ductus ſuo naturali lumine dubitabit de veritate obiecti ſibi obſcuri, vel ſi aſſenſum eliciat circa res fidei, non erit aſſenſus ſuper omnia à nobis ſupra declaratus fundatus in motiuo ſuperoaturali, ſed aſſenſus naturalis propter aliqoam rationem probabilem, ſeu teſtimonium humanum, qood non vt falli- C bile apprehenditur, ſed quadam morali certitudiue excludit extrinſecam formidinem ab obiecto: & cum plurimum ſi tot habuerit, tamque euidentia motiua miraculorum, perſona cui hoc continget, & alioqui ſciat euideos eſſe lumine naturali Deum non poſſe mentiri, aſſenſum eliciat diſcurſiuom circa res fidei euidentem, ex principio naturaliter euidenti; Deus neque fallitur neqoe fallit, item ex notitia etiam euidenti, nempe experimentali motiuorum: & ratio eſt, quia intellectus ſibi relictus ſemper trahitur à ſoo lumine naturali, & à ratione magis euidenti: ſi verò accipiatur quatenus à Deo illuſtratur, de lege ordinaria illuſtratio ex parte intellectus non datur à Deo fuſtra, ſed in ordine D ad actum fidei honeſtum, & meritorium, qui talis non eſt, niſi liber ſit, & cum imperio voluntatis determinantis, vnde ad illuſtrationem inſpiratio ex parte voluntatis conſequitor, quas idcirco concilia coniungere conſueuerunt. Vnde Coninc. numero [illegible] negat ex voluntate naturali poſſe aliquando imperari actum fidei ſupernaturalis, quamuis addat poſſe imperari fidem naturalem propter motiuom ſupernaturale, iuxta ſuam ſententiam, quam ſect. 5. impugnaui, quare ad argumentum neganda eſt maior ob aſſignatam rationem. Ad tertium, fatemur Concilia, & Patres non reqoirere expreſsè ſupernaturalitatem voluntatis quoad ſubſtantiam actus; verum ſaltem implicitè illam indicare: vnde nos ex illorum decretis id diſcurſu theologico rectè colligimus & ſaluari non poſſe illæſam definitam veritatem ſine hæc entitatiua, & eſſentiali ſupernaturalitate arbitramur.

Secundà

Secundâ difficultas eſt ad quam virtutis A
ſpeciem prædictus voluntatis affectus perti-
neat, quæ difficultas ob commoditatem do-
ctrinæ ſeparanda nou eſt à tertia, quæ erat an
hæc voluntas peculiarem habitum ſibi ven-
dicet: coniungendo igitur vtramque difficul-
tatem, prætermiſſa opinione Bonauent. in 3.
diſtinct. 23. quæſt. 2. Hugon. lib. 1. de ſacram.
p. 1. cap. 10. Alenſ. 3. p. quæſt. 78. numero 8.
eundem habitum conſtituentium in volun-
tate & intellectu: in hoc quantum ad ſubſtan-
tiam & formalitatem actus, in illa quantum
ad materiale: quam D. Thomas de veritat.
quæſt 14. attic. 4. ex eo confutat quod contra
rectam philoſophiam vnum accidens in duo-
bus ſubiectis realiter diſtinctis conſtituat: B
illorum tamen authorum mentem infra de-
clarando ſex alias de hac re inuenio ſenten-
tias. Prima aſſerit nullum peculiarem habi-
tum virtutis aſſignari oportere, ex quo eli-
ciatur hic actus piæ affectionis: hanc tenue-
runt Scot. citatus, item Henric. quodlib. 5.
quæſt. 21. qui non requirebant poſitiuum mo-
tum voluntatis mouentem intellectum ad
aſſentiendum fidei, ſed ſatis eſſe ſi non con-
tradiceret, & præterea ex illis qui hunc affe-
ctum ſupernaturalem admittunt, idem tenet
Vaſq. 3. part. quæſt. 7. in commentario art. 3.
& Turrianus de fide diſp. 37. dub. 3. §. *Mihi
tamen ſecunda*, & dub. 4. §. vtramque, qui
dub. 5. §. in fine huius dubij teſtatur in certis C
notis manuſcriptis patris Vaſq. reperiſſe no-
tatum piam affectionem non eſſe ſolum ali-
quem habitum, ſed rectam diſpoſitionem
omnium virtutum acquiſitarum, quibus au-
fertur impedimentum, quo homo poterat re-
trahi à ſuſcipienda fide. Secunda opinio do-
cet hunc habitum ex parte voluntatis non
eſſe diſtinctum ab ipſa charitate per quam
fides formatur & in genere perfectæ virtutis
conſtituitor: ita docet Caietan. 2. 2. quæſt. 4.
artic. 2. & alij Thomiſtæ. Tertia ait affectum
prædictum pertinere ad virtutem obedien-
tiæ, quia captiuat intellectum in obſequium
fidei: ita Michael. Medina lib. 4. de certa in
Deum fide, qui addit hunc habitum frequen-
tia actuum acquiri, & cum habitu intelle-
ctus vnam integram fidem conſtituere, in
quo multo mihi diſplicet quod fidem diui- D
nam ex parte acquiſitam faciat. Quarta opi-
nio ad religionis habitum pertinere ſentit
piæ affectionis voluntatem: ita tenuit Leſſius
de prædeſtinat. & reprobat: diſput. 1. ſect. 6.
aſſert. 2. Quinta tradit habitum ſtudioſitatis
piam affectionem tamquam proprium actum
ſibi vendicare: ita ſantiunt Valentia tom. 3.
diſput. 1. quæſt. 1. punct. 4. dub. 1. ad 3. &
quæſt. 4. punct. 2. Salas. 1. 2. tom. 2. tract. 11.
diſput. 6. ſect. 6. in fine, item plures theologi
Hiſpaniæ, Italiæ, & Germaniæ, vt teſtatur
Turrianus diſput. citata dub. 5. §. alia ſenten-
tia, & dubio 3. §. mihi tamen: item dub. 6.
§. ſecundùm doctrinam, ait ſi ad aliquem
habitum ſpecialem affectus iſte ſpectat, hunc
eſſe ſtudioſitatem quam oportet infuſam eſſe
dicant qui piam affectionem in entitate ſu-
pernaturalem efficiunt, vt difficultate præ-
cedenti oſtendimus. Sexta & vtima peculia-
rem habitum à reliquis virtutibus theologi-
cis & moralibus in voluntate reſidentibus
diſtinctum agnoſcit, quæ vera eſt, & fuſius à
nobis declaranda: prius tamen hic huius aſ-
feram aſſertores. In primis eſt D. Thom.
quantumuis repugnet Turrian. Nam 2. 2.
quæſt. 4. artic. 2. in corpore ait, *Oportet quod
tam in voluntate ſit aliquis habitus quam in
intellectu ſi debeat actus eſſe perfectus*: & ra-
tionem reddit, quia ab vtraque procedit actus
fidei à voluntate, vt ab imperante; ab intelle-
ctu vt ab eliciente quod in reſponſione ad
ſecundum rurſus inculcat. *Ideo non ſolum
oportet eſſe habitum virtutis in voluntate impe-
rante, ſed etiam in intellectu aſſentiente*, idem
docet in 3. diſt. 24. quęſt. 2. art. 2. quęſtiuncula
1. & de veritat. quæſt. 14. artic. 2. & ſanè ita
clarè & diſtinctè loquutus eſt, vt de mente
ſancti Doctoris dubitari non poſſit: idem
docuit Richard. in 3. diſtinct. 23. artic. 6.
quęſtione prima: immo Hugonem, Bona-
uent. & Alenſ. ſupracitatos ita interpretatur
Coninc. de moralitat. actu. ſupern. diſput. 13.
dub. 6. numero 73. & 74. vbi hanc ſenten-
tiam tradit: vt non vnum phyſicè habitum
vellent in vtraque potentia ponere: ſed quia
moraliter in ratione abſolutæ & perfectæ
virtutis fidei, ille duplex habitus vnus cenſe-
tur, vt ex eorum doctorum rationibus exem-
pliſque apette colligitur: idem tenent Molin.
in concord. diſput. 8. Suar. de fide diſput. 7.
ſect. 2. & de grat. tom. 3. lib. 11. cap. 5. numero
10. Lorca 2. 2. diſput. 25. Bannes ibidem
quæſt. 4. ad artic. 2. dub. 2. Malderus eodem
artic. 2. & 6. Peſant. ibidem diſput. 1. qui dicit
eſſe veterum theologorum ſententiam: po-
ſita ergo huius opinionis auctoritate pecu-
liarem huius virtutis honeſtatem, & habitua
diſtincti neceſſitatem in aſſertionibus, quæ
ſequuntur, exponam, & præcedentes ſen-
tentias deſtructis illarum fundamentis con-
futabo.

Secunda aſſertio. In affectu imperante aſ- 6.
ſenſum fidei, eſt peculiaris honeſtas diſtincta
à cæteris virtutibus theologicis & morali-
bus: vt probetur notandum eſt primo ex 1. 2.
quæſt 18 honeſtatem in actibus humanis du-
plicem reperiri, alteram formalem, alteram
obiectiuam: formaliter eſt honeſtas in actu
voluntatis, prout tendit in obiectum rectæ
rationi conforme & conſequenter honeſtum
obiectiue, & hac ratione etiam in actu ex-
terno eſt hæc honeſtas obiectiua, verbi gratia,
in eleemoſyna, in moderata cibi ſumptione
prudentique maceratione carnis & ſimilibus,
quatenus actus ſunt rectæ rationi conſenta-
nei. Quia vero actus aſſentiendi myſterijs
fidei ob diuinum teſtimonium, eſt de ſe lauda-
bilis, & honeſtus vt probant quæ præcedenti
ſectione adduxi: talis actus quatenus propo-
nitur antecedenter voluntati eliciendus prop-
ter ipſius conformitatem cum recta ratione
& ob excellentiam diuinæ veritatis, ſane
honeſtum illi obiectum merito repræſentatur
vt potè rectæ rationi ſupernaturali conforme:
quare ille aſſenſus qui in eſſe obiectiuo ante-
cedit poſtea in eſſe reali ſubſequitur, & eſt
affectus voluntatis imperio moraliter pro-

cedens vt ſæpè contingit in fine, qui in eſſa obiectiuo mouet finaliter, & in eſſe reali effectus eſt agentis, quod ab eo vt à cauſa finali mouetur; hinc fit quod voluntas, quæ aſſenſum fidei diuinæ reſpicit, vt obiectum, & vt effectum, obiectiuam habentem honeſtatem, formaliter & intrinſecè honeſta ſit, quia in ſe eſt actus formaliter liber, & moralis; & præterea aſſenſus fidei etiam quatenus voluntariè exercetur moraliter bonus eſt & honeſtus per denominationem extrinſecam ab actu voluntatis deſumptam; comparatur enim actus credendi ad voluntatem, ſicut actus externus ad internum, & ſicut materia ad formam moralis honeſtatis: Notandum ſecundo quando actus externus, (id eſt extra voluntatem ſiue ſit vere, & propriè externus, ſiue etiam internus in ſe, ſed externus reſpectu voluntatis, nempè extrinſecus qualis eſt actus intellectus) in ſe habet honeſtatem obiectiuam, & propter illam expetitur, tunc vtraque honeſtas obiectiua & formalis ad eamdem virtutis ſpeciem ſpectat & volitio actus externi cum ipſo actu voluntatis vnum conſtituunt actum in ratione virtutis ſimpliciter & abſolutè completum; & actus externus in eo euentu honeſtus & meritorius in eadem virtutis ſpecie cenſetur; non addendo tamen honeſtatem, ſeu bonitatem formaliter moralem actui interno, ſed retinendo ſuam obiectiuam & formaliter naturalem participandoque moralem ab actu interno, qui eſt veluti forma ſuæ honeſtatis moralis, vt communiter docent theologi cum D. Thom. quæſt. 20. artic. 3. & 4. Caietan. Conrad. Medin. ibidem Vaſq. diſp. 72. cap. 2. Salas. tract. 7. diſp. 6. ſect. 7. Valent. diſp. 2. quæſt. 15. punct. 4. apud quos citatos reperies antiquiores: idem docent Canoniſtę & Summiſtæ Nauarr. in cap. ſi quis de pœnit. diſt. 7. numero 25. & in ſumma prælud. 7. numero 23. & cap. conſideret de pœnit. diſtinct. 5. numero 46. Azor. tom. 1. cap. 20. quæſt. 6. Sayro lib. 2. cap. 4. numero 13. Non ita tamen eſt, quando actus externus imperatur ob finem honeſtum extrinſecum, & ipſe non ſe habet vt finis, ſed vt medium vtile ad alterius finis aſſecutionem & illius honeſtatis intenſionem; tunc enim actus externus non habet honeſtatem moralem correſpondentem ſuæ particulari obiectiuæ præcisè & principaliter, per quam à quolibet alio opere diſcriminatur, ſed illam à virtute imperante, & in extrinſecum finem dirigente, mutuatur, atque ad illam virtutis ſpeciem ſpectat: verbi gratia aliquis ex virtute religionis, vt ieiunus expeditiori mentis attentione orationi vacet à cibo abſtinet, & actum temperantiæ exercet, tanquam medium ad perfectæ orationis honeſtatem aſſequendam: tunc abſtinentia à religionis virtute honeſtatem & meritum mutuatur.

7. His poſitis probatur concluſio: primo honeſtas obiectiua, & naturalis in actu credendi inuenta, eſt propter ſe expetibilis, immo de ſe primo per ſe expetenda neceſſario, ad fundamentum totius Chriſtianæ virtutis, quia accedentem ad Deum oportet credere: hic eſt primus gradus ad Chriſtianam honeſtatem: ergo voluntas quæ illam reſpicit, & imperat, eſt formaliter honeſta & in certo genere conſtituitur virtutis, quæ eſt cæterarum fundamentum & radix, qualis eſt fides: Nam hæc fides, licet theologica virtus ſit, hoc non tollit eſſe virtutem moralem in hoc ſenſu, quod illius honeſtas in actu humano, & morali fundetur: & hanc honeſtatem moralem formaliter à voluntatis actu participat, vnde cum illo vna fit virtus in ratione credendi moraliter honeſta ſimpliciter & abſolutè perfecta. Vnde etiam Concilia & Patres ipſum piæ voluntatis affectum, credendi actum nuncuparunt: Nam Arauſican. 2. canone illo 5. ait, *Initium fidei ipſum credulitatis affectum, quo in eum credimus, &c.* item Ambroſ. in epiſtol. ad Roman. 5. *Credere aut non credere voluntatis eſt:* & Augoſtin. de ſpirit. & lit. cap. 23. conſequens eſt paululum quærere, *vtrum voluntas qua illa credimus, etiam ipſa donum Dei ſit*, & D. Thom. quæſt. 14. de verit. artic. 2. ad 10. ait voluntatem credendi eſſe inchoationem fidei: immo vt iam notaui cum Coninc. non aliud ſignificarunt Hugo, Bonauent. & Alenſ. quando fidei habitum quantum ad ſuum formale eſſe in voluntate, & quantum ad materiale in intellectu collocarunt. Secundo idem probatur: voluntas quatenus præcisè tendit in actum credendi ſine imperio alterius virtutis, & abſque relatione ad alium finem extrinſecum in certa honeſtatis ſpecie conſtituitur, quæ in nulla aliarum virtutum reperitur: quia nulla eſt, quæ pro obiecto habeat aſſentiri, diuinæ veritati, vt per ſe patet: & declaratur euidenter facto diſcurſu per illas virtutes, quibus quinque aliæ opiniones affectum piæ affectionis attribuerunt, vt reliquas omittam, quæ extra controuerſiam manent: Nam in primis charitas non veritatem, ſed bonitatem Dei tanquam proprium obiectum reſpicit, & ſine illius imperio ſeu directione exercetur actus fidei honeſtus, & meritorius de congruo à peccatore, vt præcedenti ſectione dixi: quod manifeſtè docuit D. Thom. 2. 2. quæſt. 4. artic. 7. ad 5. vbi ait, *actus voluntatis præexigitur ad fidem non tamen actus voluntatis charitate formatus.* Vnde quando artic. 5. dixit informem fidem non eſſe perfectam virtutem nomine perfectæ virtutis non veram fidem, quæ ſine charitate manet in peccatore, intellexit, ſed illam quæ meritoria eſt de condigno & ad vitam æternam ius habet, quia ad vltimum finem, cui per gratiam vnitur perfectè non ordinatur. Deinde actus externus proprius religionis eſt exhibitio honoris ſeu cultus debiti Deo, quare religio ex ſe non fertur in aſſenſum fidei, ſed illum ſupponit: nemo enim cultum exhibet Deo, quem prius non credat. Præterea obedientia vult aliquem actum, quia præceptus eſt, & Domino debitus: & licet in aſſenſu fidei homo obediat Deo, & Deum colat, hoc tantum eſt actus religionis, & obedientiæ materialiter exhibere, non formaliter: hac enim ratione homo implendo alia præcepta in materia aliarum virtutum Deo obedit,

obedit, & Deum colit, verum hoc eſt actus A religionis ſeu obedientiæ generalis, ſeu materialiter exercere, non ſpecialis, & formaliter: vt D. Thomas 2. 2. quæſt. 4 artic. 7. ad 3. obſeruat. Denique ſtudioſitas vt docet D. Thom. 2. 2. quæſt. 166. artic. 2. reſpicit tanquam propriam materiam, actum ſciendi, non vero actum credendi Deo, item hæc virtus eſt pars temperantiæ, vt ait idem doctor artic. 2. quia moderatur actum ſciendi, & ad illam pertinet facere appetitum rectum in applicatione potentiæ cognoſcitiuæ ad hoc, vel illud, hoc vel illo modo addiſcendum, & difficultatem remouere, quæ in addiſcendo reperitur, ſed longè aliter ſe habet virtus illa, quæ determinat intellectum ad aſſentiendum myſteriis fidei, & vincit hanc naturalem difficultatem iudicandi, & tan- B quam vera & certa ſuper omnia habendi, quæ humana ratio non aſſequitur: ergo, &c. Accedit, quod licet aliquis peccet contra ſtudioſitatem ex eo quod negligens ſit in addiſcendis rebus fidei, non ideo contra fidem peccare cenſetur, aliud ergò eſt non applicare intellectum ad addiſcenda ea, quæ ad ſalutem noſtram ſcire oportet, aliud illis cognitis, & perceptis diſſentire, vel de illorum veritate dubitare: Nam hoc ſecundum fidei opponitur: Illud primum ſtudioſitati. Tertio quod ad nullam virtutem moralem pertinere poſſit hic affectus, oſtendo generali ratione, quæ ad omnes mora- C les virtutes extenditur: habitus moralis virtutis, vel eſt acquiſitus, vel infuſus, ſed neque habitus virtutis moralis acquiſitus, neque infuſus ad hunc actum ordinatur: ergo: prior pars minoris patet, quia hic affectus eſt quoad ſubſtantiam ſupernaturalis, vt oſtendi, habitus verò acquiſitus eſt naturalis poſterior ſuadetur: habitus infuſus virtutis moralis ſemper ſupponit materiam, & obiectum honeſtum circa quod verſetur habitus virtutis moralis acquiſitæ, ſed non datur virtus moralis acquiſita, quæ verſetur circa aſſenſum fidei diuinæ: ergo neque dabitur habitus infuſus virtutis moralis, quæ circa tale obiectum honeſtum verſetur: & ratio eſt, quia fides diuina eſt vna virtus theologica pertinens ad genus moris: & vt ſic, eſt moraliter compoſita ex habitu voluntatis, & intellectus, ſicut etiam D actus moraliter coaleſcit ex affectu voluntatis, & aſſenſu intellectus, vt illius formalis honeſtas cum obiectiua integram in ratione fidei theologicæ honeſtatem componat.

8. Tertia aſſertio. Datur ſpecialis habitus ſupernaturalis in voluntate ad producendum connaturali modo affectum piæ affectionis, qui habitus eodem modo ſe habet reſpectu ſui actus, atque habitus fidei reſpectu aſſenſus eiuſdem fidei; neque inter morales virtutes eſt numerandus, ſed cum theologalibus, eſt enim habitus fidei diuinæ initiatiue; & æquum erat vt prima omnium virtus, cæterarum fundamentum & radix, vtramque noſtræ animæ potentiam vtraque quaſi manu teneret, & ad præſtandum diuino numini obſequium, ad reliquarum virtutum operationes diſponeret. Hæc ſequitur ex præcedenti concluſione & ex doctrina quam de habitu intellectus ad aſſenſum fidei tradidimus: ſicut enim neceſſarium eſt principium habituale intrinſecum intellectui, quod eleuet potentiam ad producendum aſſenſum ſupernaturalem, ita in voluntate aliud principium habituale requiritur, quod eodem modo concurrat cum illa, eamque eleuet ad producendum affectum piæ affectionis ſupernaturalem, ad quam voluntas effectiuè immediatè vt potentia obedientialis, & ve cauſa inſtrumentalis concurrit, ſicut de intellectu docui comparatione aſſenſus. Quare tota illa doctrina, huic voluntatis influxui eſt accommodanda: & confirmatur ratione D. Thom. 2. 2. quæſtione 4. artic. 2. quando actus à duabus potentiis pendet per ſe, & vtraque eſt naturaliter impotens ad eum perficiendum, in vtraque requiritur principium complens potentiam, ſed actus credendi honeſtus & meritorius moraliter compoſitus eſt, & à duabus potentiis, intellectu & voluntate pendet, quarum vnaquæque ſuum actum phyſicè & realiter diſtinctum immanentem & ſupernaturalem producere debet; ergo cum hæ potentiæ vt ſunt naturales, de ſe ad actus ſupernaturales eliciendos impotentes ſint, principiis intrinſecus indigent per quæ connaturali modo eleuentur. Dixi hunc habitum, qui in voluntate ponitur, non eſſe numerandum inter virtutes morales, ſed eſſe annexum habitui fidei theologicæ & vnam integram virtutem theologicam fidei componere, quia illa ſententia mihi non placet, quam tradit Suar. diſput. 7. de fide ſect. 2. numero 10. vbi ait hunc habitum eſſe ſpecialem virtutem moralem, & non eſſe ad theologalem reducendum & ratio eſt, primo, quia nulla eſt virtus moralis infuſa circa aliquod obiectum honeſtum, quæ non ſupponat naturalem moralem, quæ ad idem referatur, quia iſtæ virtutes ſolum differunt ex obiecto formali: Nam circa materiale vtræque verſantur: ergo ſi circa aſſenſum fidei nulla virtus naturalis acquiſita moralis tendit, neque etiam moralis infuſa. Secundo quia non minus integratur fides theologica in genere moris habitualis ex vtroque habitu, quam actualis componitur moraliter ex actu vtriuſque potentiæ: ſed idem Suar. numero 11. dicit actum credendi eſſe moraliter vnum, compoſitumque ex affectu & aſſenſu: ergo idem de habituali fide eſt concedendum: Maior probatur quia ſicut actus credendi honeſtus, & meritorius non eſt conſiderandus præciſè, vt conſiſtit in ſolo aſſenſu intellectus abſque informatione honeſtatis formalis, quæ ab actu voluntatis proficiſcitur, ita ſolus habitus intellectus non cenſetur complere rationem fidei theologicæ in genere moris, niſi quatenus coniungitur habitui volũtatis.

Tertio quia virtutes morales comitantur charitatem, quæ veluti regina omnium moralium virtutum ſatellitio ſtipatur: illaque veniente accedunt, & diſcedente recedunt: cum tamen vera fides habitualis maneat, & in fideli peccatore à Deo conſeruetur informis: vt ſect. 3. oſtendimus: & nulla eſt ratio cur relicto habitu ex parte intellectus non maneat ex parte voluntatis, nam fidelis non ſit intrinſecè potens ad eliciendum aſſenſum modo illo magis connaturali per ſolum habitum iotellectus, niſi ex parte voluntatis habitus piæ affectionis in peccatore fideli perſeueret: vt bene notauit Coninc. diſp. 13. citata dub. 6. numero 76. Quarto actus & habitus circa idem omnino obiectum verſantes ad eandem ſpeciem virtutis pertinere cenſentur: ergo ſicut actus voluntatis & intellectus facit vnum actum moraliter integrum, idem de habitibus aſſerendum.

9. Dicendum ergo eſt hunc voluntatis habitum nullo modo eſſe virtutem moralem prout moralis à theologali diſtinguitur, ſed eſſe fidē, theologicamque virtutem initiatiuè, ita enim nominauit hunc affectum Concil. Arauſic. ſæpè citatum, *Initium fidei*, quamuis ſeparata à charitate informis maneat, & illū perfectæ virtutis ſtatum oon participet, in quo fructus vitæ æternæ meritorios faciat. Vnde colligea euodem habitum voluntatis quoad primam productionē, intenſionem, & deperditionem pari paſſu procedere cum habitu intellectuali ad aſſentiendum à Deo infuſo, quare poſito primo actu fidei à Deo infundi, & in peccatore poſſe intendi, & in maiori intenſione eſſe poſſe in iuſto, quam virtutes aliæ theologicæ, & morales infuſæ, non tamen in minori: præterea non remitti, ſed vel in totum amitti, vel in ſua intenſione conſeruari. Denique per ſolum infidelitatis peccatum deperdi, quæ omnia de habitu intellectuali in hac quæſtione in prioribus ſectionibus comprobaui, & quia eædem rationes militant de habitu voluntatis, qui eſt habitualis inclinatio ad eliciendos fidei actus, & tota illa doctrina ad hunc locum transferenda eſt, noo opus eſt vt ſingula cum legeotis faſtidio recantemus. Hoc vnum addo; ipſam etiam experientiam nos edocere peccatores Dei charitate deſtitutos, qui in materia omnium virtutum moralium, & earumdem exercitio difficultatem ſentiunt, nihilominus ſe ad exercendos fidei actus verbi gratia ad diuina myſteria credenda faciles, & promptos experiri, quod non ſine libero voluntatis motu exequuntur: immo multis contigit oblato periculo mortis pro Chriſti fide obeundæ, fidei amore & Dei gratia prouocatos vitam pro fidei confeſſione libenter offerre & ad veram pœnitentiam, ac dilectionem Dei ſuper omnia per actus credendi facile exercitos ſibi viam parare: hæc verò facilitas, & promptitudo voluntatis ad habitualem piæ affectionis inclinationem, quam diuinæ gratiæ inſpiratio excitat, tanquam ad proprium & conoaturale principium referri debet.

10. Quarta & vltima difficultas ioquirit, an actus fidei poſſit vitiari. Affirmant Caiet. 2. 2. quæſt. 5. artic. 2. Salas. 1. 2. tract. 7. diſp. 3. ſect. 12. in principio: idem multo probabilius iudicauit Medin. 1. 2. quæſt. 56. artic. 3. & ſaltem ex circumſtantia vel ab actu reflexo imperante prauum fieri poſſe actum fidei aliqui recentiores non dubitant: & hi authores ſe D. Auguſtini & Thom. patrocinio niti arbitrantur: Nam Auguſtin. de catechizand. rudib. cap. 17. ait aliquos ob commodum temporale fieri chriſtianos, & ob hunc finem intrare io Eccleſiam & D. Thom. 1. 2. quæſt. 56. artic. 3. ait nos poſſe virtutibus intellectualibus non beno vti, at fides virtus eſt intellectualis; ergo ſecundum D. Thom. fide male vti poſſumus: & conſequenter fidem vitiari oon repugnat. Item artic. 4. docuit fidem eſſe poſſe ſine prudentia infuſa, denique 2. 2. quæſt. 47. artic. 13. ad 2. ait, *Fides in ſui ratione non importat aliquam conformitatem ad appetitum rectorum operum, ſed ratio fidei conſiſtit in ſola cognitione, ſed prudentia importat ordinem ad appetitum rectum*; & hinc colligit prudeotiam quamuis ignobilior ſit fide, non poſſe manere ſine virtutibus moralibus, & magis repugnare cum peccato, quam fidem. Deinde probant ratione: primo poteſt aliquis aote ſufficientem fidei propoſitionem credere illius myſteria, ſed tunc imprudenter credet: ergo vitiabitur fidei actus. Secundo ſi Deus alicui præciperet ne eliceret actum fidei, tunc fidelis peccaret cootra præceptum Dei ſi eliceret talem actum. Tertio poteſt contingere caſus in quo ille, qui actibus fides occuparetur, ſe diuerteret ab attentiooe operis exerciti requiſita: vt ſi audiret confeſſiones, vel cum ſanitatis graui incommodo capitis dolorem cogitationis vehementia grauiſſimum cauſaret: in his euentis, & ſimilibus ex circumſtantia videtur actus fidei vitiari. Quarto per actum reflexum poteſt imperari actus fidei ob vanam gloriam vel alium fioem malum? ergo tunc erit malus, participabit enim malitiam ab actu imperante reflexo qui malus eſt: Nihilominus tamen pars negatiua omnino vera eſt: vt ſequenti concluſione conſtabit.

11. Quarta aſſertio. Actus fidei, neque ab intrinſeco, & directè, neque ab extrinſeco ex circumſtantia vel ab actu reflexo imperante poteſt vitiari: ita Vaſq. 1. 2. diſput. 53. cap. 4. numero 26. item diſput. 186. cap. 2. numero 17. Suar. de fide diſput. 6. ſect. 7. nomero 12. & lib. 2. de grat. cap. 3. nu. 14. Turrian. de fide: tota diſput. 33. Bannes 2. 2. quæſt. 4. artic. 5. dub. 2. Coninc. de moralitat. act. ſupernatural. diſp. 14. dub. 3. o. 23. & ſequent. Becan. de fide cap. 8. quæſt. 7. Probatur prima pars de actu fidei ab intrinſeco, & directè imperante aſſenſum fidei: Nam vt ex Conciliis & Patribus deduximus, affectus qui neceſſarius eſt ad imperandum fidei aſſenſum, neceſſario procedit ex peculiari gratiæ excitantis auxilio: & ſupernaturalis eſt, Deuſque illius cauſa principalis cenſetur, ſed impoſſibile eſt Deum eſſe cauſam principalem affectus mali vel ad actum vitioſum voluntatem auxilio ſpeciali gratiæ excitari: ergo impoſſibile

poſſibile eſt affectum directè tendentem in aſſenſum diuinæ fidei, illumque imperantem eſſe vitioſum. Dices, Concilia & Patres loqui de actu honeſto & meritorio voluntatis, non de affectu quem voluntas ex ſua malitia in prauum finé ordinat, vel loqui de primo actu credendi, non de alijs ſequentibus, quia per illum homo ab impietate & infidelitate ad fidem & pietatem tranſit: ſed hæc reſponſio eſt omnino falſa & manifeſtè contra menté Conciliorum, vt bene notant Vaſq. 2. loco citatus & Turrian. dub. 1. quia Concilia loquuntur de affectu ſimpliciter & per ſe neceſſario ad credendum, hic vero non eſt quæcumque voluntas, ſed talis volútatis actus, qui in bonum dirigatur finem, quia ad illam requiritur ſpiritus ſancti impulſus ſiue ſit primus actus, ſiue alij ſubſequentes: Nam ſi alij nõ eſſent ex gratia, ſuperuacaneus eſſet habitus ex parte voluntatis, & præterea actus naturalis ſimpliciter cũ ſolo auxilio vniuerſali de ſe poſſet imperare actũ credendi, quare nihil cõcluderent Concilia cõtra Semipelagianos, quod probo: Nam ſequentes aſſenſus fidei poſt primum ſunt veri actus fidei eiuſdem ſpeciei cum illo, & per ſe eamdem cauſam requirere debent, ergo ſi hi per affectũ naturalé etiam vitioſum cũ auxilio Dei vniuerſali elici poſſunt, etiam primus de ſua natura, & per ſe non plus requirit; Confirmatur, quia affectus voluntatis imperantis actũ fidei, eſt diſpoſitio intuitu cuius Deus concurrit per auxilium ſpeciale, vel per habitum cum intellectu ad aſſenſum fidei diuinę: ergo talis affectus nequit eſſe malus: probatur conſequentia: etenim habitus vel ſpeciale auxilium Dei non ſubordinantur voluntati malæ ad hominis arbitrium, ſed voluntati, cuius Deus eſt principalis cauſa & primus motor vt eſt autor gratiæ, & virtutis.

12. Rurſus aliquis replicabit. Miniſter alicuius ſacramenti verbi gratia baptiſmi vel Euchariſtiæ poteſt ex mala voluntate & propter malum finé conſecrare: item conferre, vel recipere ſacramenta, ſed ſic ſunt operationes ſupernaturales ad quas Deus ſpecialiter concurrit, vt principalis cauſa & auctor legis gratiæ: ergo etiam poterit concurrere cum intellectu imperato à mala volũtate, & ob prauum finem ad credendum, ſed contra: quia veritas ſacramenti non pendet ex bona vel mala voluntate miniſtri, dummodo intentioné habeat faciendi quod facit Eccleſia, & rite applicet materiam & formam: & ratio eſt, quia veritas ſacramenti & eius effectus non datur ei cui à miniſtro cõfertur ex diſpoſitione miniſtri, vel per modum retributionis promiſſę illius bonę voluntati, ſed ex pacto & inſtitutione Dei ſtatuentis concurrere poſita materia, & forma eiuſdem ſacramenti, vt in rectè diſpoſito non ponenti obicem effectus gratię cõſequatur ad quod nullum eſt impedimentũ praua miniſtri voluntas, niſi ad receptioné in ipſo quia qui obicem ponit, ſacramenti effectu defraudatur ex praua ſui diſpoſitione. At ſecus accidit in aſſenſu fidei ſupernaturali, qui pendet ex libero diſpoſitionis effectu cuiuſlibet credétis, qui affectus ſic vt peculiare gratię auxilium per ſe requirit, vt oſtendimus ex Conciliis, & Patribus, ita ex natura rei, & ex ordinaria lege diſpoſitio eſt neceſſario præcedens aſſenſum fidei ſupernaturalem. Quod non obſcurè ſignificauit Chriſtus Dominus Ioan. 5. cum Phariſæis dixit. *Quomodo poteſtis credere qui gloriam ab inuicem accipitis?* in quibus verbis oſtenditur ad credendum voluntariam diſpoſitionem ex gratia Dei omnino prærequiri, vt Conrad. Tulet. in hunc locum annot. 38. aduertit his verbis, *Vt voluntatis actus, ipſius inquam, electio ſit ad fidem neceſſaria, quam nec ipſa voluntas habet ſine auxilio gratiæ.* Vnde ſequitur, quod directa voluntas imperans aſſenſum fidei non poſſit eſſe praua; At in Miniſtro ſacramenti cum voluntas conferendi, vel recipiendi illud non neceſſario ſit ex gratia Dei, neque ſit diſpoſitio neceſſaria ad veritatem, ſeu effectum ſacramenti: ideo malam eſſe non repugnat.

Hinc iam oſtenditur ſecunda pars aſſertionis, quod neque à circumſtantia, neque ab actu reflexo imperante vitietur: Nam actus etiam ex circumſtantia malus & peccaminoſus eſſe non poteſt ex gratiæ auxilio, & à Deo principaliter intentus: ſed vt probatum eſt, effectus diſponens voluntatem ad imperandum aſſenſum fidei ſemper eſt ex gratia & à Deo principaliter intétus: ergo actus qui imperat actum credendi, non poteſt vitiari ex circumſtantia; non enim imperari poteſt à voluntate peccaminoſa, quia alioqui certum n effet, actum credendi, neceſſariũ & per ſe pendere à bono affectu, ſi aliquando à voluntate, quæ eſt peccatum ex circumſtantia imperaretur. De actu vero reflexo imperante idem facile oſtenditur in eorũ ſententia qui negant poſſe actum bonum alicuius virtutis de obiecto honeſto imperari ab affectu prauo finis inhoneſti: pro qua ſententia Turrian. dub. 3. refert Capreol. Ocham. Gabriel. Ferrar. Richard. Conrad. & Azor. quæ ſententia eſt omnino vera, ſi intelligatur, quod actus voluntatis circa bonum honeſtum eligatur propter prauum finem, & ex mali finis intentione electio boni honeſti à voluntate procedat: Nam talis electio medij quantumuis ex ſe boni intrinſecè, & ex obiecto ſuo, eſt abſolutè mala; & nullo modo bona quia malum ex quocunque defectu bonũ non niſi ex integra cauſa proficiſcitur: cum ergo electio tendat non ſolum in obiectum ſecundùm ſe & propter ſe honeſtum, ſed vt medium eſt aſſequutioné mali finis, ad electio abſolutè & ſimpliciter eſt mala: & ita tenent Vaſq. 1. 2. diſp. 68. in princ. Salas. tract. 7. diſp. 3. ſect. 11. n. 150. Cumel. 1. 2. q. 18. art. 6. concluſ. 2. & 3. poſt alios, quare ob rationem ſupra adductam iam talis electio nequit inſeruire ad determinandum intellectum ad aſſenſum fidei quia eſt intrinſecè mala; quia tamen alij cauſam ſic formant, vt duo actus ſimul ſint in volũtate & vnuſquiſque ſit propter ſuum obiectum per ſe volitum, & ille qui eſt propter obiectum de ſe bonum imperetur ab eo qui tendit in obiectum malum, adhuc in hoc euentu oſtendo non poſſe voluntatem credendi vitiari ex relatione actus mali reflexi imperantis actum de ſe bonum, & propter bonum finem intrinſecum, verbi gratia, ſi quis velit credere propter honeſtatem huius actus cre- 13.

dendi, & ſimul habeat aliam voluntatem ſaltem concomitantem, vel imperantem, qoa temporale commodum per credendi actum procuret, quod non repugnare admittit Suar. de fide loco citato & 1.2. tract. 3. diſp. 8. ſect. 1. à numero 13. etiam hoc caſu admiſſo non vitiabitur voluntas credendi: Primo, quia vt bene docet D. Thom. 1.2. quæſt. 18. artic. 6. Vaſq. ibidem diſp. 51. cap. 5. quos ſequitur Coninc. de moralitat. act. ſuperna. diſput. 3. dub. 10. actus voluntatis internus, qui tendit præciſè in aliquod obiectum propter proprium ipſius bonum, nullam accipit bonitatem vel malitiam ab actu imperante, quia ille actus reflexus non eſt forma tribuens illi bonitatem ſeu malitiam (quemadmodum actus internus voluntatis illam communicat actui externo: in hoc enim diſtinguitur actus externus ab interno voluotatis, quod externus moraliter informatur ab interno: at internus actus voluntatis formaliter & in ſe habet ſuam moralitatem, quam extrinſecum alterius imperium ſeu concomitantia non immutat, quare affectus credendi ſuam retinebit bonitatem ab alterius actus contagione immunem. Secundo quia in hoc euentu actus credendi ex affectu volũtatis procedit, imperante illum propter ſuam honeſtatem: vnde ab illo affectu bono informatur & accipit ſuam bonitatem moralem formaliter: rurſus affectus voluntatis imperat propter ſe actũ credendi, qui obiectiuam & formalẽ naturaliter bonitatem habet, & ideo intrinſecam, & formalem bonitatem moralẽ conſequitur. Vnde actus reflectus ſeu concomitans ſolum reſpicit tanquam materiam circa quam ſeu vt obiectum ipſum aſſenſum non tanquam effectum illius à quo denominationem boni, vel mali accipiat, quare non immutat bonitatem moralem, quam à ſua propria forma mutuatur.

13. Ad rationes in oppoſitum, in primis ad teſtimon. D. Auguſtin. Dico illum ſe ſatis explicaſſe cap. 5. antecedenti in noſtræ aſſertionis fauorem: vbi ait, *Rariſſimè quippe accidit immo vero numquam vt quis veniat volens fieri Chriſtianus, qui non ſit aliquo Dei timore perculſus: ſi enim aliquod commodum expectando ab hominibus incommodum deuitando, quorum offenſionem, aut inimicitias reformidat, vult fieri Chriſtianus: non fieri vult potius quam fingere: fides enim non res eſt ſaluandi corporis, ſed credentis animi*, quare ſatis oſtendit illam non veram ſeu mentitam fore fidem, quæ ex affectu temporalis lucri naſceretur, quare in cap. 17. ſolum voluit Auguſt. aliquos ſimulare ſe Chriſtianos ob cõmodum temporale. Ad D. Thom. reſpondeo illum in primo loco expreſſe actum fidei excipere ab illis virtutibus intellectualibus, quibus male vti poſſumus. Ad 2. locum reſpondeo cum Vaſq. 1.2. diſput. 53. in fin. S. Thom. dixiſſe fidem poſſe eſſe ſine prudentia infuſa, non quia fides vitiari poſſit, vel à mala voluntate imperari, ſed quia per ſe infundi, & eſſe poteſt ſine prudentia & aliis virtutibus infuſis. Ad 3. locum dico cum eodem Vaſq. 1.2. diſp. 186. cap. 2. non admittere ſanctum doctorem fidem ab effectu malo oriri poſſe, ſed illã in hoc à prudentia diſtinguere, quod prudentia habet connexionẽ cum appetitu recto, quia illius propriũ eſt dirigere voluntatem in bonis aliarũ virtutum operationibus, ideoque requirit voluntatẽ erga omnes bene diſpoſitam: fides vero ſolẽ per ſe intendit primæ veritati adhęrere, neque habet neceſſariam connexionem cum appetitu recto, quia informis infundi poteſt & cõſeruari vt dixi q. 3. ſect. 3.

Ad primam rationem negandum eſt antecedens, vt patet ex dictis de euidentia credibilitatis neceſſaria ad fidem, qoæſt. 1. ſect. 7. & de iudicio practico antecedente affectum piæ affectionis in hac q. ſect. 8. Ad 2: Reſp. actum fidei nunquam ſecundum ſe poſſe à Deo prohiberi, aut illicitum reddi, ſicut neque actum infidelitatis licitum fieri: ſed ad ſummũ poterit hic & nunc ex aliqua cauſa accidentaria, & ratione alicuius adiuncti, illicitum eſſe ad aliqua obiecta verbi gratia certa fidei myſteria, cogitationem applicare, quę ex vehementi apprehenſione lædere ſanitatem ſoleat: vel quia volens eos actus fidei exercere, hoc exercitio impediretur, ne aliud opus ſibi ex præcepto præſcriptũ exequeretur: verbi gratia audiendi confeſſiones, prædicaodi, & ſtudendi, in quibus euentis non eſt actus fidei per ſe prohibitus, ſed illa applicatio cogitationis cõtra charitatem vel obedientiam: vnde quando homo aduertit ad circumſtantiam, quæ peccaminoſum reddit exercitium actuum fidei, nunquam ſane veros actus fidei eliciet, quia nõ determinabitur voluntas ad actum honeſtum, & ex gratia Dei elicitum: bona enim, & honeſta voluntas, ad quam Dei gratia mouet, non determinatur ad operationem malam contra præceptum obedientiæ, aut charitatis: ita reſpondet Coninc. n. 26. cum Vaſq. vbi alia huius rei exempla adducit, quę quia non ſunt omnino ſimilia, & aditũ inſtantiis potius aperiunt, quam intercludunt, non oportet illa adiungere. Ad 3. patet reſponſio ex dictis: ſolum addo rationem, cur actus fidei per ſe, & ex ſe prohiberi non poteſt à Deo, ſicut neque actus charitatis, nimirum, quia actus fidei nos facit Dei veritati inhærere immediatè, ſicut, & actus dilectionis, Dei bonitati nos iungit, vnde omiſſio horum actuum per ſe ſumptorũ, & ratione ſui, nunquam repræſentari poteſt Deo honeſta, & expetibilis, aut conueniens homini viatori, qui in bonorũ actuum exercitio ſuam habet felicitatem ſupernaturalem, & per hos ad ęternam beatitatẽ ab eodem Deo dirigitur. Ad 4. patet reſponſio ex probatione ſecundæ partis noſtræ aſſertionis. Primo quia actus reflexus malus non poteſt imperare voluntatem pię affectionis, dirigendo illã in malum finem, tanquam mediũ, quod propter ipſum finem eligatur: Nam in eo caſu iſte affectus eſſet malus accepta malitia à fine propter quem eligitur: cum tamen affectus, qui ex gratia Dei prouenit malus eſſe nequeat. Secundo quia ſi ſupponamus voluntatem imperare aſſenſum fidei propter ſuam honeſtatem ſine relatione intrinſeca ad alterum finem malum, tunc non vitiabitur ex actu reflexo concomitante, vel imperante actum credendi: illumque extrinſecè in finem malum referente, vt dictum eſt: cum Vaſq. Turrian. & Coninc. citatis. 14.

Quid

Quid ſit Eccleſia, quæ eius auctoritas & cauſalitas ad fidem diuinam.

QVÆSTIO IIII.

1. HVic quæſtioni occaſionem multi textus dedere, quibus Romana Eccleſia omnium mater, & caput perhibetur cap. firmiter, & cap. damnamus de ſumma Trinitat. & cap. fideli cod. tit. in 6. & quia præter antiquos, qui de hac materia egregiè ſcripſerunt, Canoniſtas ad citata capita & in cap. Eccleſia de conſecrat. diſt. 1. theologos in 3. diſt. 24. & 5. & cum D. Thom. 2. 2. q. 1. præſertim art. 10. de hoc ſpeciali titulo oimirum de Eccleſia, eiuſque auctoritate, & poteſtate multi recentiores luculentas addidere lucubrationes, partim in controuerſiis, vt Bellarmin tom. 2. lib. 3. & 4. Staplatonus tom. 1. per plures libros Franciſc. Turrian. contra Anton. Sadeelem. Greihſerus pro Bellarmin. tom. 2. lib. 4. c. 4. Boſius, Pighius, Driedo, & alij: partim ſcholaſtico more, vt Turrecrem. in ſum. lib. 1. Bannes & Aragon. 2. 2. q. 1. art. 10. Valent. tom. 3. diſp. 1. q. prima, p. 7. & lib. 6. de Analyſi fidei Suar. de fide diſp. 9. & ſeq. Turrian. diſp. 14. Becanus cap. 5. Salmeron tom. 1. in epiſtol. Pauli 3. p. lib. 1. diſp. 1. apud quos plures alios relatos reperies, & præterea quia inter catholicos paucæ ſunt difficultates, de Eccleſiæ auctoritate & cauſalitate; in rebus fidei proponendis, ſuperuacaneum duco de hac materia luce meridiana clariori, cum hæreticis diſputare, cum eorum nonnulli iam Eccleſiam viſibilem negare non audeant: vt teſtatur Becanus citatus concluſ. 5. referens Caluinum & Melanchthon: quamobrē veritates catholicas & difficultates theologicas, ſi quæ ſunt in hac materia breui percurram; illis etiam relictis, quæ ad ſextam commentationem, & diſputationem de cauſa efficiente diuini, & humani iuris in genere pertinebūt: hic enim ſolum attingam dubia, quæ ad hoc ſpeciale ius diuinum nempè de fide credendum videtur ſpectare: totam ergo hanc doctrinam quatuor ſect. comprehendam: in prima dicam, quid ſit Eccleſia, & quæ ſint illius prærogatiuæ: in ſecunda quando incepit, & quamdiu durabit: in tertia quæ ſit eius auctoritas in rebus fidei proponendis: in quarta quam neceſſaria ſit eius propoſitio, & aliqua fides humana diuinam antecedens, item quam habeat Eccleſia cauſalitatem in propoſitione credendorum, & an aliquomodo fides in auctoritatem Eccleſiæ reſoluatur.

Quid ſit Eccleſia, & quæ ſint eius prærogatiuæ.

SECTIO I.

1. SExdecim huius vocabuli *Eccleſia* acceptiones numerat Turrecrem, in ſumma lib. 1. c. 2. quarum plures coincidunt & ex iis, quę in bonam partem referuntur omnes ad duas reduci poſſunt. Prima eſt pro loco ſacro, in quem homines orandi cauſa conueniunt.
A Iudith. 6. n. 21. *Intra Eccleſiam orauerunt* 1. Corint. 11. n. 8. *Conuenientibus vobis in Eccleſiam*: & ſæpiſſimè in ſacra pagina. Secundo pro fidelium congregatione; quæ quia nunc in laxiori, nunc in ſtrictiori ſignificatu vſurpatur, aliquando pro triumphante accipitur, quæ eſt illa glorioſa non habens maculam, neque rugam de qua loquitur Paul. ad Epheſ. 5. n. 27. vt exponit Auguſtin. lib. 4 cap. 7. contra duas epiſtol. Pelag. D. Hieronym. in cap. 13. Ierem. & D. Thom. 3. p. quęſt. 8. art. 3. illaque Hieruſalem ſancta, regnum cælorum: & regnum Dei, de quo auferenda ſunt omnia ſcandala; nihil enim coinquinatum patitur, aliquando pro militante, quæ ſuper Petrum primam poſt Chriſtum petram ædificata eſt, *& quæ eſt Eccleſia Dei viui columna &*
B *firmamentum veritatis*: vt docet Apoſtolus 1. ad Timoth. 3. n. 13. & 15. nunc pro ſolo clericorum conuentu accipitur: nunc prout etiam ſæculares complectitur: aliquando pro ſolis Eccleſiæ maioribus, quandoque pro minoribus. Itaque illa omnis diuerſitas accipiendi hoc vocabulum ſemper aliquem Angelorum, vel hominum fidelium conuentum ſignificat; nos verò de illa acceptione magis communi loquemur, in qua pro fidelium cœtu in via commorantium ſumitur: duo tamen hic notanda: primum aduertit Canus lib. 4. de locis. cap. 2. vt quamuis in veteri teſtamento Eccleſia etiam infidelium conuentum ſignificet; vt
C Pſalm. 25. *Odiui Eccleſiam malignantium*: tamen in teſtamento nouo non niſi de fidelium congregatione proferatur. Secundum notauit Salmeron citatus, idem hæbraicum nomen ſine diſcrimine à ſeptuaginta interpretibus nunc ſynagogam, nunc Eccleſiam verti. Verum nomen Eccleſiæ ab Apoſtolis Chriſtianorum Congregationi peculiariter fuiſſe accommodatum cum Iudæorum cætus ſynagogæ nomen retinuerit. Cauſam reddidit D. Auguſt. Pſal. 81. colum. 1. his verbis, *Noſtram vero Apoſtoli nunquam ſynagogam dixerunt, ſed ſemper Eccleſiam, ſiue diſcernendi cauſa, ſiue quod inter congregationem, vnde ſynagoga, & conuocationem vnde Eccleſia nomen accepit, diſtet aliquid, quod ſcilicet congregari & pecora ſolent,*
D *atque ipſa propriè, quorum & greges propriè dicimus: conuocari autem magis eſt vtentium ratione ſicut ſunt homines*, quod repetit Auguſt. in inchoata epiſtol. ad Romanos, quare D. Auguſt. ex D. Iſidor lib. 8. Etymolog & aliis, Eccleſia iuxta græci nominis Etymologiam conuocationem ſignificat, fortaſſe etiam hoc nomen Apoſtolis placuit quod Chriſtianos à diuina vocatione velint denominare: ſæpè enim à Diuo Paulo vocati nuncupantur: vnde fidelium multitudo conuocationis nomenclationem accepit.

In hac ergo ſignificatione dari Eccleſiam 2.
ſcripturæ ſacræ teſtantur: Concilia & Symbola profitentur: illam gloſſ. ordinar. 1. ad Timot. 3. ita deſcribit. *Eccleſia eſt conuocatio multorum ad vnum Dei cultum.* In qua deſcriptione duo attinguntur, quæ hoc morale ſeu myſticum corpus conſtruunt, nempè perſonarum multitudo, quæ ſe habet veluti materia, item fides & cultus eiuſdem veri.

veri Dei, quæ fides eſt ad inſtar formæ hu- A iuſmodi corpus animantis. Verum quia in determinatione perſonarum, ex quibus Eccleſiæ corpus coaleſcit, hæc deſcriptio deficit, & præterea quia non ſatis declaratur qualis fides, cultuſque Dei pro huius corporis forma aſſignetur; aliam proponam in qua clarius hæc diſtinguantur, & ex qua tam hæreticorum errores, quàm minus probabiles catholicorum de hac re opiniones excludantur: quare relictis aliis definitionibus, quas tradunt Turrecrem. Canus, Simanc. de Eccleſia, Valent. quæſtione illa 1. citata punct. 7. Salmeron. Bannes & Aragon. ſupra citati, illam à Bellarmin. tom. 2. lib. 3. cap. 2. traditam, omnium aptiſſimam puta. Eccleſia cœtus eſt hominum eiuſdem Chriſtianæ fidei profeſſione, & eorumdem ſacramentorum B communione colligatus ſub legitimorum paſtorum regimine, præcipuè vnius Chriſti in Terris Vicarij Romani Pontificis: dicitur *cœtus*, quia Eccleſiæ nomen, vt cum grammaticis loquar, collectiuum eſt, & in vna tantum perſona non continetur: additur *hominum*, vt congregatio Angelorum ab Eccleſia, de qua nobis ſermo eſt, excludatur: Nam quamuis à multis patribus Eccleſia in latitudine accipiatur, prout ex Angelis & hominibus coaleſcit, qui legi poſſunt apud Suar. tom. 1. diſput. 23. ſect. 1. & Blaſium Viegas in Apocalyp. comment. 1. ſect. 9. eo quod tam homines, quàm Angeli ſub vno Chriſti capite, in æternam felicitatem ordi- C nati, in eodem quaſi ſenatu in Cæleſti patria conſeſſuri vnum corpus efficiant, ne plura corpora vni capiti monſtroſa difformitate aptentur: Nihilominus ſecundùm magis communem ſanctorum Conciliorum, patrum, & theologorum vſurpationem, hominum tantum conuocationem denotat & de hac eiuſque prærogatiuis diſputant. De hac loquitur cap. firmiter ex Lateranenſi Concilio & cap. damnamus de ſumma Trinitat. item ex Nicolao 1. in cap. Eccleſia de conſecrat. diſt. 1. Auguſt. in Enchirid. c. 56. Theophilact. & Chryſoſtom. in 1. cap. ad Epheſ. vbi D. Paulus ad Epheſ. 1. numero penult. de Chriſto ait, *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam*, D qui locus noſtræ definitioni non obſtat, immo fauet. Primo quia plerumque interpretes locum declarant de humana Eccleſia, quæ vna eſt vniuerſalis, & in partiales eiuſdem vniuerſalis congregationes ſubdiuiditur: & ita dicimus, vnam eſſe Eccleſiam, Oliſiponenſem, alteram Pariſienſem, Toletanam, Bracharenſem, & ſimiles; ſuper quas omnes Chriſtus dicitur caput conſtitutum. Secundo quia vt notat Iuſtinian. à D. Hieronymo Chryſoſtom. Theophylact. & omnibus ferè græcis aliter legitur ille locus, qui ad verbum latinè ſic redditur, *Ipſum dedit ſuper omnia Eccleſiæ*, quod ad Chriſti poteſtatem, & excellentiam ſpectat, qua omnibus ſuæ Eccleſiæ bonis, & donis præſit, ac proſit. Tertio quia retenta vulgari lectione, ſi cum D. Auguſtin. in Enchirid. & cum aliis interpretemur locum de Eccleſia tam triumphante, quàm militante, vtriuſque enim caput eſt

A Chriſtus, nobis fauet Apoſtolus, ſi quidem iam diuiſit duas Eccleſias, quarum Chriſtus caput eſſet, nempè Angelicam & humanam, ſeu triumphantem, ac militantem, nobis vero ſermo eſt de hac ſecunda, neque incommodum eſt, quod duarum Eccleſiarum vnum ſit caput, ſicut nullum eſt vnum eſſe diuerſorum regnorum regem, & quamuis tandem aliquando vna totalis Eccleſia triumphans ſit regnatura in cælis, quamdiu tamen hæc in terris militat, & per fidem ambulat, ſacramentorumque participatione cum illa non communicat, ab illa diſtinguitur: & in genere militantis, Eccleſia dicitur vniuerſalis, cui caput eſt ſummus Pontifex Chriſti Vicarius, cum tamen caput non ſit Eccleſiæ triumphantis.

B Per verbum *eiuſdem fidei* excluduntur hæ- 5. retici: Nam quamuis aliqui exiſtimarint, illos adhuc intra Eccleſiæ Ouile contineri, vt tenet Caietan. de auctoritate papæ cap. 22. & 27. & opuſc. 2. cap. 25. Alphonſus à Caſtro lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 24. vera tamen ſententia eos excludit ab Eccleſia: ita tenet Bellarmin. lib. 3. c. 4. Valent. puncto illo 7. §. 14. verſ. *Hæretici* autem: Suar. de fide diſp. 9. ſect. 1. Turrian. diſp. 14. dub. 1. §. *Sed dicendum*: Palud. lib. de poteſt. Eccleſ. Anton. 3. p. tit. 22. §. 3. Turrecrem. in ſum. lib. 1. cap. 6. Victor. de poteſt. Eccleſ. initio numeri 6. Cano. lib. 4. cap. 2. Sylueſt. verbo Papa; Sot. in 4. diſt. 2. 2. quæſt. 2. art. 2. Azor. tom. 2. lib. 5. C cap. 20. quæſt. 5. cum D. Thom. 3. par. quæſt. 8. artic. 3. item theologis communiter 2. 2. quæſt. 1. artic. 10. probatur primo quia hæretici dicuntur exiiſſe à Catholicis, vt conſtat ex epiſtol. 1. Ioann. 2. numero 19. *Ex nobis prodierunt*, ſeu vt legit Auguſt. & Cyprianus *exierunt*: id eſt ab Eccleſia, vt cum his & aliis patribus interpretatur Lorin. ad hunc locum item D. Paul. 1. Corint. 5. de his ait, *quid mihi de iis, qui foris ſunt*. Secundo quia in Concil. Nican. cap. 18. & 19. dicitur hæreticos poſſe recipi in Eccleſia: ergo extra illam erant. Tertio quia hæc eſt ſententia Patrum Irenæi, Tertullian. Cypriani, Hieronymi, Auguſtin. & aliorum quos apud recentiores D citatos reperies. Quarto quia hæretici neque viuunt vitam charitatis, neque fidei, vnde nulla ratione dici poſſunt membra viua Ecſiæ, ſed præciſa: vnde à ſancto Iuda dicuntur arbores eradicatæ bis mortuæ. Dices hinc ſequi hæreticum occultum, qui ſe Chriſtianum ſimulat ob aliquod temporale bonum, eſſe extra Eccleſiam, quia hic, neque viuit per charitatem, neque per veram fidem: vnde nullo modo vitam ſpiritualem à Chriſto participat: ergo neque modo mortuum Chriſti membrum cenſetur, ſed à toto Eccleſiæ corpore ſeiunctum: ita tuetur Turrecrem. lib. 4. ſum. p. 2. cap. 20. verſic. *Secundo ſequitur*, Suar. citata ſect. 1. numero 25. Turrian. vbi ſupra, verſic. *De hæreticis verò*: Negamus tamen ſequelam, & aſſerimus hæreticos occultos, & ab Eccleſia toleratos, qui in externa Dei profeſſione, & ſacramentorum communione cum veris Chriſtianis communicant intra Eccleſiam eſſe, & illius membra reputari,

tari ; neque ad hoc neceſſaria eſt interior, & vera fides, quæ forma ſit vere exiſtens in omnibus membris, quæ ad hoc politicum, & morala corpus ſpectant, ſed ſatis eſt quod in toto corpore vera fides non deficiat, & quod in omnibus membris externa profeſſio, & ſacramentorum communicatio appareat, vt in vno corpore vniri exiſtimentur. Ita tenet Vualden. Petrus Sotus, Hoſius, Canus, Driedo, quos refert & ſequitur Bellarmin. lib. 3. citato cap. 10. Valent. vbi ſupra.

4. Probatur primo quia ita loquuntur Patres, Nempè Origen. homil. 21. in Ioſue. Auguſt. lib. 1. de Ciuitat. Dei cap. 35. & tract. 3. in epiſtol. Ioann. Gregor. lib. 13. moral. cap. 4. & alij relati à recentioribus citatis, præſertim Bellarmino. Secundo quia id deducitur ex cap. ait Cæleſtinus & cap. audimus 24. quæſtione prima ad illa verba, *Ex quo cœpi talia prædicare*, iuxta gloſſ. in verbo *ſui autem*, & verbo veris, quamdiu enim malus paſtor occultum habet hæreſis venenum, & ab Eccleſia toleratur veram habet iuriſdictionem, quæ in parte à corpore ſeparata eſſe nequit: & concinit gloſſ. in cap. Iulianus 11. quæſtione prima & Gratianus 3. quæſt. 7. §. vltimo in fine: & hinc ſumitur optima ratio pro hac parte. In occulto hæretico, aut ſchiſmatico plena eſt Eccleſiæ iuriſdictio, ſed in eo qui extra Eccleſiam eſt nulla eſt auctoritas, vel iuriſdictio in membra huius corporis, quod eſt Eccleſia: ergo occultus hæreticus, & ſchiſmaticus eſt intra Eccleſiam: maior patet ex iure & Gloſſa citatis, & docet Cæleſtinus in epiſtol. ad Clerum Conſtantinopolit. & in altera ad Ioann. Antiochenum, quæ habentur in Concilio Epheſino cap. 18. & 19. referunturque à Nicolao 1. in epiſtola ad Michaelem: Minorem probant Cyprian. lib. 5. epiſt. 6. & lib. 2. epiſt. 1. Ambroſ. lib. 1. de pœnit. cap. 2. Hieronym. in Dial. contra Lucifer. Optatus lib. 1. contra Parmen. Auguſtin. in Enchirid. cap. 65. & confirmatur: eadem ratio quia excommunicatus occultus poteſt excommunicare, & alios iuriſdictionis actus exercere, vt tenent Richard. in 4. diſt. 18. artic. 2. quæſt. 1. Palud. quæſt. 2. artic 3. Sotus diſtinct. 2. 2. quæſt. 5. artic. 1. Nauarr. in ſumm. cap. 57. numero 21. Couarr. in cap. alma mater 1. p. §. 11. numero 4. & alij communiter; deducique ſolet ex l. Barbarius ff. de officio prætoris, quam ad forum Eccleſiaſticum accomodat Gratian. in cap. infamis 3. quæſt. 7. vult enim reſpublica miniſtrum habentem occultos deffectus tolerare & in ſua iuriſdictione conſeruare: ne ſi poſtea pateant & actus ab eo exerciti putentur nulli, in republica perturbatio, & litigiorum repullulatio excitetur: ergo etiam occultus hæreticus eamdem retinet iuriſdictionem. Concludendum igitur, ſatis eſſe externam fidei profeſſionem, quæ in viſibilis Eccleſiæ membris conſpicitur, vt ea intra Eccleſiam eſſe cenſeantur: Nam vt loquar cum D. Auguſtin. tract. 3. in epiſtol. Ioann. de hæreticis & ſchiſmaticis occultis ſermocinante. *Qui intus ſunt certe ſunt in corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti, quando adhuc curatur corpus ip-*

A *ſius; & ſanitas perfecta non erit, niſi in reſurrectione mortuorum: ſic ſunt in corpore Chriſti quomodo humores mali: quando curantur, tunc Eccleſia releuatur.*

Hinc colliges primo quando Auguſtin. vel 5.
alij patres docent hæreticos non pertinere ad Eccleſiam non loqui de occultis, ſed de publicis: vel ſi de occultis ſermocinantur, intelligendi ſunt, quod nec merito, nec interna veræ fidei vnione ad Eccleſiam ſpectare dicantur, licet externa profeſſione, & numero cum membris Eccleſiæ computentur: quod declarauit Auguſtin. de Geſtis cum Emerito cap. 1. de quo cum dixiſſet Auguſtin. *Illo autem in peruerſitate hæretica quamuis intra Eccleſiam Catholicam diutius remorante*, inferius addit. *Quidam adhuc corde poſiti in parte Donati præſentiam nobis exhibent corporalem, ſiue viri, ſiue fœminæ; carne intus, ſpiritu foris.* Itaque non impedit quod in ordine ad viſibilem Eccleſiam intus ſint, qui ſpiritu & clara per fidem vnione foris eſſe exiſtimentur: Colliges 2. vt quis cenſeatur eſſe in Eccleſia, non oportere, vt reuera ſit baptizatus & internum habeat characterem: Nam ſi quis dicat ſe eſſe baptizatum, ſiue quia ille verè ita credat, ſiue quia alij id ſibi perſuadeant, & accedat ad cœtum fidelium exteriuſque fidem chriſtianam profiteatur, intra Eccleſiam eſſe dicetur. Nam Innocent. 3. cap. Apoſtolicam de præſbytero non baptizato iudicauit præſbyterum non baptizatum vere fuiſſe in Eccleſia, & iuſſit pro eius anima ſa-
C crificium offerri, & vt narrat hiſtoria Eccleſiaſt. lib. 7. cap. 8. Dionyſios Alexandrinus ſimile iudicium fecit de alio non baptizato videlicet intra Eccleſiam fuiſſe: Ita tenet Bellarmin. illo cap. 10. cum Driedo lib. 4. de ſcript. Eccleſ. cap. 2. par. 2. Colliges 3. quod de hæreticis occultis diximus de ſchiſmaticis & excommunicatis occultis à fortiori dicendum; de his verò publicè notis & declaratis quid dicendum ex aliis particulis definitionis conſtabit.

Sequitur altera particula, *eorumdem ſa-* 6.
cramentorum communione, de qua in primis dubitari poteſt an excludat cathecumenos fideles, qui auditis ſufficienter fidei myſteriis, aſſenſum præbuerunt, & in actum fidei prodierunt, per quam iam in externa profeſ-
D ſione, quamuis ſine baptiſmi ſolemnitate cum cæteris catholicis communicant, At cum adhuc non communicent in ſacramentorum ſuſceptione, per hanc partem definitionis videntur excludi. Hos igitur non pertinare ad Eccleſiam, neque illius membra eſſe tenet Turrecrem lib. 1. ſummæ cap. 8. ad 8. Canus 4. de Locis cap. 2. & cap. vltim. ad 12. Bellarmin. lib. 3. cap. 3. Valent. puncto illo 7. §. 14. item lib. 6. Analis. cap. 2. numero 5. Azor. tom. 2. lib. 5. cap. 20. quæſt. 5. & probant primo ex Concilio Trident. ſeſſio. 14. cap. 2. vbi dicitur Eccleſiam in neminem iudicium exercere qui prius in ipſam per baptiſmi ianuam non fuerit ingreſſus. Secundo ex Florent. in decreto Eugenij vbi Eugenius 4. ait, quod per baptiſmum membra Chriſti ac de corpore efficimur Eccleſiæ:

& hoc modo loqountur alij patres. Tertio A quia Eccleſia eſt viſibilis vnde illius membra participare debent ſacramento viſibili, quod Ianua dicitur, quia per illud ad Eccleſiam patet imgreſſus. Quarto quia aliqui patres diſtinguunt non baptixatos à membris Eccleſiæ, & cathecumenos à fidelibus. Naxian. Chryſoſt. Cyrill. Tertullian, & Auguſtin. quos citat Bellarmin. mihi tamen magis placet ſeoteotia, quæ catechumenos ab Eccleſia non omnino excludit; immo tali modo in Eccleſia eſſe dicit, vt ſimpliciter verum ſit illos in Eccleſia ſaluari; ita tenent Alphonſus à Caſtro de iuſta hæret. puoit. cap. 1. Suar. de fide diſput. 9. ſect. 1. numero 18. Turrian. B diſput. citata 14. dub. 1. Bannes 2. 2. quæſt. 1. artic. 10. in reſponſione ad 6. probatur primo ex cap. firmiter de ſumma Trinitat. ibi, *Vna eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur*: & idem docent Cyprianus de voitate Eccleſiæ Auguſtin. lib. 5. de baptiſmo cap. vltimo Hieronym. de tribus Hypoſt. ſed catechumenus fidelis, & contritus moriens antę baptiſmum ſaluatur: vt contigit Valentino de quo Ambroſ. in orat. de obitu Valentini: ergo ſaluatur, vt membrum Chriſtianæ Eccleſiæ: reſpondet Cano catechumenos poſſe ſaluari, quia etiam ſi non ſint de Eccleſia Chriſtiana, ſunt tamen de Eccleſia quę comprehendit omnes fideles ab initio vſque ad finem mundi, ſed hæc reſponſio falſum ſuppooit, nempè poſt Chriſti aduentum, eſſe aliam Eccleſiam, quæ Chriſtiana C non ſit: ſi ergo catechumenus non eſt de Eccleſia Chriſtiana, ſane de nulla vera Eccleſia eſſe cenſetur, quia hoc tempore nulla alia vera eſt: & de Chriſtiana loquitur text. in eo capite extra quam nollus dicitur ſaluari. Rurſus reſpondet Bellarmin. & alij extra Eccleſiam re, & voto ſeu deſiderio nullum ſaluari, & ita interpretatur textúm: vnde quamuis catecbumenus re ſit extra Eccleſiam, voto & deſiderio eſt in Eccleſia, ſed contra quia ſimpliciter verum eſt catechumenum intra Eccleſiam exiſtentem aliquo modo ſaluari: ergo non eſt dicendum quod non ſit aliquomodo membrum Eccleſiæ, ſi enim tali modo eſſe in Eccleſia ſufficit ad ſalutem, & nullus ſalutem obtinet extra illam, D vere vt illius membrum ſaluatur.

7. Secundo item oſtendo ex cap. veniens de preſbytero non baptizato, vbi ſic ait, Innocentius 3. *Cum quis non ſolum per ſacramentum fidei, ſed per fidem etiam ſacramenti efficiatur proculdubio membrum Chriſti, &c.* ergo quamuis catechumenus non ſit reuera membrum oatum, eſt tameo membrum conceptum, ad quod notandum eſt, duplicem eſſe natiuitatem, vnam externam, qua filios procedit ex vtero matris; alteram internam, quæ eſt animatio fœtus: de hac Chriſti natiuitate Matth. 1. aotequam ille in mundo naſceretur dixit Angelus, *Quod enim in ea natum eſt*: vnde etiamſi filius natus non ſit ſimpliciter in hac interna natiuitate, tamen natus dicitor ſecuodùm quid, & aliquomodo ad rempoblicam pertinere putatur: vode iam ſic nato libertas concedi poteſt iuxta l. 14. cum inter concord. de fidei commiſſar. liberat. & l. 7. qui in vtero ff. de ſtatu homin. dicatur. *Qui in vtero eſt, perinde ac ſi in rebus humanis eſſet, cuſtoditur*: vbi Gloſſa ait, *quamuis ſit in ventre filius tamen non habetur pro nato*, videlicet ſimpliciter natiuitate propriſſima: ſimiliter ergo catechumenus iam filius cooceptus Eccleſiæ eſt, & aliquomodo reipublicæ Chriſtianæ pars in Eccleſiæ veſtibulo eſt, & in porticu huius diuini palatij: & ſicut veſtibulum & porticus ad domum & palatium ſpectāt, ita & cathecumenus ad Eccleſiam. Tertio quia ita apertè patres docent: Auguſtin. tract. 4. in Ioann. *Futuri erant aliqui in Eccleſia excluſionis gratia catechumeni*, & quamuis ibi eos à fidelibus diſtinguere videatur, intelligendus eſt de fidelibus Eccleſiæ ſimpliciter natis, non quod neget eſſe membra Eccleſiæ & filios conceptos: idem dicit lib. 4. de baptiſmo cap. 21. Dein Dionyſ. de Eccleſiaſt. Hierarch ad finem cap. 6. diſtinguens diuerſos Eccleſiæ gradus, ſuum in ea catechumenis locum dedit. Tandem quia ex D. Thom. 2. 2. quæſtiooe prima artic. 9. ad 3. diſtingui debeot tres hominum ordines, quos ad Eccleſiam pertinere dicit, vnus eſt eorum, qui ſunt in Eccleſia numero & merito, & hos dicimus eſſe baptizatos & iuſtos: alius eorum. qui ſuot numero & non merito, & hos ait D. Thom. pertinere ad Eccleſiam etiam ſi fidem formatam non habeant: ergo, tertius eorum eſt, qui merito, & non numero in ea ſunt, quales ſunt catechumeni, qoi iam credunt, & ad minimum fidem habent, cui, ſi gratiæ forma accedat, iuſtificantur etiam ante baptiſmum, ſed præſtautiuri modo ſunt in Eccleſia, qui ſunt merito, quam qui ſunt numero: ergo ſi qui ſolo numero ſunt in Eccleſia, dicantur illius membra, à fortiori qui merito in ea eſſe cenſentur, ſiue per ſolam fidem, ſiue per fidem, & gratiam in Eccleſia eſſe debent, ne extra Eccleſiam ſaluari dicantur.

Vnde ad primom in oppoſitum; Dico catechumenos eſſe ſub poteſtate Eccleſiæ, & iuriſdictione directiua, non coactiua, de qua intelligendus eſt locus Tridentini: etenim ſub Eccleſiæ tutela, regimine, & cura ſunt catechumeni, qui ſe Eccleſiæ erudiendos tradiderunt, & creduot iam fidei myſteria, de quibus erudiuntor: interſunt diuiois officiis, quatenus ab Eccleſia permittitur: quod vero vim in eos coactiuam non exerceat, ideo eſt, quia receptio fidei eſt voluntaria, vt dixi quæſt. 3. ſect. penultima, hæc tamen catechumeni libertas, & coactiua Eccleſiæ immunitas non tollit, quominus ſit in Eccleſia, & aliquomodo illius membrum; ſicut etiam non facit eſſe membra Eccleſiæ hæreticos notorios, & ab Eccleſiæ communione ſeparatos, poſſe puniri ab Eccleſia, itaque poſſe ſeu non poſſe puniri non facit, nec tollit eſſe in Eccleſia. Ad ſecundum dico primo Florentinum loqui de membris ſimpliciter & perfecto modo io Eccleſia natis. Secundo loqui de baptiſmo vel io re vel in voto: & ex hoc ſecundo modo catechumeni per baptiſmum in voto facti ſunt Eccleſiæ filij con- 8.

cepti,

cepti, & imperfecto modo nati. Ad tertium dico catechumenos ſe viſibiliter Eccleſiæ tradidiſſe, & baptiſmi votum manifeſtaſſe; vnde eorum actiones iam ad Eccleſiam viſibilem accommodatè referuntur. Ad quartum Reſp. illos Patres ſolum ſignificare diſtinguendos eſſe catechumenos à reliquis fidelibus non in ratione membrorum abſolutè, ſed in modo quo Eccleſiæ membra ſunt nata perfectè & imperfectè, nempe concepta, & in communione ſacramentorum actuali, non in potentia proxima ad illam modo illarum ſtatui accomodato, & ita explicari debet illa definitionis pars de ſacramentorum communione: participant enim baptiſmi ſacramentum in voto, & ad alia ſunt in potentia proxima.

9. Reiicit tamen illa particula propriiſſime excommunicatos quos non eſſe Eccleſiæ membra arbitramur, quamuis oppoſitum teneat Bannes 2. 2. quæſt. 1. artic. 10. in fuſioribus comment. dub. 1. ad 8. Suarius citatus numero 16. Valent. & Turrianus vbi ſupra: Verum noſtram ſententiam tenet Vualdenſ. tom. 1. lib. 2. cap. 9. Turrecrem. lib. 1. cap. 3. ſumm. Driedo lib. 4. cap. 2. par. 2. de Eccleſ. dogm. catechiſmus Roman. in expoſit. Symboli, Bellarmin. vbi ſupra cap. 6. vbi refert plures Patres idem teſtantes manifeſtè, Euſebium, Epiphanium, Hilarium, Chryſoſtom. Hieronym. & Auguſtinum. Probatur primo. ex illo Matth. 18. *Si Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.* 1. Corint. 5. *Auferte malum ex vobiſmet ipſis.* Secundo ex cap. Canonica 11. quæſt. 3. item cap. qui merito cap. omnis, & cap. nihil, eadem quæſt. 3. in quo vltimum quod ex Auguſt. ſumptum eſt: ita habetur: *Nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quam ſeparari à corpore Chriſti, ſi enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum eius.* Tertio quia per excommunicationem homines omni commercio ſpirituali priuantur, quod ad inuicem habent, qui in Eccleſia ſunt; ergo iam excluſi cenſentur ab Eccleſiæ conuentu, quid enim eſt aliquem ciuitate, aut regno priuare; niſi hominem ab alicuius reipublicæ communicatione, quam illius membra participant, propellere, ac præſcindere ab illo politico & morali corpore? hoc tamen intelligendum non eſt de ſententia excommunicationis iniuſta & nulla: Nam poteſt contingere vt iuſtus iniuſta, inualidaque ſententia excommunicatus moriatur, & ſaluetur, neque eſt dicendum, quod extra Eccleſiam ſaluetur: ergo reuera in Eccleſia manſit: talis eſt excommunicatus de quo loquitur Auguſtin. lib. de vera religione cap. 6. *Sapè etiam ſinit diuina prouidentia expelli de Congregatione Chriſtiana etiam bonos viros, quam contumeliam, vel iniuriam ſuam cum patientiſſimè pro Eccleſia pace tulerit, &c.* neque obſtat quod Auguſtin. lib. ad Donatiſtas poſt collationem cap. 20. ait, *Neque enim à populo Dei ſeparamus, quos vel degradando, vel excommunicando ad humiliorem pænitendi locum redigimus.* his enim verbis non ſignificauit Auguſtin. excommunicatos non ſeparari ab Eccleſia, ſed per excommunicationem non excludi omnino à numero prædeſtinatorum, quaſi nullum poſſint habere ad Eccleſiam regreſſum; ſi depoſita contumacia excommunicati Eccleſiæ velint obedire. Immo tanquam ſalutare remedium ea grauiſſima illis pœna infligitur vt à vitiis, quibus obſtinato animo deuouentur, tandem aliquando reſipiſcant, & ad Eccleſiæ communionem admittantur: vt abſolutionis verba declarant. *Reſtituo te vnitati Eccleſiæ, & membrorum participationi.*

Vltima particula eſt ſub legitimorum paſtorum regimine, &c. per hanc reiiciuntur ſchiſmatici, qui ſcindunt Eccleſiæ vnitatem, & vniuerſali Eccleſiæ capiti ſubiici recuſant: & hoc intelligendum eſt etiamſi nullo alio errore polluantur, propter quem cum hæreticis computentur: Nam quamuis purè ſchiſmaticos adhuc eſſe membra Eccleſiæ defendat Caſtro lib. 2. de iuſta hæretic. puuit. Suar. diſput. 9. de fide ſect. 1. numero 14. Valent. §. illo 14. & infra diſput. 3. quæſt. 15. punct. 3. Nihilominus à nobis ſtant Turrecrem. lib. 4. par. 1. cap. 1. & ſequent. Valden. tom. 1. lib. 2. cap. 9. Driedo lib. 4. de Eccleſ. dogm. cap. 2. par. 2. Bellarmin. citatus cap. 5. Bannes vbi ſupra ad 7. & hæc eſt ſententia patrum Irenæi, Cyprian. Chryſoſtom. Hieron. Auguſtini, Optati, Fulgent. quorum verba refert Bellarmin. Probatur primo ex cap. pudenda 24. quæſtione prima vbi manifeſtè dicitur, *Schiſmaticus ab Eccleſiæ viſceribus diuiſus & ab Apoſtolicis ſedibus ſeparatus* & cap. ſchiſma, eadem quæſtione prima, aſſeritur quod *ſchiſmatici ſe ab vniuerſali Eccleſia diuiſerunt.* Secundo Eccleſia *vnum eſt ouile,* Ioann. 10. *Et vnum corpus*: ad Roman. 12. *Vna ſponſa, vna amica & vna Columba*: Cant. 6. vna, vt ait Cyprianus de vnitate Eccleſiæ, Chriſti tunica inconſutilis, quæ ſciſſa non fuit: ergo qui in ſchiſmate eſt, id eſt in ſciſſura, in Eccleſia non eſt. Tertio quia de ratione Eccleſiæ eſt vt habeat membra ſibi ad inuicem vnita, & capiti ſubiecta, neque enim cum membris reliquis vnionem participat, qui ſe à capite ſeparare præſumit. At ſchiſmaticus negata Chriſti Vicario obedientia à capite huius Eccleſiæ ſcinditur, ergo ab vnione membrorum ſeiungitur, & à toto corpore ſeparatur: Neque obſtat quod in cap. firmiter de ſumm. Trinitat. Eccleſia definitur congregatio fidelium, & cap. Eccleſia de Conſecrat. diſtinct. 1 dicitur collectio catholicorum: vnde videntur ſignificare hi textus ſatis eſſe fidem retinere ad hoc vt aliqui ſint in Eccleſia: Nam in his textibus non continetur exacta Eccleſiæ definitio & ſi talis intelligatur, debet explicari illa particula fidelium, de his qui fideles ſint: & vt tales externe fidei profeſſione ſe gerant in eorumdem ſacramentorum communione ſub legitimo paſtore, vniuerſalis Eccleſiæ capite permaneant. 10.

11. Tandem per hanc vltimam partem definitionis, & per antecedentes tam beati quàm damnati; immo & in purgatorio exiſtentes excluduntur: nulli enim ex his ad Eccleſiam militantem ſpectant, de qua in præſenti agimus, neque ſub ſummi Pontificis iuriſdi-

ctione, ſeu poteſtate ſunt, neque externæ fidei A profeſſione & ſacramentorum communione ad Eccleſiam viſibilem neceſſaria copulantur: & de beatis, *& damnatis*, ſatis conſtat. De animis in purgatorij pœnis demorantibus oppoſitum viſum eſt cuidam Ioanni Angelo vt refert Maior. in 4. diſtinct. 20. quæſt. 2. qui putauit has animas adhuc Eccleſiæ clauibus ſubeſſe, ſed falſa eſt opinio: non enim propriè & per ſe Papæ ſubiiciuntur animæ, quæ in purgatorij loco detinentur, neque iis indulgentias, vel abſolutionem directè concedere valet, ſed ſolum per modum ſuffragij conceſſis indulgentiis viuentibus illas iuuare poteſt: vt cum multis aliis docet Suar. tom. 4. in 3. par. diſp. 53. ſect. 2. numero 4. & licet aliquando videatur ſummus Pontifex iuriſdictionem exercere erga defunctos, nihil B ſane circa illos directè operatur, ſed ſolum circa viuentes illis nimirum conceſſa facultate, vt ſuas pro certis defunctis orationes offerant, & negata pro aliis; prohibendo ne etiam cum mortuo excommunicati corpore communicent, quæ iuriſdictio directè in viuentes cadit, & ſolum obiectiuè & indirectè in vita functos redundat. In propoſita, ergo definitione comprehenduntur, qui ad Eccleſiam pertinent, quæ in terris ſub Chriſto capite, eiuſque Vicario, cuius idem tribunal eſt, viuit: animæ vero in purgatorio exiſtentes, dici non poteſt, quod in Terris viuant: & confirmatur, quia Chriſtus Dominus ſummo pontifici poteſtatem dedit ligandi, C atque ſoluendi ſuper terram, quare ad animas quæ iam in terris non viuunt directè extendi non valet: his ergo excluſis nempè hæreticis & ſchiſmaticis publicis, excommunicatiſque denuntiatis; item beatis, damnatis & in purgatorio detentis, reliqui fideles, qui in terris viuunt, & externa fidei profeſſione ſacramentorumque communione participant, pro ratione ſui ſtatus, ſub vno Chriſti Vicario ſummo Pontifice corpus Eccleſiæ conſtituunt: *Dico pro ſui ſtatus ratione*, quia non oportet, vt omnes omnia ſacramenta ſuſcipiant; aliqua enim non ſunt neceſſaria neque ratione medij, neque ratione præcepti D ad ſalutem, vt ordinis, & matrimonij alia non quouis tempore ſuſcipienda; alia non eodem modo omnibus communicanda, vt de catechumenis diximus, quia pro ſuo ſtatu ſatis eſt, quod in voto baptiſmum ſuſcipiant, & ad reliqua ſuo tempore participanda diſponantur, vt filij concepti & aliqua ratione Eccleſiæ membra cenſeantur. Denique hinc patet falſitas immo & hæreſis aſſerentium Eccleſiæ membra vel ſolum eſſe prædeſtinatos, vel eos tantum qui peccatum mortale non habent, vel qui nunquam in fidei errorem lapſi ſunt, qui errores, quia à recentioribus citatis manifeſtè conuincuntur: ad illos, lectorem remitto.

12. Cæterum huius Eccleſiæ proprietates ſeu prærogatiuę quatuor recenſentur in ſymbolo; nimirum quod ſit vna, ſancta, catholica, & Apoſtolica: præter has tres aliæ referuntur præcipuæ neceſſario cognoſcendæ in præſenti materia: nempè quod ſit viſibilis, perpetua, & eius auctoritas ob ſpiritu ſancti aſſiſtentiam infallibilis: ſi enim illa nobis credenda proponit per ſenſibilia ſigna naturali, & humano more, oportet, vt viſibilis ſit: & ſi regula eſt viſibilis noſtræ fidei vſque ad finem mundi permanſuræ, opus eſt, vt ſit perpetua, & infallibilis; ſiquidem diuinę fidei neque mutatio neque falſitas ſubeſſe poteſt; quamobrem de duabus vltimis prærogatiuis in ſecunda & tertia ſectione agendum: reliquas hic curſim declarabo, quia nulla de illis inter catholicos controuerſia eſt. Vna ergo eſt Eccleſia, huius vnitatis cauſas egregie collegit Paulus ad Epheſ. 4. *Sicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ: vnum corpus, & vnus ſpiritus, vna fides, vnum baptiſma, & vnus Deus, & pater omnium*: item 1. Corint. 10. *Vnum corpus multi ſumus omnes, qui de vno pane, & calice participamus*: idem oſtendit ad Roman. 12. & 1. ad Timoth. 3. vbi Eccleſiam vocat vnam domum Dei viui: & quamuis ab vna fidei doctrina, ab vna vocationis ſpe, ab vna Spiritus ſancti charitate, vnoque baptiſmate, & vno Deo, vno denique ſpiritualis alimenti victu, ſanctiſſimo corpore, & ſanguine Chriſti vna merito Eccleſia nominetur; In Concilio tamen Conſtantinopolitano, ſecundo œcumenico, & vniuerſali, addita eſt ſymbolo illa particula *vna*, quæ non erat in Nicæno, in quo inchoatum eſt ſymbolum, quod Nicænum appellatur: & hæc cauſa eſt, cur aliqui authores dicant, hanc proprietatem Eccleſiæ in Nicæno ſymbolo declarari, vt docet Valentia tom. 3. diſput. 1. quæſtione prima punct. 7. §. 16. verſ. *prima proprietas*; non quia reuera in ſymbolo Nicæni Concilij ſit, ſed quia Patres Concilij Conſtantinopolitani profeſſi ſunt, fidem Nicæni Concilij retinere, & ſolum aliqua claritatis gratia adiungere, illa profeſſio fidei ſemper Nicænum ſymbolum dictum eſt: cauſa verò adiungendi illam particulam fuit, non hæreſis tempore Epheſini, ſeu Chalcedonenſis Concilij, vt Bannes docet, ad illum artic. 10. citatum, de quinque proprietatibus Eccleſię, proprietate prima: Nam Concilium Conſtantinopolitanum multis annis præceſſit Epheſinum, & Chalcedonenſe, in quo tamen illa particula reperitur: quamobrem appoſitam credo, ad oſtendendam vnionem membrorum vnius corporis ſub vno capite, & monarchicum Eccleſiæ regimen declarandum. Vnde hæretici noſtri ſæculi arguuntur, qui contra Eccleſiæ Monarchiam inſurgunt, qualis ille fuit Anglorum Rex Henricus, qui anno Domini 1535. in hanc hæreſim ſe regnumque ſuum præcipitauit, videlicet tot eſſe Eccleſias Chriſti, quot regna, in quibus Reges ipſos ſuorum regnorum ſummos Pontifices eſſe aſſerebat, quam hæreſim multi ex Lutheranis, & Zuingliani, & Caluiniani ſequuti ſunt; illamque non de nouo ortam, ſed repullulantem Hydram dico, quia iam illis priſcis ſæculis exorta eſt: Nam hic ſuas omnes vires hæretici conuerterunt, vt Monarchicum Eccleſiæ regimen conuellerent, quod Agatho Papa in Epiſtola ſynodica adnotauit: cauſam agnouit egregiè Cyprianus,

Cyprianus, & lib. 1. Epiſtola 3. his verbis aſſignauit, *Vt gubernatore ſublato atrocius, atque violentius circa naufragia Eccleſia hoſtis graſſetur*, Verum de hoc alioi: præter quam quod à multis docte ſatis diſputatum eſt: quorum plures refert Suar. diſput. 9. ſect. 4. numero 1. & diſput. 10. in principio: videri etiam poteſt Coricus tom. 1. lib. 7. præſertim artic. 7. vbi longo ordine recenſet Pontifices centum ab Anacleto in primo ſæculo, vſque ad Sixtum 5. in 16. qui hanc veritatem in epiſtolis, ſeu decretis aperte teſtificantur.

13. Altera proprietas eſt, quod dicatur Eccleſia ſancta: ita in ſymbolo Apoſtolorum. Probatur primo, quia à Chriſto ſancto ſanctorum inſtituta, & illi tanquam capiti vnita. Secundo ob ſanctitatis profeſſionem, quam in baptiſmo faciunt eius membra: Nam vt ſeruator Dominus exhiberet ſibi Eccleſiam, non habentem maculam neque rugam, vt ait Paul. ad Epheſ. 5. voluit, vt eius filij à lauacro regenerationis nempè à baptiſmo, vt idem Apoſtolus ad Tit. 3. appellat. purificati prodirent. Tertio quia in hac Eccleſia iuſti nunquam deerunt, etenim ager iſte, quantumuis inimicus homo Zizania ſuperſeminet, numquam non pura ſanctorum grana, quouſque cæli granarium, & electorum numerus impleatur, feraciter producet: & nunc dum hæc ſcribo, tres noſtræ ſocietatis Martyres Paulum, Ioannem, & Iacobum cum aliis in Iaponum Inſula pro Chriſti fide Crucifixos ſanctiſſimus Dominus Vrbanus Octauus ſanctos declarauit; & de illis officium dicere, & rem diuinam facere nobis cõceſſit, quod multis aliis facturũ ſperamus: Nam illa Iaponum Eccleſia ad inſtar primitiuæ Chriſtianorum ſanguine per hoſce annos largiter irrigatur. Quarto, ſancta etiam dicitur, vt ait Hoſius lib. de fide cap. 21. id eſt ſancita, munita, & firma ſupra petram ædificata, contra quam portæ inferi non præualebunt. Quinto quia D. Petrus fideles 1. Petr. 2. *Gentem ſanctam, & populum acquiſitionis*, appellat & D. Paul. ad Roman. 1. *Omnibus qui Romæ ſunt vocatis ſanctis*. Magnus enim fuit in Eccleſia primitiua ſanctitatis feruor. De hac Eccleſiæ ſanctitate Fabianus Papa epiſtol. 3. ad Hilarium ſcribit: item Sixtus 3. in epiſtola decretali cap. 5. Hieronym. & alij interpretes ad Epheſios: S. Auguſtin. de perfectione iuſtitiæ & latè Turrecrem. lib. 1. cap. 11. & 12. in ſumma.

14. Tertia prærogatiua eſt Catholicam nominari: ita etiam in Apoſtolorum ſymbolo. Inuiſum ſanè hæreticis vocabulum, quod iam Donatiſtas maximè torquebat: *Et catholicum nomen non ex vniuerſitate gentium, ſed ex plenitudine ſacramentorum inſtitutum aſſerebant*: vt teſtatur D. Auguſt. in Breuiculo collatione 3. diei cum Donatiſt. item epiſtol. 48. ad Vincent. & 170. ad Seuerinum; & ſæpè alibi: ratio verò cur hoc nomen tam odioſum ſemper hæreticis fuerit, illa in prompto eſt, quia ipſorum profeſſioni opponitur, qui non aliud curant quàm Eccleſiam diuidere, & illius vniuerſalitatem diſſipare, vt eam quæ totum orbem tenet, & vniuerſarum gentium Eccleſia eſt, ad ſuorum A errorum partes trahant: Nam *catholica* dicitur id eſt vniuerſalis, vt in commentatione textuum iam aduerti: Nam ideo Apoſtolos in vniuerſum orbem Chriſtus miſit, vt vniuerſalem Eccleſiam fundarent. Marci vltimo, *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ*, & Matth. vltimo, *Euntes docete omnes Gentes*. Eademque ratione huius Eccleſiæ fidem communem dixit Paulus ad Titum 1. numero 4. *Tito dilecto filio ſecundum communem fidem*, id eſt vniuerſalem ſeu catholicam: vt Chryſoſtom. Iuſtinian. & Cornel. interpretantur & in eo differt à ſynagoga, quæ erat Eccleſia limitata ad populum Iudæorum, vt docet Auguſt. ſæpè in libro de Vnitate Eccleſiæ, & contra B Creſconium, item epiſtol. 50. & 61. Eccleſia verò Chriſtiana ad certam orbis partem, vel nationem non limitatur: iuxta Paulum ad Romanos 10. *Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci*: de quo videri poteſt Baſilius. 1. contra Eunomium. Denique catholica etiam dicitur ab vniuerſalitate doctrinæ, quam docet de Deo, & creaturis, Generalium Conciliorum, & ſummorum pontificum decretis explicata, & in infallibili regula, quam Spiritus ſancti aſſiſtentia dirigit, fundata: vt Cyrillus catecheſi vltima Cyprian. lib. 1. epiſtol. 3. & alij patres docent: Item vniuerſali traditione recepta, iuxta illud Pſalmi 118. *In generationem & generationem veritas tua*; quæ quidem prærogatiua Eccleſiæ Chriſtianæ C ſpeciatim attribuitur: de hac vniuerſalitate, vnitate, & ſanctitate Eccleſiæ Romanæ ſunt multi textus cauſa 24. quæſtione prima præſertim in cap. loquitur, cap. alienus, & aliis.

Quarta proprietas eſt, qua dicitur Eccleſia Apoſtolica. Primo quia Apoſtolorum prædicatione fundata, & toto orbe fuit propagata iuxta illud Pſalmi 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum*. Secundo quia ab Apoſtolis ad hoc vſque tempus legitima ſucceſſione, & traditione deuenit, quo reſpexit Tertullianus de præſcript. hæreticor. cum dixit. *Illa vera Eccleſia ſentitur quæ ab Apoſtolis legitima ſucceſſione deducitur*: de quo latè Suar. lib. 1. in defenſione fidei contra hæreſ. Anglic. cap. 17. & 18. Tertio quia doctrinam & traditiones Apo- D ſtolorum religiosè colit, & obſeruat. Quarto quia Romana Eccleſia non modo doctrina, ſed etiam martyrio principum Apoſtolorum Petri & Pauli decorata, eorumque ſanctis corporibus exornata & defenſa, omnium Eccleſiarum particularium communis mater reliquas ſuo amplexu fouet, zelo promouet, & ſalutaribus monitis cohortatur: vt Papa Iulius in cap. officij 24. quæſtione prima teſtatur: cuius illa eſt ſumma, *Chriſtianæ religionis Zelum Romana Eccleſia præ cæteris habuit*. Hæc verò prærogatiua ſoli Eccleſiæ Chriſtianæ aptatur, de qua videri poteſt Vualden. lib. 2. doctrin. fid. c. 16. Turrecrem. lib. 1. cap. 18. & 19. Cano de locis lib. 3. præſertim cap. 3. & 4. 15.

Quinta proprietas eſt, quod ſit viſibilis: hæc etiam prærogatiua hæreticos vehementer vrit, eos enim ſi non fateri ſaltem intelli- 16.

gere cogit, ſe de Chriſti Eccleſia non eſſe: cum nullum poſſint hominum illuſtrem cætum, in orbe præteritis ſæculis cognitum indicare, in quo ſ erit ea religionis ac doctrinæ forma, quam ipſi obſeruant & nuper inuenerunt, & ſi quos in antiquis ex ſuis errores agnoſcunt, à vera Eccleſia viſibili, & à ſanctis patribus, œcumeniſque conciliis damnatos animaduertunt. Vt ergo ſe talpas lucifugas, & tenebrarum ſobolem eſſe vel inuiti prodant, ſuam Eccleſiam luce orbatam per plura ſæcula in tenebris delituiſſe arbitrantur: immo etiam nunc de illa ſe eſſe Eccleſia fatentur, quæ viſibilis non eſt. Duplicem enim Eccleſiam diſtinguunt, vnam inuiſibilem, alteram viſibilem, & priorem tantum, vt veram Eccleſiam colunt, poſteriorem, vt falſam, & apparentem deſpicantur. Illorum fundamentum eſt, quia vnus ex articulis fidei eſt, Credo vnam ſanctam Eccleſiam, At quod creditur non videtur, ideoque Eccleſiam dicunt eſſe illud regnum de quo Luc, 17. numero 20. *Non venit regnum Dei cum obſeruatione· nec dicent, ecce hic, aut ecce illic, ecce enim regnum Dei inera vos eſt*: & iuxta Petrum epiſtol. 1. cap. 1. illa eſt, *Dominus ſpiritualis, & ſpirituale ſacerdotium*, quod oculis non videtur: Nam cùm forma huius Eccleſiæ, vt aiunt, iuſtitia ſit, & fides interna ſeu prædeſtinatio, quæ ſub ſenſum cadere nequeunt, impoſſibile eſt, vt veram Eccleſiam tanquam viſibilem oculis hominum exponant. Verom vt huius hæreſis lucem fugientis falſitatem in conſpectu ſolis, vel ſplendore veritatis incolumi acie intueri poſſimus: aduertere oportet, ne per exceſſum, vel defectum in Eccleſiæ viſibilitate aſſignanda à veritate declinetur, quando Eccleſiam dicimus viſibilem, non ea ſolum viſibilitate nos contentos eſſe, quæ in hominibus, quibus conſtat aliqua congregatio, reperitur, quatenus omnes viſibiles ſunt: hoc enim modo nullus dubitat omnes hominum Congregationes eſſe viſibiles. Deinde non vſque adeo Eccleſiam eſſe conſpicuam volumus, vt ipſa Eccleſiæ veritas, eiuſque proprietates in ſe oculis cerni poſſint, vel euidenti ratione comprehendi: non enim arbitrantur catholici oculis videri, aut euidenter cognoſci, quæ ſit hominum coogregatio, quæ verum Deo exhibet cultum, veramque ac germanam fidem & ſanctitatem ſectatur; & Spiritus ſancti aſſiſtentia gubernetur: hæc enim omnia io Romana, & vera Eccleſia eſſe obſcuro fidei aſſenſu credimus.

17. Catholica igitur ſententia eſt Chriſtianam Eccleſiam in eo ſenſu eſſe viſibilem, vt in omni ſæculo poſt Chriſtum poſſit conſpici, & quaſi digito monſtrari certa hominum congregatio, de qua prudenter iudicari poſſit, & firmè credi, quod ſit vera Eccleſia, veram Chriſti fidem retinens & Euangelicam veritatem, Apoſtolicamque doctrinam: & ita fit, vt quamuis iſto modo Eccleſia viſibilis ſtatuatur, ſuum etiam habeat in ſymbolo locum ille articulus, quo Eccleſiam vnam, ſanctam, catholicam & Apoſtolicam credimus. Inter ſacræ ſcripturæ teſtimonia illud eſt præcipuum pro hac veritate Matth. 5. numero 14. vbi Chriſtus cum Apoſtolis, qui primi fuerunt huius ſanctiſſimi ædificij lapides, ita loquitur. *Vos eſtis lux mundi: non poteſt Ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, neque accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt*, quem locum illa Auguſtini verba de voitate Eccleſiæ cap. 14. egregiè commentantur. *Non eſt operta Eccleſia, quia non eſt ſub modio, ſed ſuper candelabrum; & de illa dictum eſt non; poteſt Ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: ſed Donatiſtis, (dictu Lutheranis, & alijs hæreticis) operta eſt, quia audiunt tam lucida, & manifeſta teſtimonia, quæ illam toto orbe eſſe demonſtrant, & malunt clauſis oculis offendere in montem, quam in illum aſcendere, qui cum eſſet lapis præciſus de monte ſine manibus creuit, & factus eſt mons ingens, & impleuit vniuerſam terram*: plura alia D. Auguſtin. & aliorum patrum teſtimonia in confirmationem huius veritatis require apud Bellarm. lib. 3. citato cap. 12. Suar. de fide diſput. 9. ſect. 8. Valent. ilio §. 16. de ſexta Eccleſiæ proprietate: ratione probatur: primo, illa eſt congregatio viſibilis, in qua Paſtor viſibili regimine ſubditos docet, hortatur, corripit, ipſiſque ſacramenta viſibilia nimirum ſigna gratiæ inuiſibilis adminiſtrat, & de qua Chriſtus ad illius correctionem Mattb. 18. numero 17. dixit, *Dic Eccleſiæ; ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus*, & Actor. 20. nu. 28. ad hos paſtores dicitur. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*: ſed poſt Chriſtum in quouis ſæculo ſemper hoc regimen viſibile cum ſacramentorum adminiſtratione, ſimilique Dei cultua perte oſtendi & cognoſci potuit in certo hominum cætu, qui Chriſtiana Eccleſia nuncupatur: ergo. Secundo illa eſt Congregatio viſibilis, quæ, publicè concilia indicit, celebratque: decreta ſancit: de fide, & religione controuerſias dirimit: ſed à primo ſæculo, vſque ad hoc noſtrum talis congregatio perſeuerat: Nam Apoſtoli primum indixerunt Concilium Hieroſolymitanum, in quo illa conſtitutio facta eſt de qua Actorum 15. numero 28. *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris quam hæc neceſſaria, &c.* & poſtea celebrata ſunt illa quatuor Concilia Generalia Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe, quæ etiam ab aduerſariis tanquam legitima recipiuntur quorum doctrioam ſubſeqoentia Concilia retinere, & conſeruare ab erroribus immunem diligentiſſimè procurarunt: ergo. Tertio in ſacro Euangelio Eccleſia comparatur à Chriſto Domino ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, item conuiuio nuptiali, ad quod boni & mali admittuntur; decem Virginibus partim prudentibus, partim fatuis: vineæ, ad quam diuerſis horis vocati ſunt operarij quorum alij plus, alij minus laborauerunt, ouili in quo oues, & hœdi congregantur, quæ omnia non niſi ad Eccleſiam

Digitized by Google

cleſiam viſibilem aptati poſſunt. A

18. Ad ſundamentum illud ſopbiſtica ratione ſuffultum reſpondeo, non idem creditur, & euidenter agnoſcitur in Eccleſia: Nam ſicut Apoſtoli videbant humanitatem Chtiſti & diuinitatem credebant, ita nos licet non videamus interiorem fidem & iuſtitiam ſanctorum, qui in Eccleſia ſunt, videmus tamen ſigna & effectus illius fidei, & opera virtutum, quæ internam produnt ſanctimooiam: videmus quidem ſigna ſenſibilia, & materialia ſacramenturum, nempè aquam, audimus vocem baptizantis, credimus vero interiorem pueri baptizati rogeneratiooem. Vnde ad teſtimonium Lucæ Reſp. Chriſtum in eo loco de duplici aduentu ſuo fuiſſe locutum, & de ſecundo dixiſſe, quod non veniet cum obſeruatione, quia veniet repente, & improuiſo, ſicut fulgur; de primo verò dicit, quod intra ipſos eſſet, quia non erat ipſis difficile, illum credere, viſis enim miraculis, audita doctrina, & eacitante Dei gratia vocatis facile erat illis, Chriſti diuinitatem credere, & in ſuo erat arbitrio aſſenſum fidei intellectui imperare: hac ratione Deus Deuteron. 30. vt facilitatem præcepti indicaret, ait, *Quod ego pracipio hodie non eſt ſuper te, non procul poſitum, &c.* quare Chriſtus hortatur ne ſolliciti ſint de die iudicij, ſed de præparatione ad illum, quæ præſertim in interna iuſtitia fidei, & charitatis cunſiſtit: plures alias ex patribus eapoſitiones adducit Maldonatus quarum nulla hęteticorum opinioni fauet. Iam vero D. Pettus Eccleſiam appellat domum ſpiritualẽ ex principali parte illius fructus, qui ſpiritualis eſt, non ita tamen vt in conſpectũ non exeant opera pietatis, ſanctimoniæ, & diuini cultus ab eius membris exercita, item Miracula, & Martyria, quæ interiorem iuſtitiã manifeſtant: etſi volunt quod ſola fides, ſeu prædeſtinatio ſit interna forma ſanctificãs Eccleſiam, error eſt errori additus: Nam vltra fidem gratia, & charitas illã iuſtificat, quę quamuis præcipua pats ſit sãctitatis Eccleſiæ, eaternam etiam fidei profeſſionem, & bonorũ operum conſortium depoſcit, vt fideles humano modo in hac Chriſti republica Deum religioſè colant: & ſacramentorum cõmunicatione in ſpiritu proficiant: plura de hac re ſacræ ſcripturæ teſtimooia pro ſe adducunt hæretici, quæ facilem habent declarationem in catholico ſenſu: videri poſſunt apud Bellarmin. lib. 3. c. 11. Valent. §. 16. citato, propriet. 6. Bannes q. 1. art. 10. propriet. 5. Suar. de fide diſput. 9. ſect. 8. & alij ſupracitati, apud quos alias Eccleſiæ notas reperies, quæ omnes *aptiſſimè* quadrant Eccleſiæ Romanæ, quæ nunc ſub Vrbani Octaui regimine illa eadem perennat, & quæ à Chriſto Domino Petro primo illius Vicario commiſſa eſt, his verbis, *paſce oues meas*. Rogabis an hoc de fide ſit nempè hanc numero Eccleſiam in qua ſumus, eſſe verã Eccleſiam, quæ à Chriſto Domino Petro commiſſa eſt: ad reſulutionem huius dubij explicare oportet perpetuitatem Eccleſiæ à primo ſuo ortu, & futuram durationem vſque ad mundi finem, item infallibilitatem eiuſdem, quas duas proprietates ſequentibus ſectionibus exponam, & tunc quænam ſit hæc Eccleſia concludam.

Quale fuerit initium, & progreſſus; & quis finis erit vera Eccleſia.

SECTIO IV.

DE Eccleſiæ initio ſi illam ita latè accipiamus, vt etiã ad congregationem Angelorum extendatur, quomodo Eccleſiam accepit Atboreus lib. 5. cap. 3. & nonnulli alij ex patribus, certum eſt ab ipſa Angelorũ creatione incœpiſſe: etiam iam tunc erat quædam fidelium Congregatio in tres hierarchias, & nouẽ choros diſtributa & legibus ſupernaturalibus in ſupernaturalẽ beatitudinem à Deo ordinata. Verùm quia in ſtrictiori ſignificatu propriiſſimo Eccleſiam accepimus, & definiuimus cum communi theologorum ſententia prout chriſtianum tantum cõprehendit: nunc loquirimus, quãdo hæc quæ ad ſolos homines ſpectat initiũ ſumpſit, & an ſit illa eadẽ, initio & progreſſu quæ nunc permanet, & vſque ad mundi finẽ duratura eſt, in quo etiam certũ eſt non eiſdẽ legibus, ritibus, cęremoniis & ſacramentis Eccleſiam cępiſſe vt infra ad titulũ de conſtitut. diſp. 2. dicemus, agẽtes de diſcrimine legis naturalis, ſcriptæ & gratiæ. Vnde definitio proxima ſectione tradita Eccleſiæ Chriſtianæ cõuenit, quę à Chriſto incæpit, quia tamen ante aduentũ Chriſti Eccleſiam fuiſſe certum eſt, prout ſignificat Congregationẽ fideliũ eaterno cultu verã Dei fidem profitentiũ, & ex Chriſti meritis dona gratiæ recipientiũ, quorum caput Chriſtus futurus deſtinabatur: aliquo modo illa etiã Eccleſia ab exordio mũdi in hoc ſenſu Chriſtiana dici poteſt, vt cũ D. Aug. docet Pelagius de Planct. Eccleſ. 37. quatenus in fide Chriſti venturi, illius Eccleſię membra ſalutẽ conſequi poterãt, ſed ad diſtinctionem Eccleſiæ inſtitutæ à Chriſto Domino, illa nũc in latiori ſignificatione accipitur pro collectione fideliũ, & extra *quam* nullus cõſequutus eſt ſalutẽ; licet hi fideles in externo cultu ſuę fidei in Chriſtũ non conuenirent: ita Eccleſiam accepit D. Thom. 3 par. q. 8. art. 3. item cap. firmiter de ſumma Trinit. extrauagant. Vnam ſanctã, de maiorit. & obedient. & cap. Eccleſia de conſecrat. diſt. 4. quamobrẽ de Eccleſia in hoc ſignificatu latiori noſtra controuerſia eſt. De qua prima opinio aſſerit hanc Eccleſiam cæpiſſe fieri ab Adamo, & producta iam Eua cõpletam fuiſſe: ſicut numerus ab vnitate incipit, aliaque accedente vnitate completur ratio numeri, quæ binario conſurgit: ita tenent Pighius, Driedo Hoſius Sander. Simanias Medina & alij quos refert & ſequitur Suar. de diſp. 9. ſect. 2. n. 3. quod etiam indicat Valent. tom. 3. diſp. 1. q. 1. punct. 7. q. 7. Pineda lib. 1. de Eccleſiaſt. Monarch. Aluarus Pelagius de Planctu Eccleſ. lib. 1. cap. 64. idem ſignificare vidẽtur Epiphan. Irenæus, & Niceph. citati à Suar. probatur primo quia Eccleſia cũ nomen collectiuum ſit, in vno conſiſtere non potuit, nempè in Adamo, vt bene notarunt Turrec. lib. 1. c. 27. Alens 3. p. queſt. vltima membr. 5. art. 2. Abul. q. 7. in prol. ſuper Matth. ſed formata iã Eua in ſtatu innocentię erat iã numerus fideliũ, qui dici poteſt collectio ſeu Congregatio iuxta c. nullus, de elect. cũ gloſſ. ibid. 1.
2. Quia nulla aſſignari poteſt ratio cur Ada-

mus & Eua in gratia creati non conſtituerent Eccleſiam? Nā *quod* aliquis diceret expectandum fuiſſe Abelem, vt primū Eccleſiæ caput eſſet, & vt vſum ſacrificandi, & colendi Deum externo cultu edoceret, non eſt verum: quia ſacrificandi ritum ab Adamo accepit Abel vt docet D. Thom. quæſt. 85. artic. 1. ad 2. item Magiſt. Hiſtor. Eccleſiaſt. & Eugub. vt refert Henriq. de ſacrificio miſſæ. Item Vgo Victorin. & Lippoman. in 4. c. Geneſ. Suar. tom. 3. in 3. p. diſp. 78. ſect. 8. & primum Eccleſiæ caput potius dici debet Adamus: Nam nato Abele ſub patris obedientia, & tutela permanſit: vnde eſſe non potuit caput ſuorum parentum, qui peracta iam ſui peccati pœnitentia Dei gratiam recuperauerunt, & filios in fide & Dei timore educabāt Abelem & Caïmum.

2. Secunda ſententia docet Eccleſiam cæpiſſe ab Abele: ita Alens 4. parte quæſt. 2. membr. 4. art. 1 Palud in 4. diſt. 27. quæſt. 4. artic. 4. Genebr. in chronol. lib. 1. Turrecrem. lib. 1. in ſumma cap. 22. & latius cap. 25. idem tradidit Auguſtin. in Pſalm. 142. & ſermon. 117. de tempore; Gregor. homil. 19. in Matth. Lyra in cap. 15. actorum, & dicitur patrum communis: huius fundamentum eſt, quia Eccleſia non incæpit à primis parentibus, ergo ab Abele cępit: antecedens probatur primo, quia non eſt maior ratio, cur poſt peccatum inciperet, quam ante illud: ſed ante non cæpit: ergo neque poſt: maior probatur, quia audiendi non ſunt, qui in eo maiorem rationem ponunt, quod ante lapſum primi parentes gratiam non habuerint ex meritis Chriſti, neque fidem de incarnatione, oppoſita enim ſententia multo verior eſt, & communior; Deinde etiam poſita illa opinione ſatis eſt, quod primi parentes fidem & gratiam haberent illi ſtatui congruentem: minor probatur: Nam certum de fide eſt, primos parentes gratiam, & iuſtitiam originalem per peccatum amiſiſſe, ergo pro illo tempore, quo in ſtatu peccati permanſerunt Eccleſia ſancta non erat, quod videtur contradicere ſymbolo in quo Eccleſiam ſanctam credimus, quare ratione alicuius iuſti hæc Eccleſiæ nomenclatura debet verificari. Secundo quia primi parentes iuxta multorum patrum ſententiam non modo gratiam, ſed etiam fidem amiſerunt, vt tenet Tertullian. lib. 2. aduerſus Marcion. c. 2. Fulgent. lib. 1. de Incarnat. c. 22. Leo ſermon. 4. de Natiuit. Ambroſ. epiſtol. 33. Proſper. in reſponſ. ad caput Genouent. dub. 3. Ignatius, Cyprian. Cyrill. Hilarius Auguſtin. & alij citati à Suar. de operib. ſex dierum lib. 4. c. 4. n. 4. ſed Eccleſia debet eſſe Congregatio fidelium; ergo impoſſibile eſt tunc Eccleſiam eſſe. Tertio quia Eccleſia non eſt quęcumque Congregatio, ſed talis, quæ corpus viſibile efficiens dicatur populus Dei, ſed ante Abelem non erat numerus ſufficiens ad conſtituendum tale corpus myſticum: ergo, &c. plures aliæ rationes videri poſſunt apud Alenſ. & Turrec. Ex vtraque ſententia aliquid lubet accipere & noſtram ſequenti aſſertione declarare.

3. Prima aſſertio. Cœpit quidem à primis parentibus Eccleſia, non tamen perfectum Eccleſiæ ſtatum neque propriam huius nominis appellationem ſortita eſt, niſi poſt natum Abelem: primam partem ſolum oſtendunt rationes pro prima ſententia, & ſecundum illam explicari debent patres in ea citati: poſteriorem ſuadent rationes ſecundæ, & hoc etiam patres in ſecunda ſententia relati ſignificare voluerunt. Imo Pelagius pro prima opinione allegatus hanc aſſertionem his verbis indicauit, *Habuit ergo Eccleſia initium ab ipſo Abel poſt Adam in quo primo cæpit Eccleſia*, ſolum supereſt probandum, ante Abelem Eccleſiam neque perfectum ſtatum, neque huius nominis germanam ſignificationem fuiſſe aſſequutam: hoc vero non ex eo probatur, quod primi parentes fidem aut gratiā amiſerint, & Eccleſia ſine fidelibus, & iuſtis eſſe non poſſet: Nam quod Adamus infidelitatis peccatum commiſerit, non ita certum eſt: cum oppoſitum teneat Suar. cap. 4. citato poſt alios. Deinde quamuis vterque parens gratiam perdiderit, nullusque tunc iuſtus in Eccleſia eſſet, ex hoc non ſequitur aliquid contra id, quod in ſymbolo de ſanctitate Eccleſię credimus: Nam hoc de Eccleſia à Chriſto inſtituta procedit: illius enim ſanctitatem credimus ratione doctrinæ, item ratione ſancti, & religioſi cultus, cum ſacramentorum participatione. Denique ratione iuſtitiæ & ſanctitatis quæ in aliquibus membris in hac Eccleſia non defutura promittitur; iuxta caput quæris de conſecrat. diſt. 4. c. Eccleſia Chriſti de pœnit. diſt. 1. cap. quamuis diſt. 21. hæc enim eſt, quæ Eccleſia ſanctorum vocatur Pſal. 149. quod tamen non eſt neceſſarium credere de Eccleſia ante Aduentum Chriſti, pręſertim quando in paucis erat, & in illius exordio, ac rudi infantia, vt bene aduertit Suar. diſp. 9. citata ſect. 7. n. 4. Vnde etiamſi nullum membrum illius naſcentis, & in cunis adhuc vagientis Eccleſiæ gratiā conſeruaret, ſatis eſſet quod fidē veri Dei retineret. Quartum ergo fundamentum magis certum & firmum eſt, quia in Abel completus eſt numerus ad Eccleſiam requiſitus, & ſufficiens: Nam ex l. Neratius ff. de verbor. ſignificat. Collegium ad minimum tribus conſtare debet, quia licet Collegium ſeu vniuerſitas, ſi ad vnum redigatur, adhuc nomen retinere poſſit, non quia vnus ſit Collegium, vel Vniuerſitas, vt ibidem Gloſſa obſeruauit, ſed quia in vno conſeruari poſſunt priuilegia, & iura Collegij, tamen in vno, vel in duobus Collegium incipere non poteſt, ſed ternarius numerus ad minimum requiritur iure ciuili ſaltem: Nam de iure Canonico aliqui credūt ducas perſonas ſufficere iuxta cap. nullus citatus, vt tenet Abbas conſil. 25. lib. 2. n. 1. & cum eo Cuſch. lit. C. concluſ. 452. quamuis Gloſſa ad cap. nullus diſtinguat cōgregationem à Collegio, ad illamque duas, ad hoc tres perſonas requirat: ad populum tamen decem depoſcit. Ex quibus infero populum ſemper plures perſonas requirere quam Collegium ad hoc, vt incipere cenſeatur, & in ſtatu populi cōſtituti intelligatur, ſed Collegiū tres depoſcit: ergo ad minimum quatuor ad Eccleſiam quæ populus Dei dicitur, neceſſarij ſunt: Cōfirmatur quia in Eccleſia Chriſtiana non reputatur particularis Eccleſia, quæ pluſquā decem municipes non habuerit, vt patet ex c. vnio 10. q. 3. & gloſſ. ibid. verbo *mancipia*: non tamen inferas, neque ab

Abele

Abele Eccleſiam cæpiſſe, ſi quidem illo oato quatuor tantum erant perſonæ, non decem: etenim nos his textibus ſolum vtimor ad probandum, duas vel tres perſonas non efficere populum in ſua inſtitutione, quamuis Deus ſuum populum paucioribus compleri voluerit, quam decem: cum ab Abele illum incipere ſignificauerit, ſi quidem nullus extra Eccleſiam ſeu Dei populum ſaluatur, primus vero iuſtus qui in gratia Dei è vita deceſſit, Abel fuit: Virgo, & Martyr: ergo ante illum Eccleſia non incæpit quod eſt noſtrum inſtitutum.

4. Vnde ſecundum deduco fundamentum ex rationibus quæ in vno Abele concurrunt, vt Deus ab eo ſuum populum computare & ſui gregis fructum cæperit colligere. Prima, quia vt D. Auguſtin. ſcribit de mirabilibus mundi, Ait cum eo Alenſ. & Turrecrem. citati: Abel primus fuit Virgo, Martyr, & fidei doctor, vnde in eo tres principales perſonæ figurabantur: paſtores, Virgines, & Martyres, & cum in Martyrum ſanguine Eccleſia ſoleat B dedicari, merito naſcentis Eccleſiæ dedicatio in Abele conſpicitur: primus verò doctor dicitur, de quo ſacra pagina ſcribit externis ſacrificiis Deo gratiſſimis Deum religioſe coluiſſe: non quod religionem, & cultum veri Dei ab Adamo non didiſcerit, quæ etiam cauſa fuit cur D. Paul. ad Hebræ 11. cum ſanctorum patriarcharum fidem à capite retexerit non à fide Adami, ſed ab intemerata illæſaque Abelis fide ſumpſit exordium: & cur Chriſtus Dominus prætermiſſis primis parentibus ab Abele iuſtitiæ commendandæ initium fecit Matth. 23. *A ſanguine Abel iuſti*. Secunda ratio quia Abel primus geſſit typum Eccleſiæ, dum virginitatis integritatem, & Ionocentiæ C decorem prę ſe tulit: enimvero Eccleſia virgo dicitur 2. ad Corint. 11. *Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*: vt iam in commentar. pręcedenti notaui, & ad Epheſ. 5. dicitur hæc ſponſa Chriſti noo habere maculam, neque rugam: ergo conſentaneum erat; vt à primo, qui virginitatem, & Innocentiam retinuit, Eccleſia inciperet. Tertia quia vt notat D. Auguſtin. de ciuitate Dei lib. 15. cap. 1. à principio mundi proceſſeruot duæ ciuitates, vna Dei, altera Diaboli: illius author dicitur Abel, huius vero Caïnus, vt idem Auguſtin. in Pſalm. 142. col. 1. inculcat ad illa verba Pſalm. 86. *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei*: ita enim ait, *Hæc ciuitas initium habet ab ipſo Abel, ſicut mala ciuitas à Cain.* Itaque ante natum Abelem & Caïnum erant hæ D duæ ciuitates indiſtinctæ, & in parentum trunco vnitæ, vbi vero ab Adami radice illi duo rami proceſſerunt diuiſi & diſtincti, cæpit populus Dei computari, & iam Abel cum parentibus pœnitentia compuoctis ad Dei populum electum ſpectabat, etiamſi tunc Eccleſia & Adami familia Caïnum reproborum hominum anteſignaoum in ſe pateretur, vt ventorum Eccleſiæ ſtatum repræſentaret, quæ Zizania cum tritico, in agro, bonos eum malis piſcibus in ſagena; Agnos cum hædis in grege paſſura figurabatur: quouſqoe egreſſus Caio à facie Domini à domo patris & ab Eccleſia in ſtatu deſperationis, *Maior eſt*, inquit, A *iniquitas mea quam vt veniam merear*, habitauit profugus in terra, & ædificauit ciuitatem; quam diaboli ſeu reproborum vrbem Diuus Auguſtinus appellauit: hæc de initio: de progreſſu Eccleſiæ iam dicam.

Secunda aſſertio: Poſtquam Eccleſia cæpit, perenni curſu & fidelium ſucceſſione, ſine interruptione permanſit, & ounc vna eademque in ſubſtaotia fidei & vnius Dei cultu & iuris naturalis obſeruatione, licet diſpari ſacramentorum cæremoniarumque ritu, & poſitiui iuris obligatione perſeuerat: hæc eſt omnium, qui de Eccleſia ſcripſerunt: & à patribus communiter tradita; ſpeciatim Origenem, Euſebium, Nazianzenum, & Iuſtinum refert Baron. ad initium apparatua Gregor. homil. 19. in parabolam Matth. de Vinea cap. 20. ita ait, *Qui habet vineam vniuerſalem ſcilicet Eccleſiam, quæ ab Abel iuſto vſque ad vltimum electum, qui in fine mundi venturus eſt, quot ſanctos protulit, quaſi* B *tot palmites miſit*: omiſſiſque reliqois illuſtre D. Auguſtin. teſtimonium de hac re non prætereo: quippe qui epiſtol. 49. ad Deogratias q. 2. ita ait, *Nec quia pro temporum varietate nunc factum annunciatur, quod tunc futurum prænuntiabatur, ideo fides variata, vel ſalus ipſa diuerſa eſt: nec quia vna eadem res alijs, atque alijs ſacris, vel ſacramentis vel prædicatur, aut prophetatur, ideo alias atque alias res, vel alias, atque alias ſalutes oportet intelligi*: & ſtatim. *Proinde alij tunc nominibus, & ſignis; alijs autem nunc; & prius occultius, poſtea manifeſtius, & prius à paucioribus, poſtea à pluribus; vna tamen, eademque religio vera ſignificatur, & obſeruatur*: hinc ſumitur ratio, & fundamen- C tum concluſionis: Nam ſiue in lege naturæ, ſiue in lege ſcripta, ſiue in lege gratiæ de quibus intra diſput. 2. ſemper fuit eadem fides, ſpes, & charitas, idem ſopernaturalis finis æternæ beatitodinis omnibus Eccleſiæ membris propoſitus, idem præcipuum capot, quod eſt Chriſtus, qui hac de cauſa dicitur agnus occiſus ab origine mundi, vt Pelagius cum D. Auguſtin. cap. 37. ſupra citato ootauit quod à mundi exordio præordinatos eſſet redemptor humani generis, & ex præuiſis ipſius meritis hominibus dona gratiæ prouenirent: item quia ab origine mundi nempè ab Abele in typis & figuris in ſanctis Patriarchis & Prophetis, ſuis nimirum membris occiſus eſt: verumque enim ſeoſum ex Patribus, & Scholaſticis doctoribus adducit Cornelius ad D cap. 13. Apocalypſ. num. 8. Pulchre Paulinus epiſtol. 27. ad Aporum. *Ab initio, ait; Chriſtus in ſuis patitur, & triumphat: in Abel occiſus eſt à fratre, in Noe irriſus à filio, in Abraham peregrinatus: in Iſaac oblatus; in Ioſeph venditus; in Moyſe expoſitus, & fugatus: in Prophetis lapidatus & ſectus: in Apoſtolis terra marique iactatus.* Idem igitur ſemper fuit Eccleſiæ caput, idem cor, nempè Spiritus ſanctus, à quo vitalis ſpiritus, per quos in ſpiritu, Eccleſiæ myſticum corpus vnicum, continuò promanat, ſed hæc ſunt præcipua in Eccleſia: ergo ſi eadem ſemper fuerunt, vna & eadem ſemper Eccleſia fuit: Neque obſtat rituum diuerſitas; ſacramen-

torum, & poſitiui iuris varietas: Nam etiam io Eccleſia Chriſtiana à Chriſto inſtituta, quam ſemper vnam, eamdemque fuiſſe de fide tenemus; & in ea ſymboli particula credidimus: *Vnam Eccleſiam Catholicam*, vt cum multis docet Suar. de fide diſp. 9. ſect. 4. In hac, inquam, Eccleſia pro locorum diuerſitate, diuerſæ ſunt leges, diuerſæ cæremoniæ, & ritus, etiam in adminiſtratione ſacramentorum, vt patet in Eccleſia græca, quæ cum pars ſit huius vniuerſalis Eccleſiæ, & latinæ ſubiecta, cæremonias tameo & ritus valde diuerſos obſeruat. Item in particularibus Eccleſiis latinis iu regimine Eccleſiaſtico, & conſtitutionibus aliqua etiam cernitur diuerſitas: præſertim in iis quæ ſacri Concilij Tridentini decreta de reformatione non receperunt: & certo quodam modo ſe habent, ſicut diuerſa regna, quę ſub vnius Monarchię imperio, ſuis vnum quodque legibus gubernarur: Confirmatur hæc ratio ex parabola vineæ, quæ locata eſt aliis agricolis: eadem enim vinea, quæ locata eſt Iudęis in lege ſcripta, poſtea ad Gentes traducta fuit: quando etgo Eccleſia Chriſtiana diuerſa dicitur ab ea, quæ olim fuit, intelligendum eſt in cæremoniis, ritibus, & ſacramentis, noo in gratia, fide, reliquiſque, virtutibus theologicis, & moralibus per ſe infuſis, & acquiſitis, eſſe diſtinctam: vnde non eſſentialis, ſed accidentalis diſtinctio accipitut in latiori Eccleſiæ ſigoificatu de quo agimus.

6. Altera ratio ſumitur ex diſcutſu facto per diuerſa ſæcula & per omnes ætates ab Abele vſque ad Moyſen, & illud tempus, qoo data fuir lex ſcripta populo Hebræo, quo tempore ſola lex naturalis in Eccleſia viguit aliquo vel aliquibus præceptis poſitiuis pauciſſimis adiunctis. Item à Moyſe ad Chriſtum legis gratiæ aurhorem, quo lex ſcripta inter Iſraeliticum populum vigorem retinuit. Denique à Chriſto ad hanc vſque ætatem, quo lex gratię ſola comparandæ ſalutis medium eſt omnino neceſſaria, quæ tempora, & leges ipſis correſpondentes infra diſput. a. diſtinctius exponam: Nunc ſufficit diſcurſu breuiſſimo à mundi exordiu aſſertionem oſtendere: Nam occiſo Abele conſtar Adamum, & Euam, quos iam ſui peccati pœoitebat, viſa io Innocente illius ſententiæ executione, in quam peccantes incurrerant, cum iam filius parentum pœnas luere cœpiſſet, maiori cordis dolore compunctos Dei miſericordiam imploraſſe, & in eadem pœniteotia perſeuerantes ſalutem fuiſſe conſecutos, quod ex multis Patribus tradir Heorig. de ſacram. pœoit. lib. 1. cap. 37. Benedict. Pereira tom. 1. in Geneſ. lib. 7. & de Adamo patet ex Sapient. cap. 10. *Hac illum, qui primus formatus eſt & cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo, & dedit illi virtutem continendi omnia*: & Tertull. lib. a. contra Marc Adamum, & Euam ob ipſorum pœnitentiam reſtitutionis candidatos appellat, & confeſſione reuelatos: & Rupert. in Geneſ. 3. cap. 31. hæreticos appellar, qui primos parentes damnatos fuiſſe arbitrantur: pro hac etiam veritate multo plures patres refert Lorin. ad locum ſapieot. citatum. Cum Adamo pet plura ſæcula ſimul vixerunt Seth Adami filius, & Enos ipſius nepos qui viri fueruut ſanctiſſimi, & cum aliis Adami poſteris à parente pręceptum acceperunt, necum Caini ſobole miſcerentur, vt integra fides, & incorrupti mores in progenie Seth perennarent: quod teſtatut Benedict. Perer. in Geneſ. lib. 8. Deinde vt deducitur ex ſacra pagina, Seth vixir ſimul cum Adamo octingentos annos, Enos ſexcentos nonaginta quinque, Cainan filius Enos ſexcentos & quinque, Malalech filius Cainao quingentos, & triginta quinque. Iared filius Malalech, Adamum vidir per quadriogentos, & ſeptuaginta annos. Henoch filius Iared pet trecentos, & octo. Mathuſala filius Henoch pet ducentos, & quadragiota tres, Denique Lamech parer Noë & filius Mathuſala ſuperſtitem adhuc vidir Adamum per quinquaginta, & ſex annos: ergo ſuperuiueote Adamo vſque ad Lamech patrem Noe cettiſſimè conſtat fidem, vniuſque Dei cultum & vitæ ſanctimoniam in Eccleſia nonfuiſſe interruptam: Nam per hoc tempus de Enos dicitur 4. Geneſ. in fine quod, *Capit inuocare nomen Domini*, & Henoch quod ambulauir cum Deo: vnde Ioſephus lib. 1. antiquit. cap. 3. cum de Seth loqueretur qui Abelis loco, illius pietaris, & Inoocentiæ hæres ſucceſſit, diccote marre, *Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel*, Geneſ. 4. n. 46. ita ait, *Virtutis ſtudiis ſe totum dedit, & cum ipſe vir optimus euaſiſſet, etiam nepotes ſui ſimiles poſt ſe reliquit*, qui filij & nepotes ſicut ipſe Iuſeph cap. 4. teſtatur. *In hunc modum per ſeptem generationes perſeuerauerunt, vnum Deum colentes omnium rerum Dominum, ſemperque virtutis reſpectum habentes.*

Verum quia hi etiam à Sethi genere procreati degenerare cæperunt & in vitia filiorum, ac nepotum Caioi turpiter prolabi, 7.
vt idem Ioſephus addit, *Procedente dein tempore à patriis inſtitutis degenerarunt; neque humana iura ſeruantes, neque Deo conſuetos honores perſoluentes*, quo reſpexir ſcriptura ſacra Geneſ. 6. numero 4. cum dixit, *Videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchra acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant*, quod de filiis & nepotibus Sethi intelligunt Chryſoſtom. Cyril. Theodoretus, Rupertus, & alij patres ibidem in Pſalm. 32. & hoc modo locum communiter interpretantur recentiores: In hac morum corruptela cum Lamech pater Noë maximè condoleret, quod illos qui à ſobole Dei ſeruitio mancipata genus trahereot, à voluptatum lenociniis illectos ad vitia ſubduci videret; diuini numinis prouidentia Noë virum iuſtitiæ nomenclatura in ſacris literis celeberrimum io lucem edidit, qui antiquæ pietatis hæres, & in vniuerſali orbis illuuione iuſtorum defenſor, octo illas animas paruæ Eccleſiæ reliquias in arca à cataclyſmo ſeruauir, & reſtituta morum diſciplina in Dei culru, & veneratione cõfirmauit, quod Lamech optimè præſagiuir, quippe qui Noë filio recens nato quietis nomen indidit; hoc enim Noë nomen ſonat; & mundi inundationem inauguratus io hæc verba prorupit.

Iſto

Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum, in terra cui maledixit Dominus: quæ Chryſoſtomus, ita expo-nit homil. 21. in Geneſ. *Et vidit malitiam hominum in dies magis, ac magis increſcere, prædicit per appellationem pueri mala, quæ totum humanum genus inuaſura erant, vt vel timore caſtigati abducerentur à vitiis, & amplexarentur virtutem*: ex hoc puſilio Eccleſiæ Grege in Arca Noë ſeruato rurſus propagari cæpit: Noë enim orbis terrarum hæres, à Domino, diuinitus conſtitutus, filiis ſuis orbem terrarum vniuerſum diuiſit, & in omnem illius partem filiorum ac nepotum colonias dimiſit; & ſoperuixit poſt diluuium tercentos, & quinquaginta annos, quo tempore Abrahami ætas pluſquam quinquaginta annos expleuerat, ex ſententia Abulenſ. in cap. 11. Geneſ. q. 16. & 29. Perer. lib. 16. n. 103. Lorin. in cap. 7. act. Apoſtol. Magallia in cap. 24. Ioſue ſect. 1. in expoſit. text. o. 24. Cornel. in cap. 12. Geneſ. ver. 4. Delrio ibidem ver. 1. Emanuel Saa ibidem Gordon. in Chronol. num. 8. etſi cum Saliano anno mundi 2039. item Henrico in Chronol. & aliis dicas Abrahamum non fuiſſe genitum ſeptuageſimo anno Thare patris ſui, ſed centeſimo & trigeſimo; ſaltem Semus primogenitus Noë ad minimum centum & viginti annos tempore Abrahami ſuperſtes, coæuus fuit ſexdecim Generationibus à Mathuſala proauo, vſque ad Nabaioth, nepotem Abrahami & Iſmaëlis filium, vt notauit Salianus anno mundi 2158. hic vero Semus eximiæ virtutis vir familiam ſuam ſemper iu vera pietate, & vnius Dei cultu conſeruauit: Nam multis aliis ex familia Chanaan & Iapheti in Idolatriam prolabentibus, Semi virtutem, & gloriam ſatis manifeſtat parentis benedictio, in qua ſingulari priuilegio Dominus Deus Semi appellatur, ſicut poſtea dictus eſt Deus Abraham, Iſaac, & Iacob. Idem declaratur à ſapiente Ieſu Eccleſ. 49. numero 17. dum ait Seth, & Sem apud homines gloriam adepti ſunt, quia vt notauit Ianſenius ſicut, Seth poſt Adam primus piæ generationis parens extitit vſque ad diluuium cum frater eius pater eſſet impiorum, ita Sem à diluuio factus eſt parens ſanctæ generationis patriarcharum ex quibus Chriſtus ſecuodum carnem geous duxit: cum Cham impius parentis irriſor progeniem genuerit impiorum: glorioſus ergo fuit Sem, cuius nuncupatio nominis claritatem præ ſe fert: Nam Sem Hieronymus nomen, ſeu oominatum, alij famam interpretantur. Accedit per idem tempus Melchiſedec & Alimelec Chananæorum regulos cum magna ſubditorum ſuorum parte veros Dei cultores extitiſſe, neque in Iapheti filiis & nepotibus defuiſſe qui hauſtam à Nœmo pietatem fouerint ac propagarint, vt Salian. loco eitato Numero tertio affirmat.

8. Et ſanè Melchiſedec, iuxta Epiſtol. 126. Hieronym. ad Euagr. Genere Chananæus fuit, & idem tenent Hippolitus, Irenæus, Euſeb. Cæſar. Emiſſen. Apollinaris, & Euſtathius, quos refert D. Hieronym. ibidem

A & plures alij, quos ſequuntur Perer. Ribera, Capellus, Iuſtinianus, Delrio, Cornelius, hos vero citat, & ſequitur Salianus anno mundi 2118. n. 22. & 23 hunc Angelorum miniſterio conuerſum ait Dionyſ. Areopag. lib. de cęleſt. hierarch. cap. 9. Virginitatem perpetuo coluiſſe tradit S. Ignat. Epiſtola ad Philadelph. & eum rex eſſet ſimul, & ſacerdos iuſtitiæ, & pietatis obſeruantiſſimus non potuit non ſubditos in pietate & vero Dei cultu inſtituere. Pręterea quod tempore Abrahami Iſaaci, & Iacobi & Ioſephi, eundem Dei cultum permanſiſſe ſaltem in familia eorum Patriarcharum ſacræ literæ apertiſſimè teſtantur, & nullus relinquitur dubitationis locus. De illo tamen tempore quod inter mortem Ioſephi B & liberationem populi ex Ægypto inteceſſit, maior poteſt eſſe difficultas, ſed per id tempus continuatam fuiſſe Eccleſiæ fidem, & ſanctitatem in populo Hebræo, præſertim in Tribu Leui ex eoſtendo. Primo quia Moyſes fuit pronepos Leui vt conſtat ex cap. 6. Exodi, vbi dicitur quod Leui genuit Caath, Caath vero Amram, qui pater fuit Moyſis: quare non tantum tempus præterit ioter Leui, & Moyſen vt fides, & bona morum diſciplina ac ſanctitas in vniuerſo populo Dei omnino periret. Secundo quia quando natus eſt Moyſes, circumciſionis vigebat præceptum, ex hoc enim ſigno filia Pharaonis Moyſen puerum Hebręum eſſe cognouit, quia circumciſus erat: ita colligitur ex ſcriptura C Exod. 2. & docet Philo de Vita Moyſis, & alij ioterpretes ad illa verba, *De infantibus hebræorum eſt hic.* Tertio quia de obſtetricibus hebræis dicitur Exod. 1. noluiſſe obedire præcepto Pharaonis, de occidendis infantibus hebræis & ratio redditur io ſacro textu: *Timuerunt autem obſtetrices Deum*: in quo Deo maximè placuerunt. Quarto quia Deus Moyſi in deſerto commoranti apparens dixit ſe populi clamorem audiuiſſe: ergo ſignum eſt fidem, & cultum vnius Dei in hebræorum populo permanſiſſe vſque ad prouectam ætatem Moyſis: hæc; & multæ aliæ coniecturæ ex ſacris literis ſumptæ manifeſtè oſtendunt, Eccleſiam in populo hebræo eo intermedio tempore poſt mortem Ioſeph, & liberationem populi in fide & pietate erga Deum perſeueraſſe. D Addi etiam poteſt, quod quamuis in Hebræis defeciſſet, in Gentibus per id tempus in familia Iobi immo & in ſubditis potuiſſet conſeruari: Nam Iobum regem, & ſacerdotem regiis ac pontificiis virtutibus perilluſtrem fuiſſe, ex ſacris literis deducitur, vt docet Salianus anno mundi 2544. numero 751. & ſequent. qui cum ad minimum ſeptemdecim ſupra ducentos annos vixerit totum illud intermedium tempus ita occupauit, vt multis annis ab initio cum Iacobo & Ioſepho, & cum Moyſe ad finem ſuæ ætatis ſuperuixerit: vt author eſt Salianus citatus cum aliis quos refert & ſequitur Pineda in Iob cap. 1. verſ. 1. numero 44. Sanchius in Iob prologon. 2. & 3. & ex eo probatur per id tempus vixiſſe; qood cum conſtet Iobum ab Eſau genus trahere, & ex alio capite Moyſes Iobi hiſtoriam, vt iam peractam *ſcripſerit*, neceſſe

eſt vt illo tempore intermedio vixerit, & conſequenter A in ipſius familia & ſubditis Dei vnius cultus & Eccleſia conſeruari potuerit.

9. De tempore legis ſcriptæ à Moyſe vſque ad Chriſti ſeruatoris aduentum hoc idem certo certius eſt, & ex ſacris literis manifeſtum: Nam ſcripta eſt lex eo tempore, vt opportunum remedium aduerſus Idololatriam obſiſteret toto fere orbe graſſantem; & peccatum vbique regnans, tanquam pedagogus ad Chriſtum introducta, compeſceret: Denique contra obliuionem promiſſionis de Chriſto ſanctis Patriarchis factam, quouſque lex ſpiritus, & gratiæ quaſi roſa in litteræ calyculo occluſa exoriretur, per Ieſum Florem, & verum lumen orbem vniuerſum B illuſtraturum inuecta ſub hac lege: nouimus ex ſacra pagina Eccleſiam in populo Dei fuiſſe præſertim conſeruatam, & per ſummos pontifices, Iudices & reges gubernatam, ad eamque diuerſis temporibus prophetas tanquam Dei Nuntios legationem ſuam interritos, vſque ad effuſionem ſanguinis peregiſſe, & Machabæos ne diuinam legem violarent mortem ſubiiſſe, & Martyrij palmam feliciter obtinuiſſe: & quando hominum malitia inundante, Eliæ viſum eſt actum eſſe de fide, & Eccleſia Dei 3. Reg. 19. numero 14. dicebatque *derelictus ſum ego ſolus*, ſua eum fefellit opinatio: vt ipſe Dominus teſtatus eſt. *Relinquam mihi in Iſrael* C *ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal*: & hoc futurum de præterito Paulus intellexit ad Roman. 11. num. 4. *Reliqui mihi*: ait, vnde argumentum duxit vt probaret Dominum populum ſuum nunquam deſeruiſſe; & ſic ſemper protexiſſe, vt nonquam in illo fides defeciſſet. Etenim Numer. primo dixerat, *Nunquid Deus repulit populum ſuum*? quaſi diceret minimè gentium: & illo Dei ad Eliam reſponſo id confirmauit. Hinc eſt quod quando in ſacra ſcriptura omnes dicuntur corrupti, nec eſſe vſque ad vnum, qui bene operetur, hyperbolicè accipiendum eſſe, vt iuſtorum paucitas malorum comparatione exaggeretur; vel de iis omnibus hoc erit intelligendum, de quibus antea mentio facta fuit: vt notant Genebr. & alij Interpretes communiter Pſalm. 13. verſic. 1. *Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bonum*: ad hunc modum exponenda ſunt ſi- D milia loca, quæ vt vulgaria prætermitto. Videri poteſt Auguſtin. lib. de vnitate Eccleſ. cap. 12. & Canus lib. 4. de locis, cap. vltimo & alij ſupracitati.

10. Denique de Eccleſia Chriſtiana, quod nunquam defecerit neque vſque ad finem mundi defutura ſit de fide habemus Matth. 16. numero 18. *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non preualebunt aduerſus eam.* Lucæ 1. *Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis*: quod iam prædixerat Daniel 7. numero 14. *Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur; & regnum eius quod non corrumpetur.* Micheæ 4. numero 7. Eſai. 7. Oſeæ 2. numero 19. Canticorum 3. num. 4. A vbi D. Bernard. appoſitè notauit illa verba, *tenui eum: nec dimittam*: & hac promiſſione à Chriſto Domino Eccleſiæ facta Matthæus ſuo Euangelio coronidem imponit, *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi*: vt declarant Cyrill. Alex. lib. 7. de Trinitat. Hieronym. in epiſtol. ad Damaſum, Proſper. lib. 1. de vocatione Gent. Saluian. lib. 2. de vero iudicio, Beda, Euth. & alij in Matth. Chryſoſtom. ibidem homil. 91. & homil. 4. in cap. 6. Eſai. ait facilius eſſe ſolam extingui, quam Eccleſiam obſcurari: hæc, & multa alia ſacrarum literarum loca ſimilia communi conſenſu Patres & ſcholaſtici doctores in confirmationem huius ca- B tholicæ veritatis adducunt; & in verò ſenſu ad literam ſic ab expoſitoribus declarantur: eadem permanſio Chriſti in Eccleſia ex coniugali ipſorum vinculo declaratur à Canoniſtis ad cap. de bitum de bigamis, & cap. cum ſocietas cap. in omni 27. quæſt. 2. ſicut enim matrimonium vinculum eſt indiſſolubile inter virum, & vxorem, ita inter Chriſtum & Eccleſiam perpetua & indiſſolubilis vnio perennabit: de hac re videri poſſunt Turrecr. lib. 1. ſumm. cap. 12. & 23. Canus citatus cap. 4. Bellarmin. lib. 4. de Eccleſ. cap. 6. Bannes in fuſioribus commentariis ad artic. 10. citatum & Valent. puncto illo 7. Salmeron. 3. p. lib. 1. in epiſtol. Pauli diſput. 4.

C Oppones primo: tempore paſſionis Apoſtoli fidem amiſerunt, & ſola Virgo fidem conſeruauit, ſed illa ſola non potuit Eccleſiæ conuentum facere; ergo eo tempore defecit Eccleſia: maiorem probat Turrecrem. lib. 3. ſumm. cap. 61. ex ſacra ſcriptura, & patribus, Gregor. Hieronym. Auguſtin. D. Thom. Alenſ. Iſidor. & ſane gloſſa interlinealis hoc videtur indicare ad illa verba Matth. 26. & Mar. 14. *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte: ſcriptum eſt enim, percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis*, vbi gloſſa ait: *ab vnitate fidei diſſoluentur*, & hoc videtur ſignificare ille Eccleſiæ vſus vt teſtatur Guillielm. in rationali diuin. offic. lib. 6. cap. 27. quando cereus ille candidus, qui in matutino feriæ 5. in cœna Domini fer. 6. & ſabbati ſancti extinctis reliquis accenſus remanet; nempè vt Virginis fidem inter Apoſtolorum infidelitatem indicet præluxiſſe. Vnde Chriſtus poſt reſurrectionem, D Apoſtolorum incredulitatem exprobrauit. Secundo vt teſtatur Hieronym. contra Luciferianos tempore Conſtantis Imperatoris, miratus eſt orbis ſe totum eſſe Arianum. Tertio, tempore Antichriſti Eccleſia videtur defutura: Nam 2. ad Theſſalonic. 2. numero 3. Antichriſtus diſceſſio appellatur, quod fideles ab vnitate Eccleſiæ diſcedere coget. Vnde Lucas cap. 18. numero 8. ait Veruntamen filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra? quaſi diceret, nullo modo. 12.

Ad primum Reſp. primo longe probabilius eſſe non omnes Apoſtolos amiſiſſe fidem, vt tenet Bellarmin. lib. 3. de elect. cap. 17. Canus vbi ſupra, Valent. illo puncto 7. in 3. proprietate Eccleſ. immo Bannes citatus 13.

tatus dub. 1. §. Secunda verò: indecens, & blaſphemum eſſe credit aſſertum, quod omnes Apoſtoli fidem amiſerint. Nam de Petro oppoſitum videtur aperte deduci ex Lucæ 22. numero 23. *Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua*: quando ergo Patres affirmant in Apoſtolis fidem defeciſſe, intelligendi ſunt de externa fidei profeſſione, immo neque in hac omnes defecerunt: Nam Iacobus Alfæi adeo in fide conſtaus permanſit, vt voto ſe obſtrinxerit non ſumpturum cibum, quo vſque Chriſtum à mortuis ſuſcitatum videret: ita teſtatur Hieronymus in Catalogo Eccleſiaſticorum ſcriptorum: vnde ſcandalum, quod Chriſtus Apoſtolis prædixit in illa paſſionis nocte futurum, non infidelitatis peccatum, ſed charitatis defectum indicabat, quando magiſtrum in inimicorum manibus ſolum fugiendo reliquerunt: cæremonia vero illa cærei candidi non obſtat, quia vt ait Rupert. lib. 5. de diuin. officiis cap. 26. etiam ille cæreus olim extinguebatur, vnde cæreorum extinctionem ſignificare putat Rupert. & alij, priores prophetas, qui à Iudæis primum occiſi ſunt, cæreum verò abſconditum Chriſtum Dominum exprimere, qui breui tempore deliteſcens noua reſurrectionis luce reſplenduit: vel ſignificare poterit illa cæremonia fidem reſurrectionis explicitam fortaſſe in Apoſtolis non perſtitiſſe, vt docet Abulen. quæſt. 14. prolog. in Matth. & ſolum in Beata Virgine permanſiſſe: & quamuis Chriſtus Dominus antea Apoſtolis dixerit ſe tertia die reſurrecturum, id tunc Apoſtoli non intellexerunt, vt teſtatur Lucas cap. 18. vnde ſi non crediderunt ignorantiæ, non infidelitati tribuendum. Secundo etiam dato quod Apoſtoli in fide deficerent, adhuc falſum eſſet Eccleſiam in ſola Virgine permanſiſſe: Nam alij etiam erant fideles, qui Virgini coniuncti Eccleſiam conflarent: Nam Magdalena, & aliæ piæ fœminæ, quæ Virginem comitabantur, fidem retinuerunt, nullum enim fundamentum habemus, oppoſitum affirmandi, immo illæ lachrymæ, quibus vbertim manantibus Chriſtum ad Caluarij Montem deuotæ mulieres proſequebantur, fidei, & charitatis indices erant. Item in Paleſtina multos ad fidem Chriſtus conuerterat, qui non aderant Hieroſolymis tempore paſſionis, quique in fide ſine dubio perſeuerabant. Tertio Eccleſia legis ſcriptæ nondum penitus interierat, quare in Iudæa, vel extra illam multi adhuc fideles reperiri poſſent, qui eam profiterentur legem, ſi quidem lex noua adhuc non obligat, vt infra diſput. 2. dicemus: immo in gentilitate aliqui eſſe poterant iuſti, vt Cornelius Centurio: ex multorum ſententia.

13. Ad ſecundum Reſp. In illa Eccleſiæ perturbatione multos quidem à Caſtris Eccleſiæ ad infidelitatem fuiſſe transfugas, ſed nihilominus in optimis Chriſtianis, & probatæ fidei viris, veritatem catholicam integram, & illæſam permanſiſſe; ob quam grauiſſima incommoda, exilia, carceres, & tormenta varia pertulerunt; Eccleſiæ afflictionem per idem tempus egregiè deſcribit Hieronym. citato loco, ab illis præſertim verbis. *Periclitabatur Nauicula Apoſtolorum*, &c. & Auguſtin. in epiſtol. ad Vincentium. Ad tertium Reſp. tempore Antichriſti multos ab Eccleſiæ vnitate diſceſſuros; ſed non omnes, ſemper enim electi aliqui perſeuerabunt in fide, & charitate, qui Antichriſto intrepide obſiſtent, de quibus illa Matthæi verba intelliguntur cap. 24. numero 23. *Sed propter electos breuiabuntur dies illi*. Illud verò Lucæ teſtimonium ſic declarant Hieronym. contra Luciferian. vt ibi non ſit ſermo de propria & rigoroſa fide, ſed de illa fiducia, quam in Centurione & fœmina ſanguinis fluxum paſſa Dominus dilaudauit: & ob cuius defectum Apoſtolos reprehendit & viros modicæ fidei appellauit. Quamobrem ob ingentem Eccleſiæ perturbationem frigeſcente charitate multorum illa fiducia minuetur. D. Auguſtin. de Vnitate Eccleſ. cap. 13. aliter locum explanat, & eſt communiſſima expoſitio: Nempè Chriſti verba non ſignificare nullam omnino fore fidem, ſed ſolum præ infidelium multitudine, & paucitate credentium adeo fore raram, vt pene nulla videatur: de hac perpetua Chriſtianæ Eccleſiæ ſucceſſione videri poteſt Iodocus Cocius in theſauro tom. 1. lib. 8. artic. 1.

Vtrum auctoritas Eccleſiæ in proponendis rebus de fide credendis ſit infallibilis.

SECTIO III.

CVm hoc loco noſtri inſtituti tantum ſit de Eccleſia eiuſque auctoritate agere, 14
quatenus eſt fidei regula, vt oſtendamus qua ratione ſe habeat eius cauſalitas erga fidem, reliqua de eadem Eccleſia, quantum ad poteſtatem interpretandi, declarandi, & diſponendi in iure diuino & conſtituendi humanum Eccleſiaſticum, dirimendi fidei controuerſias, & rectam fidelium diſciplinam in vero Dei cultu, & bonis moribus conſeruandi, ad titulum de conſtitutionibus, præſertim ad diſputationem ſextam, de cauſa efficienti diuini, & humani iuris reiicimus: item quia regula fidei duplex eſt, vna per modum ſignificantis, ſeu proponentis, altera per modum ſigni, duobus enim modis oobis diuinum teſtimonium innoteſcere poteſt: vel per diuinam ſcripturam expreſſe continentem veritates fidei, quæ ſe habet per modum ſigni vel per propoſitionem, & definitionem Eccleſiæ, de hac ſolum agimus in præſenti, & de illius auctoritate; Nam de ſacra ſcriptura dicemus in diſputatione 4. quæſtione 4. agentes de illa conditione iuris, quam inter materiales collocauimus, quatenus ſcriptum eſt: & ſanè inter has duas regulas reſpectu noſtri, præcipua eſt Eccleſia: hæc enim nobis etiam canonicos libros de fide recipiendos propoſuit, quo ſpectat illud Auguſtin. lib. contra Epiſtolam fundamenti cap. 5. *Ego Euangelio non crederem, niſi me catholicæ Eccleſiæ commoueret auctoritas*: hæc eſt regula viua & animata quam D. Auguſtinus nuncupauit, *Fontem à quo in nos ducitur veritas*

diuini teſtimonij, lib. 5. de baptiſmo cap. 26. A Non quod prima veritas in Eccleſiæ traditione naſcatur, ſed à diuini verbi ſcaturigine dimanans per Eccleſiam quaſi canalem ad nos perueniat.

2. Duplex igitur conſiderari poteſt in Eccleſia auctoritas, vna humana, altera diuina: de prima loquebatur Auguſtin. lib. citato cap. 4. dum multa numerat, quæ illum in Eccleſia tenebant: *Tenet*, inquit, *conſenſus populorum atque gentium: tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata: tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotum: tenet poſtremo ipſum catholica nomen*: quæ quidem omnia cum ſint B euidentis credibilitatis motiua, ad humanam fidem, naturalemque cognitionem ſpectant, ſummamque in humanis vni congregationi auctoritatem conciliant. Altera Eccleſiæ auctoritas eſt diuina de qua idem Auguſtin. in cap. 5. ſequenti illa verba protulit, quæ proximè retulimus: Item libro de vtilitate credendi ad Honoratum cap. 17. vbi ait, *Dubitamus nos eius Eccleſiæ condere gremio, quæ ab Apoſtolica ſede per ſucceſſiones Epiſcoporum fruſtra hæreticis circum latrantibus culmen auctoritatis obtinuit: cui nolle primas dare, vel ſummæ profectò improbitatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ*: propter hanc auctoritatem D. Paul. 1. ad Timoth. 3. Eccleſiam columnam & firmamentum veritatis dictitauit. Illa prior C auctoritas eſt quidem euidentior propter euidentiam motiuorum in quibus fundatur; at poſterior multo eſt ſine comparatione excellentior, vt Leo Papa ſerm. 2. de aſcenſione expoſuit. *Vt fides excellentior eſſet, viſioni doctrina ſucceſſit, cuius auctoritatem superius illuminata radiis credentium corda ſequerentur*; prior ergo Eccleſiæ auctoritas pertinet ad euidentiam credibilitatis & nos docet motiua expendere, per quæ myſteria fidei euidenter credibilia appareant. Poſterior credenda proponit ſublata quacumque dubitandi ratione. Organum enim eſt & inſtrumentum Dei Eccleſia, per quod nobis diuinæ veritatis teſtimonium innoteſcit; canalis, qui nobis à puriſſimo diuinæ ſapientiæ fonte hauſtas fidei veritates proponat. Hinc iam oritur dubitatio, vtrum diuina veritas ita nobis D per Eccleſiam manifeſtetur, vt ſemper propoſitio Eccleſiæ infallibilem contineat veritatem, an verò aliquando errare poſſit, ſiue ſit error ex ignorantia, ſiue ex pertinacia, ſeu malitia: & quidem de Eccleſia particulari non eſt dubium poſſe errare & ſe ab vniuerſali Eccleſia ſeparare, vt experientia oſtendit. Nam errauit Arius Chriſti diuinitatem negans, Macedonius contra Spiritus ſancti deitatem ſentiens. Neſtorius duas agnoſcens in Chriſto perſonas; Eutyches, & Dioſcorus, vnam ſolum in eo admittens naturam, & vnam voluntatem. Errarunt Pelagiani neceſſitatem gratiæ & peccatum originale denegantes, errarunt Lutherani, Caluiniſtæ, & alij complures, qui aliquando cum prouinciis, & regnis ab Eccleſiæ vnitate diſceſſerunt, & ab eadem damnati, quaſi putrida membra à corpore vniuerſalis Eccleſiæ abſciſſi ſunt.

Tota controuerſia eſt de vniuerſali Eccleſia, quæ toto orbe diffunditur, an in errorem ſaltem abſque culpæ vitio labi poſſit profitendo aliquod dogma de fide, quod non ſit: vel negando aliquid, quod tamen de fide ſit: affirmantem partem ſequuti ſunt Marcioniſtæ teſte Euſebio lib. 6. cap. 46. Donatiſtæ vt refert Auguſtin. epiſtol. 48. & 50. idem noſtra tempeſtate docent Lutherani, & Caluiniſtæ, vt teſtatur Becanus de fide cap. 5. concluſ. 4. numero 24. dicunt enim totam Eccleſiam viſibilem prioribus quingentis annis fidem habuiſſe, ſed poſtea multis ſæculis à veritate deuiaſſe & in erroribus vſque ad Lutheri tempus perſtitiſſe. Argumenta, quæ pro hac parte afferuntur potiora, ſunt: primum, fides eſt voluntaria in omnibus, & in ſingulis Eccleſiæ membris: ergo omnes ſi volunt poſſunt obiectis fidei diſſentiri; & conſequenter vniuerſalis Eccleſia errare poteſt in fide. Secundum quod dependet à regula fallibili humana, obnoxium eſt errori; ſed quod ab Eccleſia credendum proponitur, dependet à regula humana, quia quod pontifex hoc definierit, quod vniuerſalis Eccleſia ita credat fide humana aſſequimur: ergo in hoc credendo aliqua euenire poteſt erroris occaſio. Tertium Eccleſiæ ſolum eſt promiſſum, quod à fide non deficeret, ſed cum fide ſtare poteſt, error ex ignorantia inuincibili: ergo Eccleſia errare poteſt per ignorantiam. Maior probatur, quia in Eccleſia nunc eſt ignorantia, quænam ex his contradictoriis iuxta principia fidei vera ſit. Vnio hypoſtatica eſt aliquid poſitiuum diſtinctum à parte rei à natura, vel oppoſitum: & tamen altera eſt falſa, altera vera, immo de facto tota Eccleſia ſentit neutram ex his propoſitionibus eſſe de fide, & idcirco ſine infidelitate de alterutra poſſunt fideles dubitare; ergo ex ignorantia inuincibili poteſt Eccleſia credere aliquid non eſſe de fide, quod tamen eſt. Confirmatur primo, quia ita contigit reuera in illis propoſitionibus, quæ prius in controuerſia erant inter catholicos & poſtea definitæ ſunt tanquam de fide: Confirmatur, ſecundo, quia Eccleſia ſine errore in fide poteſt credere aliquid eſſe de fide, quod tamen non ſit, nam ſicut homo particularis, ex eo quod exiſtimet aliquid eſſe de fide, quod reuera non ſit, non deficit à fide; ita licet vniuerſalis Eccleſia credat tanquam de fide, quod reuera non eſt, non cenſetur à fide deficere, quod ſolum videtur promiſſum Eccleſiæ vniuerſali: quartum: conſenſus totius Eccleſiæ non eſt regula infallibilis fidei: ergo illa errare poteſt, probatur antecedens: regula, vt certificet, nota eſſe debet, ſed nullo modo nobis notus eſſe poteſt conſenſus omnium fidelium: impoſſibile enim eſt moraliter ſingulos adire, & omnes interrogare quid ſentiant, immo neque omnes conuenient, neque in ſententia perſiſtent: ſi dicatur, ſatis eſſe paſtorum ſententias audire, & ſecundùm illorum communem conſentionem ſentire: iuxta illud 3.

Matth. 23. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, &c.* contra eſt, quia omnes paſtores non loquendo de ſummo Pontifice poſſunt errare in fide: non enim illis in particulari promiſſa eſt Spiritus ſancti aſſiſtentia ne in errorem inducantur, neque in fide ſunt coofirmati, quod ſignificare videtur Iſai. 56. *Speculatores eius cæci omnes: neſcierunt: Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam*: ſimilia dixit Ierem. a. 5. & 8. immo tempore Moyſis totus Dei populus cum Aarune illius paſtore errauit, dum vitulos aureos ab ipſo propoſitos adorauit: Exod. 32. item tempore regis Achab. quadringenti prophetę errarunt vno relicto Michæa: præterea de tempore Eccleſiæ Chriſtianæ videtur ioterpretandum illud Vaticinium Danielis 9. numero 27. *Deficiet hoſtia, & ſacrificium*: ergo hæc Eccleſia poteſt deficere à fide: confirmatur, quia hæc Eccleſia comparatur lunæ iuxta illud Pſalm. 103. *Qui fecit lunam in tempora*, & alia ſcripturæ ſacræ teſtimooia in huoc ſenſum à patribus accepta, ſed luna aliquando deficit; ergo etiam Eccleſia aliquando errare, & deficere poteſt. 5. Vniuerſalis Eccleſia ex corpore, & capite cooſtat: ſed tam corpus, quam caput errare poteſt in fide: ergo tota Eccleſia poteſt errare: probatur minor, quia generale Concilium repræſentat totum corpus Eccleſiæ, ſed hoc ante pontificis approbationem errare poteſt: item pontifex poteſt incidere in hęreſim: ergo poterit determinare aliquid contra fidem: & hoc ſupponere videtur cap. ſi Papa 40. diſtinct. ad illa verba, *Niſi deprehendatur à fide deuius*: & ibidem gloſſa: Catholica tamen ſententia, quæ oppoſitum docet, in ſequentibus oſtendetur.

Prima Cooncluſio. Vniuerſalis Eccleſia
4. errare non poteſt in definitionibus de fide, errore culpabili per hæreſim, neque per ignorantiam inuincibilem, credendo aliquid de fide, quod vel à parte rei falſom ſit, vel non ſit reuelatum: eſt communis & de fide vt tenet Suar. in defenſione fidei lib. 1. cap. 3. & 4. item de fide diſput. 5. ſect. 6. numero 4. & communiter Theologi oppoſitum tamquam hæreſim damnantes: probatur prima pars primo ex iis quæ præcedenti ſectiooe diximus de perpetuitate Chriſtianæ Eccleſiæ, ſi enim Eccleſia Voiuerſalis apoſtataret à fide ſanè deficeret, & indiſſolubile non eſſet illud matrimonij vinculum, quo Chriſtus, & Eccleſia vniuntur, de quo Oſeæ a. numero 10. *Deſponſabo te mihi in ſempiternum, deſponſabo te mihi in fide*: vnde abſque veritate diceret Apoſtolus ad Epheſios 5. numero 31. *Sicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto: ita & mulieres viris ſuis ſubditæ ſint in omnibus.* Item Cyprianus lib. de vnitate Eccleſiæ, *Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti: incorrupta eſt; pudica eſt.* Secuudo quia vnus ex articulis fidei eſt credere vnam ſanctam catholicam Eccleſiam; At ſi tota Eccleſia poſſet errare, illi articulo falſum ſubeſſe poſſet, quod eſt abſurdum. Tertio quia in hoc ſenſu dicitur ab Apoſtolo 1. ad Timoth. 3. *Eccleſia Columna & firmamentum veritatis*, vt etiam ipſi hæretici non negant quatenus Caluinus exponit in hoc ſignificari Eccleſiam fidam eſſe veritatis cuſtodem, & Beza, non alibi habitare veritatem in mundo, quàm in Eccleſia: vt refert Becanus cap. 5. citato nomero 28. Quarto, quia Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, & Spiritus ſanctus illius cor, vt docet D. Thom. 3. par. quæſt. 8. artic. primo, at naturali ratione conſtat actiones vitales totius corporis, attribui cordi, & ſenſitiuas ſeu animales capiti: ergo ſi actiooes totius corporis myſtici, quod eſt Eccleſia, in Apoſtaſiam conuerterentur: hoc in vitium capitis, & cordis cederet: neque hæc duo præcipua membra opportunè reliqui corporis vitio prouiderent: cum tameo Chriſti prouidentia io illo Matth. vltimo, *Ecce ego vobiſcum ſum*, & Spiritus ſancti aſſiſtentia ex illo Ioann. 14. *Alium paraclitum dabit vobis qui maneat vobiſcum in æternum*: manifeſtè promittatur. Quinto quia hæc eſt omnium patrum receptiſſima ſententia: ex omoibus vnum laudo Auguſtin. qui Concione 2. in Pſalm. 101. de hac re ita cum Donatiſtis manum conſerit, ac ſi iam præſentes Lutheranos, & Caluiniſtas lancinaret. *Quid eſt quod neſcio qui recedentes à me, murmurant contra me? quid eſt quod perditi me periſſe contendunt? certe enim hoc dicunt, qui fui, & non ſum: annuntia mihi exiguitatem dierum meorum. non à te quæro illos dies æternos: illi ſine fine ſunt, vbi ero; non ipſos quæro: temporales quæro temporales dies mihi annuntia, exiguitatem dierum meorum; non æternitatem annuncia mihi, quamdiu ero in iſto ſæculo annuntia mihi, propter illos, qui dicunt, fuit & iam non eſt, propter illos qui dicunt, impleta ſunt ſcripturæ, crediderunt omnes gentes, ſed apoſtatauit, & periit Eccleſia de omnibus, quis annuntiauit mihi niſi ipſa via? quomodo annuntiauit? Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*: alia D. Auguſtin. & aliorum Patrum loca vide apud Suar. citatum & Becanum de fide cap. 5. numero 36. & ſequent.

Secunda concluſionis pars ex præcedentis probationibus roboratur: Nam quomodo 5.
erit Eccleſia fundamentum veritatis, ſi ex ignorantia errare poteſt, & tanquam reuelatum proponere quod non eſt? ſanè Ambroſ. Hier. Chriſoſtom. Thod. D. Thom. in illum Pauli locum ea de cauſa veritatis columnam & firmamentum dici arbitrantur, quia in ea ſola veritas fulcitur, ipſi totum incumbit ædificium veritatis, & Auguſtin. Pſalm. 110. concione 1. declarans illum verſiculum, *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam*: ſub terræ figura Eccleſiam intelligit & ait, *Non inclinabitur in ſæculum ſæculi, quia prædeſtinata eſt columna & firmamentum veritatis.* Secundo probatur ex illo Ioann. 16. *Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*: quia vt optimè declarat Cyrillus lib. 10. io Ioann. cap. vltimo, *Nouit enim exacte veritatem, cuius ſpiritus eſt, & eam non ex parte, ſed integre reuelauit: Nam etſi ex parte in hac vita cognoſcimus, vt ait Paulus, non manet tamen, ſed integra in hac*

parua cognitione nobis refulſit, quæ vltima verba ſatis declarant illa Ioannis, *Omnem veritatem*, quæ indicant ex Spiritus ſancti magiſterio, & aſſiſtentia prouenire, ab Eccleſia non niſi verum, & in prima veritate fundatum credendum proponi, quod græca traoſlatio declarat: Nam omnes Græci & Auguſt. vt ootat Maldonat. legunt: *Deducet vos in omnem veritatem*: & ne quis dicat hanc promiſſionem ſolis Apoſtolis factam, noo Eccleſiæ, vel Apoſtolorum ſucceſſoribus, notanda ſunt alia verba in alio teſtimonio Ioannis cap. 14. proximè citato: *Vt maneat vobiſcum in æternum*, deinde Toletus in cap. 16. Ioannis interpretando illa verba, *Cum autem venerit*, ea ad Eccleſiam dirigit hoc modo: *Hac ratione*, inquit, *eritis inſtructi, & perfecti in omni doctrina mea, quam ego Eccleſiæ manifeſtare intendo; hæc eſt, quam omnem veritatem dicit, nempè quæ ad credenda, & facienda, Eccleſiamque regendam pertinent*; quod ex Eſaia cap. 59. confirmatur. *Cum venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus, ſpiritus meus, qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, dicit Dominus à modo & vſque in ſempiternum.* Quæ verba perpetuam Spiritus ſancti aſſiſtentiam continent; ſiue dirigantur ad Eſaiam, vt D. Hieronym. & Sanch. in paraphraſi exponunt: ſiue ad Chriſtum, vt Procop. & veterum patrum ſententia declarat, quæ magis placet Leoni à Caſtro, ſiue ed Eccleſiam, quam genuinam, & communem expoſitionem Cornelius eſſe arbitratur, & ego omoino cum textu conſentaneam iudico: com hac enim Eccleſia pactum iniit, & eius filiis cum Chriſto per fidem vnitis; & domum Iacob conſtituentibus, non de futuram verbi ſui veritatem, neque ſui ſpiritus aſſiſtentiam. Denique has promiſſiones ad omnes Apoſtolorum ſucceſſores quatenus Chriſtianam efficiuot Eccleſiam factas oſtendit ipſe ſeruator Dominus Ioan. 17. dum declarauit ſuas petitiones, & deſideria in Apoſtolis non ſiſtere, ſed ad eorum poſteros extendi: Nam poſtquam dixit in oratione ad patrem, *Sanctifica eos in veritate*, id eſt, *per Spiritum ſanctum veritatem eis Euangelicam infunde, vt fiant doctores & magiſtri doctrinæ Euangelicæ*: vt cum Chryſ. exponit Toletus io paraphraſi & notatione: item Barrad. tom. 4. lib. 5. cap. 18. ſtatim addidit, *Non pro eis autem rogo tantum, ſed pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me*, quæ verba clariora ſunt, quam vt alia interpretatione indigeant.

Tertio ſi Eccleſia io iis quæ de fide credenda proponit errare poſſet, ſaltem per inculpabilem ignorantiam, tota noſtræ fidei certitudo corrueret, neque teneremur credere aliquid ex propoſitis ab Eccleſia: Nam poſſet vnioſquiſque dubitare an ea quæ ſibi dicuntur, ſuot ex iis io quibus Eccleſia per ignorantiam errare conceditur, & ſic auctoritas Eccleſiæ eſſet fallibilis, & de rebus credendis nulla eſſet certitudo, cum enim fides apud nos fundetur in propoſitione Eccleſiæ, & in ſacra ſcriptura, quam Eccleſia pro authentica declarat, & Canonicam facit, ſi Eccleſia errare poteſt, ſacra ſcriptura ab Eccleſia canonizata, eſſe poterit apochrypha & in rebus credendis nihil certum aut firmum infallibiliter agnoſcetur: ob hanc rationem quęſtione prima ſect. 4. oſtendimus neque aſſenſum fidei in obiectum falſum, neque habitum fidei ad illud inclinare. Quarto, Eccleſia tenetur nihil credere niſi quod in ſcriptura ex communi patrum interpretatione continetur, & in traditionibus Apoſtolorum, & Conciliorum Generalium ſummorumque Pontificum definitionibus, quę ex illis promanarunt: ergo ſi his aſſentitur, errare non poteſt: Nam iſta eſt regula diuinæ veritatis nobis reuelatæ quæ continet ſigna, per quæ nos Deus alloquitur, & illam tanquam euidenter credibilem oſtendunt motiua, in noſtræ fidei confirmationem à Deo data, ſi vero Eccleſia vniuerſalis illam regulam non curaret, neque ad illam attenderet, iam tota amitteret fidem, & non per ignorantiam, ſed per malitiam doctrinam Dei deſpicatui haberet; quod eſſe impoſſibile, in prima parte demonſtratum eſt.

Secunda Concluſio. Eccleſia Voiuerſalis non poteſt aliquid ignorare quod credere omnino oeceſſarium ſit ad ſalutem. Hæc ex præcedenti ſequitur: & patet ex vtroque Ioannis teſtimonio cap. 14. *Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia*: & 16. *Docebit vos omnem veritatem.* Deiode ex prouidentia diuina, male enim conſultum eſſet cum vniuerſo populo Dei, ſi vniuerſalis Ecclaſia neſciret, quid ad ſalutem omnino neceſſarium foret; immo ioiuſtè Deus ab hominibus fidem eorum exigaret, quæ Eccleſiæ reuelata non eſſent, vel tali modo, quod ipſi Eccleſiæ non innoteſcerent. Etenim Deus iniuſtè præcepti obſeruantiam depoſceret, quod non imponeret; ſimiliter ergo obiectum aotequam reueletur, oon pertinet ad materiale obiectum fidei: ergo illud credere oeceſſarium eſſe nequit ad ſalutem, ſed hac reuelatio fieri debet Eccleſiæ per aliquem Dei internuntium: ergo ignorare noo poteſt Eccleſia, quod tenentur credere, ſeu exequi illius membra, vt ſalutem, & finem à Deo intentum conſequantur. Vode alia impoſſibilitas, & concluſionis confirmatio innoteſcit: Nam Deus intendere non poteſt efficaciter finem ad cuius aſſecutionem media neceſſaria oon applicet, ſed Deus intendit hominum ſalutem: ergo media ad illam neceſſaria illis negare non debet: quod tamen faceret ſi Eccleſiam ſuam ignorare aliquid pateretur, quod credere vel exequi ad ſalutem obtinendam poſtulaſſet. Neque huic doctrinæ obſtat quod in diuerſis Conciliis generalibus, & à ſummis pontificibus decurſu temporis fiant definitiones de nouo in materia fidei: quarum rerum oon erat aotea certitudo fidei: ergo erat ignorantia in Eccleſia: Nam ex hoc oon ſequitur Eccleſiam ante illos Canones, & propoſitiones de fide, ignorare aliquid neceſſarium ad ſalutem, ſed oon adhuc eſſe declarata de fide aliqua, quæ com ſubobſcure reuelata eſſent, & ante inſurgentes hæreſes maior illorum declaratio neceſſaria non eſſet, illorum veritas

maius

maius Eccleſiæ examen & iudicium ſubire non requirebat. Vnde promiſſio facta Eccleſiæ, quod à Spiritu ſancto de omni veritate doceretur, intelligenda eſt cum temporis opportunitate, & quando rei neceſſitas vrgere videatur, præſertim in iis, quæ ad ſolam doctrinam fidei ſpeculatiuæ ſpectant: de iis verò quæ ad praxim diriguntur, quando occaſio, & negotium poſtulauerit, ſanè non deerit diuina promiſſio, & Eccleſiæ neceſſitati Spiritus ſanctus prouidebit. Ponit exemplum Bannes 2.2.quæſt. prima, art. 10. in fuſioribus comment. dub. 3. *Item obijciunt*: vt ſi eſſet in Eccleſia ſeditio inter Conciliom Generale, & ſummum Pontificem, coiuſnam maior eſſet auctoritas, tunc eſſet tempus opportuoum, hanc propoſitionem examinandi: an Papa ſit ſupra Concilium vel Conciliũ ſupra Papam in cõtrouerſiis de fide, & moribus fidelium, de quo nihil hoc loco dicemus, quia ad pręſens inſtitutum ſolum ſpectat quod auctoritas Eccleſiæ in his definitionibus errare non poſſit, neque ignorare, quod ad fidem & rectam morum diſciplinam pertinet, & ad ſalutem neceſſarium cenſetur: cæterum in quonam ſit hæc poteſtas & auctoritas, in generali Concilione an in ſummo Pontifice, vel in vtroque, diſput. 6. tom. 2. dicendum.

8. Tertia Concluſio. Quamuis, quæ Eccleſia credit tanquam pia & probabilia, non ſiot infallibiliter vera, ſi tamen tota Eccleſia in aliqua re huiuſmodi conſpiret, tenendum eſt illam in hoc non errare, non ſolum practicè, ſed nec ſpeculatiuè: hanc tradit Suar. de fide ſect. 6. citata numero 8. & tres partes habet hæc aſſertio. Prima probatur, quia Eccleſia, illa, quæ ſolum vt pia credit, non iudicat vt omnioo, & infallibiliter vera, ſed vt probabilia: & noo eſt certum an in his ita regatur ab Spiritu ſancto, vt ſemper infallibiliter vera ſint, quæ vt probabilia creduntur ab Eccleſia: Nam talia obiecta, vt ſic, non pertinent ad obiectum fidei: etenim hoc vt infallibiliter verum ab Eccleſia proponitur. Secunda pars oſtenditur, quia quando vniuerſa Eccleſia tota in re aliqua conſpirat, iudicando eſſe probabilem, etiam vt humana eſt Congregatio, prudenter iudicatur illius veritas, nam quod omnes prudentes eſſe iudicant cum probabilitate eſſe ſimpliciter credi poteſt, ſine periculo erroris practici: hinc enim eſt quod cum dictamine conſcientiæ probabili de booeſtate actus homo hooeſtè operetur. Tertia Suadetur primo, quia quod omnium iudicio probabile eſt, morali euidentia conſtat eſſe probabile, ſed euidentia ſemper coniuncta eſt cum certitudine: ergo quando Eccleſia aliquid, vt probabile credit ſpeculatiuè non errat, quia non dicit illod ſimpliciter, & infallibiliter eſſe verum, ſed veritatem habere probabilem, quod eſt ſpeculatiuè, certum etiamſi res vera non ſit. Secundo quia veriſimile eſt Spiritum ſanctum etiam in hoc Eccleſiam dirigere, vt neque tanquam probabile credat quod falſum eſt, Deus enim dat aliquibus Eccleſiæ membris donum ſcieotiarum: vt etiam in cognitione veritatum Eccleſia illuſtretur; ideoque dicunt graues Theologi Ariſtotelem, & alios philoſophos ſpecialiter fuiſſe à Deo adiutos in aſſecutione ſcientiarum naturalium ad bonum futurum Eccleſiæ: ita datum eſt donum ſcientiæ, & artis Reſolut. & Oleab. Exod. 35. ad ſanctuarij ornamentum: ergo ſignum eſt ſpecialem Dei prouidentiam interuenire etiam in iis, quæ Eccleſia tota, piè & probabiliter credenda proponit.

Quarta Concluſio. Omnes ſimul particulares, & doctores Eccleſiæ errare non poſſunt in docenda fide: Immo neque ſentiendo contra fidem, iuxta probabiliorem opinionem: hæ duæ partes aſſertionis æqualem non habent certitudinem: Nam prior ex doctrina præcedenti manifeſtè deducitur: poſterior verò ſolum ſecundùm maiorem veriſimilitudinem ex illa infertur: priorem probo primo ex Diuo Paulo ad Epheſ. 4. vbi dicitur quod Chriſtus Dominus varios in Eccleſia gradus inſtituit, & quoſdam Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios Euangeliſtas, alios verò Paſtores & doctores dedit: & rationem reddit Apoſtolus, *Vt non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ*, quia in doctorum iudicio ſimplicium fidelium congregatio quaſi ancora fundatur, & in eorum doctrina acquieſcit. Secundo ſi omnes paſtores & doctores in docendo errarent contra fidem; voiuerſa Eccleſia contra fidem erraret, ſed hoc iam oſtendi eſſe falſum, & hæreticum: ergo & illud ex quo ſequitur: ſequelam maioris probo, quia reliqua pars Eccleſiæ iubetur ſeotire cum communi conſenſu doctorum, & patrum, iuxta illud Matthæi 23. *Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi, omnia ergò quæcumque dixerint vobis facite*, de quo latè Gregor. lib. 2. moral. cap. 25. exponens illa Iobi verba: *Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos*, quod ampliua confirmatur ex epiſtola Concilij Epheſini ad Neſtorium, quæ à ſexta Synodo act. 11. approbatur. In qua à Neſtorio exigitur, vt iuret, ſe ſentire, qoæ vnioerſi per Orientem & Occidentem Epiſcopi principeſque populorum crederent, & docerent: & hinc etiam eſt quod in fine Conciliorum ita ſolet acclamari: *Hæc eſt fides Patrum*: vt ſignificetur, quod non niſi verum & certum de fide eſſe poteſt in qoo omnes Epiſcopi & doctores conoeniunt. Vnde Cyprianus lib. 4. epiſtol. 9. merito dixit Eccleſiæ contradicere qui Epiſcoporum ſententiæ reſiſtit: & D. Irenæus lib. 3. cap. 3. & lib. 4. cap. 43. & 63. exiſtimat doctorum, & Epiſcoporum ſenſum ſufficere ad oſtendendam aliquam veritatem eſſe de fide: & D. Auguſtin. lib. 28. cap. 2. contra Fauſtum & lib. 33. cap. 9. ideo putat aliquem librum eſſe Canonicum, quia omnes Epiſcopi Apoſtolis ſuccedentes eum receperunt. 9.

Secunda pars ſuadetur primo ex præcedentibus teſtimoniis: Nam ſi ipſi errare poſſunt omnes ſaltem ex ignorantia, non eſt firmum ad eorum commonem conſenſum recurrere. Secundo quia vt docet D. Thom. 1. 2. quæſt. 111. artic. 4. in corpore & ad 4. nullus poteſt inſtituero alios de his, quæ ad fidem

pertinent, niſi ſupereminentem fidei certitu- A
dinem habeat per gratiam gratis datam, quæ
à Paulo 1. Corint, 12. fidei nomine ſignifica-
tur. Etenim, qui de aliqua ſcientia alios in-
ſtruit, opus eſt, vt illius ſcientiæ principia
certiſſima teneat: ergo vt vera ſit prima pars
aſſertionis, nempè ne in docendo fidem errent
omnes Epiſcopi, opus eſt vt certiſſimi ſint de
rebus: & hoc gratiæ donum participent.
Tertio quia ſi ex ignorantia inuincibili om-
nes errare poſſunt per interiora iudicia, mi-
raculo opus erit & particulari aſſiſtentia Spi-
ritus ſancti, ne ſuam ſententiam aliis mani-
feſtent, & ſuos errores ſpargant. Vt ergo
ſuauiori modo diuina prouidentia cum ſua
Eccleſia ſe gerat, neceſſario dicendum eſt, il-
lam ſic protegi ac illuſtrari, ne omnes docto- B
res & Epiſcopi in errorem contra fidem, vel
in ignorantiam inuincibilem aduerſus eam-
dem pariter collabantur. Quarto nullum eſt
dogma in quo ſic conueniant omnes doctores
& Epiſcopi quod ab vniuerſali Eccleſia non
recipiatur, & acceptetur tanquam de fide.
Quinto nullo modo conuenire poſſunt in ali-
qua veritate omnes Epiſcopi & doctores niſi
illam ex ſacra ſcriptura, traditionibus Apo-
ſtolicis, aut Conciliorum decretis deducant,
in quibus nec error ex hæreſi, neque ignoran-
tia reperitur. Verum hæc pars non eſt æque
certa, atque prima: vt notat Bannes 2.2.
quæſtione prima artic. 10. in fuſioribus com-
ment. dub. 3. quia nos non iubemur ſeruare
quæ Paſtores, & Doctores, ſed quæ docent, C
& non habemus claram promiſſionem Dei
de aſſiſtentia Spiritus ſancti, ne interius er-
rent ſentiendo, ſed ne exterius errent docen-
do: ſoli enim Eccleſiæ promiſſa eſt à Chriſto
perſeuerantia in fide, non huic vel illi homi-
num ſtatui, & quamuis in exteriori foro hæc
ſint præſtantiora membra, non eſt neceſſe, vt
Deo ſint magis accepta, in cuius conſpectu
virtus, non dignitas hominem commendat;
& quamuis poſcat rerum communis ordo,
vt per eundem habitum, quo quis eſt in actu
reſpectu alicuius veritatis, alios ad eiuſdem
veritatis cognitionem reducat, tamen quia
his habitibus libere vtimur poſſunt aliqui
vel metu, vel alia de cauſa ſuos errores ce-
lare, & veritatem docere, quam non cre-
dunt; & dogmata tradere, quibus non aſſen- D
tiuntur: quamuis ergo non repugnet meta-
phyſicè loquendo, & de potentia abſoluta,
quod omnes doctores malè ſentiant de ali-
quibus myſteriis fidei, & contra illam errent,
moraliter tamen loquendo, euidens eſt non
ita poſſe contingere, & conſiderata diuinæ
prouidentiæ ſuaui diſpoſitione, & lege ordi-
naria multo probabilius eſt, neque per hæ-
reſim, neque per ignorantiam omnes Epiſ-
cupos & Doctores vnanimi conſenſu errare
poſſe contra fidem: vt aſſignatæ rationes
perſuadent.

10. Ad argumenta in oppoſitum adducta Reſp.
ad primum. Bannes citatus negat conſequen-
tiam, quia ſicut non valet: ſi Deus vult, po-
teſt peccare: ergo abſolutè peccare poteſt:
ita non valebit, omnes in Eccleſia ſunt li-
beri in aſſentiendo myſteriis fidei, & poſſunt
diſſentiri, ſi volunt: ergo omnes abſolutè
poſſunt errare in fide, ſed hæc ſolutio non
ſatisfacit, quia exemplum non eſt ſimile:
Nam in Deo non eſt libertas ad peccandum,
vt 1. p. agendo de voluntate Dei cum theolo-
gorum communi ſententia oſtendi: At om-
nia Eccleſiæ membra libertatem habent ad
diſſentiendum myſteriis fidei, & metaphyſi-
cè loquendo conſiderata præcisè libertatè
omnium fidelium omnes poſſunt negare fi-
dem abſolutè loquendo: quamobrem diſtin-
guendum eſt illud conſequens; Nam ſi con-
ſideretur ſecundum ſe humana libertas, non
repugnat, quod omnes velint diſſentire, &
ſic abſolutè poſſunt deficere à fide, ſi tamen
cum ea libertatè diuina promiſſio, & pro-
uidentia coniungatur, abſolutè non poteſt
tota Eccleſia diſſentire, neque errare in fide.
quia diuina promiſſio, & intentio Dei effi-
cax, & abſoluta effectu non defraudatur:
attingit enim à fine vſque ad finem fortiter,
& diſponit omnia ſuauiter ſapient. 8. exem-
plum ſit in homine prædeſtinato, qui liber-
tatem habet vſque ad mortem ad peccan-
dum, & amittendam finalem gratiam, illam
tamen non amittet, neque poteſt amittere
ſi componatur libertas cum diuina prædeſti-
natione, quia in ſenſu compoſito repugnat
prædeſtinatum damnari, & in finali peccato
occumbere. Ad ſecundum neganda eſt mi-
nor, quia Eccleſia non humano, ſed diuino
ſpiritu regitur in proponendis rebus cre-
dendis, & diuina infallibilique auctoritate
fundatur: ad probationem, eſto quod propo-
ſitio rerum fidei pendeat ab aliquo teſtimo-
nio humano fallibili ſecundùm ſe, (de quo
in ſequenti ſectione dicendum) non inde ſe-
quitur aſſenſum, quo res ſic propoſitas cre-
dimus, eſſe fallibilem: Nam ſi quis Romæ
habitans ſcribat ad amicum in Luſitania
commorantem, ſummum Pontificem de fide
decreuiſſe certam propoſitionem; certum eſt,
illum, qui credit amicum ſibi non ſolere
mendacia ſcribere, ſed quæ verè eueniunt
Romæ, credendo literis ſui amici aſſenſum
elicere de multo certiorem circa propoſitio-
nem definitam, quam circa dictum amici,
quia dictum amici credens humano nititur
teſtimonio: credens verò propoſitionem de-
finitam, diuina auctoritate, & veritate funda-
tur: exemplum etiam habemus in cognitio-
nibus naturalibus: Nam aſſenſus primi prin-
cipij pendet ab inductione, & ſingularibus
experimentis, & certior eſt cognitio primi
principij, quam experimentalis: Nam expe-
rimentum fallax aliquando eſſe poteſt; At
primum principium nunquam fallit: & ra-
tio eſt, quia actus ſuam certitudinem ſumit
à proprio obiecto formali, non à conditione,
vnde poteſt eſſe certior actus circa proprium
obiectum tendens, quam conditio à qua de-
pendent: ideoque eſto pendeat à teſtimonio
humano tanquam à conditione noſtra fides,
hoc non tollit eſſe infallibilem, quia non fun-
datur humano teſtimonio, ſed diuino.

Ad tertium neganda eſt maior. Iam enim 11.
in ſecunda parte primæ concluſionis pro-
baui, Eccleſiæ eſſe promiſſum etiam per
ignorantiam

ignorantiam inuincilem errare non poſſe: A
ad probationem dico de iis, quorum fides
explicita neceſſaria eſt ad ſalutem, nun-
quam fuiſſe ignorantiam inuincibilem in
Eccleſia, ſed ſemper ab illa fuiſſe propo-
ſita !, & tradita huiuſmodi myſteria: vt
oſtendi in ſecunda concluſione: alia verò,
quorum cognitio & poſitiuus aſſenſus ad
ſalutem non requiritur, poſſe contiugere
propter minus claram illorum reuelatio-
nem, non proponi ab Eccleſia niſi decurſu
temporis occaſione inſurgentis hæreſis, vel
diſſenſionis, & perturbationis in Eccleſia,
& tunc quando ab Eccleſia declaratur veri-
tas tenenda, impletur promiſſio Eccleſiæ
facta illam non erraturam, quando enim
præceptum credendi eſt affirmatiuum, non B
obligat pro ſemper, id eſt pro omni tempo-
re; & quamuis nunc nullus fidelis obligetur
credere hanc propoſitionem; vnio hypoſta-
tica eſt aliquid poſitioum; non ideo eſt,
quod Eccleſia poſitiuè definierit illam non
fuiſſe reuelatam, ſed negatiuè ſe habeat
nihil ſtatuendo de illius certitudioe: in
quo non errat quia abſtrahentium non eſt
mendacium. Eccleſia verò quamuis exi-
ſtimet nullam ex illis propoſitionibus eſſe
hûc vſque receptam tanquam de fide, &
ita non obligari fideles ad credendum alter-
vtram; non tamen poſitiuè definit nullam
ſecundum ſe confusè, & implicitè eſſe re-
uelatam: hoc enim facere oon ſolet Vnde
patet reſponſio ad vtramque confirmatio- C
nem: Nam ad primam dico de illis poſitio-
nibus, quæ decurſu temporis definitæ ſunt,
nunquam fuiſſe errorem in Eccleſia, neque
ignorantiam poſitiuam, ſed priuatiuam, quia
cum non ita aperta & diſtincta eſſet illarum
reuelatio, & alioqui illarum fides explicita
ad ſalutem neceſſaria non cenſeretur: ſatis
eſt ſi opportuno tempore Eccleſia à Spiritu
ſancto edocta eas fidelibus de fide credendas
proponat. Alteri reſpondet Bannes, vbi ſu-
pra in ſolutione quinti argum. ſed quia ſo-
lutio parum firma eſt & facile vrgeri po-
teſt, illam omitto: ad ſecundam, negandum
eſt antecadens, nam tripliciter intelligi po-
teſt aliquid de fide credi quod non eſt. Pri-
mo quod circa illud, quod eſt falſum detur
aſſenſus fidei, & hoc iam quæſtione prima D
oſtendimus eſſe impoſſibile, quia fidei ſubeſ
ſe falſum non poteſt. Secundo ſi quod reuera
de fide non eſt, ab Eccleſia proponatur vt cre-
dendum fidelibus. Tertio definiendo illud
eſſe reuelatum & in aliquo ſacræ ſcripturæ
loco contentum & credendo eſſe de fide per
cognitiooem, quam exiſtimet eſſe fidei di-
uinæ, cum tamen non ſit, ſed aſſenſus fidei
humanæ ſeu opinatiuus: & his duobus
modis non eſſet talis aſſenſus in Eccleſia
vniuerſali ſine errore poſitiuo per ignoran-
tiam inuincibilem, cuius oppoſitum iam
demonſtraui: ad probationem antecedentis
dico primo modo, neque in perſona parti-
culari aſſenſum diuinæ fidei tendere in ob-
iectum falſum aut non reuelatum ob aſſi-
gnatam rationem: ſecundo & tertio modo,
non repugnat perſonam particularem ex
ignorantia inuincibili exiſtimare aliquid
eſſe de fide & ita docere & proponere al-
teri credendum, quod non ſit, quia priua-
tis Eccleſiæ perſonis in Eccleſia promiſſa
non eſt particularis protectio diuina & Spi-
ritus ſancti aſſiſtentia oe in errorem inci-
dant, ſed vniuerſalis Eccleſiæ capiti nempè
ſummo Pontifici, & Generali Concilio le-
gitimè congregato, & aliqoid de fide cre-
dendum ſtatuente, quod quando & quomo-
do fieri debeat in diſput. 6. de cauſa efficien-
te diuini & humani iuris dicendom.

Ad 4. negandum eſt antecedens ex hoc enim 12.
vniuerſalis Eccleſiæ conſenſu tanquam ex re-
gula infallibi deduxit 1. Auguſtin. lib. de
cura pro mortuis cap. 5. orandum eſſe pro
defunctis. 2. epiſtol. 28. ad Hieroym.
paruulos eſſe baptizandos. 3. In inchoata
expoſitione epiſtol. ad Romanos, Hæreticis
& ſchiſmaticis non eſſe præciſam, ſpem
ſalutis ſi reſipiſcaot. 4. lib. 1. contra Creſcon.
Gramm. cap. 33. Hæreticos non eſſe re
baptizandos. Denique vt vno verbo dicam
epiſtol. 118. ad Ianuar. cap. 5. docet in omni-
nibus & per omnia Eccleſiæ iudicium eſſe
ſequendum his verbis, *Vt quid horum ſit fa-
ciendum ſi diuina ſcriptura præſcribit autoritas,
non ſit dubitandum, quin ita facere debeamus, vt
legimus. Vt iam non quomodo faciendum, ſed
quomodo ſacramentum intelligendum ſit, diſpu-
temus: ſimiliter etiamſi quid horum tota per orbem
frequentat Eccleſia: Nam & hinc quin ita fa-
ciendum ſit, diſputare inſolentiſſima inſania eſt.*
In quo teſtimonio vides æquiparari in infal-
libilitate ſuæ directionis ſacram ſcripturam,
& Eccleſiæ vniuerſalis conſenſum, quia
vtraque eſt infallibilis regula, eadem au-
thoritate Dei fundata. Ad probationem
dico non oportere ſingulos totius orbis fi-
deles interrogari, ſed hanc Eccleſiæ men-
tem & ſpiritum vnanimem ſummi Pon-
tificis voce ex cathedra definientis & œcu-
menici Concilij acclamatione & conſtitutio-
ne conciliari, manifeſtari. Vnde negamus om-
nes paſtores, & doctores poſſe errare in do-
cendo. Ad loca verò ſacræ ſcripturæ Reſp. in
nullo dici omnes tunc prophetas, paſtores, &
doctores Eccleſiæ errare in doeendo, quare
illud verbum *omnes* vt benenotat Cornel. &
alij ibidem, ſignificat multos, & pleroſque:
hæc enim eſt forma loquendi ſcripturæ in
redarguendo peccatoribus: de quo vide
Auguſtin. de vnitat. Eccleſiaſt. cap. 12.
vel loquntur Eſai. de tempore quo Iudæi
poſt aduentum Chriſti, populum ab eius
doctrina, & fide auertere deberent, &
ſuis erroribus obcæcati veram lucem vi-
dere, & ab ea illuminari detrectarent:
ſimiliter alij loci debent exponi vt num-
quam admittatur, quod in Eccleſia nul-
lus paſtor, ſeu magiſter veræ fidei eſſet,
ſed omnes ſimul aliquo tempore in docen-
do erraſſe: quamuis hoc non tam certum ſit
de Synagoga, quam de Eccleſia Chriſtia-
na, cui ſpeciatim hæc promiſſio multo cla-
rius facta 1. ad Timot. 3 numero 15. Lucæ 22.
numero 32. Ioann. 14. & 16. citatis: tempore
verò Moyſis non omnes adorauerunt vitulos

aureos neque omnes errarunt : Nam Moyſes, Ioſue, & filij Leui, qui poſtea infideles occiderunt ab idololatriæ contagione corrupti non ſunt, & tempore Micheæ ſaltem ipſe pro veritate pugnabat: & veriſimile eſt alios etiam legis peritos illius veritatem tueri. Danielis teſtimonium de ceſſatione ſynagogæ, non Chriſtianæ Eccleſiæ Catholici interpretes exponunt : ceſſare enim dicuntur hoſtię quando ſanctè & legitimè offerri non poſſunt: & cum ſacrificia legis veteris vmbræ eſſent, aduenien te ſole fugerunt : Eccleſia verò Chriſtiana non ideo comparatur lunæ, quod deficere poſſit, ſed quia vt ait Auguſtin. in dictum Pſalm. 103. *Intelligimus ſpiritualiter Eccleſiam creſcentem de minimo* : & infra : *modo quam cæcus eſt qui plena lunâ errat* ? quod oppoſitè in hæreticos retorquetur, qui hac comparatione lunæ abutuntur : alias rationes, cur Eccleſia comparetur lunæ, adducunt interpretes ad citatum verſiculum, & Becanus cap. 5. citato obiect. 4. numero 55. Ad quintum negandum eſt, Concilium Generale legitimè congregatum in definiendis rebus fidei : item ſummum Pontificem ex cathedra definiendo errare poſſe : an verò, vt priuata perſona in hæreſim incidere valeat ; Affirmant Caietan, Canus, Soto, Caſtro, Valent. quos ſequitur Turrianus de fide diſput. 16. dub. 1. §. Secunda ſententia : partem vero negantem defendunt alij: nimirum Pighius lib. 4. Hierarch. Eccleſiaſt. cap. 8. & vt ſententiam magis piam, & probabiliorem docent Bellarmin. lib. 4. de ſummo Pontifice cap. 8. Suar. de fide diſput. 10. ſect. 6. numero 11. Nos hic quæſtionem non reſoluimus, quia diſput. 6. tom. 2. diſcutienda eſt, ad noſtrum tamen inſtitutum ſatis eſt, ſi in docendis, ſeu definiendis rebus fidei Concilium legitimè congregatum, item ſummus Pontifex errare non poſſit etiam ex ignorantia, vt oſtendimus.

15. Duo hinc colligenda ſunt. Primum non poſſe Eccleſiam propoſitionem iam de fide definitam reuocare, ſeu declarare, quod de fide non ſit : eſt Theologorum communis & ex tradita doctrina euidenter ſequitur: Nam ſi Eccleſia in definitione fidei errare non poteſt : ergo illa propoſitio quæ prius definita eſt, retractari ſeu mutari non poteſt : Nam ſi reuocaretur, vel tunc in reuocatione erraret Eccleſia, vel primum quando propoſitionem nunc reuocatam definiuit, quorum neutrum cum præcedenti doctrina ſtare poteſt. Secundum, hanc numero Eccleſiam vniuerſalem quæ eſt ſub regimine ſanctiſſimi Domini Vrbani Octaui eſſe illam cui omnes prædictæ proprietates conueniunt, nempè quod ſit vna, ſancta, catholica & Apoſtolica Eccleſia viſibilis, & infallibilis: Nam cum Eccleſia errare non poſſit, & hæc vniuerſalis Eccleſia Romano Pontifici ſubiecta ſe ipſam oſtendat, & in ſe manifeſtet proprietates per quas internoſci & ab aliis hæreticis ſectis diſcriminari valeat : ſequitur de fide eſſe hanc numero Eccleſiam eſſe illam extra quam ſalus eſſe non poteſt, & quam Chriſtus inſtituit : Confirmatur primo, quia omnia motiua quæ euidenter oſtendunt credibilitatem Chriſtianæ fidei conueniunt doctrinæ traditæ, & approbatæ ab hac Eccleſia, quorum aliqua præcipua attigimus quæſtione prima, agentes de euidentia credibilitatis noſtræ fidei vt patebit diſcurrenti per ſingula. Secundo proprietates tota hâc quæſtione aſſignatę nulli alteri Eccleſiæ Chriſtianæ conueniunt : Nam primo in hac Eccleſia maxima veritas fidei & vniformis doctrinæ conſenſus cernitur, in reliquis hæreticorum ſectis Lutherani à Lutheranis, Sacramentarij à ſacramentarijs, Anabaptiſtæ ab Anabaptiſtis, immo Lutherus, Caluinus, & Melanchton à ſe ipſis diſſentiunt in fidei doctrina, quam profitentur vt egregie citatis teſtimoniis probat Iacobus Coccius tom. 1. l. 8. de ſignis Eccleſ. artic. 7. Tertio in hac Eccleſia tantum ſanctitas morumque integritas floret : & licet inter iuſtos etiam peccatores permiſceantur, non ceſſant verbi diuini prædicatores impiorum vitia inſectari, & paſtores ſcelera ſuppliciis perſequi, ne peccandi licentiam impunitate concedant. In cæteris hæreticorum conuentibus ſumma libidinis conceſſio, nefanda morum corruptela dominatur, quia huiuſmodi homines ſola fide, ſeu vana fiducia contenti bonorum operum ſanctimoniam relegarunt. Quid impudentius quam quod Lutherus in argumento Epiſtolæ ad Galat. editionis primæ, ſcripſit ? *Summa ars, & ſapientia Chriſtiana eſt neſcire legem ignorare opera, & totam iuſtitiam actiuam*, quem potuit, vitæ ſanctitas hoſtem habere atrociorem quam Philippum Melancthonem, qui in locis communibus editionis primæ aſſeruit. *Omnia hominum quantumuis laudabilia opera planè vitioſa ſunt, & morte digna peccata.* Quarto hæretici ſua conuenticula Eccleſiam veram appellant, catholicam ſeu vniuerſalem per totum orbem diffuſam appellare non poſſunt: quin manifeſti mendacij ab omnium gentium populis coarguuntur : hanc, quam Dei prouidentia præſens ſummus pontifex regit, vt matrem agnoſcunt vniuerſi Chriſti fideles, toto orbe diffuſi, ad hanc regreſſa eſt tandem illa Eccleſia Æthyopiæ, quæ ob diuerſas hæreſes Dioſcori prauitate decepta tempore Leonis primi ab illa receſſit, & quamuis Abiſſinorum Imperatores nonnulli, gentis ſuæ erroribus cognitis, miſſis legatis ſæpè curarunt, vt aliqua ipſis veritatis lux à Romana Eccleſia affulgeret : Venerunt enim ad Clementem Quintum Auinionem in Gallia : ad Florentinum Concilium ſub Eugenio Quarto celebratum : ad Clementem Septimum Bononiam in Italia. Non tamen tamen tunc ſatis conſtans, firmumque ad matris gremium redeundi fuiſſe deſiderium, euentus probauit, quia in eiſdem erroribus permanſerunt : anno 1628. non ſine maxima Chriſtiani populi lætitia ex literis ad Vrbanum Octauum ſummum Pontificem, atque ad Patrem admodum Reuerendum noſtræ ſocietatis Generalem Mutium Vitaleſchium miſſis à Patriarcha Æthyopiæ Domino Alphonſo Mendeſio,

quas

quas ipſe vidi, accepimus; Imperatorem cum reliquis ſui Imperij Dynaſtis, coram ipſo Patriarcha ſolemni iuramento fidem, & perpetuum obedientiam ſanctæ ſedi Romanæ, & Vrbano Octauo, in Terris Chriſti Vicario magna deuotione promiſiſſe, ſuiſque omnibus abiuratis erroribus Chriſtianæ fidei integritatem perpetuo ſeruaturos decreuiſſe, quamuis vt minus conſtantes poſtea ſuis decepit vitiis à vera fide defecerint. Quarto hæc eſt illa Apoſtolica Eccleſia quæ a Petro primo Chriſti Vicario ad Vrbanum vſque Octauum perenni ſucceſſione, in tutius mundi conſpectu decurrit; aliæ hæreſes ad putrida membra ab Eccleſiæ corpore ſeparata ſuam originem referunt, neque fidei ſuæ principium Chriſti doctrinæ conſonum oſtendunt: qui Chronologicam ſuceeſſionem ſub vno intuitu videre cupit ab ipſo mundi exordio vſque ad tempus. Clementis Octaui, conſulat Iodocum Coccium in Theſauro tom. 1. lib. 8. artic. 2. Item artic. 3. in quibus oſtendit Lutherum, Caluinum, & alios hæreticos ab aliis ſimilis farinæ viris olim ab Eccleſia damnatis ſuorum errorum originem ducere, illorumque praua dogmata mordicus tueri; & quia mendacium, neque ſibi conforme eſſe ſolet, in articulo quarto eiuſdem libri refert Coccius diuerſa dogmata, in quibus ab antiquis hæreticis Huſſitis, Vniclauiſtis, & Vualdenſibus diſſentiant, vt ſic neque ad ipſos ſuæ doctrinæ per omnia conformis originem referre poſſint. Denique hæretici Eccleſiam non viſibilem, nec in erroris periculo infallibilem agnoſcunt, vt vidimus ſectione præcedenti, & præſenti, hæc Eccleſia eſt viſibilis, & ab erroris periculo prorſus libera: ergo omnea veræ Eccleſiæ proprietates illi aptiſſimè cohærent, de quo latius diſcurrit Valent. tom. 3. diſput. 1. quæſtione prima punct. 7. §. 20. & ſequentibus.

Qua neceſſitate, quaue cauſalitate Eccleſiæ auctoritas ad aſſenſum fidei concurrat.

SECTIO IV.

1. AD reſolutionem huius quæſtionis ſuppono primum tanquam de fide certum ad aſſenſum fidei non eſſe neceſſarium, vt obiectum credendum immediatè à Deo tantum interius, vel exterius proponatur, vt optimè contra hæreticos noſtri temporis oſtendit Bellarminus lib. 3. de Verbo Dei cap. 3. Hoſius lib. 2. contra Brent. Suar. de fide diſput. 4. ſect. 1. & nos quæſt. 2. ſect. 6. aliquid attingimus: deducitur ex Dionyſio de diuinis nomin. cap. 4. vbi ait Deum non omnibus immediatè fuiſſe loquutum, ſed illuminare infima per media, & media per ſuperiora: probatur primo, ex ſacra pagina: Nam tum in lege ſcripta, tum in lege gratiæ interuentu Prophetarum, Apoſtolorum, & aliorum Patrum Deus ſuam nobis doctrinam expoſuit: de filiis enim Iſraël dicitur

A Exod. 14. *Crediderunt Deo & Moyſi ſeruo eius*: item Pſalm. 77. *Quanta mandauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis*: & reuera fecerat Dominus Deuteron. 6. num. 6. *Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis*: ſimiliter in lege Gratiæ Chriſtus diſcipulis imperat Matth. vltimo, vt Euangelium prędicent omni creaturæ: & Actor. 1. *Eritis*, inquit, *mihi teſtes, &c. vſque ad vltimum terræ*: & ratione ſuadetur primo, quia alioqui inutilis eſſet ſacra ſcriptura, traditio Apoſtolica, & ſanctorum Patrũ in œcumenicis Conciliis ſanctiones. Secundo quia licet excellentia doctrinæ fidei, & donorum gratiæ videatur poſtulare, vt à Deo immediatè doceatur, tamen ex alio capite modus cognoſcendi, & rerum ſcientiam comparandi hominibus familiaris & B communis, poſtulabat, vt homines, alij per alios docerentur: Nam vt ex Auguſtino refert Suar. citatus numero 4. ſicut Deus immediatè creauit vnum hominem, & ab illo, ac per illum producti ſunt cæteri, ſucceſſione continua: ita in fide per ſe Deus homines aliquos inſtruxit, à quibus alij docerentur: ſic enim ſuauis, & communis ordo diuinæ prouidentiæ diſpoſuit, vt, quod per cauſas ſecundas accomodatè fieri poſſet, Deus per ſe immediatè ſolus non faceret. Ideoque Petrus ad Cornelium miſſus actor. 10. Philippus ad Eunuchum actor. 8. & Paulus in Macedoniam à viro Macedone per viſionem C apparente rogatus properauit. actor. 16. & ad vniuerſum orbem prædicatores Euangelici diuerterunt iuxta illud Lucæ 7. *Meſſis quidem multa, operarij autem pauci: rogate ergo Dominum meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuam.* Tertio quia ita maximè conueniens erat, ad conſeruandam fidei conſenſionem, & eius meritum augendum: Niſi interdum ob aliquam ſpecialem rationem hic ordo mutaretur, quod in tribus caſibus accidere potuit. Primus eſt ex neceſſitate. Secundus ex diſpenſatione, ſeu dignatione. Tertius ex priuilegio. De primo agit D. Thom. 3. contra gent. cap. 154. Nam aliquem vel aliquos Deum prius inſtruere neceſſe erat, per quos cæteri de miſteriis fidei edocerentur: de ſecundo D. Paulus ad Hebræos 1. illam diuinæ D diſpenſationis gratiam expandẽs ita ait. *Olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſimè loquutus eſt nobis in filio*: quod per Eſai. promiſerat; *Dabo filios tuos doctos à Domino*: de tertio idem Paulus ſpeciale ſibi factum priuilegium ad maiorem ſuæ doctrinæ auctoritatem deprædicat ad Galat. 1. *Euangelium quod Euangelizatum eſt à me non ſecundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.* Ad homines igitur erudiendos vulgari modo ſatis eſt, quod Chriſtus hominum miniſterio vteretur, & relinqueret regulas infallibiles fidei, quæ ſunt diuina ſcriptura, & auctoritas Eccleſiæ proponentis, quæ ſunt credenda, de quibus dixi ſectione præcedenti.

Suppono ſecundum, exteriorem fidei propoſitionem nihil conducere, niſi Deus interiori illuminatione audientium 2.

mentes colluſtret, & ſui ſpiritus virtute corda aperiat vt Lidiæ fecit Actorum 16. *Quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* 1. ad Corint. 3. quamobrem pulchre Gregor. homil. 30. in Euangel. *Niſi diuinus ſpiritus cordi adſit audientis, otioſus eſt ſermo doctoris*: & plura de hac re diximus in ſuperioribus præſertim q. 2. ſect. 5. & q. 3. variis io locis: ſoppono 3. ad ſofficientem propoſitionem fidei non opus eſſe, vt qui credere debet, prius certo & infallibiliter cognoſcat infallibilem aoctoritatem Eccleſiæ, & Spiritus ſancti aſſiſtentiam in ea, quamuis oppoſitum aliqui exiſtiment, vt refert Turriao. de fide diſput. 5. dub. 1. cum qoibus ipſe aliqua ex parte conſentit: quatenus ait illum qui primum credit Deum reuelare, non prius cognoſcere certo, neque credere auctoritatem dioinam Eccleſiæ, & Spiritus ſancti aſſiſtentiam; tamen poſtquam ſemel credidit, & proponitur ei aliquid credendum, neceſſario præcedere debere fidem, de Eccleſiæ auctoritate infallibili, tanquam conditionem ad credeoda alia obiecta: & refert pro hac ſententia Valentiam tom. 3. diſp. 1. quæſtione prima p. 1. §. 6. in probatione tertiæ aſſertionis, exiſtimatque eo tendere loca ſacræ ſcripturæ & patrum, citata à Valent. Verum Valent. ſolum docet neceſſariam eſſe tanquam conditionem, propoſitionem Eccleſiæ ſecundum legem ordinariam, quod infra probabo, non vero requirit cognitionem certam, & infallibilem de aoctoritate Eccleſiæ ad credendum ſiue in primo actu, ſiua in ſequentibus: & ſanè in primo ſatis conſtat, quia ipſa auctoritas dioiua Eccleſiæ non cognoſcitur certo, & infallibiliter niſi per fidem; & hic eſt vnus, ex articulis, qui proponuntur credendi: ergo ante ipſius fidei aſſenſum, huios auctoritatis infallibilis cognitio non exigitur. Deinde poſt primum fidei actum, de reuelatione Dei, verbi gratia, nulla facta Eccleſiæ mentione, poſſont proponi alij multi articuli fidei, priuſquam proponatur hic de auctoritate diuina Eccleſiæ: ergo ſicut ille primus articulus credi potuit, ita, & alij ſine hac conditione credi poſſunt: & ita communis vſus oſtendit, quando pueri, vel cathecumeni de fidei articulis erodiuntur non reqoiri, vt in primo vel ſecundo aut tertio loco ipſis proponatur auctoritas dioina Eccleſiæ: ſatis ergo erit cognoſcere Eccleſiam proponentem res fidei, ſummam habere auctoritatem homanam, quia tot homines docti, & ſancti in eadem doctrina miraculis confirmata, tanta conſentione conformes, auctoritatem quaſi infallibilem moraliter præ ſe ferunt: & hoc ſatis eſt, vt prudenter quiſque propter auctoritatem Dei ſic propoſitam ab Eccleſia, hac ratione cognita, aſſenſum diuinæ fidei eliciat: ſicut prudenter credimus fide humana, quod plores homines veraces teſtaotur, præſertim
3. ſi quæ narrant, credibilia apparent. Quartum ſuppono propoſitionem hanc non fieri ab Eccleſia immediatè ſingulis credentibus: hæc enim immediata propoſitio ſolum fit iis qui præſentes ſunt, quando ſummus Pontifex ex cathedra, aut Concilium generale ex illius auctoritate ad id congregatum aliquam propoſitionem de fide definit: ſolum ergo noſtra quæſtio, ſopponendo communem modum proponendi res fidei, per doctores, & prædicatores inquirit primo, quam neceſſaria ſit hæc auctoritas Eccleſiæ mediata, quæ fide humana primum creditur ad aſſenſum fidei diuinæ. Secundo an aliquo modo illum cauſet, itaut iſte aſſenſus aliqua ratione in auctoritatem Eccleſiæ reſoluatur.

De primo igitur puncto prima ſententia eſt 4.
eorum qui dicunt fidem acquiſitam de aoctoritate Eccleſiæ neceſſario præcedere fidem diuinam, & hanc præciſam neceſſitatem ex natura rei concedere videntur Duran. in 3. diſt. 24. quæſt. 1. numero 8. & diſt. 25. quæſt. 3. numero 4. Gabriel. in 3. diſtinct. 23. quæſt. 2. artic. 1. & quæſt. 3. Scotus ibidem quæſtione vnica. Medina lib. 5. de recta in Deum fide cap. 11. Aiala de traditioo. p. 2. cap. 2. Vaſq. 1. par. q. 1. art. 1. dubitatione 1. in commentario art. diſp. 5. cap. 3. & 1. 2. diſput. 201. cap. 2. Turrian. de fide diſput. 4. dub. 1. §. his præmiſſis. Suadetur primo ex ſacra ſcriptura Hierem. 3. vbi ſignificatur fidem diſcendam eſſe ab Eccleſiæ paſtoribos. *Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina*: concinit Paul. ad Epheſ. 4. *Alios dedit paſtores, & doctores ad conſummationem ſanctorum: in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti*: & ad Hebræos, *Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis loquuti ſunt verbum Dei.* Secundo ex patribus. Irenæus lib. 3. cap. 4. *Non oportet quærere apud alios veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere.* Cyrill. Hieroſol. catechiſ. 5. *Fidem ſi didiceris promiſſionem poſſidebis, & obſerua illam à ſola Eccleſia traditam, & ex omni ſcriptura munitam.* Auguſtin. lib. contra epiſt. fundam. cap. 5. *Euangelio non crederem niſi me auctoritas Eccleſiæ commoueret*: ſimilia apud alios patres reperiuotur. Tertio ratione quæ ſumitur ex diſcurſu Pauli ad Romaoos. 10. *Quomodo credent ei quem non audierunt, quomodo autem audient ſine prædicante? quomodo verò prædicabunt niſi mittantur?* vnde paulo inſerius cooeludit: *ergo fides ex auditu.* Apoſtoli argumentum hoc eſt: nullus poteſt credere ei quem non audit, neque audire, quin aliquis ſit prædicator, qui doceat; & à quo verbum Dei accipiat, ſed nullus, qui miniſter Eccleſiæ non ſit, à Deo mittitur, vel ad prædicandum deſignatur: Nam eo ipſo quòd à Deo mittitur, iam & Dei, & Eccleſiæ miniſter reputatur: ergo ante fidem neceſſaria eſt auditio annuntiantis, ex auctoritate Eccleſiæ, & proponentis credenda: & conſequenter neceſſario interuenit prius auctoritas Eccleſiæ, miniſtrorum ioteruentu, antequam fidei aſſenſus habeatur, ſed hæc auctoritas non creditur fide diuina, vt ex tertio præſoppoſito patet: ergo humana, & acquiſita: Confirmatur primo, quia qui inuitatur ad aliquid credendum, primum quod percipit antequam credat, eſt conſiderare an proponens perſona ſit fide digna, vt illius propoſitio acceptetur.

acceptetur. Secundo qui credit experitur ſe aſſentiri rebus de fide propoſitis, ſed non eſt certus ſe habere fidem infuſam, & ſupernaturalem: vt iam ſupra tetigi, & in quæſtione ſequenti latius exponam: ergo ſignum eſt ſemper ante aſſenſum fidei diuinæ humanam præire: vnde inferunt prædicti auctores non ſolum de auctoritate Eccleſiæ, ſed de rebus credendis fidem acquiſitam ad infuſam prærequiri.

5. Secunda ſententia negat ex natura rei, & abſolutè loquendo prærequiri fidem acquiſitam, immo neque aliam notitiam humanam ante aſſenſum fidei: quamuis ſecundum legem ordinariam ita cõtingat: ita tenet Almai. in 3. diſt. 23. quæſt. 3. 9. notandum; vbi poſtquam in vtramque partem quęſtionem diſputauit, tandem reſoluit ſine interuentu humanæ notitiæ poſſe elici aſſenſum fidei: idem tradunt Vega in Tridentin. lib. 6. cap. 13. Cano 2. de locis cap. 4. in ſolutione 4. argumenti, Lorca 2. 2. ſect. 1. diſp. 4. n. 7. Primum probant quia illi quos Deus immediatè inſtruit non indigent hac notitia, quæ ſolum videtur neceſſaria illis, quibus diuina reuelatio eſt obſcura: ergo abſolutè loquendo dari poteſt aſſenſus fidei ſine antecedente notitia humana: addit Lorca hoc ſolis beatis accidere poſſe, quia omnes alij indigent aliquibus ſignis ad cognoſcendam euidentem reuelationem. Vnde alium addit caſum, in quo viatores ea notitia humana non indigent: nempè quando homo ſemel eſt iam inſtructus fidei doctrina ſufficienter, tunc enim ait alia humana notitia præcedente non opus eſſe, quia non eſt neceſſe, vt ſemper actu conſideret argumenta quibus fides credibilis oſtenditur, ſed hæc Lorcæ doctrina eſt omnino falſa: vt conſtat ex ſupradictis in hac materia: Nam reuelatio euidens beatis in ratione ſigni eſſe nequit obiectum formale fidei, quæ de ſua ratione neceſſario eſt obſcura: illam vero reuelationem quæ ſolum eſt euidens in atteſtante, viatoribus fieri non repugnat: & hæc cum fide ſtare poteſt, vt ſupra dixi. Deinde fidelis etiam ſufficienter inſtructus in fide, ſi de nouo illi proponitur aliquid credendum; verbi gratia dogma fidei de nouo in Concilio definitum, & ſummi Pontificis auctoritate confirmatum, vt eliciat actum fidei, requirit piæ affectionis voluntatem: ante quam neceſſario præcedit iudicium prudentiale de credibilitate obiecti, ne leuiter credere videatur; & quamuis de nouo fidelis non examinet argumenta, & motiua fidei, de ipſis iam antea ponderatis habet euidentiam credibilitatis, ex qua iudicium prudentiale deducitur, quod notitia humana & naturalis eſt, vt ſupra dixi: confirmatur, quia quantumuis ſufficienter inſtructus ſit homo in myſteriis fidei, vt aſſentiatur nouo dogmati definito, prius illud ab aliqua perſona fide digna cognoſcere debet, & ob illius auctoritatem credere, ita eſſe definitum per fidem humanam: ergo hic caſus à Lorca notatus omnino eſt à veritate alienus. Secundum quod hæc ſecunda ſententia docet, verum eſt: vt ex probatione ſequentis concluſionis patefiet: vtraque enim ſententia aliquid verum attingit, ſed quia non nihil permiſcet meo iudicio falſum, duplici concluſione tota hæc ſoluetur difficultas.

Prima Concluſio, Secundum legem ordinariam & vulgarem credendi modum, ſemper fides humana, ſeu notitia aliqua naturalis acquiſita præcedit aſſenſum fidei: licet in aliquo caſu neutra neceſſaria ſit, & ſine vtraque vera fides haberi poſſit: hæc ſanè eſt de mente Almai. Vegæ, & Cani vbi ſupra Marſil. in 3. quæſt. 1 . . art. 1. Capreol. diſt. 24. quęſtione vnica artic. 3. ad primum, contra 4. concluſ. & expreſſe traditur à Suar. diſpur. 3. de fide ſect. 12. n. 1 ,. Probatur prima pars rationibus pro prima ſententia adductis: hoc enim tantum conuincunt. Præterea vlterius corroboratur, & declaratur primo, quia fides ordinario modo per auditionem incboatur, qua mediante res credenda cognoſcitur: ergo de illa procedit aliqua notitia naturalis acquiſita, quæ in primis eſt apprehenſiua, deinde aliquod iudicium naturale elicitur: nempè quiſnam ſit perſona loquens videlicet fide digna; item mens diſcurrit per ſigna, & coniecturas inquirendo credibilitatem obiecti credendi, vt aſſenſus fidei prudens ſit, non ex leuitate cordis enaſcens: ergo ſi hæc antecedens cognitio fundatur in veracitate perſonæ, eſt fides humana ſi in motiuis, & ſignis euidentem credibilitatem oſtendentibus, eſt notitia euidens naturalis acquiſita: neque enim ſemper proprie eſt humana fides: Nam contingere poteſt, vt homo quem parum veracem iudico mihi rem proponat, cuius euidentem credibilitatem ex aliis motiuis agnoſco, vnde prudenter ad credendum induci poſſum, etiamſi ob auctoritatem proponentis nullo modo mouear, niſi ad inquirendam rei credibilitatem, quia illius auctoritas, neque veritatem, neque credibilitatem mihi perſuadet. Secundo nullus tenetur credere proponenti dogma fidei, niſi vel dicentis auctoritate, vel motiuis inducatur ad habendum credibilitatis iudicium: Nam ideo Deus multa nobis dedit argumẽta, quibus fidei noſtræ credibilitas innoteſceret, & hac de cauſa Ioan. 15. Chriſtus Dominus ait, *Si opera non feciſſem in iis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Moyſes verò quando Domino dixit Exod. 4. *Non credent mihi, neque audient vocem meam*: Dominus Moyſi auctoritatem data miraculorum poteſtate conciliauit: his etiam miraculis Apoſtolorum pręedicationem reddidit efficacem: vt dicitur Marci vltimo: *Prædicauerunt vbique Domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis*: & quia hic credendi modus conſentaneus eſt modo addiſcendi hominibus accommodato, & naturali, in hoc ſenſu dicere poſſumus ex natura, rei neceſſariam eſſe cognitionem aliquam acquiſitam fidei, vel ſcientiæ experimentalis ad aſſenſum diuinæ fidei: non ita tamen quaſi abſolutè neceſſaria ſit talis cognitio, quæ eſt ſecunda pars concluſ. & probatur in caſu, quo quis per euidentem reuelationem à Deo immediatè excitatur ad credendum quod fieri poſſe, neque verum aſſenſum fidei impedire in ſuperioribus

probatum eſt: in eo igitur euentu nulla eſt humana auctoritas, ob quam humana fides præ-requiratur, nulla etiam notitia per ſenſus, & experimentum acquiſita, & naturalis, ſed ſola illa à Deo indita, per quam homo ſic excitatus à Deo, ex modo immutandi ſuam potentiam ſuperius declarato, certo cognoſcit, Deum eſſe, qui cum ipſo loquitur; & hæc notitia ſiue in modo, ſiue etiam in ſubſtantia ſupernaturalis ſubſtituitur loco fidei humanæ, ſeu notitiæ omnino naturalis acquiſitæ, quæ ratio ſuppoſita, noſtra doctrina cum euidens ſit nulla alia indiget probatione.

7. Secunda Concluſ. Regulariter, & ſecundum communem modum credendi in Eccleſia Chriſtiana ante aſſenſum fidei ſemper interuenit Eccleſiæ propoſitio mediata, & cognitio illius auctoritatis ſaltem confuſa, & B implicita; quamuis ex natura rei ſufficiat propoſitio priuatæ perſonæ: hæc eſt ad mentem auctorum, quos pro præcedente citaui: & expreſſe traditur à Valentia tom. 3. diſp. 1. quæſtione prima punct. 1. §. 6. aſſert. 3. Turrian. de fide diſput. 5. dub. 1. quamuis §. *Tertio exiſtimo*, addat, quod ſi nullo modo proponatur audienti auctoritas Eccleſiæ, illum ſufficienter instructum à prædicatore poſſe credere ſine vlla Eccleſiæ cognitione, quod minus probo, ſi de communi, & ordinario modo credendi intelligatur, vt ipſe auctor videtur ſignificare: iuxta hanc concluſionem exponi debet D. Thomas 2. 2. quæſt. 1. artic. 3. in corpore, quatenus ait obiectum formale fidei eſſe primam veritatem ſecundùm quod manifeſtatur in ſacra ſcriptura & C Eccleſiæ doctrina. Caiet. ibidem, Sotus lib. 3. de natur. & grat. cap. 11. Duas habet partes. Prior oſtenditur in primis ex duobus primis argumentis pro prima ſententia, quæ ex ſacris litteris & ſanctorum Patrum teſtimoniis deſumuntur: id enim tantum intendunt, nempè in Chriſtiana Eccleſia vulgarem & communem modum aſſentiendi rebus fidei eſſe mediante propoſitione Eccleſiæ, per paſtores & prędicatores fidelium populum prius erudiri, & ex illius auctoritate moueri ad concipiendam credibilitatem eorum, quę Eccleſię nomine ab ipſis miuiſtris proponuntur. Deinde hac ratione ſuadetur, quicumque ſit qui inſtruit alterum de myſteriis fidei, ea non illi proponit, tanquam ſibi immediatè reuelata, D ſed vt accepta ab Eccleſia, & ex mente huius ſanctæ communitatis, alioqui ſi eam doctrinam proponeret propria auctoritate, vt doctor priuatus, ſanè non tantam ſibi fidem conciliaret; & multo maioribus motiuis indigeret, vt aſſenſum audientis conſequeretur: Nam qui ex auctoritate Eccleſiæ loquitur, pro ſe habet omnia alia motiua, quæ huius Eccleſiæ doctrinam faciunt euidenter credibilem: ergo vt de facto communiter reddatur fidei obiectum euidenter credibile, oportet vt proponens non ex proprio ſenſu, ſed ex communi Eccleſiæ conſenſu interpoſita illius auctoritate ſermocinetur. Denique qui diſponuntur ad credendum multo aliter accipiunt ea, quæ ſibi à miniſtris Eccleſiæ proponuntur, atque illa, quæ ex propria ſen-

A tentia, vel ex prophanis hiſtoriis narrantur: ergo ſignum eſt quod hic aliqua ſaltem confuſa, & implicita cognitio de auctoritate ipſius Eccleſiæ maiori, qualibet humana, & priuata interueniat, immo neque ſolum hæc implicita, & confuſa cognitio ſiſtit in humana auctoritate huius Eccleſiæ, ſed etiam ad diuinam ſe extendit: Nam hæc propoſitio oſtendit motiuum, & formalem rationem, nempè teſtimonium Dei, ſed regulariter nullus ob priuatam reuelationem, neque ex dicto priuatæ perſonæ ad credendum obiectum ob Dei teſtimonium obligatur: ergo quando hæc datur obligatio, ſignum eſt iam in audiente notitiam auctoritatis diuinæ in Eccleſia reſidentis, & reuelationis factæ eidem Eccleſiæ imperfectam ſaltem & in confuſo præceſſiſſe.

8. Dices; quilibet magiſter ex propria auctoritate teſtatur doctrinam à ſe propoſitam tradi ad Eccleſia, neque ad hoc perſuadendum maiori aliqua indiget auctoritate: ergo ſicut ex dicto magiſtri, ex priuata auctoritate teſtantis Eccleſiam ita docere, audiens ad id credendum mouetur, ita ſufficiet ſuam interponere auctoritatem, ad hoc vt doctrina tanquam à Deo dicta ab audiente credatur: quamuis neque implicitè vlla auctoritas Eccleſiæ hic interueniat. Verum hæc conſequentia non valet; neque enim priuata auctoritas ad omnia perſuadenda æqualem vim ſortitur: ſunt enim aliqua quæ à perſona priuata ſciri poſſunt: non tamen illa quæ ſupra C vires humani ingenij excellunt, & humana nequeunt induſtria comparari: Nam poteſt quidem homo ſcire, quæ in ſacra pagina narrantur; At germanos illius ſenſus per omnia conſequi, & intellectu difficillima interpretari certo, & ſine errandi periculo altioris ſubtellij eſt: ergo licet ad perſuadendum Eccleſiam, docere certam doctrinam priuata ſufficiat auctoritas, illa non ſatis erit ad oſtendendum illam olim fuiſſe reuelatam, ſine alia maiori Eccleſiæ auctoritate.

9. Altera concluſionis pars probatur primo, quia in lege naturæ plures crediderunt ſine propoſitione Eccleſiæ, neque enim ſcimus Eccleſiam eo tempore certam aliquam fidei regulam, eorum quæ credenda erant præſcripſiſſe, præter illam ſucceſſiuam parentum D traditionem, & licet Dei prouidentia eo tempore fidem ſemper integram in aliquibus conſeruarit, nulla promiſſio parentibus facta erat, quæ infallibilem auctoritatem in ea fide tradenda ipſis concederet. Item in lege ſcripta multi Prophetis crediderunt, antequam eorum vaticinia ab vniuerſa Eccleſia reciperentur & proponerentur, quia ex vitæ ſanctitate, ex rerum conuenientia & ex aliquorum euentuum experientia ac ex miraculorum euidentia, Vatum doctrinam euidenter credibilem iudicabant: cum præſertim viderent, aliqua ex iis, quæ Prophetæ prædicebant, reuera compleri, quod Rupertus in prologo ſuper Oſeam & Hieronym. in Eſai. 37. & Amos 7. obſeruarunt, vbi docent veteres Prophetas populi fidem certo vaticiniorum euentu ſibi conciliaſſe: non enim

Chriſti

Chriſti aduentum poſt longiſſimum tempus
futurum, tantummodo prædixerunt, ſed alia
multa, quorum euentus vaticiniorum certi-
tudinem comprobauit. Deinde in primitiua
Eccleſia Apoſtoli nulla facta Eccleſiæ men-
tione ſola Euangelicæ veritatis prædicatione
accedentibus in doctrinæ confirmatiouem
miraculis quamplures ad fidem reduxerunt,
vt in actis Apoſtolorum ſæpè narratur. Se-
cundo à priori, quia ſufficit priuata reuelatio
quæ in aliquo caſu fieri poſſet, cum motiuis
ſufficientibus ad oſtendendam credibilitatis
euidentiam vt non ſolum ille cui facta fuit,
ſed alij etiam quibus cum eadem motiuorum
euidentia veritas priuatim reuelata inno-
teſcit, tenentur credere, vt dixi quæſt. 2.
ſect. 6. & aſſenſum fidei eiuſdem rationis
eliciet ſic credens, nam fides theologica &
catholica eſſentialiter non diſtioguuntur, vt
ibidem oſtenſum eſt: & tamen in hoc caſu
talis veritas numine Eccleſiæ non propone-
retur, quia adhuc ab Eccleſia approbata non
erat, neque ab ea recepta: ergo, &c.

10. Oppones: Ex natura rei non requiritur pro-
poſitio Eccleſiæ ad credendum, ſed ſufficit ſi
ex alio capite dentur motiua ſufficieutia, quæ
credibilitatis euideutiam induant; ergo po-
terit hæreticus qui Eccleſiæ auctoritatem
negauerit; adhuc de aliis articulis habere fi-
dem; Nam ſeclula Eccleſiæ auctoritate po-
terit habere motiua ſufficientia, quæ alios
articulos euidenter credibiles oſtendant: ne-
ganda tamen eſt conſequentia: ratio eſt, quia
qui uegat aoctoritatem, quam Eccleſia ha-
bet, vt ſit regula fidei, negat vnum ex arti-
culis fidei, vnde iam prudenter alios fide di-
uina credere non valet: Nam teſtimonium
Dei æqualiter, & indiuiſibiliter omnibus ap-
plicatur, vt quæſtione 3. ſect. 4. oſteodi: quare
motiua, quæ hæreticum determinant ad cre-
dendum, non ad diuinam, ſed ad humanam
fidem, ſeu ad aliam cognitionem naturalem
illius inſeruiuot. Inſtabis: ille qui negat vnum
fidei articulum ſcienter, & ignorat Eccleſiæ
auctoritatē inuincibiliter, adhuc poteſt habere
motiua ad credendum ſufficienter alios, ſed
in hoc caſu oon erit hæreticus, quia hæreſis
eſt error contra doctrinam Eccleſię cum per-
tinacia: ergo poterit alios articulos credere fi-
de diuina. Reſpondetur tamen primo, quia
eſto ille hæreticus non eſſet, nihilominus io-
fidelis cenſeretur, neque alios articulos per
fidem diuinam crederet ex motiuis quibuſ-
cumque, quamdiu in illius articuli errore
ſcienter perſeueraret: neque enim ſolum per
hæreſim, ſed per infidelitatem, quæcumque
ſit, fides amittitur: vt patet ex Tridentino,
ſeſſio. 6. cap. 15. Secundo impoſſibilis vide-
tur caſus, nam qui ſcienter vnum articulum
negat, & alios retinet, cum plurimum ſolum
craſſam, & affectatam ignorantiam de Ec-
cleſiæ auctoritate habere poteſt; ſi quidem,
cum ipſe ex articulis fidei, vnum reiiciat
ſcienter, quem alij fideles recipiunt, tenetur
inquirere regulam fidei, & auctoritatem Ec-
cleſiæ in ipſis articulis proponendis agnoſcę-
re, quod ſi contemni, iam contra Eccleſiæ do-
ctrinam pertinax cenſetur, & ab hæreſi non

A excoſatur, quia contra aliquem articulum,
quem credunt, ſcienter opponitur.

Cognita neceſſitate propoſitionis faciendæ 11.
ab Eccleſia de fidei obiectis credendis, ad
modum, quo concurrit ad cauſandum fidei
aſſenſum, veniamus: prius tamen conſide-
randa eſt diſtinctio, quam agnoſcit Valent.
illa aſſert. 3. citata, inter aſſeuerationem, &
propoſitionem Eccleſiæ: Nam aſſeueratio,
vt ait, directè ac per ſe non fertur in ipſam
Dei reuelationem, tanquam in obiectum,
ſed in ipſam veritatem reuelatam, vnde ip-
ſam aſſeuerationem, partem facit formalis
obiecti; pertinentem ad rationem ſub qua:
ſicut aſſeueratio ſcriptoris canonici pertinet
ad reuelationem, & directè tendit in verita-
tes reuelatas: propoſitio verò facta ab Ec-
cleſia, nimirum à ſummo Pontifice, vel à
B Generali Concilio de ſummi Pontificis au-
ctoritate, non tendit in ipſam veritatem, ſed
potius in reuelationem diuinam de veritate,
quia nihil aliud eſt quam iudicium Eccle-
ſiæ, quo iudicatur aliqua veritas, tanquam
reuelata, & ideo ſupponit aſſeueratiooem,
ſicut quando Eccleſia proponit ſcripturam
Canonicam, ſupponit aſſeuerationem Cano-
nici ſcriptoris, ita quando Eccleſia proponic
veritatem definitam ſupponit aſſeuerationem
à ſe factam, quæ eſt quædam reuelatio veri-
tatis, ad quam ſequitur propoſitio reuela-
tionis: itaque aſſeueratio ad veritatem, pro-
poſitio ad reuelationem tendit, & ex hac ſe-
C cundum Valent. magis immediatè procedit
aſſenſus fidei. Ego tamen non video inter
hæc duo aliquam diſtinctionem formalem,
ſed ſolum materialem, itaut, quod de aſſe-
ueratione dicitur, de propoſitione etiam dici
poteſt: Nam Eccleſia aſſeuerando proponit,
& proponendo aſſeuerat; etenim ſicut aſſe-
uerat veritatem rei credendæ, ita aſſeuerat
reuelationem factam de ipſa. Item ſicut pro-
ponit reuelationem rei; ita cooſequenter pro-
pooit, rem eſſe de fide. Quod ſic oſtendo, aſſe-
ueratio, & propoſitio, vel accipiuntur in iu-
dicio interno, vel in enuntiatione exteroa
illud ſignificante; ſi ſermo ſit de iudicio in-
terno, cui reſpondet externa enuntiatio, non
dubito eſſe aſſeoſum fidei in ſummo Pontifi-
ce ex cathedra definiente aliquam propoſitio-
D nem de fide, quando id quod voce pronuntiat
animo credit: Nam talis declaratio non fit
ab Eccleſia niſi examinata veritate, & per-
ſpecta illius reuelatione ex ſacris ſcripturis,
vel certiſſimis Apoſtolorum traditionibus,
etiam ex ſpiritus ſancti reuelatione ſummum
Pootificem & vniuerſalis Concilij Patrea
edocentis rem de fide tenendam: ergo tale
iudicium eſt aſſenſus fidei. Probatur, quia eſt
de veritate ad fidei obiectom pertinente:
nempè reuelata ſupra vires humani intelle-
ctus, cui pootifex, & patres quando voce ex-
terna aſſeuerant, interius aſſentiuntur, tan-
quam reuelatæ, nam aute hanc aſſeueratio-
nem quando agitabatur quæſtio inter patres,
ioterior Spiritus ſancti illuminatio præceſſit,
quæ rei veritatem manifeſtauit: Confirma-
tur, quia vt diximus proxima ſectione, patres
omnes Concilij generalis ſimul cum ſum-

mo Pontifice errare non poſſunt in docendo, immo neque in ſentiendo ſecundum probabiliorem ſenrentiam : ergo externa aſſeueratio eſt obiectum aſſenſus certi , & infallibilis, & iudicium interius verus fidei aſſenſus, tendens in veritatem de fide cognitam ex diuina reuelatione. Secundo ſi cunſideretur illa externa aſſeueratio præciſa quacumque alia propoſitione , iam intelligitur propoſita, & manifeſta ſufficienter veritas credenda : & aſſeuerara veritare de fide, conſequenter dicirur , fuiſſe reuelatam : prius enim eſt, interius reuelari , quam exterius proferri : & quamuis reſpectu noſtri illa aſſeueratio videatur quædam reuelatio ; tamen in rigore non eſt aliud , quam conditio proponens ipſam reuelationem Spiritus ſancti , cum qua neceſſario coniungatur ob promiſſionem à Deo Eccleſiæ factam. Tertio non eſt minus eredenda de fide reuelatio facta de aliqua veritate definita , quam ipſa veriras : ergo ſi aſſeueratio tendit in veritatem fidei, etiam fertur in hanc propoſitionem nempè talem veritatem fidei fuiſſe reuelaram, quia quando creditur veritas , creditur etiam reuelatio ſaltem vt *quo*; & poteſt aſſeuerari vt *quod*; Non video ergo cur talis diſtinctio inter aſſeuerationem veritatis, & propoſirionem reuelationis fieri debeat : ſi vrraque accipiatur à pontifice ex cathedra definiente : videamus ergo quomodo hæc propoſitio Eccleſiæ cauſet aſſenſum fidei in fidelibus & an in illam fides noſtra reſoluatur.

12. Prima ſententia ait fidei aſſenſum in auctoritatem Eccleſiæ tanquam in cauſam formalem reſolui:ita tenet Dur.in 3.diſtinct.24. quæſt.4. numero 8. & diſtinct. 25. quæſt. 5. Gabriel diſtinct. 23. quæſt. 2. artic. 1. & 2. Martinus de Aiala de Apoſtol. & Eccleſiaſt. dogmat.2.part. aſſert. 1. in eamdem inclinat Valentia quatenus aſſeuerationem Eccleſiæ facit partem obiecti formalis à propoſitione diſtinctam. Pro hac opinione omiſſis teſtimoniis, & rationibus quæ ſolum oſtendunt neceſſitatem propoſitionis de qua proximè diximus, illud eſt efficacius argumentum : ſi interrogentur Chriſtiani , cur fidei myſteria credant, ſanè reſpondebunt, quia ita Eccleſia docet : ergo vel fides reſoluitur in auctoritatem Eccleſiæ, vel homines communiter non eliciunt actum fidei : confirmatur antecedens , quia non ſolum minus docti , ſed etiam theologi non poſſunt aliter reſpondere. Ideoque ſanctorum Patrum hæc frequens fuit,& communis reſponſio, vt ſect. 3. notaui præſertim in D. Auguſtin. etenim ſi quis dicat ſe credere propter teſtimonium Dei , & reuelationem diuinam ; rurſus vrgebitur, & quis tibi dixit has fidei veritates quas credimus fuiſſe à Deo reuelatas ? reſpondebit ex ſacris literis , & traditionibus Apoſtolicis hoc haberi , ſed adhuc replicari poteſt ; & vnde habes ſacram ſcripturam eſſe canonicam , & ex Spiritus ſancti reuelatione dictatam, & has traditiones eſſe Apoſtolicas ? ſanè recurrere debet ad Eccleſiæ propoſitionem: ergo in hanc noſtra fides vltimo eſt reſoluenda.

A Secunda opinio aſſerit propoſitionem Eccleſiæ ſeu cognitionem naturalem humanam & acquiſitam ex illa promiſſione acceptam in genere cauſæ efficientis ad aſſenſum fidei diuinæ concurrere , ita Gabrielem ſupracitatum interpretatur Turrian. de fide diſp. 4. dub. 2. & nullum huius opinionis fundamentum aſſignari teſtatur. Illud tamen eſſe poſſet , quia ſicut nonnulli philoſophi aſſerunt inductionem eſſe cauſam effectiuam aſſenſus primi principij , quamuis non ſit cauſa formalis,ita dici poſſet de fide humana , vel alia cognitione naturali antecedente actum fidei diuinæ, efficienter , non formaliter concurrere ad fidem. Confirmari poſſet ex ſententia aliquorum recentiorum, qui putant propoſitionem Eccleſiæ habere rationem cauſæ moralis inuitantis , & ſuadentis exterius B voluntatem , quod credunt D. Paulum indicaſſe 2. ad Corint. 6. numero 1. vbi prædicatores adiutores Dei appellat, *Adiuuantes exhortamur , ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Tertia ſententia docet hanc propoſitionem Eccleſiæ , & fidem humanam , quæ antecedit diuinam non eſſe quidem cauſam formalem vel efficientem, ſed tantum conditionem prærequiſitam , ſed neceſſario coniunctam & inſeparabilem ab aſſenſu fidei diuinæ,ita ut poſita fide humana ſtatim habenti illam à Deo detur infuſa : ita tenet Vaſq.1.2. diſput. 201. cap. 2. numero 6. huius fundaC mentum eſt , quia poſitis diſpoſitionibus requiſitis, naturaliter ſequitur introductio formæ, ſed vt ſequatur fides diuina, nulla alia diſpoſito ex parte ſubiecti requiritur niſi vt propoſitio fidei obiecto audiens per fidem humanam credat proponentem eſſe fide dignum, & obiectum propoſitum ex motiuis euidenter credibile apparere , ergo ad banc diſpoſitionem ſtatim ſequetur fides, tanquam forma poſt illam inducenda. Nulla tamen ex his ſententiis vera eſt vt ex ſequentibus aſſertionibus parebit. 13.

Tertia Concluſio. Noſtra fides non reſoluitur in auctoritatem ſeu propoſitionem Eccleſiæ tanquam in rationem formalem,etiam partialem : eſt D. Thom. 2.2. quæſtione prima & 1.par.quæſt. 1. artic. 8. ad 2. Caiet. & D Thomiſtarum ibidem communiter : Albert. in diſtinct.2 . artic.11. Bonauent. diſtinct. 24. artic. 1. quæſt. 2. Richard. artic. 1. quæſt. 1. Marſil. in 3. quæſt. 14. artic. 1. Altiſiodor. lib.3.ſumm.tract.3. cap. 1. quæſt. 3. Heront. lib. 2.de locis cathol. cap. 5. Soto de natur.& Grat.lib.2.cap.8. Bellarmin. lib. 3. de verbo Dei cap.3. Richard. in expoſit. artic. 5. Cani lib.2.de locis cap.8. Vegæ lib. 9. in Tridentinum cap.5.Hoſij in confeſſ.cap.16. Valent. tom.3.diſput.1.quæſtione prima punct.1.§.5. difficult.4.& §.4.patres refert,qui hanc concluſionem indicare videntur, quia tamen non ita apertè id oſtendunt, illorum & ſacræ ſcripturæ teſtimonia prætermitto : venio ad rationes, quarum prima eſt,quia fides eiuſdem rationis eſt in omnibus fidelibus , ſed in iis, quibus immediate facta eſt diuina reuelatio, fides non auctoritate , vel propoſitione Eccleſiæ fundatur, ſed ſolum in Dei teſtimonio, 14.

&

& illius reuelatione : ergo auctoritas Eccleſiæ A & illius propoſitio nullo modo pertinent ad rationem formalem, in quam noſtra fides reſoluatur: maior, & minor in ſuperioribus probatæ ſunt : cooſequentia ex eo patet, quia fides eſſe non poteſt ſine ſua ratione formali, à qua ſpeciem, & diſtinctionem deſumit : ſi ergo illi quibus immediatè facta eſt reuelatio nempè prophetæ, Apoſtoli, & diuini ſcriptores potuerunt elicere verum actum fidei, hic à propoſitione Eccleſiæ pendere non potuit: ſiquidem ipſa Eccleſia ex ipſis didicit, quæ credenda proponit. Secunda, vel hæc auctoritas Eccleſiæ in quam noſtra fides reſolueretur, eſſet humana, vel diuina, ſi humana non poſſet eſſe ratio formalis fidei diuinæ, & ſupernaturalis, ac infallibilis, quia auctoritas B humana eſt fallibilis & naturalis : & hinc etiam eſt quod neque propoſitio, neque cognitio naturalis obiecti propoſiti ad rationem formalem ſpectat : & confirmatur, quia firmior eſt cognitio naturalis euidens quam fidei humanæ cognitio, ſed noſtra fides neque in cognitione euidenti fundari, neque in illam reſolui poteſt, quia eſt obſcura, & certior qualibet naturali euidenti : ergo multo minus in humana auctoritate, vel fide humana fundabitur : ſi dicatur fundari in auctoritate Eccleſiæ diuina, illa aut ſumitur in ſe formaliter, aut in effectu : ſi primum, coincidit cum auctoritate Dei : tunc enim Eccleſia vt Spiritus ſancti organum humanâ voce, vel alio viſibili ſigno, Dei teſtimonium & reuelationem C proponit, in quam rectè dicitur reſolui fidei aſſenſus : quare propoſitio Eccleſiæ licet conditio ſit, vt cognoſcatur diuina reuelatio: non tamen eſt formalis ratio aſſentiendi : ergo quando auctoritas Eccleſiæ dicitur diuina, & ſignificatur ipſa auctoritas Dei in ſe formaliter, non cenſetur reſolui fides in auctoritatem Eccleſiæ, ſed in auctoritatem Dei ab Eccleſia propoſitam : ſi tamen intelligitur nomine auctoritatis diuinæ ipſa propoſitio Eccleſiæ ex Dei reuelatione procedens, apte quidem dicetur auctoritas Eccleſiæ infallibilis, quia ex reuelatione Dei procedit, ſed non eſt ipſa reuelatio, vel auctoritas Dei in ſe formaliter, ſed in ſuo effectu : in quam aliquo modo reſoluitur noſtra fides iofallibiliter, vt ſtatim declarabo. Tertia, Eccleſiæ auctoritas D maior non eſt, quam Chriſti Domini, quatenus homo eſt, non enim magis regitur ab Spiritu ſancto Eccleſia, quam Chriſti humanitas neque Eccleſiæ auctoritas magis infallibilis eſſe poteſt, quam ille Dominus, qui de ſe ſumma cum veritate dixit, *Ego ſum veritas*, ſed Chriſtus Dominus Ioann. 12. ait, *Qui credit in me non credit in me, ſed in eum, qui miſit me*, quaſi diceret, vt Cardinalis Toletus exponit, *Qui mihi credit ne exiſtimet ſe homini ſoli fidem dare, ſed ſimul Deo* : ergo ſi Chriſtus Dominus auctoritatem ſuæ humanitatis non exiſtimabat ſufficientem ad fundandam fidem, ſed vlterius diuinitatem requirebat, à fortiori idem dicendum de Eccleſia, & de illius auctoritate, quatenus in ſe formaliter diuerſa eſt à diuina : quod verò illa Chriſti Domini verba, in illo tanquam germano ſenſu ſint accipienda, præter Tolet, & alios recentiores interpretes, exiſtimat D. Thom. Beda, & Caiet. ibidem, Cyrill. lib. 8. in Ioann. cap. 23. Ambroſ. lib. 5. de fide cap. 5. Auguſtin. Chryſoſtom. Euthym. Theophil. Leont. Rupert. & alij quos refert & ſequitur Maldonat. ad illum locum.

Quarta Concluſio : Noſtra fides quoad nos 15. optimè reſoluitur in diuinam Eccleſiæ auctoritatem, quatenus Dei auctoritas in ſuo effectu relucet, nempè in Eccleſiæ propoſitione: ita tenet Caiet. 2. 2. quæſt. 1. artic. 1. quem ſequitur Suar. diſput. 3. de fide ſect. 10. nu. 50. & in hoc ſenſu aliqui interpretantur Medin. & alios proxima ſententia citatos : vt probetur, notandum eſt, ſicut in ſcientiis alicuius obiecti veritas reſolui poteſt, vel in propriam cauſam, vel in effectum, per quem cauſa cognoſcitur : noſtra enim ſcientia prius effectus per experientiam agnoſcit, Deinde per effectus ad cognitionem cauſarum aſcendit, & effectus per cauſas demonſtrat: ita in fide cum aliqua ſimilitudine contingere poteſt, vt noſter aſſenſus fidei reſoluatur in propriam cauſam formalem ſecundùm ſe, & quoad nos in effectum talis cauſæ nobis notiorem : Nam prius nobis proponit Eccleſia, quæ credenda ſunt, quæ propoſitio quatenus ab Eccleſia immediatè procedit, eſt infallibilis ex aſſiſtentia Spiritus ſancti : ex hoc ergo effectu diuinæ auctoritatis, illam in ſe cognoſcimus, quia iſte effectus nobis notior eſt, & viſibilis regula infallibilis. Vnde repræſentata cauſa per ſuum effectum, propter illam, verum fidei diuinæ aſſenſum elicimus : Non eſt tamen omnimoda ſimilitudo in ſcientia à priori, & poſteriori, ac in aſſenſu fidei, quia effectus in quem quoad nos iſte aſſenſus reſoluitur, non eſt effectus fidei, ſed rationis formalis fidei, nempè diuini teſtimonij. Vnde ſequitur duplicem conſiderari reſolutionem noſtræ fidei, aliam in propriam cauſam formalem & rationem motiuam, aliam in propoſitionem talis cauſæ formalis, & illius effectum, hoc propoſito facile probatur concluſio, quia in Eccleſiæ propoſitione conſiſtit viſibilis quædam regula noſtræ fidei, quæ nec fallere nec falli poteſt vt ſectione proxima oſtendi, ſed hæc non eſt humana Eccleſiæ auctoritas, vt eſt hominum congregatio in quibus ſunt quamplures, qui doctrina, & ſanctimonia excellunt fide digniſſimi, præciſa Spiritus ſancti aſſiſtentia, quia vt ſic, non eſt infallibilis : item hæc regula non eſt ipſa Dei reuelatio, quia iſta non eſt viſibilis, neque ſenſibilis : ergo eſt quædam diuina auctoritas, in quam tanquam regulam nobis notiorem certitudo noſtræ fidei reſolui poteſt: & hoc ſolum probat illud argumentum pro prima ſententia adductum, & reliqua apud Medin. Enimvero cum fideles omnes per ſe ſeorſim non poſſint doctrinam fidei expendere, & reſolutionem facere, ad certitudinem ſuæ fidei, in reuelationem diuinam in ſe formaliter cognitam, quia nimis excellens, & ſpiritualis eſt ; hanc reſolutionem faciunt in effectum infallibilem, io quo talis reuelatio

Digitized by Google

diuina repræſentatur, & ita in ipſam Dei auctoritatem, ac reuelationem fidem ſuam reſoluunt ſaltem implicitè, ſeu in confuſo fideles communiter.

15. Quinta Concluſio. Aſſenſus noſtræ fidei non reſoluitur in propoſitionem Eccleſiæ tanquam in cauſam efficientem phyſicam, vel moralem per ſe: hanc tenet Turrian. de fide diſput. 4. dub. 2. §. ſed contrarium, illamque à doctoribus communiter ſupponi aſſeuerat, quatenus cauſam efficientem aſſenſus fidei dicunt eſſe intellectum cum habitu, vel ſpeciali auxilio, fidem verò acquiſitam tantum, vt conditionem requirunt: probatur primo de efficientia phyſica: Nam propoſitio Eccleſiæ in tantum cauſaret effectiuè aſſenſum in quantum fidem humanam cauſat, quæ antecedit aſſenſum, ſed fides humana efficienter cauſare nequit aſſenſum fidei diuinę; ergo: Maiorem probo, nam vna notitia intellectus quando non eſt cauſa formalis alterius conſequentis, non cauſat illam effectiuè. Ideoque præſtantiores philoſophi inductionem non faciunt cauſam effectiuam aſſenſus primi principij, vt magis probant Conimbricenſes in logica cap. 1. de præcog. quæſt. 2. artic. 3. ad finem, ſed fides humana non eſt cauſa formalis aſſenſus fidei diuinæ: ergo neque cauſa efficiens illius erit. Secundo; eſto in cognitionibus naturalibus vna cognitio quæ non eſſet cauſa formalis alterius eſſe poſſet effectiua, & ideo inductio diceretur efficere aſſenſum primi principij, hoc dici non poteſt de fide humana comparatione diuinæ: Nam neque fides humana, neque alia quæuis naturalis cognitio ordinari valet ad effectum ſupernaturalem, neque illum in ſua partiali virtute continere, ſed aſſenſus fidei eſt ſupernaturalis in entitate, vt quæſtione tertia probatum manet: ergo à fide humana effici non poteſt: neque dicas fidem humanam eleuari ad hunc effectum producendum ab habitu vel auxilio, quia aſſenſus fidei humanæ eſt fallibilis, & incertus: ergo nihil in ſe habet virtutis, & efficaciæ, ratione cuius eleuari debeat ab habitu ad producendum aſſenſum infallibilem, & certiſſimum ſuper omnem cognitionem naturalem. Tertio, aſſenſus fidei diuinæ eſt liber, & pendet ex pia affectione illum imperante, aſſenſus vero, qui ex aliqua antecedenti notitia procedit, non libere ſed naturaliter ad illam ſequitur, niſi indirectè impediatur, ita ſequitur concluſio ad aſſenſus præmiſſarum, & aſſenſus primi principij ad inductionem, penetratis terminis: & ita ſoluta eſt ratio pro ſecunda ſententia: ad confirmationem patebit ex probatione ſecundæ partis: videlicet neque cauſam eſſe moralem per ſe quæ ſic oſtenditur primo: verbum externum, vel aliud ſignum ſenſibile non eſt propria cauſa per ſe ordinata ad excitationem ſupernaturalem, ſed ſolum ſe habet per modum ſigni excitantis mentem, & præbentis occaſionem, vt ſupernaturaliter à Deo excitari poſſit ad fidei diuinæ aſſenſum, vnde non excedit rationem conditionis ſine qua non ex diuina prouidentia, & ordinatione, & conſequenter non eſt cauſa moralis per ſe inducens, vel moraliter cauſans illam fidem, ſed apponens quamdam conditionem, & præbens occaſionem, vt cum Dei auxilio habeatur. Secundo quia propoſitio Eccleſię, item fides humana de illa, item cognitio myſteriorum fidei, quatenus ex motiuis repræſentantur credibilia, licet iam procedant ex Gratia, quia ſupponunt reuelationem myſteriorum Eccleſiæ factam, per ſe tantum nullam Deo inducunt debiti rationem, propter quam Deus teneatur ſupernaturaliter audientem excitare ad credendum, quia ſolum poterit Deus determinari ab audiente, vt ipſi conferat generalem concurſum ad eas actiones, per quas excitatur mens ad attentionem & formandum conceptum externæ prædicationis, nunquam tamen tenebitur Deus altiori modo dare excitationem ſupernaturalem, nempè illuſtrationem, ſeu inſpirationem ad credendum neceſſariam, quia hæc excitatio non debetur propter prædicationem verbi Dei, vel aliud ſimile myſterium humanum: & quamuis concedamus Deum verbo ſui Euangelij eam conceſſiſſe virtutem, & efficaciam, vt ſit virtus in ſalutem omni credenti, inſtrumentum ad conuertendas, & ſaluandas animas, ideoque ipſe ſtatueret ad præſentiam illius infallibiliter excitare hominis mentem auxilio ſupernaturali, niſi obicem ponat: nihilominus hoc totum ex diuina ordinatione, & prouidentia dependeret, non ex morali cauſalitate per ſe externæ prædicationis, quod ex ſequenti concluſione magis confirmabitur.

Sexta concluſio: Fides humana, quæ ſequitur propoſitionem Eccleſiæ, & antecedere dicitur fidem diuinam, non habet connexionem cum fidei diuinæ aſſenſu, itaut hic illam infallibiliter ſequatur: traditur à Turriano vbi ſupra dub. 3. §. nihilominus: antequam probetur, notanda ſunt duo extrema, à quibus omnino fugiendum, vt cognoſcatur verus modus quo fides humana diſponit ad diuinam, tanquam conditio ſecundum ordinariam legem prærequiſita. Primum eſt eorum, qui dicunt nullum actum naturalis ordinis eſſe diſpoſitionem, vel conditionem prærequiſitam ad actum ſupernaturalem in ſubſtantia: Nam hi tenentur dicere vel fidem acquiſitam eſſe ſupernaturalem in entitate, vel non eſſe conditionem vllo modo prærequiſitam ad fidem infuſam, quorum vtrumque eſt falſum, vt ex ſuperioribus ſatis conſtat. Secundum notandum, eſt fidem acquiſitam eſſe quidem conditionem ad aſſenſum fidei infuſæ, ſed non eſſe ex ſolis viribus naturæ elicitam, neque ex ſola prouidentia naturali: hoc enim manifeſtè reprehenditur in ſemipelagianis, quatenus aliquod initium ex parte noſtra admittebant ex ſolis naturæ viribus, & prouidentia naturali elicitum, quem errorem Concilia & patres præſertim Auguſtin. pro defenſione gratiæ, eiuſque neceſſitate damnarunt: vt videre eſt apud Vaſq. 1. part. diſput. 91. & 1. 2. diſput. 199. Dicendum ergo fidem humanam de auctoritate Eccleſiæ & myſteriis fidei ab ea propoſitis, cognitionemque illam naturalem de motiuis eiuſdem fidei 16.

actus

actus eſſe in entitate naturalis, ſed ex ſolis naturæ viribus, & ex naturali prouidentia non procedere, ſed ex ſupernaturali prouidentia & ordine gratiæ, ad quem pertinent, quia propoſitio Eccleſiæ, & prędicatio Euangelij non fit ſine auxilio gratiæ, & ex ſupernaturali prouidentia vnde ad gratiam Dei externam ſpectat, & hinc eſt quod eſſe poſſit conditio, & diſpoſitio ad recipiendam illuſtrationem Dei, & interiorem gratiam, cum actibus humanis intermediis ante aſſenſum fidei diuinæ: Nam ex vocatione externa Dei per prædicationem, & interna per illuminationem moraliter loquendo vna vocatio integra coaleſcit, & vna gratia vocationis perfecta ad eum modum quo ex actu interiori & exteriori vnus actus moralis fieri intelligitur. Vnde quamuis ex diuina ordinatione gratuita, & ſupernaturali prouidentia, tam externa quam interna Dei vocatio proueniat, & inter vtramque humana fides & naturalis cognitio intercedat, non ideo ſtatum inſeparabiliter aſſenſus fidei infuſæ conſequitur: vt in concluſione diximus: & probatur primo: quia poſita integra vocatione gratiæ externæ, & internæ, item fide humana, & aliqua cognitione naturali de motiuis ad credendum, adhuc aſſenſus fidei pendet à libera determinatione voluntatis, quæ poteſt negare aſſenſum fidei diuinæ circa obiectum obſcurum, quod ſuperat luminis naturalis vires, nam meritum fidei non fundatur in voluntate credendi fide humana fallibili, quæ ſecum formidinem partis oppoſitæ & dubitationem patitur, ſed in voluntate credendi fide diuina aſſenſu ſuper omnia certiſſimo, qui dubium omne partis oppoſitæ excludit, quis ergo non videt multo maiorem in hoc aſſenſu eſſe difficultatem, quam in aſſenſu fidei humanæ, & ad illam vincendam, illuſtrationem, & inſpirationem Dei requiri, quæ non ſemper eſt efficax, neque in omnibus effectum fidei & ſalutis conſequitur: ſtat ergo Gentilem credere velle fide humana aliqua, quæ ei proponuntur de fide credenda, immo & omnia, non tamen fide diuina, quia illa credit aſſenſu quoddam probabili cum aliqua tamen formidine & dubio. Secundo quamuis Gentilis, qui audit, credat proponentem eſſe veracem, quia tamen vt homo ab eo cognoſcitur, qui decipi poteſt, præſertim in cognitione myſteriorum ſupernaturalium, ad quæ certo cognoſcenda naturale lumen intellectus non ſufficit: poterit dubitare an reuera decipiatur ſic proponens: etſi dicatur huic Gentili proponentem eſſe ſummum Pontificem, qui ex cathedra definiens errare nequit, quamuis propter motiua aliquam fidem humanam huic etiam veritati adhibeat, non ideo ſequitur quod ad illam inſeparabiliter aſſenſus diuinæ fidei accedat: Nam neque ex natura rei, neque ex diuina ordinatione connexio diuinæ fidei cum humana nobis innoteſcit: immò ſi hoc eſſet verum, omnes fideles certo ſcirent quando eliciunt actum fidei ſupernaturalis, quod tamen eſt falſum, vt ſupra tetigi, & in ſequenti quæſtione latius dicam: dicendum igitur propoſitionem Eccleſiæ, & fidem

A humanam ita eſſe conditionem ſecundum ordinariam legem ad aſſenſum fidei diuinæ requiſitam, vt cum hoc aſſenſu neceſſariam non habeat connexionem: ſicut in hæretico credente tantum aliquos fidei articulos, quos naturalis ratio illi non oſtendit, experientia demonſtrat: ſola enim fide humana illis aſſentitur.

Ex hac tandem doctrina ſequitur, nullum vitioſum circulum admitti ſi credamus myſteria fidei eſſe reuelata, & vera, quia ita proponit Eccleſia: Item propoſitionem Eccleſiæ eſſe infallibilem, quia Deus ita reuelauit, & hoc eſt vnum ex fidei obiectis credendis, quæ eadem Eccleſia proponit: Nam quando in diuerſis cauſandi generibus vnum probatur per aliud, & hoc rurſus per illud, nullus committitur circulus vitioſus: præſertim B quando vnum non eſt cauſa alterius, ſed tantum conditio, quod in præſenti cernitur. Nam reuelatio diuina, propter quam credimus auctoritatem Eccleſiæ, eiuſque propoſitionem infallibilem, eſt cauſa formalis credendi, at propoſitio Eccleſiæ neceſſaria ad cognoſcendam illam reuelationem, eſt conditio applicans & manifeſtans eamdem reuelationem, & quoad nos regula notior, ſed totam ſuam certitudinem infallibilem ab illa auctoritate, & reuelatione diuina mutuatur. Vnde ſicut cauſa dependet ab effectu, vt à nobis cognoſcatur, & tamen poſtea demonC ſtratur effectus per cauſam: ita reuelatio myſteriorum fidei, dependet à propoſitione Eccleſiæ nobis magis nota tanquam à conditione, & nihilominus poteſt eſſe ratio formalis credendi ipſam infallibilitatem Eccleſiæ in myſteriis fidei proponendis. 18.

De effectibus diuinæ fidei præſertim de neceſſitate interius credendi, & exterius fidem profitendi.

SECTIO V.

Fides, cuius effectus inquirimus, dupliciter eſt accipienda: primo formaliter pro actu fidei vel habitu, ſecundo obiectiuè, pro iis quæ nobis credenda proponuntur, in hoc D ſecundo ſignificatu eſt illud diuinum ius, quod ad inſtar legis obligationis effectum cauſat in iis, quibus imponitur: in quo ſenſu ſacram ſcripturam legem appellauit Paulus ad Roman. 5. verſ. 13. *Vſque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur cum lex non eſſet*, quo in loco Arias Montanus Perer. diſp. 11. & alij legis nomine intelligunt ſacram ſcripturam, nempè narrationem Moyſis, eiuſque hiſtoriam etiam Geneſis, quia ante illam ſcriptum non erat diuinum ius, quod reuelationē diuinam proderet, vt quid credendum, quidve agendum hominibus ſcripta lege diuina conſtaret, quomodo loquutus eſt Auguſtin. lib. 2. contra duas epiſtol. Pelagianorum cap. 5. vbi ait, *Iuſtum ab iniuſtis diſtinguit ipſa lex fidei, quia iuſtus ex fide viuit.* In neutra acceptione fidei dantur effectus phyſicè à fide diuina profecti, niſi aſſenſum fidei cum habitu fidei comparemus, 1.

ille enim aſſenſus reali, & phyſica actione ab habitu procedit : de quo iam quæſtione tertia diſſerui : item de cauſalitate morali ipſius aſſenſus erga habitum, quem diſpoſitiuè, & meritorie de congruo cauſat, & aliquando intendere poteſt de condigno etiam eodem loco dictum eſt. Alij ergo affectus morales ſunt inueſtigandi, qui ab aſſenſu fidei diuinæ proueniant, & quidem licet omnes actus ad iuſtificatiouem requiſiti à fide tamquam à radice procedant, vt teſtatur Cyrill. Hieroſolymitan. Catechiſ. 5. & Auguſtin. ſerm. 10. de verb. Apoſtol. & epiſtol. 105. Cyrill. Alexandr. lib. 11. cap. 16. quod ſignificauit Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 6. & 8. cum fidem totius iuſtitiæ fundamentum eſſe diait; Theologi tamen tres ſpeciatim effectus aſſignare ſolent. Primus eſt timor vt D. Thom. 2. 2. quæſt. 7. artic. 1. ea aliquibus ſacræ ſcripturæ teſtimoniis deducit : ſecundns ſpes iuxta definitionem Pauli ad Hebr. 11. de quo etiam D. Thom. mentionem fecit eodem articulo primo ad 2. & 3. Tertius eſt cordis purificatio qui notatur à D. Thom. artic. 2. eiuſdem quæſt. 7. & colligitur ea illa D. Petri ſententia Actor. 15. *Fide purificans corda eorum.*

2. Oppones primo: timor antecedit fidem; ergo non ſequitur illam tanquam moralis effectus: antecedens probatur ea Eccleſiaſt. 2. *Qui timetis Dominum credite illi.* Secundo fides eſt principium ſpei, ergo non timoris. Tertio fides ſaltem informis non eſt principium timoris filialis, ſed ſeruilis, quia ſolum perfecta charitas foras mittit timorem. 1. Ioan. 4. numero 18. quod de ſeruili intelligi videtur: Nam filialis timoris ipſa principium eſt, quod ſignificauit D. Thom. artic. 1. citato in corpore, dum ait fidem formatam eſſe cauſam timoris filialis & fidem informem ſeruilis: ergo ſeruilis tantum timor effectus erit fidei non filialia. Verum facilis eſt ad hæc reſponſio: ad primum reſpondent aliqui recentiores illum timorem, qui antecedit fidem prouenire ex alio principio, & non eſſe inconueniens eundem effectum à duabus cauſis totalibus disiunctiuè ſaltem prouenire poſſe: & ita ea ponunt locum Eccleſiaſt. ſed neque ſolutio vera eſt, neque ad mentem ſacri textus: Nam vt ab boc ſecundo incipiam, ibi non eſt ſermo de timore mundano, & malo, ſed de honeſto Dei timore, qui ſemper ſupponit fidem, nam quomodo aliquis timere Deum poterit quem non credit? merito enim Tridentinum poſtquam ſeſſ. 6. cap. 6. in diſpoſitionis ordine ad iuſtificationem, peccatores ſeu infideles, diait libere in Deum moueri, *Credentes qua diuinitus reuelata ſunt*, & paulo poſt addidit, *à diuina iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo in ſpem eriguntur.* Itaqoe timorem vtilem, & honeſtum diuinæ iuſtitiæ ad fidem ſubſequi affirmauit : & hunc dicimus cum D. Thom. & Theologis communiter, eſſe fidei diuinæ effectum; qui ab alio principio prouenire non poteſt, neqne fidem anteuertere : qoamobrem illud *credite illis* non tam ad fidem, quam ad fiduciam in Dei promiſſionibus habendam adhortatur, quòd verba ſequentia mihi perſuadent, *Et non euacuabitur merces veſtra*, id eſt, veſtri laboria præmium certiſſimum eſt : non incaſſum laboratis : itaque ad fideles ſermonem dirigit, non ad infideles, quorum timor eſt extra Iuſtificationis ordinem, neque eſt timor Dei crediti, ſed paſſio quædam ab eaiſtimatione mali impendentis profecta. Ad ſecundum neganda eſt conſequentia, nam vt patet ex loco Tridentini citati, ex diuerſa conſideratione fidei diuerſi affectus timoris, & ſpei excitantur : nec mirum quod vna eademqoe cauſa ita diſpares effectus efficiat : Nam eaemplum habemus in calore quia propter diuerſam diſpoſitionem ſubiecti, indurat lutum, & liquefacit ceram : & eadem voluntas ex diuerſa ratione, qua repreſentatur idem bonum, in diuerſos prodit affectus. Ad tertium dicendum plerumque fidem informem ſeruilis timoris cauſam eſſe, quia pœnam peccati æternam oſtendens facit, vt impius iu ſtatu peccati ſe eſſe aduertat, Deique iuſtitiam perhorreſcat : fidem verò formatam frequenter Dei timorem filialem cauſare, quia ſnmmam Dei bonitatem manifeſtans facit, vt iuſti, quos mortalis peccati conſcientia non accuſat, in Dei miſericordia confidant & ab eo ſtatu gratiæ ſeparari reformident, quod tamen non tollit timorem ſeruilem quoad ſubſtantiam à fide formata oriri, & timorem filialem ab informi proficiſci. Primum docet D. Thom. 2. 2. quæſt. 19. artic. 4. & 56. & ea eo conſtat quod ſancti etiam Dei iuſtitiam timent, propter peccata præterita, quorum recordantur ad animi ſubmiſſionem, & vt in Dei gratia conſeruentur: æterniqne ſupplicij memoria in quodlibet mortale peccatum incidere maximè perhorreſcunt, illud Dauidis vſurpantes : *Configt timore tuo carnes meas.* Pſalm. 118. numero 120. Secundum patet ea Tridentino, vbi ſupra, vbi de impiis ait non ſolum ea fide in diuinæ iuſtitiæ recordatione prouocatos timore concuti, ſed etiam per diuinæ miſericordiæ memoriam in ſpem erigi & poſtea adiungit, *Fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore illumque tanquam omnis iuſtitia fontem diligere incipiunt.* Vnde de boc timore filiali interpretatur illud Ecclef. 1. *Timor Domini expellit peccatum*, quia cum vera Dei dilectione ſeu contritione coniungitur.

3. Nulla alia in his effectibus fidei formaliter ſomptæ difficultas alicuius momenti occurrit : non deſuot tamen aliquæ de effectu quodam morali fidei ſecundo modo acceptæ : nimirum obiectiuè; quatenus lex eſt ſeu ius quoddam diuinum, quod homines ad credendum obligat : & ad fidem eaterius etiam profitendam fideles conſtringit : Nam vt infra in titulo de conſtitut. in commentatione prima & diſput. 1. & vltima, videbimus, obligatio eſt quidam moralis effectus, quem legia virtus in iis cauſat, quibus proponitur obſeruanda : ex hoc ergo iure diuinæ fidei duplex in homines viatores tranſit obligatio, & interius credendi, & exterius eamdem fidem profitendi. Priorem obligationem Theologi

appellant

appellant neceſſitatem credendi, quæ duplex eſt: vna dicitur neceſſitas medij, altera præcepti: illa prior neceſſitas hanc ſecundam inuoluit, & vlterius aliquid addit, etenim medium ad ſalutem neceſſarium etiam præcipitur, verum illius neceſſitas ſecundum legem Dei ordinariam à Deo præciſa eſt, vt illam nulla impotentia vel ignorantia tollat. Secun-

4. da neceſſitas præcepti tale aſſignat medium, à quo impotentia, vel ignorantia excuſet, & ſine quo ſecundùm legem Dei ordinariam ſalus poſſit ab homine obtineri: prioris exemplum eſt verbi gratia baptiſmus in lege gratiæ in voto, ſeu in re per aquam, vel ſanguinem in martyrio ſuſceptus, qui dicitur neceſſarius neceſſitate medij: exemplum poſterioris erit verbi gratia in aliquorum ſententia ſacramentalis confeſſio peccatori, qui mortalis peccati conſcientiam habet: neceſſaria enim eſt neceſſitate: præcepti: quando tamen confeſſionis copia non datur per actum contritionis, vel dilectionis Dei ſuppletur; & quamuis etiam tunc quando de peccato conteritur peccator propoſitum confitendi habere debeat oblata confeſſoris occaſione: tamen hoc propoſitum non dicitur confeſſio, ſicut deſiderium baptiſmi à Theologis dicitur baptiſmus flaminis, item à Canoniſtis in cap. Baptiſmi vicem, de conſecrat. diſtinct. 4. & cap. Apoſtolicam de preſbyt. non baptizato, item licet ſacramentum pœnitentię ſuppleatur in adultis per votum, non ita neceſſarium cenſetur, atque baptiſmus, ſaltem reſpectu paruulorum in quibus per votum non ita ſuppleri poterit. Verum quia comentat. 1. notat. 8. numero 16. pœnitentiam reſpectu peccatorum æquiparauimus baptiſmo reſpectu omnium fidelium in lege gratiæ, & vtrumque ſacramentum ſuo modo neceſſarium eſſe diximus neceſſitate medij, aptius exemplum eſt ſacramentum Euchariſtiæ, quod ſolum neceſſarium eſt neceſſitate præcepti, vt docet D. Thom. 3. p. quęſt. 80. art. 11. Suar. cum multis ibid. tom. 3. diſp. 69. ſect. 5. & ſanè in iis, quæ credenda proponuntur hæc diſtinctio duplicis neceſſitatis adhuc magis manifeſta eſt: vt infra oſtendemus: Inquirimus igitur in primis vtrùm fides in qualibet lege tam naturali & ſcripta olim, quam nunc in lege gratiæ neceſſaria neceſſitate medij ad ſalutem cenſeatur: Deinde ſpeciatim inueſtiganda ſunt, quænam ſint, aut fuerint neceſſario credenda neceſſitate medij, & quæ ſolum neceſſitate præcepti ad credendum propoſita. Tandem de obligatione exterius profitenti fidem agam, quando fideles obliget & in quibus caſibus excuſentur.

Vtrum ſemper aliqua credere oportuit in qualibet lege ex neceſſitate medij neceſſarij ad ſalutem.

SECTIO I.

1. QVæſtionis difficultas in eo vertitur an aliquarum rerum fides ita neceſſaria ſit hominibus, vt nullus ſine illa cum ſola naturali cognitione Dei & boni honeſti ſaluari queat: & in primis duobus prætermiſſis erroribus, vno Manichæorum, dicentium nihil eſſe credendum quod non poſſit naturali ratione demonſtrari: contra quod diſputat Auguſtin. lib. de vtilitate credendi cap. 1. Altero Pelagij aſſerentis homines cum ſolà naturali Dei cognitione ſaluari poſſe ſine vlla notitia veritatis à Deo reuelatæ: vt teſtatur Auguſtin. lib. 1. de Gratia Chriſti cap. 40. & lib. 2. de peccato origin. cap. 26. & hæreſ. 88. nonnulli catholici ſunt arbitrati in aliquo caſu hominem ſine actuali fide iuſtificari, & ſaluari mediante ſola naturali Dei cognitione, & boni honeſti: ita tenuit Vega lib. 6. in Tridentin. cap. 20. & 21. dicens ſe multis annis de hac difficultatè cogitaſſe, & cum viris doctis contuliſſe. Item Soto lib. 2. de natura & grat. cap. 11. in prima editione, quam ſententiam re melius conſiderata retractauit in ſecunda editione & in fine 4. retract. 4. differt tamen Soto aliquo modo à Vega, quod hic nullam ſupernaturalitatem, neque in ſubſtantia, neque quoad modum ex parte intellectus & voluntatis poſtulabat: Sotus verò ex parte voluntatis ſaltem auxilium gratiæ requirebat, quo ſe homo ad iuſtificationem diſponeret. Alij recentiores prædictam ſententiam moderari intendunt dum etiam ex parte intellectus aliquod auxilium gratiæ requirentes licet non ad credendum, ſed ad cognoſcendum Deum & honeſtatis bonitatem per notitiam nobiliorem, quam ex viribus naturæ habere potuiſſent. Probatur hæc opinio primo ex ſacra pagina primo ad Romanos numero 21. vbi cum de philoſophis Paulus loqueretur, ait, *Cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt*: item 2. numero 13. ait, *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur, cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſunt lex*. Ex quibus colligitur exiſtimaſſe Apoſtolum, ad iuſtificationem hominis, & Dei glorificationem ex ea reſultantem, ſolum exigi naturalem cognitionem, qua lex impletur, & homo ad glorificandum Deum diſponitur. Secundo ſi cognitio fidei eſſet medium ad ſalutem neceſſarium, quis haberet inuincibilem ignorantiam fidei, etiam ſi totam legem naturalem adímpleret, medium ad ſalutem neceſſarium non haberet, quod videtur abſurdum: illatio probatur: ponamus enim, quod homo natus ſit inter barbaros, apud quos nulla eſt noſtræ fidei notitia, hic ergo quomodo ſine prædicante credet? iuxta Paulum ad Roman. 10. & ſi dicatur quod ſi hic homo faciat quantum in ſe eſt, in obſeruatione legis naturalis, à Deo illuminatum iri miraculosè interuentu Angeli: cōtra eſt quod fruſtra recurritur ad miracula, cum Deus poſſit prouidere ſaluti hominum alio modo magis connaturali: præſertim quia media ad ſalutem neceſſaria ſecundùm ordinariam legem, & curſum communis prouidentiæ, à Deo prouideri debeant, non per extraordinariam prouidentiam, & per miraculum: magis ergo connaturale eſt, ſi in ſimili caſu ſola cognitione Dei naturalis, & boni honeſti

ad illius iuſtificatinnem ſofficiat: & de puern peruenoiente ad vſum ratinnis & nnn baptizato, nec fidei notuiam habente: hnc videtur docere D. Thom. 1. 2. q. 89. art. 6. in corpore vbi ait quod ſi puer perueniens ad vſum rationis, *Secundum quod in illa ætate eſt capax diſcretionis, ſeipſum ordinauerit ad debitum finem per gratiam, conſequetur remiſſionem originalis peccati*: hic ergo puer ſupponitur habere ignnrantiam inuincibilem fidei: ergo ex ſola naturali cognitione poterit iuſtificari. Tertin ſicut baptiſmus eſt medium neceſſarium ad ſalutem, & tamen ſufficit illius votum, quandò reuera ſuſcipi non poteſt: ita de fide dici poterit, neque hoc votum neceſſe eſt, vt explicitè habeatur, quia de eo poteſt eſſe ignorantia inuincibilis ſicut de fide, & de illius neceſſitatè etiam eſt ignnrantia vt ſupponimus, ſatis ergn erit implicitum votum, quatenus continetur in deſiderio placendi Deo, & in omnibus illi obtemperandi, quæ neceſſaria ſint ad ſalutem. Quarto ad iuſtificationem ſatis eſt dilectin Dei ſuper nmnia, ad hanc autem ſufficit Deum, vt ſummum bonum naturali nntitia cognoſcere: ergo ſine fide hnmn ſe ad iuſtificationem diſponere poterit congruenter: Contraria tamen ſententia inter catholicos communis eſt, quam duplici concluſione declarabo.

2. Prima aſſertio. In qualibet lege, omnique tempore fides ſupernaturalis fuit neceſſarium medium ad ſalutem: ita tenent omnes Theologi cum Magiſtro in 3. diſt. 23. D. Thom. 2. 2. quæſt. 2. artic. 3. & aliis quos referunt & ſequuntur Valent. tom. 3. diſput. 1. quæſt. 2. punct. 2. Suar. de fide diſput. 12. ſect. 1. vbi hanc appellat regulam catholicam, & ſect. 2. Turrian. diſput. 24. dub. 1. 2. & 3. vt de fide certam vel fidei proximam concluſionem tradit Coninc. de moralit. act. ſupernatural. diſput. 14. dub. 8. numern 95. cum Bannes 2. 2. quæſt. 2. artic. 8. dub. 1. & contrarium erroneum exiſtimat Canus in relect. de ſacrament. par. 2 quæſt. 2. concluſ. prima quæ ſententia mihi placet nb teſtimnnia primæ & ſecundæ probationis, quæ ſequuntur. Probatur igitur primo ex ſacris literis, ad Romanos 1. numern 16. *Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, Iudæo primum & Græcò. Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem*: & ne quis credat Paulum hic loqui de fide tantum legis Euangelicæ ipſe recurrit ad vniuerſalius teſtimonium Abacu. *Iuſtus ex fide viuit*: & ad Galat. 2. numero 16. *Scientes autem quod non iuſtificatur homo ex operibus legis, ſed per fidem Ieſu Chriſti*, quod cap. 3. numern 11. probat ex citatn teſtimonio Abacu: item ad Hebræus 11. numero 6. *Sine fide impoßibile eſt placere Deo*: & probat exemplo Abrahæ, *Credidit Abraham Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam*: vt ſignificaret in qualibet lege, & quouis tempore ſemper fidem fuiſſe medium ad ſalutem neceſſarium. Secundo ex Trident. ſeſſio. 6. cap. 7. vbi baptiſmum appellat ſacramentum fidei, *Sine qua*, inquit, *nulli vnquam contigit iuſtificatio*. Tertin; hæc eſt communis Patrum ſententia Chryſoſtom. homil. de fide, Hieronym. in

A cap. 3. epiſtol. ad Galat. Ambroſ. 1. ad Timot. 2. ad illa verba, *Vult Deus omnes homines ſaluos fieri.* Auguſtin. de corrept. & Grat. cap. 7. epiſtol. 57. & 93. item ſæpiſſime aliis in locis: vnum tantum illius teſtimonium produco ex ſerm. 28. de tempore: *Sine fide*, ait, *nemo ad filiorum Dei conſortium poteſt peruenire, quia ſine ipſa, neque in hoc ſæculo quiſquam iuſtificationis conſequitur gratiam, neque in futuro vitam poßidebit æternam*: plura alia Irenæi, Baſilij, Leonis, & aliorum Patrum dicta videri poſſunt apud Valent. citatum: vt ratione probetur, notandum eſt primo, nos non loqui de potentia Dei abſolutas Nam in hoc ſenſu admittn cum Suar. citata ſect. 1. numero 3. & Coninc. concluſ. 4.
B numern 108. potuiſſe Deum per ſolam cognitionem naturalem homines iuſtificare, & ſaluare, ſi vnluiſſet: nulla enim in hoc apparet contradictin: quicquid oppoſitum doceat Turrian. citatus dub. 3. 5. nihilnminus, ſed loquimur de néceſſitate fidei ſecundùm ordinariam legem, & à Deo ſtatutam quæ nobis in ſacra ſcriptura manifeſtatur, quæ maximè conſentanea eſt creaturæ rationali ad ſupernaturalem finem nrdinatæ. Secundo notandum concluſionem vel poſſe intelligi de habitu fidei, vel de actu ſen de vtroque: item per ordinem ad paruulos, & adultos, ſimul aut ſeparatim. Vnde ſi ſermo ſit de actu fidei, qui in perſona ſaluanda dari debeat, fidem actualem dico non eſſe medium ad
C ſalutem neceſſarium in paruulis, ſed ſolum in adultis, quia ſolum adulti ſe poſſunt per actualem fidem diſponere. Ideoque paruuli cum ſola fide habituali poſt baptiſmum diſcedentes ſaluantur: iuxta cap. maiores de baptiſmo: ſi verò intelligatur actus fidei alterius, ſiue ſit particularis membri, ſiue totius Eccleſiæ per miniſtrum, etiam infidelem, exteriorem ſacramenti ritum exhibentis, & Eccleſiæ hoc mndo fidem oſtendentis; tunc tam de habitu, quam de actu fidei vniuerſim verum eſt, medium eſſe neceſſarium ad ſalutem etiam reſpectu paruulorum, his enim non infundebatur fides habitualis in lege naturæ vel in ſcripta, niſi in fide parentum aut aliorum proteſtantium eamdem fidem circumciſione aut externn alio ſignn quo infantes Deo offerebantur & in lege gratiæ ſacramento baptiſmi, quod etiamſi ab hæretico ritè conferri
D queat, ille adhibita vera materia, & forma non ſuam, ſed Eccleſiæ fidem ſenſibili ſacramenti ſignn manifeſtat, & Deus ſui virtutem ſacramenti agnoſcit & hanc tanquam ſuæ Eccleſiæ actionem acceptat, quæ eſt clara ſententia Auguſtin. nam lib. 1. de peccatorum meritis & remiſſ. cap. 19. item lib. 10. de Geneſ. ad liter. cap. 14. ait, *Antequam infans per ætatem poſſit ſecundùm ſpiritum viuere neceſſarium habet mediatoris ſacramentum, vt qui per eius fidem nondum poteſt, per eorum qui eum diligunt fiat*: & ſermone de verbis Apoſtol. 14. cap. 18. *Abſit vt ego dicam non credentes infantes: Nam credit in altero qui peccauit in altero*: idem docet Bernard. Epiſtol. 77. prope medium quæ doctrina habetur in cap. nihil eſt de conſecrat. diſtinct. 4.

&

& in gloſſ. ibidem, verb. *Sacramentum.* A

3. His poſitis iam quarto probator ratione præcedens concluſio: Nam de fide habituali certum eſt oeminem ſaluari niſi in vita mortali habitum fidei obtinuerit, quia viator abſque iuſtificatione non ſaluatur, ſed iuſtificatur per habitualem iuſtitiam formaliter, quæ iuxta Tridentinum ſeſſio. 6. cap. 7. fidem ſpem & charitatem infuſam complectitur: ergo fides habitualis infuſa, eſt medium abſolutè neceſſarium ad ſalutem tam iofanctium quàm adultorum. De actuali, reſpectu adultorum probatur: Nam adultus non conſequitur iuſtificationem niſi ex propria diſpoſitione vt oſtendit Tridentinum ſeſſio. 6. cap. 5. & rationem reddit, *Vt qui per peccata à Deo auerſi erant per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem eidem gratia aſſentiendo, & cooperando diſponantur*: B item docet cap. 6. & 7. Canone 4. 7. & 9. ſed diſpoſitio hæc fundari debet in fide, quia hæc eſt radix & fundameotum iuſtificationis, & teſte Gregor. homil. 16. in Ezechiel. prope finem, *Niſi fides prius teneatur, ad ſpiritualem amorem nullo modo pertingitur*: ratioqoe phiioſophica id oſtendit, etenim amor cognitionem ſibi proportiooatam ſupponit; ergo ad gratiam, & charitatem nullus ſe diſponere poteſt adultus, quin prius actus fidei præcedat & in hunc ſenſom expooit Tridentinum illa verba Pauli ſupra citata, *Sine fide impoſſibile eſt, &c.* quod verò hæc fides quæ medium eſt neceſſarium, ſupernaturalis ſit, probatur ex eiſdem teſtimoniis C præſertim Tridentini & aliis Conciliis Mileuitano & Arauſicano, quæ in quæſt. 3. ſæpè retuli, per quæ neceſſitas gratiæ demonſtratur ad credendum ſicut oportet: & ratio eſt quia viſio in patria reſpondet fidei in via: ſicut enim ad finem ſupernaturalem viſionis diuinæ teodimus, ita per fidem, quæ obſcura eſt, & imperfecta notitia, ſed in ſupernaturalitate proportionata, ambulamus: imperfecta enim cognitio ad perfectam ducit quod aptiſſimè docuit Auguſtin. in hunc ſenſum declarans illa Ioannis verba, *Nos credidimus, & cognouimus*: ita enim ille tract. 27. *Non cognouimus*, ait, *& credidimus; ſed credidimus & cognouimus: credidimus enim vt cognoſceremus: Nam ſi prius cognoſcere & poſtea credere vellemus, nec cre-* D *dere nec cognoſcere valeremus*: ſimiliter eodem vſus ordine Iob dixit cap. 42. numero 5. *Auditu auris audiui, nunc autem oculus meus videt te*: nouit enim à cognitione auditus, quæ eſt fidei ex diuina reuelatione procedentis ad beatificam viſionem tranſitum fieri, quia ipſe ſuæ ſalutis ſpe prouectus & miſericordiæ diuinæ confideus, ſibi, quaſi in illius poſſeſſione eſſet, bene ominatur, quod ſequenti concluſione amplius confirmatur.

4. Secunda Concluſio: Hæc fides quæ neceſſaria dicitur neceſſitate medij ſuperoaturalis, eſt ex parte rationis formalis, & ex parte principij ſeu cauſæ efficientis; A & ſine huius actu nullus adultus vllo tempore iuſtificationem valuit obtinere: haoc in eodem gradu certam eſſe atque præcedentem exiſtimat Suar. citatus ſect. 1. numero 6. & ſect. 2. numero 5. itaut ſine errore in fide oegari non poſſe affirmet: cui ſententiæ ſubſeribo, qoia illa etiam ſacræ ſcripturæ & Conciliorum teſtimonia pro prima concluſione adducta confirmant: hanc etiam præter citatoa pro prima, tuentur Turrecrem. lib. 1. in ſumma de Eccleſia cap. 21. & 22. Caſſalius de quadripart. iuſt. lib. 2. cap. 11. Medina lib. 4. de recta in Deum fide: Pereria ad Roman. 1. diſput. 17. & 2. diſput. 8. probatur prima pars de ſupernaturalitate ex parte obiecti formalis: primo ex Geneſ. 15. *Credidit Abraham Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam*, ex B quo loco Paulus ad Roman. 4. fidei neceſſitatem deducit: hæc vero in Abrahamo ex ſupernaturali medio procedebat, & diuino nitebatur teſtimonio, quod illa verba denotant *credidit Deo.* Secundo quia iſta fides iuxta eumdem Paulum ad Hebræos 11. eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, quæ non niſi Dei reuelatione innoteſeont, ſi enim omnis viator credere debet Deum remuneratorem ſuorum operum illa beatitudine, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit ex Eſai. 64. ex ſola ſanè reuelatione cognoſci potuit: ergo per fidem in diuina reuelatione fundatam. Tertio quia vt cum infallibilitate fides certificet viatorem de præmio, C quod ſperat, & de quo per rationem naturalem certificari non valet, opus eſt vt hæc cognitio Dei teſtimonio infallibili ...atur. Quarto quia hac ratione omnea fideles ad eamdem beatitudinem tendentes vnam profitentur fidem quæ ab hac ratione formalitatem ſpecificam accipit, vnitatemque, & vt in ſuperioribus oſtendi, etiam ſupernaturalitatem. De principio verò ſupernaturali etiam conſtat, ex Concilijs Mileuit. Arauſicao. & Tridentin, ſupra citatis, quæ contra Pelagiaoos definiunt neminem poſſe ex ſolis naturæ viribus ſine ſpeciali Dei auxilio credere ſicut oportet: Namq; Tridentin. ſect. 6. canon. 3. damnat illum, qui dixerit homioem credere ſicut oportet ſine Spiritus ſancti ad- D iutorio quod ea parte principij effectiui ſe habet: de quo latè Suar. de grat. lib. 2. cap. 1. & ſequent. in quibus multa loca congerit D. Auguſtinus in huius veritatis confirmationem. Altera coocluſionis pars ita regulam continet generalem vt nullam in puro viatore exceptionem patiatur, quod ſanè declarant generales regulæ in ſacris literis & Conciliis traditæ: talis eſt illa ad Roman. 10. oumero 4. *Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti*: quem locum Concil. ita exponit vt Chriſtus dicatur finis, ideſt vt ſyrius סַכָּה Sache, hoc eſt ſcopus ad quem tota lex collimat, aitque alludere D. Paulum in hebræa voce תּוֹרָה Torah, ideſt

les ad radicem יָרָה Iara, id eſt iacere, ſagittare, quaſi lex ſagitta ſit quæ ad Chriſtum quaſi ad ſcopum per fidem tendat, idque ad iuſtitiam omni credenti: & licet hæc ſit vera & germana loci interpretatio, quam alij interpretes ſequuntur: alluſio tamen mihi non probatur: quia D. Paulus ſcripſit Epiſtolam ad Romanos Græcè non hebraicè, quare non potuit in hebræa voce ad illam radicem alludere, qui græcam non hebraicam vſurpauit: ſi enim D. Paulus vſus eſt verbo νόμος vnde colligi poteſt quod ad verbum תּוֹרָה Torach, alluderet, non ad verbum דָּת Dath, quod etiam legem ſignificat: quare ſine illa alluſione ſi ad textum Pauli attendamus totus eſt Paulus in neceſſitate fidei in Chriſtum oſtendenda, & quod omnis iuſtitia ab eo & illius fide, tanquam à fonte dimanarit, quod etiam tertio ad Romanos iam dixerat, *Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes, qui credunt in eum*: & rationem reddit numero 25. *Quem poſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius.* Orig. Chryſoſtom. Anſelm. & alij declarant anteposuit vt oſtendatur tam neceſſariam omni tempore adultis fuiſſe Chriſti fidem ad iuſtificationem, quam neceſſaria erat eorum redemptio vt Suar. ſect. 2. numero 6. aduertit: hæc vero fides explicitane an implicita ſufficiat, ſectione ſequenti dicendum. Alis regula eſt illud Sapient. 9. numero 19. *Per ſapientiam ſanati ſunt, quicumque placuerunt tibi Domine à principio*: vbi per ſapientiam ab omnibus intelligi fidem teſtatur Lorinos Ibidem: & quamuis interlinearis gloſſa, Lyrca & alij pro ſapientia Chriſtum interpretantur, quia diuina ſapientia eſt, in idem recidit, ſignificatur enim omnes Chriſti meritis, & fide ſanari oportere: vt ad iuſtificationem queant peruenire. Tertia regula ſumitur ex cap. firmiter, vbi dicitur extra Eccleſiam nullum ſaluari, in Eccleſia verò nullus adultus ſine fidei diſpoſitione admittitur, neque viuum Chriſti membrum efficitur. Quarta eſt illa Concilij Tridentini ſeſſ. 6. cap. 7. ſupra citata, quæ aſſerit ſine fide nulli vnquam iuſtificationem contigiſſe, quod teſtimonium de actuali fide reſpectu omnium adultorum eſſe intelligendum probatur ex eodem Tridentino antecedenti capite 6. vbi de modo præparationis agit Concilium, & actum fidei prius exigit, in eo qui ſe diſponere poteſt, qualis eſt adultus: neque de hoc vlla inter catholicos controuerſia eſſe poteſt: ſupereſt vt argumentis in oppoſitum ſatisfaciamus.

5. Ad primum ex verbis Paoli ad Roman. 1. deſumptum; Reſp. non ſignificaſſe Apoſtolum philoſophos per illam naturalem cognitionem, quam ex creaturis de Deo habuerunt, ita potuiſſe in Deum conuerti, vt inſtificationem ſine fide obtinerent, ſed quod ex illa cognitione moueri poſſent ad cultum veri Dei, & ad inquiſitionem veræ religionis, non vero ad Idola diuertere, quod impedimentum ab ipſis libere oppoſitum viam maioribus diuinæ gratiæ auxiliis intercludit: Nam pro illa ſingulari veri Dei cognitiooe Deo gratias agere deberent, non idololatriæ ſceleribus iniuriam irrogare, & ſolius Dei proprios honores mentitis numinibus offerre. In altero vero loco Paulus loquitur de gentibus ad fidem conuerſis, & per illud verbum *naturaliter*, non excludit gratiam, neque cognitionem fidei neceſſariam ad implendam legem, ſed ſolum excludit cognitionem legis ſcriptæ, quæ in gentibus non erat: ita exponit Auguſtin. lib. de ſpiritu & litera cap. 27. *Nec moueat*, inquit, *quod naturaliter eos dixit, quæ legis ſunt facere; non ſpiritu, non fide, non gratia: hoc enim agit ſpiritus gratiæ, vt imaginem Dei, in qua naturaliter facti ſumus inſtauret in nobis*: Nam cum originalis iuſtitia gratiæ quæ dona primis parentibus congenita fuerint gratuito Dei beneficio, hanc connaturalitatem ex Dei gratia prouenientem peccato deperditam ſpiritu gratiæ & cognitione fidei inſtaurari Auguſtinos intellexit: pro eadem expoſitione refert Iuſtinianus eodem verſic. 14. numero 4. Auguſtin. in aliis locis item Ambroſ. Anſelm. Bedam. Fulgentium, & Proſperum: ſi vero quis velit Apoſtolum loqui de infidelibus ſine auxilio gratiæ, & cognitione fidei operantibus, tunc reſpondeo non dicere illos totam legem naturalem implere, ſed aliqua honeſta ex dictamine naturalis legis operari: ita Coninc. citatus numero 104. Suar. de fide diſput. 12. ſect. 12. numero 13. apud quem alias interpretationes vide lib. 1. de grat. cap. 8. numero 13. & apud recentiores interpretes Cornel. Perer. Salmeron. & alios.

Ad ſecundum aliqui exiſtimant neque in infidelibos neque in ruſticis fidelibus ignorantiam inuincibilem dari poſſe de iis quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem: ita Bonauent. in 3. diſtinct. 25. artic. 1. quæſtione ſecunda ad vltim. & quæſtione 3. ad penult. oppoſita tamen ſententia vera eſt & communis, quam ſequitur Vaſq. 1.2. diſput. 121. cap. 2. Suar. de fide diſput. 15. ſect. 1. numero 10. Sanches in Decalog. lib. 2. cap. 3. numero 20. Nauarr. in manual. cap. 11. numero 22. Azor. tom. 1. Moral. cap. 6. Peſant. 2.2. quæſt. 10. artic. 1. diſput. 2. Saycus in Claui lib. 2. cap. 9. numero 15. & alij quos ipſi referunt: & ſane Patres Noſtræ ſocietatis, qui in conuerſione gentium laborant, & ad noua regna doctrinam Euangelicam deducunt, multos in hac ignorantia reperiri in literis annuis teſtantur. Item quis neget plures ruſticos qui vix ad rationis vſum venientes paſcendis pecoribus applicantur neque vnquam, vel rariſſimè templum adire permittuntur, per aliquod tempus poſſe pœnitus ignorare myſteria fidei ad quæ credenda omnis fidelis obligatur? imo neque vnquam illis aliquam ſuſpicionem in mentem veniſſe, ſe teneri de neceſſitate medij vel præcepti hæc addiſcere: conceſſa 6.

igitur

igitur ſuppoſitione maioris neganda eſt illius A
ſequela : Nam nullus eſt quantumuis in-
fidelis vel barbarus, qui à Deo auxiliari
gratia per Chriſtum qui illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum ſe-
cundùm Ioann. cap. 1. non excitetur in pri-
mis, ad obſeruantiam legis naturalis, quam
ſi obſeruet quantum moraliter poteſt, ad
7. Dei prouidentiam pertinet, illum circa res
fidei erudire vel interuentu humanæ prædi-
cationis, vel alio modo, qui miraculoſus
non erit, attenta communi & ordinaria Dei
lege, qua decreuit nulli ſufficientia ad ſa-
lutem media denegare, quandoquidem
omnes vult ſaluos fieri intentione ſaltem
quantum eſt ex parte ipſius Dei efficaci
ad danda omnia media ad eorum ſalutem B
requiſita, quare facienti quod in ſe eſt
per auxilia gratiæ, Deus non denagat gra-
tiam illuminationis ad fidem, quod ex ſa-
cra hyſtoria actor. 8. & 10. & ex aliis didi-
cimus Gentiles de fidei myſteriis modo etiam
extraordinario edoceri, quamuis vt notat
Molin. in Concord. quæſt. 14. artic. 3. diſp. 9.
rarus, aut fere nullus ad fidem conuertitur,
quem humanæ prædicationis miniſterium
ad fidem non pertrahat. Quæres quanto tem-
pore Deus expectet, & requirat in homine
obſeruantiam legis naturalis, vt eum de re-
bus fidei illuminet? Nam euenire poteſt,
quod per horam, diem, vel dies aliquot
illam obſeruet, non tamen per menſem aut
annum, quod ergo tempus neceſſarium eſt C
vt qui in legis naturalis obſeruantia per-
manet, dicatur facere quod in ſe eſt? Reſ-
pondeo cum Suar. de fide diſput. 12. ſectio. 2.
numero 16. hoc à nobis non poſſe certo de-
finiri, quia nec reuelatione conſtat, neque
certa aliqua coniectura naturali cognoſci
poteſt : ſolum ergo dicere poſſumus Deum
iuxta conſilium ſuæ voluntatis, & proui-
dentiæ, opportunis temporibus hominem
illuminare, & ſiue ad fidem ſiue ad pœni-
tentiam pro occaſionis opportunitate exci-
tare : neque vt homo faciat quod in ſe eſt,
oportebit Deum expectare, vt ille occaſio-
nes obſeruandi omnia præcepta naturalia
bene operando ex Dei gratia percurrat, ſed
tale tempus vnicuique cum plurimum aſſi-
gnari opus erit, in quo ſine fide non ſolum
phyſicè, ſed etiam moraliter poſſit in legis
naturalis obſeruatione perſiſtere, ne dica- D
mus Deum ita durè ſe cum homine gerere,
vt illius ſalutem moraliter impoſſibilem
reddat : vt vero alicui moraliter ſit poſſibile
ſeruare legem tanto tempore, ſatis erit, ſi ali-
qui pauciſſimi ſint, qui in iis circumſtantiis
illam obſeruarint eodem temporis ſpatio.
Ad exemplum quod affertur de puero, Reſ-
pondeo quicquid ex ſola cognitione natu-
rali fecerit iam particeps rationis ſine fide
non ſatis eſt ad iuſtificationem ipſius, vt ex
principiis fidei oſtendi: neque D. Thom. con-
trarium docuit, vt interpretes eo loco ob-
ſeruant, ad quos pertinet diſcurſum ſancti
doctoris examinare : nos ſolum dicimus
ſi puer in eo ſtatu, & occaſione faciat, quod
in ſe eſt, & Deo vocanti non obſiſtat, illum
à Deo fore illuminandum & ad fidem me-
dio ad ſtatutam Dei legem connaturali euo-
candum.

Ad tertium Reſp. eſſe diuerſam ratio- 8.
nem inter baptiſmum & fidem, ne ſicut illius
votum ſufficit, ita etiam ſatis ſit fides in
voto : vt notarunt Valent. primo art. citato §.
id autem, Suar. ſect. illa ſecunda numero 10.
Coninc. dub. 8. numero 98. & ſequentibus &
alij ſupra citati : Probatur primo ex traditio-
ne Eccleſiæ, quæ ſic intellexit neceſſitatem
baptiſmi, vt reſpectu adultorum baptiſmus
in re ſuſceptus, non eſſet medium præcisè
neceſſarium ad ſalutem, ſed ſufficeret in
voto : ideoque triplex baptiſmus diſtin-
guitur; aquæ, ſanguinis, & flaminis : iuxta
cap. baptiſmi vicem, de conſecrat. diſtinct. 4.
Gloſſa ibidem verb. *Cyprianus* & verbo
baptiſmo, item in cap. firmiſſime 5. quæſt. 1.
verbo per baptiſmum, quod non ita de fide
in voto ad nouam adulti iuſtificationem ſuf-
ficere decretum eſt : de noua iuſtificatione
adulti loquor, quia ſi contingat quod puer
ritè baptizatus perueniat ad rationis vſum,
& antequam de ſua credendi obligationa
doceatur, ſine alia culpa mortali diſcedat
è vita, ei ſalua defectu fidei neutiquam de-
negatur, quia paruulus in baptiſmo iuſti-
ficationem obtinuit, & illam poſtea pro-
pria culpa non amiſit, non enim ſaluatur
iſte tanquam adultus, ſed tanquam paruulus,
remedio paruulorum, in quibus proprius
actus fidei non requiritur. Secundo quia
hoc diſcrimen inter neceſſitatem fidei, &
baptiſmi ingenioſè deduxit Beroard. epiſtol.
77. ex verbis Chriſti Domini Marci vlti-
mo, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus
erit, qui vero non crediderit condemnabitur* : vbi
ponderat quod cum Chriſtus prius de fide
& baptiſmo loqueretur, poſtea, vt denota-
ret maiorem fidei neceſſitatem, de ſola fide
dixit, *Qui vero non crediderit condemnabitur.*
Tertio ex natura rei optimè ſumitur hoc
diſcrimen : Nam baptiſmus externum eſt
medium neceſſarium ad ſalutem ex volun-
tate Dei extrinſeca, & Chriſti inſtitutione,
cui talem dedit ex opere operato iuſtifican-
di virtutem, vt interioris actus in homine
rationis capaci virtutem non abſtulerit,
quia vero actus interior charitatis vel con-
tritionis in adulto diſpoſitio erat ſufficiens
in lege naturali, & ſcripta, ad hominem
Deo reconciliandum, hanc in his actibus
virtutem, & efficaciam ex diuina gratia
prouenientem non abſtulit, ſed ſolum ipſis
baptiſmum adiunxit, in re ſuſceptum, vel
in voto, quando aliter ſuſcipi non poſſet.
At fidei actus eſt medium internum, &
actus ſupernaturalis, qui ex viribus natu-
ræ haberi non poteſt, neque in alio actu
naturali voluntatis vel intellectus conti-
neri, aut ab eo ſuppleri valet : non in actu
intellectus, quia omnis cognitio, quæ ex reue-
latione fidei non eſt, in homine adulto, de lege
ordinaria eſt naturalis, ideoque neque in ſua
virtute neque per æqualitatem actum fidei ſu-
pernaturalem poteſt continere : non in volun-
tatis actu, quia hic quantumuis perfectus

ex aliquo auxilo gratiæ, niſi fides præcedat, non aſcendit ad obiecta ſupernaturalia, ſed in naturalibus ſiſtit, vnde propoſitum voluntatis naturalis attingere non valet ſupernaturale præceptum fidei, & multo minus illud in voto continere, quod vlterius confirmatur: Nam quando medium neceſſarium in re ſuppletur per votum, hoc votum in re ipſa exhibetur in alio actu, ergo ne procedatur in infinitum, in aliquo actu ſiſtere oportet, qui in re ita neceſſarius ſit, vt ſuppleri nequeat, talis vero eſt actus fidei, qui fundamentum, & initium eſt iuſtificationis.

9. Ad quartum prætermiſſa difficultate, quæ in materia de gratia vel de charitate diſcuti ſolet, an dari poſſit dilectio Dei ſuper omnia naturalis; de qua Suar. lib. 1. de Gratia cap. 30. & ſequentibus. Dico dilectionem Dei ſuper omnia, per quam homo iuſtificatur, eſſe ſupernaturalem, vnde ad illam præcedere debere cognitionem fidei ſupernaturalis proportionatæ, quia licet ſecluſa fide Deus cognoſcatur vt ſumme bonus, & amabilis, non cognoſcitur, vt auctor gratiæ, & vltimi finis proportionati voluntati, quæ per actum ſupernaturalem ſe ad illum conuertit: immo iuxta ſententiam Vaſq. 1. 2. diſp. 195. cap. 4. numero 25. tota notitia naturalis, quam de Deo habere poteſt philoſophus Gentilis, non ſufficit moraliter loquendo ad excitandum in illo amorem Dei ſuper omnia, quia natura ex peccato adeo ad ſe ipſam, & ad bonum proprium conuerſa permanſit, vt per naturalem cognitionem ad Dei amabilitatem tantum non aſcendat, neque ſine fidei notitia illam ſibi, ſuiſque commodis omnibus præferre valeat: Nam cognitio Dei ex creaturis habita debilis eſt, quatenus in naturali ratione ſiſtit, ideoque ſectatores naturalis philoſophiæ non ſic de Dei amabilitate erudiuit vt in eius dilectione excellerent: vt in antiquis philoſophis videre eſt fidei lumine deſtitutis.

Quænam quouis tempore neceſſario credenda explicitè ex neceſſitate Medij cenſeantur.

SECTIO II.

1. CONſtat ex præcedenti doctrina in quauis lege fidem medium eſſe ad ſalutem neceſſarium: nunc oportet deſcendere ad particularia obiecta, quæ ex eadem neceſſitate medij ad ſalutem omnino requiſiti tam legis naturalis, & ſcriptæ tempore quam poſt Chriſti aduentum in lege gratiæ poſtulantur: & loquimur de fide explicita, quia dupliciter aliquid credi poteſt: primo implicitè id eſt in vniuerſali, & generaliter, non determinatè, & in ſe diſtinctè: verbi gratia, qui credit omnia, quæ Eccleſia Romana credit, dicitur credere generaliter myſteria fidei, & nimis confusè, & qui credit Deum in confuſo, eo modo, quo ille eſt ſine diſtinctione Trinitatis perſonarum, & vnitatis eſſentiæ, credit Deum Trinum, & vnum indeterminate & nimis in confuſo: explicite dicitur cognoſci myſterium, quod in particulari, & determinate cognoſcitur in ſe directe, vel in obliquo. Vt ſi quis Deum eſſe Trinum in perſonis & vnum eſſentia explicitè credit myſterium Trinitatis. Hanc diſtinctionem cognitionis implicitæ & explicitæ indicauit Aug. l. 19. contra Fauſtum c. 14. neque nomine fidei explicitæ illam ita perfectam, & diſtinctam intelligimus, quam bonus Theologus habet, qui ita myſteriis fidei in ſe ſpeciatim ac diſtinctè aſſentitur vt illa explicare, & aliquam rationem eorum reddere poſſit: hoc enim in quæſtionem non venit, quia Theologica ſcientia neque ex neceſſitate medij neque ex neceſſitate præcepti ad ſalutem neceſſaria eſt: ſolum ergo loquimur de aſſenſu fidei circa particularia myſteria, ſeu obiecta cognita in ſe eo modo, quo etiam à ſimplici populo imperfecta notitia attingi, & ſub captum etiam ruſticorum cadere poſſunt; & vt diſtinctius procedam, ſupponam in primis aliqua in quibus iam omnes doctores catholici conueniunt, deinde tres proponam difficultates, circa particularia obiecta, de quibus inter Theologos controuertitur, an neceſſario credenda ſint neceſſitatè medij ad ſalutem requiſiti. Prima eſt an Deum eſſe, & vnum Creatorem, ac gubernatorem vniuerſi eſſe, & alia quæ naturali cognitione aſſequi poſſunt, credenda omnino ſint de neceſſitate ſalutis. Secunda, an fides explicita Chriſti neceſſaria hoc modo fuerit in lege naturali, ſeu ſcripta; vel ſaltem nunc in lege gratiæ, ex eadem neceſſitate medij. Tertia eſt an ſit myſterium Trinitatis eadem neceſſitate credendum. In his omnibus quæſtio non excitatur de paruulis, ſed de adultis, & ratione vtentibus, in quibus ſolum proprius actus fidei liber exigi poterit ad ſalutem: neque de fide ante, ſed poſt Adami lapſum.

Conueniunt ergo communiter Theologi in hoc, quod ad iuſtificationem neceſſitate medij neceſſarium fuit credere, vel omnia, vel aliqua ex iis, quæ cognoſcere omnino oportet, vt Deus cultu latriæ à nobis honoretur, & religiosè colatur; atque ab eo vera beatitudo ſperetur, quia ſine hac cognitione fieri nequit, vt ſecundùm ordinariam legem hominis voluntas à peccato ad Deum conuertatur, ſicut oportet: iuxta illud Apoſtoli ad Hebræos. 11. vbi ait ideo impoſſibile eſſe ſine fide Deo placere, *Quia accendentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quia inquirentibus eum remunerator ſit*: illa ſcilicet remuneratione de qua ad initium capitis meminerat, nempè vita æterna. Hinc ſequitur primo, ſemper neceſſarium fuiſſe quolibet tempore, vt adultus cognoſceret Deum eſſe authorem, & gubernatorem vniuerſi, cauſam primam, à creaturis in ſuo eſſe independentem, ſupremumque Dominum, peccatorum vindicem, & bonorum operum remuneratorem: cuius iuſtitiam impij timere debeant, & de cuius miſericordia iuſti bene ſibi ſperare iubeantur: ita intellexit citatum Pauli teſtimonium Concilium Tridentinum ſeſſio. 6. c. 6. in his nimirum verbis contineri diſpoſitionem requiſitam ad iuſtificationem adulti. 2.

De

De hac diſpoſitione, inquit, *ſcriptum eſt, accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit*: ſequitur A ſecundo etiam neceſſarium fuiſſe cognoſci ab adulto animorum immortalitatem, & non poſſe ſuis tantum viribus ſine peculiari Dei beneficio ad promiſſa felicitatis æternæ præmia peruenire: Nam ſi opus eſt Deum vt remuneratorem agnoſcere, & æterni præmij ſponſorem, hoc cum mortalitate animorum ſtare nequit, & ſi hæc vita æternæ promiſſa finis eſt ſupernaturalis, ad quem Deus hominem dirigit, & quem adultus conſequi deſiderat, clarum eſt ſolius naturæ viribus ſupernaturalem finem obtineri non poſſe: & licet vlterius Tridentinum loco citato conſiderationem diuinæ miſericordiæ, timorem iuſtitiæ & fiduciam in Deum in eadem diſpo- B ſitione requirat, vt ad peccati deteſtationem ante baptiſmum requiſitam adultus præparetur; non omnia, quæ in hac diſpoſitione attingit Tridentinum, intelliguntur à theologis tanquam media ad ſalutem neceſſaria, ſed numeratur actus, qui iuxta magis ordinarium iuſtificationis modum ſolent euenire: dixi omnia illa debere cognoſci, non vero credi, vt abſtraherem à difficultate, quæ primo loco explicanda eſt, an ea quæ naturali lumine cognoſci poſſunt ex his notatis, neceſſario aſſenſu diuinæ fidei credi deberent neceſſitate medij: quia in hoc eſt opinionum varietas inter theologos: omnes tamen aliquid ſupernaturale credendum eſſe arbitrantur: Nam cum fidem neceſſariam exiſtiment neceſſitate medij, qui illam circa obiecta naturali lumi- C ne cognoſcibilia non exigunt, ſaltem circa aliquod ſupernaturale tendentem depoſcunt: & hoc obiectum eſt cognoſcere Deum, vt auctorem donorum gratiæ, & remuneratorem æternæ vitæ, ac beatitudinis ſupernaturalis.

3. Quamobrem poſita hac doctrina ab omnibus Theologis iam recepta quod neceſſaria ſit fides Dei authoris donorum gratiæ & remuneratoris, vt eſt bonũ quoddam ſupra hominis naturam, quod illum poteſt perficere vltra capacitatem ſuam naturalem, & beare, quod obiectum legis naturalis tempore à Deo fuiſſe reuelatum oſtendit illud Geneſ. 15. *Ego protector tuus, & Merces tua magna nimis*: item illud quod tempore legis ſcriptæ dice- D bat Dauid. *Quid mihi eſt in Cælo, & à te quid volui ſuper terram.* Pſalm. 72. Immo Adamo reuelatum fuiſſe ſupernaturalis beatitudinis finem, & ad poſteros hanc cognitionem pertranſiſſe certum eſt: vt deducitur ex Auguſt. lib. 9. de Geneſ. ad literam cap. vltimo: Gregorio lib. 4. dialog. cap. 1. & aliis quos ſequitur Perer. in Geneſ. lib. 5. diſput. de amplitud. & excellent. ſcient. Adami quæſt. 4. duplex mihi occurrit, obiectio non parui momenti, ob quam non videtur fides Dei remuneratoris medium ad ſalutem neceſſarium, quia primo ſi loquamur de iuſtificatione extra ſacramentum, ad illam ſufficit dilectio ſuper omnia, hæc autem haberi poteſt ex fide, quo Deus ſummum bonum, omnipotens & ſapiens eſſe creditur, non enim reſtringitur charitas ad amandum Deum ob peculiare attributum beneficentiæ, ſed ad omnia, & ſingula Dei attributa tendit, vt ex communi Theologorum ſententia ſuppono in materia de charitate cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 23. artic. 5. Turrian. diſput. 66. dub. 1. in fine Suar. diſput. de charitate ſect. 2. ergo licet aliquis non cognoſcat explicitè Deum, vt remuneratorem, adhuc poteſt eum diligere ſuper omnia. Secundo ſi loquamur de iuſtificatione in ſacramento, ad illam ſufficit attritio, quæ eſſe poteſt deteſtatio peccati ob illius turpitudinem, hæc autem cognoſci, vel credi poteſt abſque aſſenſu fidei de Deo remuneratore: Nam dicere, quod dilectio Dei ſuper omnia ob ſummam bonitatem Dei, quatenus eſt bonum ipſius Dei extra ſacramentum, item quod deteſtatio peccati ob ſuam turpitudinem in ſacramento non ſufficiat ad iuſtificationem, videtur durum: ex alio capite auctoritas Pauli, & Tridentini vrget. Quid ergo dicendum?

Ad primum vt reſpondeam, duo prænotanda ſunt: alterum ex Ariſtotele lib. 9. Moralium Nicomachiorum cap. 8. alterum ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 23. artic. 4. Nam Philoſophus cum ageret contra eos, qui amorem ſui vitio vertunt, diſtinguit de amore ſui in improbo, & in probo viro: & concludit in hoc damnandum non eſſe amorem ſui, quia cum iſte honeſtatis amator ſit, ſi ex amore honeſti ſibi voliti omnia ab eo regulentur, quo bonum honeſtius fuerit, eo plus ab illo diligetur. Vnde nonniſi iuſta, & honeſta ſibi & aliis diliget, qui ex amore honeſtatis in omnibus mouetur: illud ergo tanquam certiſſimum principium ſtatuit Ariſtoteles. *Omnia quæ ad amicitiam attinent à ſeipſo ad reliquos quoſque deuenire*: quaſi ex proprio amore in probo viro amor, & beneuolentia ad alios reguletur: cognita hac naturalis amoris proprietate, alteram in ſupernaturali agnouit D. Thomas: ait enim in eo loco, *Bonum diuinum in quantum eſt beatitudinis obiectum habet ſpecialem rationem boni, & ideo amor charitatis, qui eſt amor huius boni, eſt ſpecialis amor, vnde & charitas eſt ſpecialis virtus.* Vnde eſt quod bonitas Dei quatenus eſt finis vltimus ſupernaturalis beatitudinis propter ſe amata eſt obiectum charitatis theologicæ: hinc ſumpſit Caietan. & alij Thomiſt. ad hunc artic. & Suar. de Charitate diſput. 1. ſect. 2. numero 4. diſtinctionem dilectionis naturalis, erga Deum, & ſupernaturalis, quia Deus vt eſt bonum totius vniuerſi, & ſecundum quid, nempè obiectum naturalis beatitudinis, terminat naturalem dilectionem; vt vero eſt bonum diuinum ſimpliciter, vt in ſe eſt, obiectumque ſupernaturalis beatitudinis, terminat amorem per ſe infuſum, & charitatem theologicam: ex vtroque præſuppoſito oſtendo Deum non poſſe amari amore amicitiæ, niſi prius cognoſcatur vt bonum noſtrum: ex primo, quia cum amor erga alterum reguletur ex amore honeſto erga ſe, ſi bonum vniuerſi, vt obiectum eſt naturalis beatitudinis terminat amorem naturalem, nemo poteſt diligere hoc bonum propter ſe ipſum, niſi prius cognoſcat 4.

in hoc ſuam felicitatem naturalem ſitam eſſe, & ſuæ honeſtæ actionis operibus conuenire, hunc finem naturalem reſpicere; & in illius amore conquieſcere: ergo prius eſt hoc bonum ſibi, & vniuerſo beneficium agnoſci, quam diligi propter ſe ipſum, vt tale eſt: Nam vt eleganter Paulinus in epiſtol. ad Seuer. ait. *Vbi voluntas beneficentia inescatur, efficacius approbat, qua mens acutiùs in largiente diſcernit.* Ex ſecundo quia quid alind eſt eſſe obiectum beatitudinis ſupernaturalis, quam eſſe remuneratorem bonorum operum; & ad illam ſupernaturalem beatitudinem nos per exercitia virtutum deduci: ergo ad hoc vt ſupernaturali charitate diligatur, agnoſci debet, vt bonum diuinum ſimpliciter nobis communicandum, etſi Ariſtoteles vbi ſupra docuit, *Eum maxime amandum eſſe, qui maximè ſit amicus*: vt hoc bonum ſuper omnia, & maximè diligatur propter ſuam bonitatem, oportet bonitatem illam agnoſcere, vſque adeo ſui diffuſiuam, vt non niſi ſe ipſo hominem beare contendat. Vnde iam reſponſio patet ad obiectionem, quia ſummum bonum propter ſe ſupernaturali amore diligi nequit, antequam obiectum huius ſuperoaturalis charitatis agnoſcatur: tale vero non cognoſcitur niſi vt remunerator ſupernaturalis, æterneque felicitatis iuxta D. Thomam.

5. Et præter hanc ſolutionem, & rationem à priori, ad maiorem doctrinæ abundantiam addo eſſe moraliter impoſſibile Deum ſoper omnia à peccatore diligi antequam vt remunerator agnoſcatur: hæc enim moralis impoſſibilitas orta eſt ex difficultate, qoam poſt peccatum homo habet ad diligendum Deum, ploſquam ſe ipſum, propter præciſam bonitatem ipſius, vt in ſe eſt ſine vllo reſpectu ad booum noſtrum: & licet hæc difficultas per diuinæ gratiæ auxilia minuatur, hæc auxilia ex diuinæ prouidentiæ diſpenſatione hominem paulatim diſponunt, & promouent: Nam conuerſio peccatoris fit per diſpoſitiones proportionatas, alias aliis modo magis connaturali ſuccedentes; & ideo Tridentin. ſeſſio. 6. cap. 6. hoc vſus eſt diſpoſitionis ordine, vt fides præcederet, deinde per ſpem minus perfecto concupiſcentiæ amore Deum diligere peccator incipiat, vt poſtea ad perfectum charitatis actum procedat: & hac de cauſa Eccleſiaſtici primo dicitur qood, *Radix ſapientia eſt timere Deum*: nempè illius ſapientiæ de qua in eodem cap. dixerat: *Dilectio Dei honorabilis ſapientia*: & cap. 25. eiuſdem Eccleſ. habetur: *Timor Dei initium dilectionis eius*: & rationem reddit D. Thom. ad locum Pauli ſupra citatum accedentem ad Deum, &c. *Aliter enim nullus iret ad ipſum, ſi non ſperaret aliquam remunerationem ab ipſo*: ex quo ſequitur remunerationis notitiam eſſe gradum, per quem peccator ad Dei dilectionem aſceodit. Dices aliquem poſſe reperiri iuſtum qui tam feruenti charitate Deum diligat, vt poſthabito beatitudinis ſupernaturalis præmio, etiam ſi ſciret ſe nunquam ad illud peruenturum, adhuc Deum ſuper omnia amaret propter ſuam bonitatem. Reſpondeo, tamen neminem ad hunc gradum repente euehi, neque ab vno extremo ad aliud, niſi per medium, tranſitum fieri. & quamuis Spiritus ſancti gratia in aliquibus has intermedias diſpoſitiones celeri volatu percurrere faciat, oon ſine Dei timore tanquam præuio pedagogo charitatem inducit; vnde eleganter ſutoris ſetæ timorem æquiparat Auguſt. de Grat. & liber. arbitr. relatus in cap. ſicut ſeta de pœoiten. diſtinct. 2. *Sicut ſeta*, inquit, *introducit filum ita timor introducit charitatem creſcit charitas, minuitur timor: & è conuerſo*: noo ita tamen intelligas hoc *è conuerſo*, quaſi charitas minuatur, & timor creſcat: Nam charitas vel in totum amittitur, vel nihil, vt de fide diximus, ſed ſignificat Auguſtin. nonnunquam actuum deſuetudine, & contrariarum diſpoſitionum, nempè venialium peccatorum exercitio charitatem frigeſcere, & hominem ad illius amiſſionem diſponi: tunc vero timore maximè opus eſt, qui languentem charitatem excitet, ne facile amittatur. Vnde locum diui Pauli non modo in ordine ad primam iuſtificationem, ſed etiam ad perſeuerantiam, & progreſſum in eadem Dei dilectione interprætatur: vt accedentem ad Deum per primam iuſtificationem, vel diuturnam in diuina lege obſeruantiam, & in charitatis feruore permanſionem neceſſario credere oporteat Deum eſſe remuneratorem: Nam D. Paulus colligit Enoch placuiſſe Deo, ex eo quod fidem habuerit Dei remuneratoris: & tamen oon eſt dicendum quod Enoch à fidelibus parentibus natus in infantia iuſtificatus non ſit, per remedium originalis peccati infantibus applicari ſolitum cum ex illa familia fuerit, in qua cultus, & vera Dei fides conſeruabatur: ergo illa fides reſpectu Enoch neceſſaria noo fuit propter primam iuſtificationem, ſed ob illius augmentum, & perſeuerantiam in Dei dilectione, quia ſine hac fide explicita, non modo prima iuſtificatio non obtinetur, ſed oeque per longum tempus in obſeruatione diuinæ legis, & charitatis conſeruatione cum victoria occurrentium tentationum iuſtus perſeuerat.

6. Ad ſecundum Reſp. fœditatem peccati duobus modis conſiderari, primo vt eſt tantum contra rationem naturalem, & vt naturali ratione innoteſcit. Secundo vt ex fide cognoſcitur tantam malitiam habere, vt illi æterna damni, vel etiam ſenſus, pœna debeatur: primo modo adulterium verbi gratia quantumuis ob ſuam turpitudinem naturalem peccator deteſtetur, attritionem non habet ſufficientem cum ſacramento ad iuſtificationem, quia vt docet Aoguſtinus de vera & falſa pœniten. cap. 2. pœnitentia, quæ non eſt ex fide, inutilis eſt, illa verò, quæ ob naturale tantum motiuum procedit, ex fide non eſt, quamobrem ſemper attritio neceſſaria cum ſacramento, ex gratia Dei prouenire debet, & ſupernaturalis eſſe cenſetur: vt ex Trident. ſeſſio. 4. cap. 4. deducit Suar. tom. 4. in 3. p. diſput. 5. ſect. 1. quia hæc ex ſupernaturali motiuo procedens ſola efficax eſt ad deteſtationem peccati ſuper omnia, nam quæ in naturali ratione ſiſtit, debilis eſt, & ſaltem

moraliter

moraliter loquendo, & inſufficiens ad excitandum dolorem de peccato ſuper omnia. Hinc etiam eſt, quod eaplicita cognitio Dei remuneratoris per fidem haberi debeat, vt ex illa motiuum ſupernaturale innoteſcat, quod efficaciter moueat voluntatem ad pœnitentiam requiſitam: Nam cognitio naturalis Dei remuneratoris non niſi inferioris ordinis motiuum oſtendit ex ſe debile ad prouocandam deteſtationem peccati ſnper omnia: ex hac enim naturæ infirmitate neceſſitatem gratiæ ad hanc diſpoſitionem ſiue contritio ſit perfecta, ſiue imperfecta, nempè attritio, Patres deducunt: quare D. Paulns in diſcurſu illo cap. 11. ad Hebræos probat ſanctos per fidem temporalia bona contempſiſſe, quia multo digniorem repromiſſionem eapectabant: & non accepto ſuorum operum præmio diſceſſiſſe, quia illnd non in hac, ſed in cæleſti vita conſeqni ſperabant.

8. Iam ergo conſtat Deum, vt gratiæ auctorem, & remuneratorem humanorum operum, pœna, ſeu vita æterna per fidem agnoſci, oportere ex neceſſitate ſalutis: Nunc prima difficultas eſt an eadem neceſſitate credere opus ſit, Deum eſſe, & vnum eſſe auctorem, & gubernatorem vniuerſi, & alia quæ naturali lumine cognoſci poſſunt: Negant aliqui quorum memini quæſtione prima ſect. 5. ex quo loco iam patet quid dicendum ſit, & ſequenti concluſione magis declarabo. Prima Concluſio: fides etiam eorum quæ naturali lumine agnoſci poſſunt, medium eſt neceſſarium ad ſalutem: verbi gratia Deum exiſtere, vnum eſſe, auctorem & Dominum vniuerſi rerum humanarum prouidentiam habere rationalem animam eſſe immortalem, hanc tenent magis communiter Theologi cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 2. artic. 4. in corpore, & qnamuis in reſponſione ad ſecundum in oppoſitum inclinare videatur, quatenus ait: *Dicendum quod de eodem non poſſit eſſe ſcientia, & fides apud eundem, ſed id quod eſt ab vno ſcitum, poteſt eſſe ab alio creditum.* Exponendus tamen eſt D. Thom. ſecundum doctrinam, & rationem generalem, quam in corpore articuli tradidit, vt ſolum oſtendere velit ſcientiam illam naturalem non eſſe omnibus communem, quia licet aliqui naturali cognitione euidenter ſciant Deum eſſe, non omnes eamdem de Dei exiſtentia demonſtrationem conſtruere ſciunt: fidei tamen neceſſitas, & obligatio omnes conſtringit, vt certius illius obiectis aſſentiantur, quam qnibuſlibet veritatibus ex naturali ſcientia perſpectis; Ideoque hanc concluſionem ſequontur Valent. tom. 3. diſput. 1. quæſt. 2. punct. 2. ad finem: Suar. de fide diſput. 12. ſect. 3. numero 4. & 19. quamuis non ita meo iudicio extendenda ſit hæc ſententia, vt ipſe oſtendere videtur, quia cum loquatur de fide eaplicita neceſſaria neceſſitate medij ait, *De Deo credere neceſſe eſt, ea quæ lumine naturali vere de illo cognoſci poſſunt, & præcipuè ipſum exiſtere.* Nam cum propoſitio videatur æquipollere Vniuerſali in hac generalitate illam non probo, quia nimis rigoroſum eſſet, requirere fidem explicitam omnium attributorum, quæ à Philoſopho, naturali lumine poſſunt agnoſci: cum hanc neceſſitatem, neque ex ſacris literis, neque ex traditione Eccleſiæ colligamus: quamobrem etiam Suarius, non ita vniuerſaliter eſt intelligendos, ſed illud *ea* vel ſignificat aliqua, vel ſi ad omnia naturaliter de Deo cognoſcibilia eatendatur, illud *omnia* limitandum eſt, iuxta illa, quæ num. 7. docuit idem Doctor; nempè omnia attributa neceſſario de Deo credenda, ſine quibus veri Dei conceptus haberi non poteſt: noſtram etiam concluſionem tuentur Turian. de fide diſput. 26. dub. 1. Coninc. de moralit. act. ſupernatural. diſp. 14. dub. 9. concluſ. 1. numero 145. Peſantius 2. 2. quæſt. 2. ad artic. 7. diſp. 1. & Aragon. eadem quæſt. 2. artic. 5. Probatur primo quia ita exponendus eſt Paulus ad Hebræos 11. in eo loco ſæpè citato, *Credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt; & inquirentibus ſe remunerator ſit*: duo enim credenda, explicitè hic proponuntur: quorum vnum eſt, Deum exiſtere, quod naturaliter agnoſci poteſt: hoc vero non impedit neceſſitatem fidei de hoc eodem obiecto: ita locum eaponunt Ribera, Salmeron. Iuſtinian. Cornelius & alij communiter: alias eapoſitiones Caietan. & Cani, & Lorcæ ipſe ſect. 5. citata: item recentiores aliqui, quos proximè retuli, merito confutant, præſertim Coninc. numero 115. & Suar. numero 4. Probatur primo ex diſcurſu D. Thom. bene intellecto in citato artic. 4. Nam tres rationes ibi adduait D. Thom. Prima eſt, quia quæ per ſcientiam cognoſcuntur non niſi poſt longum tempus addiſci ſolent: præſertim in ſcientia de Deo, quæ alias diſciplinas ſupponit; quare oporteret Dei eapectare, vt vera de Deo cognitio haberetur. Secunda quia multi aliis vitæ occupationibus diſtracti ad hæc ſtudia incumbere nequeunt: cognitio vero ad ſalutem neceſſaria omnibus communis, & facilis perceptu eſſe debet. Tertia quæ multo efficacior eſt, ſumitur ex certitudine noſtræ fidei: Nam com cognitio naturalis circa res diuinas, præſertim ob ſui excellentiam maaimè deficiens ſit, & erroris periculo obnoxia, ea vero quibus noſtra fides & religio nititur, certa & indubitata eſſe debeant, oportebat vt cognitio eorum non ratione humana, ſed reuelatione diuina, quæ nec falli neque fallere poteſt, fundaretur, & vt omnibus rebus fidei homines aſſentirentur certius, quam quæ naturali lumine comprehenduntur: ſi ergo de omnibus obiectis fidei ita certi eſſe tenentur fideles, vt ea ſuper omnia credant, illa quæ cæterorum fundamenta ſunt, nempè eſſe Deum, eſſe vnum, &c. ſola certitudine naturalis ſcientiæ, profecto firma non manerent. Secundo quia cognitio, quæ per ſe neceſſario præcedit ſpem & charitatem, religionem, & alias virtutes, eſt initium ſalutis, ſed talis non eſt cognitio naturalis, quæ ex ſolis naturæ viribos per concurſum generalem Dei habetur: ergo cognitio de Dei exiſtentia naturalis in philoſopho non tollit obligationem, & neceſſitatem credendi Deum

eſſe, quod non niſi ex Dei gratia creditur. Dices cognitionem, quæ dirigit hos actus eſſe cognitionem Dei, vt anthoris gratiæ, & ſub hac ratione non cognoſcitur naturaliter, ſed creditur. Vrgeo tamen, quia vt eadem certitudine, & firmitate dirigantur actus virtutum prædictarum, non ſufficit credere ſolum auctorem gratię, ſed hunc auctorem gratiæ etiam eſſe, ideſt exiſtere neceſſario, & eſſe vnum: Nam ſi hæc minus certa cognitione innoteſcant, iudicium circa hoc totum non haberet æqualem certitudinem: immo cum eſſe ſupponatur id quod eſt, auctorem gratiæ eſſe, in fundamento naturalis cognitionis minus certo, maior fidei certitudo fulciri non poſſet: ergo vt hoc iudicium totum certitudinem fidei habeat cum adæquato obiecto comparatum, vtrumqne credi oportet, & Deum eſſe, & eſſe vnum, & gratiæ auctorem: Nam cum eſſe Dei ſit fundamentum omnium quæ de Deo creduntur non minus certi eſſe deheat fideles de hac veritate, quam de reliquis quæ in illa fundantur.

9. Deinde quod in qualibet lege neceſſarium fuerit credere Deum eſſe ſupremum Dominum, creatorem, & gubernatorem vniuerſi, oſtenditur primo ex Paulo eodem cap. ad Hebræos 11. *Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei.* Secundo ea de Deo credere oportet, ſine quibus veri Dei conceptus formari non poteſt, & quæ ad illum colendum, & amandum, ſicut oportet, cognoſcere neceſſe eſt: talia vero ſunt illa attributa, quod vnus ſit ab omnibus rebus creatis ſeparatus, & independens, omnium principium, & Dominus, vt qua talis coli, & honorari poſſit. Denique neque illum timere poſſum, vt malorum vindicem, neque ab eo ſperare ſupernaturalem beatitudinem, niſi credam illum eſſe gubernatorem vniuerſi, rerum prouidentiam habere & animam eſſe immortalem, ideoque hæc etiam credere oportebit: Rogabis an præter hæc, alia credi oporteat eadem neceſſitate medij ſiue naturaliter cognoſci poſſint ſiue ſupernaturaliter, exceptis illis duobus myſteriis Incarnationis, & Trinitatis, de quibus in ſecunda & tertia difficultate: reſpondet Suar. ſect. 3. citata numero 7. credi oportere Deum eſſe ſummè verum, & bonum, qui neminem decipere poteſt, quia qui hoc de Deo non crediderit non poterit certam Deo fidem adhibere, & ideo in quocumque actu fidei hæc includi ſimul credita: quare illorum explicitam fidem eſſe omnino neceſſariam, & numero 19. ait eadem neceſſitate credendum eſſe peccatum originale, vel ſaltem peccata in genere, quod illis offendatur Deus: item neceſſitatem gratiæ, & auxilij diuini. Denique addit Peſant. diſput. 1. citata, etiam fuiſſe medium neceſſarium in qualibet lege dari præcepta de actibus fidei, ſpei, & charitatis: cum hoc tamen diſcrimine, quod Suar. adhibet certam moderationem, ob quam illius ſententia multo eſt veriſimilior: moderatio vero eſt, ſolum per ſe loquendo harum rerum fidem eſſe neceſſariam, & ſufficientem, quamuis in omni euen-

A tu non oporteat iſta credere per fidem à Deo explicitam, vt per diuerſos conceptus, & per actus differentes habeatur: Nam qui credit, & ſperat præmia alterius vitæ, ſatis credit animæ immortalitatem, & qui credit in Deum vt auctorem gratiæ, ſeu iuſtificatorem ſatis credit neceſſitatem auxilij gratuiti, & à Deo fieri peccatorum remiſſionem: quamuis neque de originali peccato, neque de alio in particulari cogitet: quamobrem, ita fidem harum rerum explicitam requirit Suar. per diſtinctos conceptus per ſe, & regulariter, ſeu in verbo; non tamen in omni euentu actualiter, & in re talem fidem habere neceſſe eſt, neceſſitate medij per diuerſos, & peculiares conceptus.

B Verum ne faciamus quæſtionem de vocabulo, ſtandum eſt in explicatione ſuperius facta de fide implicita, & explicita, nempè hanc ſuper illam non addere cognitionem diſtinctam, & adeo claram, vt per ſe proprium & diſtinctum conceptum terminet, ſed ſolum determinatam, & peculiarem alicuius obiecti cognitionem, quæ à generali aliqua ratione, & cognitione ad particularem, & magis limitatam deſcendat, & in ſe ſaltem confuſè in particulari notitia fidei contineatur: Nam, verbi gratia generalis ratio & cognitio fidei erit credere quidquid credit Eccleſia: ab hac igitur omnis confuſa, & generali cognitione fidei deſcendere oportet ad particularem aſſenſum alicuius veritatis, quam neceſſario credendam dicimus neceſſitate medij, quæ C neceſſitas talis eſt, vt ſine tali medio adultus ad iuſtificationem peruenire non poſſit. Hoc poſitó ſit ſecunda Concluſio, Quando aliquid in particulari creditur cum quo determinate, & in particulari aliud coniunctum eſt, & in eo contentum, dico ſufficere fidem confuſam huius, quod cum fide alterius neceſſario connectitur, vt explicitè credi cenſeatur: neque ad hoc vlterius oportet, vt peculiari, & diſtincto conceptu credatur, & in hoc ſenſu limitatio Suarij, omnino vera eſt: vt patet in exemplo de immortalitate animæ rationalis, quæ creditur quando Deus vt remunerator ſupplicij, vel præmij æterni creditur. Vnde fides illa diſtincta quam requirit Peſant. de præceptis fidei, ſpei, & charitatis, nullo modo D neceſſaria eſt, tanquam medium ad ſalutem neceſſarium: Nam quando Deus vt autor gratiæ, & remunerator creditur, quia hæc fides propoſita eſt tanquam medium neceſſarium ad ſalutem infideli adulto, qui mediante hac fide ſperat peccatorum remiſſionem à Deo conſequi ex meritis Chriſti, adiungendo actum contritionis, vel attritionis cum ſacramento baptiſmi: non eſt dubium ſtatim poſſe iuſtificari etiam ſi propter aliquam cauſam de nullo alio præcepto fidei, ſpei, & charitatis cogitet actu reflexo, & in actu ſignato, quia in actu exercito iam credit dari præceptum de fide neceſſaria neceſſitate medij item de ſpe, etſi inuincibiliter actum contritionis ignoret, vel charitatis, ſufficiet attritio cum ſacramento, in quo caſu ſine fide præcepti charitatis iuſtificari, etſi moriatur ſtatim poſt baptiſmum

10.

Digitized by Google

baptiſmum ſaluari certum eſt: ergo falſum eſt, fidem explicitam & particularem de præceptis fidei, ſpei, & charitatis in quocumque tempore eſſe medium neceſſarium ad ſalutem reſpectu adultorum, vt dicebat Peſant.

11. Tertia Concluſio: Quando Deus particulari conceptu, vt auctor totius naturæ & ſpiritualis ſanctitatis, ſeu iuſtificationis humanæ, item vt ſupernaturalis finis hominis, & remunerator in altera vita bonorum & malorum operum creditur, nullus alius particularis conceptus ſeu fides cæterorum obiectorum, quæ numerata ſunt, requiritur, tanquam medium neceſſarium ad ſalutem: Probatur primo, quia ſine manifeſta ratione, & fundamento in ſacra ſcriptura, aut Eccleſiæ traditione non eſt reddenda difficilis hominum ſalus accumulando media omnino neceſſaria ad ſalutem, ſed, vt ſaluentur omnia, quæ de fide ad ſalutem omnino ſunt requiſita in adulto, qui iuſtificari debet, ſecundum ſacras literas, Concilia, & patres, hæc ſufficiunt: excipio myſterium Incarnationis & Trinitatis, de quibus ſtatim agam: ergo nihil aliud ex neceſſitate medij peculiari conceptu per ſe, eſt neceſſario credendum: minor quæ ſola probatione eget, probatur: quia nullum teſtimonium clarius affertur de neceſſitate fidei tractans, quam illud Pauli toties repetitum, *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit*: quem locum magis communiter interpretes & Theologi declarant iuxta hanc noſtram aſſertionem, vt illa, quæ notauimus, determinatè, & in particulari credi, neceſſe ſit ad ſalutem: & nullus alius eſt locus ſacræ ſcripturę ex quo aliud neceſſario credendum neceſſitate medij in qualibet lege, & quouis tempore exiſtimetur, ſed ſi alia teſtimonia ſpeciatim notantur, ſolum neceſſitatem præcepti inducere, ex ipſorum materia conſtat. Secundo in hoc ſecundo aſſerto ponuntur ea, quorum cognitio eſt ſufficiens, & adæquata diſpoſitio ex parte intellectus, vt ex illa ducatur voluntas adulti iuſtificandi ad actus ſpei, & charitatis, ſeu contritionis ſupernaturalis, ſed hæc propria, & proxima diſpoſitio eſt, cui Deus ſuam ſtatim gratiam quodam veluti iureiurando promiſit teſte Ezechiele 33. numero 11. *Viuo ego dicit Dominus: nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat*: ergo fides, quæ hanc cognitionem complectitur eſt medium ſufficiens ad ſalutem. Tertio omnia illa quæ ſpeciatim notantur à Suar. Peſantio, & aliis citatis ſunt connexa cum his, quæ diſtinctè credenda eſſe dixi, vt patet diſcurrenti per ſingula: ſed vt in primo aſſerto dixi, hoc ſufficit, vt ab illa generalitate cognitionis implicitę ad aliquam particularem explicitam, quamuis confuſam, & non ita claram, & diſtinctam deſcenſus fiat: ergo non requiritur fides de aliquo in particulari, & diſtinctè cognito in ſe præter aſſignata. Maior confirmatur: Nam remiſſio peccatorum connexa eſt cum infuſione gratiæ ſaltem de lege ordinaria, & vt peccata deteſtationem terminent ſatis eſt, ſi in confuſo concipiantur, quatenus à diuina amicitia, & gratia auertunt, & qui credit Deum eſſe auctorem gratiæ, & ſanctitatis humanæ, illam vt Dei beneficium agnoſcit, ſine cuius auxilio illa obtineri non valet: non oportet igitur, vt per diſtinctos actus horum fides habeatur. Vnde colliges primo: neque regulariter, & per ſe eſſe neceſſarios hos actus diſtinctos neceſſitate medij, ſed cum plurimum neceſſitate præcepti, vt ſect. ſequenti dicam: ſi enim eſſet horum fides ſpecialis neceſſaria neceſſitate medij, nullus ſine tali medio ſaluaretur: quare ſi ſemel admittitur, quod in aliquibus euentis datur ſalus ſine illorum ſpeciali fide, neceſſitas talis fidei, præcepti, non medij cenſetur. Iam enim præcedenti ſectione diximus in actu fidei neceſſario neceſſitatè medij non eſſe diſtinguendam fidem habitam in re, & in voto: vt de baptiſmo dicitur: & diuerſam aſſignauimus rationem in baptiſmo, & in fide, quam idem Suar. ſect. 2. n. 11. eiuſdem diſp. 12. admittit, & nihilominus ſect. 3. in fine ad eamdem diſtinctionem recurrit: cum tamen eadem ſit neceſſitas fidei, quæ eſt medium ad ſalutem, ſiue accipiatur in genere, ſiue in ſpecie, & reſpectu particularium obiectorum, quæ ſimili modo ex neceſſitate medij credenda cenſentur: Colliges ſecundo idem dicendum de illis obiectis in particulari, quæ in prima concluſione aſſignauimus tanquam neceſſario credenda, licet naturali cognitione poſſint comprehendi, nempè ſatis eſſe, ſi in aliquo particulari obiecto neceſſario coniuncta credantur, vt exemplum de animæ immortalitatè manifeſtat, quæ creditur in fide Dei remuneratoris, quare etiamſi in ea concluſione diuerſa obiecta diſtinguamus, non ſignificamus, illa per diſtinctos fidei actus & peculiares conceptus in ſe diſtinctè neceſſario credi debere, vt explicita eorum fides habeatur, quæ neceſſaria neceſſitatè medij indicatur.

12. Secunda difficultas eſt de myſterio Incarnationis: vtrum ſit medium ad ſalutem præcisè neceſſarium fides Chriſti Redemptoris: & vt diſtinctius in ea procedamus, primum loquemur de tempore legis naturæ, vel ſcriptę vſque ad Chriſti aduentum. Deinde de tempore legis gratiæ: & quidem in vtroque euentu certum eſt de fide, vt docet Suar. diſput. 12. ſect. 3. numero 12. D. Thom. 2. 2. quæſt. 2. artic. 7. Lorca diſp. 20. & alij, fidem Chriſti abſtrahendo ab implicita, vel implicita neceſſariam eſſe poſt originale peccatum ad ſalutem: huius veritatis catholicę ſæpè meminit ſcriptura ſacra ex profeſſo, & manifeſtè Paul. ad Rom. 3. *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu quem propoſuit propitiationem per fidem in ſanguine ipſius*: & infra: *vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum, qui ex fide eſt Ieſu Chriſti*: alia teſtimonia ſcripturæ & Patrum inferius referam, quæ hoc ſaltem oſtendunt. Cum enim omnes tenerentur credere Deum eſſe iuſtificatorem per medium ex beneplacito diuinæ voluntatis, & Deus ſtatueret, neminem ſaluare, neque iuſtificare, niſi per Chriſtum mediatorem, implicitè non ex natura rei, ſed ex ordinatione Dei crede-

batur in confuſo per hoc medium ſalutem obtinendam. Hinc duo confutantur errores alter Iudæorum, alter Pelagianorum, illi enim non credebant Meſſiam ad animarum ſalutem & hominum redemptionem venturum, quod tota ſacra pagina mille locis deprædicat: hi verò dicebant Chriſtum non profuiſſe iuſtis, qui eum præceſſerunt, vt refert Auguſt. lib. 2. de peccato originali cap. 26. non enim agnoſcentes originale peccatum, neque gratiam, aſſerebant Chriſtum ſolo exemplo, & doctrina hominum ſalutem iuuiſſe: contra id quod primæ Ioan. 2. dicitur. *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi, &c.* & alia ſimilia teſtimonia: hoc poſito controuerſia
13. eſt de fide explicita, an neceſſarium medium fuerit ad ſalutem ante Chriſti aduentum & Euangelij promulgationem toto tempore antecedenti: & vt difficultatis punctum melius intelligatur, tribus modis fides explicita Chriſti neceſſaria videri poterit: primo credendo mittendum eſſe à Deo aliquem, qui eſſet mediator inter homines & Deum, & nos Deo reconciliaret modo ipſi noto, abſtrahendo an ille eſſe deberet purus homo, ſeu Angelus, an ipſe Deus factus homo. Secundo credendo explicatius Chriſtum Deum hominem mittendum. Tertio credendo modum redemptionis, nimirum per paſſionem, & mortem. Aliqui ergo docent prædicto tempore neceſſariam fuiſſe fidem primo modo, quæ explicita eſt reſpectu alterius, quæ in confuſo media iuſtificationis credit ex diuino beneplacito futura, non tamen ad mediatoris alicuius peculiarem cognitionem deſcendit; aliis vero duobus modis fatetur non fuiſſe fidem Chriſti medium præcisè neceſſarium: hanc vt probabilem docet Suar. citatus numero 17. eam ſimpliciter tenent Becanus de fide cap. 12. quæſt. 2. concluſ. 1. Coninc. diſput. 14. dub. 9. numero 147. concluſ. 2. & Lorca 2. 2. diſput. 21. numero 4. qui pro eadem refert Magiſt. D. Thom. Scot. Hugon. Bonauen. Medinam Sotum, Cordub. Almain. & Gabriel. ſed illi tres priores ſanè falſo referuntur: Nam Magiſter in 3. diſt. 25. lit. B. §. *Quid ergo*, ait ſimplices ſatis credere ſi in ordine ad fidem mediatoris Chriſti crederent id quod maiores credunt. D. Thom. quæſt. 2. artic. 7. ad 3. ex verbis quæ ipſe Lorca refert, oppoſitum ſanè oſtendit, cum illam fidem de Chriſto venturo cognitionem ſub velamine ſacrificiorum velatam fuiſſe teſtatur, & magis ſe explicat 3. part. quæſt. 67. artic. 5. dum ait, *Quibus reuelatio non fuit facta non fuerunt ſaluati abſque fide mediatoris: quia etſi non habuerunt fidem explicitam, habuerunt tamen fidem implicitam in diuina prouidentia credentes Deum eſſe liberatorem hominum ſecundum modos ſibi placitos*: idem clariſſimè docet in 3. diſtinct. 25. quæſt. 2. artic. 2. quæſtiuncula 2. Item Scot. diſtinct. 25. quæſtione prima manifeſtè loquitur de Chriſto redemptore: quare ſub nomine mediatoris, prout abſtrahit à pura creatura, & à Chriſto Domino illi ſententiæ non fauet, & videtur loqui potius de neceſſitate præcepti, non medij. Ideo pro oppoſita citatur à Valent. vt infra oſtendam: Immo neque cæteri auctores Hugo. Bonauen. Medin. & Sot. illam ſententiam defendunt, ſed in contrariam magis inclinant, & pro ea referuntur à Turriano, & Suar. illius fundamenta omitto, quia in probanda ſequenti concluſione oppoſitam opinionem proponente, quam infirma ſint, demonſtrabo.

Quarta Concluſio: Nullo ex tribus modis prædictis fides Chriſti neceſſaria fuit neceſſitate medij toto tempore, quo durauit lex naturæ, & lex ſcripta: ita Magiſter, D. Thom. vbi ſupra, Alenſ. 3. p. quæſt. 69. alias 82. memb. 3. art. 2. ad 3. Valent. tom. 3. 1. quæſt. 2. punct. 4. propoſ. 1. citans Bonauent. Scot. Dur. Richard. item Suar. ſect. illa 3. referens Hugonem, Canum & alios, Turrian. de fide diſput. 5. Petantius vbi ſupra concluſ. 4. & 5. Sanches in decalogo lib. 2. cap. 2. concluſ. 4. & 5. Pro eadem ſtare Palud. Carthuſ. & Bannes, fatetur Lorca numero 3. Probatur primo ex Paulo ad Galat. 3. numero 23. *Priuſquam veniret fides ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat.* In quo loco nomine fidei Euangelica lex intelligitur quæ Chriſti liberatoris myſteria palàm credenda proponit, vt cum Clement. Alex. lib. 1. pedag. cap. 6. Iuſtinianus declarat. Ideoque ad Epheſ. 3. & ad Coloſſenſ. 1. myſterium Incarnationis dicitur abſconditum à ſæculis & à generationibus. In eodem ſenſu dixit Auguſtin. lib. 19. contra Fauſt. cap. 14. antiquitus occultam fuiſſe fidem, & hoc tempore legis gratiæ eam eſſe reuelatam: Non enim intelligi poteſt de qualibet fide, quia ſine illa nullo vmquam tempore adultus ſalutem obtinuit: oportet ergo vt de fide Chriſti ſermocinetur: idem ſignificat 2. de grat. Chriſti cap. 25. Item Chryſoſtom. homil. 37. in Matth. Bernard. epiſtol. 77. ad Hugon. cuius ſententiam in hoc puncto, vt notat Suar. declararunt Bernard. & Laudauit. Item Irenæ. lib. 1. contra hæreſ. cap. 5. Euſeb. de præpar. Euang. lib. 7. cap. 5. Neque dici poteſt quod hæc teſtimonia loquantur de vero mediatore Chriſto Ieſu, cuius Incarnatio abſcondita erat: Nam ſcripturæ, & Patres quando requirunt fidem mediatoris ad ſalutem neceſſariam, determinatè ad Chriſtum referuntur: neque enim vmquam Deus reuelauit ſub illa generalitate mediatorem futurum. Secundo probatur ratione: Nam fides explicita Chriſti, eo tempore, neque neceſſaria erat ad ſalutem ex natura rei, neque ex diuina ordinatione: ergo nullo modo: Non primum, quia ſufficiebat fides Dei iuſtificatoris, & remuneratoris ad excitandum contritionis actum, ſeu dilectionis: & ideo quando Paulus fidem explicitam declarauit ad Hebræos 11. nihil aliud popoſcit: Non ſecundum quia hoc decretum, & beneplacitum ſuum Deus hominibus reuelare deberet, ne medium ad ſalutem præcisè neceſſarium hominibus, quos ſaluos fieri optabat, ignotum foret, ſed neque ex diuinis libris neque ex Conciliis, neque ex Patribus hoc decretum fuiſſe conſtat: ergo abſque fundamento ſuffi-

cienti

cienti inducitur hæc neceſſitas medij ad ſalutem omnino requiſiti ante Chriſti aduentum: Minor probatur, quia omnia teſtimonia, quæ afferuntur, nihil iuuant præcedentem ſententiam de mediatore in generali, nam omnia de Chriſto mediatore in particulari procedunt: vel ergo fides talis mediatoris nempè Dei, & hominis pro hominibus morituri, neceſſaria fuit neceſſitate medij, quod auctores oppoſitæ ſententiæ non volunt, vel aliter exponi debent ea teſtimonia: nimirum de fide implicita Chriſti mediatoris, aut Chriſtus mediator non intelligitur, vt obiectum fidei neceſſariæ neceſſitate medij, ſed ſolum, vt cauſa meritoria, propter quam fides, & Iuſtitia data eſt quouis tempore illis omnibus, quibus infuſa à Deo fuit ea fides. Tertio quia licet tempore illo antecedenti priuatim aliquibus reuelatus fuerit Chriſti aduentus, tamen intra limites priuatæ reuelationis illa manifeſtatio permanſit: Numquam enim vniuerſæ Eccleſiæ propoſitum fuit Incarnationis myſterium, neque ab ea hominibus declaratum: ergo non potuit eſſe medium ad ſalutem, neceſſario credendum eſſe mediatorem Chriſtum.

15. Grauius tamen vrget difficultas, ſi ad aliud tempus nouæ legis ex quo ſufficienter creditur promulgata (de quo tempore in titulo de conſtitut. diſput. 2. dicendum) transferatur. De hoc igitur tempore quatuor reperio ſententias. Prima ſententia docet, neque hoc tempore neceſſariam eſſe fidem explicitam Chriſti mediatoris neceſſitate medij. Ita Durand. in 3. diſtinct. 25. quæſtione prima; Richard. artic. 3. quæſtione prima; Sotus in 4. diſtinct. 5. quæſtione 2. artic. 2. & lib. 2. de naturalit. & grat. cap. 11. & 12. Cordub. lib. 2. quæſtione 4. propoſ. 3. Michael. Medin. lib. 4. de recta in Deum fide, cap. 3. qui tres licet affirment fidem Chriſti explicitam, neceſſariam eſſe neceſſitate medij, ſtatim addunt ab hac neceſſitate excuſare inuincibilem ignorantiam, quod quidem in re eſt negare præciſam neceſſitatem huius fidei explicitæ: idemque videntur ſentire Guillielmus Pariſienſis, & Anteſiodorenſ. & ſic eos intelligit Lorca: eamdem ſententiam ſequitur Cumel. 1. 2. quæſtione 89. artic. 6. diſput. 4. Iacobus Latomus de fide & oper. Henriq. lib. 4. de ſacrament. cap. 21. §. 2. Saa, V. fides numero primo: probabilem credit Coninc. diſput. 14. dub. 9. concluſ. 4. numero 165. quamuis addat neceſſarium non eſſe, credere explicitè Chriſtum eſſe mediatorem, & ſaluatorem: mortuum fuiſſe, & reſurrexiſſe, neceſſitate medij: idem ſenſiſſe Vaſquez docet Turrianus de fide diſput. 27. dub. 4. Probatur hæc ſententia primo, quia fides Chriſti neque ex natura rei; neque ex inſtitutione diuina videtur medium ad ſalutem neceſſarium: primum ſatis patet præſertim ſuppoſita doctrina præcedentis concluſionis. Secundum probatur reſpondendo ad loca quæ ex ſacra ſcriptura & Patribus afferuntur eodem modo quo in ſecundo argumento pro ſecunda concluſione reſpondetur: illa procedere de fide implicita; vel de Chriſto, non vt obiecto, ſed vt cauſa meritoria propter quam datur fides: vel denique quod neceſſitatem præcepti inculcant, non neceſſitatem medij perſuadent. Secundo, quia fides explicita Dei auctoris gratiæ, & remuneratoris, prout proponitur à D. Paul. ad Hebræos 11. & vt ſupra declaraui, non minus efficax eſt in lege gratiæ ad excitandum affectum contritionis, vel dilectionis Dei ſuper omnia, quam in lege ſcripta: Nam auxilia gratiæ multo abundantius in hac noua quam in illa veteri lege conferri ſolent, & meritum credendi Deum iuſtificatorem & remuneratorem nunc inferioris conditionis non eſt, ſed in lege veteri ex illa fide iuſtificabatur homo cum ſola implicita Chriſti fide: ergo etiam in noua idem continget. Tertio vt aliquis in ſacramento baptiſmi, vel pœnitentiæ iuſtificetur, ſatis eſt attritio, ſed ad hanc non requiritur cognitio Chriſti, quia ex timore inferni haberi poteſt, vel ex turpitudine peccati, quæ hominem æterna pœna dignum reddit, & à vita æterna excludit: ergo ſi iſte qui ad ſacramentum accedit cum hac diſpoſitione ignoret inuincibiliter Dei filium hominem factum, & mediatorem eſſe hominum, in ſacramento ritè ſuſcepto non iuſtificabitur ex defectu fidei iuxta oppoſitam ſententiam, quod tamen videtur falſum: & quod hic caſus ſæpè contingat confeſſores experiuntur, qui ruſticorum audiunt confeſſiones, in quibus multi reperiuntur, qui myſterium Incarnationis non intelligunt, neque explicitam Chriſti cognitionem nedum fidem vnquam habuera: & dicere quod in eo, qui ſacramentum ritè ſuſcipit & obicem ex culpa non ponit, effectus gratiæ non ſequatur, durum ſane videtur.

Quarto non magis neceſſarium videtur medium ad primam Iuſtificationem fides Chriſti, quam ad ſecundam, vel tertiam deperdita ſemel, atque iterum gratia: ergo quoties aliquis relabitur in peccatum & de nouo gratiam recuperare debet in ſacramento, vel extra ſacramentum, non debet ignorare myſterium incarnationis: Nam ſi illius obliuiſcatur ad ſecundam vel tertiam iuſtificationem peruenire non poterit, quod ſane duriſſimum eſſe quis non videt? Antecedens probatur, quia teſtimonia, quæ afferuntur ad probandam neceſſitatem fidei explicitæ Chriſti mediatoris ad iuſtificationem, æqualiter procedunt de prima, & ſecunda, ac reliquis. Vnum tantum pono exemplum ex Ioann. 3. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam*: & hoc loco colligitur fidem in Chriſtum crucifixum omnino exigi vt peccatorum vulnera ſanentur: ergo ſicut Iudæi quando ſecundo, & tertio ſerpentum morſus perpeſſi ſunt 2. & 3. in ſerpentem æneum 16.

Hh

aſpicere contendebant, vt nouas plagas nouo ſerpentis aſpectu mederentur, ita fideles ad ſecundam, & tertiam iuſtificationem ex Chriſti fide ſpiritualia peccatorum vulnera curare deberent, & qui Chriſti mediatoris obliuiſceretur in ſua iuſtificatione, nec peccatorum remiſſionem nec Dei gratiam obtineret. Quinto, quando aliquis Cathecumenus inſtruitur, non poteſt ſimul omnes fidei articulos addiſcere: ponamus, ergo caſum in praxi ſane non impoſſibilem, in quo prædicator, vt à facilioribus incipiat, prius vnitatem Dei iuſtificatoris & remuneratoris deprædicat: & ne multis obruat, & confundat cathecumenum audientem, in alteram horam, vel diem differt prædicationem myſterij Trinitatis, & Incarnationis doctrinam. Interim taman ille cathecumenus, quia philoſophus eſt, & facile intellexit Deum eſſe iuſtificatorem, & remuneratorem, credidit fide diuina, nulla enim eſt repugnantia cur non potuerit credere illa, quæ didicerat, quia ad credendum ſufficientia habuit motiua: ergo iam ex illa fide potuit induci ad timendum Deum, & ad deprecandam illius miſericordiam vt ſibi ignoſcat, & denique poterit Deum ſic cognitum diligere ob ſuam bonitatem, & ſua deteſtari paccata quatenus Dei ioſtificatoris voluntati contraria eſſe agnoſcebat: ergo iam ſine fide Chriſti explicita iuſtificatur: & ſi difficile videatur, iam repente ad contritionia, vel charitatis actum promoueri hominem incipientem credere, ſaltem poterit attritionem habere, & quia ſuperueniente graui ægritudine in mortia periculum incidit, baptiſmum petiit, & antequam inſtrui poſſet de myſterio Incarnationis, & fidem explicitam Chriſti habere, vſum rationis amiſit, & quæritur an hic debeat baptizari, & ſi baptizatur iuſtificetur cum ſola attritione, & ſaluetur: ſane ſi fidei pœnitentiæque ſigna dedit, & baptiſmum petiit ei non negandum videtur ſacramentum baptiſmi, & illius interuentu iuſtificationem & ſalutem obtinere poſſe aſſerendum.

17. Secunda ſententia omnino oppoſita, poſt promolgationem Euangelij fidem Chriſti explicitam tanquam medium ad ſalutem neceſſarium depoſcit: hanc tenent Valent. punct. 4. ſopra citato, Lorca 1. 2. diſput. 21. memb. 2. Peſant. 2. 2. quæſtione ſecunda artic. 7. diſput. 1. concluſ. 6. Malderus ad eumdem artic. Beccanus de fide cap. 12. quæſtione ſecunda numero 10. Sanches in Decalog. lib. 2. cap. 2. Cornel. in acta Apoſtol. cap. 10. verſ. 2. vbi communiorem, & veriorem ſententiam eſſe dicit. Molin. 1. par. quæſtione 1. artic. 1. diſput. 2. Lorinus Actorum 4. verſic. 13. item 8. verſic. 37. referuntur pro eadem Alenſ. Albert. Bonauent. Hugon. Scot. Gabriel. Marſil. Gerſon. Carthuſ. ſed licet ad hoc magis propendeant, non ſatis ſe explicant vtrum de neceſſitate medij an præcepti loquantur: immo neque in quo ſenſu fidem explicitam intelligant: ſolum D. Thomæ mentem inferius examinabo, & in germano ſenſu exponam: huius ſententiæ probationes inferius adducam quæ præcipuè in auctoritate ſcripturæ, & ſanctorum teſtimoniis fundantur. Cum ergo alij theologi ex vna parte efficacas rationes, ex altera auctoritatem ſtare cognouerint, mediam quamdam viam inueſtigarunt, & alias duas ſententias innexerunt, quarum prima & in ordine tertia, docet fidem explicitam Chriſti etiam poſt promulgatum Euangelium ſufficere ad iuſtificationem, non tamen ad ſalutem, ſeu vitam æternam obtinendam. Vt primo ſatisfacerent rationibus, ſecundo auctoritati. Ita tuentur Canus in ſelect. de ſactament. par. 2. quæſtione 2. concluſ. 3. Bannes 2. 2. quæſtione ſecunda artic. 8. dub. vltimo Aragon. ibidem artic. 5. Ioann. de Bonomia in tract. de prædeſtinat. in ſolut. obiectionom. Caſtro de lege pœnali lib. 2. cap. 14. Ledeſma in quarto parte prima quæſtione 9. artic. 2. fundamenta prioris partis ſunt illæ rationes quas pro prima ſententia adduximus, poſterioris vero fundamenta ſunt teſtimonia quæ pro ſecunda ſententia adduci ſolent, & nos ad noſtram oſtendendam infra afferemus: deinde exemplis illuſtratua: Nam Cornelius, vt dicitur actorum 10. vit erat ſeligioſus, ac timens Deum, cui Angelus per viſum dixit, *Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Domini*, quod eſt ſignom, ipſum iam eſſe iuſtificatum, quod ſignificat Auguſtinus lib. de prædeſtinatione ſanctorum cap. 7. vbi ait, *Nec tamen ſine aliqua fide donabat, & orabat; Nam quoque modo inuocabat, in quem non crediderat, ſed ſi poſſet ſine fide Chriſti eſſe ſaluus, non ad eum adificandum mitteretur architectus Apoſtolus Petrus*: & ſane iam antea quam de fide Chriſti illuminaretor, fuiſſe iuſtificatum docet Cornelius vbi ſupra cum D. Gregor. Beda, Dionyſ. Lorin. Bonauent. Albert. D. Thom. Richard & aliis: ergo ſignum eſt potuiſſe ſine fide Chriſti explicita iuſtificari, ſed non ſaluari. Denique etiam ſi plures iuſti veteris teſtamenti ſine fide explicita Chriſti iuſtificati fuerint, nullus tamen ſalutem obtinuit, ante aduentum Chriſti, ſed in ſinu Abrahæ detinebantur, ibique explicitè credebant, & ſperabant redemptorem: eratque maximè conueniens ad honorem Chriſti, vt nullus gloriam obtineret ſine fide Chriſti, cuius meritis omnes illam potuerunt promereri.

Quarta opinio admittit quidem fidem explicitam Chriſti eſſe medium per ſe ad ſalutem neceſſarium, vel in re vel in voto, 18.
quando per accidens ex ignorantia inuincibili in re haberi nequit: ita Suar. diſput. 12. de fide ſect. 4. à numero 18. Turrian. de fide diſput. 27. dub. 5. §. cum ergo: & probant primo: quia ſic ſatisfit rationibus, quæ probant non ſemper requiri hanc fidem Chriſti explicitam in

re , & ex altera parte , quia ſaltem in voto neceſſaria eſt , & ſaluantur dicta ſacræ ſcripturæ & Patrum : ſi dicas hanc neceſſitatem non excedere neceſſitatem præcepti , & tollere neceſſitatem medij , ſi quidem ſine eo , in re habito iuſtificatio , & ſalus obtinetur ; reſpondent hanc fidem non eſſe ſolum neceſſariam eo modo , quo alia præcepta affirmatiua , quæ ſolum obligant in tempore neceſſitatis , aut tempore præſcripto , per præceptum , neque ſolum propter honeſtatem actus præcepti , ſed eſſe neceſſariam per ſe propter ipſam iuſtificationem. Vnde quando acciderit , vt vnus iuſtificetur ſine illa , tenetur poſtea cum primum poſſit, explicitè credere : exemplum ſumitur ex materia de pœnitentia: Nam formalis deteſtatio , & dolor peccatorum eſt neceſſarium medium ad conſequendam eorum remiſſionem , & tamen ſi aliquis conuertatur in Deum per amorem ſupernaturalem ſine aliqua conſideratione peccatorum , ex quadam naturali obliuione , ſtatim gratiam conſequitur , & ipſi remittuntur peccata , & ratio eſt quia ſufficit dolor virtute , & in voto in dilectione Dei contentus : ſimili modo fides implicita contenta virtute in voto voluntatis implendi omnia neceſſaria ad ſalutem, ſatis erit in caſu neceſſitatis , & hoc non obſtante dicitur medium neceſſarium ; quia quando medium eſt de ratione quaſi intrinſeca iuſtificationis , tunc eius neceſſitas eſt in re ipſa , quando vero additum eſt ex inſtitutione qualis eſt fides explicita Chriſti , tunc vel in re , vel in voto illius neceſſitas intelligenda eſt. Probant ſecundo: Baptiſmus eſt medium neceſſarium ad ſalutem , ſed fides explicita Chriſti per ſe neceſſaria eſt ante baptiſmum , vt patet ex Concilio Bracharen. 2. & ex cap. ante baptiſmum & aliis de conſecrat. diſtinct. 4. ergo ſicut baptiſmus in re , vel in voto neceſſarium medium intelligitur , idem de fide explicita Chriſti dicendum : confirmant exemplo Cornelij , qui ſicut fidem viuam habuit ante receptionem baptiſmi per baptiſmum in voto , cum obligatione illum ſuſcipiendi , vbi primum ſe occaſio obtuliſſet , ita de fide explicita , cum qua forſitan Cornelius ſolum in voto iuſtificationem obtinere potuit ante Petri prædicationem, quod ſignificare credunt Auguſtin. vbi ſupra item lib. 1. ad Simplicianum quæſtione 2. & aliis in locis. In hac opinionum varietate de re ſatis difficili in qua auctoritas cum ratione pugnare videtur , quid ſentiam ſequentibus aſſertionibus exponam : & primum de duabus vltimis ſententiis quæ duas priores limitant, iudicium feram , & de duabus prioribus, quænam eligenda & quomodo intelligenda ſit, declarabo.

19. Quinta Concluſio : Fides explicita Chriſti non eſt magis neceſſaria ad æternam ſalutem, & gloriam , quam ad iuſtificationem & gratiam : ita ſupponunt antiqui theologi , qui talem diſtinctionem maioris neceſſitatis in fide explicita Chriſti ad gloriam , quam ad gratiam non agnouerunt, & recentiores omnes , præter citatos pro tertia opinione , & ita expreſsè docet Sotus in 4. diſput. 5. quæſtione 1. artic. 2. Vaſq. 1. 2. diſput. 192. cap. 1. numero 5. Turrian. vbi ſupra dub. 7. & Suar. ſect. 4. numero 14. Valent. Coninc. Lorca & alij locis citatis : & eſt expreſſa D. Auguſtin. lib. de natur. & grat. cap. 2. vbi ait , *Non enim iniuſtus eſt Deus , qui iuſtos fraudet mercede iuſtitiæ , ſi ijs non eſt annuntiatum ſacramentum diuinitatis & humanitatis Chriſti quod manifeſtatum eſt in carne.* Probatur primo quia fundamentum ex quo ſumitur neceſſitas fidei explicitæ in auctoritate ſacrarum literarum & ſanctorum Patrum nititur , ſed horum teſtimonia de prima iuſtificatione, & peccatorum remiſſione procedunt potius, quam de vltima ſalute : Nam Actorum 26. ait numero 18. Paulus , ſe à Deo miſſum ad prædicandum , *Vt accipiant* , inquit , *remiſſionem peccatorum & ſortem inter ſanctos per fidem quæ eſt in me* , quæ eſt fides Chriſti vt ait Actorum 10. numero 43. & ad Galatas 3. numero 26. *Omnes enim filij Dei eſtis per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu* : idem ad Galat. 2. numero 16. *Non iuſtificatur homo ex operibus legis niſi per fidem Ieſu Chriſti* : ad Roman. 3. *Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes , & ſuper omnes qui credunt in eum* & alibi ſæpiſſimè : ergo vel hæc probant neceſſitatem explicitæ ad gratiam vel alia quæ ſpeciatim de gloria loquuntur id non oſtendunt , quia multo plura de remiſſione peccatorum & iuſtificatione quam de vita æterna loquantur. Secundo , Gratia eo ipſo quod à Deo alicui infunditur dat ius ad gloriam: ergo poſt acquiſitionem gratiæ , nihil aliud per ſe requiritur niſi vt gratia illa non amittatur : Vnde inferam , ſi quis poſt acquiſitam gratiam ſtatim moriatur , vel in amentiam incidat , vel in ignorantia inuincibili vſque ad mortem perſeueret circa neceſſitatem talis medij , ſane non ideo amittet gratiam : ergo moriens ſaluabitur ſine fide Chriſti explicita : Nam quod dicunt Deum non permiſſurum , vt tales caſus eueniant , libere dictum eſt ; & ſine fundamento in ſcriptura ad miraculoſam Dei prouidentiam recurritur : & denique Dei filijs per gratiæ adoptionem hæreditas gloriæ repromiſſa denegatur.

Sexta Concluſio : Non eſt admittenda illa diſtinctio fidei in re , vel in voto habitæ ad ſaluandam neceſſitatem medij in fide Chriſti : quare , niſi fiat quæſtio de vocabulo , fides explicita Chriſti vel ſolum neceſſaria eſt neceſſitate præcepti , vel (quod probabilius iudico) neceſſaria eſt neceſſitate medij in re habenda : hæc directè eſt contra authores quartæ opinionis & magis probat ſecundam ſententiam : quoad priorem partem ſupponitur ab antiquis , qui in fide talem diſtinctionem de neceſſitate fidei in re vel in voto non indicarunt , & quamuis in baptiſmo interpretatio Eccleſiæ illam admiſerit , & ideo vna ſpecies baptiſmi 20.

in caſu neceſſitatis eſt baptiſmus Flaminis, non ita in fide explicita Chriſti: ſimilem habemus à patribus, vel ab Eccleſia interpretationem: ergo non minus libera eſt, quam illa præcedens, quod probo primo: Nam medium neceſſarium ad ſalutem eſt, ſine quo ſalus obtineri non valet, & talis eſt baptiſmus, qui reſpectu paruulorum vel aquæ, vel ſanguinis eſt omnino ad ſalutem obtinendam requiſitus; & in adultis alter etiam modus baptiſmi nempè flaminis ſupplet baptiſmum aquæ, & in tantum dicitur baptiſmus in voto in quantùm eſt quædam diſpoſitio proxima, cui in omni lege, & tempore promiſſa eſt à Deo peccatorum remiſſio, & gratiæ infuſio: & quando Deus in lege noua baptiſmum inſtituit, huic diſpoſitioni virtutem & efficaciam non abſtulit; vt interuentu illius homo iuſtificaretur, quia ipſa ex ſua natura, & ex ſupernaturali ordine, ac proportione cum gratia id de congruo merebatur. At vero fidem Chriſti explicitam, quæ dicitur medium ad ſalutem, ſi accipiatur in re habenda, ipſi auctores quartæ ſententiæ admittunt non eſſe neceſſariam: ſi vero ſub illa generalitate, vel in re, vel in voto ſumatur, ſane vel eſt quæſtio de vocabulo, vel aliquid falſum aſſumitur, quod ſic probo: Nam iſte conceptus abſtractus ſolum poteſt verificari, quod neceſſitatem medij contineat, quia quando in re fides explicita haberi nequit, ſaltem neceſſarium eſt illius votum, ſed hoc eſt falſum: ergo, &c. Probatur minor: vel illud votum eſt fides Chriſti implicita, vel actus voluntatis habendi explicitam, ſi primum, iam in re defenditur prima ſententia, quæ ſolum requirit fidem Chriſti implicitam, non explicitam tanquam medium ad ſalutem neceſſarium: & ſolum in vocabulo eſt diuerſitas: hanc enim fidem implicitam appellant: explicitam in voto: ſi ſecundum, aut neceſſaria eſt formalis & expreſſa voluntas credendi, in Chriſto, aut ſufficit virtualis in actu contritionis, & dilectionis Dei, quatenus in hoc actu continetur voluntas ſatisfaciendi omni præcepto, & procurandi omne medium ad ſalutem requiſitum, ſed voluntas formalis neceſſaria non eſt: Nam illa haberi non poteſt ſine cognitione rei volitæ; ſi ergo obiectum credendum ignoratur, non poteſt dari voluntas expreſſa, & formalis illud credendi: ſi cognoſcitur iam non ſufficiet votum fidei explicitè, ſed ipſa fides in re neceſſaria eſt, quia poſita cognitione Chriſti mediatoris, non datur ille caſus neceſſitatis, in quo auctores dicunt ſufficere fidem in voto; & deinde datur præceptum explicitè credendi in Chriſtum, quod ſi non impletur, quando illius obligatio vrget non ſufficit voluntas credendi, ſi actu non impletur, immo non erit voluntas efficax ſatisfaciendi, ſed ſolum ſimplex affectus, qui cum tranſgreſſione præcepti ſtare poteſt: ſi verò dicatur ſufficere virtualem voluntatem credendi incluſam in contritione, vt reuera Turrianus ait dubio 5. vbi refert Richard. Gabriel. Adrian. Sot.

A Valent. Suar. & Vaſquez aſſerentes quando dicitur ſacramentum in voto ſufficere, non requiri ſpecialem actum circa illud, ſed ſatis eſſe virtualem continentiam in actu contritionis, verbi gratia quando dicitur à Tridentino Seſſio. 6. cap. 14. pœnam ęternam ſacramenti voto remitti, non intelligitur alius actus diſtinctus à contritione, vt ipſum Tridentinum expoſuit ſeſſ. 14. cap. 4. his verbis: *Ipſam nihilominus reconciliationem ipſi contritioni ſine ſacramenti voto, quod in illa includitur, non eſſe adſcribendam.* Atquis non videt magis implicitam eſſe fidem Chriſti, in contritione, vel dilectione Dei, quam in fide Dei iuſtificatoris, qui enim ob auctoritatem diuinam vult credere Deum iuſtificatorem, ſane ob eamdem auctoritatem vult credere, quæ ſimiliter ſibi propoſita fuerint ab Eccleſia tanquam à Deo reuelata. B At in contritione, neque motiuum formale credendi continetur, ſicut in fide Dei iuſtificatoris: ergo ſi hæc eſt fides implicita, etiam illa in contritione talis erit, & conſequenter ſola hæc ab his auctoribus medium eſt neceſſarium, non vero explicita, & voce tantum explicitam appellant.

Secundo ſacræ ſcripturæ & Patrum teſtimonia non requirunt fidem explicitam Chriſti ſub illo conceptu præciſo, vel in illa generalitate, vt vel in re vel in voto habeatur: nullus enim ex Patribus talem fidei explicitæ diſtinctionem fecit, ſed neque Tridentinum, quod illam diſtinctionem C ſacramentis pœnitentiæ, & baptiſmi accommodat, fidei, quam ad ſalutem neceſſariam dixit, vnquam applicauit: ergo ſi prædicta teſtimonia non exigunt fidem explicitam Chriſti in re habendam, nullum de nouo additur medium ad ſalutem neceſſarium: Nam fidem implicitam iam ex ſuperiori doctrina conſtat neceſſariam eſſe: de contritione etiam certum eſt illam abuſiue fidem appellari, & ad ſalutem eſſe neceſſariam, & ſufficere in defectum ſacramenti baptiſmi ſeu pœnitentiæ, reſpectu adulti infidelis, & fidelis peccatoris: ergo nullum eſt medium quod ſit fides explicita Chriſti in hac opinione.

In poſteriori parte aſſertionis ſtatuimus 21.
D vel tenendam eſſe priorem ſententiam, vel, quam probabiliorem iudicauimus, ſecundam; quæ fidem Chriſti explicitam, & determinatam talis mediatoris & ſaluatoris Domini noſtri in re habendam ab adultis, de quibus noſtra quæſtio procedit, neceſſariam omnino eſſe aſſeuerat: hæc meo iudicio eſt ſententia D. Thomæ, & D. Auguſtin. Nam D. Thom. 2. 2. quæſtione 2. artic. 7. facit diſtinctionem inter fidem neceſſariam in lege veteri & de illo ait: *Credentes ea diuinitus eſſe diſpoſita de Chriſto venturo, quodammodo habebant velatam cognitionem*: & infra de legis nouæ fide ita loquitur. *Poſt tempus autem gratiæ reuelatæ tam maiores, quam minores tenentur habere fidem explicitam de myſterijs Chriſti*: & quamuis hic non diſtinxerit neceſſitatem medij à neceſſitate præcepti in ſolutione tamen ad tertium aperte diſtinguit

fidem

fidem implicitam , & explicitam ſine qua A
nullus ſaluatur , vnde iis , quibus reuelatio
facta noo fuit de Chriſti diuinitate, ante eius
aduentum tribuit fidem implicitam, per quam
ſalui fuerunt: & quęſt. 10. art. 1. de fide Chriſti
loquens, & de infidelibus , qui ex ignorantia
nou ex contrarietate ad fidem diuina ad ſalu-
tem neceſſaria ignorant, ita ait , *Qui autem ſic
ſunt infideles , damnantur quidem propter alia
peccata , quæ ſine fide remitti non poſſunt* : quæ
ſanè eſt neceſſitas medij ſi quidem ſine iſto fi-
dei medio non eſt ſalus , quod vero de igno-
rantia ſeu infidelitate negatiua reſpectu Chri-
ſti diſſereret , oſtendoot vltima verba in qui-
bus referens teſtimonium Ioan. 11. *Si non ve-
niſſem & locutus eis non fuiſſem peccata non ha-
berent*, & adducens declarationem Auguſtio.
dicit : *Loquitur de illo peccato quod non credide-
runt in Chriſtum* : de hac igitur infidelitate ne-
gatiua nempè ignorantia Chriſti inculpabili B
potius , quam contraria , nempè iofidelitate
cupabili ſermo erat. Ex vtraque tamen dam-
natiooem prouenire poſſe arbitratur , ex ne-
gatiua tanquam pœna aliorum peccatorum,
ex poſitiua tanquam culpa , quæ propriè eſt
infidelitatis peccatum : idem ſignificat D.
Thom. par. 3. quæſt. 85. artic. 3. ad 4. & in 3.
diſt. 15. q. 2. art. 1. quæſtiuncula 1. Quod verò
ſententia fuerit D. Auguſtini etiam multi
contrariæ ſententiæ aſſertores fatentur , vt
docet Turrian. dub. 6. Nam lib. de correpț.
& grat. cap. 7. ita ait , *Sicut veritas loquitur,
nemo liberatur à damnatione quæ facta eſt per
Adam, niſi per fidem Ieſu Chriſti ; & tamen ab
hac damnatione non ſe liberabunt , qui poterunt
dicere non ſe audiuiſſe Euangelium Chriſti* : hac C
de cauſa de Coroelio dixit lib. de prædeſtina-
tione ſanctorum cap. 7. *Quod ſi poſſet ſine fi-
de Chriſti eſſe ſaluus non ad eum ædificandum
mitteretur architectus Apoſtolus Petrus*. Dein-
de lib. 2. contra Pelagianos , qui eſt de pecca-
to Originali cap. 24. lib. 1. ad Simplicianum
quæſt. 2. lib. de natur. & grat. cap. 2. lib. 18.
de Ciuitate cap. 44. & ſæpiſſimè repetit nemi-
nem ſine fide Chriſti poſſe ſaluari & lib. 19.
aduerſus Faoſtum & epiſtol. 89. declarat,
hanc fidem neceſſariam antiquis fuiſſe ve-
21. latam, nobis vero reuelatam. Itaque nullam
ſanè veritatem theologicam à D. Auguſt. re-
petitam magis , ac magis inculcatam reperio.
Ad hæc D. Auguſt. & D. Thom. adiungi
debeot aliorum Patrum ſimilia teſtimonia.
Irenæus lib. 3. cap. 21. ſic ait , *Ignorantes eum* D
*qui ex Virgine eſt Emanuelem, priuantur mu-
nere eius quod eſt vita æterna*. Cyrillus Hiero-
ſolymitan. catechiſ. 5. agens de ſymbolo di-
xit : *Ne ob inſcitiam animam perdas : in paucis
verſibus vniuerſam fidei doctrinam comprehen-
dimus*. Chryſoſtom. homil. de fide & lege
natur. ita loquitur , *Sicut hominibus primo
opus eſt vt præcedat vita , & ſic nutriantur , ita
neceſſarium eſt , vt præcedat vitam noſtram fides
in Chriſtum*. Alia prætermitto ſimilia , quæ
habent Leo magnus homil. de transfigurat.
Baſil. in orat. de confeſſione fidei & homil.
de humilitate, Gregor. lib. 7. epiſtol. 47. ad
Anaſtaſ. Nazianzeo. io orat. 2. in ſanctum
Lauacrum, Hieronym. in cap. 1. & 3. epiſtol.
ad Epheſ. Tertullian. aduerſus Praxæam,
Ambroſ. lib. 1. officiorum cap. 29. Emiſſenos
in homil. de ſymbolo. Hæc ita concors pa-
trum loquutio in multis ſacræ paginæ locis
fuodatur. Marci 16. numero 15. *Prædicate
Euangelium omni creaturæ* : & infra , *qui verò
non crediderit condemnabitur* : quid vero eſt
Euangelium prædicare quam Chriſti fidem
annunciare ? hoc enim eſt Chriſtianæ doctri-
næ fundamentum : ideoque dicebat Paulus
hunc eſſe ſuæ prædicationis ſcopum. 1.
Corinth. 1. *Prædicamus Chriſtum Crucifixum*.
Ioan. 3. *Qui non credit in eum iam iudicatus eſt,
quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei*.
& 17. eiuſdem Ioann. *Hæc eſt vita æterna vt
cognoſcant te ſolum verum Deum , & quem
miſiſti Ieſum Chriſtum*. Ad Roman. 3. nu. 12.
*Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes,
& ſuper omnes qui credunt in eum* : alia iam
ſupra in hac ſectione citaui , & plura à re-
centioribus referuntur his ſimilia : ex hac
ſanctorum patrum io ſacris literis tam bene
fundata ſententia aliquæ declaratiooes Ec-
cleſiæ prodierunt , primumque huius proba-
tionis fundameotum multo ſolidius reddide-
re : Nam in cap. firmiter , & in Extrauagan-
te vnam ſanctam , & in Concil. Florentin.
ſeſſio. 2. dicitur extra Eccleſiam Catholicam
nullum ſaluari : hanc vero Eccleſiam conſtat
eſſe fidelium Congregationem , qui quidem
fideles Chriſti fidem profitentur, ergo extra
Congregationem fidem Chriſti explicitam
profitentium nemo ſaluatur. Item in ſymbo-
lo Athanaſ. dicitur , *Hæc eſt fides catholica,
quam niſi quiſque fideliter , firmiterque credide-
rit, ſaluus eſſe non poterit*: ſed fides catholica eſt
fides Chriſtiana vniverſalis Eccleſiæ : ergo
ſine cognitiooe explicita Chriſti redempto-
ris, cuius hæc fides eſt , & qui huius catho-
licæ religionis , & legis nouæ autor eſt , nul-
lus ſalutem conſequitur. Denique Tridentin.
ſeſſio. 6. cap. 6. loqoens de fide, quæ eſt adul-
tis neceſſaria diſpoſitio , antecedens ad per-
fectam iuſtificationem, & gratiæ infuſionem,
ait, *Credentes vera eſſe , quæ diuinitus reuelata
& promiſſa ſunt : atque illud , in primis à Deo
iuſtificari impium per gratiam eius , per redemp-
tionem quæ eſt in Chriſto Ieſu*. In quibus ver-
bis notandum illud *in primis* quod ſignificat
illud eſſe fundamentum noſtræ fidei & ob-
iectum in primis neceſſario , & explicitè cre-
dendum : Nempè Deum iuſtificatorem &
Chriſtum redemptorem : ſcio opinionis con-
trariæ aſſertores explicare hæc teſtimonia de
fide implicita , vel de explicita neceſſaria non
non neceſſitate medij, ſed præcepti. aot deni-
que de Chriſto non tanquam obiecto ex ne-
ceſſitate ſalutis explicitè credendo ; ſed tan-
quam cauſa meritoria noſtræ fidei. Verum
hæc interpretatio non ſine Verborum , &
plani ſenſus diſtortione tribuitur , vt cooſtat
ex contextu locorum , quæ citantur.
Secundum fundamentum ſumitur ex di- 23.
uerſis rationibus , & congruentiis cur ita à
Deo ordinatum ſit : Nam ex natura rei non
datur talis neceſſitas, ſed ex inſtitutione diui-
na. Prima Baptiſmus, in quo fit neceſſario ſan-
tiſſimæ Trinitatis profeſſio , eſt in lege gratiæ

medium omnino neceſſarium ad ſalutem A parvulorum , neque ſufficiet remedium, quod in lege naturæ ſolebat adhiberi, vel circumciſio Iudæorum : ergo adultis neceſſarius eſt talis baptiſmus , qui cum explicita Trinitatis profeſſione coniunctus ſit , ſiue ſit baptiſmus in re habitus,per aquam , ſiue io voto per cootritiooem, vel dilectionem Dei ſuper omnia qui flaminis baptiſmus appellatur : Nam incredibile videtur hanc Dei ordinationem fidem minus explicitam requirere in adultorum quam in paruulorum emundatione : ſi enim in infantium remedio de nouo explicitæ fidei inuocatio omnino neceſſaria eſt,in lege gratiæ , in adultorum iuſtificatione , cur eiuſdem cognitio & profeſſio ex tam manifeſtis ſacræ ſcripturæ locis neceſſaria non intelligetur ? ſanè non cohæreret B fides purificans corda parnulorum , cum fide emundante animas adultorum , niſi vtraque explicita eſſet fides Chriſti , & Trinitatis. Confirmatur quia in noua lege nullus ſaluatur, niſi Chriſtianus , at ſine determinata , & explicita fide Chriſti nemo fit Chriſtianus: ergo , &c. minor probatur quia Iudæus etiam neceſſario cum fide implicita Chriſti ſaluatur, ergo non minus erat Chriſtianus , quam nunc eſſe oporteat,vt quis ſaluetur,& conſequenter fides quę fuit in Iudęo,ſufficiet Chriſtiano ad ſalutem , quod abſurdum videtur; & contra vſum Eccleſiæ , quæ venientem ad baptiſmum primum in fide Chriſti exami- C nat,& an velit fieri Chriſtianus , interrogat, quod ſi paruulus ſufficit per patrioos reſpondere,adulto non ſufficiet , niſi ſuam voluntatem , & fidem externo ſigno manifeſtet,quod tamen ante legis Euangelicæ promulgationem neceſſarium non erat. Secunda : Chriſtus ipſa eſt via ad ſalutem : ergo quamdiu hæc abſcondita fuit ante illius corporalem manifeſtationem , minus explicitam huins viæ cognitionem exigi oportebat : Nam cur non ab eis plus fides poſtulabitur , qui ſunt in ſtatu legis perfectionis , quæ lex fidei nuncupatur, ad Roman. 3. numero 27. & quos merita Chriſti iam exhibita , & abundantiora gratiæ auxilia promouent ad ſalntem ? cum Dominus dicat Lucæ 12. numero 48. *Omni autem cui multum datum eſt, multum quæretur* D *ab eo.*

23 Supereſt ad aliarum opinionum fundamenta reſpondere , quorum occaſione quantum debeat eſſe explicita hæc fides Chriſti , & ad quę myſteria extendi neceſſe ſit declarabo. Ad primum pro prima ſententia : negandum eſt aſſumptum : hoc enim medium ex inſtitutione Dei neceſſarium eſſe dicimus : vt ex ſacris litaris , & communi Patrum ioterpretatione oſtendimus. Ad ſecundum reſpondeo,nullum habere poſſe fidem Iuſtificatoris Dei , & remuneratoris ſine annuntiante , iuxta Paulum ad Roman. 10. numero 14. quomodo aodient ſine prædicante ? At communis , & ordinarius modus annuntiandi Euangeliom eſt Chriſti legem prædicando proponere , & redemptoris fidem doctrinamque annuntiare : hoc enim ex iuſſu Chriſti Domini obſeruant prædicatores Euangelici ex traditione A Apoſtoli 1. ad Corint. 1. *Prædicamus Chriſtum crucifixum* , quare quando quis credit in lege Euangelica,fide diuina Deum iuſtificatorem, & remuneratorem , iam credit per mediatorem Chriſti redemptoris hoc fieri , & ex eius meritis , cuius lex & Euangelica doctrina annunciatur : vnde videlicet ex natura rei non minus efficax ſit fides Dei iuſtificatoris, & remuneratoris cum fide implicita Chriſti in lege veteri , quam cum explicita ; in noua tamen ex ordinatione diuina ad fidem Dei iuſtificatoris cum fide implicita Chriſti oon datur excitans auxilium ad contritionem vel dilectionem Dei ſine intermedio auxilio excitante ad fidem Chriſti explicitam , quæ plerumque coniungitur cum fide iuſtificatoris : non enim oportet , vt per actus & conceptns diſtinctos hæc duo credaotur : nempè B Deum iuſtificatorem eſſe , propter merita Chriſti redemptoris : & hic auxiliorum excitantium ordo poſtulat ipſa lex gratiæ datæ per Chriſtum, vt non niſi ex eius cognitione, & paſſi pro hominum ſalute conferantur ad perfectam iuſtificationem : vt ex paruulorum iuſtificatione deduxi.

Ad tertium dico, Attritionem ſufficientem cum ſacramento etiam ex auxiliari Dei gratia prouenire & fidem ſupponere in eo qui ad baptiſmum accedit vt in eo iuſtificationis fructum conſequatur. Dicente Domino, *Qui crediderit & baptiZatus fuerit.* Vnde ſupponitur falſum , quod cum diſpoſitione ſuffi- C cienti ad obtineodam gratiam per baptiſmum accedat adultus , qui Chriſti fidem non habeat explicitam , ſi quidem de ea primum examinatur,& an Chriſtiaous velit fieri,interrogatiooi ille prudenter credendo fide diuina non ſatisfaciet , niſi cognoſcat , quid ſit fieri Chriſtianum , nempè legem Chriſti recipere , & illius fidem profiteri : ſiue ergo ſit contritio , ſiue attritio ſupernaturalis adulti conuerſi ad fidem,ex cognitione Chriſti & Chriſtianæ legis explicitè ſeu determinatè , & in particulari procedere debet : ad hoc verò ſufficiet per conoeptum confuſum , ſi perſona ſit minus intelligens, verbi gratia ruſticus , ſuo tamen modo, Chriſtum Dominum , vti redemptorem & Euangelicæ legis auctorem D credere , vt illius fides explicita cenſeatur: ſine qua ſufficientem non habebit diſpoſitionem vt ante baptiſmum , vel in baptiſmo iuſtificationem conſequatur. 24.

Ad quartum Reſp. ſemper ad iuſtificationem debuiſſe præcedere fidem explicitam Chriſti, vel actualem, vel virtualem , ſeu habitualem , quæ ex actualis fidei merito in fideli permanet. Vnde quia proxima diſpoſitio adulti ante primam iuſtificationem placere nequit Deo, neqoe eſſe, qualis oportet , vt ſit, niſi ex fide Chriſti redemptoris procedat, ſemper ad primæ gratiæ habitualis infuſionem actualis fides explicita Chriſti requiritur,ad ſecundam vel tertiam iuſtificationem, quia deperdita gratia, fides habitualis Chriſti permanſerat non opus eſt vt formalis , & actualis recordatio , & fides præcedat contritionem , vel attritionem , ſufficit enim illa habitualis, quæ ex actuali antecedenti ad pri- 25.

mam

mam gratiam præceſſit, quamuis regulariter loquendo non niſi ex fide actuali, quam in Chriſti meritis habet Chriſtianus contritio, & ex fide ſuæ iuſtitiæ attritio procedat; ex aſſuetudine tamen hos fidei actus exercendi ſæpè tenui quadam aduertentia, & deliberatione, eos elicere ſolemus. Etenim neque extra Sacramentum fidelis conteritur, vel cum attritione ad ſacramentum accedit, niſi à fide Chriſtianæ legis ductus; & conſequenter à Chriſti fide edoctus. Exemplum vero quod affertur de ſerpente æneo, & actuali ipſius intuitu, vt verum ſit, ſatis eſt, quod ad primam iuſtificationem actualis Chriſti fides explicita præceſſerit, & mens fidelis habitualiter in Chriſtum inclinata perſiſtat.

26. Ad quintum in quo tota vis eſt & præcipuum fundamentum pro prima opinione, iam ex reſponſione ad primum patet, quid dicendum ſit: Nam ſuppoſita diuina ordinatione à ſacris literis, & patribus inculcata dico caſum eſſe impoſſibilem, quamuis ex natura rei ita euenire poſſet. Vnde quia in iis quæ à diſpenſatione diuinæ gratiæ proficiſcuntur, ex reuelatis cognoſcere oportet, quo pacto ſe res habeant, non tam ad illud, quod ex natura rei contingere poteſt, quam ad id, quod Deus ſe ſtatuiſſe reuelauit, reſpicere debemus: quia ergo ex reuelatis ſcimus fidem Chriſti explicitam omnibus Chriſti fidelibus medium eſſe ad ſalutem omnino neceſſarium, rectè hinc colligimus auxilia, quæ ad actus ſupernaturales nos excitant ſuo ordine diſpenſari, neque ad ſupernaturalem Dei amorem ſeu contritionem hominem prouocare, quin prius ad fidem neceſſariam, quæ fundamentum, & radix eſt iuſtificationis promoueant. Accedit quod etiam ex natura rei caſus videtur moraliter impoſſibilis: Nam licet prædicator Euangelij in declarandis myſteriis fidei in particulari à facilioribus incipiat, & rationi naturali magis apparentibus, ideoque non ſtatim myſteria Incarnationis, & Trinitatis gentili conuertendo proponat, ſemper tamen prius declarat, ſe Chriſti legem nuntiare, & illius fidem prædicare per quam gratiam & gloriam obtinere neceſſe ſit, & hoc primum propoſito, ad ſingulos articulos explicandos lentius deſcendit, quare in caſu propoſito iam cognitio aliqua Chriſti præcedere debuit in eo, qui fidem Dei iuſtificatoris, & remuneratoris haberet, & illum Deum Chriſtum eſſe crederet, & ex illius gratia, & meritis hanc remunerationem obtineri. Vnde baptiſmus adulto non niſi rectè, & ritè diſpoſito conferri ſolet. In eo tamen caſu propoſito qui iudicaret præſertim iuxta primam opinionem, hominem eſſe ſufficienter diſpoſitum, neque fidem Chriſti magis explicitam requiri, illum ſine ſcrupulo baptizare poſſet, præcipuè ſi ille homo iam mentis inops, antea feruenter baptiſmum poſtulaſſet: potuit enim interior Dei illuminatio ſupplere, quod externæ prædicationi defuit, vt in ſuperioribus diximus cum Suar. de Motiuis credibilitatis.

27. Ad duo exempla, quæ pro tertia ſententia adducuntur de Cornelio, & iuſtis in ſinu A Abrahæ Chriſtum expectantibus: Reſpondeo exemplum Cornelij neceſſitatem fidei explicitæ in Chriſtum manifeſtare, non quia hæc fides ſolum ſit medium neceſſarium ad gloriam, ſed ad gratiam ſimul & gloriam obtinendam: Nam ſi Cornelius iuſtus erat ſola morali iuſtitia, non ſupernaturali, merito miſſus eſt Petrus ad eum in fide Chriſti erudiendum: ſi vero iam iuſtificatus erat, & ſupernaturali gratia exornatus, quia ante ſufficientem legis Euangelicæ promulgationem ex ſola fide implicita Chriſti, & explicita Dei iuſtificatoris & remuneratoris gratiam conſequutus eſt, quia de nouo cæperat hoc medium fidei explicitæ in Chriſtum per Euangelij promulgationem introduci, de eo B Cornelium, quem iuſtum iam reperiebat tale medium Deus inſtruere voluit, vt poſt Chriſti notitiam per ſe neceſſariam ad baptiſmum, ipſe baptizaretur & ſic facilius Dei gratiam conſeruaret, gloriamque ex meritis Chriſti ſibi dandam eſſe cognoſceret, quod non dubito Deum facturum, ſi quando homo in Infantia baptizatus gratiam baptiſmalem conſeruaret, boniſque operibus ex diuina gratia executis honeſtè viueret ſecundum legem naturalem, ſi alioqui in ſyluis enutritus, vel inter hæreticos, ſeu Gentiles Chriſtum inuincibiliter ignoraret: in eo inquam caſu diuina prouidentia res ita diſponeret, vt ad illum modu aliquo legis Euangelicæ, & Chriſti redemptoris notitia perueniret: niſi velis in eo caſu illum ſaluari poſſe, ſi baptiſmi gratiam C conſeruet more paruulorum, præſertim ſi breui tempore poſt rationis vſum vixit, quod admittit Suar. diſput. 12. ſect. 2. numero 10. etiamſi nullum fidei actum circa Deum creatorem, iuſtificatorem, & remuneratorem eliciat: illa tamen prior reſponſio videtur magis conformis exemplo Cornelij, & neceſſitati fidei, ſine qua nullum ſcilicet adultum Deo placuiſſe ſacra pagina teſtatur: ne igitur iuſtus ſuæ obligationis inſcius, contra Dei ordinationem ad hæreditatem gloriæ, ſibi ob gratiæ, & adoptionis ius debitæ introducatur, illum non ſine Chriſti notitia, & ſine fide neceſſaria ex hac vita diſcedere permittet. In quo ſenſu, & caſu ſolum, ſi autores tertiæ ſententiæ loquerentur rectè, & D ſequenter ad ſecundam ſententiam ſentirent. Verùm illorum doctrina magis vniuerſalis eſt; & ideo à nobis fuit reiecta. Ad aliud exemplum de iuſtis in ſinu Abrahæ detentis, dico, ſi verum eſſet, ſimiliter probaret pueros cum baptiſmali gratia vita functos per aliquod breue tempus expectare debere ante ingreſſum vitæ æternæ, vt fidem Chriſti explicitam prius haberent, quam ad æternam beatitudinem admitterentur: Nam ſi in lege veteri etiam pueri expectarunt in limbo cum adultis ob fidem Chriſti explicitam neceſſario habendam, de pueris nouæ legis idem conſequenter dicere deberent, quod tamen eſt abſurdum: fidem igitur Chriſti habere potuerunt illi ſancti patres ſicut nunc habent qui in purgatorio detinentur ob aliquem pœnæ reatum, cui ſatisfacere debent, non quia defectus fidei illos detineret, ſed quia non niſi

poſt Chriſti mortem cæli Ianua aperienda erat: fundamenta quartæ opinionis ex probatione prioris partis in ſexta aſſertione diluuntur. Denique ſi roges quæ Chriſti myſteria neceſſario credenda ſunt ex neceſſitate medij, recentiores citati requirunt vt illius natiuitas, mors, & reſurrectio credantur: quod intelligendum eſt iuxta doctrinam ſuperius traditam, vt non oporteat hæc credere per diſtinctos, & peculiares conceptus, & actus fidei: ſatis enim erit ad ſaluanda ſacræ paginæ loca, ſi habeatur fides Chriſti redemptoris ex cuius meritis & gratia cum illo beatitudine frui optemus: in hoc enim actu, & conceptu quamuis confuſo, tamen determinatè & in particulari illa includuntur, ipſa verò myſteria in particulari, vt cognoſcenda, & credenda magis pertinent ad obligationem præcepti, quam medij. fundamenta quartæ ſententiæ exprobationibus. 6. concluſionis ſoluuntur.

28. Tertia difficultas erat de myſterio Trinitatis, an oporteret eadem medij neceſſitate illud credere. Verum quia in hac dubitatione eædem ſunt opiniones, & auctores de vtroque myſterio Incarnationis, & Trinitatis idem ſentiunt, non oportet eos ſpeciatim referre. Vnde partem affirmantem vt probabiliorem defendimus cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 2. artic. 8. & theologis magis communiter ibidem; Valent. punct. 4. Becano cap. illo 12. quæſt. 3. aliiſque ſupra citatis pro ſecunda ſententia, quod intelligendum eſt in lege noua, non in veteri, in quia ſicut neceſſaria non fuit fides explicita Chriſti, ita neque Trinitatis neceſſaria ex neceſſitate medij cenſetur. Probatur primo quia fides huius myſterij in lege Euangelica pertinet ad fundamentum ſalutis iuxta illud Matthæi. 28. 19. *Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*: & ita docet expreſſe Cyrill. lib. 11. in Ioan. cap. 16. Secundo quia non poſſet cognoſci Incarnationem ad perſonam filij terminari non immediatè ad diuinam naturam, niſi plures perſonæ diſtinguerentur, ſaltem pater, & filius, & ſic immenſa patris charitas innoteſceret, *Qui ſic dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*. Ioann. 3. & cum hæc lex ſit gratiæ, in qua Spiritus ſanctus largiter in fidelium corda multiformi gratiarum vnctione diffunditur, non potuit non Dei amor, à quo nobis omnia dona proficiſcuntur, neceſſario agnoſci, ne tanto benefactori ingratum eſſet humanum genus: & in ipſo Chriſti nomine vtrumque myſterium Incarnationis & Trinitatis ſignificari affirmat Irenæus lib. 3. cap. 20. *In Chriſti*, inquit, *nomine ſubauditur, qui vnxit, & ipſe, qui vnctus eſt, & ipſa vnctio. Vnxit quidem Pater, vnctus filius, in ſpiritu, qui eſt vnctio.* Tertio cum Deus in lege gratiæ perfectiorem ſui hominibus cognitionem communicaret, non modo ſuæ eſſentiæ vnitatem, ſed etiam perſonarum Trinitatem explicitè credendam proponere oportebat, tanquam perfectæ legis nouæ fundamentum, in qua Deum in ſpiritu adorare, & religioſiſſimè, vt in ſe eſt trinus, & vnus colere fideles tenerentur: & tantò ſupra humani ingenij vires Deum eſſe ſcirent, quanto minus naturali homine ad inacceſſibilem lucem intueri potuiſſent, quod D. Thom. notauit 1. contra gent. cap. 5. *Per hoc*, inquit, *quod homini de Deo aliqua proponuntur, quæ rationem excedunt, firmatur in homine opinio, quod Deus ſit aliquid ſupra id quod cogitari poteſt.* Quarto quia maiorem in fide profectum in lege noua Deum ex fide explicita huius myſterij ſibi potuit ſperare, quo maius in eo credendo, & intellectum captiuando meritum interueniret: ſicut ergo multo clarius reuelatum, & propoſitum in lege gratiæ, ita non modo implicitam, ſed explicitam illius fidem poſtulabat.

Quænam ſint ex neceſſitate præcepti explicitè credenda.

SECTIO III.

1. HÆc difficultas excitatur de credendis ante Chriſti aduentum in lege naturali & ſcripta, item poſt legis nouæ ſufficientem promulgationem. Deinde quia plura, vel pauciora credenda eſſe poſſint per ordinem ad diuerſas perſonas, tres hominum claſſes diſtinguendæ ſunt, quæ pro qualitate, & officio perſonarum ad plura ſeu pauciora explicitè credenda obligentur. In prima claſſe conſtituuntur Epiſcopi, & Prælati ad quos pertinet Eccleſiam regere, & ipſos iam paſtores inferiores, nempè concionatores, & parochos inſtruere, ac edocere: in ſecunda ſunt hi miniſtri inferiores qui concionando, & erudiendo inferiorem plebem, eam doctrina imbuunt Chriſtiana: & in, honeſta morum diſciplina informant. In tertia, denique reliqui de populo collocantur. De vtroque mundi ſtatu & per ordinem ad hæc tria hominum genera difficultatem enodabo, prius tamen aliqua tamquam certa, & ab omnibus recepta ſupponam. Primo ex fide certum eſt datum hominibus fuiſſe credendi præceptum, quo in qualibet lege ad interiorem fidem obligantur, quod ex prima ſectione ſatis conſtat: Nam diximus interiorem fidem eſſe, & ſemper fuiſſe medium adultis omnino neceſſarium ad ſalutem, ſed hoc medium ab hominum voluntate dependet: interior enim fides libera eſt: ergo vnicuique homini à Deo præceptum fuit, vt interiorem fidei actum haberet: Nam omnes Deus in æternam ſalutem direxit, & conſequenter eis reuelare, & præcipere debuit, per quæ voluit vt beatitudinem obtinerent. Deinde hoc magis patebit ex particularibus præceptis credendi, quæ inferius attingam & in multis ſacræ ſcripturæ locis manifeſtatur. 2. Paralip. 20. numero 20. *Credite in Domino Deo veſtro & ſecuri eritis, credite prophetis eius, & cuncta euenient proſpera.* Eccleſ. 2. numero 6. *Crede Deo, recuperabit te*: id eſt iuxta Lyranum, *De temporali afflictione ad æternam conſolationem.* Abacu 2. numero 4. *Qui incredulus eſt non erit recta anima eius in ſemet ipſo, iuſtus autem in fide ſua viuet.* Item de fide noui teſtamenti obligante

gante ait Ioannes epiſtol.1.cap.3. numero 23. A *Hoc eſt mandatum eius,vt credamus in nomine filij Ieſu Chriſti*, vbi Oecumen. & alij exiſtimant, ſermonem eſſe de omnibus ex neceſſitate præcepti credendis, hoc enim appellat credere *in nomine* id eſt in voluntare, & præcepto Ieſu Chriſti: verùm Lorinus ibidem exiſtimat ſpeciatim de fide explicita Chriſti Ioannem loquutum fuiſſe,ex neceſſitate præcepti,& medij requiſitam:quia D. Auguſtin. legit, *Vt credamus nomini filij eius*: item Tertullian.contra Prax. cap. 28. quæ lectio oſtendit Chriſtum hoc loco pro obiecto fidei accipiendum. Denique fidem in vtroque teſtamento præceptam eodem loco apertiſſimè D. Paulus declarauit ad Roman. 10. numero 17. Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem; id eſt Deus ſe Iuſtum remu- B neratorem, & iuſtificatorem manifeſtat in Euangelio, *ex fide in fidem*, ſecundum D.
17 Thom. Origen. Chryſoſtom. Theodoret. Tolet. & alios per fidem in omni ætate neceſſariam ad ſalutem ex fide Patrum ad fidem nepotum: ex implicita veteris teſtamenti fide in explicitam noui.

2. Suppono ſecundo hoc præceptum credendi eſſe iuris diuini poſitiui, item naturalis, non purè ſumpti, & abſolute talis, ſed ex ſuppoſitione & reſpectiuè per connaturalitatem ad gratiam & ad ſtatum hominis eleuati ad finem ſupernaturalem: hæc etiam apud Theologos quoad priorem partem eſt certiſſima quia præceptum credendi eſt de actu maximè interno, & ſupernaturali fundamento ſupernaturalis iuſtificationis, ad quod ſolus C Deus poterat obligare: eſt ergo tale præceptum iuris diuini, quia Deum vt immediatum authorem reſpicit. Poſterior pars iure difficultatem non habet, & ſola indiget explicatione: Nam ius naturale dupliciter accipi poteſt: primo in ordine ad naturam rationalem in ſtatu purè naturali conſideratam, & quatenus ad finem naturalem ſolummodo fertur: & hoc modo ſolum dictat, quæ ſolum naturale rationis lumen aſſequitur. Secundo in ordine ad naturam rationalem ad ſtatum gratiæ eleuatam, & ad finem ſupernaturalem tendentem: hoc ſecundo modo dicuntur plures homines ſaluari potuiſſe in lege naturali ante Chriſti aduentum, non quia per ſolam cognitionem, & rationem naturalem ſaluari D poſſent, ſed quia tunc non habebant aliam legem poſitiuam nempè præceptorum collectionem, ad quorum obſeruationem de iure poſitiuo diuino tenerentur, præter præcepta fidei, ſpei, charitatis ac pœnitentiæ conformia, & connaturalia homini per gratiam eleuata & ad finem ſupernaturalem tendenti, & ex diuina ſupernaturalique prouidentia directo, de quo infra dicam titul. de conſtitut. diſput. 2. quæſt. 4. ſect. 3. quod vt melius intelligatur, notandum eſt, quod ſicut Deus vt author eſt naturæ, comparatur ad naturam rationalem purè ſumptam, itant author eſt gratiæ, comparatur ad hominis naturam eleuatam ad hunc ſupernaturalem ſtatum, & ſicut cognitio Dei naturalis connaturalis eſt naturæ rationali in ſtatu purè naturali, ita

cognitio fidei connaturalis dicitur homini ordinato ad finem ſupernaturalis beatitudinis: hinc oritur quod quemadmodum homo ſine naturali cognitione Dei non poterit rectè, & honneſte vitam inſtituere in ordine ad finem naturalem, ita etiam reſpectiuè ad finem ſupernaturalem ſine ſupernaturali cognitione fidei erga ipſum Deum, vitam viatoris honneſtè, & rectè ordinare non valebit: & hoc modo dicimus ſecundùm hanc conſiderationem præceptum fidei eſſe iuris naturalis non abſolutè ſumpti, ſed reſpectiue ad hominem à Deo in ſupernaturalem finem ordinatum: ſimpliciter tamen loquendo hoc præceptum dicitur ſupernaturale, & poſitiuum diuini iuris, & ſolum remotè, & ſecundariò naturale dici poteſt modo explicato, quatenus ſupernaturale ab eo naturali applicatur. Vnde qui fidei præceptum violat non cenſetur peccare contra duplex præceptum, alterum naturale, alterum ſupernaturale, quia habetur ſolum ratio præcepti magis proximi, & immediati non remoti, & conſequentis ad illud: & declaratur ex præcepto poſitiuo iuris humani, quod quando violatur etiam conſequenter tranſmittitur ius naturale conſequenter obligans ad obediendum legitimo ſuperiori. Nullus tamen dicit in hoc & ſimilibus euentis duo præcepta per ſe violari, alterum poſitiuum, alterum naturale.

Suppono tertio hoc præceptum partim eſſe 3.
negatiuum, partim poſitiuum, & quoad vtramque partem eſſe maximè conforme rationi naturali, quoad primam obligatur homo non modò diſſentire rebus fidei ſufficienter propoſitis, neque ijs repugnare, ſed neque de illis dubitare, quod dico eſſe contentaneum rationi naturali, quia vt ait D. Thom. 2. 2. quæſt. 10. artic. 1. ad primum, *Habere fidem non eſt in natura humana, ſed in natura humana eſt vt mens hominis non repugnet interiori inſtinctui, & exteriori veritatis prædicationi.* Et ratio eſt quia ſuppoſita ſufficienti fidei propoſitione, naturalis ratio dictat non eſſe reſiſtendum veritati, quæ tot motiuis credibilis repræſentatur, & prudenter credendo iudicatur, & cum ex diuino teſtimonio credenda proponatur, eadem naturalis ratio oſtendit, non ſine Dei iniuria tamquam falſum repudiari, quod vt dictum à Deo tanta credibilitatis euidentia innoteſcit; Immo ſic propoſita neque in dubium vocari poſſe, ſed Deo, qui nec fallere nec falli poteſt credendum ſine illa dubitatione, ne primæ, & ſummæ veritati iniuria irrogetur: quamuis non ſit negandum, ipſum naturale lumen in rebus obſcuris iudicandis aliquando in motus formidinis indeliberatos proſilire, quoad illam vero partem, qua præceptum poſitiuum eſt, homo tenetur non ſolum aſſentiri obiectis fidei ſufficienter propoſitis, ſed etiam inquirere, & addiſcere ipſam fidem, & hæc obligatiò circa exercitium actus verſatur, nam illa prior obligabat quoad ſpeciem, id eſt ne homo contrarium fidei actum eliceret: Et ratio eſt, quia fides proponitur tamquam omnino neceſſaria ad ſalutem, & vt poſitiuum me-

dium ad illius aſſecutionem, vnde non ſufficit ſi homo ſe habeat negatiuè & conrrarium actum non eliciar, ſed vlterius opus eſt actu poſitiuo credendi, quod ipſa ratio naturalis perſuadet, ne homo ſe damnationis periculo exponat, & ex honeſto amore ſui tantum ſibi bonum, nempè animi ſalutem, ac felicitatem immortalem procurare renetur: hæc verò ubligatio poſitiua quatenus exrenditur ad inquirendam, & addiſcendam fidem actualiter non inſurgit niſi poſtquam Deus ſua gratia hominem incipit illuminare, & mouere, ſiue per homines exterius ſiue interius per ſanctas inſpirationes; quibus poſiris, paulatim prædicta obligatio reſultat ſecundùm conditionem, & modum diuinæ vocationis: Nam antequam homo ſufficienciam credendi motiua cognoſcat, quando adhuc non vrget obligatio poſiriuè credendi, illa iam vrgere poterit inquirendi, & audiendi legem ſalutis, quam talem obligationem ſuam agnoſcebant illi Pauli auditores, qui Actor. 17. nnmero 23. dicebant, *Audiemus te de hoc iterum*, hoc verò mulris modis contingir: Nam aliquando Gentiles in erroribus conrra naturale lumen intricati conſcientiæ remorſus ſentiunt, non enim illam ſalutis viam ſatis tutam eſſe arbitrantur: præſertim cognitis ex diuinæ gratiæ illuſtratione erroribus, qnibns impediuntur; vnde iam cxoritur cogitatio, & obligatio aliam inueſtigandi: aliquando etiam publica Euangelicæ virtutis fama exterius, & interiori auxilio Dei vocante homo cxcitatur, & ſuæ obligationis conſcius fit, vt quærat viam ſalutis, & verum Dei coleudi, ipſique placendi ritum inueſtigat.

4. Suppono quarto hanc obligationem ſiue negatiuam, & quoad ſpeciem, ſiue poſitiuam, & qooad exercitium actus oriri proprie, & per ſe ex propria virture fidei etiam præciſa quatis obligatione aliarum virtutum: ita communiter tenent theologi, quos ſequuntur Valent. 2. 2. diſput. 1. quæſt. 2. punct. 5. Soar. de fide diſput. 13. ſect. 2. numero 3. Sanch. lib. 2. Decalog. cap. 1. numero 2. Axor. lib. 8. inſtitut. moral. cap. 27. quæſt. 8. Probatur primo: Nam tunc præceptum ex aliqua virtute præciſè dicitur obligare, quando vitium præcepto oppoſitum eidem virtuti ſpeciatim contrariatur, ſed peccatum infidelitatis oppoſitum fidei præcepto eidem virtuti ſpeciatim opponitur, iuxta Tridentinum ſeſſ. 6. canone 17. & 18. ergo præceptum fidei ex præciſa obligarione talis virtutis conſtringit. Secundo fides habet peculiarem honeſtatem, propter quam quacumque alia ſeparata, præcipi potuit, vt oſtendi quæſt. 3. ſect. 3. ex materiaque eiuſdem virtutis idem oſtenditur: Nam materia fidei, vel eſt ipſe Deus, vel alia quæ ad mores pertinent, & in ordine ad Deum à fide credenda proponuntur, ſed propter vtrumque fides præcipitur: ergo obligatio huius præcepti ex præciſa huius virtutis ratione promanat: Minor quoad priorem partem probatur: Nam agens intellectoale, vt operetur propter finem, illum cognoſcere neceſſe eſt, ſed homo eſt agens intellectuale quod propter finem ſupernaturalem ad quem à Deo dirigitur, operari debet: ergo neceſſario illum coguoſcere oportebat, ſed Deus vt eſt obiectum ſupernaturalis beatitudinis non poteſt cognoſci naturali lumine: ergo ex lumine, & ratione ſupernaturali fidei homo obligatur ad hanc cognitionem Dei ſnpernaturalem: quoad alteram partem minor ſuadetur, quia ad prædicti finis aſſecutionem magni intereſt, media ſcire, per quæ ad illum perueniri poſſit, ſed ad hoc neceſſario cognoſcenda eſt integra viuendi diſciplina, & morum honeſtas incorrupta, quam fides certius diſcernit, Ideo enim gentiles etiam, qui rectam morum honeſtatem ſectari profirebantur ex defectu diuinæ fidei in multa flagitia turpiter lapſi ſunt: ergo ex ſolo fidei ductu, & propter peculiarem illius honeſtatem fidei præceptum hominibus datum eſt, & hinc eſt, quod fides in materia cuiuſlibet virturis ſpeculatiuo modo veritates ipſarum practicas, quæ honeſtates ſingularum diſtinguunt, certiſſimè diuiiudicat. Aduertendum tamen hic eſt: præceptum fidei, quod hominem ex ſpeciali honeſtate huius virtutis obligat, diuerſum eſſe ab eo, per qnod à virtute ſtudioſitatis homo tenetur, huius enim virturis officium eſt ponere medium in his, quæ ad cognitionem pertinent, vt docet D. Thom. 2. 2. quæſt. 166. ne quis negligens ſit in procuranda cognitione neceſſaria & vtili ſecundùm rectam rarionem naturalem, vel ſupernaturalem, & ne etiam nimia curioſitate occupetur in rerum inutilium inueſtigatione, vel in iis, quæ ſuperant naturale lumen intellectus: Nam hæc virtus etiam in ordine ad ſupernaturalem cognitionem per ſe inſuſa eſt, ſicur aliæ virtutes morales, quod vero diuerſum præceptum ſit, patet: Nam ſi fidelis nimis curioſus ſit in inquirendis ratiouibus myſteriorum, quæ ſnperant humanæ mentis captum, vel nimis negligens in addiſcendis fidei myſteriis, ſane contra ſtudioſitatem peccabit, & non contra præceptum fidei, quia fides quædam cognitio eſt ſupernaturalis, quam fideles addiſcere tenentur & in cuius inquiſitione intellectus nimia curioſitate opprimitur, & libera ac liberalis voluntas in aſſentiendis rebus fidei minuitur, quia tamen eſt præceptum ex honeſtate ſtudioſitatis proueniens, quando violatur, nec in infidelitatis culpam incurritur neque fides amittitur: nihil enim contra fidem creditur, neque rebus fidei ſufficienter propoſitis aſſenſus denegatur. Verum aſſentiri obiectis fidei, reſiſtereque tentationibus contra illam, non eſt dubium prouenire ex obligatione præcepti fidei, & ex honeſtate huius virtutis; at res fidei inquirere, audire libenter, & addiſcere ex virtute ſtudioſitatis proficiſcitur, cuius præceptum etiam in hoc ſenſu præceptum fidei dicitur, materialiter quatenus fides quædam cognitio eſt ſupernaturalis fidelibos neceſſario addiſcenda, & ſic materia eſt virtutis quæ ſtodioſitas nominatur. In hoc igitur, quod eſt non audire res fidei, diſtinguere oportet poſiriuam reſiſtentiam, ſeu negationem aſſenſus, quando proponuntur res fidei à tædio ſeu moleſtia eas audiendi,

ſeu

ſeu ab iniuria illas addiſcendi, in primo enim infidelitatis crimen committitur, in ſecundo contra ſtudioſitatem ex præcepto etiam hominis obligantem peccatur: vt à Sapiente 8. prouerb. numero 33. monemur: *Audite diſciplinam, & eſtote ſapientes & nolite abycere eam.*

5 His poſitis ſit prima Concluſio. Omnia illa, quæ neceſſario credenda eſſe diximus in ſuperioribus in qualibet lege ex neceſſitate medij ſub præceptum fidei cadunt; eſt theologorum communis, quando loquuntur de medijs ad ſalutem neceſſarijs, quæ ſunt in noſtra poteſtate, licet nonnulli medium abſolutè conſiderent magis in genere, nempè ſine quo ſalus obtineri non valet ſiue ſit in hominis poteſtate, ſiue non: & hoc modo non omne medium ſic acceptum ſub præcepto cadit, verbi cauſa gratia excitans, ad iuſtificationem adulti omnino neceſſaria eſt, & de ea non eſt præceptum: ita Dominicus Soto in 4. diſtinct. 2. quæſt. 6. artic. 4. Petrus Soto de baptiſmo ſect. 8. aliis modis medium ſalutis accipitur ab aliis authoribus, quos non curo, quia ad quæſtionem de vocabulo pertinent: de illis videri poteſt Turrian. de fide diſp. 27. dub. 5. & Becanus de fide cap. 12. in princip. verum in ſenſu noſtræ concluſionis loquentis de medio quod ex noſtræ poteſtatis arbitrio dependet illa expreſſe defenditur à Bellarmin. lib. 2. de pœnit. cap. 8. Suar. de fide diſp. 13. ſect. 3. numero 3. Turrian. de fide diſput. 28. dub. 1. Coninc. diſput. 14. de moralitat. actu. ſupernatural. dub. 10. n. 187. Lorca diſput. 23. membr. 1. & ex primo præſuppoſito manifeſtè probatur: Nam eo ipſo quod æternæ legis ordinatio aliquod ſtatuit medium ab hominibus liberè operantibus dependens, vt omnino neceſſarium ad ſalutem, ipſis præcepit, vt per illud ſibi ſalutem pararent. Deinde cum hæc ordinatio pendeat à libera Dei voluntate, ius quod præſcribit poſitiuum eſt, ad quod conſequitur etiam naturale per connaturalitatem ad naturam rationalem eleuatam, & ordinatam ad finem ſupernaturalem: ipſa enim naturalis ratio dictat, ne homo prætermiſſo medio ſibi præſcripto ſuæ ſalutis detrimentum patiatur, ſed illius curam habeat, & medium mandet executioni.

6. Secunda Concluſio. Vltra prædicta, aliqua erant in lege veteri ſub præcepti obligatione credenda: hæc eſt ſecundum D. Thomæ mentem 2. 2. quæſt. 16. artic. 1. ad 5. vt ipſum melius expoſuit Caietan. quam communiter exponitur in ſumma corporis illi articulo præfixa, quæ ita ſe habet: *Cum non fuerint in veteri lege populo ſecreta fidei exponenda, nulla fuerunt in ea de fide præcepta data*: quæ doctrina ita vniuerſaliter ſumpta, quod nulla præcepta de fide eſſent in lege veteri, vera non eſt, neque D. Thomas id voluit quia ad quintum ſic ait, *Quod autem addit, credite illi: ad quædam credibilia ſpecialia referendum eſt, & præcipue ad illa, quæ promittit Deus ſibi obedientibus*, in quibus verbis oſtendit D. Thom. poſt fidem vnius Dei, quæ non erat

A ſpecialiter præceptâ in lege ſcripta, ſed in lege naturæ omnibus præſcripta, alia ſpecialia credenda in lege proponi, qualia erant illa, quæ Deus ſibi obedientibus in lege pollicebatur, quod Caietan. ſic intelligit, *Quod nulla ſunt de ſecretis fidei: hoc eſt articulis fidei in veteri lege data præcepta, de alijs autem ſpecialibus credibilibus non inconuenit aliquod præceptum inueniri.* Itaque non negauit D. Thomas habuiſſe Iudæos obligationem credendi ex præcepto diuino, ſed quia præcepta fidei, quæ habebant de Deo iuſtificatore & remuneratore & implicite de Chriſto ipſis ſpecialia non erant, ſed communia omnibus fidelibus toto tempore vſque ad Chriſti aduentum, idcirco ſuppoſita Dei fide, & illius au-

B ctoritate, alia ipſis præcepta in lege ſcripta dedit, in quibus inuoluta erant myſteria in lege noua credenda: Neque facere debet difficultatem ratio D. Thom. in corpore eiuſdem artic. 1. nempè quia præceptum ſupponit auctoritatem præcipientis, & ſubiectionem ſubditorum, qui parere tenentur, ſed fides hominem Deo ſubdit, & auctoritatem imperantis recognoſcit: ergo ex præcepto non imperatur: neganda enim eſt conſequentia, quia vt Deus imperet & imponat præceptum, ſatis eſt, ipſum eſſe Dominum, & homines ſub ſuo naturali, & ſupernaturali dominio ſubiectos habere, & quando præceptum proponit, ſe ſimul Dominum, ſuamque ſupremam auctoritatem manifeſta tali modo, vt

C euidenter credibile appareat illi fidem & obedientiam deberi: quia tamen in lege ſcripta ſatis oſtenſum ſuppoſitum Dei imperium & illius fides omnibus communis erat & neceſſaria, ad præcepta illa ſcriptæ legis Iudæorum populum ſpeciatim obligauit, nihil de fidei miſteriis expreſſe tradens, quia hæc ad legem gratiæ ſpectabant. Noſtram etiam aſſertionem indicant Bannes, & Aragon. ad art. 1. quæſt. 16. citata & defendit Suar. ſect. 5. citato numero 4. & ſequent. Probatur diſcurſu facto per ea quæ Iudæi credere tenentur. Primo quando data eſt lex, ſufficientia habuerunt motiua, illam ex diuina reuelatione fuiſſe per Moyſem à Deo acceptam: & hæc ipſum filios ſuos docere præcipiebantur: vt patet Deuter. 6. numero 1. *Hæc ſunt præcepta & ceremoniæ, atque iudicia, quæ mandauit Dominus Deus veſter*: & infra, *vt timeas Dominum Deum*

D *tuum, & cuſtodias omnia mandata, quæ ego præcipio tibi, & filijs ac nepotibus*: item Pſal. 77. *Quanta mandauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis*, quare non eſt dubium contra fidem illos peccaſſe in lege contentam de adorando vno tantum Deo, ſi Idola, & falſos gentilium Deos venerabantur. Deinde tenebantur cognoſcere explicite per fidem moralia præcepta omnia, quæ ad vitam rectè inſtituendam neceſſaria ſunt, qualia ſunt præcepta decalogi, & quæ in illis continentur, etenim horum naturalis cognitio multis de cauſis ſufficiens non erat. Primo quia maior hominum multitudo proprio diſcurſu, & ratione naturali non poterat aſſequi quæ ad honeſtè viuendum neceſſaria eſſent, neque malum morale,

bonumue honeſtum ſatis diſcernere : ideoque A oportebat, vt certas aliquas regulas huius honeſtatis haberent, quas tanquam à Deo acceptas, & in eius reuelatione fundatas crederent, hanc hominibus naturalem honeſtatem indicare. Secuodo vt maiori certitudine viam ſalutis agnoſcerent, qusm quæ ex naturali humanoque diſcurſu comparatur, qui in moralibus facile decipitur; vnde apud diuerſas nationes eernimus multa vitia contra honeſtatem naturalem ex ſua ratione non reputari mala, ideoque omnibus permitti, & in vſu eſſe, vt Polygamia, ſimplex copula, vſura, & ſimilia. Tertio quia per fidem, vt potc ſupernaturalem cognitionem, multo efficacins iuuari homines poſſent, ad eorumdem præceptorum obſeruationem, nam naturalis ratio, & cognitio minus efficax eſt. Quarto vt ex ſupernaturali ratione moralis honeſtas B proponeretur voluntati, quæ actus virtutum moralium ſupernaturalium elicere debebat ſecundum opioionem magis communem, has virtutes morales per ſe infuſas admittentem : vt cnim ait Auguſtin. 10. de Trinitat. cap. 1. *Firmiſſimè nouimus amari niſi nota non poſſe* : ergo honeſtas ſupernaturalis diligi non poteſt antequam cognoſcatur per uotitiam ſibi proportionatam.

Oppones D. Paulum ad Romanos 3. numero 25. ibi diſtinguit legem veterem à lege noua, quod illam legem factorum, banc vero legem fidei appellat : item ad Galatas 3. C numero 12. ait : *Lex autem non eſt ex fide* : & numero 23. *Priuſquam veniret fides*, id eſt lex noua, & Euangelica : numero 25. *Vbi venit fides* : ergo in lege veteri non erat aliquod preceptum fidei. Reſpondeo D. Paulum ſicut à noua lege opera non excludit, immo illam requirit fidem, quæ per charitatem operatur, ita à lege veteri fidem non reijcit, quemadmodum enim fides ſine operibus, ita opera ſine fide mortua, & omnino inutilia ſunt ad ſalutem : cur ergo D. Paulus hanc facit inter has leges diſtinctionem, vt veterem factorum, nouam verò fidei nominet ? omiſſis aliis rationibus, quæ videri poſſunt apud Auguſtin. de ſpiritu & lit. cap. 13. & recentiores interpretes ad hunc locum; illa eſt communiſſima, & contextui maximè conformis, quia illa D lex non eo tendebat vt traderet præcepta de credendis, ſed de faciendis, neque illius propria erat fides, ſed legi etiam naturali communis, & vtrique à fidei plenitudine, quæ in lege gratiæ eſt, communicatur : ita Anſelm. D. Thom. Lyran. in locum citatum, in idem fere redit quod idem D. Thom. 1. 2. queſt. 107. artic. 1. ad 3. docet : verba Ambroſ. referre Iubet lib. 8. epiſtol. 28. ad Horoſitianum : *Poſtquam fides aduenit : non dicit Paulus Euangelium, ſed fidem : ea eſt enim ſola fides, qua eſt in Euangelio : Nam licet Iuſtitia Dei in eo reuelatur, qua eſt ex fide in fidem, tamen ſic illa legis eſt fides, ſi ei accedat fidei plenitudo : merito ergo fides iſta, quaſi ſola dicitur, quia illa ſine hac fides non eſt, ſed in hac confirmatur* : lex igitur factorum iubet quid faciendum ſit, lex fidei, eſt ipſa fides, quæ gratiam impetrat, cuius beneficio legi obtemperatur : vtraque ergo lex poſtulat opera, ſed lex factorum id præcipuè intendit, quid faciendum ſit, præſcribere, lex vero fidei ad credendum excitare, & credendo gratiæ auxilium ad rectè operandum impetrare. Itaque quæ credenda erant in lege veteri ex neceſſitate præcepti ſi ſufficienter proponerentur, non minus reliquas totius orbis natioues ad credendum obligabant : Nam ſufficienter propoſita Dei reuelatione obiectum reuelatum neceſſario, vt infallibiliter verum, & ſuper omnia certum debuit ab omnibus iudicari. In lege verò ſcripta non erant ſpecialia fidei præcepta in ordine ad cognitionem primo & per ſe inſtituta : verbi gratia de myſterio Trinitatis, Incarnationis & ſimilium : quamuis ſemper in Eccleſia etiam ante aduentum Chriſti homines fuerint ſpecialiter electi, & à Deo illuminati, in quibus fides magis explicita manſit : & de his dicunt aliqui Doctores, eos plura habuiſſe præcepta credendi explicitè, verbi gratia Trinitatem, & Incarnationem. Verum hæc obligatio magis ratione officij, & peculiaris reuelationis ipſis factæ, quam ex præcepto fidei vniuerſalis prouenire exiſtimatur : alia quæ dici poſſent de præcepto fidei pro tempore antecedenti aduentum Chriſti, & promulgationem Euangelij, colligi poſſunt ex iis quæ dicemus de præcepto fidei in lege gratiæ.

Tertia Concluſio. Erronea ſententia eſt, 8. aſſerere in lege Chriſti non opus eſſe, vt fideles laïci aliquem fidei articulum explicitè credant, ſed ſatis eſſe credere omne id quod credit Eccleſia : hæc definita eſt à Gregorio 11. cum Coocilio Cardinalium & Theologorum, vt refert Director inquiſit. 2. p. queſt. 10. art. 8. contra illam ſenſiſſe aliquos Canoniſtas & Theologos dicunt aliqui recentiores, ſed ſi attente legantur, omnes vel ſupponunt, vel expreſſe dicunt fidem Dei iuſtificatoris, & remuneratoris explicitam, eſſe neceſſariam : vnde à cenſura huius concluſionis poſſunt excuſari, quamuis falſa ſit illorum opioio, quatenus aſſerunt ſufficere ſimplicibus paucos articulos explicitè credere. Pro concluſione ſtat Athanaſ. in Symbol. Baſil. apud Theodoret. lib. 4. hiſtor. cap. 17. Nazianzen. de fide Hieronym. lib. 3. Apolog. aduentus Rufin. Auguſtin. lib. 18. de ciuitat. Dei cap. 51. & de hæreſibus ad quod vult Deum. Probatio huius deſumitur ex locis quæ ex ſacra ſcriptura adduximus ſectione præcedente. Tota controuerſia eſt inter Catholicos quinam articuli ex neceſſitate præcepti credi debeant : Nam quod nõ oporteat omnes fidei veritates à fidelibus ſciri, ſeu per fidem cognoſci, etiam certum eſt, vt docet D. Thom. 2. 2. quæſt. 2. art. 5. Valentia ibidem diſput. 1. quæſt. 2. punct. 3. Turrian. de fide diſput. 28. dub. 1. & cæteri communiter. Vnde diuerſæ ſunt de hac re ſententiæ : Nam Bonauent. in 3. diſtinct. 25. art. 1. quæſt. 2. Dur. quæſtione prima, negant cadere ſub præcepto fidei omnes articulos, qui ad Chriſti humanitatem ſpectant, ſed ſufficere exiſtimant, ſi ea, quæ publicè ab Eccleſia celebrantur, à fidelibus credantur, à

qua

qua ſententia parum recedit Medio. lib. 4. de recta in Deum fide cap. 6. & Syloeſt. verb. fides, ſolum addunt ea neceſſario eſſe credenda & ſufficere, quæ poſſunt hominem in vltimum finem dirigere, & illum in ſui officij obligatione rectè inſtruere. Prætorea D. Thom. in 3. diſtinct. 25. quæſt. 2. artic. 1. quæſtiuncula 2. Richard. Gabriel & alij eadem diſtinctione docent fideles non obligari ex præcepto fidei ad credendos omnes fidei articulos. Verum prima ſententia non eſt vera. Secunda non ſatis expedit difficultatem: Nam aliquæ feſtiuitates Chriſti celebrantur, quarum myſteria explicitè credere non tenetur populus, verbi gratia Circumciſioois, Transfigurationis, & Epiphaniæ. Deinde ſi non omoes articuli ſub præcepto fidei cadunt, oportet aliqoam regulam certam tradere; & maiorem rationem aſſignare cur hi, & non alij neceſſario ſint credendi, quæ vt explicatius exponantur, aduerteodum eſt: ex iis, quæ ſub præcepto credendi cadunt, alia ſunt propter cognitionem, alia propter operationem: priora ſunt verbi gratia myſteria Trinitatis, & Incarnationis, vitæ, paſſionis, & reſurrectionis Chriſti & ſimilia: poſteriora vt ſacramentum baptiſmi, pœnitentiæ, præcepta decalogi & alia ſpeciatim declaranda.

9. Quarta Concluſio. Omnes fideles tenentur ex præcepto credere omnes articulos fidei, qui in ſymbolo Apoſtolorum continentur, quoad ſubſtantiam & ſecundùm vniuſcuiuſque meotis captum, ſaltem prout à rudioribus concipi poſſunt: ita tenent magis communiter Theologi in diſtinct. 25. D. Thom. artic. 5. & 7. in corpore, quæſtione 2. citata: vbi aduerte quod licet dicat fideles obligari ad credeoda myſteria Chriſti, *Quæ communiter in Eccleſia ſolemnizantur*, ſtatim addete, *& publice proponuntur*, vt ſignificaret vltra ſolemnitatem requiri Eccleſiæ propoſitionem ad hoc vt ſub præcepto credendi cadant, hæc verò propoſitiu ſit per ſymbolum, quod totum fidelibus ab Eccleſia credendum proponitur: eamdem concluſionem tuentur Adrian. quodlibet 3. artic. 1. Caſtro lib. 1. de iuſta hæret. pœnit. cap. 9. Sot. io 4. diſtinct. 5. artic. 2. & lib. 2. de natura & grat. cap. 11. Valent. 2. 2. diſput. 1. quæſtione 2. punct. 3. concluſ. 2. & punct. 4. ad finem. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 7. quæſtione 4. Nauarr. in ſumma cap. 11. numero 21. Cano relect. de ſacram. in genere, Suar. de fide diſput. 13. ſect. 4. numero 5. Turrian. vbi ſupra: Conioc. de moralitat. actu. ſupernatural. diſput. 14. dub. 10. concluſ. 2. numero 188. Malderus 2. 2. quæſt. 2. artic. 7. concluſ. vltima: Aragon. ibidem artic. 6. Sayrus in claui lib. 2. cap. 9. Suadetur primo ex praxi Eccleſiæ, quæ hos ſymboli articulos omnibus credendos proponit, & ſuis miniſtris præcipit, vt eos rudioribus tradant, vt patet ex cap. Deus qui de pœnit. & remiſſ. & inter decreta, quæ 6. Synodo tribuuntur, quæ tom. 3. poſt Concilium Toletanum 13. alias A 15. ante vel poſt Canones eidem Synodo attributos nouem capita conſentur ex quibus 7. ita habet: *Commonendi ſunt fideles omnes à minimo vſque ad maximum, vt orationem Dominicam & ſymbolum dicant, & dicendum eſt eis, quod his duabus ſententiis omne fidei Christianæ fundamentum incumbit: & niſi quis has duas ſententias memoriter tenuerit, & toto corde crediderit, & in oratione ſæpiſſime frequentauerit, catholicus eſſe non poterit*: & quamuis hæc capita non ſint 6. Synodi vt teſtatur Surius ibidem, ſunt tamen Canooes pij, & ſatis vſum Eccleſiæ declarant in proponeodis ad credendum articulis in ſymbolo contentis: confirmaturque B eadem conſuetudo ex catechiſmo Pij V. in principio, & cap. ante viginti, cap. ſymbolum, cap. baptizandos, cap. noo licet de conſecratione diſtinctione 4. in quibus præcipitur ne adulti ad baptiſmum admittantur; antequam de his ſymboli articulis ſint ſufficienter inſtructi: ideoque de hac materia per octo dies ante Paſcha in Eccleſia publicè prædicari iubetur. Secundo probatur ratione: his articulis continentur myſteria, quæ ad dioinitatem, & humanitatem Chriſti Domini ſpectant; Item quæ ad noſtram redemptionem, iuſtificationem, & finem ſopernaturalis beatitudinis conducunt: maxime enim dedecet, vt qoi Chriſtianam religionem profitentur, eiuſdem, legis, & ſuæ ſalutis authorem neſciant quæ- C que redemptionis gratiam, & gloriæ præparatam mercedem ignorent.

Dixi in Concluſione, *Quoad ſubſtantiam, &c.* quia non ita ſtrictè tenetur rudis plebecula hos articulos ſcire, vt omnes illorum circumſtantias etiam in eo ſymbolo expreſſas, verbi gratia Chriſtum ſub Pontio Pilato paſſum; oeque quoad ſubtiliores & proprios conceptus, verbi gratia in Chriſto eſſe duas naturas & voluntates, vnam vero tantum perſonam: Nam ſolum ad doctiores pertinet: ſatis ergo rudiores credunt: ſi Chriſtum Deum & homioem, paſſum, mortuumque io Cruce, reſurrexiſſe, ad cælos aſcendiſſe, & cætera ſuo concipiendi modo credant: item ſufficit ſi interroganti an pater ſit Deus, Spiritus ſanctus, & Filius D ſint Deus: & an ſint plures Dei, ruſticus reſpondeat omnes eſſe vnum Deum, quamuis diſtinctius vnitatem eſſentiæ, & realem diſtinctionem perſonarum non percipiat: ita Vaſquez 1. 2. diſputationem 121. cap. 2. Sanchez in decalog. lib. 2. cap. 3. numero 17. Coninc. vbi ſupra: apod quem, & Suar. ſectione quarta citata; quomodo aliqui articuli in hoc ſymbolo contenti debeant in particulari cognoſci, latius videri poteſt. 10.

Quinta Concluſio tenentur etiam omnes fideles ſcire decem præcepta decalogi, 11. & quinque ſanctæ matris Eccleſiæ, & ſeptem ſacramenta, præſertim tria, baptiſmum, Pœnitentiam, & Euchariſtiam; & denique orationem dominicam, quamuis ſub mortali non obligentur rudiores eiſdem verbis & ordine memoriter hæc

Google

tenere, qnibus ab Eccleſia ſolent recitari, ſed ſuſſiciet ad peccatum mortale vitandum, harum rerum ſenſum ita in mente habere, vt ad ſingula ioterrogantibua diſtinctè quis poſſit reſpondere, non tamen excuſabitur à veniali, qui cum poſſit etiam verba addiſcere, per negligentiam hæc ſcire detrectet: hanc tradunt communiter recentiores qui ad hæc particularia deſcenderunt. Valentia citatus p. 5. Henriq. lib. 6. de ſacrament. cap. 28. Sanchez in decalogo lib. 2. cap. 3. numero 9. & ſequent. vbi multos citat Ioann. Medin, Cœlius de oratione cap. 10. Michaël Medin. de recta in Deum fide lib. 4. cap. 6. Nauarr. cap. 11. in manual. numero 22. & de oratiooe cap. 4. & de conſecrat. diſtinct. 1. cap. 20. Suar, diſput. 13. ſect. 4. numero 11, & ſect. 5. numero 7. Coninc. vbi ſupra numero 191. Probatur, quia hæc ſunt, quæ ad vitam Chriſtianam rectè inſtituendam fideles ſcire debent, quod docent Concilium Rhemenſe 2. cap. 1. tempore Leonis 3. celebratum, & Moguntinum 1. ſub eodem Pontifice cap. 45. vbi dicitur, *Symbolum quod eſt ſignaculum fidei, & orationem dominicam diſcere ſemper admoneant ſacerdotes populum Chriſtianum: volumuſque vt diſciplinam condignam habeant, qui hac diſcera negligunt*: & cum noo minor ratio ſit de præceptis, quæ Chriſtianus obſeruare tenetur, & de ſacramentis, quibus vti oportet: ſequitur ſub mortali obligari omnes fideles, illa aliquo modo ſcire, quamuis non tam ſtricta obligatio ſit, vt eodem ordine, & eiſdem verbis quibus in Eccleſia lingua vulgari ſolent recitari, memoriter teneaotur: quando tamen ex notabili negligentia eiſdem verbis memoriter ſciri à fidelibus prætermittitur, à veniali culpa nequeunt excuſari, quia hæc negligentia contra Chriſtiani officij obligationem procedit. Nec dicas memoriam eſſe aliquid habituale, & ad actum primum ſpectans, quod in hominis poteſtate, & libertate non eſt: Nam hæc obligatio immediatè non eſt ad perfectionem habitualem, & in actu primo, ſed ad actus, per quos ſolet habitus comparari; itaque obligatio eſt ad adhibendam diligentiam, & moraliter poſſibilem in actuum exercitio, ex quibus habitualis memoriæ perfectio habeatur: ſimiliter gratia habitualis non cadit ſub præcepto per ſe immediatè, attamen actus cootritionis, quæ eſt proxima diſpoſitio ad illius infuſionem, ſub præcepto cadit.

12. Sexta Concluſio. Epiſcopi, Parochi, Concionatores, Confeſſarij, & alij quibus animarum cura incumbit, multo maiorem rerum fidei cognitionem, item eorum, quæ ad mores pertinent, quam cæteri fideles tenentur habere: ita communiter Theologi cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 2. artic. 6. & Canoniſt. ad Caput qui Epiſcopus, diſt. 23. Turrecrem. larius. Suarius vbi ſupra ſect. 6. numero 4. & ſequent. Coninc. citatus numero 196. & 198. poſt Durandum, Lorcam & alios: & in primis Epiſcopi ita in rebus fidei debent eſſe inſtructi, vt fidei difficultates aliis explicare, & ſi opus fuerit, ſapienter defendere poſſint iuxta illud ad Titum 1. numero 9. *Amplectentem, qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere.* In quem locum plura Patres & commentatores in hanc rem ediſſerunt. Chryſoſtom. ita ait, *Qui ignorat rectam, ſanamque doctrinam, vt oportuerit tradere longe a ſede Epiſcopali arcendus eſt*: & hinc eſt quod Gratianus initio diſtinct. 86. *Doctorem*, inquit, *id eſt potentem docere, Epiſcopum eſſe oportet, ne inferiorum culpa in eum refundantur, qui docendi officium accepit quod exequi neſcit, vel negligit.* Coofirmatur hæc veritas ex multis Conciliis & ſacris Canonibus: ex Concil. Carthagin. 4. cap. 5. Toletan. 11. in priocipio: ex ſeptima ſynodo ſectio. vltima cap. 2. ex Lateranen. 6. ſub Alexand. 3. & habetur io cap. Cum in cunctis de electione. Lateranenſi 9. ſub Leone 10. & denique Tridentino ſectio. 7. cap. 1. & ſeſſ. 22. cap. 2. de reformatio. Deoique in multis textibus diſtinct. 13. 36. & 38. Ratio eſt primo quia credibilia per reuelationem innoteſcunt. At reuelatio diuina per ſuperiores ad inferiores deſcendit, & ſicut ſuperiores Angeli illuſtrationem Dei prius recipiunt, & ab iis inferiores illuminantur, vt docent Theologi cum Dionyſ. de cæleſt. Hierarch. cap. 12. ita in iis, quæ ex diuioa reuelatione procedunt, Epiſcopos, qui ſuperiores ſunt in Eccleſiaſtico ordioe, reliquos homines in doctrina fidei illuminare oportet. Secundo quia Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores ſunt, quibus Matth. 28. dictum eſt, Ite, docete omnes gentes: & Matth. 5. dicuntur ſal terræ, & lux mundi, quia ad eorum officium pertinebat, tenebras, quas hæretici ſuis ſophiſmatum argutiis oſtendunt, ſuo doctrinæ ſplendore depellere. Tertio quia in Eccleſia aliquos eſſe oportet, ad qoos ex officio Eccleſiaſtico ſpectet exacta catholicæ veritatis cognitio, & rerum de fide difficilium explicatio: ergo hoc munus Epiſcoporum humeris incumbit; Nam cum ſupremam in Eccleſiaſtico ordine teneant dignitatem, quibus plus donatur, ab eis plus exigitur, & cum paſtores ſupremi ſint, non modo oues paſcere, ſed etiam à luporum iocurſibus tueri obligantur. Neque ſatis eſt, quod per alios coadiutores vel aſſeſſores id faciant; Nam hoc non tollit id quod per ſe eſt, oempè vt officij obligatio perſonalis dignitatem perſonæ, nempè ſcientiam, virtutemque præſupponat. Deinde de Parochis, Concionatoribus, & Confeſſoribus ſimiliter probatur in eis maiorem requiri rerum fidei & morum cognitionem, quia ad ipſos præſertim pertinet quod ait Petrus 1. Caoon. cap. 3. *Parati rationem reddere eius, quæ in nobis eſt fidei.* Nam iuxta Malach. 2. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent de ore eius.* Vnde prouenit quod in ipſis ignorantia in ſacris litteris maximè reprehenditur, quia ab eis in populum refunditur.

tur. Ezech. 44. nu. 33. *Populum meum docebunt quid ſit inter ſanctum & pollutum, & inter mundum & immundum oſtendent eis* : & Hierem. 2. numero 8. *Sacerdotes non dixerunt, vbi eſt Dominus? & tenentes legem neſcierunt me & paſtores prævaricati ſunt in me* : neque vlterius opus eſt hoc in loco alia ſpeciatim notare quæ ad eorum obligationem ſpectant : illud tandem Symmachi Papæ monitum in epiſtol. ad Laurentium Epiſcopum Mediolanenſem non ſilebo & ne quis exiſtimet ſanguinis claritodine hunc ſcientiæ ſpleodorem in Epiſcopo, vel etiam in parocho ſeu ſacerdote poſſe compenſari Symmachum audiat. *Fruſtra monitoris perſonam ſuſcipit, qui impatiis non prævalet æſtimare pondus officij : Viliſſimis comparandus eſt niſi præcellat ſcientia & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior.*

13. Duo adhuc in hac re ſuperſunt dubia. Primum quando obliget fidei præceptum? Aliqui dicunt obligare diebus feſtis. Alteri docent in iis diebus, quibus celebrantur ea myſteria, quæ ex præcepto à fidelibus ſunt credenda. Alij denique hanc obligationem non habere temporis determinationem, ſed in arbitrio fidelium id manere dummodo aliquando in vita ſua actum fidei eliciant circa ea, quæ ex præcepto credere tenentur : omnes hæ tres ſententiæ merito reiiciuntur à Suar. diſput. 13. de fide ſect. 5. Aliter ergo huic dubitationi ſatisfaciendum; & prius tria ſunt adnotanda : primum neminem dubitare præceptum negatiuum, verbi gratia non eliciendi actum contrarium, obligare omni tempore, quod dici ſolet obligare pro ſemper, quia nunquam licet homini poſitiuè diuinæ veritati aduerſari, neque in dubium vocare, quæ ſibi à Deo reuelata proponuntur : Eſt ergo hæc obligatio præcepti fidei negatiui neceſſitas quoad ſpeciem perpetua excludens omnem actum oppoſitum fidei & dubitationem illius. Secundum : hoc præceptum non vrgere toto tempore, quo ignorantia inuincibilis rerum credendarum durauerit, quod verò hæc dari poſſit, communis & recepta Theologorum ſententia tenet, quos referunt & ſequuntur recentiores : Sanches in præcepto decalogi lib. 2. cap. 3 numero 20. Vaſq. 1. 2. diſpot. 121. cap. 2. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 6. quæſt. 7. Suar. de fide diſput. 15. ſect. 1. numero 10. Coninc. de moralitat. actuu. ſupernatoral. diſput. 14. dub. 11. numero 111. Peſant. 2. 2. quæſt. 10. artic. 5. diſput. 2. Turrian. ibidem diſput. 28. dub. 2. Tertium: hanc obligationem eliciendi actum fidei certo tempore vrgere poſſe dupliciter; vel per ſe & ratione ſui, vel per accidens, & ratione alterius occaſionis vel actus ocurrentis : vtroque modo difficultatem expediam.

14. Septima Concluſio. Actus fidei ratione ſui ex præcepto exigitur in duplici tantum caſu : primo quando alicui ſiue infidelis ſit ſiue fidelis non ſatis tamen inſtructus in rebus fidei, proponuntur fidei articuli ſufficientes, prudenterque credibiles apparent, ſtatim obligatio pro eo tempore vrget ad

A credendum. Secundo quando grauis tentatio occurrit contra fidem, quam quis putat aliter ſuperari non poſſe : hanc tuentur Sanchez libr. 2. decalogi cap. 1. numero 3. cum Valentia Azor. & aliis: Suar. de fide diſp. 13. ſect. 5. numero 5. & 6. Coninc. citatus dub. 10. numero 205. & 214. Probatur primus caſus in infideli ſiue Gentilis ſit ſiue Iudæus, aut hæreticus, iſte enim non ſine ſuæ ſalutis contemptu baptiſmum, ſeu conuerſionem ſuam differt & non ſine veritatis diuinitus reuelatæ iniuria aſſenſum denegat aut poſitiua reſiſtentia, nimirum diſſenſu, aut negatiua, quæ ſine contemptu, & dubitationis impedimento moraliter non contingit : exemplo rem declaro : ſi qois in Caſtris alicuius ducis militaret, quem iuſtè bellum facere æſtimaret, poſteà verò agnoſceret illud bellum eſſe iniuſtum, ſeque contra ſuum proprium

B regem arma mouere, ſane vbi primum hoc ſciret miles, ſtatim obligari cœpiſſet ad mutanda Caſtra, quod ſi facere negligeret grauiter cootra Regem peccaret : hoc igitur modo ſe habet infidelis, qui in Dæmonis Caſtris militans, extra Eccleſiæ gremium, & ſalutis viam prudeos ſcienſque manere vult : vnde etiam de adulto iam baptizato, qui aotea in ignorantia inuincibili fuit ſuæ obligationis, oſtenditur : Nam qui nunquam fidei actum elicuit circa myſterium fidei, quod ex præcepto credere tenetur, quando illud myſterium ſufficienter proponitur, & ipſe ſuæ obligationis admooetur, moraliter loquendo ſi aſſentiri detractet, id non niſi ex dubio, vel contemptu rerum fidei, aut ſaltem

C ſuæ ſalutis prouenire poteſt : ſi quidem nullum tempus commodius ad credendum aſſignari poſſet, quam in ea occaſione, in qua de myſterio inſtructus credibilitatem illius euidentem agnoſcens facile illi poſſet aſſentiri : ergo ſi non faciat, interpretatiuè creditur aut de ea veritate dubitare, aut illam contemptui habere. Dices qui incidit in peccatum mortale, non tenetur atque ſui periculi admonetur ſtatim conteri, vel confiteri, ſed poteſt ſine contemptu id differre, ſine nouo peccato mortali, & tamen eſt extra ſalutis viam, & diabolo dicitur militare. Reſpondeo tameo eſſe diuerſam rationem : primo quia peccator in eliciendo actum contritionis, vel ſuſcipiendo ſacra-

D mentum pœnitentiæ ſæpè magnam experitur difficultatem, quia peccandi occaſionem relinquere debet : & verum de peccatis dolorem elicere. Vnde cum ex alio capite adhuc fidelis ſit, neque ſpem in diuina miſericordia amiſerit, ex actibus fidei, & ſpei prouocari poterit ad veram peccatorum deteſtationem. At qui ſine vlla difficultate interiori actu aſſentiri poterat myſteriis fidei ſibi ſufficienter propoſitis, ſi non faciat, vel eſt, quia in ſua infidelitate manere vult; vel quia dubitat de veritate ſeu reuelatione obiecti propoſiti, quod dubium ſufficit, vt contra fidem peccare cenſeatur : facilior eſt ſecundi caſus probatio : Nam qui exiſtimat non poſſe vincere teotationem cuntra fidem, niſi illius actum elicien-

do, ſicut tenetur ex præcepto eiuſdem pro quolibet tempore nullum actum illi contrarium elicere: ita etiam tenetur pro eo tempore quo ſe conſtitutum videt in eo probabili periculo, remediom adhibere neceſſarium, vt victor euadat: quando enim obſeruatio pręcepti poſitiui coniungitur cum negatiuo, pro illo tempore eamdem induit obligandi neceſſitatem. Notent tamen ſcrupuloſi ne freqnentiſſimo actuum fidei exercitio mentem excrucient, vt tentationibus fidei reſiſtant: Nam vt bene aduertit Coninc. numero 14. cum Sanchez, ſatius eſſet ſi hæ perſonæ ſcrupuloſæ animum alio diuertant; cum boc ſufficiat, neque his Dæmonum imaginationibus actibus poſitiuis contrariis oporteat repugnare, & raro remedium erit omnino neceſſarium, actum fidei poſitiuè credendo talem veritatem, elicere.

15. Octaua Concluſio. In aliis euentis per accidens ratione aliorum actuum obligatio credendi ex præcepto conſurgit: banc tenent recentiores in proxima concluſione citati. Probaturqoe diſcurrendo per illos caſus in quibus talis obligatio cernitur. Primo quando occorrit occaſio, in qua quis tenetur ſuam fidem coram tyranno profiteri, & verbi gratia aſſerere in lege Chriſti ſolum reperiri ſalutem: Nam cum in eo caſu interius iudicium correſpondere debeat aſſertioni externæ, ſicut externa propoſitio eſt de fide, ita internum iudicium aſſenſus fidei eſt, qui per ſe, vt ſuppono, nulla alia ratione neceſſarius erat, niſi ad aſſertionem & profeſſionem fidei cum veritate proferendam. Secundo ſi opus fuerit elicere actum contritionis, vel religionis: Nam niſi peccator credat Deum pœnitentia flecti ad miſericordiam, & cootrito homini peccata condonare, per contritionem peccatorum veniam à Deo obtinere efficaciter non intenderet: etenim quomodo per orationem mentem elenabit in Deum, quem non credit hominum præcibus exorari? *quomodo*, ait Paulus ad Roman. 10. *innocabunt in quem non crediderunt?* & quamuis aliqui exiſtiment ſufficere actum fidei virtualem, ſeu habitualem fidem præcedere ad actum contritionis eliciendum à peccatore fideli, tamen actus fidei non continetur virtute in actu alterius rationis cum ipſe ex ſua natura ſit actus primus ſupernaturalis, per quem homo libere incipit ad iuſtificationem diſponi; vt bene aduertit Suar. in tom. 3. in 3. par. diſp. 28. ſect. 2. §. *Dices quamuis*, & habitualis fides ſaltem regulariter loquendo non ſufficiat, vt hominem actualiter dirigat, & diſponat ad contritionem, ſed neceſſaria ſit cognitio ſupernaturalis: hanc vero eſſe fidem oſtendit Tridentin. ſeſſio. 6. cap. 6. vbi ad vltimam iuſtificationis diſpoſitionem antecedentes fidei, & ſpei actus prærequirit, vt ad hoc idem probandum obſeruat Coninc. n. 216. dub. 10. citati. Tertio ſi contingat ad reſiſtendum grani tentationi in materia aliarum virtutum eſſe neceſſarium actum fidei exercere, verbi gratia de æternis inferorum pœnis: tunc etiam per accidens poterit ſic tentatus obligari ad eum actum eliciendum, qui quidem caſus rarius eueniet, niſi ex falſa alicuius apprehenſione: ſiue tamen vera ſit neceſſitas, ſiue exiſtimata, omiſſio actus fidei in eo euentu peccaminoſa eſt, verum non contra præceptom fidei, ſed contra eam virtutem, contra quam tentatio vrgebat; vt docet Sanchez, quem ſequitur Coninc. citatus n. 25. Nam licet ad virtutem, verbi gratia continentiæ non pertineret elicere actum fidei, pertinebat tamen efficaciter imperare actum fidei, vt eo quaſi ſcuto in tanto periculo ſe contra inſurgentem tentationem tueretur: etenim omiſſio actus fidei in eo euentu, neque contra fidem, neque contra ſtudioſitatem procedebat, & totum diſcrimen erat amittendæ continentiæ, à quo ſic tentatus ſe eripere tenebatur, quare ſi non fecit, contra continentiam peccauit, iuxta illud Eccleſiaſt. 3. numero 27. *Qui amat periculum, in illo peribit.*

Secundum dubium eſt an omnes fideles poſſint, & teneantur credere, aut ſcire, ſe habere fidem neceſſariam ad ſalutem, nimirum diuinam: hæc difficultas tractari ſolet 1. 2. quæſt. 112. illam tamen 2. 2. fuſiſſimè expoſuit Turrian. de fide diſp. 41. dub 3. 4. 5. & 6. ego breuiſſimè illud expediam: quatuor in eo reperio ſententias. Prima aſſerit quemlibet fidelem poſſe, & debere credere ſe habere fidem diuinam, ita vt ex vi eiuſdem fidei diuinæ qua directè credit, verbi gratia Deum factum fuiſſe bominem, reflexe credere poſſit, & debeat illum aſſenſum, quo verbi Incarnationem credit, eſſe fidei ſupernaturalis: ita D. Thom. interpretatur Caiet. 1. 2. quæſt. 111. art. 5. ad 1. Medin. ibid. dub. 2. concluſ. 3. refertur etiam Conrad. ibidem: ſed ne verb um quidem de hac quæſtione fecit, ſed ſolum loquitur de cognitione ſcientifica: magis in hanc opinionem inclinat Sotus de natur. & grat. cap. 10. argum. 8. & in Apolog. contra Catherin. cap. 5. Iuſtinian. in 2. ad Corint. cap. vltimo verſic. 5. Aragonius 2. 2. quæſt. 4. artic. 8. Secunda docet poſſe quidem quemlibet fidelem, & debere ſuam fidem cognoſcere non credendo, ſed cognitione euidenti experimentali, ſiue quodam theologico diſcurſu comparata; primo quia vnuſquiſque ſe myſteria fidei credere experitur; ſecundo quia adeo certus de illis eſſe debet vt vitam pro illa fide offerre non dubitet; tertio quia experitur ſe propter Dei anctoritatem rebus fidei aſſentiri, quod motiuum eſt ſupernaturale, ſed hoc facere nequit, niſi ex dono Dei: ergo neceſſario, & euidenter cognoſcitur aſſenſus fidei: Nam ita debet fidelis myſteria credere, vt hanc in ſe certitudinem de rebus fidei eſſe experiatur: vel per euidentem cognitionem experimentalem, vel per theologicum diſcurſum: ita tenete videtur Bonauent. in 3. diſt. 23. dubitat. 4. literali. Vega in Tridentin. lib. 9. cap. 37. Bannes 2. 2. quęſt. 6. artic. 2. in hanc etiam inclinat Sotus cap. 10. citato. Tertia opinio diſtinguit inter fidem diuinam, & humanam, & licet admittat fideles non poſſe, nec teneri credere fide diuina ſe babere aſſenſum fidei diuinæ ſupernaturalis, poſſe tamen experimentali cognitione hanc fidem humanam cognoſcere, & cum hæc re-

gulariter 16.

gulariter interueniat, quando fideles credunt myſteria fidei vt diximus ſequitur fidelem eo ipſo quod tenetur rebus fidei aſſentiri, teneri in ſe hanc cognitionem experimentalem habere, quæ eſt quoddam conſcientiæ teſtimonium, quo vnuſquiſque ſe facere experitur, in credendo, ad quod obligatur: hanc tuetur Turrianus citatus dub. 4. qui exiſtimat hanc eſſe ſententiam Vaſq.1.1.diſp.210. cap. 2. Verumtamen plus aliquid voluit Vaſquez: ita enim ab hac ſententia ſuam proferre cœpit, vt in primam tandem recidat: quinque enim aſſertis ſuam mentem expoſuit: primo fidelem ita debere eſſe certum, ſe habere fidem catholicam ad ſalutem neceſſariam, vt de eo dubitare nequeat: ſiue diuinæ ſit, ſiue humanæ fidei hic aſſenſus, quo fidelis credit ſe habere fidem. Secundo fidelem non ſolum certa, & infallibili, ſed etiam euidenti notitia cognoſcere ſe habere fidem rerum fidei eo modo, quo ipſæ propoſitæ ſunt. Tertio fidelem hac euidenti cognitione percipere ſuam fidem ex teſtimonio humano concionatoris, aut Eccleſiæ proponentis myſteria fidei ad credendum. Quarto quemlibet fidelem teneri credere fide diuina, illam, qua myſteria rectè propoſita credit, eſſe ex dono gratiæ per Chriſtum. Quinto quemlibet fidelem teneri credere ſe habere non ſolum fidem, qua credat myſteria propter auctoritatem proponentis, ſed etiam illam fidem qua proximè propter teſtimonium Dei aſſentiatur, & ita certum eſſe fide eiuſdem rationis de ſua fide. In qua vltima propoſitione Vaſquez cum authoribus primæ ſententiæ conſentit. Quarta & vltima opinio aſtruit fideles poſſe ſcire, & conſequenter teneri hoc in ſe experiri, ſe aliqua fide credere res fidei, non poſſe tamen omnino, & metaphyſicè eſſe certos, ſe illis aſſentiri fide diuina, & ſupernaturali, neque ſine ſpeciali reuelatione id credere fide diuina: ita Durand. in 1. diſtinct. 17. quæſtione 4. numero 11. ad 2. Richard. in 3. diſtinct. 23. in expoſitione textus Raffenſis artic. 14. contra Lutherum verſus finem. Ayala de tradit. p. 1. aſſer. 4. Valent.tom.2.diſput.8. quæſtione 4. puncto quarto. §.6. *Si vel maxime*: Suar. de grat. lib. 9. cap. 12. numero 8. & ſequent. Coninc. de moralitat. actuu. ſupernatural. diſput. 14. dub. 14. hæc eſt omnino vera & duabus concluſionibus exponenda.

17. Nona Concluſio in ordine. Neque certitudine fidei diuinæ, neque certitudine cognitionis euidentis, aut theologici diſcurſus, poſſumus cognoſcere, nos habere fidem infuſam: & credere ſicut oportet fide ſupernaturali myſteria fidei. Vnde ſequitur nullum fidelem teneri credere fide diuina, vel infallibiliter ſcire ſe habere fidem infuſam: quia nullus tenetur ad id, quod ſibi ſecundum legem ordinariam, eſt impoſſibile: hæc eſt authorum quartæ ſententiæ: latius probatur à Suar. item Turriano dub. 3. 5. & 6. Tres habet partes per quas excluditur triplex cognitio certa, & infallibilis circa fidei infuſæ actum, quem fidelis habere dicatur: probatur prima: ea ſolum ſub fidem diuinam

A cadunt, quæ à Deo ſunt reuelata; ſed quod quilibet fidelis hic & nunc, modo debito, & ſicut oportet fide ſupernaturali credat myſteria fidei, reuelatum à Deo non eſt; ergo non poteſt certitudine fidei tale obiectum credi. Secundo nullus fidelis fide diuina credit ſe habere charitatem: ergo neque ſe habere fidem, ſeu ſe fide diuina credere: conſequentia probatur quia ſicut fideli regulariter loquendo reuelatum non eſt, ſe habere charitatem: ita neque illi reuelatum eſt ſe habere fidem diuinam, & hic, & nunc credere ſicut oportet. Tertio ſi eſſet neceſſarius, vel poſſibilis talis aſſenſus de fide certus, ex eo eſſet quia fidelis credens fidei myſteria, credere debet talem fidem eſſe infallibilem, & cer-
B tiſſimam ſuper omnia, præferendamque omni rationi in contrarium, ſed per hoc non creditur, eum qui omnia credit, credere ſicut oportet; ergo neque creditur, eum qui ita credit, credere fide diuina. Minor probatur: Nam ea omnia poſſunt oriri ex ſola materia talis fidei cum voluntate credentis, quamuis actus in intellectu non ſit ſicut oportet, quod ſic probo, quia vt credam meum aſſenſum eſſe verum, ſatis eſt, ſi credam eſſe conformem rei creditæ, & vt credam eſſe infallibilem, ſatis eſt ſi credam, rem creditam eſſe immutabiliter veram: cum hoc tamen ſtat quod hæreticus ita credens hanc propoſitionem, Deus eſt Trinus, tamen eſt Vnus; non infallibili aſſenſu, ſed opina-
C tiuo: non diuina, & ſupernaturali fide, ſed naturali & humana, credat Deum eſſe trinum, & vnum, & maximè decipitur exiſtimans ſe propter diuinam reuelationem ſupernaturali aſſenſu credere: confirmatur, quia cognoſcere, me fide diuina credere, neque ex ſe, neque ex reuelatione Dei mihi innoteſcit: ergo certitudine fidei mihi non conſtat, me fide diuina credere. Secunda pars oſtenditur primo: Nam nullus fidelis credens, euidenter agnoſcit ſuam fidem eſſe veram infallibilem, & ſupernaturalem: Nam alioqui aſſenſus fidei non eſſet obſcurus omnino, quia vel in ſe, vel in alio euidenter cognoſceretur: ergo neque cognoſcere poteſt euidenter, quod ſit ſicut oportet. Secundo ſi eſſet poſſibilis talis euiden-
D tia, illa per experientiam ipſius fidei innoteſceret, ſed oppoſitum experientia contraria oſtendit, quia nemo experitur, quando propter motiuum ſupernaturale, aſſenſu ſupernaturali credit, vt patet in hæretico, qui myſterio Trinitatis aſſentitur, & vt exiſtimat ipſe, tanta certitudine, & infallibilitate ſui aſſenſus, atque aſſentitur quilibet fidelis aſſenſu veræ fidei ſuper omnia, ſed hæretici aſſenſus non nititur diuina reuelatione, neque ſupernaturalis eſt: ergo hæc ſupernaturalis certitudo fidei euidenter cognoſci non poteſt: immò in hoc maximè falli poteſt intellectus noſter in aſſentiendo rebus fidei. Tertio quia omnis cognitio euidens vel eſt ex terminis, vel per medium euidenter cognitum, ſed quod aliquis fide diuina credat neque ex terminis, neque ex alio euidenter cognito habetur: ergo nemo euiden-

ter cognoſcere poteſt ſe credere fide diuina. Tertia denique pars ſuadetur : Nam ſi talis aſſenſos theologicus eſſet, ex altera de fide, & ex altera propoſitione euidenti deduceretur, ſed hoc eſt falſum, ergo nullus aſſenſu theologico iudicat ſe habere fidem infallibiliter : minorem in qua ſolum eſt difficultas ſic oſtendo, exemplo huius aſſenſus theologici ex hoc ſyllogiſmo deducti : omnis qui credit ob teſtimoniom primæ veritatis, habet veram fidem, ſed ego experior me credere ob primæ veritatis teſtimonium, ergo habeo verum fidei aſſenſum : Nam hæreticus eodem modo ſimilem ſyllogiſmum conſtruet & probabit ſe credere aliquid ob Dei teſtimonium, cum tamen falſa exiſtimatione decipiatur : neque enim nobis conſtare poteſt quando ob diuinam reuelationem verè applicatam aſſenſu ſupernaturali, & ſicut oportet, aſſentiamur, quod latius proſequitur Suar. citatus ou. 12. & 13. confirmatur, quia ſimili diſcurſu oſtenderem me habere actum dilectionis Dei ſuper omnia, & cognoſcere poſſem odione an amore dignos ſim, quod eſt aperte falſum.

18. ☞ Decima Concluſio. Morali quadam certitudine, & coniecturali fideles poſſunt, & tenentur iudicare ſe habere fidem ſicut oportet, per ſe infuſam & ſupernaturalem, quamuis Chriſtianum populum conceptu quodam confuſo id iudicare ſufficiat : hæc aſſertio vel exprimitur, vel deducitur ex authoribus, quos pro præcedenti concluſione, & pro quarta ſententia allegaui. Probatur primo quia hoc tantum probant teſtimonia Pauli D. Auguſtio. & D. Thomæ quæ pro prima vel ſecuoda ſententia proferuntur : ita enim Paul. 2. ad Corint. cap. vltimo, *Vos metipſos tentate ſi eſtis in fide ipſi probate.* Auguſtin. vero lib. 13. de Trioitat. cap. 1. ita ait, *Fidem porro ipſam, quam videt quiſque in corde ſuo eſſe, ſi credit, vel non eſſe, ſi non credit, aliter nouimus:* & infra : *Non ſic videtur fides in corde, in quo eſt, ab eo cuius eſt, ſed eam tenet certiſſima ſcientia clamatque conſcientia* : & cap. 2. rurſus ita loqoitur : *Suam igitur quiſque fidem apud ſe videt* : item D. Thom. 1. par. quæſt. 87. art. 2. ad primum ſic ait, *Fides non cognoſcitur per exteriores corporis motus ; percipitur tamen ab eo in quo eſt, per interiorem actum cordis : nullus enim fidem ſe habere ſcit, niſi per hoc, quod ſe credere percipit* : & 1. 2. quæſt. 112. artic. 5. ad ſecundum ; dixit *quicumque habet ſcientiam, ac fidem certus eſt ſe eam habere*, quæ teſtimonia euidenter oſtendunt vnumquemque ſuam fidem poſſe, & debere cognoſcere, & experiri ; oam teſtimonium ſuæ conſcientiæ ipſis manifeſtat ſe rebus fidei ita aſſentiri, vt ſuum captiuent intellectum in fidei obiectum, quod ſufficit vt morali quadam certitudine vnuſqoiſque fidelis de ſe iudicare poſſit ſe habere fidem, ſicut oportet, ſupernaturalem: non tamen per hæc ſignificatur, fideles per ſcientiam, vel per fidem cognitione infallibili percipete ſuam fidem eſſe ſupernaturalem, & ſicut oportet ; ſolum eoim percipiunt euidenter ſe credere fide quadam ſiue diuina, ſiue humana, ſiue oaturali, ſiue ſupernaturali, neque enim experientia actus

A credendi diſcernit inter actum credendi in catholico, & in hæretico, vt io hoc noſcatur non eſſe fidem diuioam; in illo vero maximè: credit igitur vnuſquiſque fidelis firmiter res fidei, & tenetur ex præcepto experiri hanc fidem eo modo, quo oaturaliter cognoſcibilia eſt morali quadam certitudine, illam eſſe verè fidem ; qood ſic probo : Nam nullus libere & cum aduertentia credit, quæ ſibi neceſſario credenda ab Eccleſia proponuotur, qui cooſequenter non experiatur io ſe iſtam fidem ſiue humana ſit, ſiue diuina, & qui non cognoſcat ſe quantum in ſe eſt, intellectum captiuare, vt ea tanquam certiſſima aſſenſu ſuper omoia vera iudicet : ergo qui tenetur ex præcepto ad credendum, teoetur B ad experientiam, quæ naturaliter conſequitur ex ipſo actu credeodi : confirmatur, quia vt fidelis videat, ſe ſatisfacere præcepto credendi, oportet, vt hanc mentis ſuæ ſubiectionem, & indubitatam fidem ſuæ conſcientiæ teſtimonio comprobet. Vnde cum hæc cognitio reflexa credendi (ſiue per eundem actum ſit ipſe ſui experientia euidens, ſiue per diuerſum actum cognoſcatur, quod magis probandum eſt) oeque ex reoelatione conſtet, eſſe fidem ſicut oportet ob motiuum ſupernaturale, cui falſum ſubeſſe non poteſt, & ad quam neceſſarium eſt gratiæ auxilium ; neque per ſe aut ex diſcurſu theologico, vt talis cognoſcatur, vt experientia oſtendit in hæretico, qui errat circa vnom fidei myſterium, & reliqua ſe credere fide di- C uina in ſacris literis, & in Dei auctoritate fundata falſo arbitratur : neceſſario dicendum eſt, cognoſci quoad an eſt confusè, non quoad quid eſt diſtinctè, & quoad differentiam vltimam ſpecificam, quod explicari poteſt exemplo viſionis imperfectæ attingentis obiectum à longe & oō diſcernentis brutumne animal ſit, an homo : ex viſione enim imperfecta oequit diſcernere intellectus niſi ſub ratione generica, & confuſa, oon in vltima ſpecie: ſimiliter contingit intellectui reſpectu ſuorum actum, quos etſi ſibi intimè præſentes habeat, tamen in ratiooe obiecti longiſſimè diſtantes intuetur, ob dependentiam quam in corpore habet à ſenſibus corporis, & à phantaſmatibus, & ideo in modo co- D gnoſcendi etiam ſpiritualia non per ſe ipſa immediatè, vt in ſe ſunt, ſed ad inſtar rerum corporearum intelligit : moralis vero certitudinis motioum vnicuique erit ipſum experimentum, quod propria conſcientia manifeſtat, quatenus vnuſquiſque experitur ſe credere omnia aſſeoſu ſuper omnia ſine dubio, quæ Eccleſia Catholica propooit ad credendum, & quia facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam ſuam : hinc enim coniectura ſumitur certa moraliter , fidem ſic credeotis eſſe ſicut oportet : fundameota primæ, ſecundæ, & tertiæ ſententiæ quia ſufficienter eiſdem rationibus confutaotur quas ad confirmandam nooam aſſertiooem adduxi, non opos eſt in particulari notare, iiſque reſpondère : videri poſſunt apud recentiores citatos, præſertim Suarium, Turrianum, & Coninc. locis citatis.

Quando,

Quando, & quibus modis obliget præceptum de externa fidei confeſsione.

SECTIO IV.

1\. ALtera obligatio ex præcepto fidei prouenoiens, & illius moralis effectus, externam reſpicit fidei confeſſionem: haoc enim pertinere ad præceptum fidei conſtat ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 3. artic. 1. Suar. de fide diſput. 14. ſect. 5. oumero 7. Coninc. de moralit. act. ſuperoat. diſput. 15. dub. 1. & theologorum communi ſententia: & ratio eſt quia exterior fidei confeſſio eamdem habet honeſtatem pro fine, quam interior fidei aſſenſus ſortitur: ſicut enim honeſtum eſt fidei myſteria propter Dei auctoritatem credere, ita etiam ex eadem honeſtatis ratione hooeſtum cenſetur, ea vt talia exterius profiteri: & confirmatur: Nam omnis ille actus externus ad eam virtutem pertinet, ad quem exercendum illa ex ſua propria honeſtate inclinat, ſed fides ex ſua propria honeſtate inclinat ad externam profeſſiooem eiuſdem veritatis, quam interius indicat ob Dei teſtimonium: eſt enim confeſſio externa quaſi vicaria interni aſſenſus, & illius loco ſubſtituitur, illumqoe prodit: ergo exteroa fidei profeſſio eſt actus per ſe ad fidei præceptum ſpectans: & hinc eſt quod actus externus negandi fidem, etiamſi ab interiori infidelitate non procedat, ſed ex timore, oihilominus fidei contrarius exiſtimatur, & vt talis punitur: Neque refert, quod hic actus externæ confeſſionis pertineat etiam ad virtutem veracitatis quatenus ſignis externis proditur id, quod interius mente iodicatur; Nam hæc veracitatis honeſtas, quaſi generica eſt, reſpectu aliarum honeſtatum ad particulares virtutum materias ſpectantium: etenim qui de ſe ſubmiſsè loquitur, actum externum humilitatis exercet, qui votum emittit, religionis actum exhibet: ſimiliter ergo qui externa profeſſiooe Deum Trinum & voum proclamat, fidem profitetur: & illius honeſtatem intendit, præter illam generalem veracitatis io dicendo; neque nouum eſt euodem actum materialiter ſub diuerſis rationibus honeſtatis conſideratum ad diuerſas virtutes pertinere.

2\. Præterea cum externa fidei profeſſio, interioris aſſenſos quaſi perſonam ſuſtineat, ſicut reſpectu aſſenſus interni datur duplex obligatio: vna negatiua, altera poſitiua vt dixi, ita ad externam profeſſionem eadem duplex obligatio extenditur: Et in primis quod præceptum oegatiuum fidei reſpecto axternæ confeſſionis obliget pro ſemper, eſt certum de fide & oppoſitum fuit error Sampſæorum, aut Helæſeïtarum, vt teſtantur Euſeb. lib. 6. hiſtor. cap. 31. Epiphan. hæreſ. 19. dicebant enim tempore perſecutionis ad defendendam vitam, licere exterius fidem negare, à quo non multum diſtabat Priſcilianiſtarum error teſte Aoguſtin. hæreſ. 70. quippe qui aſſerebant vnicuique licere, etiam peierando ſuum occultare errorem: Nam illorum erat axioma. *Iura periura, ſecretum, prodere noli.* Probatur, ergo hæc veritas catholica primo ex ſacra ſcriptura Matth. 10. *Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cælis eſt.* Lucæ 9. *Qui me erubuerit & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in maieſtate ſua*: ad Rom. 10. *Ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Secundo ita definitum eſt Canona 61. Apoſtolorum ſpeciatim loqueudo de Clericis, & de omnibus, Canone 10. 11. & 12. io Coocilio Nicæno: idem traditur in Elebertin. can. 1. & 2. & hæc fere tota eſt materia Concilij Ancyrani, & idem oſtendit exemplum Marcellini Pontificis ſuam agnoſcentis culpam contra hoc præceptum de quo Nicolaus 1. in cap. nunc autem, diſtinct. 21. Tertio ex patribus idem ſuadetur: Auguſtin. de fide, & ſymbolo cap. 1. & tract. 66. io Ioann. ait, *Quanta fides eſt confiteri Chriſtum, tanta mors eſt negare Chriſtum.* Cyprian. epiſtol. 11. ad martyr. & 10. ad Clerum: item 30. quæ eſt Cleri ad eumdem Cyprian. in qua ingens & immenſum delictum dicitur fidem negare.

3\. Hanc vero fidem, negare cenſetur, oon modo qui Chriſtum, ſed etiam qoi ſe Chriſtianum eſſe negauerit, vel papiſtam, ſi intelligatur hoc nomine ille, qui Romanum Pontificem, tanquam caput Eccleſiæ, gnoſcit, nam ſi nomine Chriſtiani, non religionis profeſſorem, & nomine Papiſtæ, non fidelem Eccleſiæ Romanæ obtemperantem, ſed certæ nationis hominem ex alio capite inuiſum, vel certi exercitus militem, nempè ſummi Pontificis bellum gerentis, tunc ſi quis negaſſet in eo ſenſu vulgo vſurpato ſe eſſe Chriſtianum, vel papiſtam, fideio oon negabit, vt docent Saoches in decalogo lib. 2. cap. 4. numero 8. cum Bannes, Aragon. Emaouel, Petro Ledeſma. Idem docent Suar. citatus o. 11. Coninc. dub. 2. num. 10. Ratio eſt qoia cum interrogatio noo fuit intuitu religionis, ſed militiæ, aut nationis inuiſæ interrogantibus, qui in eo ſeoſu negat ſe eſſe Chriſtianum ſeu papiſtam, idem facit, ac ſi negaſſet ſe eſſe ex tali natione, ſeu ex tali exercitu.

4\. Hac poſita veritate Catholica aliquæ ſuboriuntur difficultates de modo, quo violari poſſit hoc præceptum: & prima eſt: an liceat verbis ambiguis, & reſtrictione mentali fidem negare coram tyranno, qui iniuſtè fidales, ad eos vexandos vel etiam occidendos interrogat. Affirmat Adrianus tract. de baptiſmo quæſtione prima artic. 1. ad 5. Probatur primo quia Eliſæus conceſſit Naamam adorare Idolum ſimulatè cum dominum ſuum in templum euntem comitaretur. 4. Reg. 5. item cap. 10. Iehu vt deciperet ſacerdotes Baal, dixit ſe velle colere Baal pluſquam fecerat Achab: & tamen in eodem cap. laudatur qood ſtudioſè ſe geſſerit. Secundo in alia materia licet nobis aliquando vti hac reſtrictiona mentali, cur ergo non idem licebit in hac præſertim, cum hoc vti artificio non ſit negare fidem, ſed illam celare ex iuſta cauſa decipicodo illos, qui interrogant iniuſtè, & per tyrannidem? Tertio quia licet

Digitized by Google

aliquando vti veſtibus & cæremoniis infidelium ad celandam fidem, & falſam religionem ſimulandam, ſicut etiam in theatris ſuſtinens perſonam Apoſtatæ ſimulat ſe negare fidem licitè: ergo etiam eiſdem ſignis externis vti licebit ad euitandam mortem: ſententia tameo negatiua omnino vera eſt: quam ſequenti concluſione ſic declaro.

5. Prima aſſertio. Contra præceptum negatiuum fidei peccat qui externis vocum ſigois etiam cum reſtrictione mentali, & verbis ambiguis quoad apparentiam ſolum externam fidem negat, aut hæreſim confirmat, itaut præſentes iudicent illum vere & ſerin id facere: ita Valent. 2.2. diſput.1. quæſt.5. punct.2.dub. 4. Suar. citatus numero 6. Peſantius 2.2.quæſt.3.artic.2.diſput.5.cooclnſ. 2.& alij ibidem. Coninc. diſput. 15. dub. 2. numero 14. Probatur, quia præceptum cooſeſſionis externæ obligat, ne etiam ſola externa oſtenſione fidem negemus, ita vt adſtantes credant nos vere, & ſerio ita facere ex animo; nam alias coram tyranno licebit catholico fidem negare in externa ſignificatione, quin committat peccatum mortale, ſed cum plurimum veniale, nempè officioſum mendacium: ſicut in aliis materiis contingit, imo quando verbis vtitur amphibologicis iniuſtè interrogatus, neque in mendacium labi cenſebitur, ſed hoc ſecundum principia fidei dici nequit: primo propter deſioitiones ſuperius addnctas. Secundo quia illa ſimulatio non minus refunditur in Dei iniuriam, & in dedecus cedit veræ religionis, ſiue per mendacium, ſiue per ſimulationem, & reſtrictionem mentalem, ſe infidelem oſtendat, qui fidem negat mentiendo, vel amphibologicis verbis vtendo. Tertio quia in aliis materiis ſimulatio non ſemper ſignificat aliquid, quod de ſe ſemper falſum ſit, ſed quod eſt æque indifferens, nempè in rebus contingentibus. Ideoque nullo præcepto negatiuo prohibetur verbi gratia ſi quis ſimulet ſe aliquid ſcire, illa ſimulatio de ſe eſt indifferens, vt vera, & falſa ſit, quare præcepto negatiuo non prohibetur, quia quando licitè ſit, illa peculiarem reſpicit veritatem à ſimulante conceptam: At ſimulatin in verbis, aut factis in ordine ad falſam fidem ſemper de ſe ſignificat rem, quæ vera eſſe non poteſt, nempè falſam religionis profeſſionem, ſeu veræ fidei negationem, quæ non ſine eiuſdem fidei dedecore, & aliorum ſcandalo contingit. Quarto quia obligatio reſpondeodi ſincere, & non negandi fidem etiam ſub illa reſtrictione mentali, non prouenit ex iuſtitia interrogantis tyranoi, ſed ex iure diuino, de cuius fidei veritate interrogatur Chriſtianus, & cuius fidei honor in periculum vertitur, neque dicas iam in eo euentu dari obligationem præcepti poſitiui profitendi fidem, ſiquidem iam in diſcrimen vocatur fidei diuinæ honor: Nam hoc vniuerſim non eſt verum: Nam illa obligatio præcepti poſitiui non ſemper interuenit quando interrogor, niſi quatenus tunc obligor ne videar præſentibus fidem negare; etenim alias tenerer poſitiuè fidem profiteri etiamſi non interrogarer: Confirmatur quia grauius peccatum eſt ſecundum communem ſententiam negare fidem, quam non confiteri in occaſione, qua ex præcepto poſitiuo obligarer. Quinto quia hinc prouenit, quod Libellatici, nimirum illi, qui vt ſine vera fidei abrogatione euitareot vitæ diſcrimen, data clam præſidi pecunia, ab eo libellum accipiebant, quo ipſe teſtabatur eos Idolis immolaſſe, grauiſſimè à Patribus & ab Eccleſia vniuerſa fuerint accuſati: vnde patet ſemper in Eccleſia tanquam graue crimen fuiſſe exiſtimatum aliquid facere vnde aliis occaſio daretur exiſtimandi fidelem ſuam deſerere fidem, quod optimè declarat exemplum Eleazari 2. Machabæorum 6. numero 24. *Non enim ætati noſtræ dignum eſt inquit fingere, vt multi adoleſcentium arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur: & per hoc maculam, atque execrationem meæ ſenectuti conquiram*: Non faceret tamen contra hoc præceptum religioſus, vel ſacerdos, qui ſe ſacerdotem, ſeu religioſum eſſe negaret; quamuis mentiretur, quia hoc non eſt negare ſe Chriſtianum eſſe.

6. Ad primum in oppoſitum reſpondeo Eliſeum non conceſſiſſe Naamam cultum diuinum in venarationem Idoli exhibendum, ſed Ciuilem in honorem regis, quem ſuis ſubnixum humeris dum in templum ire, comitabatur: Nam proſtratio illa non diſſimilis exiſtimatur illi, quæ regi ſolet exhiberi genuflexo, quin vlla in homine adorando idololatriæ ſuſpicio reperiatur: ita Gaſpar Sanches in illum locum & Thomas Sanches lib. 1. cap. 7. numero 12. & vbi ſupra & ante illos hoc optimè expoſuit Abulen. in idem cap. 5. quæſt. 25. his verbis. *Naaman nullo modo peccabat, quia nihil faciebat cultum Idoli, nec ſignificabat ſe facere, ſed exequebatur officium ſuum*: & perinde erat ſiue in templo, ſiue extra illud exequeretur: idem fere docet Lyranus, Caietanus, & Burgenſis: de Iehu vero idem ait Abulenſ. in cap. 10. lib. 4. Regum quæſt. 26. item 30. & ſequentibus, illum laudari de illo zelo diuini honoris contra cultores Baal oſtenſi, non vero de mendacio officioſo, quo ſimulauit velle etiam colere Bal. Vt ſic omnes illos Idololatras congregaret, & de iis debitum ſupplicium ſumeret; neque ſine fundamento illa ſimulatio excuſari poteſt, nam nullo modo in Dei aut fidei dedecus, ſed in honorem vergebat, vt de illis peſſimis ſacerdotibus debitum ſupplicium ſumeret, nec eos tam ad ſacrificandum inuitabat, quàm experiri volebat, an verum eſſet quod omnes illi ſacerdotes eſſent Idololatræ, vnde non conſulebat, non inuitabat, ſed permittebat, vt facerent, quod in ſuis ſacrificiis facere conſueuerant, vt ſic de crimine, ipſi regi apertè conſtaret, nullumque inter eos occideret innocentem: & ſi quid in hac re Iehu exceſſit ab ſcriptura, non reprehenditur, quia, vt potè vir militiæ, magis quam religionis negotiis aſſuetus, per ignorantiam exceſſiſſet: ſcio tamen D. Thom. 2.2. quæſt. 111. artic. 1.

artic. 1. ad 2. aſſerere non opus eſſe excuſari A Iebu à peccato vel mendacio ; *Quia maius fuit, vt poté ab idololatria Ieroboam non recedens: commendari tamen à Deo non pro ſimulatione, ſed pro zelo quo deſtruxit cultum Baal.* Ad ſecundum ex probatione noſtræ aſſertionis pater diuerſam eſſe rationem in aliis materiis: vt in tertia & quarta ratione declarauimus. Ad 3. dicendum in theatris: ſimulationem illam non eſſe falſam fidei oſtenſionem vere & ſerio exhibitam, ſed mentitæ perſonæ repræſentationem, quam omnes præſentes intelligunt: vnde neque mendacium, neque vllum diuini honoris, aut veræ fidei in hac re vertitur periculum: de vſu cæremoniarum, & veſtium falſæ religionis ſequenti difficultate dicendum.

7. Prius tamen, quam ad illam veniamus inquirendum an prædicta reſolutio vera ſit ſiue perſona interrogans ſit publica, ſiue priuata: verbi gratia Cauponibus interdi- B ctum eſt ne in hoſpitiis recipiant Chriſtianos, quare vt eos internoſcant, videntur prius interrogare ad ſe venientes, quam profiteantur ſectam, & ſi Chriſtianos eſſe agnoſcant, ab hoſpitiis omnino excludere: quæritur ergo in eo caſu poſſit ne interrogatus reſpondere, quid ad te? pecunia Chriſtiani nonne idem valet? appone menſam: & mitte alia, quæ ad Cauponiam non ſpectant; item ſi ille vrgeat: poſſitne Chriſtianus illam vel aliam priuatam perſonam verbis ludere; & ſuam fidem diſſimulare. Suarius diſput. 14. ſect. 3. numero 6. Coninc. citatus dub. 5. numero 91. & 10. 9. Turrian. de fide diſput. 35. dub. 3. docent parum intereſſe ſitne perſona publica, vel priuata, ad hoc vt in vno caſo maior, quam in alio obligatio con- C fitendi fidem, & non diſſimulandi, oriatur ex interrogatione, quam credit Suar. eſſe opinionem D. Thomæ, Aragon. & aliorum, qui ſine diſtinctione loquuntur. Illam tamen diſtinctionem faciunt Valent. Bannes, Petr. Ledeſma: Ludouic. Lopeſ. Azor, & Tabiena qoos ſequitur Sanches in decalogo: lib. 2. cap. 4. numero 6. idem tenet Becanus de fide cap. 9. quæſt. 4. numero 5. quæ ſententia mihi magis placet, non quia magiſtratus ad perſequendos fideles habeat iuriſdictionem; Nam in hac re, licet tyrannus cum hac mala intentione non maiorem habeat poteſtatem, neque ios, ad Chriſtianum in- D terrogandum quàm priuata perſona, & obligatio fidem non negaudi ex iure diuino oriatur, contra quod facit, qui ſuam fidem occultat verbis, ex quibus interrogans prudenter cooijcere poteſt, illum, vel noo eſſe fidelem, vel fidem iam erubeſcere, & ob mortis metum ſaltem exterius negare: tamen maiori auctoritate interrogat perſona grauis, & publica, & in maius dedecus fidei cedit coram tali perſona tacere, & fidem diſſimulare, præſertim cum ſæpiſſimè cum præcepto negatiuo in hoc euento poſitiua obligatio cooſiteodi fidem occurrat, ob detrimentum diuini honoris, & diminutionem auctoritatis, quàm in fide Catholica fideles magnifacere tenentur, ne in contemptum veniat Chriſtianum nomen: & quamuis ſola obligatio oegatiui præcepti coram perſona publica interuenire aliquaodo intelligatur, illa io eo caſu magis vrget, in quo magis ad iuridicam formam accedit, & quo difficilius ſine diſpendio diuini honoris, & fidei Chriſtiaous diuertere poteſt poblicam perſouam interrogantem, & illam verbis ludere, ex alio capite fidelis coram perſona publica maius periculum ſubit, in ea perplexitate verborum negandi fidem: quod periculum, & quæ difficultas coram perſona priuata, non ita reperitur: nec vllus fidei contemptus inde naſcitur, ſed perſonæ interrogantis minor æſtimatio, ſi quidem oſtendit fidelis, ad illam religionis examen non ſpectare: ſi tamen ex particularibus aliis circumſtantiis colligatur, quod Dei, & Chriſtiani nominis bonor etiam coram priuata perſona grauiter periclitetur; ne in contemptum veniat, tunc ex ratione generali, quæ tunc obligat, oon modo ex præcepto negatiuo, ſed etiam ex poſitiuo fidem confitere, mirum non eſt, ſi coram priuata perſona abſque vlla ſimulatione fidelis teneatur manifeſtè ſe Chriſtianum declarare: ad quod noo iudico ſufficere, quod perſona interrogata ab homioe priuato ſit grauis, vt credit Sanches citatus cum Valentia, quo enim grauior eſt perſona interrogans, eo faciliori negotio minus curare poterit interrogationem priuati & illam verbis deludere.

Secunda difficultas; an factis nempè actionibus, ſeu rebus: ſignis nimirum, aut veſtibus vera religio occultari, & falſa poterit indicari? hanc quæſtionem prius generali quadam aſſertione exponam, deinde ad particulares illius caſus aliquos deſcendam, vt ex illis generalis doctrina magis innoteſcat, & ad alios facile applicetur; prius tamen notandum eſt tunc factis ſimulari falſam religionem quando aliquis, hic & nunc facit quod præſentibus natum eſt per ſe ſignificare, illum colere talem religionem, vt ſi Idolis thus offerat, vel ſe circumcidi ſinat, vel aliam actionem exerceat ſeriò per ſe ordinatam ad aliquam ſectæ falſæ profeſſionem indicandam: tunc verò ſignis, & rebus ſecta aliqua particularis per ſe indicatur, quando illa ſigna, & res illæ, nempè veſtes vel alia ornamenta non habent alios vſus ad quos etiam per ſe ordinantur, ſed ad indicandam tantum, vel præcipuè certam religionis ſectam ſunt inſtituta: ſecus verò ſi ad alios fines politicos, aut aliqua ratione neceſſarios, vel vtiles vſurpentur; & conſequenter etiam aliquo modo geſtantis religionem oſtendant: quæ quia in particularibus caſibus declarabo, ideo illorum exemplis ſuperſedeo. 8.

Secunda Concluſio. Nonquam licet falſam religionem ſimulare factis, aut ſignis per ſe ex natura ſua vel ex vſu, & inſtitutione ad falſæ ſectæ profeſſionem primario ordinatis, etiam ea intentione vt occultetur vera religio & euitetur grauiſſimum vitæ periculum: ſecus tamen ſi actiones, ſigna aut res alios habeant fines, ſeu vſus præcipuos, 9.

quamuis inde alij occaſionem accipiant eaiſtimandi perſonam illis vtentem non eſſe Chriſtianam: in eo enim euentu talis ſimulatio præſertim ad vitæ, aut bonorum conſeruationem oon eſt contra præceptum fidei negatiuum; neque fidelis qui eas actiones eaercet ſeu rebus & ſignis vtitur, fidem negaro cenſetur: hæc eſt Theologorum communiſſima, quos infra citabo in determinatis caſibus, per quos illam declarabo. Ratio generalis pro prima concluſionis parte eſt, quia quando actiones, ſigna, & res vſurpantur, quæ vel ea natura ſua, vel ea vſu & inſtitutione ad profitendam falſam religionem diriguntur, magis attendenda eſt intentio operis, ſigni, ac rei quam operantis: Nam alioqui numquam poſſet damnari ab Eccleſia actio eaterna contra fidem, quia cum de intentione operantis iudicare non poſſet, adhuc dubitari poſſit, an ſic operans ea alio fine ſuam actionem cohoneſtaret. Vnde qui genuflecteret, oraret & thus adoleret in præſentia idoli ea intentioue, vt non idolum, ſed Deum vbique præſentem coleret: excuſari poſſet ab eaterna actione contra fidem, qnod eſt aperte falſum, cum tales actiones in eo loco & circumſtantia de ſe in idoli cultum referantur; & omnino vir prudens ita iudicare debeat. Secunda vero pars ſuadetur, quia quando actiones, vel ſigna habent alium vſum & in alium finem præcipuè de ſa vel ea vſu ſeu inſtitutione referuntur, verbi gratia veſci carnibus diebus prohibitis fidelibus, item veſtes geſtare, quibus ad tegendum corpus Turcæ vti ſolent, arma induere in quibus Hercules, Minerua ſeu alij Gentilium dij pulchro ſculpturæ artificio exprimuntur, ille, qui in neceſſitate ſeruandi vitam, aut bona ſua his rebus vtitur ad alios vſus ordinatis, adhuc intelligi poteſt, quod illis vtatur bona intentione, ac fine, & tuoc qui decipitur exiſtimans talem perſonam eſſe infidelem, noo habet ſufficiens fundamentum ad id prudenter iudicandum; cum eæ actiones, & res ad alios fines præcipuè referantur, vnde neque ea intentione operantis, neqoe ex habitudioe ipſius operationis, aut rei ſufficieos occaſio datur, ad hoc, vt præſumaeur prudenter huiuſmodi fidelem negare fidem: & confirmatur, quia actiones ſeu res non ſunt inſtitutæ ad ſignificandum aliud, quam id, quod de ſe oſtendunt: ergo ſi habitudo illarum in alium finem per ſe & principaliter referatur, qui illis vtitur in neceſſitate, non plus ſignificat, quam quod res, & actiones priocipaliter intendunt, quod non eſt negare fidem, vel falſam religionem profiteri.

10. Hinc colliges primo: non poſſe Chriſtianum vti cæremoniis infidelium, verbi gratia, circumciſione Iudæorum ad mortificationem carnis, vel eſu agni paſchalis, ad imitationem Chriſti, neque ſimiles cæremonias aliorum infidelium ſerio ac verè eaercere: ita D. Thom. Alenſ. Antonin. Sylueſt. Armil. Angel. Nauarr. Valent. Toletus, & alij quos ſequitur Suar. diſput. 14. ſect. 4. numero 4. item Vaſq. 1. 2. diſp. 182. cap. 5. numero 77. vbi ait eſſe communem patrum Doctorumque ſententiam: idem tenet Turrianus citatus dub. 5. Sanches cap. illo 4. numero 14. Coninc. diſput. 15. dub. 3. numero 47. quamuis oppoſitum de circumciſione docuerine Medin. 1. 2. quæſt. 103. artic. 4. Caietau. 3. part. quæſt. 37. artic. 1. Lorca 2. 2. quæſt. 6. diſput. 24. numero 4. quod maximè miraodum eſt cum D. Paulus ad Galatas 5. expreſſe dixiſſet: *Ego autem Paulus dico vobis: quoniam ſi circumcidamini Chriſtus vobis nihil proderit*, quod infra magis patebit cum diſput. 1. quæſt. 4. ſect. 7. oſtendemus legem veterem cum ſuis cæremoniis non modo mortuam, ſed etiam mortiferam eſſe: & nemo illas cæremonias vſurpet quin ex opere operato ad finem ab illis præcipuè intentum nempè Chriſtum futurum reſpiciat, & implicitè, Chriſtum veniſſe denegare videatur. Colliges ſecundo, quando ea præcepto principis iubentur omnes matrimonia contrahere coram miniſtris hæreticis, peccare fideles contra præceptum hoc negatiuum, ſi coram miniſtris iſtis ſe contrahere ſimulent ob periculum vitæ aut amiſſionis bonorum, licet verè coram catholico parocho, & teſtibus ritu catholico antea vel poſtea contrahant: ita Malderus 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. memb. 3. Coninc. citatus n. 63. probatur quia hi matrimonij contractus coram hæreticis miniſtris celebrati, certos quoſdam habent ritus hæreticorum proprios, in quibus, qui cum hæreticis communicant eorum cæremonias contra fidei profeſſionem exerçent. Secundo quia magiſtratus ideo præcipit, vt omnes coram miniſtris hæreticis matrimonia celebrent, vt illos tanquam veros Eccleſiæ miuiſtros totus populus agnoſcat: ergo qui coram his miniſtris matrimonia contrahunt, iotentioni principis conformantur, & conſequenter contra profeſſionem veri catholici agunt:

11. Colliges tertio non poſſe Chriſtianum ſigniferum veaillum geſtare in quo picta eſt imago idoli, vel Mahometi, vel ſcripta ſunt verba quibus inuocatur Idoli auailium: ita Sanches in decalogo lib. 2. cap. 4. numero 23. cum Azor. lib. 8. cap. 27. quæſt. 6. quod intellige niſi Chriſtianorum dux ad decipiendos hoſtes ea inſignia de induſtria accipere iuberet, quo incautos aggrederetur vel vt à manibus inimicorum milites Chriſtiani inter hoſtium phalanges euaderent incolumes: certum enim eſt quod tunc cum deteſtatione Idolorum, & Mahometi, ſic potius hoſtibus illudunt, quam illis oegatæ fidei Chriſtianæ ſuſpicionem inducant: Colliges quarto non licere Chriſtianis geſtare ſigna aliqua ſecum collo appenſa, in manu, vel alibi, quæ ad deuotionem, aut cultum idolorum, aut falſæ alicuius ſectæ profeſſionem referantur, neque item poſſe fideles etiam ad quoduis periculum euitandum ſerio veſtibus iodui, quæ ad Idoli cultum aut ſectæ falſæ miniſterium ordinantur, qualis eſt apud Iudæos veſtis ſummi ſacerdotis, apud Mauros veſtis in qua depicta eſt Mahometi figura: ita Bannes 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. dub. 2. concluſ. 4. Aragon. ibidem concluſ. 2.

concluſ. 2. Sanches numero 21. cum Petro Ledeſ. Manuele, Rutilio, Benzonio, & aliis; idem tenet Suar. citatus ſect. 5. numero 12. poſt Syluestrum, Toletum, Ludouicum & alios; ita etiam tradit Coninc. diſput. 15. dub. 3. numero 65. Turrian. diſput. 35. dub 4. Peſant. 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. diſput. 1. quęſt 5. & ratio eſt quia vſus vniuſcuiuſquerei moraliter iudicandus eſt ex primario fine, ad quem ipſe per ſe vel ex vſu, & hominum inſtitutione ordinatur. Ideoque qui his veſtibus, vel ſignis vtitur moraliter ſuperſtitioſum cultum exercet: dixi *ſerio* quia vt iam ſupra aduerti in theatris ad repræſentandum falſum ſacerdotem, vel ad illudendum hæreticorum, aut alterius ſectæ ritibus, & cæremoniis, vel vt aliquis ſic veſtibus è manibus hoſtium euaderet, extra locum, in quo hæc miniſteria, cultuſue Idolorum fieri conſueſcunt cum irriſione, & ludibrio eorumdem infidelium, oon video ex ſolo veſtium indumento contra fidei profeſſionem fieri; præſertim cum euaſio fidelis infidelibus deceptis nullam poſſit ſuſpicionem adducere, ad honorem, vel cultum falſæ religionis, fidelem his ſe veſtibus ornaſſe, ſed ſolum, vt ita ſibi conſuleret ſine aliqua ſui ritus cæremonia falſis diis exhibita, vt ſuppono; & ita intelligendos eſſe exiſtimo citatos auctores, pręſertim Coninc. dub. 3. concluſio. 3. numero 72. cum Sanches & Azor. Ratio eſt quia eodem modo ſe haberet qui ſic periculum effugeret ac illa militum cobors quæ ſub erecto clanculum Mahometi vexillo, ingenioſo belli ſtratagemate inuocato Dei auxilio à Turcarum Caſtris ad Chriſtianum exercitum confugeret.

13. Ex ſecunda aſſertionis parte alia licet deducere corollaria: primum licere fidelibua qui neceſſitate compulſi ad hoſpitia hæreticorum diuertunt comedere carnes in diebus à Eccleſia probibitis, quando alia excuſatione ob debilitatem ſtomachi, vel ob nauſeam ſe occultare non poſſunt, & probabile eſt periculum vitæ, aut confiſcationis omnium bonorum; aut alia damna grauiſſima, vt damnari ad triremes, & ſimilia: ita Sanches numero 25. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 29. quæſt. 7. & lib. 8. cap. 27. quæſt. 3. Coninc. dub. 3. numero 50. Becanus de fide cap. 9. quæſt. 5. numero 32. Ratio eſt quia eſus carnium de ſe neque ex inſtitutione vel vſu hominum ordinatur ad profeſſionem alicuius falſæ ſectæ: nec abſtinentia à carnibus inſtituta eſt ad diſcernendos catholicos ab infidelibus, ſed ob alios fines, nempè ad caſtigationem carnis, & immoderatos libidinis motus frænandos. Deinde quia Eccleſia non cenſetur velle obligare cum graui vitæ periculo, vt patet in ægroto, qui licitè eiſdem diebus carnibus veſcitur etiam antequam vrgeat mortis periculum in graui ſanitatis damno: neque obſtat, quod aliqui ex hac carnium comeſtione iudicabunt talem hominem non eſſe catholicum: hoc enim iudicium non prouenit ex ſigno per ſe hunc finem reſpiciente, neque ad id ſignificandum inſtituto, & in eo periculo Chriſtianus non tenetur talem ſuſpicionem euitare. Aduertendum tamen eſt, ne aliæ circumſtantiæ in hoc caſu interueniant, quæ illicitam reddant ex alio capite hanc comeſtionem: nempè ſi publica auctoritate aperte quis tentetur à magiſtratu, vt ſuam profiteantur fidem, iam enim ex ea periculiari intentione agnoſcendi illius fidem ad hoc factum incitatur fidelis ab eo, qui quamuis per iniuriam, in forma tamen iuridica hominem de religione ſua eo modo interrogans ad veritatem fidei manifeſtandam publicè compellit, quam carnium comeſtione negare cenſetur, qui fuit caſus Eleazari, in quo vltra publicam auctoritatem, non humana, ſed diuina ſtrictius obligans interuenit, item ſcandalum Iudæorum, & hæc alia eſſe poteſt circumſtantia, quæ obſtare poterit, ne fidelis licitè carnes comedat; nempè adſtantium grauis offenſio, aut notabilis contemptus religionis catholicæ: tunc enim tenebitur fidelis ſuum vitæ periculum poſthabere, ne graue fidei diuinæ ſeu animarum detrimentum ex hoc eſu oriatur: ſicut etiam ſi fidelis nihil aliud maius damnum ſubiret, quam hæreticorum exſibilationem, vel aliud ſimile damnum, potius tenetur præcepto Eccleſiæ obedire, quam illud leue incommodum euitare: ſed quid dicendum ſi carnes, quæ menſæ apponuntur ſunt Idolothyta? Reſpondeo cum Coninc. numero 54. Nam ſi hæ menſæ apponuntur ſine reſpectu, vel conſideratione ad Idolum, ſed vt alij cibs vel eſus communes licite comedi poſſunt à fidelibus, quia ex doctrina Apoſtoli 1. ad Corint. cap. 8. verſic. 4. & 7. Idolum in cibis nihil efficere poteſt, neque ſola oblatione redduntur cibi in ſe abſolutè immundi, niſi reſpectiuè ad illos, qui putant eorum commeſtionem cedere in honorem Idoli, & conſequenter qui iis communicant, in hanc ſuperſtitionem incidunt; & ex Idolothythorum eſu polluuntur; vt idem Apoſtolus expoſuit inferius cap. 10. numero 27. Nam qui inuitatus vt carnes comedat facta mentione quod Idolothyta ſint, ſi inuitanti obſequitur, honorem Idolo exhibere cenſetur, quamuis ille qui comedit aliam habeat intentionem.

Secundum Corollarium eſt, in aliquibus euentis licere fidelibus ad templa infidelium ire. 14. Primo vt comitentur Dominos infideles reuerentiæ, & famulatus cauſa, vt diximus de Naamam 4. Reg. 5. qui vnâ cum ſuo Rege famulatus gratia intererat ſacrilegis ſacrificiis in Idolorum templo: eadem ratione poſſunt famuli, & ancillæ dominas comitari quando ſine graui incommodo id effugere non poſſunt.: ita tamen in his locis ſe gerant vt Dominis ſuis tantummodo, non idolis aut infidelium cæremoniis cultum exhibere videantur: ita Peſant. 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. diſput. 1. quæſt. 3. Malderus ibidem memb. 3. Sanches numero 26. Coninc. numero 62. Becanus numern 13. & 14. Azor. lib. 8. cap. 27. quæſt. 5. Valent. 2. 2. diſput. 1. quęſt. 1. puncto 2. dub. 4. in fine: ratio eſt quia Domini poſſunt vti ſeruitio famulorum politico non modo in ſuis domibus, ſed etiam in

lris templis dummodo à famulis non requirant vt cæremoniis infidelium communitent, aut in hooore Idolis exhibendo partem habeant. Vnde deducit Malderus & Coninc. licere catholicis, qui permixtim cum hæreticis habitant in Ciuitate vel pago, amicitiæ cauſa conuiuia nuptialia adire, illiſque bene precari etiamſi more hæretico contrahant, atque adeo intereſſe illi contractui: item comitari illorum funera amicitiæ, & officij cauſa, dum modo eorum precibus, & cæremoniis non communicent, ſed ea tanquam ad ſe non pertinentia ſed quaſi profanam, & ciuilem actionem ſpectent: docuit hoc expreſſe Tertullian. de Idolollatr. cap. 16. vbi cum loqueretur de officiis, quæ Chriſtiani infidelibus exhibere ſolebant, ita ait, *Circa officia verò priuatarum, & communium ſolemnitatum vt togæ, vt ſponſalium, vt nominalium, nullum putem periculum obſeruari de flatu Idololatriæ, quæ interuenit: cauſæ enim ſunt conſiderandæ, quibus præſtatur officium.* Nominalium ſolemnitatem appellat in qua nomen ſiue proprium, ſiue Gentilitium imponebatur: Flatum verò Idololatriæ dixit illam huius ſceleris contagionem, quæ ad inſtar peſtis flatu diffunditur; & vt aura bibitur: & infra, vt oſtenderet aliquando officij, ſeu amicitiæ cauſa, his intereſſe Gentilium ſolemnitatibus, & ſacrificiis, licere fidelibus, ſic docet: *Si ſim vocatus, nec in ſacrificiis ſit titulus officij, & opera mea expunctio: quid tum ſi lubet? Vtinam quidem ne videre poſſimus, quæ facere nobis nefas eſt, ſed quoniam ita malis circumdedit ſæculum Idololatria, licebit adeſſe in quibuſdam qui nos homini, non Idolo officioſos habent.* Vnde cap. 17. ſeruos admonet vt ita Dominis ſuis in famulatu deſeruiant cum ad hæc ſacrificia pergunt, vt ea quæ ad Dominorum, non ſacrificiorum officia ſpectant, diligenter exequentur: non enim licet famulia merum Domino ſacrificanti tradere, neque verbo, aut opere in ſacrificij cæremoniis iuuare. Porro exemplum: ſolet nobilis Chriſtianus Gentili principi deſeruire officio pincernæ, vel lauandis manibus aquam fundit, ſiue è lectolo ſurgat, ſiue menſæ accumbat: hic regis miniſter ſi initio ſacrificij rex manus lauare ſoleat, vel poſt ſacrificium edere Idolothyta, non cenſebitur ſeruire idolo, ſed regi, ſi ante ſacrificium regis manibus aquam fundat: vel poſt eſum Idolothyti poculum ad bibendum porrigat. Politico enim ſatisfacit officio, & regis miniſterio, non Idoli ſacrificio: ſecus eſſet ſi hoc idem regis miniſterium, eſſet quoddam adminiculum ad ſacrificij cæremonias, ſacrumque Idoli cultum ſpectaret: vt ſi merum regi ſacrificanti, item ouem, aut bouem immolanti daret, aut teneret.

15. Vnde reſolues caſum, de quo Patres apud Sinas Dei Euangelium prædicantes theologos in Europa conſuluerunt. An liceret fidelibus incenſum adolere coram tabella Domini defuncti, illis literis inſcriptis, quibus diuinitas aliqua Gentilium animis adſcribitur, vel coram ſtatua philoſophi: quia hac thuris oblatione Sinæ prædictas illuſtrium defunctorum vel ſapientum ſtatuas honoris ergo colere conſueuerunt, ad hunc enim caſum reſpondi cum aliis doctiſſimis theologis, non licere coram his ſtatuis, vel tabellis, thus offerre honoris, etiam politici cauſa. Ratio eſt quia incenſi vſus ſemper adhiberi ſolet religionis cauſa vel immediate in Dei cultum, vel mediate; quo pacto locus ſacer, fidelium cadauera, quatenus ſacro chriſmate inuncti à Chriſto gratiam participant, incenſo honorantur. Confirmatur, quia veneratio per thuris oblationem ſemper cæremonia fuit maior politica, & ad ſacrum cultum, non ciuilem inſtituta apud omnes mundi nationes; neque à principibus fuit vſurpata niſi cum inſanientes diuinitatem honoreſque diuinos ſibi arrogarunt; vt notat Cornel. in Daniel. cap. 2. verſ. 46. quod idem docet noſter Pineda de rebus Salomon. lib. 5. cap. 13. §. 9. Ideo gentiles ſuos reges, & homines ſapientes quaſi Deorum filios incenſi honore, & ſacrificiis honorabant. Vnde Lycaonij Actorum 14. oumero 10. de Paulo, & Barnaba loquentes dicebant. *Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos*, & infra, *ſacerdos quoque Iouis tauros, & coronas afferens cum populo volebat ſacrificare.* Item Nabuchodooosor audita à Daniele ſomnij explicatione, *Cecidit in faciem ſuam, & Danielem adorauit, & hoſtias & incenſum præcepit vt ſacrificarent ei*, quod Danielem non permiſiſſe teſtantur Lyranus, Dionyſ. Carthuſ. Maldonat. Cornel. Sanches, & alij ibidem, & id ex ſacro textu deducere conantur: Nam rex quaſi de hac re à Daniele admonitus ait. *Vere Deus veſter, Deus Deorum eſt, & Dominus Regum, & reuelans myſteria:* Ne ergo decipiantur fideles, admonendi ſunt, & illo Pauli conſilio inſtruendi ad Coloſſenſes 2. numero 8. *Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam, & traditionem hominum non ſecundum Chriſtum*: quod de ſuperſtitioſo hominum cultu exponit Suarius tom. 5. de religion. tract. 3. lib. 2. cap. 1. numero 10. cum Caietan. idem docent alij recentiores. Itaque talis honoris exhibitio defunctis nobilibus, vel ſapientum ſtatuis attributa non ſine ſuperſtitionis val idololatriæ eſſe periculo iudicatur.

Similiter non licebit ad templa infidelium venire, quando infidelis princeps iubet, vt 16.
omnes religionis ſuæ cauſa ad audiendas ſuorum miniſtrorum conciones, & vt ſacrificiis adſint, & Deos precentur, accedant: ita Sanches, Coninc. & alij vbi ſupra: Nam ille acceſſus iam ex regis præſcripto determinat illum actum ad manifeſtum indicium profitentis eam falſam religionem. Vnde qui alioqui Curioſitatis cauſa, vel vt auditis gentilium erroribus illuderent licitè ad eaſdem conciones ibant, iam poſt Regis edictum contra veræ fidei profeſſionem facient, ſi adeant, ſe enim eiuſdem ſectæ profeſſores hoc facto declarant. Immo etiam ſine edicto Regis ſi quis ſua præſentia concionatoria hæretici auctoritatem conciliet, vel aliquod periculum ſubit, ne illa concionum auditione ad falſam doctrinam affici, illaque peruerti poſſit,

poſſit, ad has conciones audiendas ire nnn licebit : neque obſtat quod Cathnlici conciones adeuntes proteſtentur ſe id facere, non vt hæreſi faueant, aut illius concionatoribus, ſed vt regi nbedientiam ciuilem eahibeant, quia eo ipſn, quod hac in re principi velint obedire ſuo facto manifeſte oſtendunt, principis intentinnem ſequi, qui licet dicat ſe ſolam ciuilem obedientiam à ſuis in hoc exigere, tamen ipſum præceptum declarat in hoc vltra ciuilem nbedientiam alium finem latere præcipuum, qui ciuilis obedientiæ prætextu à rege intenditur, qui eſt frequenti concionum auditione ad hæreſis ſuæ affectum animos ſubditorum pellicere, & eos à veræ fidei profeſſione abducere : & quamuis aliqui ſatis cnnſtantes cathnlici diuina gratia freti ſibi videantur eſſe ſecuri, tamen licet ille acceſſus ipſis non noceat, ipſnrum exemplum infirmioribus magnum afferre poterit nocumentum ; ſi eos viderint hac in re principi hæretico nbedire, quod confirmat Conine. numern 59. auctoritate Pauli 5. qui cnnſultus an liceret Anglis Cathnlicis ſimili edictn regis ſui obedire, expreſsè definiuit bulla à ſe hac de re edita, non licere fidelibus templa hæreticorum adire, ne qunad apparentiam ſaltem externam à fide deficere videantur, & contra præceptum negandi fidem faciant.

17. Tertium Corollarium eſt licere fidelibus vti veſtibus, quæ propriæ ſunt aliquarum nationum infidelium, & inſtitutæ nnn ſunt ad ſignificandum aliquem cultum ſeu religionem falſam, ſed ſolum ad diſtinctinnem nationis : ita Sanches numero 18. & 19. cum multis : Coninc. numero 66. Peſant. Bannes, Turrian. locis citatis Suar. ſectinne 5. numern 4. & alij ſtatim citandi. Probatur quia huiuſmodi veſtes non ſunt inſtitutæ ad decernendam certæ religinnis profeſſionem, ſed ad vſum politicum, huius vel illius regni, ac prouinciæ ſpectant. Verùm quia hæc quædam veræ fidei ſimulatio eſt, cauſam aliquam excuſantem requirit, cuiuſmodi erit periculum vitæ, aut alterius grauis damni euitandi : vt prædicti authores docent : & ſane praxis virorum timoratæ conſcientiæ hoc confirmat : Nam ſæpè religioſi per terras infidelium tranſituri, ſuæ religionis habitum deponunt, & ſæcular[illegible] in eo regno vſitatum induunt, quo ſe[illegible]rius è periculis euadant : Maior dubitatin eſt : quando veſtes talis ſunt colnris, aut alio ſigno notatæ, qund infideles à fidelibus diſtinguat, quod dupliciter contingere poteſt. Primo vt in eadem Ciuitate (quod in multis Italiæ fieri ſnlet) Iudæi à Chriſtianis diſcriminentur ; Inſtitutum eſt ſignum, nempè Galerus, aut vitta in Galern flaui coloris, quo ſigno hebræi à Chriſtianis facile ſecernuntur. Secundn ſi nnn ſit ſignum in veſte ſnlummodn politicum, ſed qund reuera deſignet hnmines huius, vel illius ſectæ profeſſores.

A Negant in vtroque euentu Caietan. Tnlet. & alij, & ſpeciatim in primn Antonin Syluest. Tabien. Armil. Philarc. Nauarr. & Angel. quos referunt Sanches citato numern 18. & Suar. numern 6. nihilominus communior, & probabilior eſt contraria ſententia in vtroque caſu, quam multo plures ſequuntur 2.2. quæſtione 3. artic. 2. Bannes dub. 2. concluſ. 3. Aragon. dub. 1. cnncluſ. 2. Peſant. diſput. 1. Sanchez numero 19. Cnninc. loco citato. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 27. quæſtione 4. Palacius in 3. diſtinctinne 25. diſputatione 4. Petrus Ledeſma tom. 2. ſumm. tract. 1. cap. 4. Lndnuicus Lopez 1. part. inſtructione cap. 41. Emanuel. Rorz. tom. 1. ſumm. cap. 119. numero 5. Rutil. Benzonius lib. 1. de fuga diſputatione 1. quæſtinne 4. ad 4. Becanus de fide cap. 9. quæſtinne 5. dub. 6. numero 29. Suar. & Sanchez citati, qui omnes docent ex graui cauſa ad vitandum mnrtis periculum his veſtibus vti poſſe fideles : & probant, quia veſtes de ſe habent alium vſum, & finem præcipuum qualis eſt protectin, & ornatus corporis, neque ſnlum, vt vnces ad ſignificandum ex inſtituto deſeruiunt : quare in eo caſu, in quo veſtis ſignum non habeat quod determinatè Idnli veneratinnem impnrtet vt illa, quæ Mahumeti effigiem, vel Dæmonis ; aut Idoli depictam eahibet, quæ hoc veſtis geſtamine honorari exiſtimetur, poterit fidelis ad euitandum C ſuum periculum ſignificatinnem adiunctam veſti cnntemnere, & illam nb vſum & finem magis per ſe & ex natura rei cum veſte coniunctum induere : Cnnfirmatur primo quia in hac ſimulatione non magis cernitur mendacium, quam cum religioſus monachali habitu depoſitn ob periculum vitæ ſæculari veſte induitur, ſed in hoc caſu nmnes concedunt ex graui cauſa id eſſe licitum, neque mendacium eſſe arbitrantur : ergo ſimiliter in prædicto veſtium vſu: Confirmatur ſecundo, quia præter vſum, & finem veſtiendi, & ornandi in Caſibus grauis periculi, veſtes illæ etiam ob finem latendi, & euadendi ab inimicorum manibus aſſumuntur, quam vrgens cauſa cnhneſtat, D quia de ſe nnn habet malum intrinſecum, & deceptio hoſtium remotn ſcandalo licet, abſque mendacio veſte vtentis, prout naturalem, & honeſtum habet finem, quæ confirmatinnes oppoſitæ ſententiæ fundamenta ſubuertunt. In hoc tamen caſn multo grauior cauſa & neceſſitas exigitur, quam in præcedenti.

Quartum & vltimum corollarium eſt: 18.
Nnn peccare contra præceptum negatiuum fidei, qui perſecutinnis tempore fuga ſibi conſulit : ne à Tyranno comprehenſus & rogatus de religione ſe prodere & fidem prnfiteri cum grauiſſimo vitæ periculo cnmpellatur. Itaque fugam in perſecutionibus honeſtam eſſe, quandn nec fidei diſpendium, nec animarum detrimenmentum, nec proximorum ſcandalum ſubſequitur, docent D. Athanaſius in Apologia de fuga ſua, D. Ambroſius de

fuga ſæculi D. Hieronymus Catalogo de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, vbi contrariam ſententiam , quam Tertullianus tradidit in libro de fuga in perſequutionibus contra Eccleſiam eſſe teſtatur , ideoque omnino reijciendam : idem tenet Auguſtious epiſtola 180. ad Honoratum ; Petrus Chryſologus ſermone 150. Cyprianus in libro de lapſis ; Gregorius Naxianzenus in oratione in laudem Cæſarij ; Gregorius Magnus lib. 18. moral. cap. 5. Petrus Alexand. tom. 2. Bibliot. de Canonib. pœnitentialibus canone 10. Abulenſ. in cap. 10. Matth. quæſtione 108. D. Thom. 2. 2. quæſtione 185. artic. 5. & omnes Theologi : eſt enim concluſio de fide, vt docet Suar. de fide diſput. 14. ſect. 3. numero 9. Probatur primo , quia ita docuit Chriſtus Dominus verbo & exemplo : verbo, Matth. 10. *Cum autem vos perſequentur in Ciuitate iſta , fugite in aliam*: exemplo vt notauit Nicolaus Papa in cap. ſciſcitaris 7. quæſtione 1. Nam recens natus in Ægyptum fugit. Matth. 2. numero 24. & à Iudæis requiſitus ad mortem ab eorum conſpectu ſe eripuit. Matth. 12. numero 15. Marc. 3. numero 7. Luc. 4. numero 30. Ioann. 8. numero 59. Ioann. 11. numero 45. Secundo quia idem fecerunt viri ſancti , & laudabiliter , Iacob fugit à fratre Eſau. Geneſ. 27. numero 43. Moyſes fugit à Pharaone Exod. 2. numero 15. Dauid fugit à Saule 1. Reg. 19. numero 12. Helias fugit à Iezabel. 3. Reg. 17. numero 3. Filij Prophetarum ad necem requiſiti in ſpeluncas ſe receperunt 3. Reg. 18. numero 4. In nouo teſtamento Paulus in ſporta è muro demiſſus eſt. Actor. 9. numero 25. 2. Corinth. 11. numero 33. Petrus Angelo ductore è carcere ſe proripuit actor. 12. numero 9. Immo fugam non modo laudabilem , ſed ex præcepto neceſſariam

19. aliquando fieri , docet Auguſtin. tract. 46. in Ioann. & lib. 2. contra Gaudent. cap. 12. & 16. & Gregor. 31. moral. cap. 23. & 24. & 2. dialogorum cap. 3. nimirum quando perſona eſt publica , & ad vtilitatem proximorum neceſſaria , vt paſtor animarum, quæ ſine illo in periculo ſalutis relinquuntur. Item quando perſona debilis , & infirma periculum probabile ſubit negandi fidem ſi interrogetur , vel tormentis fidem negare cogatur ; tunc etiam hoc periculum fuga omnino vitandum : ob priorem rationem inſignes heroes noui , & veteris teſtamenti adducti fugam arripuere non ob mortis timorem : cum poſtea in eamdem alacres conuolarint : Nam Iacob mortem fugit , ſed poſtea cum tempus adfuit mortis præſentia non expauit. Geneſ. 33. num. 5. Moyſes à Pharaone receſſit , ſed quando res poſtulauit non eſt veritus regis animoſitatem : ad Hebræos 11. numero 27. Helias Achabi Regis conſpectum fugit , ſed de cœlo monitus , audacter in eiuſdem regis occurſum venit 3. Reg. 21. numero 19. Paulus, & Petrus è vinculis prodiere, ſed opportuno tempore vterque Romanam vrbem illuſtri martyrio decorarunt. Eleganter profecto de his Athanaſ. citatus. *Quemadmodum moriendi tempus à diuina prouidentia decretum ante capare non audebant: ita mortis præſentiam cum præfinitum tempus aderat , non reformidabant.* Hanc verò fugam honeſtam eſſe dicimus , quando non vrget præceptum poſitiuum profitendi fidem, de quo in ſequenti difficultate.

Tertia difficultas de præcepto poſitiuo fidei procedit , quando & quomodo obliget ratione ſui : Nam ſicut de actu interno fidei diximus præcedenti ſectione , dupliciter obligare , vel ratione ſui , vel ratione aliarum virtutum : ita in præſenti difficultate inquirimus quænam ſit obligatio præcepti poſitiui in ordine ad externam profeſſionem fidei ratione ſui : & in ſequenti videbimus qualis ſit obligatio hæc, ratione alterius. Quantum ad primum , certiſſimum eſt omnes fideles ex præcepto diuino obligari ad externam ſuæ fidei confeſſionem : ita omnes Theologi cum D. Thom. 2. 2. quæſtione 3. artic. 2. & in 3. diſtinct. 25. Sylueſt. Angel. & reliqui Summiſtæ verb. fides. Tolet. in ſumm. lib. 4. cap. 2. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 7. Coninc. de moralitat. actu. ſupernatural. diſput. 15. dub. 4. Sanchez cap. 4. Probatur primo ex D. Paulo ad Roman. 10. numero 10. *Corde creditur ad iuſtitiam ore autem confeſſio fit ad ſalutem* : intellige conſeruandam, & augendam , & conſequenter ad ſalutem æternam promerendam , ſed cur Apoſtolus interiori fidei iuſtitiam , exteriori ſalutem attribuit ? Nam hæc Pauli propoſitio tranſponi poterit cum veritate , nimirum , Corde creditur ad ſalutem , ore autem confeſſio fit ad iuſtitiam : quia antequam adultus baptizetur ; ore debet fidem profiteri. Reſpondeo primo Apoſtolum fidei cordis aptiſſime iuſtitiam tribuere , & confeſſioni oris ſalutem : quia plerumque fidei, & pœnitentiæ iuſtificatio correſpondet, confeſſioni verò ſalus : vt videre eſt in Martyribus , qui linguæ confeſſione ſalutem æternam conſequuntur. Secundo Apoſtolus ſalutem , & iuſtitiam ſæpè pro eodem accipit : eſt enim iuſtitia ſalus inchoata, & ſalus iuſtitia completa , ſuntque hæc duo ita connexa vt numquam iuſtitia finalis à ſalute , nec ſalus à finali iuſtitia ſeparetur: vnum ergo ſub alio intelligit Paulus , vt patet ad Roman. 11. numero 5. vbi ait , *Reliquias Iſrael ſaluas factas* , id eſt iuſtificatas eſſe. Secundo probatur ratione quam inſinuat D. Thom. Nam illud ſub præceptum cadit quod neceſſarium eſt ad finem charitatis erga Deum & proximum, iuxta D. Paulum ad Timoth. 1. numero 5. *Finis præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta* , ſed fidei confeſſio neceſſaria eſt ad charitatem erga Deum & erga proximum : ergo cadit ſub præceptum : dubitatio igitur præſentis difficultatis conſiſtit in tempore , & occaſione quo obliget hoc præceptum cum enim affirmatiuum ſit , non obligat pro ſemper. Vnde numerandi ſunt communes , & ordinarij caſus in quibus vrget hoc præceptum.

Primo

11. Primo quando aliquis recens admittitur A ad Eccleſiam : Ratio eſt quia membra Eccleſiæ viſibilis vniuntur non ſolum in fide interna, ſed etiam in externa eiuſdem fidei profeſſione, immo ab hac exteriori cognoſcitur vnitas interioris fidei eiuſdem Eccleſiæ : ergo qui de nouo poſtulat huic Eccleſiæ vniri, opus eſt vt externo aliquo ſigno fidem huius Eccleſiæ profiteatur, cui vult vniri. Immo ipſa petitio, qua infidelis ad Eccleſiam admitti concupiſcit, eſt quædam implicita profeſſio fidei : Nam hoc ipſo quod oſtendit ſe velle Eccleſiæ vniri, illius ſe fidei credit, & illius fidem optat amplecti, quod eſt vnum externæ profeſſionis præludium : & hinc eſt quod Eccleſia iubet, vt adulti antequam baptiſmo initientur, fidei articulos profiteantur. Et Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 7. idcirco baptiſmum ſacramentum fidei nun- B cupauit. Secundo quando debitus Dei honor ſubtrahitur, & fidei auctoritas corruit, niſi fidelis publicam ſuæ fidei faciat profeſſionem : tetigit hunc caſum D. Thom. & cum alio, qui ad ſequentem difficultatem pertinet coniungit in artic. 2. citato in corpore vbi ait, *Quando ſcilicet per dimiſſionem huius confeſſionis ſubtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximis impendenda : puta ſi aliquis interrogatus de fide taceret, & propter hoc crederetur vel quod non haberet fidem, vel quod fides non eſſet vera, vel alij per eius taciturnitatem auerterentur à fide.* Quæ verba D. Thomæ duplicem rationem oſtendunt, vnde prouenire poſſit obligatio præcepti poſitiui certo tempore. Primo quia C omiſſio meæ Confeſſionis debitum Deo ſubtrahit honorem, & fidei auctoritas grauiter decreſcit. Ponit exemplum D Thom. in eo, qui interrogatus an fidelis eſſet, taceret, quod Bannes dub. 1. concluſ. 3. & alij, quos iam ſupra retuli numero 7. exponunt, de interrogante auctoritate publica, quod alij non admittunt, vt dixi : quamuis ex iis Coninc. dub. 5. numero 110. concluſ. 7. addat communiter teneri per accidens interrogatum auctoritate publica, reſpondere, & fidem confiteri, quia taciturnitas nullo modo ei prodeſſet, nam cum interrogans poſſit fidelem tormentis compellere ad reſpondendum, non erit contentus taciturnitate, immo tanquam contemptus per eam magis exacerbabitur, atque grauius in illum D deſæuiet, & ſi reſpondens dicat, *quid ad te*, aut aliud ſimile, maiores concitabit turbas, & tyranni iracundiam magis prouocabit, ſibique nihil aliud, quam maiora incommoda accerſet, quod ſane ſatis eſt vt illa generalis doctrina tradatur, nempè coram perſona publica fidelem teneri interrogatum ſuam profiteri fidem : ratio eſt quia regulæ generales reſpiciunt id quod frequentius fieri conſueuit iuxta l. 10. neque leges ff. de leg. & ſenat. & quamuis perſona publica nimirum princeps aut magiſtratus auctoritatem non habeat ea intentione interrogandi, vt fideles à vera fide dimoueant, vt iam notaui ſupra numero 7. quia tamen abſolutè perſona eſt publicam habens auctoritatem, & abſtrahendo à mala intentione, ius habet interrogandi ſubditos de iis quæ ad rei publicæ regimen ſpectant, & bonum publicum concernunt, qualis eſt religio, ideo fidelis apud hanc publicam perſonam debitum ſubtrahit honorem Deo, ſi ſuam fidem ſe negare ſignificet tacendo, vel aliis reſponſionibus diuertendo interrogantem, quibus ſane ille non acquieſcet, niſi vbi notauerit hominem interrogatum iam erubeſcere Chriſtianum nomen & ſuam manifeſtare fidem cum illius dedecore, non audere, quare de his merito dixit Auguſtin. in Pſalm. 115. *Non perfectè credunt, qui quod credunt, nolunt loqui*, & autor imperfect. in Matth. homil. 25. *Non ſolum ille proditor eſt veritatis, qui transgrediens veritatem palam mendacium loquitur, ſed etiam qui non libere veritatem pronunciat quando oportet.*

Verum vt præcedens doctrina melius intelligatur, aduerte duplicem eſſe poſſe ſubſtractionem honoris diuini, primam negatiuam, ſeu priuatiuam, qua ſcilicet non defero Deo honorem quem ego deferre poſſem : & Deus meretur, & poteſt habere. Secundam dico eſſe poſitiuam per modum contrarij, quando ſubtrahitur honos Deo in tali occaſione debitus, & neceſſarius, vt illius cultus in hominum opinione non corruat, aut in deterius inclinet; prima ergo honoris ſubſtractio non ſufficit ad peccandum contra præceptum poſitiuum profeſſionis fidei, quia non quotieſcumque poſſem aliquem Deo honorem deferre, teneor ex præcepto illum Deo tribuere vt per ſe conſtat. Secunda tamen obligationem inducit, quia in occaſione, in qua ego video Dei honorem, & fidei auctoritatem viloſcere, & poſſum mea fidei profeſſione hoc damnum aliqua ex parte reparare, ſeu impedire, teneor in illo euentu illum Deo honorem impendere etiam cum graui damno proprio : pono exemplum Video Chriſti fidem irrideri, ipſius & ſanctorum imagines pedibus conculcari, aliiſque iniuriis affici, iudico in eo euentu meam fidei profeſſionem & venerationem imaginum aliquo modo profuturam, ſi non ad emendationem infidelium, ſaltem ne omnino deſerta veræ fidei religio videatur, & ſanctarum imaginum contemptus ſine vllo defenſore & impiorum redargutione prætereat : Deinde quando perſona eſt magnæ auctoritatis ex cuius publica fidei profeſſione multi fideles minus firmi in fide in ſuæ ſalutis periculo conſtituti poſſunt maximè confirmari : in his euentis & ſimilibus, non ſolum ratione charitatis ex ſecunda ratione, de qua ſtatim, ſed etiam ex ratione ipſius fidei, quæ in diſcrimen adducitur, ne illius auctoritas periclitetur, & ab his fidelibus deſeratur, vel ab infidelibus contemnatur, tunc vrget poſitiuum præceptum, ad fidei profeſſionem externam fidelium firmitati iam vacillanti auxiliarem : hanc doctrinam probant Valentinus tom. 3. diſput. 1. quæſt. 3. punct. 2. 12.

dub. 1. & 2. Sanchez illo cap. 4. numero 4. A numero 3. Suar. diſputatione 14. ſectione 2. numero 4. & ſequent. Coninc. dub. 4. numero 79. & quamuis dub. 5. numero 88. & ſequent. non nihil variet in expoſitione D. Thom. citati, tamen numero 92. ſecundum prædicta ſuam mentem exponit. Alij caſus ſimiles ex circumſtantiis arbitrio prudentis iudicari poſſunt propoſita ante oculos illa regula de ſubſtractione bonoris Deo debiti poſitiuè, qui impendi deberet; qui honor etiam in alio ſenſu à Sanchez citato dicitur ſubſtractus priuatiuè, quia non impeditur illud diuini honoris detrimentum in caſu, quo poſſem cum effectu, & idcirco deberem impedire, à quo ſolum in modo loquendi differimus.

23. Quarta difficultas eſt quando ratione alterius virtutis, nempè charitatis, iuſtitiæ, B religionis, vel aliarum ad hanc externam profeſſionem fidei fidelis obligetur, quæ propoſitis duobus præcipuis caſibus reſoluetur: primus eſt, quotieſcumque neceſſitas præcepti occurrit quod ad exercendum externum religionis actum obliget: verbi gratia audiendi ſacrum ſuſcipiendi aliquod ſacramentum; venerabile ſacramentum Euchariſtiæ comitandi, aut venerandi, quando per plateam tranſit, ad hos omnes & ſimiles religionis actus exercendos, fidelis externam ſuæ fidei profeſſionem, quæ cum ipſis materialiter coincidit, exercere tenetur: ita Suar. ſect. 2. citata, numero 3. Coninc. dub. 4. numero 82. & alij citati. Probatur facile, quia in his C actibus exercendis homo fidelis à ſua fide dirigitur, & iis quaſi ſignis ſuam interiorem fidem, & Chriſtianam religionem quam ſequitur, manifeſtat: nemo enim ſacrameotum ſuſcipit, quod ſibi ad ſalutem proficere non declaret. Nemo Euchariſtiæ ſacramentum adoratione latriæ adorat, qui in eo Deum eſſe non oſtendat, oemo cruces, ſanctorum imagines, & reliquias veneratur, qui non credat, illas eſſe aliqua veneratione dignas, vel ita credere his actionibus non indicet, quis enim videat hominem ſacrum audire, ſacram ſinaxim ſuſcipere, qui non dicat illum his ſignis ſe Chriſtianum profiteri? ergo cum in his religionis actibus materialis profeſſio fidei miſceatur, quoties præceptum obligat ad D hunc externum religionis actum, ad profitendam fidem conſequenter obligabit; & illum formalis, vel ſaltem virtualis intentio, & directio fidei præcedere debet.

24. Secundus Caſus continet omnes fere reliquos ſub altera D. Thomæ ratione comprehenſos, quæ arat vtilitas proximi, quæ ſic intelligenda eſt vt moralis neceſſitas exiſtimetur: Nam vtilitas & neceſſitss aliquando æquiparantur, & perinde ſe habent vt notat Abbas in cap. tua nos de Eccleſiaſt. ædific. numero 3. iuxta cap. ſine exceptione 12. quæſtione ſecunda & gloſſ. ibidem in ſumma. Vnde non quælibet proximi vtilitas obligat fidelem, vt cum periculo vitæ vel alio ſuo graui damno fidem publicè profiteatur, ſed opus eſt vt talis vtilitas ſit, quæ coniunctam babeat neceſſitatem præcepti ex charitate vel iuſtitia: verbi gratia quando mea confeſſio reputatur neceſſaria, ne alij à fide recedant; vel quando meæ publicæ confeſſionis exemplo multi infideles ad fidem conuertentur: item quando mea inſtructione fideles indigent, illoſque in credendis inſtruere non poſſum, quin ſignificem quæ interius credo, tunc ſane vel ex præcepto Charitatis, vel ex præcepto iuſtitiæ, ſi parochialis Eccleſiæ fructus percipio, niſi per alium æque commodè id facere curem, ipſe teneor præceptis harum virtutum ſatisfacere, in quarum exercitio fidei profeſſio interueoit, vt dixi de actibus virtutis Religionis. Ita Sua. ſectione 2. numeru 5. & alij ſequuti Auguſtinum ſermon. 181. de tempore, vbi hos omnes fere caſus enumerat, quos ad bunc finem refert „vt mea confeſſio neceſſaria ſit propter Eccleſiæ vtilitatem. Ideoque in lib. de fide & ſymbolo in principio dixit: *Salui eſſe non poſſumus niſi & nos ad ſalutem proximorum etiam ore profiteamur fidem.* Quando varo tanta vtilitas ſeu neceſſitas proximi iudicari debeat, quæ præciſam obligationem inducat, arbitrio prudentis, & ex altis materiis de obligationibus iuſtitiæ, & charitatis iudicandum.

25. Ex qoa doctrina duo colliges: primum non ſemper teneri fideles tempore perſecutionis coram tyrannis ſe prodere, & ſuam fidem profiteri: immo aliquando tenentur non ſe prodere, ſed abſcondere, ita Coninc. dub. 5. citato quam ſententiam dicit eſſe certam, & catholicorum communem: probatur primo ex duplici fundamento D. Thomæ ſuperius iacto: poteſt contingere vt maior Dei honos, & proximi vtilitas ſequatur ex eo quod fideles, quando perſecutio vel timetur, vel ſæuit ſe occultent, & tyrannos ad maiorem ſæuitiem non prouocent, per quam infirmiores tormentis perterriti à fide ſæpè deficiunt cum maiori chriſtianæ religionis dedecore, in quo euento illa publica fidei profeſſio fidelium data occaſione potius ſubtrahit quam reddit Deo debitum honorem, & proximo vtilitatem: imo tunc nihil aliud facere videntur fideles quam vitam prodigere, quam prudenter conſeruare tenentur, & in manifeſtum diſcrimen adducere ſine neceſſitate ſeu vtilitata & fructu, immo cum diſpendio fidelium à fide deficientium, & aliorum qui à ſuſceptione fidei deterrentur. Præterea aliquando eueniet quod fidelis in vita permanens Dei cultum, & fidem, proximorumque ſalutem magis promoueat, quam ſi pro fidei confeſſione martyrium ſubiret. Vt ſi in aliqua vrbe vnicus ſit ſacerdos: ſi alius Epiſcopus non ſine magna difficultate, & dilatione temporis ad eam Eccleſiam venire & loco demortui poſſit ſubrogari: ſacerdote enim ſeu paſtore Eccleſia deſtituta magnam fidei Chriſtianæ, ſalutis, & diſciplinæ faciet iacturam: denique quia aliquando non

ita

ita ſecurus erit fidelis de ſua conſtantia imo A timere poteſt ne tormentorum vi aut metu à fide deficiat, ſaltem in exterioribus ſignis, vt ſe ab hoc periculo liberet, tenetur furorem magiſtratuum declinare & ſuæ ſaluti fugiendo, vel occultando ſe conſulere. Secundum, quando dubium eſt an maior Dei honos, & proximi vtilitas, fideique auctoritas prouenire poſſit ex eo quod fidelis, vel paſtor ſe prodat publicæ fidei profeſſione, vel ſe abſcondat, in primis non ſuo ſe tantum feruore, aut iudicio fidat, ſed alios prudentes, doctos, & timoratos viros conſulat: vt minori ſcandalo, & maturiori conſilio rem tanti momenti definiat. Deinde ſi plures ſint ſacerdotes, ne vel omnes ſimul pereant cum magno fidelium detri- B mento, vel omnes occultentur, & fugiant, cum cæterorum Chriſtianorum ſcandalo, inter ſe prout Dei, & proximi charitas poſtulat, deliberare poſſunt, quinam aptiores ſint, vt in perſecutione pro fidei confeſſione & Dei honore conſtanter propugnent, & hi ſe poterunt his periculis offerre aliis occultis, & reſeruatis ad miniſtranda ſacramenta, aliaque Chriſtianorum ſolatia & pietatis officia obeunda.

Vtrum Chriſtianis Cochinchinenſibus liceat Deum nomine Thyenchu inuocare & colere.

SECTIO V.

1. EX Patribus noſtræ ſocietatis, qui in India Orientali non ſine magno ſui laboris fructu Euangelicæ fidei veritatem & Chriſtiani nominis religionem deprædicant, certiſſima relatione accepimus apud Cochinchinenſes populos, gentilium ſectam eſſe, quam ſapientiores, & primariæ nobilitatis viri profitentur, qui Thyenchu id eſt dominum cœli adorant, huncque ſuis ſuperſtitioſis ritibus colunt, & inter ſuperos ſupremum eſſe affirmant: & cum non ſatis conſtet an hoc cultu Idolum aliquod velint nominare, quod cœli dominum faciant, quia ex vna parte nullum hucuſque Patres D idolum inuenerunt, cui hoc nomen tribueretur: ex alia, in certo quodam libello, per quem huius ſectæ homines religioſo cultui ſpeciatim deputati, cum pro defunctis preces fundunt, inter alia Idola etiam hunc cœli dominum (quem Thyenchu vocant) deprecantur. Vnde patres merito dubitare cœperunt, an liceret Chriſtianis nomine Thyenchu Deum colere: Nam ſi patribus depoſito hoc ſcrupulo liceret Deum Thyenchu prædicare multo faciliori negotio Cochinchinenſium primores, & ſapientiores ad fidem trahere poſſent, quibus ad fidem conuerſis tota plebs chriſtianam religionem facillime reciperet: quamobrem poſtquam inter ſe de hac re diſceptarunt, Theologos noſtræ ſocietatis in Europa conſuluerunt, vt eorum A iudicio acquieſcerent. Cumque huius difficultatis reſponſum ad fidei externam profeſſionem ſpectet, illud hoc loco addere volui, quod hac occaſione ſcripſi, quia idem permulti alij grauiſſimi theologi in Romano Collegio ſubſcripſere. Dubij igitur reſolutio duplici propoſitione breuiter expeditur.

Prima, ſi nomen Thyenchu appellatiuum ſit, ſignificans dominum cœli, & nullius Idoli proprium, eo vti licet Cochinchinenſibus, etiamſi ante cognitionem fidei catholicæ illud vſurparent, aliiſque falſis de Deo optimo Maximo opinionibus permiſcerent. Hanc auctoritate, & ratione confirmo. Auctoritatem hac in re maiorem B nullus deſiderare poterit, quam quæ à ſacra pagina mutuatur: ex qua conſtat Gentiles, vt Deum omnium creatorem indicarent cœli Dominum nominaſſe 2. Paral. 36. numero 23. *Hæc dicit Cyrus Rex Perſarum, omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli.* Idem habetur 1. Eſdræ 1. numero 2. Item 2. Eſdræ 1. numero 5. Ita loquitur Nehemias. *Quæſo Domine Deus cœli.* Itaque Deus cœli paſſim in ſacris literis, verus Deus nominatur. Immo ita clare Dei diuinitatem oſtendunt cœleſtes ſpheræ, vt in libris Machabæorum ſæpè pro ipſo Deo vſurpentur; per metonymiam, continens ſcilicet pro contento. Hinc etiam illa eſt proſopopœia, quam in illo regij pſaltis verſiculo, *Cœli enarrant gloriam Dei*, Theo- C doretus & Baſilius hoc loco; item Nazianzenus oratione ſecunda de filio, Euthymius Panop. p. 1. tt. 11. pluresque alij P.P. agnouerunt: & Chaldaica paraphraſis ſic explicauit. *Qui ſuſpiciunt cœlos, enarrant gloriam cœli*; Nam ex ipſo tantum cœli ſtellantis intuitu naturale lumen ad Dei neceſſitatem agnoſcendam aſcendit, & cœli Dominum meritiſſimo compellat. 2.

Ratione oſtenditur. Nam vt ait D. Thom. 1. par. quæſtione 13. artic. 1. & T. T. communiter ibidem ſecundùm quod aliquid à nobis cognoſcitur, ita nominatur, ſpectato nimirum communi impoſitionis modo, per quem homines per voces ſuos conceptus exponunt: ergo illud nomen cum proprietate Deo accommodatur, quod Deum ſignificat eo modo quo in hac vita cognoſci poteſt, ſed ex eodem D. Thom. & communiſſima T. T. ſententia 1. p. quæſtione 12. artic. 12. Deus à nobis per rationem naturalem non niſi ex effectibus agnoſcitur: ergo ex præſtantiſſimo, notiſſimoque effectu, cuiuſmodi eſt cœli machina, optimè, & à Gentilibus cognoſci, & ex eodem effectu potuit nominari. Cum igitur ex ſuppoſitione prædictæ propoſitionis nomen Thyenchu nulli Idolo appropriatum ſit, ſignum eſt, quod ſit inuentum à ſapientioribus Cochinchinenſibus, aut aliis Gentilibus, à quibus illud iſti didicerunt, vt Deum naturali lumine cognitum indicarent. 3.

Neque obſtat, quod huiuſmodi Chriſtiani antequam ad fidem accederent, eo nomine

vterentur, in aliquibus Gentilium libris inuento, & cum aliis erroribus circa diuinitatem veri Dei coniungerent, atque adeo inter aliorum Idolorum nomina vſurparent, dummodo nullius Idoli nomen proprium ſit: Nam hoc ſolum oſtendit cognitionem veri Dei erroribus permixtam fuiſſe in his populis, ante Euangelij prædicationem; & non ſine ſuperſtitione Deum coluiſſe: etenim vt optimè docent omnes T. T. cum D. Thom. quæſt. 94. artic. 2. teſte Suario tom. 1. de religione tract. 3. lib. 1. cap. 1. numero 5. In colendo vero Deo dari poteſt ſuperſtitio, & in hoc ſenſu exponit Suar. illud D. Paul ad Roman. 2. *Cum cognouiſſent Deum non ſicut Deum glorificauerunt*: ergo poterant hi gentiles Deum verum nomine Thyenchu inuocare, etiamſi cum ſuperſtitione illum colerent. Immo addit idem doctor numero 7. poſſe excuſari Gentilem à culpa ſuperſtitionis, ſi per actum materialiter ſuperſtitioſum, nempè per oblationem arietis Dominum cæli, aut Creatorem mundi veneretur. Hac ratione naturali ducti Athenienſes aram ignoto Deo erexerunt, & vt ait Auguſtin. lib. 1. contra Creſcen. Gram. *Quamuis extra Eccleſiam vnum verum Deum colebant*: item in expoſitione epiſtol. ad Rom. cap. 3. ait idem Auguſtin. *Sapientes Gentium, quod inuenerint Creatorem manifeſte idem Apoſtolus cum Athenienſibus loqueretur, oſtendit*: & demum Gregor. Girald. in hyſtoria Deorum ſyntag. 17. prodit apud Arabas aram fuiſſe ignoti Dei, cui pingues camelos ſacrificabant: ſicut ergo his contigit populis, vt ſuperſtitiosè colerent verum Deum, quem ignorantes venerabantur, non ſine ſuperſtitione cur non idem Cochinchinenſibus eueniſſet; vt nomine Thyenchu Deum ignotum & Dominum cæli inuocarent? Nam hunc Deum ignotum, Dominum cæli eſſe ſignificat Lucianus in Philop. Vbi ait, vſurpatum fuiſſe iuramentum per ignotum Athenis, & homines ſe inuicem inuitaſſe, *Vt ignotum inuentum adorarent, manuſque ad Cælum tollentes, gratias agerent, vt digni facti eſſent huiuſmodi poteſtati, atque veritati ſubijci*. Confirmari hoc poteſt alio ſimili vocabulo, quo Cantabri in patria lingua Deum appellant Ianguaycoa, quod ſignificat Dominum alti, ſeu Creatorem Cæli.

4. Secunda propoſitio, ſi nomen Thyenchu alicui Idolo appropriatum inueniatur apud Sinas, vel Iapones, à quibus Cochinchinenſes illud accepiſſe credantur, Illo non licet Deum inuocare: etiam ſi huiuſmodi nomen appellatiuum ſit, & ex vi ſuæ ſignificationis ſolum cæli dominum ſignificet: hæc eſt expreſſa ſententia D. Thom. in 1. diſtinct. 22. artic. 5. ad 3. & diſtinct. 34. quæſt. 3. artic. 2. ad 2. & in 2. diſtinct. 44. art. 1. ad quartum: in quibus locis ait, nomina quæ imperfectionem, deformitatem, vel culpam important, Deo tribui non poſſe, & conſequenter neque illis inuocari: eamdem tenentur defendere communiter T. T. cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 13. artic. 1. cum de blaſphemia diſceptaut: Nam vt docet Hugo de ſanct. Victor. lib. de fructu car. & ſpirit. *Blaſphemia eſt cum quadam probroſa irreligioſitate, & diminutione honoris diuini vituperium, ac conuitium*, ſed tale eſſet opprobrium, ſi Deus Idoli proprio nomine inuocaretur, etiamſi nomen de ſe appellatiuum eſſet: Nam ſi quis diaboli ſeu dæmonis nomine Deum compellaret, blaſphemus foret, teſte D. Thom. citatis locis: ergo etiam Idoli nomine Deum inuocans blaſphemaret.

Idem habemus in ſacra pagina expreſſum: Nam Oſeæ 2. *Ait Dominus, vocabit me vir meus, & non vocabit me vltra Baali*: quem locum optimè interpretatus eſt noſter Ribera cum D. Hieronymo his verbis: *Tantum odi idolorum nomina, vt etiam quod bene dici poteſt, propter ambiguitatem, & verbi ſimilitudinem nequaquam velim dici: ne dum aliud loquitur alterius recordetur, & virum nominans, Idolum cogitet*: quamuis enim Baali ſignificaret idem, ac Domine mi, & maximè ſimilis eſſet hic terminus alteri, per quem ſponſæ ſuos compellare ſolent coniuges, verbi gratia Iſſi: עִשִׁי id eſt vir meus, quia tamen Baal nomen erat appropriatum Idolo, quod Sydonij, & Phænices venerabantur, vt docet D. Hieronym. lib. 1. in Oſeam, quem ſequitur Gregor. Gyral. de hiſtoria Deorum ſynag. 2. ideq non licebat illo vti. Ratio eſt quia quamquam illud nomen eſſet appellatiuum, cum iam Idoli inuocatione redderetur infame, ac probroſum, illud non ſine iniuria Deus ſibi tribuendum iudicauit: hanc eamdem reddit rationem Gaſpar. Sanch. ad hunc locum Oſeæ, cur Dominus Baali noluit nominari, eamque latius proſequitur in lib. 1. Reg. cap. 7. numero 11.

Accedit ratio ſcandali & erroria occaſio, nam ſi nomen Thyenchu Idolo accommodatum, & ab aliqua ſecta cultum, vero Deo aptetur, Gentilem ſectam à noſtris prædicari, & ab Idolorum veneratione non omnino recedere Ethnici putabunt, non ſine chriſtianæ religionis dedecore: & ſane aliqua me ſuſpicio tenet ſub hoc nomine aliquam latère Idololatriæ ſpeciem, ſi quidem noſtri Patres eo vti reformidant quamplures; & nomen Deus vſurpandum arbitrantur: ſi tamen facta diligentia inuenerint nullius Idoli nomen fuiſſe, hoc vocabulum *Thyenchu*, illi addito vocabulo *Deus* omnem omnino ſcrupulum Gentilibus adimerent; noſtramque religionem à falſis eorum ſectis diſcriminari ſignificarent.

Quæ perſonæ, quando, quomodo, & qua pœna ex præcepto Eccleſiaſtico teneantur fidei profeſſionem facere.

SECTIO VI.

Extat de publica profeſſione fidei ſub certa forma cum iuramento à certis perſonis facienda in primis decretum Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12. Ibi: *Prouiſi etiam de beneficiis, &c.* Item inter Conſtitutiones Pij quarti duæ conſtitut. 88. 1.

& 89.

& 89. quarum prima incipit, *In ſacroſancta*, A & ſecunda, *Iniunctum nobis*, de eadem re tom. 3. Bullarij habentur, refertur etiam à Sanchez in decalogo lib. 2. cap. 5. numero 4. Coninc. de moralitat. actu. ſupernat. diſp. 15. dub. 4. Bonauen. tom. 2. diſput. 3. quæſt. 2. punct. 3. numero 15. de eodem Pij 5. decretum, at tamen illud in Bullario non inuenio cum cæteris eiuſdem Pontificis Conſtitutionibus. Immo Bulla, quæ dicitur Pij 5. & citatur à Manuele tom. 2. regular. quæſt. 72. artic. 2. eſt illa prima, quam citauimus Pij 4. quæ incipit, In ſacroſancta: quam Emanuel dicit factam eſſe à Pio 5. anno 1564. ſui pontificatus 5. cum tamen eo anno pontifex adhuc eſſet Pius 4. Nam Pius 5. anno 1566. creatus eſt, vnde non poterat anno 1565. B quintum ſui pontificatus agere: illc erat annus 5. Pij 4. qui creatus eſt anno 1559. & conſtitutio facta anno 1564. quare exiſtimo hos authores deceptos fuiſſe dum Pio 5. adſcribunt illam priorem bullam, & alteram quæ incipit, *Iniunctum*, Pio 4. cum tamen vtraque in Bullario recentiori: item in compendio Bullarij à Laërtio Cherubino editi Pio 4. attribuatur vt dixi. Ad quatuor ergo capita omnia dubia præſentis tituli reuocantur: primum quæ perſonæ hanc profeſſionem facere teneantur. Secundum quando, quo nimirum tempore debeat fieri. Tertium quomodo ad hanc profeſſionem obligentur. Quartum quæ culpa, quæuè pœna ob huius præcepti tranſgreſſionem incurratur. C

2. Qood ad primum attinet: primo Doctores, Magiſtri Regentes, & cuiuſcumque artis ſeu facultatis profeſſor, ſiue Clericus, ſiue Laïcus, vel cuiuſcumque ordinis regularis, in quacumque Generalium ſtudiorum vniuerſitate, aut gymnaſiis publicis, aut alibi ordinariam, vel extraordinariam lectoris cathedram aſſequi, vel iam obtentam retinere non poterit; vel theologiam, ius Canonicum, aut ciuile, Medicinam, philoſophiam, Grammaticam, vel alias liberales artes, in quibuſcumque terris, locis, regularium conuentis, Eccleſiis, monaſteriis publicè ſeu priuatim poterit quoquo modo profiteri, ſeu lectiones aliquas in facultatibus huiuſmodi, habere vel exercere abſque præuia fidei profeſſione. Secundo quicumque in D Vniuerſitatibus, vel Gymnaſiis ſunt promouendi, ad nullum prædictarum ſcientiarum; ſeu liberalium artium gradum recipi, aut admitti poſſunt per Rectores Vniuerſitatum, Cancellarios, doctores, vel alios ſuperiores ſtudiorum, etiam Palatinos Comites aliosue facultatem à ſede Apoſtolica, vel vndecumque habentes, vt hunc gradum ſcholaribus eruditis conferant, quin hunc gradum recepturi prius eamdem fidei faciant profeſſionem. Tertio ipſi etiam Rectores, Cancellarij, aut alij ſuperiores Vniuerſitatum ſeu ſtudiorum à doctoribus vel ſcholaribus, aut aliis electi, neque in ſua electione procedere, neque ſuum obire munus poterunt, antequam huiuſmodi fidei profeſſionem emittant: hæc omnia conſtant ex Bulla Pij 4. priori loco citata. Quarto prouiſi in beneficiis quibus animarum cura ſubeſt, quicumque ſint, ſiue Epiſcopi, & Archiepiſcopi, ſiue Primates, Patriarchæ, & quicumque alij: Item in Canonicatibus, vel dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus iubentur eamdem profeſſionem fidei facere, & promittere ac iurare ſe in Romanæ Eccleſiæ obedientia permanſuros: ita Trident. loco citato, quod decretum Pius 4. illa conſtitut. 89. *Iniunctum* extendit; atque decreuit obſeruari per quoſcumque, qui Monaſteriis, Conuentibus, domibus, & aliis quibuſcumque locis regularium aut quorumcumque ordinum etiam militarium, quouis nomine, aut titulo præficiuntur, ac de illis prouidentur.

Vnde obijcies primo hic comprehendi quoſcumque Magiſtros, tam qui ex proprietate facultatem aliquam prædictarum profitentur, quam qui eorum loco ſubſtitui conſueſcuut, vt aperte deduco ex verbis Bullæ in ſacroſancta. §. 2. ibi. *Ordinariam vel extraordinariam lectoris cathedram*, & infra, *quoquo modo profiteri ſeu lectiones aliquas in facultatibus huiuſmodi habere*. Secundu comprehendi etiam ex vi alterius bullæ, ſi vſu ſit introducta, & non antiquata, omnes prælatos, & ſuperiores regulares, qui conuentuum, monaſteriorum, ſeu Collegiorum loco primo præficiuntur, non alij minores qui ſunt veluti primi ſuperioris inſtrumenta: & de iſtis prælatis tantum bullam interpretantur Saa verb. fides in fine, Sanches citatus numero 3. Nauar. lib. 5. Conſil. in prima edition. titulo de ſumma Trinitat. Conſil. x. in 2. vero lib. 1. de iure conſil. 10. Emanuel. lib. 1. ſum. cap. 510. numero 7. in 2. edit. & tom. 2. quæſt. regul. quæſt. 72. artic. 1. quia tamen in multis religioſorum familiis hæc conſtitutio vſu recepta non eſt, vt de Hiſpaniis docet Mol. de iuſtit. tract. 5. diſput. 71. numero 8. Vgolin. de offic. Epiſcop. cap. 50. §. 16. numero 7. Ideo Capucinus ſuper priuileg. mendicantium verbo profeſſio fidei, notat. 1. dixit ſe Cardinalium Congregationem, & alios doctos viros conſuluiſſe, & ex iis didiciſſe non eſſe in vſu hoc decretum, neque obſeruari, forſitan quia in illa conſtitutione ſpecialis mendicantium mentio non fit. Verum Petr. Ledeſm. 2. tom. ſumm. tract. 1. cap. 4. ait hanc conſuetudinem à nonnullis religioſis non obſeruari, illam tamen deſuetudinem tanquam minus conformem conſtitutioni Pontificiæ non probat. Gracian. de benef. par. 3. cap. 3. numero 7. docet ſibi videri hoc intelligi de prælatis perpetuis, ſed non video vnde hoc ex bulla colligatur: Nam illud verbum *prouideri* indifferens eſt ad prouiſionem perpetuam, vel temporalem. Quamobrem melius monuit Sanches citatus in iis religioſorum familiis, in quibus hæc conſtitutio vſu introducta non eſt, vel iam aboleuit, non obligari prælatos ad emittendam fidei profeſſionem, quia certum eſt leges per non vſum abrogari. Plus aliquid ſtrictius docuit Emanuel Rodr. quæſt. 72. citata art. 1. in fine: Nam ad prædicatores extendi ſignificauit: ait enim per literas commiſſarij generalis in Hiſpaniarum partibus de mandato

3. 4.

Digitized by Google

Illuſtriſſimi Protectoris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis fuiſſe ſuſpenſos omnes lectores, & prædicatores ab officio prædicationis vſque dum fidem Catholicam fuerint ſolemniter profeſſi. Verum neque in Tridentino, neque io Bullis Pij 4. video particulam, ratione cuius prædicatores ibidem comprehenſi in rigore, & cum proprietate intelligantur: niſi quis à paritate rationis arguere velit, & à lectore ad prædicatorem conſtitutionem extendat, quod in præſenti caſu fieri non poſſe ex regulis infra diſp. 4. ad titulum de conſtitutione tradendis manifeſtum eſt.

4\. Rogabis primo an prædictæ Conſtitutiones ad præterita trahantur, vt prouiſos ante promulgationem Concilij Tridentini: item conſtitutionem comprehendant. Reſpondetur quod ſi prouiſi de beneficiis, item Rectores, prælati, Doctores, & alij prædicti nondum poſſeſſionem cæpiſſent, ſed poſtea in eam ingreſſi ſint, ſine dubio tenerentur facere profeſſionem fidei, quia verba Concilij aperte comprehendunt hunc caſum illis verbis, *à die adeptæ poſſeſſionis*, & in Bulla 88. Pij 4. ad illa verba lectoris, *Cathedram aſſequi, vel iam obtentam retinere*, & infra, *ad cathedras & lecturas recepti*, ita Gracian. de Benef. illo cap. 3. nomero 8. cum Nauar. in cap. ſi quando de reſcript. except. 21. & ratio eſt quia conſtitutio ad præterita trahitur, quando de illis ſpeciatim meminit: vt infra dicam comment. 3. & diſput. 3. & cap. 2. & finali de conſtitut. maior difficultas eſt de iam prouiſis, & io poſſeſſionem beneficiorum miſſis ante Concilium, quia non ita manifeſtè videtur loqui Tridentin. de his receptis ad beneficia, & iuxta rationem proximè adductam videntur oon comprehendi poſſeſſores beneficiorum, quia de his non fit ſpecialis mentio; quod requiritur quia conſtitutio regulariter ſolum reſpicit futura. Nihilominus ſacra Congregatio Concilij oppoſitum declarauit ad ſeſſion. illam 24. de reformation. cap. 12. his verbis comprehenduntur etiam Canonici, & aliæ dignitates, & perſonæ exiſtentes in Cathedralibus ante Concilium, quod Garcia numero 10. credit à paucis fuiſſe ſeruatum ſeu receptum de receptis ad cathedras conſtat ex dictis.

5\. Rogabis ſecundo an iſta obligatio extendatur ad Canonicos ſeu dignitates exiſtentes in Eccleſiis Collegiatis, ſeu Canonicos regulares, ſeu qui Canonicatum, vel dignitatem cathedralis habent in commendam, & ad Coadiutores Canonicorum, ſeu dignitatum; item ad dignitates Conſiſtoriales. Reſpondetur primo non extendi conſtitutiones ad Canonicos, ſeu dignitates in Eccleſiis Collegiatis, quia Concilium ſolom loquitur de prouiſis in Cathedralibus, & ita declarauit ſacra Congregatio ad eundem locum Concil. 12. Februar. 1588. vnde prouiſi de beneficiis in Collegiatis, aut de portionibus in Cathedralibus, licet hi portionarij de conſuetudine vocem habeant io Capitulo, non teneentur hanc fidei profeſſionem facere; ita Garcia numero 13. quicquid Zarola in A praxi Epiſcop. 1. p. verbo beneficium §. 5. dicto. 4. & verbo fidei profeſſio: item Vgolin. de offic. Epiſcop. cap. 5. §. 16. numero 3. oppoſitum doceant: immo Vgolin. addit etiam prouiſos de beneficiis ſimplicibus ad prædictam profeſſionem teneri, & locus, quem vterque adducit ad probandam ſuam ſententiam ex Tridentin. ſectio. 25. cap. 2. verſ. cæteri vero, ſolum procedit de profeſſione fidei facienda in prima Synodo diœceſana à Beneficiatis, qui in ea conuenire debeot. De perſonalibus tamen & officiis in Eccleſiis Cathedralibus idem dicendum eſt, qood de dignitatibus docuimus, quia his æquiparantur io iure, vt docent Garcia numero 14. Secuodo dico locum habere decretum Concilij in Canonicis regularibus Eccleſiarum Cathedralium: ita declarauit ſacra Coogreg. Concilij his verbis relatis à Garcia numero 16. comprehenduntur etiamſi B fuerint regulares, & computandi ſont duo menſes à die electionis, vel ex quo admittuntur ad participationem maſſæ capitularis. Tertio reſpondeo cum diſtinctione, Commendatarium in Canonicatu ſeu dignitate Cathedrali, ſi Commenda eſt ad illius vtilitatem teneri ad fidei profeſſionem, ſecus ſi Commenda eſt ad vtilitatem Eccleſiæ, vt de horis recitandis docuit Garcia par. 3. cap. 2. numero 105. cum Medio. Nauar. Ledeſm. Azor. Cord. Aragon. Graff. & aliis: Ratio vero eſt quia Commendatarius recipiens vtilitatem Canonicatus, ſeu dignitatis, habet legitimum titulum, ſeu vim, & effectum tituli. At qoando fructus Commendæ in vtilitatem tantum Eccleſiæ percipiuntur, nec vim neque effectum tituli cenſetur habere: & C ita intelligi debet Fuſcus de viſitat. lib. 2. cap. 9. num. 14. vt docet Garcia in addition. ad p. 3. cap. 3 numero 15. 6. Quarto dico Coadiutores non teneri ad dictam profeſſionem, niſi cum datur ſucceſſionis locus mortuo, vel cedente coadiuto, quia Coadiutores non ſunt verè Canonici, ſeu dignitates, neque pro talibus habendi, vt declarauit Paolus V. per proprium Breue ad petitionem Eccleſiæ Cathedralis Conimbr. datum anno 1606. cuius meminit Suar. tom. 2. de relig. tract. 4. lib. 4. cap. 22. numero 18. quidquid in oppoſitum dicat Acoſta in bullam Cruciatæ quæſt. 73. vbi ait, quod Iudex Apoſtolicus D conferat prouiſo Coadiotoriam tanquam verum beneficium per impoſitionem pilei, facta prius fidei profeſſione: cuius ſententiam contra praxim, & rationem reiicit merito Garcia io addition. ad citatum cap. 3. nu. 16. & ratio à priori eſt, quia Coadiutoria non eſt beneficium Eccleſiaſticum conferens ius in re, ſed ad rem, ſecundùm omnium ſententiam nemine contradicente, vt teſtatur Nauar. in cap. ſi quando de reſcript. prælud. 5. numero 10. Thomas Campe. de Coadiut. Epiſcop. numero 8. Gambar. de offic. & poteſtat. legat. lib. 4. numero 185. Redoan. tract. de ſimon. 2. p. cap. 18. Abbas in cap. de rectoribus, cap. ex parte & cap. finali de clerico ægrot. & Doct. communiter ibidem & in cap. grandi de ſupplend. negligent. prælat.

&

& patet quia ſicut ſinceſſot futurus, in regno vel imperio non eſt rea, neque imperator, ita neque ſucceſſor futurus in Canonicatu vel dignitate, eſt Canonicus ſeu dignitas. Quinto dico: promouendi ad dignitates conſiſtoriales etiam debent fidei profeſſionem emittere, iuxta Trident. cap. 24. de reformat. cap. 1. & Conſtitutionem Gregor. 14. conſtitutione 6. quæ incipit, *Onus Apoſtolica*, dicuntur vero beneficia, ſeu dignitates Conſiſtoriales, de quibus ſummus Pontifex coram Cardinalibus in Conſiſtorio diſponit vel in libris Cameræ Apoſtolicæ inter Conſiſtorialia deſcribuntur, vt docet Laërt. Cherubinus in ſchol. 2. ad dictam bullam Gregor. in Compend. Bullar. & refert Rota in vna Nolana coram Paleota 2. vel 19. Iunij 1559. & Caputaq. deciſ. 19.

7. Rogalis tertio an hæ omnes perſonæ quæ tenentur fidei profeſſionem facere, illam oſtendere debeant, & probare, aliàs ad pœnas cogi poſſint, ad quod breuiter reſpondeo, quod ſi aliquis priuatus agat contra aliquam ex dictis perſonis obligatis ad profeſſionem fidei, vt priuetur fructibus, & alias pœnas incurrat: agenti incumbit onus probandi negatiuam in qua fundatur: ratio eſt quia negatiua debet planè probari per eum, qui in ea fundatur ſiue agendo, ſiue excipiendo. L. 8. in illa ff. de verbor. obligat. Bartol. Iaſon. & alij ibidem. Herculanus latè in tract. de negatiua proban. Puteus deciſ. 39. lib. 2. Anton. Gabriel. de probat. concluſ. 6. Maſcard. de probat. concluſ. 1092. Flamin. Pariſ. lib. 11. quæſt. 14. Bernard. Diaſ. reg. 488. Pacian. lib. 1. cap. 51. à numero 28. Rota ſæpiſſimè in vna Cremonenſis Monaſterij 19. decembr. 1583. coram Sanctiſſimo Clemente 8. & vna Virdunen. Canonicatus 1589. coram Gripſio & aliis: ſi vero ſupetior ea officio, vt ordinarius, aut viſitator vellet videre profeſſionem, tunc parochus, ſeu Canonicus teneretur illam oſtendere, vt notatur in cap. ordinarij de officio ordinar. in 6. & facit quod docet Felin. de reſignat. lib. 12. quæſtione 41. numero 33. & ſeqnent.

8. Secundum huius dubitationis caput eſt de tempore quando debet fieri profeſſio. Cui reſpondeo primo, eos qui promouendi ſunt ad gradum aliquem in Vniuerſitate ſeu ad Cathedram, vel ad Rectoratum aut Prælationem, vt Cancellarij, regentes, & ſimiles in ſtudiis publicis, aut priuatis, ſiue ad lecturam aliqoam, ex ſupradictis quæ à Pio 4. notantur in Conſtitut. 88. antequam promoueantur, vel ſua officia obire ac exequi incipiant, debere profeſſionem fidei facere: ita patet ea conſtitutione citata ibi §. 4. *Inpoſterum aſſumendi ante illorum receptionem.* At iam recepti & admiſſi ante hoc decretum in Italia infra tres menſes, extra Italiam infra ſex à die publicationis ad fidei profeſſionem obligantur: vt in eodem §. conſtat. Secundo dico de prouiſis de beneficiis curatis, & aliis notatis à Tridentino; longiſſima dilatio eſt intra duos menſes computandos à die ſuſceptæ poſſeſſionis, ita Tridentinum iuxta omnium doctorum declarationem. Addit tamen Sayr deciſ. 3. ſub titulo de conſtitut. illum qui intra præſcriptum tempus fidei profeſſionem non fecit, poſſe moram ſuam purgare, quia hoc decretum non obligat illum, per quem non ſtat quominus poſſeſſionem accipiat. Primo quia impedito non currit tempus. Secundo quia non eſt in mora qui poteſt exceptione legitima ſe tueri. Tertio quia cum non ſtat per eum, ad quem pertinet quominus conditio impleatur, haberi debet perinde ac ſi impleta fuiſſet, quæ ſunt manifeſtæ iuris regulæ. Vnde quamdiu per huiuſmodi beneficij poſſeſſorem non quia ſtat adimpleat hoc decretum, perinde haberi debet, ac ſi illud adimpleret: maior dubitatio eſt, an, quando per illum ſtetit quominus poſſeſſionem acciperet, duorum menſium tempus ſit computandum: videtur affirmandum, quia mora ſua cuilibet eſt nociua de regul. iur. in 6. & prouiſum accipere non poſſeſſionem perinde eſt, ac per illum ſtare quominus illam accipiat: iuxta cap. commiſſa de elect. & cap. licet Epiſcopus de præbendis in 6. negatiua tamen ſententia vera eſt quam tenet Garcia cap. 3. citato nu. 32. & illa iura non valent ad effectum ſeu actum, qui realem poſſeſſionem prærequirit, & propter illam exigitur: ſicut in præſenti Concilium ſolum voluit obligare prouiſos, qui realem poſſeſſionem haberent: Nam habuit conſiderationem ad officium, & adminiſtrationem beneficij & vt in eo eſſent Eccleſiæ miniſterio, ac ſeruitio conſtituti, requiſiuit.

9. Quæres primo an qui intra duos menſes fidei profeſſionem non fecit eam poſtea emittere teneatur? Reſpondeo affirmatiuè cum Molin. de iuſt. tract. 5. diſp. 71. nu. 81. & aliis ſtatim citandis, quia iſte terminus non præſcribitur ad finiendam obligationem, ſed ad non vltra differendam executionem profitendi fidem ſine culpa, vel pœna per Conſtitutionem impoſita: vnde non finitur per lapſum duorum menſium: confirmatur hæc ratio ex cap. cum dilecti de dolo & contumacia ibi, *Si enim mandatur alicui vt alij ad certum diem rem certam exoluas, non ideo erit à mandato ſolutus, ſi ſoluere nequiueris die data: immo ad ſolutionem, elapſo etiam die ad ſolutionem præfixo, tenetur.* Quod Abbas ibidem numero 12. & alij obſeruant: concinit l. 28. Celſus ff. de receptis arbitris & aduertit Nauarr. in manual. cap. 21. numero 45. item Conſil. 11. de iure iurand. numero primo: vbi ait quod profeſſio facta poſt duos menſes non prodeſt ad faciendos ſuos fructus temporis præteriti, ſed futuri, iuxta id quod in quarto dubitationis capite dicemus. Intellige tamen fructus decurſos poſt duos menſes à die ſuſceptæ poſſeſſionis, vt interpretatur Nauarrum Garcia numero 30. non vero decurſos illis duobus menſibus, licet poſtea faciat profeſſionem dictam: ita tenet Flamin. Pariſ. de reſign. benef. lib. 10. quæſt. 9. numero 12. & ſequent. Emanuel. Rodrig. tom. 1. quæſt. 75. artic. 2. Quarant. Summa Bullar. verſic. *Beneficiorum poſſeſſio*, & in addit. liter. B. verſic. *Inter alia requiritur.* Sorb. in compend. men-

Digitized by Google

dicantium verbo *profeſſio fidei* notat. 2. Azor. A tom 2. lib. 7. cap. 2. quæſt. 4. & 5. Sanchez citatus cap. 5. numero 5. & 10. Quamuis Ledeſ. tract. 1. cap. 4. poſt 10. concluſionem difficult. 3. & Vgolio. citatus §. 16. num. 4. & 5. doceant, etiam non facere ſuos fructus duorum menſium qui intra illos profeſſionem fidei non emittit: & referunt Nauarr. ſed iam dixi quomodo intelligendus ſit Nauarrus, nempè fructibus decurſis præteriti temporis poſt duos menſes.

10. Quæres ſecundo an qui ſemel profeſſionem fidei fecit in adeptione Parrochialis Eccleſiæ, vel Canonicatus, teneatur eam emittere in conſecutione alterius. Reſpondeo affirmatiuè: primo quia hunc ſenſum faciunt generalia verba Concilij de prouiſis, & conſtitutiones Pij 4. de lectoribus, & ad gradum promouendis, vel ad prælationem in ſtudiis, ſeu B conuentibus eligendis, ſeu electis. Secundo quia ita declarauit ſacra Congregatio Concilij vt dicit Grat. numero 17. Tertio quia Epiſcopi in qualibet prouiſione debent præſtare hoc iuramentum fidei, & fidelitatis: ergo idem dicendum de quauis prouiſione aut promotione ad Cathedram, Gradum, ſeu prælaturam ex ſupradictis: & ita tenent Nauarr. conſil. 11. de iure iurand. Vgolin. dicto cap. 50. §. 16. numero 2. Azor. tom. 2. lib. 7. cap. 2. quæſt. 8. vbi ſub dubio limitationem hanc ponit: nempè hoc locum habere in illis, qui priorem Eccleſiam in di- C uerſa diœceſi habuerint, non in prouiſis in diuerſis Eccleſiis eiuſdem diœceſis, vel Canonicatibus ſeu dignitatibus eiuſdem Eccleſiæ, iuxta aliquorum ſententiam; quamuis alij vniuerſim dicant in qualibet noua prouiſione Canonicatus, vel dignitatis debere prouiſum ſemel, atque iterum etiam in eadem Eccleſia fidem profiteri, quam tanquam hanc vltimam reſolutionem complectentem ſequitur Sanches citatus numero 6. quæ ſententia mihi magis placet. Itaque omnis noua prouiſio, ſeu promotio in eadem etiam Ciuitate, Vniuerſitate, ſeu Eccleſia nouam requirere fidei profeſſionem exiſtimo iuxta mentem Concilij, & Conſtitutionum: & ita in Academiis, & ſtudiis Luſitaniæ, Hiſpaniæ, & Italiæ fieri conſueuit, vt ad D initium anni literarij conuenientibus magiſtris omnium facultatum præſente Rectore cum ſtudiorum præfecto, hæc profeſſio fidei emittatur ſingulis annis, & ad ſingulos gradus promoti in eadem Vniuerſitate eamdem fidei profeſſionem repetere ſolent, hanc tamen obligationem forſitan vſus in aliis locis ſeu regnis aliter interpretatus eſt, vel abrogauit: aut ſaltem recepta non eſt. Hoc tamen tanquam certum declarauit ſacra Congregatio Concilij prouiſum de prædictis beneficiis teneri ſe ſponte offerre tempore aſſignato ad fidei profeſſionem modo præſcripto emittendam, neque expectare debere, vt ab Epiſcopo, vel illius Vicario generali ad id compellatur; vel admoneatur: hanc declarationem refert Gratian. numero 19. & 20.

11. Tertium dubitationis caput eſt de modo faciendi hanc fidei profeſſionem: & in primis forma eſt illa, quam tradidit Pius 4. & inſerta eſt ad finem conſtitutione 88. quæ incipit, *In ſacro ſancta*: item conſtitut. 89. quæ incipit, *Iniunctis nobis*: Ita Nauarr. Conſil. 10. de iure iur. Flamin. citata quæſt. 9. numero 3. Emanuel. Rod. quæſt. 72. citata artic. 1. Garcia vbi ſupra, numero 7. Molin. illo numero 8. Vgolio. §. 16. numero 7. & ſupponunt reliqui. Secundo de prouiſis in beneficiis ſupradictis ſtatuit Concil. eos debere hanc fidei profeſſionem emittere, *In manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito coram generali eius vicario, ſeu officiali.* De Lectoribus verò, & doctoribus, aut promouendis ad gradus ſeu prælaturas ſupra declaratas conſtitutio 88. ita habet, *In ordinarij loci vel eius in ſpiritualibus Vicarij, aut doctorum, aliorumue promouentium manibus.* Quamobrem in vniuerſitatibus, aliiſve ſtudiis, vbi Rector Ordinarij Iuriſdictionem habet ad hos actus, qui vniuerſitatem, & ſtudium concernunt, & apud religioſos, qui Prouincialem Ordinarij loco agnoſcunt, ſatis eſt, ſi in eorum manibus, vel alterius ab illis impeditis aſſignati, hæc profeſſio emittatur: Quamuis Canonici etiam exempti illam facere tenentur in manibus Epiſcopi, vt docuit. Nauarr. conſil. 9. de iure iurand. Ledeſ. poſt illam concluſ. 10. difficult. 9. quos ſequitur Garcia numero 21. idemque cenſuit ſacra Congregatio his verbis, *Etiamſi Capitulum eſſet exemptum, in manibus Epiſcopi, cum idem in capitulo egerit*: Nam qui Canonicatus, vel dignitates in Cathedralibus obtinent à Concilio Tridentino iubentur, *Vt non ſolum coram Epiſcopo, ſeu eius officiali, ſed etiam in capitulo idem facere teneantur.* Aduerte tamen quamuis dicat Concilium, *Epiſcopo non impedito*, etiamſi ille impeditus non ſit, ſatisfieri decreto ſi profeſſio fidei fiat coram Epiſcopi Vicario: Nam illa verba admonitionis cauſa ponuntur, vt oſtendant conuenientius eſſe, hanc profeſſionem coram Epiſcopo facere: ſimiliter exponitur alter locus Concilij huic ſimilis ſeſſio. 24. de reformat. cap. 18. verſic. tranſacto, ibi, *eo impedito*, & ita intelligit Grat. de benef. par. 9. cap. 2. numero 119. & in citata par. 3. cap. 3. numero 23.

D Dubitabis tamen primo, an ſi Epiſcopus aut eius Vicarius præſens ſit quando in capitulo à Canonico emittitur fidei profeſſio, hoc ſatis ſit? an vero vlterius ſeorſim coram Epiſcopo aut eius Vicario iterum debeat fieri. Reſpondetur vnicam tunc ſufficere fidei profeſſionem, quia per illam perfectè ſatisfit verbis Concilij, nempè, vt coram Capitulo, & Epiſcopo, vel eius Vicario fiat hæc profeſſio: ita declarauit ſacra Congregatio Concilij in vna ſeguntina profeſſionis fidei 18. Aprilis anno 1590. quam formalibus verbis refert Garcia citato cap. 3. nu. 51. 12.

Dubitabis 2. an ſede vacante ſatis ſit hanc profeſſionem emittere coram Capitulo etiam non præſente Vicario Capituli. Negat Grat. numero 27. quia Concilium Tridentinum vult, vt omnis iuriſdictio ſede vacante exerceatur per Vicarium ab ipſo Capitulo electo. Secundo quia dicit pro hac reſolutione facere

cere

uere declarationem ſacra Congregatio quam ipſe refert par. 5. cap. 7. numero 23. & inter alias eſt octaua. Verum oppoſita ſententia eſt probabilior. Primo quia Capitolum ſede vacante ſuccedit Epiſcopo in omni iuriſdictione ordinaria, exceptis caſibus in iure expreſſis, vt patet ex cap. his quæ. cap. cum olim de maioritat. & obedient. cap. vnico, eodem tit. in 6. cap. penultim. & vltimo de ſupplend. negligent. Prælat. in 6. eatrauag. execrabilis verſic. cæterum de præbend. immo quod poſſit omnia, quæ ad iuriſdictionem pertinent expedire, licet ſint iuriſdictionis non ſolum neceſſariæ, ſed etiam voluntariæ, tradit Pauinus de offic. & poteſtat. Epiſcop. ſede vac. 1. p. quæſt. 5. Silua. de benef. 2. par. quæſt. 11. numero 4. Rebuff. in prax. titul. de deuolut. numero 58. & ſequent. Coraſ. de benef. 2. part. cap. 7. numero 2. Fuſc. de Viſitat. lib. 1. cap. 15. uumero 31. Nauarr. conſil. 44. de tempor. ordin. nu. 1. & ſequent. & conſil. 7. de filiis preſbyt. Mandoſ. conſ. 1. numero 3. Gutier. canon. quæſt. lib. 1. cap. 11. num. 10. Vgolin. de cenſur. Tab. 1. cap. 10. §. 2. num. 1. Zerola in praxi Epiſcop. par. 2. verb. Capitulom, §. 3. Suar. io 3. part. tom. 5. de cenſuris diſput. 50. ſect. 5. numero 6. & alij ab his citati. Vnde conſtat hanc eſſe generalem iuris regulam Capitulum ſuccedere Epiſcopo iu tota Iuriſdictione ordinaria, tam contentioſa & oeceſſaria, quam voluntaria, eaceptis caſibus in iure expreſſis, ſed hi caſus non excipitur, neque exprimuntur à iure: ergo ſi quando Epiſcopus præſens eſt in Capitulo, ſufficit vna profeſſio fidei facta in Capitulo, neque alia neceſſaria eſt ſeorſim coram ſolo Epiſcopo vel Vicario, vt diaimus: etiam vna ſufficiet ſede vacante facta coram Capitulo. Secundo, quia Vicarius iſte eſt Vicarius Capituli ab eo electus, & confirmatus, & ab eodem amoueri poteſt, vt idem Garcia docet cum declaratione ſacræ Congregationis, quam refert par. 5. cap. num. 23. & eſt inter alias ibidem relatas in ordine 5. ergo Vicarius non maiorem habet auctoritatem ad acceptandam illam fidei profeſſionem, ueque illam magis ſolemnem facit, quam ipſum Capitulum. Tertio ſi Parochus faceret profeſſionem fidei ſede vacante coram ipſo Capitulo, non coram Vicario, ſane non eſſet obligandus alteram facere coram Vicario, quia ad vnam ſolum obligatur à Concilio coram Epiſcopo, vel Vicario: ſed Capitulum ſuccedit loco Epiſcopi in iuriſdictione: ergo ſatisfacit parochus ſuæ obligationi, ſi vnam Capitolo faciat profeſſionem, & conſequenter Canonicus ſeu dignitas, ſiquidem in eodem Capitulo quaſi Epiſcopum præſentem etiam habet. Neque obſtat quod dicebat Garcia: Nam ad primum reſpondeo aliqua per ſe eaequi capitulum ſede Vacante, vt poſt annum à morte Epiſcopi dat literas dimiſſorias: iuxta Tridentin. ſeſſio. 7. de reformat. cap. 10. & in ipſo commiſſionis actu, & deputatione Vicarij poteſt Capitulum aliqua ſibi reſeruare, vt docet Quaranta in ſumm. Bullar. Molin. tract. 5. diſput. 11. numero 1. cum Pauino 2. par. quæſt. 10. La-

A zarius de monit. ſect. 1. quæſt. 7. numero 5. Piaſec. in praxi Epiſcop. par. 1. cap. num. 13. præſertim cum hoc exercitium acceptandi, & aſſiſtendi profeſſioni fidei, magis ad auctoritatem, quam ad iuriſdictionem ſpectare videatur. Ad ſecundum dico, illam declarationem citatam ad inſtitutum nihil facere, vt erit legenti manifeſtum, ſolum enim agit de modo procedendi, qui Vicario debetur in viſitatione cum adiunctis, vel ſine illis.

Dubitabis tertio, an hoc iuramentum de- 13.
beat fieri corporali manus contactu, qua Euangelia tangantur. Reſp. affirmatiuè: aliter non ſatisfieri prædictæ obligationi: probatur primo ex verbis Pij 4. in forma tradita,
B quæ ſunt: *Sic me Deus adiuuet & hæc ſancta Dei Euangelia.* Secundo quia iuramentum deſartur à iure; vnde actus iurandi requirit corporalem ſcripturarum contactum, vt notat Abb. in cap. ego H. de iure iur. numero 6. Ioann. Andr. & alij ibidem: Gloſſ. in cap. vt circa verb. *corporali*, & verb. praſtito de elect. in 6. & in Clement. 1. §. porro, verbo tacta de hæretic. & doctor. ibid. Probus ad Monach. in cap. vt circa citatum Caputaq. deciſ. 123. par. 2. & ita tenuit Rota in vna Carthaginen. fructuum coram D. Plato anno 1588. & in Tolet. Scholaſticæ coram Domino Orano anno 1592. vtramque adducit Grac. priorem hoc cap. 3. in fine: poſteriorem par. 11. cap. 6. numero 13. ſatis tamen erit, ſi ſcriptura quæ tangitur, contineat aliquod
C Euangelium ex quatuor Euangeliſtis iuxta Boniſac. in Clement. 1. de hæret. numero 114. Dubitabis 4. an ſatis ſit facere hanc profeſſionem fidei per procuratorem. Affirmaut Nauarr. conſil. 4. de ſumm. Triuit. in 2. editione & conſil. 11. numero 2. de iure iur. in 2. editione: Petr. Ledeſm. par. 2. tract. 1. cap. 4. poſt 10. concluſ. difficultate 6. Azor. tom. 2. lib. 7. cap. 2. queſt. 6. Zerola in praxi Epiſcop. par. 2. verbo fidei profeſſio. Sanch. cap. 5. citato numero 7. qui tameo contrarium de Epiſcopo eaiſtimat. Vnde ergo argumentum ducam vt partem negantem multo probabiliorem iudicem: quam tenet Corraſ. in cap. quamuis pactum 1. p. §. 5. ſub numero 8. Molin. proximè citatus; Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 166. num. 22. Vgolin.
D citatus §. 16. numero 1. Gracian. par. 3. cap. 3. numero 74. Rota in duabus deciſionibus Carthagineuſi, & Toletana præcedenti dubio citatis. Probatur primo: Concilium Tridentiuum non aliis verbis clarioribus requirit præſentiam corporalem Epiſcopi prouiſi, quam alterius cuiuſlibet parrochi ſeu Canonici Cathedralis; vt patet ex verbis Concilij: ſed non ſufficit ſi Epiſcopus per procuratorem emittat profeſſionem fidei: ergo idem dicendum de reliquis: omnes nimirum voluiſſe Concilium per ſe obligare illis verbis, *Sua fidei publicam facere profeſſionem*, & item, *ſe permanſuros ſpondeant, ac iurent.* Minor probatur: Nam illam euidenter perſuadent verba quæ vulgo apponi ſolent in bulla committente certo Epiſcopo, vt nomine Pontificis fidei profeſſionem accepiet, quæ in ſe habent, *Ne propter hoc ad ſedem Apoſtolicam*

accedendo perſonaliter laborare cogatur, volentes parcere laboribus, & expenſis, fraternitati veſtræ commitiimus: quæ conſiderans Sanches requiſiuit in Epiſcopo perſonalem actum & præſentiam in emittenda profeſſione fidei. Cur igitur eadem verba maiorem inducent obligationem Epiſcopo, quam reliquis prouiſis? Secundo ita declarauit ſacra Congregatio Concilij verbo, *ſua fidei. Per ſe ipſum*, inquit, *debet beneficiatus profiteri publice, & ſi abſens eſt: accedere debet ad Eccleſiam.* Tertio quia huiuſmodi iuramentum debet corporaliter, & perſooaliter præſtari iuxta cap. ego H. de iure iur. Abb. n. 6. & D. D. ibidem, quo textu nitontur deciſiones Rotæ in Carthagin. & Toletano citatis: ex qua tamen Cartagin. habes, quod ſi quis poſt prouiſionem beneficij obtinuit indultum à ſummo Pontifice ad percipiendos fructus in abſentia, ob litem, quæ cogit prouiſum Romæ manere, cenſeri à Papa remitti obligationem faciendi profeſſionem fidei quandiu lite procedente detinetur Romæ: hanc deciſionem ſemel, atque iterum confirmatam refert Theodoſ. Rubeus in ſingular. part. 1. circa Deciſ. Plati. Deciſ. 44. Ratio vero præcedentis reſolutionis eſt, quia ea quæ reqoirunt perſonalem reſidentiam, nequeunt per procuratorem ſuppleri, vt docet Hoſtien. in cap. cum deſideres, de ſeotent. excommunicat. Gemiuian. in cap. eos qui io princip. n. 6. eod. tit. in 6. Quarto quia de promouendis ad gradum, & in prouiſis de Cathedris, atque prælationibus in Vniuerſitatibus, & Conuentibus, in quibus receptum eſt hoc decretum, iurameotum oon per alios ſolet fieri, ſed vnuſquiſque perſonaliter illud pręſtare ſolet: licet quando multi ſimul eam profeſſionem fidei emittere debent; vnus primo facit iuramentum magnum; deinde reliqui faciunt illud minimum, quod eſt io fine formæ Pij 4. *Ego H. idem ſpondeo, voueo, ac iuro &c.* igitur vt conſequenter loquamur, dicimus ſempet per propriam perſooam debere fieri iuramentum. Addit tamen Vgolinus quando perſona eſt abſens, Epiſcopum poſſe committere alicui perſonæ io eo loco exiſtenti vt in illius manibus prouiſus faciat profeſſionem fidei: Nam ad illum actum Epiſcopus poterit afficere alterum Vicarium, quod non iudico improbabile, quia Epiſcopus plures Vicarios efficere poteſt, & diuerſa illis committere, ſi opus fuerit, vt teoet communis ſententia Seraphini Deciſ. 133. Aloyſ. in prax. Epiſcop. Deciſ. 502. in 2. editione: Garcia de benefic. part. 5. cap. 8. præſertim n. 122. & ſequent. per hoc tamen non ſoppletur profeſſio in capitulu ſacienda.

14. Quartum difficoltatis caput eſt de culpa, & pœna quæ per omiſſionem prædictæ profeſſioois incurratur: & quidem quod attinet ad culpam, dicendum primo peccare mortaliter, qui per negligentiam ſcienter hoc decretum transgreditur: ita tenent Nauarr. conſil. 7. numero 3. & conſil. 12. de iure iur. Flamin. de reſignat. benef. lib. 8. quæſt. 9. citata & lib. 10. quæſt. 9. num. 12. Ledeſma tract. r. cap. 4. concluſ. 10. Emanuel Rodr. cap. 119. numero 7. in 2. editiooe & idem ſupponit tom. 2. de regular. quæſt. 72. art. 3. Sanch. cap. 5. citato numero 1. Garcia 3. part. cap. 3. numero 64. Ratio eſt quia hoc præceptum ſub grauibus pœnis, & verbis manifeſtum importantibus præceptum imponitur: Nam verbum *teneantur* quod tam in decreto Concilij, quàm in Conſtitutione Pij 4. *In ſacroſancta*: Item in altera: Cooſtitut. verba *pracipiendo mandamus* neceſſitatem præcepti ſignificant, quod io re graui in conſcientia obligat ſub mortali: vt cum multis notauit Garcia citatus num. 65. Dixi ſcienter, quia ſi quis ob ignorantiam inuincibilem, ſeu per inaduertentiam abſque malitia, & mala fide, omiſerit dictam profeſſionem fidei, in foro conſcientiæ excuſabitur apud Deum à culpa & conſequenter à pœna in eodem foro, iuxta communem doctrinam quod pœna non iocurritur in foro animæ, ab eo qui ſine malitia, & abſque culpa præceptum tranſgreditur vt diſput. 5. & 7. dicemus. Interim videri poteſt Suar. tom. 5. in 3. par. de cenſur. diſput. 4. ſect. 8. Vaſquez t. 2. tom. 2. diſput. 158. numero 61. Nauarr. conſil. 7. num. 2. & 12. de iure iur. Caietan. in ſumm. verb. præceptum in fine & alij Theologi communiter cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 88. artic. 5. & 6. item Canoniſtæ in cap. ignorantia de regul. iur. in 6. cap. turbatur. §. ootaodum 1. quæſt. 4. quamuis Ledeſm. citata concluſ. difficult. 2. contrarium teneat, prouiſum in beneficio aliquo ex prædictis teneri in conſcientia reſtituere fructus, quos ipſo ſuo iure non fecit ſuos, eo ipſo quod profeſſionem non fecit toto tempore poſt duos menſes elapſo: hæc tamen opinio merito reiicitur à ceteris communiter ſpeciatim in noſtro caſu à Nauarr. vbi ſupra Flamin. numero 10. Emanuel. Rodr. illo artic. 3. Zechus de beneficiis cap. 9. numero 3. Molin. tract. 5. diſp. 71. numero 8. Vgolin. cap. 50. §. 16. numero 5. Azor. tom. 2. lib. 7. cap. 2. quæſt. 2. Sorbo. in compendio meodic. verb. profeſſio fidei, not. 2. Sanch. in decalog. lib. 2. cap. 5. numero 13.

Quod vero attinet ad pœnam, dicendum ſecundo quòd promouentes, eligentes, vel permittentes promoueri ad gradum literarium, vel ad præfecturam in Academiis, ſeu ſtudiis quiboſcumque. Item admittentes ad cathedram, ſeu lecturam prædictas, & permittentes eaſdem retinere, ſi antiſtites ſint, ipſo facto ab ingreſſu Eccleſiæ prohibentur, cæteri verò excommuoicatiooem latę ſententię incurrunt, & priuationem omnium, & ſingulorum beneficiorum, dignitatum, officiorum, feudorum Eccleſiaſticorum quomodolibet per eos obtentorum, item inhabilitatem ad illa, & alia in poſterum obtinenda, quæ pœnæ omnes ipſo facto incurruntur. Promotis verò non imponuotur hæ pœnæ, vt Emanuel Rodrig. de regul. tom. 2. quæſt. 72. art. 2. docuit, ſed ſolum quod illorum receptiones, promotiones, electiones, ſeu admiſſiones nullæ & inualidæ ſint, neque cuiquam ſuffragentur io iudicio vel extra: & ita tuetur Capucin. ſuper priuileg. mendicant. verb. 15.

professio

profeſſio fidei numerò 4. Saneh. in decalogo lib. 2. cap. 5. numero 4. quod totum, quia ex Conſtitutione. *In ſacro ſancta* §. 5. & 6. conſtat, nulla alia indiget probatione: & ratio eſt quia lex hæc eſt pœnalis, & extendi non debet pœna promouentibus impoſita ad promotos: ergo cum his ſolum nullitas promotionis præſcribatur in pœnam: alia promouentium ad illos extendi non debet.

16. Prouiſis verò de beneficiis ſupradictis. Item de conuentibus, Monaſteriis, & alijs domibus quorumcumque ordinum etiam militarium ea pœna imponitur, *vt fructus non faciant ſuos, nec illis profeſſio ſuffragetur.* In qua pœna certum eſt non includi titulum beneficij, cum ad fructus expreſsè limitentur. Dubitari tamen poteſt primo an inter hos fructus intelligantur etiam diſtributiones quotidianæ, an ſolum reliqui, qui Groſſa præbendæ dicuntur. Reſpondetur primo, quando pars præbendæ à quotidianis diſtributionibus ſeparata eſt, ſola hæc groſſa hic intelligi debet, non verò quotidianæ diſtributiones: ratio eſt quia hæ diſtributiones dantur ratione miniſterij quotidiani, & operę perſonalis, qui ergo perſonaliter miniſtrat, eas facit ſuas, vt ſui laboris præmium, vt docent Doctores in cap. vnic. de Cleric. non reſidentib. in 6. Vnde non veniunt appellatione fructuom, & prouentuum beneficij, quando totus beneficij prouentus in diſtributionibus non conſiſtit, vt deducitur ex cap. licet de præbend. Rota Deciſ. 33. de re iudicata in antiquis, & 2. de præbendis in nouiſſimis Caſſador. Deciſ. 1. de præbend. in fine eadem Rota in Tuletana penſionis 5. Nouembris 1565. & in Hiſpalen. præſ. 8. Nouembris 1574. cum aliis quarum meminit Garcia de benef. par. 3. cap. 3. numero 59. vbi varias etiam declarationes Concilij ad idem confirmandum adducit, & ſequitur. Item Oldrad. conſil. 118. Conar. lib. 3. variar. cap. 13. numero 1. Menoch. in addit. ad lib. 1. de arbitrar. iudic. caſ. 172. num. 7. Pariſien. lib. 4. conſil. 32. & 34. Alex. Moneta de diſtrib. par. 1. quæſt. 6. & 7. & par. 3. quæſt. 8. numero 9. & 21. Leo in theſau. cap. 22. numero 30. Sanch. numero 10. vbi idem docet de anniuerſarijs. Azor. cap. 2. citato quæſt. 7. Vgol. de offic. Epiſcop. cap. 19. §. 24. numero 6. ad finem. Secundo quando totus prouentus beneficij in ſolis diſtributionibus conſiſtit, tunc hæ intelliguntur nomine fructuum ne diſpoſitio Concilij fruſtretur: vt docent Sanches cum Azor. citato loco: item Gracia. numero 62. cum Probo: item Moneta vbi ſupra: Decianus conſil. 43. num. 14. volum. 1. an verò de his diſtributionibus aliquid detrahendum ſit pro ſeruitio præſtito: Negat Gracian. conſequenter ad id quod docuit cap. 1. numero 28. eiuſdem 3. part. de non recitante officium, teneri reſtituere omnes fructus etiam beneficij curatus & non tantum partem correſpondentem obligationi recitandi horas: relicta altera pro ſeruitio Eccleſiæ. Quia tamen graues auctores oppoſitum docent, quorum aliquos ibidem refert Garcia, non omnino improbabiliter ſentirent, qui ex diſtributionibus aliquid pro ſeruitio perſonali ex his fructibus detrahendum iudicaret, verum de hac re ſentius agendum ſuo loco.

Secundo dubitatur, An hæc reſtitutio fructuum fieri debeat ante iudicis ſententiam, quando ex culpabili negligentia profeſſio fidei omittitur. Affirmat Garcia cap. 3 nu. 35. Ledeſm. citata concluſ. 10. numero 1. Azor: cap. illo 2. quæſt. 1. & 2. ad fin. Vgolin. §. de offi. Epiſcop. cap. 50. §. 16. numero 4. Probant primo, quia Concilium ait, *Poſſeſſio illi non ſuffragatur*, at ſi non poſſideret, teneretur ante iudicis ſententiam fructus; quos perciperet reſtituere: ergo, &c. Secundo quamuis lex hæc ſit pœnalis, ex alio capite eſt conuentionalis, & non niſi ſub hac conditione faciendi profeſſionem fidei dantur fructus beneficiato, vnde illa omiſſa impeditur ius acquirendi illos fructus, quos ex hac commiſſione ſuos non facit. Non eſt denegãda huic ſententiæ ſua probabilitas; mihi tamen magis placet oppoſita, quam tuetur Sanches citatus num. 10. Nauarr. conſil. 12. de iure iur. numero 1. Emanuel. Rodr. loco citato artic. 3. Probatur primo, quia decretum hoc pœnale eſt: vnde non obligat in foro conſcientię ante ſententiam Iudicis. Secundo quando Tridentinum vult obligare in foro conſcientiæ non expectata iudicis ſententia, aliis verbis vtitur, quæ id manifeſtè ſignificant, vt fecit ſeſſio. 23. cap. 1. de reformation. vbi volens obligare non reſidentem ad fructus in conſcientia reſtituendos ita ait, *Statuit ſancta Synodus præter alias pœnas aduerſus non reſidentes, eum pro rata temporis abſentia fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia, alia etiam declaratione non ſequuta, illos ſibi retinere poſſe.* Item Pius V. in conſtitue. 135. quæ incipit, *Ex proximo Lateranenſi*, referens Leonis X. decretum, illudque confirmans cum diceret non recitantes officium diuinum non facere fructus ſuos, vt oſtenderet in conſcientia eſſe reſtituendos, addit, *Sed eos tanquam iniuſte perceptos in fabricas ipſorum beneficiorum vel pauperum eleemoſynas erogare teneantur*: ex quibus apparet diſcrimen inter hanc conſtitutionem, & decretum Tridentini Concilij: Nam hæc declarat iniuſtè percipi fructus à non recitante, quare reſtitutio non tam pœna, quam obligatio eſt, reſultans ex contractu, inter beneficiatum & Eccleſiam: Nam beneficium eſt propter officium, & ſub ea conditione conuentionali beneficium acceptatur, quare niſi recitetur officium, beneficij fructus iniuſtè percipitur, & reſultat in conſcientia obligatio ad reſtituendum. At Tridentinum ſolum dixit non facere fructus ſuos omittentem deſignato tempore fidem profiteri, & non meminit vlterioris obligationis reſultantis ex iuſtitia, vel in foro conſcientiæ ante ſententiæ declarationem, nec denique cui reſtitui deberent fructus, declarauit: in quo hanc obligationem purè pœnalem eſſe indicauit. Vnde cum in dubio non ſit præſumendum velle legiſlatorem obligare ad pœnam ante ſententiam iudicis, vt docet Nauarr. cap. 23. nu. 66.

& in ſumm. Hiſpana cap. 18. in additione A
ad prædictum numerum : Simanchas de ca-
tholica institut. titul. 9. numero 127. & in
pœnis benignior eſt interpretatio facienda,
ſequitur , non eſſe explicandum decretum
Tridentin. de fructibus ante Iudicis ſenten-
tiam reſtituendis , neque rationes in contra-
rium quicquam faciunt ; Nam ad primam
dico, quod illa poſſeſſio eo modo dicitur non
ſuffragari , quomodo dicitur transgredien-
tem præceptum non facere fructus ſuos , ni-
mirum ne ex poſſeſſione iuuari poſſit , quo-
minus cogatur ad reſtituendos fructus per
ſententiam. Ad ſecundam patet reſponſio
ea noſtra ſecunda probatione , nego enim
decretum hoc eſſe conuentionale , ſed purè
pœnale iudico ob aſſignatum diſcrimen ,
inter hoc decretum , & aliud contra non re-
citantes officium.

18. Tertio dubitatur an omittens fidei profeſ-
ſionem iuuari poſſit per regulam cancellariæ B
de triennali poſſeſſione : negat Molina ci-
tatus. Affirmandum tamen cum communi
ſententia , quia in hoc ſolum effectu non
ſuffragatur poſſeſſio omittenti poſſeſſionem
fidei : nempè quod fructus percipiendos
quando à iudice cogitur, illos reſtituere tene-
tur, vt dixi: ita declarauit ſacra Congregatio
Concilij quam referunt & ſequuntur Fla-
min. citata quæſt. 9. lib. 8. num. 125. & quæ-
ſtione 9. lib. 10. numero 4. 5. & 15. Garcia
numero 34. Azor. cap. 2. quæſtione 3. Sanch.
numero 8. 9. & 12. Vgolinus dicto §. 16. nu-
mero 4. & 5. Nauarr. conſil. 7. & 8. de iure
iurand. in 2. edition. & in prima conſil. 5.
de verbor. ſignificat. Emanuel. tom. 1. ſumm.
in 2. edition. cap. 119. num. 7. ſumm. Bullar.
Quarant. qui omnes docent ſolum , quoad C
perceptionem fructus non ſuffragari omit-
tenti profeſſionem fidei , nam quoad alios
effectus nempè retinendi beneficium titulo
colorato poſſeſſum triennio , habendi vocem
in capitulo , ius præcedendi , & alios ſimiles
effectus , non priuatur beneficio regulæ de
19. triennali poſſeſſione. Quarto dubitatur an
qui per ignorantiam & inaduertentiam
omiſerit profiteri fidem , excuſari poſſit , &
debeat in foro externo , ſicut diximus de in-
terno : reſpondendum eſt negatiuè, quia eſt
ignorantia iuris clari inata cap. ignorantia
de regul. iur. in 6. & Theologorum commu-
nem ſententiam ; Suar. de cenſur. tom. 5. D
diſput. 4. ſect. 8. num. 18. & de legib. lib. 5.
cap. 11. Vaſq. 1. 2. quæſt. 123. num. 5. Cumel.
ibidem quæſt. 76. artic. 4. diſput. 3. Salas
diſput. 15. lect. 9. Sanches numero 13. Nauar.
conſil. 7. citato num. 2. & conſil. 12. de iure-
iurand. Flamin. numero 8. & 9. Emanuel.
tom. 2. de regul. quæſt. 72. artic. 1. cum multis
de qua re latius diſpot. 7. tom. 1. dicam : non
tamen eſt cogendus ad reſtitutionem fru-
ctuum , quos percipit prioribus illis duobus
menſibus , vt ſupra dixi , quia Concilium
non damnat omittentem fidei profeſſionem
niſi in fructibus pro illo tempore , quo in
mora fuit adimplendi præceptum , nempè
tranſactis duobus menſibus à die poſſeſſio-
nis : quare ante completum hoc tempus non

violatur præceptum : ergo neque incurritur
pœna non faciendi fructus ſuos : quare cogi
nequit ad reſtituendum , quod ſuum fecit.
Quinto dubitatur cui reſtituendi ſint fru- 20.
ctus iſti male percepti. Sanches numero 10.
ad finem : Azor. citata quæſt. 3. dicto §. 16.
numero 4. ad finem ſine diſtinctione reſpon-
det, hos fructus applicari debere fabricæ Ec-
cleſiæ , aut pauperibus , quod intelligendum
de fabrica eiuſdem Eccleſiæ , vel de paupe-
ribus eiuſdem loci, ſicut diſponit Concilium
de fructibus non reſidentium , ſeſſion. 23. de
reformat cap. 1. Verum diſtinguendum eſt,
nam ſi loquamur de Parochialium Eccleſia-
rum fructibus , vera eſt præcedens reſolutio:
vt bene aduertit Fuſcus citata quæſtione 9.
numero 123. & 124. Zechus de benef. cap. 13.
numero 4. & Gratian. numero 38. Attamen
In dignitatibus , quæ fructus habent diſtin-
ctos, & ſeparatos à menſa capitulari, dicen-
dum videtur cum his authoribus, hos fructus
applicandos eſſe fabricæ Eccleſiæ , quatenus
indigeat, & ſi non indigeat, alteri pio loco ex
arbitrio Ordinarij , argumento alterius de-
creti eiuſdem Concilij , quod de amiſſis,
fructibus eorum , qui Eccleſiæ perſonali ſer-
uitio defuerunt , ita diſponit ſeſſio. 22. cap. 3.
ibi: *Sed fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat,
aut alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicetur:*
quæ doctrina confirmatur ex iis quæ docuit
idem Garcia par. 3. cap. 2. numero 147. &
430. In Canonicis verò, & dignitatibus, qui
fructus percipiunt ex capitulari menſa, vide-
tur fructus amiſſos ob non factam profeſſio-
nem fidei ad capitulum ſpectare , vt docet
Gracian. numero 41. & alij. Quia tamen
Flamin. Pariſ. loco citato docet hos fructus
in Regno Neapolitano Cameræ Apoſtolicæ
applicari ; & in Hiſpania in Eccleſia Gadi-
tenſi Nuntium collectorem Apoſtolicum,
idem exequi procuraſſe docet idem Gracia;
additque nullam vidiſſe conſtitutionem , per
quam hi fructus Cameræ Apoſtolicæ appli-
centur , immo ex aliquibus deciſionibus con-
trarium deduci , hanc rem in præſenti defi-
nire non eſt animus ; neque iuri acquiſito
cameræ ob aliquam conſtitutionem Apoſto-
licam , ſi qua de hac re emanauit , meo indi-
cio præiudicare contendo : ſolùm tamen ad-
uerto , ſi hi fructus ſpectent ad Capitulum,
non poſſe Canonicum cum Capitulo com-
ponere ſuper fructibus male perceptis, & re-
ſtituendis capitulo , quamuis oppoſitum di-
xerit Nauarr. conſil. 3. de ætat. & qualitate.
Probatur quia perſonæ Capitulares , ſolum
ſunt adminiſtratores fructuum menſæ com-
munis ante diſtributionem & applicationem
factam vnicuique Canonico : & Eccleſia eſt
domina : vt eſt ſatis communis ſententia,
quam tenet Gracian. 3. par. de benef. cap. 2.
numero 428. ſed adminiſtrator non poteſt
donare , neque remittere iuxta cap. 2. de
donat. cui concinit ius ciuile l. 39. contra iu-
ris §. final. l. 38. imperatores ff. de pactis l. 7.
filius familias de donat. l. 22. pactum cura-
toris C. de pactis. l. 12. Præſes C. de tranſact.
cum aliis adductis à gloſſ. & doctoribus ibi-
dem : Pinell. in l. prima C. de bonis mater. 3.
p. numero 56.

p.numero 56. Ioann. Gracian. de expenſ. & meliorat. cap. 20 numero 8. Curia Piſana lib. 2. cap. 20. ergo ille qui compoſuit cum Capitulo, adbuc cogi poteſt ab Ordinario ad reſtitutionem fructuum, qui ſupererant ex compoſitione quos Ordinarius fabricę vel alteri pio loco applicare poteſt, cedente iam capitulo de illa parte, quæ per compoſitionem relicta eſt Canonico componenti niſi remedio inſtitutionis in integrum Capitulum ſe iuuare poſſit.

Sexto dubitatur, Vtrum ſaltem Ordinarius poſſit donare fructus amiſſos ob defectum profeſſionis fidei. Reſp. negatiuè cum Nauarro Conſil. 3. numero 5. de cleric. non reſident: Fuſco de viſitat. lib. 2. cap. 3. nu. 4. in fine: ita enim declarauit ſacra Congregatio ad ſeſſio. 24. cap. 12. his verbis, *Fructus amiſſos ob fidei profeſſionem non factam iuxta decretum remittere non poteſt Ordinarius, ſed currendum eſt ad Papam qui ſolet eos condonare:* eſt etiam alia declaratio in vna Ariminenſi quæ ſic habet. *Gregor. 13. ſolebat remittere fructus male perceptos, ob non factam fidei profeſſionem, ſi vere nulla malitia interuenit, & denuo quam primum emittant; ſtatuitque quod nullus ante profeſſionem fidei ad poſſeſſionem admittatur.* Vtriuſque declarationis meminit Gracian. 3 par. cap. 3. numero 54. & 55. hoc tamen poſtremum neque in aliqua Conſtitutione Gregor. reperio, neque ſi ita ſtatuit vſu receptum eſt, vt bene aduertit Gracian. numero 56. Nam ad capiendam poſſeſſionem non ſolet attendi an fecerit profeſſionem fidei beneficiatus, & intelligi deberet quando per ſe poſſeſſionem acciperet, non verò ſi abſens eſſet in partibus remotis, & per procuratorem poſſeſſionem capere intenderet. Septimò dubitatur an poſſit Canonicus, qui non fecit profeſſionem teneri pro pręſente, & fructus percipere de licentia capituli: Reſp. Negatiuè: ita enim declarauit ſacra Congregatio in vna reſponſione Seguntina decima octaua April. 1590. in qua ad tertium reſponſum ex propoſitis dicitur, *Non poſſe Capitulum habere pro præſentibus canonicos, vel dignitates, qui nunquam in Eccleſia reſederunt, & fidei profeſſionem nondum emiſerunt*; & ad quartum eos, *qui prædictam profeſſionem non fece-* A *runt, vtique teneri prædictos fructus reſtituere.* Quod adeo verum eſt, vt etiam ſi Canonici pro cauſis, & negotiis Capituli ſint abſentes, aut in officiis ſanctæ Inquiſitionis occupati, ante prædictam profeſſionem vltra tempus præſcriptum fructus ſuos non faciant; neque pro præſentibus de licentia Capituli haberi poſſint: vt explicauit eadem ſacra Congregatio in vna Segobien. 20. Februarij 1603. Vtramque refert Garcia numero 51. & 52. & facit quod ipſe docet cum multis capia. præcedenti numero 402. & ſequent. agens de licentia abſentiæ data præbendatis: Confirmatur ex Rota in vna Oulten, mercedis 12. Decembris 1605. coram Domino Corcino. Tandem notandum eſt ſimile iuramentum cum profeſſione fidei emittere B Imperatores, vt conſtat ex Clement. vnica de iure iurand. Item Reges cuius formulam habet Pontificale Romanum Clement. 8. iuſſu editum.

Prædicta doctrina intelligenda eſt de iure communi: quando aliquod ſummi Pontificis indultum ſuper hac profeſſione fidei non interuenit. Quod factum reperio cum Illuſtriſſimis Dominis Inquiſitoribus, & aliis ſanctæ inquiſitionis miniſtris in Luſitania; quibus conceſſum eſt priuilegium ad tempus à diuerſis Pontificibus, & nouiſſimè ab Vrbano 8. anno Domini 1625. die 22. Auguſt. per quinquennium. Vt in manibus Illuſtriſſi. C & Reuerend. Archiepiſcopi Elborenſis, vel Epiſcopi Conimbricenſis, vel Cameræ Apoſtolicæ collectoris, reſpectiuè hæc profeſſio fieri poſſet: ita tamen vt etiam per procuratorem ad id ſpecialiter deputatum in Ordinariorum, & Capitulorum prædictorum manibus, & quam primum ad Eccleſias, in quibus dignitates, ſeu canonicatus, & præbendas, aut alia beneficia erunt, accelerint, eandem profeſſionem corporaliter coram Ordinarijs, & Capitulis emittere omnino cernantur, &c. cum reliquis in eodem indulto contentis. Et hæc ſufficiant pro titulo de ſumma Trinitate & in quo cauſas, & effectus diuini iuris ad fidem ſpectantis abunde expoſuimus ad laudem & gloriam eiuſdem ſanctiſſimæ Triadis.

Digitized by Google

CONCORDIA
IVRIS PONTIFICII
CVM CÆSAREO,
Et cum Theologica ratione.

TITVLVS II.
DE CONSTITVTIONIBVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX QVÆSTIONVM
ET SECTIONVM.

TITVLVS II. DE CONSTITVT.

NOTATIO I.

1. TRes huius connexionis redduntur rationes: duæ antiquorum. n. 1. p. 1
2. Tertia eſt authoris in diuinis literis, & ſacris & Canonibus fundata. n. 2. p. 1

NOTATIO II.

1. Quo ordine textus huius tituli explicentur; & quid ad eundem titulum reducuntur, & ex profeſſo declarantur. n. 1. p. 1
2. Concordia huius tituli cum iure Cæſareo oſtenditur. n. 2. p. 1

NOTATIO III.

1. In 1. diſputatione agendum de iure prout diuerſis vocibus ſignificatur, quæ ſunt ios, lex, canon, conſtitutio & ſtatutum. n. 1. p.
2. Diſputationes de cauſa formali, & efficienti: item de effectibus ad ſecundum volumen reſeruantur. n. 2. p. 2

NOTATIO IV.

1. Iuris Canonici, ſtatuta omnes ligare, multis textibus oſtenditur & concordia iuris ciuilis indicatur. n. 1. p. 2
2. Ratio aſſignator. n. 2. p. 2
3. Ex canonum diſpoſitione tam in pronunciando, quam in decidendo iudicia regulantur. n. 3. p. 2
4. Actionis nomen iuxta forenſem vſum idem eſt ac ius proſequendi. n. 4. p. 2

NOTATIO V.

1. Nomine naturalis iuris gloſſa intelligit diuinum. n. 1. p. 2
2. Cur adæquata ſit diuiſio iuris in diuinum & humanum. n. 2. p. 3
3. In quibus differant leges humanæ, & diuinæ. n. 3. p. 3
4. Redditur propriiſſima ratio cur lex diuina dicatur fas, & humana, ius. n. 4. p. 3

NOTATIO VI.

1. Traditur iuris Ethymologia, & vera æqui bonique ſignificatio contra aliquos in hac re Accurtii ſectatores. n. 1. p. 3
2. Irregularitas de ſua communiſſima, & propria ratione non eſt pœna. n. 2. p. 4
3. Propter alterius culpam ſecundum humanum iudicium nullus debet puniri pœna flagelli, ſed ſolum pœna damni. n. 3. p. 4
4. Standum verbis legis, etiamſi ratio non appareat, præſumendumque illam non defuiſſe legiſlatori. n. 4. p. 4
5. Variæ legis definitiones ex iure notantur, propria ſuo loco tradenda. n. 5. p. 4

NOTATIO VII.

1. Traditur diuiſio iuris in naturale, gentium, & ciuile, cum concordanti iure Cæſareo. n. 1. p. 4
2. Ius naturale brutis accommodare aboſus vocabuli eſt. n. 2. p. 5
3. Aptius naturale ius accipitur in hoc textu; aliqua quæ in gloſſa, vt minus vera notantur. n. 3. p. 5
4. Maris, & fœminæ rationalis coniunctio ex ſola ſenſualitate non prouenit, vnde proueniat, quod ſimplex fornicatio, & vagus concubitus peccatum mortale ſit. n. 4. p. 5
5. Diuerſimodo accipitur ius ciuile, & varie definitur. n. 5. p. 5
6. Qua ratione declaratur ius gentium in textu: exemplariter ſcilicet. n. 6. p. 6.

NOTATIO VIII.

1. Non numerauit Gratianus omnes ſpecies iuris, ſed ſolum tres in tribus ſequentibus capitulis. Primum eſt ius militare. n. 1. p. 6
2. De ſtipendiorum modo citatur concordia iuris ciuilis. n. 2. p. 6
3. Quod ſit ius publicum. Quidque ſacrorum nomine intelligatur, item nomine magiſtratuum. n. 3. p. 7
4. Redditur ratio cur Sacra, Sacerdotes, & Magiſtratus ad ius publicum ſpectare dicantur. Sacerdotes ſunt mœnia, quæ nos à Dei ira defendunt. n. 4. p. 7
5. Quod nam ſit ius Quiritum; & cur illius ſpeciatim meminit Gratianus n. 5. p. 7
6. Quid ſit cretio, & emendatur verbum Curationes apud Gratianum. n. 6. p. 8

NOTATIO IX.

1. In iure Quiritum diuerſa iuris genera declarantur. Primum eſt lex in ſtrictiori ſignificatu declarata, quam ſuperiori diſtinctione accipitur. n. 1. p. 8
2. Secundum eſt plebiſcitum, concordat ius ciuile. n. 2. p. 8
3. Tertium eſt Senatuſconſultum concordat ius ciuile. n. 4. p. 8
4. Quartum eſt edictum, ſeu conſtitutio ſimiliter ius ciuile docet. n. 4. p. 8
5. Conſtitutionis nomen generale, tam inferiorum, quàm ſuperiorum principum decreta complectitur. n. 5. p. 9

NOTATIO X.

1. Quintum & vltimum genus iuris à Gratiano notatum eſt, reſponſa prudentum. Iuriſconſulti conditores iuris dicuntur. n. 1. p. 9
2. Notantur aliquæ leges à conditoribus nominatæ. Quid aliqui ſentiant de lege Papia. Reiicitur hæc ſententia. n. 2. p. 9
3. Vera expoſitio legis Papiæ Popææ pro ſuſcipiendis liberis. n. 3. p. 9
4. Quæ ſit lex Falcidia. n. 4. p. 10
5. A Falcidio tribuno non à Falce nominatur, à plebiſcito in generalem legem tranſiuit. n. 5. p. 10

NOTATIO XI.

1. Quæ ſit lex Satyra, exponitur. n. 1. p. 10
2. Illuſtratur L. cum dedititii de Latin. libert. à gloſſa male explicata. n. 2. p. 2
3. Locus in Epiſtola proœmiali Imperatoris exponitur hucuſque male declaratus. n. 3. p. 11.
4. Quæ ſint leges Rhodiæ, quæ à multis Canoniſtis reprobantur. n. 4. p. 11
5. A calumniatorum cauillis leges Rhodiæ vindicantur. n. 5. p. 11
6. Occurritur obiectioni contra traditam doctrinam, & impoſita regibus Hiſpaniæ calũnia perræ falſitatis conuincitur. n. 6. p. 12

NOTATIO XII.

1. Canon quid ſit; item decretum, decretalis Epiſtola, dogma, mandatum, interdictum, & ſanctio declarantur, & Ciuilis iuris concordia oſtenditur. n. 1. p. 12
2. Qua ratione Canon idem ſit atque regula? Aliquorum reſponſio cum gloſſa exponitur. n. 2. p. 12
3. Cum veritate regulæ ſtat, poſſe pati aliquas exceptiones. Veræ regulæ definitio traditur. n. 3. p. 13
4. Tria genera caſuum in iure conſiderantur, in duplici genere conſtituitur iuris regula in altero tranſitiue, in altero intranſitiue. n. 4. p. 13
5. Exemplis declaratur præcedens doctrina. n. 5. p. 13
6. Reſpondetur obiectioni ex regula Catoniana deſumptæ in caſibus ſimilibus non determinatis intentionem habet in regula fundatam, qui habet regulam pro ſe. n. 9. p. 13
7. Multiplex regulæ acceptio traditur, & concordia iuris ciuilis; Veraque canonis ſignificatio oſtenditur, & probatur ex D. Thoma, & in quo canon à regula differat. n. 7. p. 13
8. Numerantur quatuor legis virtutes, ſeu officia, nempe præcipere, vetare, præmittere, & punire. n. 8. p. 14
9. Explicatur à Gratiano adductũ exemplum & oſtenditur gloſſa ſibi contraria. n. 9 p. 14
10. Ratione probatur nec plures, nec pauciores eſſe legis virtutes, quam quatuor numeratas. n. 10. p. 14

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO I.

SECTIO I.

1. Increatum ius eſſe nequit abſolute loquendo reſpectu cuius Deus nulla facta ſuppoſitione obligationem iuſtitiæ ſubire poſſit. Solum controuerſia eſt an facta aliqua ſuppoſitione Deus ex iuſtitia obligatur. n. 1. p. 15
2. Prima opinio negat omnem propriæ iuſtitiæ rationem, quæ debitum neceſſitatis, & ius proprie dictum reſpiciat, etiam facta aliqua ſuppoſitione, quod Deus ex promiſſione, aut pacto ſe voluerit libere obligare. n. 2. p. 15
3. Secunda opinio admittit quidem iuſtitiam in Deo rigoroſam, ſed addit ex ſola promiſſione non oriri, niſi coniungatur pactum de operis exhibitione. n. 3. p. 16
4. Tertia ſententia hanc iuſtitiam in Deo agnoſcit ex ſuppoſitione tantum ſimplicis promiſſionis, vel pacti alicuius de opere exhibendo. n. 4. p. 16
5. In Deo datur proprie & formaliter iuſtitia, prout abſtrahit à commutatiua, diſtributiua, & legali. n. 5. p. 16
6. Hæc iuſtitiæ obligatio oritur in Deo non ſolum ex pacto, ſeu contractu oneroſo, ſed etiam ex nudo, nempe ex ſimplici promiſſione. n. 6. p. 17
7. Simplex promiſſio acceptata inducit obligationem iuſtitiæ ſaltem naturalem Imo, & ciuilem ex vtroque iure aliquando. n. 7. p. 17
8. Obligatio promiſſionis tranſit ad hæredes non ita obligatio fidelitatis. n. 8. p. 18
9. Etiam ſi nullum interuenitet pactum, vel promiſſio Dei, ex ſola ſuppoſitione, alicuius liberæ determinationis diuinæ poteſt reſultare obligatio iuſtitiæ in Deo. n. 9. p. 18
10. Contra rectam rationem, & iuris æquitatem faceret Deus, ſi Chriſti Domini ſatisfactionem non acceptaret. n. 10. p. 18
11. Etiam reſpectu creaturæ merentis de condigno remiſſionem venialis peccati, & pro illo adæquatè ſatisfacientis ex iuſtitia, hæc obligatio iuſtitiæ oritur. n. 11. p. 19

SECTIO II.

1. Opera ſtudioſa iuſtorum antequam ab ipſis libere fiant, non ſunt ſub dominio Dei, & quando fiunt ab ſpeciali hominis dominio proficiſcuntur. n. 1. p. 19
2. Ad iuſtitiæ obligationem perinde eſt videre, & conſentire in opera alicuius non gratis exhibenda, atque de illis paciſci. n. 2. p. 19.
3. In creaturis meriti incapacibus non datur ius, ad quod Deus ex ſuppoſita determinatione ſuæ voluntatis ex iuſtitia obligatur. n. 3. p. 19
4. Quomodo inter patrem & filium, ſeruum & dominum ex vna, & altera parte obligatio iuſtitiæ oriatur. n. 4. p. 20
5. In quolibet actu ſtudioſo tria conſiderantur; quæ in illu peculiariter ſunt hominis propria. n. 5. p. 10
6. Quod tantum diuini iuris eſt in nullius bonis eſſe cenſetur. n. 6. p. 20
7. In actibus meritoriis iuſti duplex diuinæ gratiæ modus interuenit. Multis modis oſtenditur, quomodo Deus ex ſuppoſitione neceſſitetur ad aliquid agendũ n. 7. p. 10
8. Vnde ſolum ex ſuppoſitione hæc à nobis admittitur iuſtitiæ obligatio in Deo; non abſolute. Neque inconueniens eſt, Deum hoc modo debitorem agnoſcere, nempe ſpontaneum. n. 8. p. 21
9. Simplex promiſſio gignit obligationem iuſtitiæ, ſi acceptetur, vel ciuilem, vel ſaltem naturalem. Exponitur L. iuris gentium, ff. de pactis. n 9. p. 21

SECTIO III.

1. Negant aliqui in Deo dari propriam iuſtitiam commutatiuam. Et tria huius ſententiæ adducuntur fundamenta. n. 1 p 22
2. Dicendum ius commutatiuum rigoroſum eſſe obiectum diuinæ iuſtitiæ, quam ſupercommutatiuam appellare licet. n. 2. p. 23
3. Ad rigoroſam iuſtitiam commutatiuam non requiritur mutuum datum, & acceptum; neque rigoroſum contra paſſum. n. 3. p. 23
4 Ius commutatiuum eſt rigoroſum, ius conſtituens æqualitatem Arithmeticam, diſtributiuum eſt minus rigoroſum, & facit æqualitatem Geometricam. n. 4. p. 23
5. Cur diuina iuſtitia ſuper commutatiua nuncupetur. Et diſcrimina inter commutatiuam Dei, & hominum, aſſignantur. n. 5. p 24

SECTIO IV.

1. Non eſt limitanda ratio iuſtitiæ commutatiuæ abſtrata à creata, & increata ad materiam, modumve dandi: Quanto magis bona ſpiritualia ſuperant materialia, tanto maiorem iuſtitiæ obligationem induunt. n. 1. p. 24
2. Licet opera noſtra nullam Deo vtilitatem, bonumque intrinſecum afferant, aliquam tamen extrinſecam diuini honoris, & formæ commoditatem adducunt. n. 2. p. 23
3. Pœnitentia eſt virtus ſpiritualis à charitate, & Religione diſtincta. n. 3. p. 25
4. Pœnitentia non ſolum eſt pars poteſtatiua, ſed ſubiectiua iuſtitiæ, & ſpecies quædam ſubcommutatiua contenta. n. 4. p. 25
5. Proprium motiuum pœnitentiæ eſt reſarcire quantum poteſt ius diuinum à ſe læſum, & irrogatam Deo iniuriam compenſare. n. 5. p. 25
6. Iuſtitia, quæ eſt in Chriſto Domino ad Deum eiuſdem ſpeciei eſt cum illa, quam aliquis purus homo habet erga Deum. n. 6. p. 26.
7. Argumentum præcedenti doctrinæ oppoſitum retorquetur. n. 7 p. 26
8. Aliqui diſtinguunt pœnitentiam à reliquis virtutibus per hoc obiectum formale, quod eſt habere pacem cum Deo, ſeu non habere Deum auerſum. n. 8 p. 26
9. Impugnatur prædicta ſententia. n. 9. p. 26
10. Alii pœnitentiam faciunt non partem ſubiectiuam iuſtitiæ, ſed potentialem, quod ſequenti aſſertione impugnatur. n. 10. p. 27
11. Pœnitentia, quæ eſt pars iuſtitiæ commutatiuæ hominis ad Deum, non eſt eiuſdem ſpeciei cum ea, quæ inter homines verſatur. n. 11 p. 27
12. Reſpondetur argumentis pro ſententia negante in Deo iuſtitiam commutatiuam. n. 12. p. 27

SECTIO V.

1. Aliqui requirunt ad iuſtitiam Dei commutatiuam erga homines promulgationem ipſius Dei ſub conditione operis ab homine exhibendi. n. 1. p 27
2. De facto obligatio iuris commutatiui in Deo oritur, tum ex promiſſione Dei, tum ex condignitate operum, quæ in iuſtis ſunt meritoria de condigno n. 2. p 28
3. Etiamſi ſemper intercedat diuina determinatio mercedis ex commutatiua iuſtitia à Deo debitæ, tamen neque promiſſio, neque conuentio neceſſaria eſt, ſed ſufficit condignitas operum ad inducendam obligationem iuris commutatiui. n. 3. p 28
4. Ex quaſi contractu inter abſentes, ignorantes, & mutos, oriri poteſt obligatio ex iuſtitia commutatiua n. 4. p. 29
5. Item ex tacita conuentione. n. 5. p. 29
6. Oſtenduntur incommoda, quæ ſequuntur ex ſententia requirente promiſſionem Dei ad obligationem iuſtitiæ commutatiuæ. n. 6. p 29
7. Satisfit rationibus in oppoſitum adductis. Et explicantur variæ leges. n. 7. p. 29
8. Non obſtat præceptum Dei merito de condigno: tempus ſeu ſtatus meriti à Dei ordinatione magis quam à promiſſione dependet. n. 8. p. 30

SECTIO VI.

1. Aliqui negant, ſed pars affirmatiua præferenda. n. 1. p. 30

Index Quæſtionum

2. Diſtributiua Iuſtitia à commutatiua eſſeorialiter diſtinguitur. n. 2. p. 30

3. Ex ſola iuſtitiæ diſtributiuæ violatione non oritur reſtituendi obligatio eiuis redditur ratio. n. 3. p. 31

4. Huius doctrinæ exemplum minus accommodatum reiicitur, aliud verius apponitur. n. 4. p. 31

5. Diuerſitas ſpecifica inter Iuſtitiam diſtributiuam, & commutatiuam deſumitur penes debiti rationem, quam vnaquaque reſpicit. n. 5. p. 32

6. Proportio geometrica propria iuſtitiæ diſtributiuæ, quo modo debeat intelligi: nempe formaliter, per ſe, & propter ſe intenta. Vnde duæ recentiorum opiniones excluduntur. n. 6. p. 32

7. Aliqui ad rationem diſtributiuæ iuſtitiæ non requirunt plures perſonas, ſed oppoſita ſententia vera eſt. Quia ad minimum duæ ſunt neceſſariæ inter quas fiat diſtributio. n. 7. p. 33

8. Occurritur obiectionibus contra doctrinam traditam. n. 8. p. 33

9. Ex dictis de iuſtitia diſtributiua in genere oſtenditur, quod in Deo ſit concedenda. n. 9. p. 33

10. Quæritur vtrum in retributione meritorum Deus ius diſtributiuum intendat; quatuor huius quæſtionis reſponſiones aſſignantur, duæ priores excluduntur, duæ poſteriores approbantur. n. 10. p. 33

11. Prima reſponſio quæ recipitur ex ea doctrina deducitur inter Theologos communiſſima, quod idem actus poſſit habere plures rationes honeſtatis ob diuerſa motiua diuerſas virtutes conſtituentis. n. 11. p. 34

12. Eſt etiam in Deo affectus iuſtitiæ diſtributiuæ, inquantum intendit, vt nos ad illam afficiamur, & ex illius affectu ad eam nos mouet, & adhortatur. Neque idem eſt in aliis virtutibus, quæ circa proprias paſſiones verſantur. n. 12. p. 34

SECTIO VII.

1. Aliqui negant in Deo eſſe iuſtitiam legalem proprie ſumptam, licet prouidentialem, quæ lato modo legalis dicitur, admittant. Vtrumque probant. n. 1. p. 35

2. Præter virtutem prouidentialem alia legalis propriè dicta eſt in Deo, quæ ius legale propriè dictum intendit, & probatur. n. 2. p. 35

3. Diſcrimen inter virtutes, quæ ſunt ad alterum, & quæ circa proprias paſſiones verſantur, eſt quod in illis ſub eodem motiuo ſtat affectus directiuus, & executiuus, non vero in his. n. 3. p. 35

4. Dubitatur vtrum affectus vindictæ in Deo circa ius punitiuum ad iuſtitiam, quæ punitiua dicitur, ſpectet. Negant doctiſſimi Theologi, & diuerſis rationibus probant. n. 4. p. 36

5. In Deo formalis datur iuſtitia punitiua, ius tamen, quod illam reſpicit, ad commutatiuum, vel legale ſpectat. n. 5. p. 36

6. Vindicationis affectus honeſtus eſt, & pertinet ad ſpecialem virtutem ad alterum, & in Deo datur. Exponitur locus Apocalypſis 18. n. 6 n. 7. p. 37

7. Non ſolum ſoluendo, ſed etiam exigendo debitum, actus iuſtitiæ commutatiuæ poteſt exerceri. n. 7. p. 38

QVÆSTIO II.

SECTIO I.

1. Iuris acceptiones explicantur & definitur ius prout ab obiecto legis diſtinguitur, & obiectum iuſtitiæ conſtituit. n. 1. p. 38

2. Vera iuſtitiæ humanæ definitio declaratur. n. 2. p. 39

3. Diuiditur in commutatiuam & diſtributiuam, tanquam in duas ſpecies, & primum diuiſionis membrum exponitur. n. 3. p. 39

4. Quæ ſit diſtributiua iuſtitia humana, & in quibus negotiis verſetur. n. 4. p. 40

5. In electione minus digni ad beneficium peccatur contra iuſtitiam diſtributiuam, non commutatiuam. n. 5. p. 40

SECTIO II.

1. Datur iuſtitia quædam generalis, quæ legalis iuſtitia nuncupatur. De hac quæritur an ſit virtus ſpecialis nempe ad certam ſpeciem virtutis reducta ex ſuo obiecto: negant aliqui. n. 1. p. 40

2. Sententia affirmatiua à Philoſophis, Theologis & Iuriſtis magis probatur. n. 2. p. 41.

3. Bruta animalia ſicut felicia eſſe nequeunt, ita neque iniuriam pati. Quando iuſtitia dicitur virtus ad alterum, illud alterum non opus eſt, vt ſit perſona particularis: ſed ſatis eſt quod ſit communitas aliqua, neque oportet, vt ſit realiter exiſtens. n. 3. p. 41

4. Ius legale eſt verum, ac proprium, & includit perfectiorem rationem debiti, quam particulare ius. n. 4. p. 42

5. Dubitatur an ius paternum dominatiuum, & coniugale terminet propriam iuſtitiam. n. 5. p. 43

6. Vulgo eſt opinio ſeruum nihil proprium habere poſſe: habet tamen proprium, ſicut filius, & vxor. n. 6. p. 42

7. Vnde pater dari ius paternum, herile, & vxorium. n. 7. p. 42

8. In quo ſenſu prædictum ius dicatur, ius ſecundum quid. n. 8. p. 43

9. Aliqui exiſtimant iuſtitiam legalem cum omnibus aliis virtutibus permiſceri, receptior tamen ſententia docet illam eſſe ſpecialem virtutem à reliquis diſtinctam. n. 9. p. 43

10. Quæritur an prædicta virtus eadem ſit in principe, ſeu magiſtratu, atque in ſubditis, & priuatis perſonis: reſpondetur affirmatiue; & huius rei ratio redditur. Diuiditur tamen in Epychiam, & legalem ſtrictè ſumptam, tanquam in duas ſpecies. n. 10. p. 44

SECTIO III.

1. Ethymologia nominis *Epychia* ideſt æquitas, & diuerſa illius materia explicatur; ad quinque ſignificanda vſurpatur. Quintus eſt proprius, & germanus ſignificatus. n. 1. p 44
2. Proponuntur variæ æquitatis definitiones & aptior eligitur. n. 2. p. 45
3. Quæritur vtrum æquitas ſeueritati opponatur, & in clementiam ſemper inclinet. Affirmant aliqui. Vera tamen ſententia negat. Nam Epychia etiam ad ſeueritatem pertinet. n. 3. p. 46
4. Propter æquitatem à regulis communis iuris iudicibus recedere licet. n. 4. p. 46
5. Non ſolum æquitas ſcripta, quando ſtricti iuris verbis opponitur, eſt præferenda; ſed etiam æquitas non ſcripta præfertur, quando rigor ei contradicit. n. 5. p. 46
6. Æquitas ſcripta ſi æque in ſpecie procedat, atque iuris rigor, illum corrigit, ſiue antecedat, ſiue ſubſequatur: ſi derogandæ æquitatis ſcriptæ rigor non faciat mentionem. n 6. p. 47
7. Inquiritur fundamentum propter quod æquitatis vſus neceſſarius eſt omnino; & duplex aſſignatur. Primum, ipſo legislatore ſciente, & pendente. Secundum, eodem inſcio, & imprudente. n. 7. p. 47
8. Vtriuſque euentus proponuntur exempla; & explicantur diuerſæ leges. n. 8. p. 48
9. Exempla etiam de ampliatione æquitatis ad pœnam notantur. n. 9. p. 48

SECTIO IV.

1. Sententia quæ affirmat, ad aliquibus diuerſo modo defenditur. Nempe ius diuinum per Epychiam limitari, ſeu ampliari. n. 1. p. 49
2. Oppoſitum tamen tenendum nempe æquitatem ſolum in humano iure poſitiuo locum habere, non in diuino. Probatur primum de iure diuino naturali. n. 2. p. 49
3. Exemplis pro contraria opinione adductis reſpondetur. n. 3. p. 50
4. Probatur tradita doctrina de diuino iure poſitiuo, quod æquitatis ampliationem, vel reſtrictionem non admittat facto diſcurſu per diuina præcepta. n. 4. p. 51
5. Fundamentis oppoſitæ ſententię reſpondetur. Bona publicata iam non ſunt ſub dominio deportati: ſed tranſierunt in dominium fiſci, ſeu reipublicæ, ipſique tradenda à depoſitario quamuis à fiſco non petantur. n. 5. p. 51.
6. Soluitur inſtantia, & declaratur lex bona fides. Interpretatio diſtinguitur ab æquitate, ſeu Epychia. n. 6. p. 52
7. Ius naturale interpretationem admittit, & declarationem: non tamen Epychiam. Quamuis ipſamet interpretatio iuris naturalis in poſitiua lege contenta Epychiam non excludat. n. 7. p. 52

SECTIO V.

1. Exponitur ratio dubitandi, quia conſuetudo rationabiliter extenditur de caſu expreſſo ad tacitum, in quo eſt eadem ratio. n. 1. p. 53
2. In conſuetudine locum non habet Epychia. n. 2. p. 53
3. Redditur ratio à priori, nimirum ex forma iuris ſcripti verbis vniuerſalioribus prolati, ob quam illud Epychiam recipiat; non ita tamen ius non ſcriptum. n. 3. p. 53
4. Soluitur ratio dubitandi. n. 4. p. 54

QVÆSTIO III.

1. Agitur de iure vt obiectum eſt legis quod diuerſum eſt ab eo, quod eſt obiectum iuſtitiæ particularis, vel generalis. n. 1. p. 54
2. Ius in hoc ſignificatu ita ex æquo reſpondet legi, vt pro ipſa lege vniuerſaliter vſurpetur. n. 2. p. 54

SECTIO I.

1. Conſentanea, & myſtica legis Etymologia ex Hebræo & Græco fonte oſtenditur. n. 1. p. 54
2. Latina legis Etymologia apud iuriſtas multiplex, item apud Theologos triplex aſſignatur. n. 2. p. 55
3. Ad declarandam legis naturam aliqua prænotantur; & ſtatus controuerſiæ apponitur, conſiſtat ne in actu voluntatis, an in actu intellectus. n. 3. p. 55
4. Prima ſententia docet formalem rationem legis conſiſtere in intellectu. Ex Patribus, & ſcriptura ſacra probatur. n. 4. p. 55
5. Secunda opinio tenet potius in actu voluntatis legem formaliter reperiri. Oſtenditur à nonnullis hanc defendi ab Scoto: ſed oppoſitum eſt verum. Alii eam tuentur. n. 5. p. 56
6. Tertia opinio ex actibus vtriuſque potentiæ legem coaleſcere arbitratur. Vt Authores 1. & 2. ſententiæ conciliet. n. 6 p. 56
7. Quarta opinio aliter loquitur de naturali lege, aliter de poſitiua. Conſtituit enim legem naturalem in ipſa natura intellectuali diuina, vel humana primario. n. 7. p. 57
8. Quinta in hoc à præcedenti differt quod legem naturalem non in natura, ſed in lumine intellectuali collocet, quæ ſolum in homine, non in Deo locum habet. n 8. p. 57
9. Sexta ſententia dicit legem naturalem non eſſe præceptiuam, ſed indicatiuam ab omni voluntate, etiam ſuperioris independentem. n. 9. p 57

SECTIO II.

1. Lex tam poſitiua diuina, quam naturalis in Dei natura, & intellectu identice, ſeu à parte rei conſiſtit, non tamen formaliter in eſſentia, prout illa ab attributis à nobis per rationem diſtinguitur. n. 1. p. 58
2. Proponitur, & ſoluitur obiectio contra præcedentem concluſionem: non omne fundamentum, ſeu obiectum honeſtatis in

actionibus humanis, quas lex præcipit, vel turpitudinis in actibus, quos prohibet lex dicitur: vnde natura licet ſit fundamentum honeſtatis, non idcirco lex eſt. n. 2. p. 58.
3. Proprius, & perfectius dicitur lex naturalis iudicium rationis honeſtatem, vel turpitudinem obiectiuam manifeſtans: minus propriè ipſum lumen intellectuale à quo honeſtum à turpi diſcernitur. n.3.p. 58
4. Conciliantur diuerſa dicta Suarii, quæ non cohærere videbantur. n. 4. p. 59
5. Effectus legis proprius, & proximius actuali iudicio accomodantur. n. 5. pag. 60.
6. Diſcrimen inter conſcientiam, & legem oſtenditur. n.6. p.60
7. Lex naturalis eſt præceptiua. Eiuſque legiſlator eſt Deus, & in Dei ſcientia practica legis formam ſortitur, non tamen habet legis ſtatum perfectum, neque obligandi vim exercet ante determinationem diuinæ voluntatis. nu. 7. p. 60
8. Ad Dei prouidentiam pertinet, quatenus autor & gubernator eſt totius naturæ iubere & vetare, quæ lex naturalis iubet, & prohibet. n. 8. p. 61
9. Aliqui dicunt præcepta naturalia ex diuina voluntate peculiarem obligationem nobis imponere, & nouam malitiam in transgreſſoribus arguere vltra illam, quam ex obiecti turpitudine incurrunt. Oppoſitum tamen magis placet & vt tenendum traditur, ac probatur. n. 9. p. 61
10. Noua & poſitiua prohibitio à diuina voluntate dependet, & legi naturali adiuncta neque neceſſaria eſt, vt contra legem naturalem peccetur, neque de illa nobis conſtat. n.10 p. 62
11. In vnoquoque peccato contra legem naturalem non reperitur neceſſariò duplex malitia contra ius naturale & poſitiuum. n. 11. p 63.
12. Qua ratione poſt Dei decretum lex naturalis perfectum legis ſtatum aſſequatur. n. 12. p. 63.
13. Quos actus intellectus, & voluntatis, lex ſiue naturalis, ſiue poſitiua requirat & in quo formaliter conſiſtat. n. 13. p. 63
14. Cognitiones aliæ ſunt ſpeculatiuæ, aliæ practicæ; poſitiua lex in iudicio practico ad prudentiam ſpectante non ad artem, conſiſtit ſupponitque determinationem voluntatis & eſt per modum imperii n. 14. p. 63

SECTIO III.

1. Quinque argumenta proponuntur, quæ legem in voluntate conſiſtere, videntur probare, ipſiſque ſatisfit. n. 14 p. 64
2. Quamuis omnis lex regula ſit, non omnis regula eſt lex, quia ad hoc vt ſit regula ſatis eſt, ſi habeat rationem menſuræ n. 2. p 65
3. Diſtinguitur vſus dominii in voluntate reſidentis ab vſu, qui in reliquis potentiis proprium aliquid formaliter ſortitur. Dupliciter potentia ordinare dicitur, & quomodo intellectus ordinet per legem. n. 3 p. 65
4. Aliquæ legis definitiones proponuntur. Quænam ſit omnibus præferenda. n. 4 p. 65

SECTIO IV.

1. Oſtenditur ratio dubitandi, ſcilicet, ſi duplex eſt lex naturalis, & poſitiua, cur triplex ſit ius illius obiectum, naturale, gentium, & ciuile? aliter explicant ius naturale à Legiſtis, aliter à Canoniſtis, & Theologis. n. 1. p. 66
2. Prima ſententia docet ius gentium ad naturale pertinere non ad poſitiuum, quæ opinio quadrifariàm ab authoribus explicatur. Prior modus illam explicandi reiicitur. n. 2. p. 66
3. Tres alii modi à Theologis approbati examinantur, & confutantur: licet vltimus probabilior ſit. n. 3. p. 67
4. Secunda ſententia docet ius gentium aliud eſſe primarium; aliud ſecundarium: primum ad naturale; ſecundum ad poſitiuum ſpectare affirmat. n. 4. p 68

SECTIO V.

1. Tertia ſententia, quæ vera eſt; ius gentium in ſua propria ſignificatione ad poſitiuum aſſerit pertinere; & poſitiuum in ius ciuile, & ius gentium diuidit. n. 1. p. 69.
2. Exponuntur plures leges, & iuris conſultorum dicta de iure gentium. Vnde confirmatur dicta ſententia. n. 2. pag. 69
3. Ratione Theologica eadem veritas confirmatur. n. 3. p 70
4. Prædictæ doctrinæ accomodantur exempla ab Iſidoro adducta in cap. ius gentium diſt. 1. n. 4. p. 70
5. Seruitus non eſt contra ius naturale, ſed ex iuſta cauſa iure gentium introducta. n. 5. p. 70.
6. Poſtliminia non per ius naturale, ſed per ius gentium fuerunt introducta. n. 6. p. 71.
7. Simpliciter legatorum inuiolatorum religio non iure naturali; ſed vniuerſarum gentium vſu recepta, & introducta cenſetur: nam etiam inter hoſtes adinuicem obſeruatur. n. 7. p. 71;

SECTIO VI.

1. In quo conueniat ius gentium cum naturali. n. 1. p. 71
2. In quo differant ius gentium & ciuile à naturali. n. 2. p. 71
3. In quo conueniant & differant ius ciuile, & ius gentium. n. 3 p. 71
4. Tres aſſignantur gradus præceptorum naturalium; duo priores propriè; tertius impropriè naturalis dicitur: pertinet enim propriè ad ius gentium. n. 4. p. 72

QVÆSTIO IV.

Diſtribuitur tota queſtioois tractatio, & oſtenditur quomodo ad commentationem præcedentem pertineat.

SECTIO I.

1. Certiſſimum eſt dari legem æternam in diuina mente exiſtentem. n. i. p. 73
2. Quæ ſit illius definitio? n. 2. p. 73
3. Qui ſint ſubditi circa quos lex æteroa ſuam exercere poterit iuriſdictionem. n. 3. p. 73
4 Qoalisnam ſit promulgatio, & ſcriptura legis æternæ, & quomodo in his à lege humana differat. o 4. p. 74.
5. Verbum in Deo non ſemper perſonalem proprieratem, ſed eſſentialem intellectionis perfectionem aliquando apud Theologos ſignificat. n. 5. p. 74
6. Qua ratione lex æterna à diuina prouidentia differat. n. 6 p 74
7. Qui actus à lege æterna dirigantur triplex in hac re cernitur difficultas. Prima de actibus Dei, an legi æternę ſubiiciantur Cui reſpondetur negatiue: non enim ad actus diuinæ voluntaris, ſed ad actus creaturarum, quæ à Deo gubernantur, lex æterna dirigitur. n 8. p. 75
8. Secunda eſt de actibus creaturarum, de quibus dicendum eſt ſolum eos, qui in creaturis rationalibus reperiuntur, æternæ legi ſubiici, proprie loquendo: ſecus ſi minus proprie loquamor: tuoc enim etiam ad actus aliarum creaturarom extenditur. n. 8. p. 76
9. Tertia difficultas ita ſolnitur tum iuſtorum tum impiorum; tam reproborum, quam prædeſtinatorum omnium actus etiam Chriſti Domini, quatenus homo eſt, legi æternæ ſubiciuntur, oum. 9. p. 76.
10. Non modo legi æternæ, ſed etiam naturali Chriſtus Domious quatenus homo ſubiectus fuit. n. 10. p. 77

SECTIO II.

1. A lege æterna reliquas omnes deriuari certum eſt. n 1. p. 77
2. Vnde nulla lex humana contraria legi æternæ, legis nomioe digna ceoſetur. n. 2. p. 77.
3. Duo ſunt diſcrimina in modo, quo lex diuina & humana ab æterna Dei lege deriuantur. o. 3. p. 78
4. Quomodo legis humanę deriuatio ab æterna lege fieri intelligatur, & qua ratione conſulta lege naturali homines ius ciuile ſcripſerint. n. 4 p 78
5. Ratio iuſtitiæ pro locorum & temporum varietate mutari poteſt: idcireo ex illorum circunſtantiis debet menſurari iuxta illud: diſtingue tempora, concordabis iura. n. 5. p. 78.
6. Leges ciuiles nonnullæ ex iudicialibus Moſaicæ legis præceptis deriuatæ oſtenduntur. n. 6. p. 79

SECTIO III.

1. Non loquimur de lege, quam Angeli à Deo accepiſſe grauiſſimi autores tradiderunt: neque de naturali, quæ cum intellectuali creatura concreatur: ſed de lege poſitiua temporali à Deo homini impoſita. n. 1. p 79
2 Ante legem Moſaicam nulla alia lex fuit plurium præceptorum continens collectionem. nu. 2. p. 79
3. Interrogatio negatiuæ enuntiationis vim habet. n. 3. p. 80
4. Ante legem Moyſis aliqua peculiaria præcepta pro temporum opportunitate à Deo hominibus fuiſſe impoſita conſtat. Primum de ligno vetito Secuodum de non edenda carne cum ſanguine. n. 4. p. 80
5. In licitis etiam obedientiæ exercitium ſubmiſſionem fouet & ipſam obedientiam commendat. n. 5. p. 80
6. Tertium præceptum ante legem Moyſis de remedio paruulorum fuit ad tollendum originale. Cur non exprimatur in ſcriptura. n. 6. p. 81
7. Quid de eo ſenſerit D. Thomas & reliqui Theologi Doctores & qua ratione probetur. n. 7. p 81
8. Externa fidei profeſſio omoino neceſſaria fuit ad remiſſionem originalis in lege naturæ: adultis quidem per ſe, paruulis vero per alterum applicata n. 8 p. 82
9 Quartum præceptum ante legem fuit circuncifio. n. 9. p. 82
10 Præter hæc quatuor præcepta alia erant fidei, ſpei, charitatis & pœnitentiæ reſpectu peccatorum, ſupernaturalia ſunt abſolute. n. 10. p. 82

SECTIO IV.

1. Reiicitur illorum error qui legem veterem à malo Deo datam eſſe affirmarunt. Diuinitus enim inſtitutam fuiſſe fides docet. n. 1. p. 82
2. Quidam de præceptis cæremonialibus, & iudicialibus legis veteris liberius loquuti ſunt: quia de iure diuino non fuiſſe affirmarunt. n. 2. p. 83
3. Ius diuinum late ſumptum ad canonicum extenditur. n. 3. p. 83
4. Ius diuinum preſſe & rigoroſe dicitur quod à Deo præcipitur, & diuina auctoritate fundatur. Qua ratione vtrumque hoc ius ab Apoſtolis diuerſimode promulgaretur. n. 4 p. 83.
5. Aliqui Moyſen legiſlatorem legis veteris quoad legalia præcepta aliquo modo effecerunt. n. 5. p. 84
6. Probabilior, & communior ſententia eſt, quæ ſolum promulgatorem veteris legis Moyſen eſſe ait: etiam quoad legalia præcepta. Quod diuerſis rationibus confirmatur. nu. 6. p 84
7. Exponitur locus D. Pauli ad Galat. 3. n. 7. p. 85.

8. Alia præcepta vt legiſlator Moyſes tradidit & quæ ſint ? iuxta probabilem ſententiam n. 8. p. 85.

9. legis veteris finis quisnam fuerit; in primis non niſi bonus, & ſanctus eſſe potuit. Triplex fuit Eccleſiæ militantis ſtatus, qui cuilibet animæ ad Deum venienti aptari ſolet. n. 9. p. 85

10. Lex ſcripta figura fuit legis gratiæ. Inter reliqua prioris legis præcepta, cæremonialia primo, & per ſe figuratiua cenſentur. n. 10. p. 86

11. Lex vetus bona fuit, & Sancta quandiu durauit; & in ſuo genere perfecta. n. 11. p. 86.

12. Exponuntur aliqua ſacræ ſcripturæ teſtimonia, quæ dictis obſtare videntur in primis Ezech. 2. n. 25. n. 12. p. 87

13. Declarantur teſtimonia Pauli ad Roman. 5. & 7. item ad Galat. 3. & ad Hebræos 8. nu 13. p. 87.

14. Variæ prærogatiuæ noui teſtamenti ſupra vetus enumerantur. n. 14. p. 88

SECTIO V.

1. Triplicia erant præcepta legis veteris moralia, cæremonialia, & iudicialia; & ſufficientia huius diuiſionis oſtenditur n. 1. p. 88.

2. Quæ pręcepta ſint in prima tabula, quæ in ſecunda. n. 2. p 89

3. Præceptum de obſeruatione ſabbati partim morale eſt & iuris naturalis; partim cæremoniale, ac de iure poſitiuo. n. 3. p 89.

4. Primum præceptum decalogi duabus conſtat partibus, quarum prior ad ius naturale: poſterior ad poſitiuum ſpectat. n. 4. p. 89

5. Qua ratione in lege veteri eſſent præcepta fidei, ſpei, & charitatis. n. 5. p 90

6. Quo ſenſu hæc præcepta inter moralia ſeu naturalia debeant recenſeri. Nun ideo tamen virtutes morales cum Theologicis confunduntur. n. 6. p. 91

7. Cæremonialia præcepta ad quatuor capita reducuntur; iudicialia ad totidem genera reuocantur. n. 7. p. 91

8. Præceptorum omnium numerus in lege veteri iuxta opinionem probabiliorem erat. 613. ex quibus 365. ſunt negatiua, ſicut dies anni ſolaris, & 248. poſitiua iuxta numerum membrorum in homine. n. 8. p. 91

9. In lege veteri præter præcepta, aliqua etiam fuiſſe conſilia quæ rigurosè non obligabant, probabilior opinio tuetur. n. 9. p. 91

SECTIO VI.

1. Legis ſcriptæ pręcepta, prout in ea continebantur, ſolum Iudæorum gentem obligabant; & eos, qui ex gentibus horum legem ſponte ſuſceperunt: vtrumque ex ſcriptura ſacra probatur. n. 1. p. 92

2. Omnia præcepta legis veteris Iudæos obligabant in conſcientia: ſed ad cæremonialia, & iudicilia cum vitæ periculo non tenebantur: niſi neceſſitatis caſus vertatur in contemptum Dei, vel Religionis. n. 2. p. 93.

3. Præcepta moralia prout in lege ſcripta erant, peculiarem obligationem Iudæis inferebant, ſecundum intellectum & praxim ipſorum. n. 3. p. 93

4. Quando hæc tria præceptorum genera cæperint Iudæus obligare ad ſui obſeruationem. n. 4. p 93

5. Inter hæc pręcepta aliqua ſunt permiſſiua quæ per diſpenſationem, ſeu conceſſionem Hebræos non modo à pœna, ſed etiam à culpa aliàs incurrenda excuſabant. Quatuor permiſſionis modi diſtinguuntur. n. 5. p. 93

6. Polygamia ex conceſſione Dei Iudæis permiſſa fuit: item repudium ſecundum probabiliorem ſententiam, licet oppoſitum graues etiam authores tueantur. n. 6. p. 94

7. Alia præcepta permiſſiua declarantur de cumedendis vuis in vinea aliena; de Zelotypia & de vſuris reſpectu alienigenarum idem aliqui arbitrantur. n. 7. pag. 95.

8. Quæ comminationes & promiſſiones his præceptis annexæ eſſent & an aliqua promiſſio fuerit vitæ æternæ? n. 8. p. 95

9. Qui ſerui in pœnam Domini libertate donarentur; & quæ pœnæ ſententiam expectabant. Corporalis pœna in foro conſcientiæ non exigitur. n. 9. p 96

10 Conciliantur duæ ſententię oppoſitæ de promiſſionibus, quas Deus fecerit Hebræis. n. 10. p. 96

SECTIO VII.

1. Dupliciter lex intelligitur reuocari priuatiue & contrarie. Vtroque modo legem veterem eſſe abrogatam de fide eſt. Cuius veritatis fundamenta aſſignantur. n. 1. p. 97.

2. Idem rationibus confirmatur. n. 2. pag. 98.

3. Quęritur primo an lex vetus ante Chriſti mortem fuerit? Affirmant aliqui ſaltem ex parte quoad circumciſionem. n. 3. p. 98

4. Lex vetus cum omnibus ſuis pręceptis, vſque ad Chriſti mortem integram obligandi vim retinuit. n. 4. p. 98

5. Quæritur ſecundo an legis veteris omnia præcepta poſt Chriſti paſſionem tanquam mortua ceſſarint? omnino affirmandum poſt Chriſti mortem legem veterem cum omnibus præceptis ceſſaſſe n. 5. p 99.

6. Referuntur variæ ſententiæ de puncto temporis, quo hæc lex vetus ceſſarit. n. 6. p. 99.

7. Vera & receptior ſententia de hac re ſtatuitur; & præcedentes impugnantur. n. 7. p. 101.

8. Quæritur tertio an ex eodem omnino puncto lex mortua pariter, & mortifera eſſe cœperit. In quo Alenſis nititur Diu-

Hieronymum & Auguſtinum conciliare. n. 8. p. 102.
9. Non in eodem puncto mortis Chriſti lex mortua pariter, ac mortifera fuit: ſed per aliquot annos poſtea Iudæis licuit præceptis cæremonialibus vti. n. 9. p. 103
10. Referuntur verba, & citatus locus conſtitutionis Eugenii in ſeſſione Synodali Florentiæ, qui à multis non reperiri dicitur. n. 10. p. 103

SECTIO VIII.

1. Dubitatur 1 an præcepta moralia non ſolum vt concluſiones neceſſario deductæ ex dictamine iuris naturalis, ſed etiam ex vi legis veteris, nunc etiam obligent Chriſtianos. Affirmant aliqui. Veriſimilior eſt ſententia negatiua. n.1.p.104
2. Præcepta moralia præter obligationem iuris naturalis, quam continebant, nullam aliam ex vi legis veteris in noua retinuerunt, ſed in perfectiorem de nouo commutarunt. Et probatur. n. 2. p. 104
3. Exemplis illuſtratur, ac confirmatur eadem ſententia. 1. de acceſſu mariti ad vxorem menſtruatam. Deinde aliis. n. 3 p. 105.
4. Quid ſignificet vulgare dictum Theologorum legem veterem manum prohibere non animum. n. 4. p. 105
5. Præcepta moralia, prout erant in lege veteri non ſunt mortifera, neque obſeruantes illa ex vi legis Moyſaicæ ſufficientem Iudaiſmi ſuſpicionem inducunt. n. 5. p. 106.
6. Dubitatur 2. de præceptis iudicialibus an omnia cum lege ceſſarint? pars affirmatiua eſt communis & vera. n. 5. p. 106
7. Maior controuerſia eſt, an iudicialia præcepta ſint mortifera. Ad quam reſpondetur negatiue ſi materialiter accipiantur. Nam aliqua ex illis in iure canonico & ciuili repetiuntur. n..7.p.106
8. Si tamen iudiciales leges de nouo ab aliquo principe non reformentur ex vi Moſaicæ legis tantum non modo mortuæ, ſed etiam mortiferæ cenſentur. n.8 p.107
9. Dubitatur 3. de cæremonialibus mortua ne & mortifera ſint. Et quod mortua ſint, omnes fatentur ſecundum fidem; an vero ſimul mortifera ſint, diuerſimode explicatur. n. 9. p. 107
10. Quomodo vſus materialis cæremoniæ Iudaicæ licitus reddi poſſit. n. 10. p. 108
11. Qua ratione vſus formalis cæremonialium præceptorum ob Dei venerationem, & cultum illicitus ſit, & mortiferus etiamſi ex determinationa Eccleſiæ præſcriberatur quod ideo non faciet Eccleſia. n. 11. p.108
12. Circumciſio etiam ad imitandum Chriſtum ſuſcepta vel facta in puero illicita eſt contra Caietanum. n.11.p.108
13. Probatur de iure diuino poſitiuo eſſe quod vſus cæremonialium fidelibus Chriſtianis ſit mortiferus. n. 13. p. 109

SECTIO IX.

1. Cæphas, de quo loquitur Paulus, non eſt alius à Petro Apoſtolo. n. 1. p. 110
2. Proponitur, & declaratur ſententia Diui Hieronymi circa obſeruationem legalium quæ tria continet. n 2. p. 110
3. Simulatio vtilis permittitur vtroque iure, canonico & ciuili. n 3. p. 111
4. Diu. Auguſtin ſententia exponitur, quæ quatuor complectebatur In duobus cum Hieronymo conſentiens, in totidem differens, n. 4. p. 111
5. Vſus legalium vere, & ſyncere aliquandiu, tempore Apoſtolorum licitus fuit; neque cum ſimulatione potuit exhiberi. n. 5. p. 111
6. Veritati fidei repugnat, ſigna erroris contrarii manifeſta oſtendere. n. 6. p. 112
7. Reſpondetur aliquibus argumentis contra hanc Auguſtini ſententiam. n. 7. p. 112
8. Non eſt dicendum, legem veterem in cæremonialibus ceſſaſſe quoad obligationem aliquo tempore, quo perſeuerabat quoad inſtitutionem. n. 8. p 112
9. Petrus in legalium vſu non fictum, ſed ſincerum animum habuit. n. 9. p.113
10. Sola ſimulatio cauta & prouida admittitur: nam doloſa, & deceptoria prohibetur. n. 10. p. 113
11. Reprehenſio Pauli non ſimulata, ſed vero, & ſincero animo facta fuit. n. 11. p.113
12. In hac ſcandali occaſione Petrus vel nullam incurrit culpam Theologicam, vel ad ſummum leuem, & venialem contraxit. n.12. p.114.
13. Quæritur 1. quando vſus legalium cæpit eſſe prohibitus & mortiferus? referuntur variæ ſententiæ. n. 13. p 114
14. Licet hac in re nihil certi ſtatui poſſit in aſſignatione diei, menſis, vel anni, quo legalia mortifera eſſe cæperint: hoc tamen affirmari poteſt non inueniri boni nominis Authorem, qui poſt ſolimorum deſtructionem legales cæremonias vniuerſim licitas eſſe contendat. nu. 14. p. 114
15. Quæritur 2. quomodo explicandum ſit præceptum illud Apoſtolicum abſtinendi à contaminationibus ſimulacrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine. Prima ſententia partim in literali, partim in myſtico ſenſu hæc interpretatur. n. 15. p. 115.
16. Secunda ſententia veriſimilior, & tenenda dicit præceptum quoad omnia in literali ſenſu accipiendum. huius præcepti variæ aſſignantur rationes: optima eſt D. Auguſtini. n. 16. p. 115

SECTIO X.

1. Nouatorum hæreſis confutatur; & catholica veritas de nouæ legis obligatione in præceptorum obſeruantia ſtabilitur. Huius legis Chriſtus legiſlator fuit. num. 1. p. 116.

1. In lege gratiæ hęc tantum pręcepta repe-riuntur de iure diuino. Nempe moralia, item pręcepta fidei, ſpei, & charitatis; & denique ſacramentorum. n.2 p.117
3. Regiam dignitatem ſibi debitam Chriſtus viuens ac moriens an fugit. n. 3.p. 117
4. Chriſtus Dominus pręcepta moralia non minuit, neque auxit. ita tamen innouauit, expoſuit, & confirmauit, vt nouam obligationem in illis obſeruandis inoenerit. n 4 p. 117.
5. Pręcepta fidei, ſpei, & charitatis addita ſunt in lege gratiæ à Chriſto Domino etiam quoad ſubſtantiam obiecti explicitè credendi, ſperandi, & amandi: n. 5. p. 118.
6. Præceptum fidei eſt iure dinino poſitiuo ſuper naturali ſimpliciter, & abſolute loquendo: quamuis ex ſuppoſitione & reſpectiue aliquo modo dici poſſit de iure naturali. n. 6. p. 119.
7. In lege noua nulla alia præcepta cęremonialia ſunt de iure diuino poſitiuo, niſi quæ ad ſacramenta ſpectant. nu. 7. p. 120
8. Horum pręceptorum materia non modo ſunt actus externi, ſed etiam interni, qui ad illam pertinere cenſentur. nu. 8. p. 120.
9. Tunc cæpit nouæ legis obligatio, quando lex vetus obligandi finem fecit. n. 9. p. 120.
10. Reſpondetur obiectioni contra traditam doctrinam, & oſtenditur an bonus latro fuerit baptizatus & quo modo. num. 10 p. 110
11. Lex diuina non requirit certam aliquam promulgationis ſolemnitatem. n.11.p.121
12. Poſt Chriſti mortem in Iudæorum ciuitatibus lex noua omnes habitatores per ſe cæpit obligare, per accideos aliqui excuſari poterunt, qui abſque ipſorum culpa ſufficientem eiuſdem legis notitiam non haberent. n.12. p. 121
13. Vbi primum poſt euulgationem Euangelii inter Iudæos ſufficiens tempus elapſum eſt, vt forma legis nouæ totum orbem poſſet percurrere, per ſe omnes homines cenſentur obligati ad illius obſeruantiam, licet per accidens ex ignorantia maiori ex parte excuſentur. n.13. p. 121
14. Lex noua perpetuò eſt duratura & poſitiua Dei permiſſione, nec augeri poteſt; nec minui; ſed in eodem vigore inuariabilis permanebit quouſque prædeſtinatorum numerus à Deo præfinitus impleatur. n. 14. p. 122
15. Explicatur diuerſus modus quo in ſacris literis nouum ac vetus teſtamentum dicitur æternum. n.15. p. 122
16. Eadem immotabilitas legis nouæ rationibus confirmatur. n. 16. p. 122

QVÆSTIO V.

SECTIO I.

1. Ius diuinum eſt, quod à Deo immediate immediatione ſuppoſiti & immediatione virtutis procedit. n. 1. p. 123
2. Quinque aſſignantur differentiæ inter ius diuinum & humanum. n. 2. p. 123

SECTIO II.

1. Definitur ius canonicum & à ciuili diſtinguitur, n. 1. p. 124
2. Conſtitutio propriiſſima pro ſtatuto Principis minus proprie, ſed cum aliqua proprietate pro qualibet ſanctione vniuerſaliter præceptiua vſurpatur. num. 2. p. 114
3. Quando dubitatur de qua conſtitutione ſermo ſit, de principis conſtitutione agi, tamquam de digniori, intelligitur. Et hanc excellentiam habet ius Romanorum comparatum ad reliqua. n. 3. 125
4. In materia compromiſſi & in qualibet diſpoſitione io loco, in quo illa viget, non ſolum ius commune, ſed etiam particulare, cuiuſcumque regni intelligitur: etiam quando per hoc particulare commune corrigitur. n. 4. p. 125
5. Qui renunciant omni conſtitutionis auxilio non modo conſtitotionibus principum, ſed etiam inferiorum renunciare cenſentur, niſi particulares circumſtantiæ expreſſe declarent. n. 5. p. 125
6. Generalis conſtitutio diuiditur in Apoſtolicam & conſiliarem. Vtraque definitur; & ad inuicem comparatur. n.6.p.126
7. Diuerſæ canonici iuris ſpecies enumerantur. n 7 p.126
8. Quæ ſpecies nomine Canonis intelligatur, Variæ ſententiæ proferuntur. n. 8 p. 126
9. Nomine canonis ſtricte generalis conſtitotio ſignificatur i late ſed cum aliqua ſignificationis proprietate intelligitur conſtitutio Epiſcopalis, ſeu ſynodalis. n. 9. p. 127
10. Reſpondetur ad argumenta pro ſententia oppoſita. n. 10. 127.
11. Conſuetudo errore potiùs, quam ratione introducta, reprobatur. n. 11. p. 128

SECTIO III.

1. Aliqui exiſtimant Epiſtolam decrètalem in cauſa particulari non facere ius vniuerſale in ſimilibus tenendum, contraria tamen ſententia eſt vera & tenenda de Epiſtola Pontificis, quæ eſt in corpore iuris, vel poſt illud edita fuit. n. 1. p. 128
2. Soluitur inſtantia contra præcedentem doctrinam de reſponſione Pontificis, quæ eſt teria iuris naturalis, ſeu diuini poſitiui ab eo interpretati, quæ in corpore iuris non ſit. n. 2. p. 128
3. Declaratur cap. Paſtoralis de fide inſtrumentorum & oſtenditur de qua decretali dubia procedat hic textus. n 3. p. 129
4. Ex perſona ſtatuentis metienda eſt lex generaliſne ſit an particularis. Et vbi eſt eadem ratio idem ius conſtitui debet. n. 4. p. 124.
5. Aliqui exiſtimant regulas cancellariæ ius particulare,

particulare, nou genetale inducere & variis rationibus probant. n. 5. p. 129
Alii oppoſitum arbitrantur, & multis argumentis confirmaor. n. 6. p. 130
7. Vtramque partem concordare contendit Ludouicus Gomes. n. 7. p. 131
8. Si loquamur de iure generali formaliter accepto & de conſtitutione, ſeu lege vniuerſali iuxta modum & formam vulgarem, regula cancellariæ ad vniuerſale ius formaliter & communi modo euulgatum non ſpectant. n. 8. p. 131
9. Non eſt tamen negandum has regulas ſaltem, quæ continent decretum irritans, & ſunt de dandis, ad generale ius reduci nouo quodam modo. & forma introductum, ex ſummi Pontificis beneplacito. n. 9. p. 132
10. Soluuntur rationes, quæ in contrarium adducuotur. Et decernitur eſſe quidem de generali iure has regulas; ſed communem, & vulgarem modum generalis iuris antiqui non obſeruare. n. 10. p. 132
11. Qua ratione neceſſaria ſit publicatio ad has regulas. n. 11. p. 132
12. Sententia contra extrauagantem lata non eſt ipſo iure nulla n. 12. p. 133

SECTIO IV.

1. Reſponſa ſanctæ congregationis illuſtriſſimorum Cardinalium ad ius generale ſpectare aliqui arbitrantur; & probant nonnullis rationibus. n. 1. p. 133
2. Alteri oppoſitum docent, & pro hac parte diuerſa argumenta producunt. n. 2. p. 134
3. Prædicta reſponſa modum, ſeu formam conſtitutionis vniuerſalis non habent, & communiter per ſe ius nouum non inducunt generale: etiam quatenus declaratiua ſunt iuris conſtituti. n. 3. p. 134
4. Quamuis hæc reſponſa conſtitutiones pontificiæ non ſint, etiam quatenus declaratiuæ, ſunt tamen velut quædam particularis ſententia & introductio ad conſtitutionem faciendam, quæ ſi authentice exhibetur, in vtroque foro obligat illum qui eam vt authenticam recognoſcit. n. 4. p. 134
5. Quando iudicanda ſit authentica Cardinalium reſponſio. n. 5. p. 135
6. Cum hæc reſponſa formam particularis ſententiæ imitentur, obligationem non inducunt generalem. n. 6. p. 134
7. Non repugnat vnam reſponſionem ex his alteram corrigere, ſicut vna declaratio, ſeu ſententia particularis vnius Pontificis, ab alio mutari, & emendari poteſt, quando ille prior ex cathedra aliquid ad fidem & bonos mores ſpectans vniuerſaliter non definiuit. n. 7. p. 136

SECTIO V.

1. Romanorum ius per antonomaſiam ciuile dicitur. Ciuilis iuris ſpecies ſunt plebiſcita ſenatusconſulta, conſtitutiones principum, reſponſa prudentum & edicta prætorum ſeu ædilium, quod ius honorarium dicebatur. n. 1. p. 136
2. Quomodo temporis decurſu legum varietas introducta fuerit, & Rumanorum ius vſque Iuſtiniani Imperium. n. 2 p. 136
3. Iuſtinianus edere fecit Pandectas, ſeu digeſta, item codicem bis & inſtituta. n. 3. p. 137
4. A quibuſdam conditoribus leges denominantur: Et quomodo cum hac iuris ciuilis diuiſione canonici iuris diſpoſitio ſuperius in proluſione proœmiali tradita conueniat. n. 4. p. 138.

SECTIO IV.

1. Prima ſententia negat, & variis legibus probatur. n. 1. p. 138.
2. Secunda opinio affirmat quando Princeps reſponſionem, vel declarationem alicuius legis euulgat, non vero quando priuatis perſonis & in particularibus negotiis reſpondet, ſeu aliter, nempe quando ſententia definitiua ſit, non interlocutoria: ſeu denique in ſententia principis, non in ſententia inferiorum. n. 2. p. 138
3. Reſponſio principis in particulari caſu ſiue ſit conſtitutiua noui iuris, ſiue declaratiua antiqui, ſiue definitiua, ſiue interlocutoria legis generalis vim obtinet. n. 3. p. 139
4. Princeps non ſupremus habens tamen poteſtatem, ferendi leges conformiter ad illam poteſtatem, per Epiſtolam, vel ſententiam legem efficere poteſt generalem, ſicut de ſupremo diximus. n. 4. p. 140
5. Aliqui caſus declarantur in quibus. Princeps tam ſupremus, quam inferior in reſponſis legem non efficiat generalem. num. 5. p. 140
6. Reſpondetur argumentis pro prima ſententia negante. n. 5. p. 140
7. Caſus ad quos extenditur reſponſio principis, in aliqua cauſa debent eſſe omnino ſimiles. n. 7. p. 141
8. Non omnis ſententia de ſe eſt declaratiua n. 8. p. 141
9. Hæc reſponſa principum aliqua indigent promulgatione, vt ad legis generalis ſtatum perueniant. & per ſe obligandi vim generaliter ſortiantur. n. 9. p. 141

COMMENTATIO III.

1. Redditur cauſa cur à cauſa finali in cauſis iuris initium accipiatur. num. 1. pag. 141
2. Diuiditur finis in finem *cuius*, & finem, *cui*. n. 2. p. 141
3. Aſſignantur capita, quæ in præſenti commentatione declarantur. n. 3. p. 141

NOTATIO I.

1. Intentio præcipua capitis ſecundi oſtenditur. Quæ eſt, quod conſtitutio futuris dat formam negotiis. n. 1. p. 142
2. Nullus ſine culpa debet puniri. Et ſi aliquando incurritur aliqua pœna ſine culpa; non tamen ſine cauſa, neque ſine culpa ſaltem aliena. n. 2. p. 142

3. Quando innocens ob alterius delictum iuſte puniatur remiſſiue indicatur. n.3 p 142
4. Homo nomine rei aliquando declaratur n. 4. p. 142
5. Eo ipſo in pœnam conſentit, qui ſe delinquere nouit. n. 5. p 148
6. Eadem intentio, & ſcopus capitis finalis cum præcedenti declaratur; præſertim in actu. qui ideo ſolum eſt malus, quia prohibetur. n. 6. p. 143
7. Additur in hoc textu limitatio, quæ in præcedenti non viſitur. Videlicet niſi conſtitutio de præteritis meminerit. Quod nunquam fieri poteſt actu, qui præterit bonus vel indifferens, vt poſita conſtitutione fiat malus. n. 7. p. 143
8. Ad præteritæ cauſæ deciſionem antiquum ius poteſt allegari;& lex declaratiua iuris naturalis ad præterita ſemper trahitur reſpectu iuris ſecundum ſe. n. 8. p. 143

NOTATIO II.

1. Intendit textus duorum ſtatutorum inæqualitas ad parem iuſtitiæ æqualitatem reducere. n. 1. p. 143
2. Dupliciter formatur caſus. Priori modo primus capitis ſenſus exponitur. n. 2. p. 143
3. Poſteriori modo ſecundus declaratur eiuſdem capitis ſenſus; qui priori præfertur iuxta probabilem ſententiam. n. 3. p. 144
4. Conſuetudo Eccleſiæ oneroſa eſt reprobanda. n. 4. p. 144
5. Prior intellectio vt ſimplicior & communior approbatur ſimpliciter. n. 5. p. 144
6. Regula Catoniana eſt; patere legem quam tuleris, in ciuili iure ſæpe confirmata. n. 6. p. 145.
7. Plures afferuntur rationes, cur neutrum ſtatutum à Canonicis factum iuxta præſentem textum validum fuerit: quæ examinantur, & potiores præferuntur. n. 7. pag. 145
8. Valet ſtatutum arctans clericos ad continuam reſidentiam, etiam contra antiquam Eccleſiæ conſuetudinem. n. 8. p. 145
9. Canonici non proprie, ſed largo modo dicuntur ſucceſſores: ſecundum aliquorum opinionem, quæ minus probatur n. 9. p 146
10. Quando nominatim cauſa delegatur canonico prædeceſſori ad ſucceſſorem non tranſit. Neque nouum eſt ſucceſſorem minus habere poſſe, quam prædeceſſorem. n. 10. pag. 146
11. In illis, quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis, non valet quod à maiori parte fit, niſi omnes conſentiant; ſecus ſi communia ſint pluribus vt plures ſunt. n. 11. p. 146
12. Non eſt inconueniens quod canonici antiquiores ſint melioris conditionis, quam de nouo recepti & ſi Scolaſtici matriculati quam qui adhuc matriculati non ſunt. n. 12. p. 147
13. Statutum quod zelo auaritiæ proprium ſtatuentis commodum potius, quam commune bonum reſpicit, iure reprobatur. n. 13. p. 147
14. Æquitas, ſeu æqualitas non neceſſaria, ſed contingens non inducit peccatum. n. 14 p. 147.
15. Olim ſine aliquo ſeruitio perſonali clericis indigentibus dabantur Eccleſiæ redditus. n. 15. p. 147

NOTATIO III.

1. Cur regula Catoniana dicitur regula ſapientis in textu. n. 1. p. 148
2. Vt ius ſtatutum, vel impetratum in authorem ſeu impetrantem retorqueatur, oportet vtrabique habeat effectum. n. 2 p. 148
3. Hic effectus non requiritur vt ſit vſus ſtatuturi, ſed ſatis eſt, ſi is, qui ſtatuit, eo vti poſſit. n. 3. p. 148
4. Limitatio præcedentis doctrinæ ab aliquibus poſita excluditur. n. 4. p. 148
5. Qui ius iniquum obtinet & non poſtulante vel etiamſi poſtulauerit, partem non habet quæ opponat, ad illud per iudicum non cogitur. n. 5. p. 149
6. Dubitatur an quando aliquis ius obtinuit contra alterum, poſſit cogi ab alio tertio, vt eo iure vtatur? Aliqui affirmant. Pars tamen negatiua vera eſt, & cõmunis. n. 6. p. 149
7. Occurritur obiectioni & exponitur lex *ratas* Cod. de reſcind. vendit. n. 7. p 149
8. Cur iudex proferens ſententiam contra vnum à quolibet poſſit conuenire, vt eadem ſententia vtatur. n. 8. p. 150
9. Alia corollaria ex præcedenti doctrina deducuntur, quæ edictum quod quid quiſque iuris etiam concernunt. num. 9. pag. 150
10. Magiſtratus doloſe iudicans edicti pœnam incurrit: ſi tamen remoto dolo aliter quàm oporteat ſententiam ferat propter imperitiam aſſeſſoris eiuſdem edicti pœnam ſolus pendit aſſeſſor. n. 10. p. 150
11. Iniuria non fit ſine animo iniuriæ irrogandæ. n. 12. p. 150
12. Si ius dicens iuriſperitus ſit, & communicato conſilio cum aſſeſſore male iudicet, etiam ſine dolo ex lata culpa pœnam edicti incurrit ſimul cum aſſeſſore. n. 12. p. 150
13. Culpa dolo proxima dolum repræſentat. n. 13. p. 151
14. Aliam limitationem alii addunt præcedenti doctrinæ, quæ non probatur. n. 14 p. 151
15. Exponitur altera difficultas de reſponſione Pontificis ſub diſiunctione. Nempe cuiuſnam electio eſſet capituli ne, an iudicum, quibus cauſa committebatur. n. 5. p. 151
16. Reiectis aliis reſponſionibus duę approbantur. Prima eſt pertinere electionem ad Iudices, ad quos dirigitur reſponſio. Secunda, electionem canonicis dari. n. 16 p. 151
17. Alia de alternatiuæ diſpoſitionis electione adnotantur ſcitu digna. Vnde confirmatur ſecunda reponſio. n. 17. p. 152

NOTATIO IV.

1. Oſtenditur quomodo Gratianus cauſas iuris tractaturus à finali incipiat, iuxta Geminianum ad cap. 1. diſt. 4. n. 1. p. 152.
2. Vtriuſque iuris finis diuerſo modo inten-

tus ratione Theologica à D. Thoma oſtenditur, & aliis rationibus à iure petitis. n. 2. p. 152.

3. Exponitur caput, etſi autem diſt. 4. & deſcenditur ad particulares conditiones huius finis, ad quas in lege ferenda reſpicere debet legiſlator. n. 3. p. 153

4. Contra conſuetudinem lex rationabilis fieri poteſt, ſed conſuetudo poſt legem continuata contra illam prævalet. n. 4. p. 153

5. A docto reducuntur bonæ legis conditiones, vt ſit iuſta, poſſibilis, rationabilis, ſecundum conſuetudinem, loco, temporique conueniens, vtilis, clara & pro bono communi lata. n. 5. p. 154

6. Eaſdem conditiones ſparſim diuerſis locis tradidit ius ciuile. n. 6. p. 154

7. Quomodo ad tres illæ octo poſſint reuocari. n. 7. p. 154

NOTATIO V.

1. Capitis argumentum & ſcopus indicatur; cui conciuit ius ciuile. Quod iudex in cauſis decidendis ſecundum leges debet iudicare. n. 1. p. 154

2. Iudex appellationis tenetur forum, ſtylum, & conſuetudinem obſeruare illius, à quo appellatur. Quod eſt intelligendum, niſi appelletur ad ſupremum Principem, qui leges poteſt innouare, ſeu reuocare: hic enim ſecundum conſcientiam tenetur iudicare. n. 2. p. 155

3. Lex tunc inſtituitur quando promulgatur, & quando vſu recipitur, tunc corroboratur. n. 3. p. 155

4. Exponitur cap. ſtatuimus, quod verbum male accipitur pro abrogare vel conſulere. n. 4. p. 155

5. Teleſphenus pontifex ieiunium quadrageſimale edito decreto ſtabiliuit. n. 5. p. 155

NOTATIO VI.

1. Perſiſtitin capite *quadrageſima* eiuſdem diſt. 4. Gratianus in eodem exemplo confirmando. n. 1. p. 156

2. Qui hortatur mandatoris opera non fungitur; & lex conſilium non continet, ſed præceptum; niſi ſpecialiter id declaret, vel ratio & materia perſuadeat. n. 2. p. 156

3. Minora mala diſſimulat legiſlator, ne maiora quæ timet, ex illorum prohibitione naſcantur. n. 3. p. 157

4. Caſus tres aſſignantur, in quibus aliquis ſuæ conſcientiæ iudicio relinquitur. n. 4. pag. 157

5. Quomodo cohæreat teſtimonium Salomonis cum diſcurſu noſtri textus. n. 5. p. 157

DISPVTATIO III.

1. Finis diuini iuris quis ſit. De fine humani iuris agendum hoc loco. Finis diuiditur in proximum & remotum. n. 1. pag. 157

2. Vtraque ratio finalis in conſtitutione conſideranda eſt. n. 2. p. 157

QVÆSTIO I.

SECTIO I.

1. Non videtur neceſſarium, quod lex ſeu conſtitutio plures perſonas eiuſdem communitatis reſpiciat; quod multis legibus & ratione probatur. n. 1. p. 158

2. Non eſt quæſtio de vocabulo ob diſcrimen eſſentiale inter legem & mandatum. n. 2. p. 159

3. Vera tamen ſententia docet de ratione legis eſſe, vt pro pluribus in communitate degentibus feratur. n. 3. p. 159

4. Præceptum Adamo impoſitum ad Euam, & poſteros etiam dirigebatur. n. 4. p. 160

5. Reſpondetur argumentis in contrarium adductis. Diſcrimen inter publicum, & priuatum ius ſignatur. n. 5. p. 160
Priuilegia, ſeu indulta perpetua leges perſonales dicuntur, ſi ſufficienter promulgatæ ſint. n. 6. p. 160

7. Dupliciter iubetur aliquid communitati faciendum. Primo collectiue & coniunctim. Secũdo non collectiue & diſtributiue; priori modo obligantur partes communitatis, vt plures: poſteriori vt ſingulæ. n. 7. p. 161

8. Diſtinctio inter legem & præceptum in principio, à quo egrediuntur. n. 8. p. 161

SECTIO II.

1. Lex naturalis per ſe non requirit communitatem. n. 1. p. 161

2. Quid requiratur vt aliquid ſit communitas, collegium, & populus, an ſufficiat multitudo diſſoluta ſine vllo vnitatis vinculo. n. 2. p. 162

3. In quo differat familia à communitate. n. 3. p. 162

4. Communitas abſolute perfecta, licet reſpectiue imperfecta legum & ſtatutorum particularium capax eſt, non ita tamen communitas abſolute imperfecta. n. 4. p. 162

5. Poteſt ſtatutum partem tantum communitatis obligare. n. 5. p. 163

SECTIO III.

1. Pars affirmatiua omnino vera eſt, nempe legem ſemper bonum commune reſpicere. n. 1. p. 163

2. Duplex eſt intentio circa commune bonum; alia eſt legiſlatoris, alia ipſius legis; aliqui illam priorem ſufficere exiſtimant: quod tamen eſt falſum. Nam ſola poſterior legi intrinſeca ſufficit, quando diuerſa eſt à priori n. 3. p. 164

3. Soluitur obiectio de actu bono qui extrinſece ab alio malo in malũ finẽ dirigitur n. 3. p. 164

4. Soluitur altera obiectio, & oſtenditur quomodo priuilegia, & diſpenſationes reſpiciant commune bonum. n. 4. p. 164

SECTIO IV.

1. Aliqui exiſtimant legem, quæ contra particularem perſonam & in eius odium fertur

etiam ſi reſpiciat commune bonum, non eſſe admittendam; imo eſſe nullius valoris. n. 1. p. 165
2. Ab iniquitate legis appellare nemo poteſt; à mala tamen informatione principis prouocatio datur. n. 2. p. 165
3. Verba legis debent eſſe generalia. n. 3. p. 166
4. Non tam attenduntur perſonæ ad quas leges diriguntur; quam illæ, quas legum effectus comprehendunt. n. 4. p. 166
5. Statutum cogens affines ad compromittendum valet, non ita tamen ſi in particulari ſolam certam perſonam cogat. n. 5. p. 166
6. Ex rationabili cauſa conſtitutio in certæ perſonæ præiudicium ferri poteſt valide & licite. n. 6. p. 166
7. Ab iniquitate ſtatuti cum rationabili cauſa appellatur. Et ſoluuntur argumenta prioris ſententiæ. n. 7. p. 167
8. Non augetur commune bonum cum præiudicio particularis, ſine neceſſitate. n. 8. pag. 167

SECTIO V.

1. Quem finem reſpiciat ius ciuile prout à naturali lumine rationis dirigitur? nempe naturalem, an ſupernaturalem. n. 1. p. 167
2. Item felicitatem naturalem communitatis primo, & per ſe ſibi proportionatam huius vitæ. n. 2. p. 167
3. Quid dicendum de ciuili poteſtate exiſtente in principe Chriſtiano? Referuntur aliorum ſententiæ. n. 3 p. 168
4 Ius ciuile per extrinſecam directionem Principis Chriſtiani, & per conſortium, ac in auxilium iuris canonici, cum quo coniungitur, & à quo canonizatur, vtramque felicitatem huius & alterius vitæ intrinſece reſpicere poteſt. n. 4. p. 168
5. Dupliciter ius ciuile à canonico auctoritatem mutuatur & hoc ab illo adiuuatur n. 5. p 169
6. Ius ciuile prout à ſol ſæculari poteſtate dimanat, etiam in Chriſtiano principe per ſe tantum diuerſum finem à iure canonico intendit, nempe bonum publicum honeſtum præſcindendo à morali integritate, ſeu animarum ſalute: ad quod canonicum per ſe refertur. n. 6. p. 169

QVÆSTIO II.

SECTIO I.

1. Legis charitas diuinis, humaniſque teſtimoniis commendatur. n. 1. p. 170
2. In remedium obſcuritatis in lege duæ canonicæ regulæ producuntur. Prima cum ſunt partium iuris obſcura &c. notantur caſus in quibus hæc regula procedit, & in quibus fallit. n. 2. p. 170
3. In priori genere ſunt multi; in poſteriori duo præcipue notantur, in quibus actor præualet contra reum. Primo ſi cauſam habeat fauorabilem in iure. Secundo in præparatoriis iudicii. n. 3. p. 170
4. Altera regula eſt in obſcuris minimum eſt ſequendum, hanc etiam in legatis piis locum habere exiſtimant aliqui; non eſt tamen à communi ſententia recedendum, quæ oppoſitum docet, & duplici propoſitione explicatur. n. 4. p. 170
5. In legatis piis, quæ in honorem Dei cedunt eique immediate deſeruiunt vt in templo, paramentis altaris & ſimilibus fauor piæ cauſæ in dubiis fauori hæredis poſſidentis præfertur. n. 5. p. 171
6. Declarantur, & cum correctione legitur lex titia ff. de auro & argento leg. legata pia Eccleſiæ relicta, ſi in vtilitatem perſonarum Eccleſiaſticarum veniant, quando in certa ſunt & dubia non eſt cogendus hæres ad maius perſoluendum. n. 6. p. 172

SECTIO II.

1. Nemo dubitat inutilem conſtitutionem bonoque communi incommodam eſſe excludendam Non tamen ſatis eſt ſi ſemel atque iterum inutilis videatur ad hoc vt excludatur. n. 1. p. 172
2. Item excludenda ſi in dubio magis inutilis quam vtilis videatur. Imo ſi ſolum inutilis ſit negatiue, quamuis peculiare nocumentum bono communi non inferat. n. 2 p. 173
3. Sufficit tamen ſi aliquo tempore ſequenti lex vtilis euadat, vt ſtatim obligare incipiat pro illo: non pro præſenti n. 3. p. 173
4. Hæc vtilitas intelligenda eſt vt ſit idem, quod neceſſitas, non abſoluta tantum, ſed quæ abſtrahat ab abſoluta & nō abſoluta. n 4. p. 173
5. Lex potius ſubiicitur neceſſitati, quam neceſſitas legi. n. 5. p. 173
6. Nulla lex neceſſitate abſoluta eſt homini neceſſaria, niſi naturalis ſuppoſita illius creatione. n. 6. p. 173

SECTIO III.

1. Aliqui docent conſtitutionem de ſe non exigere perpetuitatem. n. 1. p. 174
2. Dicendum tamen omnem legem, ſeu conſtitutionem proprie ſumptam poſtulare perpetuitatem aliquam temporis indeterminati. n. 2. p. 174
3. Perpetua legum duratio pro illarum diuerſitate, diuerſa eſſe poteſt: vnde vel poſitiue, vel negatiue perpetua cenſeri debet. n. 3. p. 174
4. Reſpondetur argumentis in oppoſitum adductis. n. 4. p 175
5. Aliquando ex voluntate principis lex ſine perpetuitate cæteras legis conditiones habere poterit, & lex dicetur ex diſpenſatione à communi iure exorbitans. n 5. p. 175.
6. Explicantur diuerſi textus, qui pro parte oppoſita adducuntur. n. 6. p. 175

SECTIO IV.

1. Etiamſi verba conſtitutionis ſint de præterito, vel de præſenti, futura negotia reſpiciunt

Digitized by Google

regulariter loquendo niſi ſpecialiter notetur, ne in futuris procedat. n. 1. p. 176

2. Lex ſemper loquitur quandiu non reuocatur. n. 2. p. 176

3. Quando verba legis dubia ſunt, & æqualiter præteritis & præſentibus poſſunt accommodari, ad futura tantum extendi debent. n. 3 p. 177

4. Soluitur obiectio, & oſtenditur, quo modo non ſemper vbi eſt eadem ratio, ſit eadem legis diſpoſitio. Nempe quando eſt contra mentem legiſlatoris. n. 4. p. 177

5. Ratio legis & mens legiſlatoris inter ſe differunt aliquando; nonnumquam vero conueniunt. n. 5. p. 177

6. Vbi de remuneratione agitur, lata debet fieri interpretatio. n. 6. p. 178

7. Quando noua conſtitutio extendi nequit ad certa futura ſine præteritorum præiudicio, cum quibus futura neceſſario connectuntur, ad futura illa non extenditur, niſi de præteritis connexis mentio fiat ſpecialis. n. 7. p. 178

8. Limitatur dicta doctrina ab aliquibus in executione ſeu perfectione actus, qui licet ſit de præterito, executionem & perfectionem poſtulat de futuro. nu. 8. p. 179.

9. Quæ limitatio falſa eſt, vel prædictæ reſolutione non nocet. n. 9. p. 179

10. Quando concedit exceptionem, vel illam tollit, licet exceptio concernat contractum ante conſtitutionem celebratum, ad illam nihilominus quatenus futuram conſtitutio extenditur, quæ negat vel concedit exceptionem. n. 10. p. 180

11. Nouum ſtatutum vt Maritus vxore præmortua dotis medietatem lucretur etiam dotem vxoris ductæ ante ſtatutum & poſt illud mortuæ comprehendit. n. 11. p. 181.

SECTIO V.

1. Declaratur quæſtionis difficultas, & aliqua ſupponuntur. n. 1. p. 181

2. Quando conſtitutio præteritorum expreſſe meminit non comprehendit decíſa, neque quælibet pendentia, niſi de ipſis manifeſte caueatur. 2. p. 181

3. Effectus cauſati per ſtatutum reuocatum non reuocantur. n. 3 p. 182

4. Exponitur authenticum vt cum de appellat. cognoſc. n. 4. p. 182

5. Pendentia in principali cauſa ſiue ante, ſiue poſt appellationem, non intelliguntur nomine præteritorum in noua conſtitutione præterita concernente, ſi in cauſa ſit concluſum. n. 5. p. 183

6. Si tamen non fuerit concluſum in cauſa, tunc conſtitutio, quæ concernit præterita, ad pendentia trahitur, ſi non ad inſtantiam partis, ſed ex motuproprio & ex certa ſcientia conſtitutio emanauerit. n. 6. p. 183

7. Non tamen cum præiudicio tertii, cui per deciſionem iam eſt quæſitum ius, lex noua ad præterita decíſa extenditur, etiam ſi de præteritis meminerit. n. 7. p. 183

8. Proponuntur textus in quibus de pendentibus cauſis etiam præteritis fit mentio. n. 8. pag. 184

SECTIO VI.

1. Quando lex irritat actum ſimpliciter loquendo, ſi cauſa irritationis non inducitur denuo; ſed erat de præterito & nullitas ab ea cauſa procedens ipſo iure ſtatuitur, lex ad præterita extenditur. n. 1. p. 184

2. Quando noua lex ſimpliciter loquens eſt declaratiua iuris antiqui, ad præterita regulariter porrigitur. n. 2. p. 184

3. Caſus tamen aliqui aſſignantur, in quibus præcedens doctrina non procedit. Primus in noſtra ſententia non habet locum. n. 3. p. 185.

4. Alter verior eſt quando conſtitutio declaratoria communem obſeruantiam in contrarium rationabilem reperiret. Eſſet verò rationabilis, ſi boni nominis doctores illam approbarent. n. 4. p. 185

5. Item quando declaratoria lex reperit cauſas per ſententiam omnino deciſas & ſopitas lites, etiamſi datam ſententiam erroris conuincat, ad illam non extenditur. n. 5. p. 186

6. Intellige tamen ita vt error latæ ſententiæ ſit in iure humano non in diuino V. G. in materia ſacramenti. n. 6. p. 187

7. Quando noua conſtitutio eſt confirmatiua ad præterita trahitur ſimpliciter loquens; eaſdemque limitationes, & extenſiones habet, quas prior confirmata recipiebat. n. 7. p. 187

8. Quando duo ſtatuta contraria confirmantur, confirmatio prioris non tollit eius derogationem per poſterioris confirmationem n. 8. p. 187

9. Quando actus præteritus fuit nullus, confirmatio per nouam conſtitutionem nihil operatur, ſi ſit in forma communi. n. 9. p. 187.

10. Quando tamen Princeps ex certa ſcientia actum præteritum antea nullum confirmat, ei de nouo valorem concedens ad tempus ſuæ confirmationis trahitur, & tunc cenſetur fieri valide, quando confirmatur. n. 10. p. 187

11. Conſtitutio ſimpliciter ſequens, quando aliquid de nouo præcipit, vel prohibet regulariter, ad præterita non extenditur; neque pœna ibi impoſita ad actum præteritum porrigitur. n. 11. p. 188

12. Si tamen noua lex addit, vel adimit pœnam delicti ex cauſa, quia noua pœna impoſita magis conueniens eſt, tunc ad præteritum delictum extenditur. De quo aliqui caſus, & textus obiter declarantur. n. 12. p. 188

13. Item ſi lex noua ſimpliciter loquens concedat, vel neget exceptionem, ad præteritos contractus, quos ipſa exceptio concernit, extenditur. n. 13. p. 189

14. Quando conſtitutio diſponit de actu ſucceſſiuo plures habente partes, etiamſi poſt actum emanet, ad illum trahitur, quoad partes futuras non quoad præteritas, niſi hæ cum illis habeant neceſſariam connexionem. n. 14. p. 189

15. Lex partim iuris antiqui declaratiua, partim noui conſtitutiua ſecundum illam partem, qua declarat ad præterita; ſecundum alteram ad futura tantum modo explicato extendetur. n. 15. p. 189

16. Reliquæ diſpoſitiones vltra diſpoſitionem legis ſimpliciter loquentes præſentia, & prætenta non futura concernunt. n. 16, p. 189.

QVÆSTIO III.

SECTIO I.

1. Diuerſæ ſententiæ referuntur de diſtinctione intertationem, & cauſam. n.1.p. 190

2. Ratio, & cauſa nunc pro eodem, nunc pro diuerſis ſignificatis vſurpantur: cauſa tamen quatenus ſignificat legis finem à ratione motiua, quæ eſt propriiſſima conſtitutionis ratio non differt. n. 2. p. 190

3. Stipulatio de dote reddenda mulieri, vt de illa teſtetur, obligat virum ad dotem reddendam; etiamſi vxor inteſtata diſcedat. n. 3. p. 191.

4. Quando Doctores dicunt cauſam legis eſſe de præterito, rationem vero de futuro, intelligendi ſunt de cauſa prout ſignificat occaſionem. n. 4. p. 191

5. Licet aliqui rationem legis cum illius interpretatione confundant, tamen ratio, ſeu finalis cauſa legis diuerſa eſt ab illius interpretatione. n. 5. p. 191

6. Occurritur obiectioni, & duplex ratio, quæ in facienda lege interuenit, explicatur. n. 6. p. 191

7. Ratio obiectiua in lege omnino neceſſaria eſt. De finali à conſtitutionis obiecto diſtincta ſtatim dicendum. n. 7. p. 192

SECTIO II.

1. Dari veram legem, & Conſtitutionem ſine alia ratione expreſſa, vel tacita, præter principis voluntatem aliqui affirmant. n. 1. p. 192

2. Conſtitutio ſola principis voluntate ſubnixa, ſine alia ratione ſaltem tacita, à vera conſtitutionis natura deficit, & à violentia non à potentia legiſlatoris proficiſcitur. n. 2. p. 193

3. Duobus modis hæc ratio in conſtitutione apparet. Primo expreſſe, 2. modo interpretatiue. & implicitè. n. 3. p. 193

4. Par eſt rationem exprimi, & vnam tantum poſſe aſſignari. n. 4. p. 193

5. Reſpondetur argumentis in oppoſitum. n. 5. p. 193

6 Indignum bono principe illud carmen. Sic volo, ſic iubeo, &c. n. 6. p. 194.

SECTIO III.

1. Aliqui dixerunt opinionem nulla lege ſed tantum ratione ſubnixam non eſſe admittendam. n. 1. p. 194

2. Vera tamen ſententia eſt etiam ceſſante legis diſpoſitione ſolam rationem ſufficere, vt illa ductus iudex decidat. n. 2. p. 195

3. Occurritur rationibus in oppoſitum. Exponitur lex. Si vero, ff. ſolut. matr. n. 3. p. 195

4. Quando lex prouidet de aliquo remedio contra ius commune non extenditur de vno caſu ad alterum, neque de vna perſona ad alteram diuerſam. n. 4. p. 196

5. Confertur caſus L. ſi conſtante cum caſu L. ſi verò, ff. ſolut. matrim. ſeruus manumiſſus dotalis eſſe deſiit. n. 5. p. 196

6. Quod dotis loco ſubrogatur tanquam dotis augmentum petitur. Ius vero patroni, & quod ex eo maritus acquiſiuit dotis loco non ſubrogatur: ſic enim acquiſitum ſolum petitur per condictionem ex lege. n. 6. p. 196

7. Vbi eſt eadem ratio caſus omiſſus non eſt: Ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non poteſt. n. 7. p. 196

8. Negant aliqui ceſſante finali cauſa, & ratione motiua legis, ceſſare legem: hanc enim ſine illa ſubſiſtere credunt. Alii aliter loquuntur. n. 8. p. 197

9. Tria prænotantur ad difficultatis reſolutionem. n. 9. p. 197

10 Ceſſante ratione legis ſeu cauſa finali contrariè: propter mutationem materiæ, ceſſat ipſo facto, lex nulla ex peccato principis, vel conſuetudinis oppoſitæ reuocatione. n. 10. p. 197

11. Ceſſante cauſa finali adæquata in lege expreſſa, & deſignata, ſiue materia legis per ſe honeſta ſit, ſiue indifferens, conſtitutio etiam ante Principis reuocationem ceſſabit. n. 11. p. 197

12. Lex non obligat vltra intentionem, voluntatemque legiſlatoris. n. 12. p. 198

13. Contra aliquos Recentiores efficaciter, & ad hominem confirmatur præcedens doctrina. n. 13. p 199

14. Occurritur obiectioni, & oſtenditur diſcrimen inter pœnam ipſo facto legi impoſitam, & cauſam finalem adæquatam in lege expreſſam; vt illa declarationem iudicis requirat, hæc vero declarationem Principis non exigat. n. 14. p. 200

15. Etiamſi cauſa expreſſa non ſit, ſi tamen vna tantum, & adæquata communi Doctorum conſenſu ex ipſo textu deducatur; illa vniuerſim ceſſante ſolum negatiue, conſtitutio ceſſabit. n. 15. p. 200

16. Quando ratio ſeu cauſa finalis eſt multiplex, etiamſi vna ceſſet, lex in ſuo robore permanebit. n. 16. p. 201

17. Quando plures cauſæ finales ita copulantur in lege, vt vnam efficiant, neque vna quæque ſeorſim ſubſiſtere poſſit, opus eſt vt omnes ſimul concurrant. n. 17. p. 201

SECTIO IV.

1. Non bene ſentiunt, qui illam tantum alicuius rei cauſam eſſe agnoſcunt, quæ vna tantum eſt. n. 1. p. 201

2. Vniuerſim, & abſolute verum non eſt cauſam finalem pertinere ad obiectum intellectus, ſed potius ad obiectum voluntatis. n. 2. p. 202

3. Incauſis phyſicis oſtenditur peculiaris modus concurrendi vnicuique accommodatus. n 3. p. 202.

4. Cauſa finalis eſt, quæ ab agente præcipue conſideratur; ipſumque mouet & illius intentionem dicit. Impulſiua vero cauſa ita ad agendum impellit vt ipſa per ſe non intendatur, ſed ad intentionem finis diſponat. n. 4 p.202

5. Petitur principium quando ad diſtinguendam cauſam finalem ab impulſiua, illa dicitur finalis ex cuius radice oritur obligatio; & qua poſita conſeqſus diſponentis neceſſario ponitur. Alia indicia cauſæ finales minus congrua reiiciuntur. n. 5. p. 202

6. Cauſa quæ ex principis conſtitutionis deſumitur, finalis eſſe præſumitur; niſi conſter de voluntate ſtatuentis oppoſita, & expreſſa. n. 6. p. 203

7. Ratio naturalis in lege expreſſa, vel ex doctorum communi interpretatione intellecta pro finali habenda eſt. n. 7. p. 203

8. Quando cauſa pertinet ad bonum commune, vel ad fauorem dotis, ſeu alicuius piæ cauſæ in conſtitutione finalis præſumitur. n.8 p. 204.

9. In aliis diſpoſitionibus V. G. in teſtamentis, ſeu donationibus, quando cauſa appoſita tendit in commodum ipſius concedentis; vel alicuius tertii finalis præſumitur: quando ſpectat ad vtilitatem accipientis, & alioqui neceſſaria non eſt, impulſiua iudicatur. n. 9. p.204

10 In gratiis, & priuilegiis contentæ in dubio non finales ſed impulſiuæ præſumuntur. n. 10 p. 205

11. Quando cauſa diſpoſitionis æque late patet atque ipſa diſpoſitio in conſtitutione, teſtamento, ſeu donatione, influitque in omnem illius effectum, finalis cenſetur. n. 11. p. 205

12. Cauſa finalis eſt regula diſpoſitionis coarctando, vel extendendo illam. n. 12. p. 205

13. Quando diſpoſitio ſub forma conditionali cauſam continet finalem, crede. n. 13. p. 106.

14. Si de qualitate cauſæ non conſtet alioqui, & cauſa ſignificetur per verbum in gerundio, vel per, *quia*, aut *pro* finali præſumitur. n. 14. p. 106

15. Quando ex indiciis aſſignatis non colligitur an cauſa finalis ſit, vel impulſiua, ſtante hoc dubio in conſtitutione, & lege cauſa præſumi debet impulſiua. n. 15. p. 207.

16. Quando lex eſt certa, exemptio, ſeu excuſatio dubia, legi parendum, & qui ſe eximere intendit, probare tenetur ceſſantem cauſam eſſe finalem, quod quamdiu non fuit, lege conſtringitur. n. 16. p. 207.

QVÆSTIO IV.

SECTIO I.

1. Neceſſariam eſſe poſſibilitatem in lege oſtenditur ex vtroque iure, & ratione. n. 1. p. 208.

2. Ex alio capite opponitur de impoſſibilibus aliquam obligationem eſſe ex diuino, vel humano iure ortam. n. 2. p. 208

3. Triplex diſtinguitur impoſſibilitas, nimirum impoſſibilitas naturæ, iuris & facti; quartam aliqui addunt impoſſibilitatem, nempe perplexitatis, quæ tamen ad primam vel ſecundam reducitur: ſcilicet naturæ, vel iuris: ſicut etiam impoſſibilitas quæ idem eſt, atque contrariari bonis moribus, cenſetur impoſſibilitas iuris. n. 3. p. 209.

4. Illa tria membra impoſſibilitatis ad duo reducuntur Theologico more, nempe ad naturalem, & moralem impoſſibilitatem. n. 4. p. 209

5. De actu impoſſibili propter impotentiam naturæ, ſiue logicam ſiue phyſicam nec diuina lex procedit, neque humana obligabit. n. 5. p. 210

6. Circa omnino impoſſibile affectus ſimplex præcipi poteſt à lege. n. 6. p 210

7. Simplici affectu appetendo diuinitatem malos Angelos peccare potuiſſe oſtenditur. n. 8. p 211

8. Obedientia quomodo circa impoſſibile ſuum conatum depromat. n. 8. p 211

9. De re impoſſibili de iure conſtituto fieri non poteſt, neque ſi fiat, obligabit. Niſi à tali poteſtate feratur, quæ ſit ſupra illud ius, quod renouare, vel immutare poſſit. n. 9. p. 211

10. De impoſſibili moraliter primo modo comparato cum tota perſonarum, actuumque collectione leges tam diuinæ quàm humanæ obligantes dantur de eodem comparato cum ſingulis perſonis & actibus earum, nec diuina, nec humana lex hominem conſtringit. n. 10. p. 211

11. De impoſſibili moraliter de facto ſecundo modo, quod aliquando contingat, ſed grauiſſimam habeat difficultatem ſine cauſa ſimiliter grauiſſima lex neque licita, neque valida fiet. n. 11. p. 212

12. Quando duæ finales cauſæ aſſignantur in lege; altera poſſibilis, altera impoſſibilis, vna ſufficit poſſibilis, vt in ea legis obligatio fundetur. n. 12. p. 212

13. Cauſa finalis extrinſeca impoſſibilis præcepti obligationem non impedit, niſi ex alio capite intelligatur illa eſſe adæquata & ad illam totam legiſlatoris intentionem dirigi. n. 13. p 212

SECTIO II.

1. Simplex affectus, & inefficax voluntas non ſufficit ad contractum, vnde neque ſufficiet in Principe ad ferendam legem ſim-

plex tamen complacentia legis obiectum eſſe poteſt. n. 1. p. 213

2. In actibus ſupernaturalibos ad ſalutem neceſſariis nullus ſe imbecillitate naturæ poterit iuſte excuſare: cum paratam habeat ad eos eliciendos Dei gratiam & per eam ad illos excitetur. n. 2. p. 213

3. Præceptum pœnitentiæ non eſt de obiecto impoſſibili, quamuis ſit de actu qui aliquo modo verſatur circa impoſſibile n. 3. p. 213

4. Reiicitur aliquorum ſolutio de caſibus fortuitis in contractu ſubintellectis. n. 4. p. 213

5. Quod pendet à voluntate legiſlatoris, & facile concedi non ſolet, dicitur impoſſibile. n. 5. p. 214

6. Quomodo intelligantur fortuiti caſus in contractibus includi, explicatur. n. 6. p. 214.

7. In quo caſu tanquam contumax puniatur, qui in ius vocatus non venit, nec venire poterat. n. 7. p. 214

SECTIO III.

1. Declarantur varii modi quibus intelligi poteſt præſens difficultas. n. 1. p. 214

2. Lex iubens id. quod ſine iniquitate nequit exerceri, nullam inducit obligationem: imo nec legis naturam, neque veram appellationem meretur. Et oppoſitum aſſerere ſaltem temerarium & in fide periculoſum exiſtimatur. n. 2. p. 214

3. Præcedens doctrina non ſolum vera eſt de actu præcepto intrinſecam habente malitiam, ſed etiam de eo, qui à finali ratione legis extrinſece malus cenſetur. n. 3. p. 215

4. Ex parte præcipientis etiam ad veram legem requiritur, vt ſit iuſta tribus modis; nimirum, vt non deficiat finis generalis honeſtus, neque poteſtas, neque forma per quam fertur. n. 4. p. 215

5. Pœnæ non eædem pueris & viris, ſeruis, ac liberis, plebeis, ac illuſtribus iuſte imponuntur in conſtitutione humana. n. 5. p. 215

6. Explicatur locos Eſai. 10. num. 1. & oſtenditur in quo ſenſu iniquæ leges hoc nomine appellentur. item Diu. Paul. ad Roman. 7. num. 23. declaratur. n 6 p 216

7. Exponitur lex 8. hac lege Cod. de pactis conuentt. & oſtenditur, quodnam illud bonum ſit, cui æquitas aliquo modo opponitur contra aliquos recentiores. n. 7. p. 216

8. Bonum non contrariatur bono, licet vitium virtuti, & vitio contrariati queat. n. 8. p. 216.

9. Bonum quod à legiſlatoribus & iuriſconſultis conſideratur, coniunctum eſſe debet cum æquo & iuſto, quod eſt legis obiectum. n. 9. p. 217

10. Quæ bona ſint parapharnalia, & quomodo non viri ſed vxoris gubernationi tradantur. n. 10. p. 217

11. Non bene explicant aliqui, quomodo legibus ſuſtineantur contractus metu, vel dolo celebrati. n. 11. p. 217

12. Leges nunquam intendunt contractibus per metum ſeu dolum celebratis valorem date in particulari; ſed ob bonum commune eos in externo foro currere permittunt, quandiu exceptio doli, vel metus non opponitur, ſeu probatur. n. 12. p. 218

13. Explicatur l. in cauſæ cognitione §. penult. ff de minoribus Et oſtenditur an contrahentibus liceat aliquando ſe circumuenire. n. 13. p. 218

14. Quando requirimus vt lex iuſte feratur, non loquimur de modo iuſte operandi ex parte legiſlatoris, ſed ex parte legis, qui modus legis ſit veluti forma. n. 14. p. 219

SECTIO IV.

1. Declaratur difficultas in duplici ſenſu tractanda de dubio honeſtatis, vel iuſtitiæ Et in dubiu an res præcepta per legem ſit honeſta aliqui dicunt, ſubditum neque teneri, neque poſſe obedire. n. 1. p. 219

2. Oppoſita tamen ſententia communiſſima, & vera. Nempe quando ſubditus non eſt certus; ſed dubitat an honeſtum ſit quod in lege præcipitur teneri ad legis obſeruationem. n. 2 p. 220.

3. Obligatio parendi, & formandi iudicium practicum de honeſtate rei præceptæ in dubio oritur ex illo principio: in dubio melior eſt conditio poſſidentis. n. 3 p. 221

4. Pro illo eſt poſſeſſio, pro quo ſtat præſumptio iuris & illi contra quem eſt præſumptio, onus incumbit ſuæ exemptionis probandæ. n 4. p. 221

5. Neque ſolum valet præcurrens doctrina in religioſis, qui obedientiam vouerunt, ſed etiam in aliis ſubditis & ad obediendum obligatis. n 5. p. 222

6. Prælato iuſte præcipiente ſubditus iniuſte reſiſtit, neque ad hoc expendenda eſt ſcientia, vel ſanctitas prælati Satis ſit argumentis in oppoſitum adductis. n. 6. p. 222

7. Votum & iuramentum quando obligant, maiorem inducunt obligationem quam lex humana: quando tamen dubitatur, an votum ſit de re licita non obligat: & huius redditur maior ratio. n. 7. p. 222

8. Aliqui præcedentem doctrinam probant etiam quando ſubditus ſententiam iudicat veram de malitia rei præceptæ, nec ſuperioris opinionem probabilem credit: hoc tamen nullo modo eſt admittendum. n. 8. p. 223

9. Declaratur quod iudicium particulare ſubditum determinet ad licite operandum in dubio de honeſtate rei præceptæ. n. 9. p. 223.

10. Oſtenditur diſcrimen inter operationem in hoc prouenientem ex ſuperioris præcepto, & ex amici conſilio. n. 10. p 224

11. A fortiori idem dicendum eſt in dubio non iam de rei honeſtate, ſed in dubio an ſit contrà iuſtitiam ſubditorum qui per legem obligantur. n. 11. p. 224

12. Princeps, & iudex ſuæ iuriſdictionis æſti-

maior eſt, in dubio quæ illam declarat procedere. n. 12. p. 224
13. Quando dubitatur de iuriſdictione, ſeu poteſtate principis conſtituentis legem, aliqui exiſtimant tunc poſſe ſubditum ſequi opinionem probabilem & iudicare ſe non teneri ad obſeruationem legis à ſuo principe latæ, alii oppoſitum tenent. n. 13. p. 214
14. Si princeps electus, ſeu confirmatus in poſſeſſione non ſit ſuæ iuriſdictionis, ſeu poteſtatis. Prima ſententia vera eſt, ſi vero poſſideat ius principatus, vel regni, ſecunda ſententia tenenda. quare ſi vtraque opinio ita temperetur, vna alteri non contradicit. n. 14. p. 224
15. Quid dicendum de legibus quæ feruntur à principibus quorum vnuſquiſque alteri opponitur, & ſuam electionem, vel ſucceſſionem legitimam eſſe dixerit. n. 15. p. 225
16. Incertitudo vitiat diſpoſitionem, vel ſaltem illius effectum ſuſpendit. n. 16. p. 225

SECTIO V.

1. Quando ſubditus certus eſt principem dubitare an aliquid ſit licitum, vel an excedat ſuam poteſtatem & cum eo dubio legem ferre, tunc non tenetur obedire, imo neque poteſt, ſi ipſe ſubditos in eodem dubio permaneat. n. 1. p. 225
2. Aliqui docent ſubditum de principis dubio certum, ſed putantem nullum eſſe dubii fundamentum de honeſtate rei præceptæ teneri obedire principi cum eo dubio iubenti. n. 2. p. 225
3. Oppoſitum tamen vt probabilius traditur. n. 3. p. 226
4. Alia limitatio doctrinæ in præcedenti ſect. traditæ de diligentia facienda cum viris doctis ad cognoſcendam honeſtatem rei præceptæ, quando procedat. n. 4. p. 226
Quando aliquis obtemperat in re dubia, non opus eſt vt intelligat illam eſſe bonam & contentam intra poteſtatem præcipientis: ſed ſufficit ſi morali certitudine, ſeu probabilitate non eſſe malam arbitretur. n. 5 p. 227.
6. In eo tamen dubio non obligatur ſubditus ad legis obſeruationem ſi ex hoc magnum futurum ſcandalum grauiſſimum peccatum, vel turbatio Chriſtianitatis timeretur. n. 6. p. 227
7. In dubio facti, ſi ſuperior, qui non poteſt diſpenſare, iubeat ſubditum contra illud dubium operari V. G. in materia irregularitatis, & ſimilium, ſubditus non tenetur, neque poteſt obedire. n. 7. p. 227
8. Quomodo intelligenda ſit illa regula in dubio tutior pars eſt eligenda. n. 8. p. 227
9. In ſimili dubio ſubditus non tenetur principi obedire in his ad quæ alioqui de iure princeps tenetur, & in ſubditi graue damnum cedunt. n. 9. p. 228

COMMENTATIO IV.

NOTATIO I.

1. Summa textus exponitur in cap. tranſlato n. 1 p. 228
2. Prima materialis cauſæ conditio oſtenditur; & quando ex mutatione principis proueniat legis mutatio, declaratur. Item ex ſeparatione ciuitatis & coniunctione cum aliquo regno. n. 2. p. 229
3. Altera conditio ex parte materiæ in lege oſtenditur & conſtitutio ex ſimilitudine rationis, ſeu negotii connexione recipere interpretationem dicitur. n. 3. p. 219
4 Quæ concurrere debeant, vt aliqua duo connexa exiſtimentur. n. 4. p. 229

NOTATIO II.

1. Summa capitis traditur, & concordia ciuilis iuris oſtenditur. n. 1. p. 230
2. Lex peccandi materiam prohibendo vel efficit, vel oſtendit; & extenditur ad ea, quæ ex actu prohibito conſequuntur. n. 2. p. 230
3. Concupiſcentiæ nomine hîc intelligitur prauus animi motus deliberatus rectæ rationi, vel diuinę legi repugnans. n. 3 p. 231
4 Concupiſcentiæ vocabulum in aliis ſignificationibus vſurpatur ab aliis textibus. nu. 4. p. 231

NOTATIO III.

1. Quæ ſit intentio Gratiani in diſtinctione quinta & iuris naturalis immutabilitas ex vtroque iure demonſtratur. n. 1. p. 232
2. Cur menſtruatæ à templo & à diuinorum participatione arceantur in lege veteri, non ita in noua. n. 2. p. 232
3. Ratio redditur de præfinito dierum numero quem ad purificationem fœminæ lex vetus aſſignauerit. n. 3. p. 233
4. Exponitur caput ſi mulier. n. 4. p. 233
5. In hæreſim propendet ſententia aſſerens copulam coniugalem ſine peccato ſaltem veniali exerceri non poſſe. n. 5. p. 233
6. Plerumque in coniugali copula venialis culpa contrahitur ex voluptate à qua ſatianda potius quam ab honeſto fine ſuſcipiendę prolis coniuges trahuntur. n. 6. p. 233.
7. Afflicto non eſt danda afflictio, in omni caſu non verificatur. n. 7. p. 234

NOTATIO IV.

1. Quando mora infert graue periculum, quamuis ad ſalutem animæ non pertineat, illi quam primum ſuccurri debet. n. 1. p. 234
2. Declaratur caput *Ad eius*. n. 2. p. 234
3. Notantur aliqua, quæ in vſu matrimonii coniugibus prohibentur & quæritur an præcepti rigorem contineant. n. 3. p. 234
4 Caueant matres, ne proprios filios lactare faſtidiant. n. 4. p. 234.

NOTATIO V.

1. Vnde ſumpſerit occaſionem Gratianus agendi de pollutione nocturna; & quæ ſint illius cauſæ, quæ à celebrando remoueant. n. 1. p. 235
2. Ebrietas voluntaria mortale peccatum eſt. n. 2. p. 237
3. Quæ ſit vera regula ad cognoſcendam pollutionis nocturnæ culpam. n. 3. p. 235
4. An licito concubitu polluti à communione ſequentis diei repellantur. n. 4. p. 235

NOTATIO VI.

1. Tria ad hominis peccatum regulariter concurrere ſolent ſuggeſtio, delectatio, & conſenſus. Primum parentum noſtrorum peccatum per dæmonis ſuggeſtionem fuit, non tamen omnium peccatorum dæmon directa eſt cauſa. n. 1. p. 217
2. Triplici ex capite dicitur dæmon directa eſt noſtra concupiſcentia, & dæmon pater. n. 2. p. 237
3. Duplex eſt potentia appetitiua, cuius plures aſſignantur actus: aliqui credunt nunquam eſſe peccatum in appetitu rationali ſine ſuggeſtione ſenſualitatis. nu. 3 pag. 238
Oppoſita ſententia vera eſt quanuis plerumque ordinarius modus peccandi à ſuggeſtione & delectatione appetitus incipiat; qui non directe, ſed indirecte trahit voluntatem ad conſenſum. n. 4. p. 238
5. Peccatum in rationis & voluntatis conſenſu perficitur. Contra quod hæretici motus ſenſualitatis peccata eſſe mortalia ante voluntatis conſenſum male affirmant: cui ſententiæ aliqui catholici non ſine erroris vel temeritatis periculo fauent. n. 5. p. 238

NOTATIO VII.

1. Diuerſa ſomniorum genera declarantur, quæ quatuor ſunt diuina, dæmoniaca, naturalia & animalia. Eſt timoratæ conſcientiæ, etiam culpæ ſpeciem & ſuſpicionem leuiſſimam formidare. n. 1. p. 239.
2. In veteri teſtamento & in nouo non modò continetur ius naturale, ſed etiam poſitiuum præcepta cæremonialia quantum ad ſignificationem à naturali iure ſæpe oriebantur. n. 2. p. 239
3. Reddi poteſt ratio præceptorum cæremonialium ſecundum literam, quidquid in contrarium Gloſſa & alii Canoniſtæ dicant. Neque ſufficit, quam aſſignat Turrecrem. n. 3. p. 239
4. Rationes literales præceptorum cæremonialium non continent ius naturale obligatorium; myſticæ tamen naturale ius immutabile poſſunt indicare, qualis eſt illa in illis verbis non arabis boue & aſino; id eſt homines diuerſæ profeſſionis in vno officio non eſſe ſociandos: niſi ad vtroſque per ſe officium ſpectet. n. 4 p. 240
5. Ex Auguſtino redditur ratio cur Cainus primæ ciuitatis terrenæ fundator extitit. Iuris conſuetudinarii mutabilitas oſtenditur. Quo anno ciuitatem Enochiam fundauerit Cainus non conſtat. n. 5. p. 240
6. Nemrod idem, atque Belus regnum Babilonicum primus obtinuit & ius conſuetudinarium pene extinctum diluuio reparauit. rebellis interpretatur, qui contra natiuam libertatem rebellans primus tyrannidem exercuit, & homines ſeruire fecit. Et quod peius eſt Deo rebellis cæteros ad idololatriam abduxit. n. 6. p. 240

NOTATIO VIII.

1. Ius naturale, ſeu diuinum cuilibet humanæ conſtitutioni eſt præferendum: impiæ leges ad fidelium probationem & coronam: bonæ & piæ ad impiorum terrorem, bonorumque diſciplinam à regibus promulgatæ cenſentur ex mente D. Auguſtini, qui id probat ſacrarum literarum exemplis. n. 1. pag. 240
2. Argumentum à contrario ſenſu ex vtroque iure probatur & vſu freqoens eſt accommodate tamen ad legis ſenſum. n. 2. p. 241
3. Princeps ſuis ſe legibus obligatum profiteri debet ſaltem ex iure naturali, vel ex iure gentium: iuxta aliquorum ſententiam: alii principem ex honeſtate, non ex neceſſitate, item cum plurimum ſecundum vim directiuam non coactiuam obligari ſuis legibus arbitrantur. n. 3. p. 241

NOTATIO IX.

1. Quælibet Doctorum ſcripta, ſeu ſanctorum placita canonicis libris cedunt, quibus indubitata fides ſine mora eſt adhibenda. Illis vero non niſi veritati & rationi congrua videantur libri canonici ſunt qui in veteri teſtamento & in nouo continentur, prout, à Tridentin. & aliis numerantur. n. 1. p. 241.
2. Sacra ſcriptura ſpiritu-ſancto tum ſenſus tum verba dictante literis commendata fuit: vt manifeſta nobis fidei regula infallibilis detetur in quo ſacra ſcriptura definitiones Pontificum, ſeu conciliorum excedit. n. 2. p. 242
3. Hinc ſumitur ratio cur Auguſt ſacram ſcripturam ſuis & cuiuſlibet Doctoris ſcriptis iudicat præferendam. n. 3. p. 242
4. Quid ſit in iure verum nempe quod in lege & canone exprimitur; ſin minus ad opinionem magis veriſimilem recurrendum. Nimia in credendo facilitas reprobatur. n. 5. p. 242
5. Egregium Auguſtinus ſuæ humilitatis exemplum ſcriptoribus reliquit. Exuſantur vero qui ſcribunt, quia in facto proprio, quod multa intricata continet negotia, prætendere quis poteſt ignorantiam. n. 5. p. 243
6. Cur ſacri libri dicantur canonici, præter fidei regulam quæ eſt in ſacra pagina, datur altera viua & animata, quæ illa ſit: ſine huius authoritate nulla ſcriptura eſt authen-

ticа. n.6. p. 243

7. Oſtenditur neceſſitas huius regulæ infallibilis noſtræ fidei quæ eſt vniuerſalis Eccleſia. n.7.p.243

8. Patrum dicta, non quia ipſi dixerunt, ſed quia veritati, & rationi congruam doctrinam inculcarunt, vera exiſtimantur. Sicut neque concors Patrum ſententia pro definitione Eccleſiæ, ſeu fidei dogmate habenda eſt. n. 8. p. 244

9. Qui in interpretandis ſacris literis à concordi Patrum ſententia diſcedit, grauiter peccabit, & temerarius non hæreticus cenſebitur, niſi aliunde in eo communi ſenſu catholicam veritatem contineri conſtet ex traditione Eccleſiæ, vel declaratione alicuius œcumenici Concilii. n. 9. p.144

10. Diſcrimen inter authoritatem ſummi Pontificis & Patrum concordem conſenſum ſtatuitur. n. 10. p. 244

11. Doctorum cætus per ſe ſine Papæ conſenſu infallibilem Spiritus ſancti aſſiſtentiam non habet, neque Eccleſia quatenus eſt corpus ſine capite, & truncus ſine ſenſu columna veritatis eſt: ſed quatenus à capite nempe à Summo Pontifice recte ſentiendi ſpiritum accipit ipſius approbatione, niſi ſede vacante in Pontificis electione, cui ſane Spiritus ſanctus aſſiſtit. n. 11. pag. 244

12. Diſſoluuntur obiectiones contra doctrinam datam de authoritate concordis Doctorum ſententiæ; quod ſeorſim à Concilio æcumenico de fide nihil definire poſſint. n. 12. p. 245

NOTATIO X.

1. In corrigendis ſacræ paginæ erroribus, qui ſcriptoris vitio irrepſerunt ad quos codices recurrendum ſit. n. 12. p. 245

2. Reiiciuntur ſententiæ Gluſſæ & aliorum interpretum in declaratione huius textus D. Hieronymi ſenſui, & textui contrariæ. Neque totum vetus teſtamentum ſcriptum habemus in Hebræa lingua; neque totum nouum primo fuit compoſitum in Græca. n. 2. p. 246.

3. Vera expoſitio textus traditur & concordia huius loci D. Hieronymi cum aliis, quæ ſibi contrariari videbantur. n. 3. p. 246

4. Quando in inſtrumento authentico aliquid in dubium reuocatur, ad originale recurrendum; pars tamen contraria tueri ſe poteſt ſi iuret ſe originale amiſiſſe: ſi vero originale, & tranſumptum amittatur, pars cogitur ad renouandum contractum, de quo inſtrumentum fuerat ordinatum. n.4. pag. 246

5. Exponitur caput *ſi ad ſcripturas*, in quo redditur ratio cur etiam officioſa mendacia à ſacris literis excludantur. Quod ſit officioſum mendacium, & quod inofficioſum teſtamentum? Teſtamenta vero, & atteſtationes, quæ in parte aliqua inueniuntur falſæ in totum reprobantur. Addunt aliqui licet falſitas verſetur circa circunſtantiam. Iudico tamen multo verius non variari inſtrumentum, ſeu atteſtationem, niſi falſitas circa negotii ſubſtantiam verſetur, niſi materia ſit valde ſuſpecta, vel ſcriptura ex vitio dicentis de falſitate damnati reprobetur. n. 5. p 147

6. Prædictæ moderationis redditur ratio, quia notarii falſitas vitiat illius ſcripturam, quoad omnes partes. Vnde notandum eſt diſcrimen inter falſitatem à dicto, vel à perſona dicente prouenientem. n. 6. p. 247

7. Noſtræ fidei iniuriam irrogant concionatores, qui vt populum ad deuotionem prouocent, falſa pro veris affingunt. Et licet effugiant cenſuram, non euitant graue peccatum, ſicut nec illi qui falſas ſanctorum reliquias pro veris adoranda proponunt; vel tabellam ſancto affigunt falſi miraculi teſtem. n. 7. p. 248

8. De veritate catholicæ dubitationis cauſa diſputare non licet; ad conuincendos tamen hæreticorum errores laudabilis eſt diſceptatio de rebus fidei etiam publica; dummodo coram ſimplicioribus, quantum res patitur, non fiat. n. 8 p. 248

9. Notantur perſonæ, quæ ad diſputationem de rebus fidei admittuntur: tales non ſunt hæretici à quibus nulla fructus ſpes habetur ſed ad imitationem res fidei excipiuntur. n. 8. p. 148

10. Seculares licet excommunicationem non incurrant, ipſo iure peccant mortaliter diſputantes de myſteriis fidei cum hæreticis etiamſi ſint docti. n. 10. p. 248

NOTATIO XI.

1. Germanus ſacræ ſcripturæ ſenſus attendendus non doloſe verba captanda. Reiicitur expoſitio aliquorum in reddenda ratione, cur Auguſtinus coniunxerit Cyprianum & Agrippinum cum factione Donatiſtarum. n. 1. p. 248

2. Vera ratio, & germana textus expoſitio traditur. Cyprianus & Aggrippinus rebaptizandos eſſe arbitrabantur qui baptiſmum ab hæretico recepiſſent. n. 2. p. 249

3. Exponitur locus Pauli 3. ad Philippenſes. n. 15. n. 3. p. 250

4. Non vere proponitur caſus à gloſſatore, neque ad Fortunatum miſſa eſt Epiſtola, ſed ad Fortunarianum. Reprehenditur Epiſcopus qui Deum corporeis oculis videri arbitrabatur: & conſolari iubetur; Auguſtinuſque illum ſibi reconciliari cupit, correcto errore. n. 4. p. 250

5. Exponitur cap. ſana, in quo aſſeritur, quod naturalis ratio exemplis ſit præferenda, & concordantiæ iuris ciuilis notantur: licet exempla, quæ rationi congruunt, imitanda ſint, præſertim quæ pietate excellunt, id eſt Dei cultu. n. 5. p. 250

6. Facit ſuam illationem Gratianus, nempe ius naturale & diuinum omnibus Doctorum decretis eſſe anteponendum. n. 6. p. 250

Index Quæſtionum

DISPVTATIO IV.

1. Proponuntur diſputanda, & ordinantur quæſtiones. n. 1. p. 251

QVÆSTIO I.

1. Quæ in hac quæſtione tractanda ſunt ſub vno aſpectu conſtituuntur. n. 1. p. 251

SECTIO I.

1. Aliqui exiſtimarunt non oportere vt lex ſemper præceptum contineat, cuius ſententiæ fundamenta proponuntur. n. 1. pag. 251
2. Contraria ſententia eſt omnino vera. Probaturque ex Papiniano legem definiente. Ex Ariſtotele, D. Greg. D. Hieronym & optimis rationibus. In omni lege præceptum formaliter, ſeu virtute contineri. n. 2. p. 252
3. Reſpondetur ad oppoſitæ ſententiæ argumenta. Priuilegia, leges ſunt minus propriæ cum addito nempe priuatæ, & alios obligant ne priuilegiatos impediant quominus ſuo priuilegio vtantur. Priuilegium, cui perſona renuntiare poteſt, vera lex eſt, ſicut & reſponſa prudentum in corpus iuris redacta. n. 3. p. 252
4. Interior illuminatio Spiritus ſancti lex priuata dicitur, quia dirigit & mouet voluntatem ad actum alicuius virtutis; Omnis permiſſio legis præceptum includit, non tamen omne præceptum inuoluit permiſſionem. Permiſſio quatuor modis vſurpatur. n. 4. p. 252.
5. Lex permiſſiua non imponit obligationem faciendi id, quod permittit, ſed faciendi ipſam permiſſionem, ideſt obligat ne permiſſioni contra veniatur, & ne illius vſus, facultaſque impediatur. n. 5. p. 253
6. Oſtenditur diſcurrendo per varios textus, nullam legem, ſeu canonem eſſe, qui præceptum non inuoluat aliqua ratione etiam in iis, qui conſilium tantum continere videbantur. n. 6. p. 253
7. Lex promittens prꝗmia ſuo modo præceptum continet obligans rempublicam, ſeu magiſtratus bene meritis præmia conferre promiſſa, & inſtar permiſſionis ſe habet reſpectu eorum, qui præmia mereri poſſunt. Anguianus immerito cum Caſtro, & Soto expoſtulat de hac re, n. 7. p. 253
8. Tres ſtatuuntur regulæ, ex quibus dignoſci poteſt, quando lex primo, & per ſe præceptum contineat, quando vero ſolum conſilium per ſe primo, & formaliter, implicite, & conſequenter etiam præceptum inferat. n. 8. p. 253.

SECTIO II.

1. Lex naturalis eſt vna in omnibus, vbique & in omni ſtatu, quoad communiſſima principia eadem ſemper apud omnes, neque in his ſunt diuerſa diuerſarum gentium ſtatuta ſed in concluſionibus, quꝗ ex his principiis deducuntur, eſt diuerſitas. Concluſiones tamen, quꝗ vere ex illis deducuntur ſecundum rectitudinem eſſentialem, eædem ſunt, licet non vt tales ab omnibus agnoſcantur. n. 1. p. 254
2. Aliqui exiſtimarunt non eſſe ignorantiam iuris naturalis. Hoc tamen ſolum verum eſt de principiis notiſſimis & concluſionibus, quæ ex illis facile colliguntur, & proxime cuiuſmodi ſunt præcepta decalogi n. 2. p. 254
3. De aliis concluſionibus, quæ magis remotæ ſunt à principiis magiſque obſcuræ, ignorantia inuincibilis dari poteſt: ſuam tamen rectitudinem eſſentialem retinent vbique ſecundum ſe. n. 3. p. 255
4. In lege naturali plura ſunt præcepta quæ vnitate collectionis, & ordinis vnam legem naturalem conſtituunt. n. 4. p. 255

SECTIO III.

1. Quid D. Thomas de hac difficultate ſentiat. n. 1. p. 255
2. Quæ huic D. Thomꝗ doctrinæ aduerſari videntur. n. 2. p. 256
3. Omnes actus omnium virtutum quoad ſpecificationem, & quoad modum ſub naturalis legis præcepto continentur. Non tamen omnes quoad exercitium præcipiuntur. n. 3. p. 256
4. Actus virtutum quatenus verſantur circa certum medium in materia determinata, & materialiter acceptum non omnes cadũt ſub lege naturali abſolute ſumpta, neque immediate & proxime. n. 4. p. 256
5. In omni virtute acquiſita datur naturale præceptum obligans aliquando ad illius exercitium ſaltem ſub veniali culpa. n. 5 pagi 257
6. Argumenta ſupra poſita contra D. Thom. doctrinam hoc modo declaratam nihil conficere oſtenditur. Quomodo virginitas conformis ſit inclinationi naturæ rationali. n. 6. p. 257
7. Medium virtutis diuerſum eſt materialiter, ac formaliter conſideratum. n. 7. p 257
8. Materia virtutis, vt ſubiicitur iuri poſitiuo diuino declaratur. Machiauelli error conuincitur circa ſtatus conſeruandi rationem nullis honeſtatis legibus aſtrictam. Honeſtatis & religionis cultus maxime iuuat ad conſeruationem ſtatus. n. 8. pag. 257
9. Quidam exiſtimant humani iuris materiam ad ſolam iuſtitiꝗ materiam extendi. nu. 9. pag. 258
10. Vera ſententia eſt ius humanum aliquos omnium moralium virtutum actus præcipere; non tamen omnes vniuſcuiuſque virtutis. n. 10. p. 258
11. Praxi, textibus & ratione confirmatur prima pars. n. 11. p 258
12. Limitatio traditæ doctrinæ & exceptio in actibus aliquarum virtutum confutatur, cum concluſio de omnibus procedat. n. 12. p. 258

13. Alte-

13. Altera pars aſſertionis probatur ex impoſſibilitate & repugnantia actuum, qui ſimul exerceri non poſſunt. n. 13. p. 259
14. In materia moralis virtutis non magis neceſſarium eſt ad commune bonum præcipere aliquem actum virtutis, quam prohibere oppoſitum vitium: prior enim eſt receſſus à vitio, quam ad virtutem acceſſus; in quo aliqui minus conſequenter loquuti ſunt. n. 4. p. 154

SECTIO IV.

1. Nullus à lege humana tantum obligari poteſt, vt paupertatem Euangelicam, aut virginitatem, aut obedientiam in aliqua religioſorum familia profiteatur: aut ſacramentalem confeſſionem ſuorum peccatorum publicam faciat. n. 1. p. 260
2. Tales tamen eſſe poſſunt circunſtantiæ, vt iure naturali ad id homo obligetur, & tunc poterit poſitiuum præceptum ſuperaddi. n. 2. p. 260
3. Soluitur difficultas contra datam doctrinam, ſumpta ex pœnis, quæ ob aliqua delicta criminoſis imponuntur. n. 3. p. 260
4. Probatur neminem ad ſacramentalem confeſſionem publice faciendam obligari. n. 4. p. 260.
5. Falſa quorundam regula de actibus virtutis, qui à lege humana imperari poſſunt, oſtenditur, cum aliquid humana lex iubere queat, quod neque naturali, neque diuino iure præcipiatur. n. 5. p. 261
6. Alia item regula excluditur, quæ ex vna parte plures ex altera pauciores virtutis actus complectitur; quam à lege humana præcipi poſſint. n. p. 6. 261
7. Nulla alia vniuerſalis regula ſine exceptione vera vniuerſaliter tradi poteſt, niſi illa, quæ ex fine humanæ legis ſuis conditionibus veſtito colligitur. Idemque de prohibitione vitiorum cum propoſitione aſſerendum. n. 7. p. 261
8. Proponitur obiectio de actibus indifferentibus. Et notatur dupliciter hos actus conſiderari poſſe ad materiam legis humanæ. n. 8. p. 261
9. Declaratur qua ratione actus indifferens materia voti, & legis humanæ eſſe poſſit. n. 9. p. 261
10. Actus de ſe malus præcipi non poteſt; actus tamen de ſe bonus poterit prohiberi. n. 10. p. 262.

SECTIO V.

1. Status quæſtionis exponitur. n. 1. p. 261.
2. Referuntur fideliter authores, qui dixerunt, actus internos directe, & per ſe ab Eccleſia præcipi poſſe. n. 2. p. 263
3. Sententia tamen quæ hoc negat, vera eſt, & communiſſima. n. 3. p. 263
4. Probatur 1. ex D. Thoma quia poteſtas humana leges ferre non poteſt de actibus, quos nec iudicat, nec ponit, quales ſunt interni. n. 4. p. 263
5. Idem 2. oſtenditur ex Ariſtotele; illud ſolum ſub præceptum cadit ad quod faciendum humana poteſtas cogere poteſt. Inutilis enim eſt vis directiua, niſi coactiua illi aſſiſtat: ad actum vero internum homo ab homine cogi nequeat. n. 5. p. 264
6. Referuntur plures textus, qui videntur oſtendere actus internos quando cum externis ſiunt, directe, & per ſe prohiberi, ſeu præcipi. n. 6. p. 264
7. Adduntur alii textus ex ciuili iure, & diuerſi caſus ad idem confirmandum, quod cadat ſub legem actus interior directe, & per ſe ſaltem coniunctus cum externo. n. 7. p. 264

SECTIO VI.

1. Actus internus qui eſt cauſa per ſe externi, illumque veluti informat, concomitanter cadit ſub præcepto cum externo; imo etiam ſola voluntas efficax oppoſita præcepto, ſeu legi, non ratione ſui, ſed ratione obiecti oppoſiti præcepto Affectus tamen ſimplex, & inefficax ſolum contra ius naturale procedere poterit. n. 1. p. 265
2. Actus internus, qui eſt cauſa per accidens externi, vel nullomodo neceſſarius eſt in genere Phyſico, ſeu in genere moris ad externum, vel neceſſarius eſt ad eſſentiam, & valorem actus in genere moris; & de actu interno bis duobus modis quæſtio procedit. n. 2. p. 265
3. Aliqui ſine vlla diſtinctione affirmant actum internum, qui eſt cauſa per accidens externi ſub legem cadere, prohiberi, & puniri poſſe. n. 3. p. 265
4. Sententia Suarii, & aliorum proponitur tribus propoſitionibus. Prima quando actus internus eſt cauſa per accidens, neceſſarius tamen ad eſſe morale, aut valorem actus externi, ſub lege humana cadit directe, ſed concomitanter cum externo. n. 4. p. 266
5. Ex quo ſequitur poſſe grauiter peccari contra legem Eccleſiaſticam, & cenſuram incurri, propter defectum in actu interno. Quamuis in externo hic defectus nullo modo appareat. n. 5. p. 266
6. 2. Propoſ. poteſt prohiberi actus exterior cum dependentia ab interiori, & accidentaria intentione, quando alioqui exterior malus cenſetur, & pœna dignus. n. 6. p. 266
7. 3. Propoſ. quando interior actus neque ad phyſicum; neque ad morale eſſe externi actus neceſſarius fuerit; ſed omnino per accidens coniungitur cum externo bono, non cadit ſub lege humana. Probatur experientia de facto, & vſu Eccleſiæ, & ratione de poſſibili. n. 7. p. 266
8. Salas, qui duas priores propoſitiones recipit, tertiam non admittit, & oppoſitum probat. n. 8. p. 267
9. Tertia ſententia aſſerit non poſſe actum internum per accidens coniunctum cum externo præcipi, prohiberi, vel puniri, niſi in externo aliqua ratione manifeſtetur. Hæc eſt vera & multorum; tribusque concluſionibus exponitur. n. 9. p. 267

10. Nullus actus Interior, etiam quouis modo coniunctus vim exteriori atque primo & per ſe directe ſubditur poteſtati humanæ legiſlatiuæ Et probatur. n. 10. p. 167.

11. Actus interior per accidens coniunctus cum externo aliquando ſecundario, & indirectè prohiberi poteſt, quatenus eſt efficax cauſa actus prohibiti, numquam tamen punietur, niſi in externo manifeſtetur. Explicatur Clem. 1. de ſtat. Monach. §. Quia vero. n. 11. p. 268

12. Actus externus ſiue bonus, ſiue malus, ſiue indifferens non cadit ſub lege propter ſolam accidentariam coniunctionem cum actu interiori, qui nullo modo exterius manifeſtetur. Arguitur pro hac ſententia & contra ſecundam. num. 12. p. 268

13. Oſtenditur quomodo actus bonus de ſe vt coniunctus eum interiori intentione aliquando præcipiatur, ſeu prohibeatur contra ſecundam opinionem n. 13. p. 268

14. Quid reſpondeant Authores 2. opinionis & quomodo vrgeatur eorum reſponſio; & confirmetur tradita doctrina in 3. ſententia. n. 14. p. 269

SECTIO VII.

1. Exponitur Clem. 1. in cap. 1. de hæreticis cuius cenſuram Inquiſitores non incurrunt, niſi odii, amoris, vel lucri intentionem in aliquo externo ſigno manifeſtent. Si vero hæc manifeſtetur tantumdem eſt in procedendo, quantum in omittendo ad incurrendam cenſuram. num. 1. p. 269

2. Diuerſimode ſe habere poſſunt homines circa hæreſim, in hoc certum eſt non incurri excommunicationem ob hæreſim ſine ſigno externo, per quod determinate ſignificetur, neque ſufficit ſignum indifferens. n. 2. p. 269

3. Exponitur cap. ſi quis eorum diſt. 30. iuxta traditam doctrinam Item cap. vnicum de Schiſmat. & Concil. Toletan. 1. diſtinctio inter illa duo verba *dixerit & crediderit* oſtendit non ſolum verbis, ſed aliis ſignis hæreſim manifeſtari. num. 3. p. 270

4. Explicatur l. quiſquis Cod. ad l. Iuliam. Item l. 1. ff. de extraordin. crimin. n. 4. p. 270

5. Exponitur cap. dolentes de celebrat. Miſſarum, vt non intelligatur de præcepto Eccleſiaſtico præcipi interiorem attentionem, ſed remotionem externorum impedimentorum. Addit Vaſquez præceptum attentionis eſſe de iure diuino naturali. n. 5. p. 270

6. Qui ſine attentione recitat iuxta Vaſquium, contra ius diuinum ex ſola diſtractione non omiſſionis, ſed commiſſionis peccatum committit. Niſi dicatur etiam Iuris diuini præceptum affirmatiuum dari obligans Sacerdotem pro populo orare, & quod orandi genus determinauit Eccleſia: tunc enim peccatum erit etiam omiſſionis. n. 6. p. 271

7. Vnde in recitandis horis, in audiendo ſacro in die feſto, & ſimilibus duo interueniunt præcepta, poſitiuum, & negatiuum Vaſq. exiſtimat. n. 7. p. 271

8 Ex eodem principio diuini iuris prouenit quod non faciat fructus ſuos qui ſine attentione libere diſtrahitur, & teneatur ad reſtitutionem ex ſententia eiuſdem authoris. n. 8. p. 271

9. Aliæ duæ ſolutiones eiuſdem difficultatis ab authore traduntur quæ expeditiores viſæ ſunt. n. 9. p. 271.

10. Poteſtas Eccleſiaſtica in tota ſua latitudine duplex eſt, vna ad internum forum, altera ad externum ſpectat. Prima circa actus internos verſatur, non ſecunda, cuius ratio aſſignatur. n. 10. p. 272

11. In confeſſione annua quomodo præceptum partim diuinum, partim humanum Eccleſiaſticum interueniat, exponitur: propter illius tranſgreſſionem, quatenus diuinum eſt, non incurritur cenſura. n. 11. p. 272

12. Actus diſpenſandi, & commutandi vota eſt iuriſdictionis voluntariæ, & pertinet ad poteſtatem interni fori, non ad poteſtatem gubernatiuam fori externi, exercetur que ab homine Dei nomine, & illius perſonam ſuſtinente: alia ratio eſt de irritatione votorum, ad quam ſatis eſt poteſtas dominatiua. Quomodo fiat dupliciter: ex parte materiæ, vel ex ſubiectione voluntatis vouentis. n. 12. p. 272

13. Probabilior eſt ſententia, quæ concedit poſſe confeſſarium iniungere pœnitenti actus internos in peccatorum ſatisfactionem: per poteſtatem illam fori interni, in quo homo Dei perſonam ſuſtinet, & eius nomine iudicat. Quid ſentiendum ſit de conſtitutionibus Religioſorum, quæ de actibus internis procedunt. n. 13. p. 273

14. Exponitur cum multis doctoribus cap. commiſſa §. cæterum de Elect. in 6. Eccleſia poteſt velle dare ius ad percipiendos beneficii fructus cum eo onere, & conditione vt recipiens beneficium animum habeat intra annum ſacros ordines recipiendi, ſin minus fructus reſtituat. num. 14. p. 273

SECTIO VIII.

1. Confutatur error aſſerentium nullum actum eſſe honeſtum, niſi ex charitate Dei procedat. n. 1. p. 274

2. Modus charitatis cadit ſolum ſub præcepto eiuſdem virtutis, non aliarum. Præceptum charitatis erga Deum non impletur ab homine exiſtente in mortali ſine dilectione Dei. n. 2. p. 274

3. Exponuntur aliqua D. Pauli loca iuxta traditam doctrinam, ſiue præceptum, ſiue concilium contineant. Finis præcepti non cadit ſub præceptum. n. 3. p. 274

4. Exponuntur teſtimonia Auguſtin. quæ traditæ doctrinæ opponi videbantur. Et dupliciter explicantur. n. 4. p. 275

5. Ille modus virtutis à naturali lege præcipi-

tur qui omnino neceſſarius eſt, vt actus præceptus ſimpliciter honeſtus ſit, & omnino bonus moraliter. Quid ex Ariſtotele requiratur vt aliquis honeſte ex virtute operetur. n. 5. p. 275

6. Inprimis requiritur ſcientia, ſeu cognitio præceptorum. Vnuſquiſque enim tenetur ſcire ſuam obligationem, vt illi ſatisfaciat. Poteſt tamen impleri præceptum ſine formali intentione illud adimplendi; cum interpretatiua, & virtuali. num. 6. p. 276

7. Deinde requiritur, vt opus præceptum fiat ex electione, & propter ſuam honeſtatem. Vt opus ex electione fiat, obligat præceptum humanum ſaltem indirecte, ratione externi operis præcepti, & vt fiat propter ipſam honeſtatem lege naturali tenetur operans. n. 7. p. 276

8. Lex humana etiam actu malo poteſt adimpleri, non ita tamen lex naturalis. n. 8. p. 276

9. Quia hæc ſemper dictat, vt opus modo debito fiat, id eſt, vt nulla ex circunſtantia vitietur. Vnde qui reſtituit ne grauiter puniatur, non vero vt ſatisfaciat debito, peccat contra iuſtitiam commutatiuam. Licet ex quouis fine ſatisfaciat & auferat materiam obligationis iterum reſtituendi. n. 9. p. 276

10. Non ſemper oportet intendere finem, ad quem tendit opus iure naturali præceptum. n. 10. p. 277

11. Lex humana per opus præceptum ſecundum illius ſubſtantiam ſufficienter obſeruatur, quamuis ex aliqua circumſtantia moraliter vitietur. n. 11. p. 277

12. Reſpondetur aliquibus regulis iuris, quę precedenti doctrinæ obſtare videntur. n. 12. p. 277

13. Proponitur obiectio, & reiicitur ſolutio aliquorum recentiorum, vt minus cohærens. Auditus ſacri cum attentione debita, licet ſine intentione ſatisfaciendi præcepto Eccleſiæ, ſufficit ad implendum præceptum. Variis rationibus confirmatur. n. 13. p. 278

SECTIO IX.

1. Certum eſt aliquod eſſe diſcrimen inter materiam iuris ciuilis, & Eccleſiaſtici. n. 1. p. 279

2. Materia iuris ciuilis & temporalis, materia vero iuris canonici ſpiritualis, quæ actus ſupernaturales in entitate, vel ad ſupernaturalem finem ordinatos complectitur. n. 2. p. 279

3. Item vitia actibus, rebus, & perſonis ad ſupernaturalem finem ordinatis contraria, ad eandem ſpiritualem materiam ſpectant. n. 3. p. 279.

4. Ciuilis poteſtatis materia temporalis ad ſpiritualem gradum non aſcendit, ſed in actibus moralibus viſitur: prout ad humanæ ſocietatis politicam, iuſtitiam, rectamque gubernationem pertinent, extra res & negotia ſacra. n. 4. p. 280

5. Materia iuris canonici dignior eſt materia iuris ciuilis, item amplior. n. 5. p. 280

6. Circa has diuerſas materias, vel circa eandem ſub diuerſa ratione conſideratam diuerſimode ius canonicum ac ciuile ſæpe diſponit. Et ponitur exemplum de alimentis dandis filio ex inceſtis nuptiis nato. Quæ alimenta ius ciuile negat, & canonicum in vtroque foro obſeruandum concedit. n. 6. p. 280

7. Leges ciuiles in materia Eccleſiaſtica proceſſerunt vocatæ in auxilium canonicum ſeculari poteſtate, & modo ab Eccleſiaſtica permiſſo; & hoc modo canonizantur leges ciuiles. n. 7. p. 281

8. Vnde proueniunt caſus myxti fori ad vtramque materiam & poteſtatem ſpectantes. n. 8. p. 281

QVÆSTIO II.

SECTIO I.

1. Lex diuina poſitiua ſuapte natura eſt mutabilis, cuius redditur ratio. Lex æterna loquendo propriè ſolum enim actibus creaturarum intellectualium, vt morales ſunt actiones, comparatur, illarumque regula cenſetur. n. 1. p. 281

2. Lex æterna in Deo omnes dirigit actiones morales creaturarum poſſibilium, quatenus dictat, quæ rectæ ſunt, & quæ turpes, ſi fierent: non tamen habet ſtatum propriæ legis reſpectu poſſibilium, quæ nunquam erunt. Neque ipſius Dei propriè lex eſt, ſed ſcientia. n. 2. p. 282

3. Reſpectu omnium actionum moralium creaturarum intellectualium, quas Deus in mundo creare ſtatuit, lex æterna perfectum habet legis ſtatum. n. 3. p. 282

4. Diſcurritur per omnes actus morales, vt præcedens doctrina confirmetur. n. 4. p. 282

5. Lex æterna eſt immutabilis in ſe formaliter partim abſolute, & ſimpliciter, partim ex ſuppoſitione liberi decreti diuini. n. 5. p. 283

6. Proxima & adæquata radix immutabilitatis diuinæ eſt neceſſitas eſſendi abſoluta; quam lex æterna aliqua ex parte non habet; quatenus à libero decreto Dei pendet. n. 6. p. 283

7. Non eſt in inconueniens quod æternitas in Deo ſecundum diuerſas conſiderationes ex immutabilitate deducatur in perfectionibus neceſſariis, & immutabilitas ex æternitate colligatur in actibus liberis. n. 7. p. 283.

SECTIO II.

1. Lex naturalis ita immutabilis eſt ab intrinſeco, vt neque diminutionem, neque additionem admittat ab intrinſeco prouenientem. Euidentibus rationibus oſtenditur. n. 1. p. 284

2. Ab humana poteſtate additio fieri poteſt ad legem naturalem, illa tamen propria

mutatio non eſt. Aliqui exiſtimant ius naturale à poreſtate humana limitari, reſtringi, & mutari poſſe. n.2.p.285.
3. Proponuntur caſus ad probationem dictæ ſententiæ in diuiſione rerum, ir ſeruitute, in occaſione, in vſucapione, & præſcriptione. n.3.p.285.
4. Aliis argumentis idem confirmatur. n.4. p.285
5. Nihilominus vera eſt omnino ſententia, qua aſſetit naturali iuri nullatenus derogari, vel coarctando, vel per diſpenſationem relaxando; pro qua plures, & digniores citantur. n.5.p.286
6. Probatur prædicta ſententia variis rationibus. n.6.p.286

SECTIO III.

1. Duplex eſt ius naturale, alterum præceptiuum, & formaliter iubens, ac prohibens; alterum permiſſiuum, & fundamentaliter aliquid præſcribens. n.1.p.287
2. Præcepta naturalia alia verſantur circa obligationes inductas per liberum voluntatis conſenſum, alia ſunt independentia ab hominum voluntate: in prioribus ex parte materiæ maior quædam mutabilitas apparet, quam in poſterioribus. Et ideo ratione illius quomodo diſpenſatio fiat, ſine legis naturalis mutatione oſtenditur. n.2.p.287
3. D. Auguſtini exemplo res optime declaratur. n.3.p.287
4. Reſpondetur quatuor caſibus primi argumenti in oppoſitum, & primo de rerum diuiſione duplex datur ſolutio, vna Scoti, altera Diu. Thom. quæ communior & aptior eſt. n.4.p.288
5. Secundus caſus de ſeruitute eodem modo ſoluitur, & optimo exemplo declaratur. n.5.p.288
6. Libertas non eſt de iure præceptiuo; eſt tamen ius quoddam dominatiuum à natura cuique homini conceſſum, quo ipſe ſine cauſa priuari non poteſt, at non ideo contra ius naturæ eſt libertatem in aliquo caſu amittere vel alteri cum cauſa iuſta auferre. n.6.p.288
7. Non eſt præceptum naturale non occidendi in quouis caſu; imo negare reipubl. ſeu Principi hanc poteſtatem male factores capite damnandi error eſt in fide contra ſacram ſcripturam. n.7.p.289
8 Exponuntur aliquot leges, & caſus in quibus licet priuatis perſonis malefactores occidere. n.8.p.289
9. Adultera vxor, vel adulter non occiditur à marito licite in foro interno ante latam ſententiam, quamuis in externo impune faciat occiſor: in vtroque poſt latam ſententiam traditos à iudice adulteros maritus licite ex zelo iuſtitiæ poterit interficere. n.9.p.289.
10. Leges humanæ iuſtis de cauſis mutare poſſunt dominiorum iura: vnde ex mutatione materiæ, & ceſſante naturali iure non ratione ſui, ſed quia mutantur circunſtantiæ licita redditur præſcriptio & vſucapio. n.10.p.290
11. Declarantur alia exempla, quæ diſpenſationem in iure naturali oſtendere videbantur. Primum de reſidentia Epiſcopi dupliciter exponitur verbum diſpenſandi reſpectu illius. n.11.p.190
12. In impedimento matrimonii, quod iure naturali dirimit Pontifex diſpenſare non poteſt. Si ſolo iure pontificio dirimit, tunc poterit. Quo pacto vero in matrimonio tario diſpenſet, declaratur. n.12.p.290
13. Diſpenſatio in voto, vel iuramento, non ex relaxatione naturalis iuris ad implendum votum obligantis, ſed ſublata debiti materia ex humano conſenſo dependẽte. n.13.p.290
14 Redditur ratio cur ſummo Pontifici conceſſa eſt iuris naturalis interpretandi facultas, non autem in eo diſpenſandi. n.14. p.291

SECTIO IV.

1. Quid ſit diſpenſatio proprie ſumpta, aliquando minus proprie ſumitur pro iuris declaratione. Prima opinio aſſerit omne præceptum naturale pendere ex voluntate Dei vnde potuiſſe Deum præcipere contraria pręceptis Decalogi. n.1.p.291
2. Prædicta opinio facta eſt abſurda & à Pariſienſibus damnata. Impugnatur multis, & efficacibus argumentis. n.2.p.292
3. 2. opinio diſtinguit, & de duobus præceptis primæ tabulæ ait eſſe indiſpenſabilia. De 3. quantum ad obſeruationem Sabbati, & aliis ſeptem dicit eſſe diſpenſabilia. n.3. p.292
4 Impugnatur prædicta ſententia. nu.4. p.292
5. Exponitur teſtimonium D. Bernardi, & opinio Bonauent. n.5.p.293
6. Reſpondetur argumentis pro 2. ſententia Scot. n.6.p.293
7. 3. Sententia. quæ in aliquibus præceptis naturalibus etiam 2. tabulæ diſpenſationem non admittit, non tamen ab omnibus excludit illam, reiicitur ſimiliter. n.7.p.193
8. 4. Opinio præcepta naturalia cum poſitiuis confundit & naturalia partim diſpenſabilia, partim indiſpenſabilia ſine fundamento facit. n.8.p.293
9. 5. Sententia indefinite docet diſpenſari poſſe à Deo in præceptis iuris naturalis, tribuitur D. Thom. ab aliquibus, ſed immerito. n.9.p.294
10. Vera ſententia negans Deum diſpenſare in naturali iure, authoritate, & ratione probatur. n.10.p.294
11. Explicantur exempla in quibus oſtendebatur Deum in præceptis non occidendi, & non furandi diſpenſaſſe. Item illud Oſeæ de acceſſu ad meretricem ex iuſſu Dei. n.11.p.295.
12. Non ſolum Deus, ſed etiam homo mutando materiam præcepti naturalis, obligationem tollit præcepto ſublato. Hæc tamen mutandæ materiæ poteſtas multo minus ampla eſt in homine, quàm in Deo. n.12.p.195

13. Hine optima redditur ratio, eur Pontiſex in polygamia diſpenſare non poſſit. n. 13. p. 296.

14. Quotieſcumque materia præcepti naturalis fuerit talis, vt ex Dei dominio honeſtas, ſeu turpitudo illius intrinſeca non pendeat, actus eirca illam materiam prohibitus nunquam licebit, ob immutabilitatem materiæ. n. 14. p. 196

15. Ponuntur exempla præceptorum cirea materiam immutabilem & actuum qui ex dominio Dei in illorum materia de ſe mala nulla ratione cohoneſtantur. n. 15. p. 196

16. Deus ſui cultus materiam mutare, & determinare poteſt ex arbitrio: illam omnino tollere, & ſuo iure cedere ne Religioſe honoretur à ereatura rationali ſine prodigalitatis vitio, & ſuæ excellentiæ derogatione facere non poteſt. n. 15. p. 295

QVÆSTIO III.

1. De qua extenſione, ſeu reſtrictione in præſenti quæſtione egendum exponitur. Et ad alia loca in quibus de aliis extenſionibus agitur, lector remittitur. n. 1. p. 297

SECTIO I.

1. Proponitur ſententia negans prorogari, vel reſtringi poſſe tempus à iure ſtatutum de conſenſu partium, vel arbitrio iudicis. Niſi in caſibus à iure expreſſis, vel quando terminus ſtatutus à lege eſt, in defectum iudicis nullum terminum ſtatuentis. Quam ſententiam partim admittit, partim excludit Anguianus. n. 1. p. 297

2. Probatur hæc ſententia negatiua variis textibus, & rationibus. n. 2. p. 298

3. Vera ſententia docet præſcriptum à iure tempus ad aliquid faciendum ex iuſta cauſa poſſe mutari à iudice, niſi à lege ſpeciatim ipſi fuerit interdictum. Vnde Epiſcopus prorogare poteſt ſemeſtre ſpatium patronis ad præſentandum. num. 3. p. 298.

4. Probatur hæc opinio variis textibus, & duplici ratione. n. 4. p. 298

5. Ob cauſam iuſtam à diſpoſitione legis nonnunquam diſcedere licet, ſed vtilitati pro ſe introductæ quilibet renunciare poteſt. n. 5. p. 299.

6. Aſſignantur aliqui caſus, & textus in quibus ſpeciatim interdicitur iudici temporis ſtatuti à iure mutatio: Prorogando, vel coarctando; & exponuntur textus pro contraria opinione adducti n. 6. p. 299

7. limitant aliqui primo prædictam doctrinam, ſed earum limitatio reiicitur. n. 7. p. 300

8. Numerantur caſus in quibus iudex tempus à iure præfixum coarctare, & prorogare poteſt. n. 8. p. 300

9. Reſpondent aduerſarii ad prædictos caſus & contra eorum reſponſionem inſtatur. n. 9. p. 300.

10. Iudex proroget, ſeu arctet tempus in iis quæ ad ſuam iuriſdictionem ſpectant. n. 10. p. 301

11. In prorogatione, vel reſtrictione temporis cauſa vulgaris aut leuis non ſit; ſed magnæ conſiderationis, & præiudicii: hæc temporis mutatio tam in ciuilibus, quam in criminalibus à iudice fieri poteſt, niſi pœna lapſo legis termino imponatur incurrenda. n. 11. p. 301

12. Non ita tamen reſtringi poteſt dilatio legalis, vt in totum auferatur à iudice. Cauſa vero, ob quam dilationem iudex moderatur, eſt neceſſario exprimenda. n. 12. p. 301

13. Reſpondetur ad oppoſita argumenta, & textus in contrarium adducti explicantur. n. 13. p. 301

14. In iis, quæ committuntur iudicis arbitrio conceditur appellatio à iudice male arbitrante. n. 14. p. 302

SECTIO II.

1. Duplex eſt inſtantia altera cauſæ, altera appellationis. Quæ ſit inſtantia cauſæ oſtenditur de iure communi, & de ſtatuto particulari, ſiue de compromiſſo. Quando incipit inſtantia in cauſis ordinariie exequutiuis, & in ſummariis. Quæ ſit inſtantia appellationis, quando incipiat, & finiatur. Inſtantia cauſæ principalis ſolo conſenſu partium non prorogatur, inſtantia vero appellationis maximè. n. 1. p. 302

2. Inſtantia cauſæ de iure Cæſareo in ciuilibus triennio in criminalibus bienoio finitur. Quæ iuris communis diſpoſitio contrario vſu in diuerſis regnis obſoleuit, ſicut in conſiſtorio principis, & Camera Imperiali non ſeruatur. n. 2. p. 303

3. Non caret probabilitate ſententia, quæ docet ius Canonicum in præſcribendo termino inſtantiæ cauſæ à iure ciuili non recedere. n. 3. p. 303

4. Oppoſita tamen opinio communis eſt, & tenenda, nempe inſtantiam cauſę in ciuilibus perpetuam eſſe iure canonico. num. 4. p. 303

5. Probatur. Et reſponſiones aduerſariorum impugnantur. n. 5. p. 304

6. Cauillationes, & dolus partis aduerſæ facit, ne currat tempus inſtantiæ, iuxta probabiliorem opinionem. n. 6. p. 304

7. Probatur vlterius ratione eadem ſententia. Item ius ciuile non admittit tot appellationes ab interlocutoriis quot canonicum, mitiuſque proceditur in iure canonico, quam in ciuili. n. 7. p. 304

8. Illa determinatio inſtantiarum in ciuili iure non ad ſopiendas, ſed ad prorogandas lites potius ſeruiebat, quia inſtantiæ iterationem admittebat. Vſus Eccleſiaſtici fori ad ſæcularem traductus inſtantiæ terminum ſuſtulit. n. 8 p. 305

9. Aſſignatur textus in quo ius canonicum caſtigans ciuile inſtantiæ terminum abſoluit. n. 9. p. 305

10. Reſpondetur ad oppoſitum argumentum. Non oportet, vt quoties lex canonica

ciuilem corrigit, illius faciat mentionem. Nam reſcriptum in iure ciuili non valet, niſi appoſita illa particula *ſi preces veritate nitantur*. Non ita tamen in canonico vbi ſine illa clauſula valet, & textus, qui hoc diſponit, legis ciuilis oppoſitæ non meminit. n. 10. p 305.

11. Inſtantiæ terminum biennio contentum in criminalibus non ſuſtulit, imo retinuit ius canonicum ; quia iterari non poterant inſtantiæ contra reum, neque accuſator exaudiri hic biennii terminus in vtroque foro Eccleſiaſtico, & ciuili oppoſita conſuetudine ſublatus eſt; & ratio huius conſuetudinis attingitur. n. 11. p. 305.

12. Soluitur obiectio ex Trident. deſumpta & mens Concilii exponitur. Et quid de inſtantiæ biennin decreuerit Concilium; Vt per partem ſtetiſſe dicamus duæ requiſitiones probatæ ſufficiunt. Vna ſatis eſt erga iudicem. Quæ tamen requiſitio præterita, reſpectu ſucceſſoris non valet, ſed nouam fieri oportet. n. 12. p. 306

13. Aliqui credunt moram litem dici à Tridentino ante litis conteſtationem. Alii oppoſitum docent. n. 13 p 306

14. Vera ſententia proponitur quid ſufficiat. vt dicatur lis mota ſeu pendeos reſpectu actoris, & rei. Et probatur de actore. n. 14 p. 307

15. Probatur de reo, reſpectu cuius inſcii, & imprudentis moralis iniuſte diceretur. n. 15: p. 407.

16. Concilium Trident. declaratur iuxta præcedentem doctrinam de inceptione litis moræ erga actorem, & reum. Non eſt tamen negandum non dici moram litem cum effectu, reſpectu eorum effectuum, qui litis conteſtationem prærequirunt, niſi à die conteſtationis eiuſdem litis. n. 16. p. 307

SECTIO III.

1. Conſtitutio exorbitans à communi iure venit reſtringenda, neque ex ſimilitudine rationis ampliatur in caſibus non expreſſis. Tres tamen caſus excipiantur. Oſtenditur diſcrimen inter legem limitatoriam, exorbitantem, & correctoriam. n. 1 p. 308.

2. Ex tribus, qui ampliationem ex ſimilitudine rationis in lege exorbitante admittunt, primus eſt, ſi ſit de materia pia & in ſe fauorabili. n. 2. p. 308.

3. 2. Caſus eſt, quando lex exorbitans caſum continet, quem ius antiquum alteri generaliter æquiparat, ad illum etiam æquiparatum extenditur. n. 3. p. 309

4. 3. caſus eſt, quando ſub verbis legis exorbitantis etiam late ſumptis aliqui caſus comprehenduntur. Qui tamen caſus tribus modis limitatur, ſeu declaratur; quando valeat in illo exorbitantis legis extentio. n. 4. p. 309

5. Conſtitutio correctoria, neque ex ſimilitudine, neque ex paritate rationis aliquam admittit extenſionem. n. 5. p. 309

6. Lex limitatoria ex ſua natura recipit extenſionem ex ſimilitudine rationis etiam excluſo fauore. n. 6. p. 310

7. Quando in conſtitutione limitatoria ponitur particula tantum in ea non fit extenſio ex ſimilitudine rationis, niſi cauſa pia ſit, aut fauorabilis. Quod intelligendum eſt, quod extenſio nequeat fieri ab homine; bene tamen à iure. n. 7. p. 310

8. Conſtitutio non extenditur ad materiam abſurdam, iniquam, vel quæ in 3. perſonæ præiudicium vergit. n. 8. p. 310

9. Conſtitutio in materia pœnali & odioſa reſtrictionem in fauorabili extenſionem admittit, exceptis aliquibus caſibus infra ponendis: duo hic notantur. Primus, quando extenſio legis correctoriæ, quæ eſt odioſa reducitur ad ius commune: ſecundus, ſi lex pœnalis niſi extendatur, redditur eluſoria. n. 9. p. 311

SECTIO IV.

1. Ex vno capite omnis lex videtur odioſa, ex alio omnis videbitur fauorabilis. n. 1. p. 311

2. Referuntur diuerſæ ſententiæ, vnde lex odioſa, & fauorabilis æſtimetur. n. 2. p. 311

3. Lex dicitur fauorabilis, ſeu odioſa, ex fine intrinſeco principali ipſius. Probatur ex variis textibus. n. 3. p. 312

4. Ratione Theologica idem ſuadetur. n. 4. p. 312.

5. Limitant aliqui præcedentem doctrinam. Hæc tamen limitatio efficaciter impugnatur. Et vt minus neceſſaria excluditur. n. 5. p. 312

6. Quando fauor, & odium ſunt ad praxim in lege ſeparabilia, quia conſtitutio eſt partim fauorabilis, partim odioſa: quatenus fauorabilis extenſionem, quatenus odioſa, reſtrictionem recipiet. n. 6. p. 313

7. Ponitur exemplum in l. 2. venia C. de in ius vocando. Quæ obiter declaratur ſub duplici reſpectu ad libertum, ac patronum ſtatuta repellentia fœminas in maſculorum fauorem ab hæreditate, & ſi partim odioſa, partim fauorabilia ſint, ſimpliciter odioſa æſtimatur. n. 7. p. 313

8. Duo traduntur documenta, quæ præcedentem doctrinam declarant; ac confirmant. n. 8. p. 313

9. Quando conſiderata Conſtitutionis materia dubium eſt an in fauorem potius, quam in odium vergat, pro fauorabili potius habenda, & ideo amplianda. n. 9. p. 314

SECTIO V.

1. Connexa plura ſunt: non tamen duobus pauciora eſſe poſſunt, vnde quod eſt idem cum alio, minus proprie dicitur connexum, & vbi caſus, & ratio eſt eadem extenſio non fit, ſed incluſio. n. 1. p. 315

2. Definiuntur connexa eſſe plura quorum vnum ſine altero ſtare nequit. Quia vnum ab alio pendet, vel antecedenter, vel conſequenter. n. 1. p. 31

3. Non ſatis eſt quod aliqua duo eodem tem-

Digitized by Google

pore pariter fiant, vt annexa cenſeantur. Separata capitula ſunt, quorum vnum ad alterius determinationem non venit. n. 3. pag. 315

4. Ex hac doctrina quatuor iuris regulæ exponuntur, in quibus connexorum conditiones reperiuntur; à quo remouentur finis, remouentur ea, quæ ſunt ad finem. Ideo perdito fontis hauſtu via ad illum deperditur, & ſic declaratur illa regula aliquo prohibito omne id prohibetur, per quod peruenitur ad illud, quæ procedit de connexo antecedenti. n. 4. p. 315

5. Exponitur altera regula de connexo conſequenti: cum aliquid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo & ponuntur aliqua exempla. n 5. p. 316

6. Exponitur 3. regula: acceſſorium ſequitur naturam principalis, & quot modis id contingat, exemplis declaratur, quando cauſa principalis cognoſcebatur ſummarie ſi qua incidenter interuenit. ſummarie etiam eſt cognoſcenda, etiamſi ſuapte natura plenarie cognoſci poſtulater. n. 6. p. 316

7. 4. Regula tandem eſt: cum quid vna via prohibetur alicui ad id alia non debet admitti, quæ exemplis exponitur: præſertim quoad illum duplicem reſpectum prohibitionis ad rem, vel ad viam, ſeu modum: priori modo fit extenſio ab vna via ad alteram, non poſteriori n. 7. pag. 317

8. Ex hac regula non bene intellecta immerito doctrinam Patris Thomæ Sanchez impugnat Anguianus: & oſtenditur quomodo Vicarius, qui errauit iudicando legitimam cauſam diſpenſationis, prout delegatus, poſtea prout Vicarius poteſt rurſus cauſam tractare & facta diligenti inquiſitione errorem demonſtrare. n 8. p. 317

9 Contra quam doctrinam varias rationes profert Anguianus. n. 9. p. 318

10. Et fundamentum Sanchez ab eodem authore oppugnatur. n. 10. p. 318

11. Defenditur doctrina Patris Sanchez. n. 11. p. 318

12. Satisfit rationibus Anguiani. num. 12 pag. 318

SECTIO VI.

1. Opponitur doctrinæ ſupra traditæ quod poſſeſſio valida ſequitur ad donationem prohibitam, & nullam, Inter virum, & vxorem. n. 1. p. 319

2. Aliquorum reſponſiones reiiciuntur, vt minus ſufficientes. n. 2. p. 319

3. Facta pro infectis à iure poſſunt reputari. n. 3. p. 320

4. Vera ſolutio propoſitæ obiectionis. Ius fingere non ſolet quando fictio eſt nullius vtilitatis, neque in naturali æquitate fundatur. n. 4. p. 320.

5. Inter profana, & Eccleſiaſtica circa poſſeſſionem acquirendam, diſcrimen eſt. Nam in profanis ex contractu inutili acquiri poteſt poſſeſſio, in Eccleſiaſticis, titulus inficit poſſeſſionem. n. 5. p. 310

6. Obiter definitio poſſeſſionis declaratur, & defenditur contra aliquos, qui illam minus congruam eſſe arbitrantur. n. 6. p. 321

7. Poſſeſſio non eſt effectus per ſe & neceſſario coniunctus cum donatione & qui ex illa neceſſariò ſequatur: aliam enim cauſam magis immediatam & proximam habet ceſſio, nempe traditio rei facta à donante & apprehenſio accipientis Ex quo dupliciter reſpondetur difficultati initio poſitæ n. 7. p. 321

8. Opponitur 2. quia non modo de effectibus per ſe neceſſariis, ſed etiam de accidentariis intelligenda videtur regula illa, cum aliquid prohibetur. Et afferuntur diuerſi textus ad id probandum. n. 8. pag. 321

9. Aduertitur ad ſolutionem dupliciter effectum ſequi ex cauſa phyſica, vel morali; 1. directe & immediate 2. indirecte, & remote. n. 9. p. 321

10. Iura regulariter non ſolent imputare delicta tanquam annexa actui prohibito, à quo nec immediate, nec directe; ſed caſualiter & remote proueniunt & probatur. n. 10. p. 322

11. Qua pœna puniri debeat qui delictum commiſit, quod ex actu prohibito remote, & per accidens ſequitur. Videlicet non ordinaria, ſed arbitria per iudicem, ſeu in iure expreſſa. n. 11. p. 322

12. Hinc deducitur reſponſio ad 2. difficultatem; & oſtenditur quando dans operam rei illicitæ ex homicidio caſuali irregularitatem incurrat. n. 12. p. 322

13. Opponitur 3. contra regulam de connexo antecedenti. Et ponitur exemplum in matrimonio reſpectu ſponſalium. num. 13. pag. 322

14. Vrgetur ſolutio data à nonnullis, quos ſequitur Sanchez, exponiturque l. oratio & l. ſi quis tutor. n. 14. p. 323

15. Aliæ duæ ſolutiones veriſimiliores difficultatem expediunt. n. 15. p. 323

16. Illi regulæ, cum aliquid prohibetur, etiam cenſentur prohibita per quæ peruenitur ad illud, quid addendum ſit in materia ſponſalium & matrimonii, vt vera ſit. n. 16 pag. 323

SECTIO VII.

1. Status quæſtionis declaratur & decernitur, leges propter cauſam, ſeu rationem ampliationem, vel limitationem recipere. n. 1. p. 324

2. Quando legis ratio ipſius verbis non exequatur, reſtringenda eſt, vel amplianda ſecundum rationis terminos. Quod eſt intelligendum de ratione expreſſa & adæquata n. 2. p. 324

3. Propter rationem incertam à certa legis diſpoſitione non receditur. n. 3. p. 324

4. Non eſt idem in aliquo caſu legem ceſſare & rationem legis ad illum ſe non extendere. n. 3 p. 324

5. Conſtitutio in caſu vero diſponens locum habet in ficto, qui vero æquiparatur; & in

quo militat eadem tatio: probatut teatibus vatiis & ratione. Vbi adeſt fictio, non eſt veritas. & ius perfectionem non intendit hanc cum veritate confundere n. 5. pag. 32,1

6. Declaratur illud principium, vbi eſt eadem ratio, eadem eſt legis diſpoſitio. Quando plures caſus habent eandem rationem ſecundum diſpoſitionem legis, ab vno ad alterum proprie loquendo non fit extenſio; ſed vna eſt omnium comprehenſio ſub legis diſpoſitione. Quando tamen rationes ſunt ſpeciei diuerſæ, ſed inter ſe ſimiles tunc proprie cernitur extenſio ab vno caſu ad alterum. n. 6. p 325

7. Caſus comptehenſus in lege, vel omiſſus intelligitut in legis diſpnſitione, aut ratione materialis obiecti, aut propter ipſam rationẽ in conſtitutione expreſſam; ſeu efficaciſſimis argumentis cognitam. Quando duo caſus in vtroque conueniunt, non fit eatenſio ab vno ad alterum, idem fit quando in ratione eadem duo caſus conferuntur. Quando autem vel ratio eſt diuerſa, ſed ſimilis vel eadem comparatio fit cum dinerſa materia tunc eatenſio recte fieri dicitur. nu. 7. pag 316

8. Aliquando caſus neque in diſpoſitione materiali, neque ſub ratione eadem comprehenſus definitur per ſimilitudinem ad expreſſum & comptehenſum. n. 8. p. 326

9. Ponuntur exempla in quibus appatet cum identitate rationis non fieti extenſionem vnius caſus ad alterum ſimilem in obiecto materiali omiſſum. Item ſufficere ſimilitudinem rationis; vt ab vno caſu ad alterum omiſſum lea extendatut. num. 9. pag. 326

10. Niſi materiæ odium obſtet, non eſt dubium fieri extenſionem comprehenſiuam propter identitatem rationis ad caſus omiſſos non modo veros, ſed etiam fictos, qui à iure vetis æquiparantur. n. 10 p. 327

11. Ad hanc comprehenſiuam extenſionem ob identitatem rationis tequirunt aliqui, vt caſus comprehendantur ſaltem ſub improprio ſignificato verborum. n. 11. p. 327

12. Huic opinioni iuris Doctores & ratio contradicunt. n. 12. p. 327

13. Tribus præcipue rationibus oppoſita ſententia confirmatur. n. 13. p. 327

14. Aliqui putant ex paritate rationis non extendi legem ad caſus qui ipſius verbis non comprehenduntur. n. 14. p. 328

15. Conſtitutio, quæ nec pœnalis eſt, nec odioſa oſtenditur ex paritate tationis ad caſus, de quibus aliter in iure ſpeciatim non diſponitut. n. 15 p. 328

16. Confirmatur & declaratut eadem doctrina. n. 16. p. 328

17. Iudices tenentur ex ſimilitudine rationis caſum indeciſum per legem alterius caſus ſimilis definire. Idem dicendum de ſubditis, quod obligentur ad obſeruandam legem ex paritate rationis in caſibus alioqui non deciſis. n. 17. p. 329

18. Reſpondetur ad rationem pro oppoſita ſententia adductam: datur duplex comprehenſio; vna propria, quæ improprie dicitur extenſio; & altera impropria, quæ propriiſſima eatenſio cenſetut. Quando aliquid iudicari poteſt ſecundum magis, & minus potens attenditur magis potens. n. 18 pag. 329.

SECTIO VIII.

1. Quomodo cortelatiua à iuriſpetitis definiantur. n. 1. p. 329

2. Regulatiter loquendo conſtitutio diſponens de vno correlatiuo eatenditur ad alterum. n. 2. p. 330

3. Vt quod lex de vno relato diſponit ad aliud extendatur, neceſſe eſt, vt in vtroque correlatiuo eadem diſpoſitionis ratio reperiatur, vel tanta ſimilitudo, vt ab identitate rationis non differat. n. 3. p. 331

4. Quando de vno cortelatiuo mentio fit inſpecta qualitate actus vtriqne communis, tunc alterum cotrelatiuum etiam comprehenditur in diſpoſitione. Exemplum ttir ſtatuto procedente de viro, & extenditur ad vaorem in vno caſu, non in altero, vt probatur in diuerſo iute. n. 4. p. 330

5. Ponitur aliud exemplum in emente & vendente, quando ab vno eatenſio fit ad alterum. n. 5. p. 331

6. Proponuntur alia eaempla de Patte, & filio, liberto & patrono, quando ſibi mutuò ſuccedete non poſſunt, vel egentes ſe alere tenentur viciſſim: item de actore, & reo, quando teneantut perſonaliter comparere. n. 6. p. 331

7. Proponuntur alia exempla in contrarium verbi gratia prohibitio ne filius illegitimus obtineat beneficium in Eccleſia, in qua pater obtinuit, vel ne legitimus ſuccedat in beneficio patris, non extenditur ad patrem. n. 7. p. 331

8. Ea eo quod diſpenſatut cum patre vt ſuccedendum patri non diſpenſatur cum patre vt ſuccedat filio. Item licet ſamulus, aut ſeruus produci nequeat in teſtem pro domino, bene tamen Dominus pro ſeruo & miſerabilis perſona alterum conuenire poteſt coram iudice Eccleſiaſtico, non tamen inuita conuenitur. nu. 8. p. 332

9. Tantum valet eadem ratio in correlatiuis, vt etiam in materia correctoria diſpoſitionem eatendat. Item in materia pœnali. n. 9. p 332

10. Referuntur variæ ſententiæ de extenſione legis in materia odioſa, pœnali, ſeu correctoria propter identitatem rationis extra correlatiua. n. 10. p. 332

11. Quando ratio in lege eapreſſa eſt generalis, & ea verborum contextu, & ſignificatu omnibus euidens, extenditur lea ad caſus, in quibus militat eadem ratio: etiam ſi pœnalis vel correctoria lex ſit. Diſtinguendum eſt inter extenſionem comprehenſiuam, & inter comprehenſionem eatenſiuam, quæ in rigore comprehenſio non eſt, ſed vera extenſio. num. 11. pag. 333

12. Quando verba conſtitutionis odioſæ nem-

pe pœnalis,ſeu correctoriæ caſum particularem ſignificant, ad illum reſtringi debent: non ea ſimilitudine rationis extédi.n.12 p.333
13. Probatur, & exemplo declaratur præcedens aſſertio. n. 13 p. 334
14. Ratione idem ſuadetur. n. 14. p. 334
15. Confirmatur ea diſcrimine inter legem odioſam, & fauorabilem in iure notiſſimo n. 15. p. 334.
16. Quando diſpoſitio determinat certum caſum,vel perſonam;quamuis rationem reddat generalem,aliis caſibus,vel perſonis conuenientem, ad illos non extenditur, ſed reſtringitur ad caſum expreſſum. Et oſtenditur diſcrimen inter particularem diſpoſitionem. V.G. teſtatoris & vniuerſalem legis. n. 16. p. 335

QVÆSTIO IV.

1. In lege naturali nulla requiruntur externa ſcripturæ ſigna,vt illa conſeruetur, neque in lege æterna; imo nec in temporali lege de iure diuino requiritur ſcripturæ ſolemnitas per ſe loquendo. n. 1. p. 335

SECTIO I.

1. Legem in veteri teſtamento ſcriptam allegabant Prophetæ,Chriſtus Dominus & Apoſtoli; quia viuendi forma erat, & ad litigia decidenda pro eo tempore accommodata. n. 1. p. 336
2. Dicitur ſacra ſcriptura verbum Dei, item per antonomaſiam ſcriptura. n.2. p.336
3. Qua ratione ſacra ſcriptura dicitur Canon. Vnde libri ſacri, canonici perhibentur. Vera ſacræ ſcripturæ definitio. n.3. p.336
4. In quos libros diuidatur canon, & eorum duplex authoritas altera eſſentialis, altera accidentalis. n. 4. p. 337
5. Quot libros ſacros contineat canonis Chriſtiani prior pars. n. 5. p. 337
6. qui libri in altera canonis parte contineātur, & quomodo eandem cum aliis eſſentialem authoritatem ſortiantur. n. 6. p. 337
7. Referuntur alii libri, qui à Canone ſunt excluſi, & nunquam fuerunt ab Eccleſia recepti. n. 8. p. 538

SECTIO II.

1. Quæritur primum an in ſacra ſcriptura ſit aliquid humano ſpiritu dictatum, ſeu ſcriptum: & pro parte affirmatiua proponuntur aliqua argumenta. n. 1. p. 338
2. Pars negatiua eſt vera omnino, & fidei conformis. Etiam apices diuinæ ſcripturæ magni faciendi. n.2. p. 339
3. Ad argumenta in oppoſitum adducta reſpondetur. Spiritus ſancti aſſiſtentia propriam ſcriptoris diligentiam non excludit; neque laborem, & humanum loquendi vſum: teſtium nimia conformitas in parui momenti circumſtantiis ſuſpecta facit eorumdem teſtimonia. n. 3. p. 3,9
4. Cur Ieremias à Matthæo citetur pro Zacharia; reiectis aliis ſolutionibus huius dubii, tres veriſimiliores aſſignantur. Etiam quæ in ſacris literis videntur minima, myſteriorum ſunt pleniſſima. n. 4. p. 339
5. Non opus eſt, vt omnia, quæ canonicus ſcriptor ſcripſerit ipſi de nouo reuelentur, quaſi antea occulta, ſed vt dicta à Deo ſibi multo certiora illuſtrationem Dei repræſententur. n. 5. p. 340
6. Deus ſcriptori canonico non ſolum ſenſum, ſed etiam verba ſuggerit. Et quomodo hoc à Deo fieret ſine impedimento libertatis, & meriti in ſcriptore, exponitur. n. 6. p. 349
7. Neceſſaria omnino eſt authoritas Eccleſiæ ad fidem libris canonicis faciendam, & obiectionibus, quæ huic veritati videntur obſtare, occurritur. n. 7. p. 341
8. Qua ratione liber canonicus ab Eccleſia fiat quoad nos & in actu ſecundo. n 8 p. 342
9. Eccleſia in diſcernendis & aſſignandis canonicis libris tantam hodie habet authoritatem, quantam olim ſortita eſt n. 9 p. 342
10. Etiam nunc poteſt Eccleſia declarare librum canonicum, de quo antea in Eccleſia fuerit controuerſia, & qui hucuſque ab vniuerſali Eccleſia receptus non ſit. n. 10. p. 342
11. Soluitur obiectio contra præcedentem doctrinam. n. 11: p. 342
12. Anctoritas Eccleſiæ æqualis omnino eſt cum authoritate ſacræ ſcripturæ, neque maior neque minor in ſe eſſentialiter conſiderata. Cum aliquo tamen diſcrimine accidentali, quo ſe habent tanquam excedens, & exceſſum. n. 12. p. 343
13. Cur Chriſtus Dominus, & Ioannes Baptiſta ſuam legationem potius ſacræ ſcripturæ authoritate probarunt, ratio aſſignatur. n. 13 p. 343

SECTIO III.

1. Sacra ſcriptura Hebræo, Chaldæo, Syriaco, Græco & Latino idiomate circumfertur, in totum vel ex parte, prętermiſſo vulgari quod à Trident. prohibetur. n. 2. p 343
2. Qua lingua vnusquiſque liber ex ſacris primum ſcriptus ſit declaratur. n. 2. p. 343
3. Vetus teſtamentum ex Hebræa lingua in Chaldæam paraphraſticam fuit tranſlatum. Quid de hac paraphraſi ſentiendum. Nouem, vel decem veteris teſtamenti editiones Græcè numerantur diuerſæ, qui earum Authores ſint, & quo tempore prodierint. n. 3. p 344
4. Hebræa tranſlatio licet ex iniuria ſcriptorum leues aliquos errores habeat, non tantæ conſiderationis ſunt, vt illorum cauſa in ea ſacra veritatis integritas deſideretur. n. 4. p. 344.
5. Errores, quos ea variarum lectionum diſcrepantia obrepſerunt ſenſum ſacri textus parum, aut nihil immutant. n. 5. p. 345
6. Quid de Chaldaica editione, & paraphraſi, quæ vulgo Targum dicitur ſentiendum ſit. n. 6. p 345.
7. In tranſlatione Syriaca librorum qui extant, maioris authoritatis ſunt Euangelium Matthæi, & Epiſtola ad Hebræos. De reliquis dubitari poteſt. n. 7. p. 345

8. Quid de tranſlationibus Græcis eaſtimandum? Verſio ſeptuaginta indubitatam ſane habetet authoritatem, ſi pura, & incorrupta omnino extaret. ſicut habent libri, qui primom Græcè ſcriptis ſunt de quibus idem dicendom, quod de Hebraicis ſcriptis aſſertum eſt. n. 8. p. 346

9. An translatio 70. Siati V. emendata incortupta æſtimetur, alii affirmant, alii negant. Dicendum eſt, & ſi putior, & correctior ſit, quam antiqua, non tanquam fidei regulam fuiſſe propoſitam à ſummo Pontifice. n. 6. pag. 347.

10. Vnde ſumpta eſt hæc emendata editio Siati, & quam vtilis ſit. n. 10 p. 347
Quid dicendum de editione 70. Latina ea Græco ad verbum traducta iuſſu eiuſdem pontificis.
Aliæ editiones Græcæ parnam, aut nullam fere habent authoritatem.

11. Tranſlatio Latina D. Hieron. & ſi primum aliquibus minus placuerit poſt illius mortem magis, ac magis cæpit approbari: quouſque currente tempore ſola in Eccleſia aothoritatem ſortita eſt. n. 11. p. 347

12 Quo fundamento Trident. declarauit editionem vulgatam Latinam pro authentica & de qua editione loquatur Concilium. n. 12. p. 348.

13. Quæritur an hæc editio Latina etiam quoad ſingula verba à Trident. approbetur, & pro authentica habeatur? ad cuius quæſtionis reſolutionem eaponitur quodnam ſit ſcriptum authenticum. n. 13. p. 348

14. Proponitur pars negatiua & affirmatiua, & authores pro vtraque pugnantes: ſed præfertur affirmatiua, & reſoluitur nihil poſſe affirmari quod editioni Latinæ repugnet, etiamſi ſola eſſet vna ſyllaba aut vnum iota. n. 14. p. 349

15. Non tamen ea hoc ſequitur Spiritum ſanctum dictaſſe editionem Latinam. Quomodo ſe geſſerit, biſariàm declaratur. n. 15. p. 349

16. Quænam ſit vulgata editio Latina emendatiſſima, quam vt authenticam declarat Tridentinum. Et Reſp. illam eſſe qua tunc temporis Patres & doctores in Eccleſia communiter vtebantur. In quibus caſibus licebit Latinam editionem per Hebræos & Græcos codices corrigere, ſeu declarare. n. 16. p. 349

17. Quando in vulgata eiuſdem loci duæ ſunt verſiones, vtraque probanda eſt. Vnde proueniat hæc dioerſitas in vocabulis Hebræis & concordantur doo loca, ea quibus obedientiæ eaceſlentia Deum in ſuperiore agnoſcentis deducitur. n. 17. p. 350

18. Aliquando in vulgata aliqua reperiuntur verba, quibus in Hebræo nulla correſpondent. Et in hoc etiam caſu additamenta ſunt authentica. n. 18. p. 350

SECTIO IV.

1. Sententia proponitur, & probatur ſcripturam eſſe omnino neceſſariam ad ſubſtantiam legis. n. 2. p. 351

2. 2. Sententia docet ſcripturam non ad ſubſtantiam legis, ſed ad accidentalem conditionem, ſeu effectum illius requiri: nempe vt probetur, item ad hoc vt obliget. Quia neque probatur per teſtes, neque inducit obligationem ſiue ſcriptura n. 2. p. 351

3. 3. Opinio ait neque ad ſubſtantiam, neque ad probationem, ſeu obligationem inducendam in lege ſcripturam requiri: cui ſententiæ varias limitationes addunt diuerſi iuriſperiti. n. 3. p. 351

4. Diſtinguitur diuerſus quæſtionis ſenſus, ea cuius diuerſitate opinionum diuerſitas forſitan proceſſit. n. 4. p. 352

5. Si communis modus condendi humanas leges ſpectetur, lex non præſumitur facta, neque à deliberata principis voluntate profecta, niſi ſcripto proferatur. Et in hoc ſenſu ſcriptura eſt omnino prærequiſita ad ſubſtantiam legis, veloti conditio materialis. n. 5. p. 352

6. Vlterius probatur præcedens aſſertio. n. 6. pag. 352.

7. Lea quæ fuit ſcripta de perdita, ſeu peteunte ſcriptura per teſtes probari poteſt, & manet in effectu nempe in obligatione, quam promulgata induxit. n. 7. p. 353

8. Supremus princeps Eccleſiaſticus, vel ſecularis legem veram poterit promulgare ſine præcedente ſcriptura de potentia abſoluta loquendo. n. 7. p. 353

9. Probatur præcedens aſſertio ex variis teatibus vtriuſque iuris. n. 9. p. 353

10. Idem ratione oſtenditur; & indicatur diſcrimen inter renocationem iuris communis, & municipalis: pontifex commune ius dicitur habere in pectore propter conciliarios ſibi aſſiſtentes. n. 10. p. 353

11. Gratia, ſeu priuilegium ad ſui valorem ſcripturam non requirit, ſed ſolum vt in eateriori foro proſit, & aliquid ſuffragetur. Quẽ effectum ante eapeditionem literatum non habet. n. 11. p. 354

12. Inferiorum à principe non niſi ſcriptæ leges validæ ſunt, inde ſcriptura ad illorum conſtitutiones omnino neceſſaria eſt. n. 12. p. 354

13. Occurritur obiectioni: ſtatutum Capituli poteſt probari per teſtes, ſi aliquando fuit ſcriptum, ſpecialis commiſſio facta ab Epiſcopo ſuo Vicario vocetenus valida eſt n. 14 p. 355

14. Soluitur altera obiectio. n. 14. p. 335

15. Satisfit argumentis pro 1. & 2. opinione adductis. n. 15. p. 355

16. Fertur iudicium de limitationibus ſupra poſitis. Dubium de diſpoſitione legis ſcriptæ poteſt probari per teſtes non vero ſi dubium de ſcriptura ſupereſſet. Mandatum ſpeciale in delegato Papæ, vel Imperatoris non probatur per teſtes. n. 16. p. 356

QVÆSTIO V.

1. Promulgatio etiam legi accommodatur, & naturali aliqua ratione.

Digitized by Google

Et Sectionum.

SECTIO I.

1. Duo diſtinguere oportet in legis promulgatione publicationem ex parte legis requiſitam, notitiamque ex parte illorum qui obligantur n. 1. p. 356.
2 Ad legem poſitiuam diuinam promulgatio externa, & ſenſibilis de potentia abſoluta Dei non requiritur: verum ex natura rei, & accommodate ad morem humanum conueniens & neceſſaria eſt. n 2. p. 357
3. Vtraque lex diuina vetus & noua verbo, & ſcripto fuit promulgata. n. 4. p. 358
4 Qua ratione lex gratiæ etiam ſcripta dici poſſit eum diſtinctione à lege veteri quæ abſolute talis appellatur. n. 4. p. 358
5. Conciliantur duo loca Suarij, quę videntur ſibi contraria & illius ſententia ſoluitur inſtantia. n. 4. p. 358
6. Lex noua ſcripta etiam eſt quatenus imperans & præceptiua; non denominatur tamē ab ſcriptura, ſed à præſtantiori parte nempe à gratia, quam continet in ſacramentisquorum præcepta tradit. n. 6. p. 358

SECTIO II.

1. Ex ſola legis definitione non colligitur promulgationem eſſe de illius eſſentia, vt aliqui exiſtimarunt. n. 1. p. 358
2. Ex natura rei non requiri aliquam promulgationem eſſe ad perfectam legis humanæ conſtitutionem aliqui affirmant. n. 2. p. 359
3. Semper tamen requiritur aliquod externum ſignum, ſeu promulgationis modus, interuentu cuius princeps ſuam volnotarem non priuatim, ſed publice omnibus manifeſtare contendat. n. 3. p. 359
4. Reſpondetur argumentis in oppoſitum. Et oſtenditur ſine aliquo promulgationis modo legis ſubſtātiam non ſubſiſtere. n. 4. p. 360
5. Declaratur diſcrimen legis diuinæ & humanæ in promulgationis modo leges humanæ conſtituuntur quando promulgātur. Aliud eſt ſubiici humanæ poteſtati, aliud ad illud obligari. n. 5. p. 360

SECTIO III.

1. De facto vtrumque ius docet, promulgationem neceſſariam eſſe ad ſubſtantiam legis, licet in arbitrio Principis ſit modus promulgationis ſolemnis. Quæritur an vna ſufficiat promulgatio in Curia principis. n. 1. p. 361
2 Si leges ſint municipales, vel conſtitutiones ſynodales ſufficit vna promulgatio in ciuitate præcipua; niſi ipſa lex depoſcat ex ſuo tenore in aliis eiuſdem prouinciæ locis promulgari. n. 2. p. 361
3. Maior controuerſia eſt de legibus ſupremi Principis nempe ſummi Pontificis, ſeu imperatoris & magnorum regum Luſitaniæ Caſtellæ, & Galliæ V. G. qui multas prouincias & regna ſub ſuam continent poteſtatem. 1. opinio negat vnam in Curia promulgationem ſufficere. n. 3. p. 362
4. 2. Sententia docet de iure Cæſareo in ſingulis prouinciis ſingulas fieri debere promulgationes; de Pontificio iure vnam de Stylo curiæ ſufficere, affixis bullis ſeu breuibus ad valuas ſancti Petri, vel in campo Floræ. n. 4. p. 362
5. 3. Opinio non modo de conſtitutionibus Eccleſiaſticis ſummi Pontificis, ſed etiam de ſæcularibus imperatorum dicit ſufficere promulgationem in curia principis. Vera opinio in ſequentibus declaratur. n. 5. p. 362
6. Siue leges ciuiles ſint, ſiue canonicæ, quando ſunt corpore iuris, vel nouellæ conſtitutiones præſentantur generales, quæ authenticæ ſint & in quibus princeps per vnam ſolum promulgationem ſe omnes velle obligare manifeſtet, nulla alia eſt neceſſaria promulgatio, quam quæ in curia fit. n. 6. pag. 363.
7. Leges ciuiles extra corpus iuris, quæ nihil ſpeciatim de promulgatione diſponunt, in ſingulis regnis, quæ imperii legibus gubernantur ſingulas promolgationes requirunt: rubricæ authoritas textui æquiparatur. n. 7. p. 363
8. Ius canonicum ampliationem authenticæ *vt facta* confirmauit, & pro iure communi accepit. n. 8. p. 363
9. Conſtitutiones Pontificiæ quantum ad valorem & obligationem inducendum in foro præſertim interno de Stilo curiæ per ius ſcriptum confirmato vnam tantum exigunt promulgationem. n. 9. p. 364
10 Redditur ratio huius diuerſitatis in legibus Pontificiis, ac Cæſareis. n. 10. p. 364
11. Ad præſumendam ſcientiam & ſubeundam pœnam in externo foro impoſitam à conſtitutione pontificia in vnaquaque prouincia formalis, ſeu virtualis promulgatio requiritur. n. 11. p. 364
12. Quæ ſit virtualis promulgatio ſufficiens oſtenditur. n. 12. p 365
13. Reſpondetur argumentis pro 1. ſententia n. 13. p. 365.

SECTIO IV.

1. Exponitur quæſtionis difficultas & excluditur in re intricata ſententiarum varietas. n. 1 p. 365
2. Dicendum eſt quod quando lex habet clauſulam ex tunc de cætero, deinceps, ſeu ex nunc, non incipit ſtatim obligare poſt promulgationem totum territorium pro quo fertur, niſi tempus, poſt quod clauſula verificatur, ſit ſufficiens vt per totum territorium naturali & morali modo promulgata exeutrat. n. 2. p. 365
3. Duplex modus diſtinguitur, quo lex obligat nempe actualis, & habitualis, ſeu in potentia proxima ad actualem. n. 3. p. 365
4 Probatur aſſertio efficaciter ex cap. 1. de conceſſione præben. n. 4. p. 366
5. In eadem difficultate oſtenditur diſſentio de vocabulo inter Authores propter diuerſitatem obligationis in actu primo, & actu 2. n. 5. pag. 366
6. Conſtitutio principis inferioris ad quodlibet ius pertineat, ſi tempus non determinat

In loco vbi promulgatur, ſtatim obligat, ſed in remotioribus pagis, ex prudentis arbitrio ineptæ obligationis tempus eſt ineundum. n. 6. p. 367
7. Vbi Cæſareum obſeruatur lex lata ſine determinatione temporis ad obſeruationem non obligat etiam ſcientes ante duos menſes à promulgatione; vbi nec leges imperii obſeruantur, neque eſt peculiare de hac re ſtatutum, ſtatim à ſufficienti promulgatione incipit obligatio. n. 7. p. 367
8. Citantur aliqui contra priorem aſſertionis partem ſentientes, de qua maior eſt dubitatio. n 8. p. 367
9. Si tamen lex conſtitutiua, ſed antiqui iuris declaratiua fuerit ſtatim poſt ſuam declarationem omnes obligabit. n. 9. p. 368
10. Reſpondetur rationibus in oppoſitum: quando dubitatur de valore legis & efficacia ad obligandum, neminem conſtringit. n. 10. p. 368.
11. Conſtitutiones Pontificiæ ſine temporis determinatione ſtatim ſcientes obligant poſt promulgationem. n. 11. p. 369

SECTIO V.

1. Aliqui idem de lege irritante quoad promulgationem dicendum eſſe exiſtimant quod de aliis. Qui ſi de legibus imperii ſolum loquerentur, recte ſentirent. n. 1. p. 369
2. Nonnulli exiſtimant legem irritantem ſtatim ligare, & fortiri ſtatim effectum poſt promulgationẽ in iure pontificio. n. 2. p. 370
3. Quando clauſula irritans ita adiungitur conſtitutionis Decreto vt expreſſam, vel tacitam conditionem inuoluat, ſemper tempus ex natura rei, & ſecundum canonici iuris exigentiam neceſſariam expectat, ne liget ignorantes. n. 3. p. 370
4. Diſpoſitio alteri annexa induit naturam eius, cui annectitur, cuius exempla optima notantur. n. 4. p. 371
5. Quando clauſula irritans omnem conditionem excludit etiam tacitam, ſtatimque ſe tenere manifeſte ſignificat ſtatim poſt promulgationem etiam ignorantes ligat. n. 5. p. 371
6. Clauſula irritans, quæ omnem conditionem excludit: declaratur per particulam *ex nunc* vel *ex tunc*, & ſimiles, niſi cum expreſſa conditione coniungantur. n. 6. p. 371
7. Regulæ Cancellariæ in quibus eſt particula, *ex tunc* quoad irritationem actus geſti, vel quo ad effectum nullitatis ſtatim ligant à die ſuæ compoſitionis, quæ ſolet eſſe ſequenti poſt aſſumptionem, vel à die aſſumptionis, quando quoad aliquos effectus ita in regulis diſponitur. n. 7. p. 371
8. Quid dicendum in rebus, quæ non tantum ex voluntate Pontificis dependent, ſed aliquod ius naturale ſupponunt, quod à poſitiuo modificatur. Reſpondetur per clauſulam irritantem non excludi tacitam conditionem de conceſſione temporis neceſſarii ad promulgationem. n. 8. p. 378
9. Confirmatur ex iure ciuili prædicta doctrina. n. 9. p. 372
10. Opponitur contra id quod dictum erat, quod tempus in conſtitutione aſſignatum in fauorem artium de ipſarum conſenſu fauori prædicto renuntiantium reſtringi poſſit. Et ſoluitur obiectio diſtinguendo de conſtitutione, quæ ex publico bono non dependentiam ſi alioqui vtilitas publica cum partium fauore permiſcetur, non ſufficit proprio fauori renuntiare, vt tempus conſtitutionis publicum concernentis bonum, coarctatur. n. 10. p. 372
11. De reuocatione conſtitutionis generalis r. ſententia docet ſufficere Principis voluntatem ſine alia promulgatione, vt illa renuncet. huius tamen falſitas oſtenditur. n. 11. p. 373
12. 2 Opinio nullum diſcrimen agnoſcit inter legem conſtitutiuam noui iuris & reuocatoriam antiqui in ordine ad promulgationem, in qua quid difficile ſit oſtenditur n. 12. p. 373
13. Diſtinguendum eſt de lege pure reuocatoria & mixta cum conſtitutione contraria ſeu contradictoria. n. 13. p. 373
14 Diſpoſitio pure reuocatoria, vt legis antiquæ obligationem tollat ex natura rei externum ſignum, & publice euulgatum requirit, vt meliori modo fiat. n. 14. p 374
15. Nulla ad hanc reuocationem opus eſt promulgationis ſolemnitate in rigore, ſed quo cumque externo ſigno conſtiterit de Principis voluntate legem reuocante, ſtatim reuocatio ſuum ſortitur effectum, & legis obligatione ſoluuntur etiam ignorantes, & ut abſoluuntur etiam inuiti. n. 15. p. 374
16. Conſtitutio pœnalis poſt promulgationem non ita obligat vt ignorantia inuincibilis ab ipſius pœna non excuſet etiam in externo foro. Iuxta communẽ ſententiam. n. 16. p. 374
17. Prædicta ſententia intelligitur ſi ignorantia probatur, & conſtitutio præſumptiua non eſt; nec prohibet ignorantiam allegare: nam tunc ſaltem probatio per iuramentum non admittitur. n. 17. p. 375

SECTIO VI.

1. Lex potius conſcribenda & promulganda lingua eorum ad quos dirigitur, quam ipſius legiſlatoris. n. 1. p. 375
2. Si conſtitutio omnes totius orbis nationes concernat, qualis eſt pontificia, ſatis eſt ſi na lingua proferatur: ſi Eccleſiis Græcorum mittatur Epiſtola decretalis, Græco eſt idiomate conſcribenda. n. 2 p. 376
3. Quando lex concernit diuerſæ linguæ homines in eodem loco habitantes, ea lingua eſt conſcribenda & promulganda quæ fuerit magis propria loci: quando vulgo legiſlatoris lingua intelligitur ab iis ad quos dirigitur lex, nullum eſt incommodum ſi legiſlatoris idiomate euulgetur n. 3. pag. 376

TITVLVS

Digitized by Google

TITVLVS II.

DE CONSTITVTIONIBVS.

EXPLICANTVR TEXTVS, QVI AD NOMEN, definitionem, & diuiſionem Legis, ac Conſtitutionis pertinent.

COMMENTATIO II.

A

Redditur ratio connexionis huius tituli cum præcedenti.

NOTATIO I.

1. HVIVS connexionis plures rationes reddunt Iuriſconſulti, ex quibus duas eligo meliores, & tertiam (ni fallor) optimam adiungo. Prima eſt Abbatis Pet. de Anchar. & aliorum. Videlicet quia de Iure tractaturus ſummus Pontifex à ſanctiſſima Triade exorditur, vt ſuarum Conſtitutionum ſtabile, ac firmiſſimum iaceret fundamentum. Secundam tradit Ant. de Burgos in rub. præſenti, B nempè ex optima Iuris regula, quam ſumunt Peruſ. aliique cum Gloſſa ſingulari C. in rubr. de teſtam. milit. Quod quando eſt aliqua diſpoſitio exempta à regula communis Iuris, eximitur etiam à ratione ſituationis; cum igitur fidei priuilegia à communi iure exorbitent, vt videre eſt in toto titulo de hæreticis in 6. mirum non eſt ſi ſpecialis titulus de Trinitate ad fidem diuinam ſpectans generalem de Conſtitutionibus, ac Iure in
2. communi anteuertat. Tertia, quam reliquis præfero, eſt quoniam conſtitutiones Pontificiæ, ſeu Canones idem ſunt atque regulæ. cap. regula diſt. 3. & per illas humana vita dirigitur. cap. omnis, eadem diſt. Vt ergo C oſtendatur fidei bona opera eſſe adiungenda, quia ex operibus iuſtificatur homo, non ex fide tantum, vt teſtatur Iacob. 2. & ſine illa fide præcedente impoſſibile eſt placere Deo, vt ait Paul. ad Hebræos 11. poſt fidei profeſſionem, ad mores fidelium rectis conſtitutionibus informandos Pontifex gradum facit. quam rationem confirmat optimus textus 25. q. 1. *Prima ſalus eſt fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis patrum nullatenùs deuiare.* Tradita ergo primum fidei regula ad ſummorum Pontificum ſtatuta, eorúmque ius in communi ſumptum rectè proceditur.

Indicantur Canones, qui ad titulum de Conſtitut. ſpectant.

NOTATIO II.

IN hoc libro tredecim præſens titulus capita complectitur. in 6. ſuperadduntur duo. Præterea in Gratiani decreto per viginti priores diſtinctiones omnia ferè capita doctrinam ad hanc materiam pertinentem inculcant. Omittimus tamen tertium, & quartum caput diſtinctionis primæ. Item diſtinctionem octauam, & vndecimam, quia ad titulum de conſuetudine, de qua agunt, commodiùs reſeruantur Hos igitur textus explicare oportet, eo tamen ordine diſpoſitos, quem maior doctrinæ commoditas poſtulauerit. cum enim ampliſſima ſit materia de Conſtitutionibus, & in ea cauſas, & principia vtriuſque iuris percurrere inſtituam, ante quamlibet diſputationem ea exponam capita, quæ materiam illius diſputationis quæſtionibus ſubminiſtrent, vt in eiſdem textibus quod noſtri inſtituti eſt, concordiam Iuris Pontificij cum Cæſareo in Commentationibus, & cum Theologica ratione in 2. diſputationibus præſertim oſtendamus. Generaliter tamen notandum eſt in libro 1. ff. titulum quartum eſſe de legibus & conſtit. princip. & in Codice ſimilis reperitur titulus decimus ſeptimus libri primi. Denique Theologi cum Magiſtro in 2. ſentent. diſt. vltima, & in 3. diſt. 37. item cum D. Thoma 1. 2. q. 90. & ſeq. de hac materia latiſſimè diſceptant.

Diſtribuitur tractatio de Conſtitut. in ſex diſputationes.

NOTATIO III.

IN primo Capite de Conſtitutionibus, 3. Conſtitutiones appellantur Canones, & ſtatuta. Item diſt. 1. cap. ius generale dicitur,

Digitized by Google

1. quod lex eſt Iuris ſpecies. Deinde ſequens
caput incipit, *Lex eſt conſtitutio ſcripta* &
diſt 2 cap. 2 habetur, *Lex eſt conſtitutio po-*
puli : oportet igitur propriam horum no-
minum ſignificationem diſtinguere. Ius,
Canon, Conſtitutio, Lex, Statutum, & quo
modo ſe habeant ad ius ſcriptum in com-
muni, vt quid ſit Conſtitutio innoteſcat, de
cuius definitione, natura, & diuiſione agen-
dum in 2 diſputatione, quatenus prædictis
nominibus ſignificatur : Doctrinam enim
tradimus de Conſtitutione vniuerſalem,
Canonico, & Ciuili Iuri conuenientem.
Poſtea quatuor Conſtitutionis cauſas fina-
lem, materialem, formalem, & efficien-
tem, per quatuor ſub ſequentes diſputatio-
nes, conſideratis earumdem cauſarum con-
ditionibus, proſequemur. Tandem quia in
cap. primo, & in alijs huius tituli dicitur
omnes ad Conſtitutionum obſeruantiam
obligari, in vltima diſputatione, de effecti-
bus Conſtitutionum agemus, inter quos præ-
cipuus eſt obligare, de quo quatenus has
vel illas perſonas obſtringit, & quatenus
excuſationem, vel reſiſtentiam patitur, diſ-
ſerendum. His diſputationibus illorum Ca-
2. pitum commentationes præibunt, quæ quæ-
ſtionum doctrinæ tradendæ conuenient.
Tres tamen vltimæ diſputationes in ſequen-
tem tomum 2. remittuntur.

Exponitur caput 1. de Conſtitut. Canonum Statuta.

NOTATIO IV.

IN Ciuitate Meldatum, quæ vulgò di-
citur *Meaux* in Gallia Celtica Lugdunen-
ſi habitum eſt concilium ex cuius capite XI.
præſens textus deſumitur. In eo duo com-
1. mendantur. Primum eſt quod Iuris Cano-
nici Statuta omnes ligant. Idem traditur
cap. nulli, cap. violatores, & pluribus alijs
25. q. 1. concinit Ius Cæſareum l. Sacris
Canonibus C. de Epiſ. & Cleric. vbi Iuſti-
nianus ſic ait, *ſacros autem Canones, non*
minus quàm leges valere etiam noſtræ leges
volunt. & infra, *quod enim ſacri Canones*
prohibent, id *etiam & nos per noſtras abo-*
lemus leges. Idem habetur in l. omni C. de
Sacroſanct. Eccleſ. & meritò ad Canonum
Statuta tenentur omnes, quia leges ſunt ge-
nerales iuxta l. leges vt generales, & l. leges
2. ſacratiſſimæ C. de leg. & Conſtit. Princip.
Ratio eſt, quia Princeps, qui ſupremam ha-
bet poteſtatem, iuſtis legibus ſubditos poteſt
coërcere : hinc enim eſt quod hæc poteſtas
dicitur iuriſdictionis facultas. Sed in ſummo
Pontifice, vipote Chriſti Vicario ſuprema
poteſtas eſt, vt latè oſtendetur diſp. 6. er-
go poteſt omnes ſuis conſtitutionibus li-
gare, quæ generales ſunt. Secundum eſt
quod Canonum ritu tàm in pronunciando,
quàm in decidendo iudicia ſunt regulanda.
In textu habetur *tam in actionibus, quàm*
3. *in iudicijs* Gloſſ. exponit *tàm in ciuilibus,*
A *quàm in criminalibus*. Ego tamen non vi-
deo ſufficientem rationem cur actionis no-
men ad ciuiles, iudicii verò vocabulum ad
criminales tantum actiones reſtringi debeat.
Io. Bap Fenet. hoc loco cum Panorm. An-
char. & Decio docet verbum actionis actum
extraiudicialem concernere, quaſi dicatur
quod in omnibus actionibus, ſiue iudiciales
ſint, ſiue non, ſiue ad morum diſciplinam,
ſiue ad iuſtitiã ſpectent, Canones ſeruentur:
probabilis expoſitio : fortaſſè probabilior,
quæ ait actionis nomen iuxta forenſem vſum 4.
idem eſſe, quod ius proſequendi, quod ſibi
debetur, l. nihil aliud ff. de action & oblig.
has Græci dixere δίκας Latini cauſas ſeu pro-
ceſſus, quaſi dicatur, vt in omnibus negotijs
B proceſſuum, & iudiciorum Canones de-
beant obſeruari : nam omnia, quæ in cano-
nico iudicio decidũtur, ad rectam morum
diſciplinam diriguntur. Idem habetur in-
fra cap. ne innitaris, eodem titulo. Idem cap.
de libellis, diſt. 20. cap. iudicet 3. q 7. cap.
relatum, diſt 37. Concordat ius ciuile l. pœ-
na legis, ff. ad leg Cornel. de falſ. l 1. C ad
leg. Iul. Maieſt Authent de Iudicijs, collat. 6.
§. omnis autem iudex Authent de defenſion.
ciuit. coll. 3. §. Iuſiurandum, l. nemo C de
ſent interlocut. omn. iud. Inſtitut. de officio
Iudicis in princ Ratio eſt quia homo naturali
lege obligatur legitimi principis iuſtis legibus
tam in priuatæ vitæ negotiis, quàm in publicis
officijs obedire ; atqui Canones Pontificij iu-
ſtiſſimæ leges ſunt principis legitimi, ergo.

C

Exponitur cap. 1. humanum genus *&* 2. omnes leges *diſtinct. 1.*

NOTATIO V.

IN cap. 1. diſtinctionis primæ dicitur ho- *Cap. 1. diſt. 1.*
minum genus naturali iure, & moribus
gubernari Nomine naturalis iuris Gloſſa in-
telligit diuinum ius, & verbum *moribus* ex- 1.
ponit, id eſt *conſuetudine, vel humano iure.*
Quæ declaratio probatur ex cap. inſtitutio-
nis 25 q. 2. Deinde quia Gratianus ius diui-
num & humanum à cauſa efficiente diſtin-
xit. Diuinum enim Deus per ſe media re-
uelatione manifeſtauit, & Angelorum, vel
D hominum miniſterio declarauit, humanum
vero ex hominum arbitrio dependet, vt be-
nè notat Bellam. hoc loco ſimilem diuiſio-
nem iuris tradidit Iuſt inſtit. de iuſt. & iur.
§. ius naturale. Vbi ait ius naturale, eſſe quod
natura animalia docuit. Gloſſa naturæ no-
mine Deum interpretatur. Bart. Nicol. Iab.
Placent. & alij inſtinctum naturæ exponunt
quod in idem recidit. Nam inſtinctus aliquid
à Deo acceptum ſignificat, non ab hominum
vſu, moreve introductum. In eodem ſenſu
accepit Vlpian ius naturale in l. iuri operam
ff. de iuſt. & iur. & licet antecedenti. §. ius
tripartitum fecerit collectum ex præceptis
naturalibus, aut gentium, aut ciuilibus. ius
gentium, & ius ciuile ad humanum ſpectare
vt ſequenti diſputat. dicemus. Ratio huius

adæquatæ diuiſionis eſt, quia inter diuinum
2. & humanum ius nullum mediat, & nullum
eſt ius quod in altero ex his membris non
contineatur. Denique quando Gratianus di-
xit ius naturale eſſe quod continetur in
Euangelio, ſolum ſignificauit legem natura-
lem ſummatim in Euangelio contineri: quia
in eo confirmantur pręcepta decalogi & per-
fectiùs explicantur, & ſolum quæ ex diui-
no iure poſitiuè nobis ſunt tradita.

Vnde ſimiliter in 2. cap. *omnes leges* di-
uiſit Gratianus leges in diuinas, & humanas
adæquatè, quas in tribus differre oſtendit
3. primo quia humanæ moribus conſtant, ſci-
licet iure conſuetudinario ſcripto, vel non
ſcripto: diuinæ vero natura, id eſt auctori-
tate Dei nituntur, qui auctor eſt naturæ, vt
benè notat Turrecremata hoc loco. 2. diui-
næ ex ſua natura habent æquitatis ſuæ virtu-
tem; humanæ vero ex hominum vſu, vel in-
ſtitutione pendent, & ideò leges diuinæ eæ-
dem ſunt reſpectu omnium, leges humanæ
aliæ aliis hominibus placent: hoc tamen diſ-
crimen in diuinis legibus pertinet ſolum ad
præcepta naturalia non ad poſitiua de iure
etiam diuino; qualia ſunt in nouo teſtamen-
to, & fuerunt in veteri. 3. Lex diuina dici-
tur fas, lex humana ius magis reſtrictum,
quàm illud commune, quod in diuinum &
humanum diuiditur: etenim vt impleatur
lex diuina ſatis eſt ſi faciamus, quod nobis
fas, ſeu licitum ſit, & quod naturali æquita-
ti expedit, in qua lex diuina fundatur. quam-
uis non ſit ius, ideſt non detur auctoritas,
ſeu facultas id faciendi ſecundùm legem hu-
manam. Ita enim propriè, & exactè diffini-
tur ius reſtrictum ad humanum ſecundum
Apellum. Exempli gratia tranſire per agrum
alterius, lex diuina permittit, quando mihi
expedit, & illi non nocet. Lex vero humana
ad hunc tranſitum ius non concedit, niſi in
aliquibus caſibus à iure expreſſis, videlicet
ſi ſeruitutem debeat C. de ſeruit. l. per
agrum. l. ſi theſaurum ſuum quis vult effo-
dere, l. theſaurus ff. ad exhibitionem.
Item ſi glans mea decidit in agrum tuum l.
vnica, ff. de gland. legen. & dum quæro
hominem fugitiuum. l. Diuus ff. de ſeru.
fugit. vel quando obſtructa eſt publica via,
lege ſi locus, ff quemadmodum ſeru. amitt.
Denique in tranſitu Filiis Iſraël, iubente
Deo & deducente, licitum id fuiſſe oſten-
ditur cap. noſtrandum 23. q 2.

Ratio verò cur propriiſſimè loquendo
cum Iſidoro 5. etymolog. cap. 2. lex diui-
4. na dicatur fas, lex vero humana Ius; peten-
da à Diuo Thom. 22. q. 57. art. 1. ad 3. quia
Iuris, ſeu Iuſtitiæ vocabulum æqualitatem
importat, Deo autem non poſſumus, æqui-
ualens recompenſare, & inde eſt quod
iuſtum ſecundum perfectam rationem abſo-
lutè loquendo non poſſumus reddere Deo;
licitum ergo & fas nobis erit ad ſatisfacien-
dum Deo, ſi faciamus quod poſſumus; ho-
minibus verò, quia ad æqualitatem ſatiſ-
facere poſſumus illorum lex Ius in rigore
nominatur, & hic eſt communis loquendi
modus ſacræ paginæ. Nam actorum 22. n.

A 22. de Diuo Paulo dicebant Iudæi, tolle de
terra huiuſmodi hominem, non enim eſt
fas eum viuere, id eſt non ſinit lex eum
viuere: & 2. Regum 13. dicebat Thamar
Amnoni. Noli frater mi, noli opprimere
me: neque enim hoc fas eſt in Iſraël. Quia
obſtabat lex Deuteron. 27. Maledictus qui
dormierit cum ſorore ſua. Denique 2. Ma-
chabeor. 7. habetur ſeptem fratres vna
cum Matre comprehenſos compelli à Rege
edere contra fas .i. contra legem carnes por-
cinas, quæ prohibitio habetur Leuit. 11. &
Deuter. 14. Tandem quod fas legem na-
turalem, ſeu diuinam deſignet ex l. 2. ff. de
orig. Iuris, §. initium, optimè colligitur
imo Mantuan. 1. Georg. *fas & iura ſinunt*,
ideſt diuina & humana iura permittunt.
B

In Caput Ius generale, *& Cap.* lex eſt.

NOTATIO VI.

EX D. Iſidoro lib. 5. etymol. cap. 3. *Cap. 3. Ius generale diſt. 1.*
oſtendit Gratianus Ius nomen eſſe ge-
nerale, & in varias ſpecies diuidi. Duas
ſpeciatim proſequitur. In prima diuiditur
Ius in legem, & conſuetudinem de prima
ſpecie, quæ eſt lex, & de ipſo genere quod
eſt ius, agit in his duobus capitibus. de al-
tera ſpecie nimirum de conſuetudine in
duobus ſequentibus, quorum declaratio-
nem commodiùs remittimus ad titulum de
Conſuetudine. Et in primis quod attinet 1
ad Iuris etymologiam Iſidorus citatus à Iu-
C ſto ius dici affirmat. Et cum l. Ius ff. de Iu-
ſtitia, & Iure conuenit vbi Ius vno modo
dicitur quod ſemper bonum, & æquum eſt. 2
Alij à iubendo vel à iuſſu dici credunt, ex
l. legis. ff. de legib. aut quia ſecundum ea
quæ ſunt Iuris ciues ſeruata ſibi ad inuicem
Iuſtitiæ regula iubentur viuere, ex l. Nam
ff. de legib. ita Curtius libro *εικότων*. a. 1. &
Agricola lib. 2. de inuent. Dialect. alij à iu-
uando ius denominari aſtruunt. ita Hie-
ronymus Maioragius lib. 4. Miſcell. cap. 1.
Galeotus de doctrina promiſcua cap. 101.
Verum quidquid ſit de Iuris etymologia,
de qua Conſule Connan. lib. 1. c. 2. Alcia-
tum lib. 1. parerg. cap. 29. Vaccam, alioſque
ad l. 1. ff. de Iuſt. & Iur. Ius hoc loco di-
D uiſum complectitur non ſolum licitum, ſed
etiam iuſtum ſeu æquum; quomodo Ius de-
finiuit Vlpianus l. 1. ff de Iuſt. & Iure *ar-
tem boni, & æqui*, Vbi non probo Accurſij
declarationem horum verborum *æquum,
& bonum*, aliò diſtortam, & à Budæo in
principio annotationum ad Pandectas re-
futatam, quia bonum, & æquum Latinè
idem eſt atque arbitrij, ſeu iudicij æquitas,
per quod ſæpe de rigore Iuris ſcripti aliquid
remittitur. Et ratio eſt quia licet in omni-
bus ſpectanda ſit æquitas, in iure ciuili ma-
ximè requirenda, vt bene docet Paul. l. in
omnibus, ff. de reg. Iur. vnde etiam non
probo Gloſſam hîc aſſerentem dari aliquod
Ius, quod non ſit æquum, nec iuſtum, quod

A ſanè eſt contrà illam Ioris regulam 91. ff. de regul Iur. in omnibus, maximè tamen in Iore æquitas ſpectanda eſt. Deinde maximè derogat auctoritati Iuris Canonici, quod eum à ſede Apoſtolica, & à ſacris conſilijs emanauerit, non poteſt non eſſe iuſtum & æquum: argumenta vero in contrarium adducta in eadem Gloſſa, in quibus Innocens pœna eanonis ponitur, vel temonetur à partieipatione alicuius boni propter peccatum alterius ſine culpa proptia, facile ſolui poſſunt. Nam in primo caſu ibidem adducto de homine qui prohibetur à Iure promoueri propter adulterium vxoris, quam
2. ille poſtea eognouit iuxta caput, Si cuius, diſt. 54. non incurritur aliqua pœna ab illo B homine, quia vt optimè docet Suar. de cenſuris, & communiter Doctores Irregularitas de ſua commoniſſima natura non eſt pœna, ſed impedimentum Canonicum, in quod aliquis incurrere poteſt ſine culpa, vt ſi viſum amittat, vel ſanguinis ſententiam proferat. In 2. quis dicat in vſocapione, & præſcriptione fieri alicui domino iniuriam, vel aliquem locupletari alieno, cum poſita vera præſcriptione, ille antiqoos dominus dominium amittat; & qui poſſidet acquirat Ius, & dominium à lege conceſſum, quæ ad remouendas lites propter bonum pacis hoc iuſtiſſimom eſſe decreuit.

Ad reliquos vero caſus expediendos in quibos reuera inſons propter alterius crimeo punitur, Aduertendum cum D. Thoma C qui 12. q. 108. art. 4. ad 2. & alibi ſæpè inculcat hanc doctrinam, quæ eſt Diui Aogoſtini Tom. 4 in quæſt. ſuper Ioſue q. 12. quod propter alterius culpam, nun-
3. quam ſecundùm humanum Iodicium aliquis debet puniri pœna flagelli, vt occidatur, vel mutiletur, vel verberetur; ſed ſolum pœna damni Et quamuis hanc pœnam incurrat ſine culpa propria; oon incurrit ſine cauſa iuſtificante legem, quod tripliciter contingit. Primo modo qoando aliqnis redditur ineptus ad aliquod habendum bonum, vt ſicut propter vitium lepræ remouetur ab adminiſtratione Eccleſiæ. Secundo quando bonum in quo damnificatur, non eſt proprium, ſed commune: Vt quod aliqua Eeeleſia habeat D Epiſcopum, eſt bonum totios Ciuitatis non Clericorum tantum, & ideò propter malitiam Ciuium poteſt Eccleſia amittere Cashedram Epiſcopalem, vt habetur cap. ita nos 25. q. 2. Tertio quando bonum vnios dependet ex bono alterius, vt in crimioe læſæ maieſtatis filij amittunt hæreditatem ob peccatum parentum. Et omnes homines amiſerunt ioſtitiam originalem ob Adami culpam: Nemo tamen Deum Iure de iniuſtitia coarguit. Dicendum igitur jus hoc capite diuiſum à Gratiano bonum, & æquum, licitum, ſcilicet, & iuſtum includere: Nam vt optime dicit Auguſtinus lib. 1. de libero arbitrio cap. 5. *mihi lex eſſe non videtur quæ iuſta non fuerit*, & habetur expraſſum inf. eadem d. cap. conſuetudo, ſed de hoc latius diſp. 3.

Tandem vt oſteodat Gloſſa legem aliquando contra æquitatem, & rationem iubere, & nihilominus illi ſtandum, adducit l. 4. Proſpexit, ff qui, & à quibus manumiſſi liberi non fiant. Verum vt exponit optimè Baldos in l. 1. col. 1. lex *proſpexit*, ſolum probat quòd ex tacita legis ratione poſſumus perimere formam legis in caſibus ab ipſa diſpoſitis: ſolum enim oſtendit verbis legis ſtandum, quantumuis taceatur ratio. Idem habes in l. non aliter. ff. de legat. 3 & de exercit. l. § ſi is qoi itaque quamuis non tàm manifeſtè oſtendatur ratio, non ex eo colligitur æquitatem vel rationem legi defuiſſe. In ſequenti cap. lex eſt, definitur lex conſtitutio ſcripta. D. Iſidorus in originali habet *dicta* vel *ſcripta*. Inde oritur controuerſia, an ſcriptio ſit neceſſaria conditio materialis ad veram legem, de qua dicemus in diſp 4. huic definitioni adde ex textu ſi eccleſia 13. q. 4. vt lex ſit conſtitutio ſcripta iuſtum præcipiens, & contrarium prohibens. In iure Cæſareo inter varias legis definitiones quæ ſub titulo de leg. ff traduntur, illa Modeſtini ſimilior eſt huic noſtræ, quæ l. 7. ſic incipit *legis virtus hæc eſt imperare, vetare, permittere, punire* Gloſ. ad l. 1. inſtit. de iure naturali gent & Ciuili §. lex eſt, aliam colligit ex l. 2. Græca, ff. de leq. & ſenat. quæ ita habetur *lex eſt ſanctio ſancta iubens honeſta, & prohibens contraria*: commodiorem tamen definitionem tra- C demus diſputatione 1. q. 3. ſect. 3. ex D Thoma, quæ legis naturam ſumptam commodiſſime declaret, quatenus diuinam & humanam comprehendit: ſequentia duo capita mos & conſuetudo in titulo de conſuetudine, vt pote loco commodiori, declarabo.

In quatuor capita ius autem Ius naturale, Ius ciuile, *&* Ius gentium:

NOTATIO VII.

IN hac ſecunda primæ diſtinctionis parte, aliam Iuris diuiſionem tradit Gratianus ex ſancto Idoſiro lib. 5. cap. 4. per quam partitur Ius in naturale, gentium, & Ciuile, *Cap. 5. Ius autem diſt. 1.* D quæ tria diuiſionis membra, per tria capita ſequentia proſequitur. Hæc diuiſio mutuata eſt à Iure Cæſareo. l. 1. ff. de Iuſt. & Iure §. huius ſtudii, & per ſequentes leges declarantur diuiſionis membra. Item Inſtit. titulo. 2. Ius naturale. Idem docet Alphonſus l. 2. tit. 1. part. 1. D Thom. 1. 2. q. 95. art. 4. ratio verò cur diuiſio ſit adæquata eſt quia nullum eſt Ius quod ſub aliquo ex his membris non contineatur, quomodo inter ſe diſtincta ſint in diſp. 1. q. 5. dicemus In cap. Ius naturale, tria aduertenda ſunt: primum ſtrictiùs hoc loco ſumi ius naturale, quàm in primo cap. quia illic, vt diximus, comprehédebat etiam poſitiuum, diuinum: hic tamen non ita, vt notauit. Turrecrem ad præſens c. q. 1. ad l. argumentum in contrarium. 2. aduertendum eſt in hoc capite melius applicari Ius naturale, quàm in legibus Iuris *Cap. 6. Ius naturale diſt. 1.*

Cæſarei citatis. Nam hoc admittit in brutis
Iuris naturale propriè dictum, vnde Tho-
mas Borius lib. 6. de Iure cap. 1. non ſolum
poſuit in homine vnom Ius naturale com-
mune cum belluis, ſed aliud commune om-
nibus naturis; alij vere Iuriſconſulti diui-
dunt Ius naturale in primarium, & ſecun-
datiom, volentes vt aliquod haberemus
ius cum bruris commune quod ſecunda-
tium appellent, à quibus ego peto quandu
definitum eſt illud primarium, ſi leges cita-
tæ. ff. & inſt. Ius naturale exponant per il-
lud quod cum bruris participamus. Hanc
igitur vocabuli abuſionem quæ brutis ra-
tione carentibus Ius tribuit, reprehendunt
Oldendor pius lib. 1. variar. lect. ad initium
2. Antonius Vacca in expoſitione locorum ob-
ſcuriorum titulo p. de Iuſt. & Iure l. 1. §. Ius
naturale, Prateius in lexico Iuris, verbo *Ius*,
Caſtro. 1. de legib. Connan. lib. 1. comment.
iuris ciuilis cap. 6. Couar. regul. peccatum
part. 1. §. 11. n. 4. Laurentius Valla 4. ele-
gant. cap. 40t. Mol. tracta. 1. de Iuſt. diſp.
6. Vaſq. 1. 2. diſp. 157. cap. 1. n. 4. Probatur
ergo bruta nullum poſſe cum hominibus
habere Ius commune. Nam bruta nullum
habent dominiom, neqoe in re, neque ad
rem, ergo nullum ius propriè dictum; pro-
batur antecedens, quia habere dominium
in proprios actus pertinet ſolum ad ratio-
nalem naturam. Et confirmatur quia alio-
qui quando bruta à nobis impedirentur à
propriis operationibus, fieret ipſis iniuria,
nam impedire id, ad quod aliquis Ius ha-
bet, eſt facere contra Ius. Poſſunt ramen hi
Iuriſconſulri aliqua ratione excuſari, & ad
bonum ſenſum reduci, quomodo illos in-
terpretatur Albertos 5. ethic. cap. 7. qua-
ſi locutus materialirer, non formaliter, id
eſt, in Bruris reperiri opera illa naturalia
cuioſmodi ſunt coniunctio maris, & fœ-
minæ, educatio filiorum, quæ in homini-
bus pertinent ad Ius naturale, non quod
hoc Ius formaliter, & proptiè in ipſis re-
periatur, ſed metaphoricè quatenus per
proprios inſtinctus, quaſi per legem natu-
ralem à Deo gubernantur, vt ſe in ſoo ſtatu
conſeruent.

Nihilominos noſter textus ſolum appel-
lauit Ius naturale qood commune eſt om-
3. nium narionum, quia ab inſtinctu naturæ,
intellige rationalis, non à conſtitutione ali-
qua dependet, vnde ſequitur. 3. aduerten-
dum, ex quatuor modis quibus Gloſſa ad
verbum, Ius naturale prædictum Ius acci-
pit, relictis duobus primis, in quibus abu-
ſiuè pro inſtinctu naturæ in rebus inanimis
& in bruris vſurpatur. Duo poſteriores
non diſtinguntur, nam inſtinctus naturæ ex
recta ratione prouenieos, in qoo Gloſſa po-
nit naturalem æquitatem, dictat præcepta
naturalia non furandi, non occidendi, &c.
quare non rectè diſtinguit natoralem æqui-
tatem in hominibus à præceptis natura-
libus, quæ omnibus nationibus communia
ſunt. Præterea eadem Gloſſa verbo *coniun-
ctio*, non benè interpretatur exemplum de
coniunctione vel corporum, vel animorum.

A Nam prima cum ex ſenſualitate proueniat
tantum, illam non dictat recta ratio, ſed il-
lam quæ etiam includit animorum coniun-
ctionem, & liberum vtriúſque coniugis con-
ſenſum per matrimonij mutuam tradirio-
nem, & coniunctionem corporum ad propa- 4.
gationem naturæ humanæ. Hinc enim eſt
quod vagus concubitus, & fornicatio ſim-
plex ſit peccatum lethale contra legem natu-
ralem, vt docet D. Thom. 22. q. 154. art. 2.
Caiet. ibid. idem D. Tho. 3. contra gentes cap.
12. Sot. de iuſt. diſt. 5. q. 3. Turrecremata vbi
ſupra q. 2. in corpore. Azor. tom. 3. lib. 3. cap.
4. §. 4. Notandum Sanch. de matrim. lib. 2.
diſp. 2. n. 3. & contra præceptum Decalogi
non mæchaberis, vt docet textus in cap. Me-
B retrius. 34. q. 4. item in cap. verum. §. alias. 25.
diſt. & in cap. prædicandum 12. q. 1. ergo
vt maris & fœminæ coniunctio nunquam
iniuſta, ſed naturalis æquaque habeatur,
iuxta præſentis capitis verba vltima, omnino
inſufficiens eſt ſola corporum coniunctio
ex ſenſualitate proueniens, ſed præterea
reqoiritur animorum conſenſus. cætera
exempla, quæ adducit textus de Iure na-
turali, benè exponit Gloſſa quæ circà illa
de nouo occurrunt difficultates in diſp. 1. q.
3. dicemus vbi exactior etiam Iuris natura-
lis definitio tradetur.

Iam vero Ius ciuile hoc loco definitum Cap. 2. Ius ciuile diſt. 1.
idem eſt quod non naturale, vnde poſitiuum
diuinom, & humanum, tàm Pontificium,
C quàm Cæſareom comprehendit, vt mani-
feſtè ſignificat textus, cum dixit *diuina, hu-* 5.
manaque cauſa eſſe conſtitutum, quod in-
telligendum eſt diſtributiuè nimirum ali-
qood à Deo, aliquod ab hominibus de-
pendere, alio modo dicitur Ius ciuile vt
contra diuiditur à canonico, aliquando
ſtrictius pro legibus duodecim Tabularum,
ff. de orig. Iuris l. 2. §. exactis: aliquando
ſtrictiſſimè pro ſolo Iure prætorio. Plures
alios modos, quibus ius ciuile accipitur,
vide Inſtit. de Iure naturali, & §. Ius au-
rem: nam ibi ſex numerat. Vnde notandum
primò Ius Ciuile aliter accipi à Iuriſtis, &
in hoc cap. atque acceptum eſt à Philoſo-
pho 5. Ethicorum: Nam Ariſtoteles Ius po-
liticum quod idem eſt ac ciuile à verbo
πόλις quod eſt Ciuitas docet vſurpari pro
D iure, quo vtitur ciuitas aliqua, ſiue illud
naturale ſit, ſiue poſitiuum. Et ideo diuiſit
Ius politicum in legale, & naturale, loco
citato. Notandum 2. Ius Ciuile definiri
hoc loco per cauſam efficientem indican-
tem ipſius diſcrimen à Iure naturali, quia
nimirum à poſitiua Dei vel hominum in-
ſtitutione pendet. Item per cauſam finalem,
quia dicitur conſtitui diuina & humana
cauſa, ideſt propter Dei honorem, & ho-
minum vtilitatem. Notandum 3. hanc cau-
ſam efficientem reſpectu Cæſarei Iuris po-
tius eſſe Populum, vel Ciuitatem, quia vt
latius dicemus diſputatione. 6. Poteſtas
legiſlatiua à Deo prius data eſt communi-
tati hominum, & deinde à Populo vel
communitate emanauit ad principes, vt eſt
communis Iuriſtarum ſententia l. 1. ff. de

origine Iuris Panormit. & alij ad cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. Et quamuis quantum ad leges Eccleſiaſticas hæc poteſtas immediatè ſit in Chriſti Vicario, vt dicemus in diſp. 6. tamen, vt ſignificetur ſaltem particularem cætum, ſeu Eccleſiam ſibi Ius ſtatuere poſſe, vt patet ex cap. Catholica diſt. 11. & cap. pro nutiandum, de conſecratione, diſt. 3. Aſſignatur pro cauſa efficiente legem populus, vel ciuitas, quæ ne informis, & monſtruoſa intelligatur cum capite ſeculari nimirum vel Eccleſiaſtico conſiderari debet, in quo eſt præcipuum Ius ad condendas leges, vt ex l. fin. C. de legib. & communi Theologorum ſententia, diſp. 6. oſtendemus Simili deſcriptione declaratur Ius Ciuile Inſt. de Iure naturali genr. &c. Quam Antonius Picardus, & alij declarant de populo nulli principi ſubiecto, non aduertentes, ſe idem Ius Imperatorium quod declarant hac ratione ab ea definitione excludere: quare cum Imperator ſuum met Ius definiat, non benè hi Iuriſtæ definitionem limitant ad Ius aliquod particulare. Notandum 4. hoc Ius ciuile aliter definiri ff. de Iuſt. & Iure, l. Ius ciuile videlicet, *quod nec in totum à naturali Iure vel gentium recedit, nec per omnia ei ſeruit*, quæ definitio conſormis eſt doctrinæ D. Thom. 12. q. 95. art. 2. Vbi ait legem humanam poſitiuam à lege naturali deriuari. Et confirmari poteſt ex dicto Euodii apud Aug. lib. 1. de libero arbitrio cap. 5. Vbi ait quod lex non iuſta non eſt lex; quę autem iuſta eſt, rationi & legi naturali conſentanea eſt, quomodo verò à naturali lege ciuilis deducatur dicemus agendo de diſtinctione Iuris ciuilis à Iure naturali, & gentium diſp. 7. At dices: quæ deriuantur à Iure naturali, ſemper rationi conſentanea ſunt, & conſequenter eorum ſemper ratio poteſt aſſignari, ſed non omnium; quæ moribus conſtituuntur, ratio reddi poteſt, vt habetur l. non omnium. ff. de leg. ergo non omnis lex ciuilis à natura deriuatur. Plenam huius dubij ſolutionem dabimus diſp. 3. inquirendo: Vtrum ceſſante ratione legis, lex ceſſare debeat. Interim cum D. Thom. 12. q. 95. art 2. ad. 4. dicendum eſt aliquas eſſe leges ciuiles ad quas ſe habet Iuriſprudentium iudicium, quaſi ad prima principia, quibus ſtandum eſſe docet Ariſtoteles 6. Ethicor. vti indemonſtrabilibus enunciationibus; non quod aliqua in ipſis ratio non appareat, & hoc tantum ſignificauit lex non omnium, vt ex Gloſſa colligitur, de qua latiùs infra.

Cap. 8 Ius Gentium diſt.

Tantem Ius gentium oſtendit Gratianus ex D. Iſidoro per exempla videlicet *ſedium occupatio*, hoc eſt dignitatum, vel poſſeſſionum hoſtilium, iuxta Textum in cap. ſi de rebus 23. q. 5. concinit. l. 4. Manumiſſiones l. 5. ſeq. ff de Iuſt & Iur. l. 5. naturalem. § finali. ff de acquir. rer. domin. Item Inſtitut. de Iur. nat. genr & ciuil. §. Ius autem genr. & de rerum diuiſione. §. Item ex hoſtibus. Verùm verò exempla hîc adducta de Iure gentium ſint, & qua ratione hoc Ius à duobus præcedentibus differat diſp. 1. infra expendetur. *Ædificatio* intelligitur domorum ad habitandum. *Munitio* per arcem. & Mœnia contra hoſtium incurſus. *Bella* quæ iuſta ſint, iuxta multos textus 23. q. 1. *Captiuitates, & Seruitutes*, vt iuſto bello capti potius ſalui, & incolumes ſeruentur vitam ſeruitute redimendo. *Poſtliminia*, vt de captiuitate regreſſi ad omnia priſtina iura reducantur per textum in cap. prima actione 16. q. 3. & cap. cum per bellicam. 34. q. 1. niſi ſint arma quæ quis turpiter perdidit, ff. l. 2. de captiuis, & poſtlim. reuer. infra eod. l. poſtlimin. Inſt. quibus modis Ius per. poteſt. §. ſi ab hoſtibus & communiter Iuriſtæ ad hunc locum. Aliam definitionem Iuris gentium tradit Iuriſconſultus, l. omnes populi, ff. de Iuſt. & Iur. Nimirum, *Ius gentium eſt quod naturalis ratio conſtituit inter omnes homines*, quæ inſta examinabitur.

In reliqua capita Ius Militare, Ius publicum, Ius Quiritum *eiuſdem diſtinctionis.*

NOTATIO VIII.

IN his tribus capitibus attingit Gratianus tres peculiares ſpecies Iuris ciuilis vt- *Cap. 9. Ius Militare.*
pote notiſſimas, & celeberrimas, non quod aliæ aſſignari non puſſent. V. G. Ius prætorium, ſeu honorarium quod quaſi viua vox Iuris ciuilis eſt per l. nam & ipſum de Iuſt. & Iure, & Gloſſ. 1. in l. innaſor C. vnde vi. 1.
Item ius priuatum quod ad ſingulorum vtilitatem primariò ſpectat per l. 1. §. huius de Iuſt. & Iur & aliæ ſpecies à Iuriſtis notatæ. Cæterùm tres à Gratiano adductæ ſunt; Ius militare, quod ad militarem diſciplinam ſpectat, & peculiarem titulum habet, ff. de re militari, & plures alios, ff. & C. de offic. milit. iudicum de militari Teſtamento & ſimiles. Deinde recenſet leges aliquas, quæ ad Ius militare pertinent. Prima eſt belli inferendi ſolemnitas, quam Turr. ibidem declarat, id eſt *ordinatio, & diſpoſitio militum in exercitu*; potius credo alludi ad ſolemnitates, quibus bella inferri ſolebant, de quibus conſule Briſonium formul. lib. 4. Illa ſatis nota à Romano more tracta eſt; in qua Pater patratus princeps Fecialium ad hoſtium fines profectus in illos magna vociferatione bellum indicens haſtam contorquebat. quò alluſit Maurianus Æneid. 12. *Et iaculum intorquens emittit in auras; Principium pugnæ* Mitto alias ſolemnitates ſine quibus bellum iniuſtè capeſſere arbitrabantur, quod ſine Principis auctoritate mouere non licebat, vt conſtat ex l. 5. C. vt armorum vſus inſcio, &c. reliqua patent.

De ſtipendiorum tamen modo habes in 2.
Cæſareo iure l. 2. §. huius ſtudii. ff. de Iuſt. & Iur. l. & virtutum, C. de ſtatuis, & imagin. l. 1. & per totum C. ex quibus cauſis ſeru. pro præmio lib. & l. quiſquis in fine C. ad l. Iuliam Maieſt De prædę diuiſione vide Alphonſum partita 2. tit. 26. l. 2. Vbi etiam agit

de iuſta diuiſione, & principis portione ad A l. 4. & 5. & Gloſſ. ibidem.

Cap. 10. Ius Publicum diſt. 1.

Ius vero publicum, quod ad communem ſpectat vtilitatem declarauit Gratianus in tribus rerum generibus verſari *in Sacris ſcilicet, Sacerdotibus, & Magiſtratibus.* Sacrorum nomine intelliguntur templa, Sacerdotalia indumenta & altaria, vaſa diuinis miniſteriis inſeruientia, & reliqua diuino cultui conſecrata: nam vt Feſtus. lib.
3. 16. ſcribit *Sacrum eſt quod Deo conſecratum eſt.* Quod vſque adeò publicum eſt vt Iuriſtæ res ſacras dixerint publicè conſecratas, vel à Principe, vel ab eo cui Princeps ad conſecrandom facultatem delegarit. Si quis verò priuatus ſibi ſacrum conſtituerit, id ſacrum non eſt, ſed profanum, patet ex l. 6. In tantum. §. res ſacræ. l. 9. ſacra loca, ff. de B diuiſione rerum. Item l. interdum, ff. vt in poſſeſſ. legatotum. Per ſacerdotes verò intelliguntur hîc omnes, qui ſunt de Ecclesiaſtici ordinis militia, qui Deo & ſacris vacant, iuxta l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio, ff. de recept. Oldend. item Gloſſ. ſacerdotes in. l. 1. de iuſtitia, & Iure.

Homine Magiſtratuum veniont perſonæ publicæ in terreni principatus poteſtate, & dignitate conſtitutæ. Etenim Magiſtratum eſſe nil aliud eſt, qoàm vel ordioaria Iuriſdictione fungi, vel merum imperium obtinere, vt deducitur ex l. eum qui de Iuriſdictione omniom iudicum. Et ſic denominatur quaſi magis inſtet vtilitati publicæ: Vt C oſtenditur ea l. Cui alias, Quibus, ff. de verb. ſignificat. & aliis legibus, quas citat Gloſſ. 2. ad. l. Qui accuſare poſſunt, ff. de aceuſationibus. Itaque Ius ſacrorum ſacerdotum, & Magiſtratuum publicum cenſetur Iute Ciuili, quod noſtro textui rectè concinit: ità habetur in l. 1. ff. de Iuſt. & Iur. §. huios ſtudii plures leges videri poſſunt in Gloſſ. ad hanc legem primam, verbo *ſacris.* Item in Gloſſ. *publicum* Inſtit. de Iuſtitia & Iure. §. huius ſtudii. Et apud Iuriſtas ibidem, concordat etiam præmium partitarum.

Ratio verò cur ſacra, ſacerdotes, & Magiſtratus ad Ius publicum ſpectent, eſt quia in primis ſacra, cùm ad Dei cultum pertineant, qui vniuerſi creator & conſeruator eſt, quicunque illis iniuriam irrogat, offenſo Deo omnium parente & Domino, ſeruorum & filiorum iram prouocat, & omnes D homines tanquam communis boni vindices laceſſit. Similiter ſacerdotis officium eſt pro populo preces Deo offerre, & eſſe mediatorem inter Deum, & hominem, vt notat D. Thom. 3. p. q. 21. art. 4. Et ex multis ſacræ paginæ locis oſtendi poteſt: Ioël. 2. Machab. 1. Item Ezech. 13. n. 5. dicitur *non oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael,* vbi Dominus coarguit malos Prophetas qui ſui officij immemores, cùm ſe Dei manus ad vindictam armabat, illam preeum & ſacrificiorum oppoſitu tanquam interiecto muro non auerterunt: qood ad ſacerdotes & prælatos egregie dctorquet Greg. 2. p. Paſtoral. c. 4. & Moyſem præſtitiſſe Regius pſaltes cecinit, *ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione:* ſicut ergo contra bonum commune faceret, qui Ciuitatis mœnia ſubruere conaretur, ita qui in ſacerdotes & miniſtros, qui alteri deſeruiunt, & ſe murorum inſtar Deo vindici opponunt, temerè inueheretur. Accedit, ſacerdotes eſſe à Chriſto ad miniſterium communis ſalutis electo, vt dicitur in cap. ſæpè 24. q. 8. item communes omnium patres & magiſtros vt traditur cap. Magiſtri, & cap. quis, 96. diſtinct. ergo in ipſis proculdubio Ius publicum eſſe demonſtratur. Tandem quod in Magiſtratibus etiam conſiſtat ius publicum, ſic oſtenditur, quia vt optimè dixit D. Aug. 4. de Ciuitate Dei cap. 4. *remota iuſtitia, quid ſunt Regna, niſi magna latrocinia?* vt autem hæc iuſtitia in ciuitatibus & populis conſeruetur, leges optimæ, iuraque non ſufficiunt, niſi ſint qui illa reddere, & regere poſſint: cuiuſmodi ſunt magiſtratus, vt habetur in l. neceſſarium §. poſt originem. ff. de origine Iuris, de quorum principatu, dum loqueretur Seneca 1. de Clement. ita ait. *illud eſt vinculum per quod Reipub. cohæret, ille ſpiritus vitalis quem hæc tot millia trahunt; nihil ipſa per ſe futura, niſi onus & præda, ſi mens illa imperij ſubtrahatur.* Si ergo vt ſpiritus vitam corpori ita Magiſtratus reipub. viuendi formam & normam ſuggerit; quis negabit Magiſtratum ad Ius publicum maximè attinere?

Cap. 11. Ius Quiritum. diſt. 1.

Ius Quiritum proprium erat Romanorum, & eorum qui ſub eorum imperio conſtituti ipſorum legibus vtebantur. Romani enim dicebantur Quirites à Quirino Romulo ſic dicto, ſiue quia magnam in bello haſtam gerebat, quæ dicebatur Sabinorum lingua Quiris, vt docet Gloſſ. 5.
Inſt. de Iute naturali. §. ſed Ius. vel à matre ipſius Romuli, quæ Quires nuncupabatur, quo pacto Qoiritum Ius, & nomen ſublatum ſit Vide. l. 1. C. de nudo Iure Quiritum & l. 1. C. de vſucapione transformanda. At cùm Ius Quiritum ſit particulare alicuius nationis, ſicut Ius Athenienſium Hiſpanorum vel Luſitanorum, cur de eo ſpeciatim meminit Gratianus? Duas huius rei aſſigno rationes Prima eſt quia negari non poteſt Romanorum ingenium ad optimi regiminis diſciplinam eſſe aptiſſimum, quo reſpexiſſe videtur illud Mantuani Æneid. 6. *Tu regere imperio populos Romane memento,* & illud Tibulli. lib. 2. eleg. 5 *Roma tuum nomen terris fatale regendis.* Denique Ariſtides in oratione in laudem Romanorum ait *nulla fuit ante vos ars imperandi.* Vnde leges à Romanis datæ iuſtiſſimæ cenſentor, & diuinitùs per ora Principum promulgatæ, vt habetur in cap. Nemo 16. q. 3. & ſanctiſſime nuncupantur l. ſanctiſſimæ. C. de leg. 2. quia ius ars boni & æqui definitur ab Vlpiano. l. 1 ff de Iuſt. & Iur. At bonitas & æquitas in Reip regimine apud Romanos maximè floruit, cuius etiam in ſacra pagina habemus teſtimonium actorum 25. Diuus enim Paulus Cæſarem appellans vt ſe à Iudæorum calumnijs libe-

tatet, in Feſto iuſtitiam adinuenit, *ad Cæſa-* A
rem, inquit; *appellaſti, ad Cæſarem ibis.* Qui
propterea de Romanis addidit n. 16. *Non
eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem
hominem, priuſquam is, qui accuſatur, præ-
ſentes habeat accuſatores.* Et quam laudabi-
lem Romanorum conſuetudinem, & inſtiſ-
ſimam Feſti ſenteotiam ius canonicum com-
probauit, & 3. q. 9. per multa capita cele-
brauit, præſertim c. non oportet. cap. habetur,
& c. qui accuſare: merito igitur Ius Quiritum
ſpeciatim à Gratiano edocetur, vtpote æquiſ-
ſimum: & receptiſſimum quod etiam in cauſa
eſt, cur ius ciuile per antonomaſiam Roma-
num Ius appellari conſueſcat, vt ootauit Pi-
cardus Inſtitut. de Iure natur. § ſed Ius, n. 5.
Quando verò dicitur quod Ius Quiritum B
nulli alii tenent; intellige cum Quiritibus nu-
merum facere qui Romanis ſubiecti ſint,
6. vel eorum leges receperunt. Deinde inter
celeberrima Iura Quiritum ponit Gratianus
Curationes vbi Cuiac. Prateius & Couar.
quos ſequitur Picard. Inſt. de hæred. qual.
& Diff. §. Item Extraneus n. 30. recte mo-
nent legendum eſſe Cretiones, & iam in
decreto Lugduni recentet excuſo ità le-
gitur. Eſt autem Cretio, vt definit Iſidorus
lib. 5. Etymolog. cap. 24. ex Vlpiano, cer-
tus dierum numerus in quo inſtitutus hæres
aut adit hæreditatem, aut finito tempore
cretionis excluditur. Cretio dicitur ab ſpa-
tio dierum ad cernendum dato, cuius ſo-
lemnitatis meminit l. vnica C. Theod. de
cretione & bonor. poſſeſſion. & l. 26 C.
Theod. de Matern. bonis: has ſubſtulit l. C
cretioonm 17. C. de Iur. deliberan. Tan-
dem vſucapio eſt acquiſitio Dominii per con-
tinuationem poſſeſſoris tempore legis defi-
nito, l. Vſucapio 3. ff. de vſurpat. & vſucap.

In quatuor priora Capita lex eſt, Plebiſcita, Senatus Conſultum, *&* Conſtitutio, *ex diſt. 2.*

NOTATIO IX.

EGerat Gratiaous in vltimo cap. ſupe-
rioris diſtinctionis de Iure Quiritum:
Cap. 1 dist. 2. Quod vt latius expendat per diuerſa Iuris
Romani genera in hac 2. diſt. excurrit; ea- D
que inter ſe diſcriminat à poteſtate legis-
latiua per quam ſunt condita; & ſunt quæ-
dam declarationes diuerſorum Iurium, quæ
à Romanis fuerunt obſeruata. Vnde in cap.
1. lex dicitur conſtitutio Populi, quam No-
biles ſimul cum plebeis, communi conſenſu
ſanxerunt. Nobiles declarantur per maiores
natu, id eſt primores dignitate, ſcientia, anti-
quitate, vt conſtat ex cap. Quærendum & cap.
Criminationes 2. q. 7. Iuſtinianus ſimilia
Romanorum Iura diſtinguit vno, & eodem
ordioe. Inſtitut. de Iure naturali gent. &
Ciuil. §. conſtat autem vnde §. lex eſt, le-
gem ſimiliter definit, quam Populus Ro-
manus Magiſtratu interrogante veluti con-
ſule conſtituebat. De qua legis ferendæ con-
ſuetudine videri poſſunt. Ant. Auguſt. lib.
A ſing. de legib. & Senatus-Cooſ. cap. 1. & ſeq.
Merc. lib. 2. opin. c. 15. Connan. lib. 1. c. 13. n.
2. Aduertendum tamen eſt tàm in noſtro
textu, quam in eo §. *Inſtitutionum* legem
ſtrictius deſcribi, quàm ſuperiori diſtinctio-
oe: Comprebeodit enim vnam tantum Iu-
ris ſpeciem, quæ à Populo ſimul cum Nobili-
tate dimanauit. Vtrum vero hanc poteſta-
tem legiſlatiuam populi in principes iam
tranſtulerint, an vero in ſe retineant, ſo-
lumque Principibus conceſſerint etiam ho-
neſtas leges condere, de quo Gloſſa oostra
dubitat, dicemus diſp. 6.
2. Species Romani Iuris à Gratiano aſſi- *Cap. 2. Plebiſcita diſt. 2.*
gnata eſt Plebiſcitum, quod plebs ſibi tan-
quam proprium Ius cooſtituit contra ni-
miam Patrum potentiam, inter quos & ple-
B bem diſcordiæ ſubortæ fuerant, quas poſtea 2.
Quintus Hortentius dictator bona ex par-
te ſuſtulit. Nam legem tulit, quæ ab eo
Hortenſia nominata eſt, qua ſtatuit plebiſ-
cita tua à Patritiis, & Nobilibus, quam à
populo obſeruaoda. vt diſcordiam inter pa-
tres, plebemque compeſceret; teſtes huius
rei ſuot qui de ſtatu Romani Populi Magi-
ſtratuumque initiis, & mutationibus ſcrip-
ſere. Alex. lib. 6. cap. 23. Connan. lib. 1. c.
15. n. 5. Aul. Gell. noct. Attic. lib. 5. & plu-
res alii. Item cum noſtro textu cuocinit §.
plebiſcitum. Ioſtit. de Iure oaturali & lex
2. ff. de orig. Iuris. §. Deinde cum eſſet.
3. Species Iuris Romani eſt Senatus-Con- *Cap. 3. Senatus conſultum. diſt. 2.*
ſultum, quod tantum Senatores, vt populis
conſulerent, decernebant. Cuius rationem
C reddit Inſtit. de Iure naturali per Senatus 3.
Conſultum, & l. 2. col. 3. §. Deinde quia ff.
de origine Iuris Nam cum auctus aſſet po-
polus Romanos, neque facile poſſet in
vnum conuocari, potestas rogandæ legis Se-
natoribus fuit coceſſa, vnde qoidquid de
rebus ad ipſos relatis æquum viſum eſt, Se-
natus-Conſultum dicebatur. Ita Connan.
citatus lib. 1. cap. 14. Feneſtella lib. 2. de
legib. Romanis Gell. lib. 14. cap. 1. & alii
plures Iuriſtę ad l. 1 & 2. C. de Senatuſcoo-
ſul. vbi docetur modus quo fieri conſuenit,
tantæque auctoritatis fuerunt, vt ſiquis il-
lorum formam tranſilire tentaſſet, tertiæ
partis bonorum publicatione & vltra mul-
ctaretur, vt oſtendit Gloſſ. finalis ad cita-
D tam proximè legem primam C. de Senat.
4. Demum Romani Iuris ſpecies dicitur *Cap. 4. Conſtitutio, diſt. 2.*
à Gratiano conſtitutio ſeu edictum, quod 4.
Imperator, Rex vel Princeps edicit, ſeu
conſtituit. Intellige ſi id faciant pro Tribu-
bunali, ſententiam definitiuam ferendo,
vt optimè aduertit Gloſſ. verbo *ei*, *&
in eum*. Iuſt. de Iur. naturali p. Quod Ius
optimè concordat cum noſtro textu:
nam ſi Princeps inter loquendum, aliqua ſi-
gnificauerit, quin exprimat illa vim legis
habere, pro tali non eſt habenda. Vt Ac-
curſ. Ex l. finali C. de legib. & cooſtitu-
tionib. deducit, hæc principum decreta pro-
priiſſimè dicuntur conſtitutiones, vt docet
Inſtitut. vbi ſupra §. ſed & quod prin-
cipi; & Iuriſtæ communiter hoc loco; item
ad Rubricam de legib. & conſtitut. Negan-

A dum tamen non eſt etiam in propria ſignificatiooe decreta ſeu ſtatuta inferiorum nomine conſtitutionum veoite, vt probat Ioannes Coraſius, tom. 2. repet. ad l. Qui liberos, ff. de ritu Nup. quia conſtiturio Generale nomeo eſt, comprehendens ſtatuta tam Principis, quàm inſerioris, oſtenditur ex cap. cum omnes, & cap. cum Magiſter, aliiſque texribus ſub titulo de conſtit. in quibus non agitur de ſommi Pontificis decretia, ſed de inferiorom ſtatutis. Denique niſi inferiorum ſtatuta propriè dicereotur conſtirotiones, ſuperfluitatis oota coargui merito poſſent Iuriſconſulti quod titulo. ff. de conſtitutionibus addideriot *principum*, tunc eiiim nullæ aliæ conſtirotiones eſſent, niſi quas Principes conderent.

B Certum igitur eſt conſtitutionis nomen eſſe generale, & in tota ſua amplitudioe
5. complecti tàm ſtatuta inſeriorum, quàm ſoperiorum decreta. vt benè deducit Bellam, hîc ex cap. conſtiturionem, de verborum ſignificatiooe in 6. & l. omnes popoli, ff. de Iuſt. & Iure. Simili modo edictum ſtrictè pro Imperiali, ſeu Papali vſurpatur: late etiam cum proprietate, vocabuli comprehendit edita Prætorum, & iudicum. Ita idem Bellam. vbi ſupra & Canoniſtæ hoc loco communiter. Concinit Iuſtinianus Inſtitut. de Iure naturali p. §. Prætor. edicta & l. 2. ff. de origine Iuris. §. eodem tempora. §. cum conſules, & §. Deinde Cornelios Quod vero adicta io rigore de generalibus principom decretis tantummodo dicantur oſtendit l. leges vt generales. C. de legib. & l. C Hac edictali. C. de ſecundis Nuptiis, vbi Gloſſa *hac edictali*, ideſt *hac generali lege* expooit.

In cap. reſponſa *cap.* quædam *Diſtinctionis ſecundæ.*

NOTATIO X.

Cap. 5. Reſponſa diſt. 1.

1. PRo quinta, & poſtrema ſpecie ſcripti Iuris apud Romanos Gratianus reſponſa prudentum aſſignar. Aliqui enim Iuriſconſulti eo dignitatis, & auctoritatis deuenerunt, vt illis à Cęſare ius reſpondendi ſit D datum, & ab eorum reſponſis recedere Iudicinoo licebat, vt patet in §. reſponſa prudentum. Inſtitut. de Iure naturali p. Vode ipſi iura condere dicebantur, quamuis hoc loco Bald Hotom. Miſing. & alii ægrè ferant hanc lectionem, & ideo aliter legunt. Vbi Inſtit. §. reſpōſa citato habetur, *quibus permiſſum erat iura condere, ipſi legunt, permiſſum erat de iure reſpondere*. Sed non video ſufficientem rationem cur hic locus caſtigetur, cum in aliis legibus iidem Iuriſconſulti Iuris conditorea vel auctores appellentur, vt videre eſt in l. ſi furioſi, C. de nup. l. nulla, C. de procoratoribus, l. 1. in omnes, C. de communi ſeruo manumiſ. Et ſatis ſit quod intelligamus modum, quo ipſi ex Cæſaris poteſtate ſibi commiſſa ius condiderint, oimirum per reſponſa quibus princeps vim legis habere conceſſit, neque lex 2. *neceſſarium* de origine Iuris oppoſitum arbitrantibos patrocinatur, imò hanc noſtram ſenteotiam coofirmat, vt legenti patebit præſertim §. Iuris ciuilis, & §. hi doo primum. Neque huic ſententiæ deſunt Cuiac. Conn. Horom. Duaren & alii quos citat Picard. §. citato *reſponſa prudentum*. Item Bellam. aliique ad eundem locum. Vnde iam reliqua in Capitis doctrina innoteſcunt.

Cap. 6. Quadam diſt. 2.

In cap. *Quadam* docet Gratiaous ex D. Iſidoro lib. 5. cap. 15. Etymol. aliquas leges à ſuis auctoribus denominationem mutuari. V. G. Conſulares à Conſulibus, Tribunitias à Tribunis, Iolias à Iolio, Cornelias à Cornelio, inter quas de duabus ſpecialis fit mentio. Prima eſt *Papia Popæa*, ita enim B legendum, non *Pompeia*, vt in caſtigatis textibos legitur, teſte Alciato lib. 3. diſpunct. cap. 3. ſic etiam locum Alexandri correxit Tyraq. ad lib. 4. cap. 22. genialium dierum. Nam aono ab vrbe condita 771. Marcus Papius, & Q. Popæus ex Calend. Iulii ſuffecti Conſules deſcribuotur in tabulis Capitoliois ſub Octaoiano Cęſare. Secunda eſt Falcidia quam Falcidius Cooſol tulit ſub eodem Imperatore. De Pæpia dicit textus continere patrum præmia pro ſuſcipiendis liberis. quod Turrectemata & alii cum Gloſſa dupliciter expoount primo ex l. 1. C. qui numero liberorum ſe excuſ. & Inſtit. de excuſationibus Tutorum, ex qua conſtat parentes qui habent Romæ tres filios ſuperſtites, aut in Italia quatuor, aut in prouinciis quinqoe, excuſari C ab opere tutelæ. Secundo ex l. ad rem, ff. de muneribus, & honoribus, & l. 2. ff. de minoribus, vbi minor viginti annorum excluditur ab honoribus; ſi tamen liberos habeat, aoni ſinguli in patre per ſingulos liberos ſupplentur, ita vt ſi quinque liberos habeat, & viginti tantum anoos compleuit, ad honores admitteretur.

Verum mihi hæc expoſitio minus placet, quia quantum ad primum de lege excuſari ab onere tutelæ patet non pertinere ad ſanct ooes legis Papiæ Popeæ: oam illa lex ſub Seuero, & Antonioo Imperatoribus, Geta, & Blatixno Conſulibus lata fuit; lex tamen Papia Popæa ſub Octauiano Pæpio, & Papæo D conſulibus. Et quantum ad 2. quamuis illa lex 2. ff. de minoribus ſumpta ſit ex Vlpiano lib decimo nono ad l. Iuliam & Papiam; Non repetitur tamen inter capita legis Papiæ Popeæ, quæ refert Alex. ab Alex. lib. 4. cap 22. Dion. lib 56. Lact. lib. 2. Inſtit. c. 16. Tacitus lib. 3. Seoec. & alij, quos citat Tiraquell. de legib. connub. l. 6. Gloſſ. r. p. 6. n. 20. Et alii Iuriſconſulti ad titulum de ritu Nuptiarum ſpeciatim ſub eodem titulo ad l. lege Papia. In his AA. inquam non inuenitur prędicta conceſſio inter capita legis Papiæ. Deinde præmia non pro ſuſceptis, ſed pro ſuſcipiendis erant aſſignata.

Quamobrem aliter expono textum de lege Papia Popæa, quæ fuit de maritandis ordinibus; Vnde cum matrimonium ad ſuſcipiendos liberos ordinetur, & in eadem lege, teſtè Alexandro citato, certa delatoribus præ- 3

mia ſtatuerentur, optimè intelligitur textus cum ait illam legem Patrum præmia continere pro ſuſcipiendis liberis: nam ne ſenatorij ordinis liberi alterutrum parentem haberent libertinum, ea lege cautum eſt; ne ſenatorius ordo per coniugia cum libertinis miſceretur. Itèm in prolis ſuſcipiendæ fauorem, prohibuit. *Ne mulier quinquaginta annis minor, ſexagenario nuberet, neque vir hac ætate iunior quinquagenariam duceret.* In fauorem verò ſuſceptorum liberorum, iuſſi vt patronis qui tres haberent liberos contra teſtamentum liberti, aut ab inteſtato contra ſuos hęredes non naturaliter bonorum poſſeſſio daretur. Et ſi libertus tres liberos relinqueret, omninò ab ipſius bonor. poſſeſſione patronus excluderetur: Et alia, quæ viri poſſunt apud AA. citatos. De aliis priuilegiis eorum, qui liberos ſuſtuliſſent & de pœnis cælibum vide notationes Pamelii ad Tertullianum in Apolog. cap. 4. num. 52. in lib. ad vxorem cap. 5. num. 31. & in lib de Monogamia cap. 16. num. 124. Quamobrem hęc priuilegia erant etiam pręmia pro ſuſcipiendis liberis in lege Papia ſtatuta vt homines in connubiis coniugum inæqualitatem in ętate abhorrerent: in illis enim non videtur intendi coniugii finis, qui eſt liberos ſuſcipere; ſed alios inhoneſtos, nempè auaritię, libidinis, & ſimiles: cum ergo ſtatutis pręmiis pro liberorum ſuſceptione tàm nobiles quam plebęi lata lege Popęa prouocarentur, & delatoribus eorum qui contra facerent, pręmia aſſignata eſſent marito, dixit Iſidor. & Gratianus legem hanc, patrum pręmia pro ſuſcipiendis liberis continere.

4. 2. Lex cuius ſpeciatim meminit Gratianus fuit Falcidia ſic dicta à Falcidio Tribuno plebis, Domitio, & Aſinio Conſulibus anno ab vrbe condita 713. Cuius meminit D. Hierony. in Chronicis Euſebii, Alex. ab Alex. lib. 6. c 15. Dion. lib. 48. Iuriſconſulti, ff. in Rubr. ad legem Falcid. C. eod. tit. Inſtit. lib. 2. tit 22. de lege Falcid. Cuiac. ad Iul. Paul. lib 3. Sent. tit. Final. Conan. lib 9. c. 10. Ant. Auguſt. lib. ſingul de legib. cap. de lege Falcidia Minehaca de ſucceſſ. creat. lib. 1 §. 8 num. 10 Alciat. lib. 5. Parerg. c. 23. Toloſan. 3. p Syntag lib 42. c 34. Spino in ſpecul. teſtam. Gloſſ 8. num. 81. Mantica lib. 9. de Coniecturis tit. 13. num. 1. Sarmient. lib. 2. cap. 7. Ex quibus omnibus hanc Falcidię definitionem colligere licet ex Bologneto ad Rubr. citata, ff. n 5. & Toloſano vbi ſupra. *Falcidia eſt lex modificans liberam teſtandi facultatem de rebus legatis, ex quibus quarta pars deducitur ad heredes quia ſupra dodrantem hereditas oneratur.* Et quia ſuper hanc legem plures latæ ſunt ſub hoc titulo ad decidendos varios caſus quos latius proſequi noſtri non eſt inſtituti. Satis eſt ex pręſentis definitionis intuitu noſtri textus declarationem mutuari.

Tria tamen hoc loco aduertere oportet, primum legem ſic dictam fuiſſe à Caio Pu-
5. blio Falcidio Tribuno-plebis, qui illam rogauit, vt tenet receptior iuriſtarum ſententia, non vero ex Falſc: vt Bart. Accurſ. Alex. & alii ad l. primam, ff ad leg Falcid. docent, & bene notauit Picard. Inſtit. de leg. Falcid. n. 3. cum multis aliis. 2. quamuis Tribunus-plebis Falcidiam rogauerit, & ideo ipſa plebiſcitum potius dici deberet, vt conſtat ex cap. ſuperiori huius diſtinctionis *Plebiſcita ſunt*: tamen Generalis legis auctoritatem Falcidiæ conceſſam eſſe, poſt legem Hortenſiam, quæ ad componendam nobilitatem cum plebe, plebiſcitis generalium legum tribuit auctoritatem, ità Iuriſtæ communiter ad citatam Rubricam de lege Falcidia. Tertium verbum illud, *Extraneis* in Chronico Euſebii apud D. Hieronym. non reperiri, nec in l. 1. §. 2. ff. vbi verba legis referuntur, eſt tamen apud D. Iſidorum, vnde Gratianus noſtrum textum tranſcripſit, & vt credo additum vt legatarii ab hæredibus quorum reſpectu veluti extranei cenſentur, facilius diſtinguerentur.

In cap. Satyra, *& caput* Rhodiæ *diſt.* 2.

NOTATIO XI.

Satyra, ſeu vt alii ſatura cum Feſto lib. 17. tranſcribunt, lex fuit antiqua multis aliis conferta legibus, ita dicta quia ſatura cibi Cap. 7. Satyra.
genus erat ex variis rebus conditum, vel iuxta interpretationem aliorum, teſte Briſſonio 1.
de verborum ſignificatione lib. 16. genus carminis eſt in quo multis de rebus coniunctim agebatur: quo reſpexit noſter textus ibi, *vnde Satyram ſcribere.* Annius luſcus aduerſus Tiberium Grachum Satyræ legis meminit dicens. *Imperium quod plebs per Satyram dederat, id abnegatum eſt.* Item Saluſtius de bello Iogurtino, de Iugurta dicit *poſtero die quaſi per Satyram ſententijs exquiſitis in deditionem accipitur.* Item Marcellin. lib. 16. Satyræ meminit his verbis *tanquam per Satyram ſubito cubicularijs ſuffragantibus.* Alios huiuſce veritatis teſtes vide apud Briſſonium; loco citato: ex quibus teſtimoniis cōſtat legem Satyram fuiſſe in qua multis de rebus raptim populus rogabatur: quod Tullius in oratione pro domo ſua lege Cæcilia & Didia cautum fuiſſe teſtatur. Et de hac re ſimilem ſanctionem antiquam tradit Feſtus *neue per Satyram abrogato, aut derogato*, quod ideo prohibebatur, quia vt optimè adnotauerit Turnebus aduerſariorum lib. 26. cap. 34. cum vna rogatione multa continerentur, populus de ſingulis raptim ſuffragium mittere cogebatur, ſine debita iudicii deliberatione.

Hinc non ſolum noſtri textus germanum colliges ſenſum, ſed etiam lucem afferes 2.
legi, Cum deditii delatiua libertate toll. ibi *Et quaſi per Satyram indubia adhuc remanet.* In quo loco marginalis eſt Gloſſa quæ docet *Satyram genus eſſe lancis*, & quidem ſine vllo fundamento, aut boni nominis auctore appoſita. Præterea Gloſſa ad illa legis verba ait per *Satyram*, id eſt per *veritatem nimiam, ſiue diuerſitatem*; quæ explicatio

magis obſcurat textum, quàm declarat. Nam Imperator conatur oſtendere ſi iam ſublati erant dedititii liberti, cur non ex toto Latina libertas, ſeu latinitas antiqua exterminaretur, cuius tamen adhuc imperfecta imago viſebatur. qui adhuc ſupereſſent Latini Iunia lege inducti, qui viuebant quaſi liberi, & moriebantur quaſi ſerui, quam legem Iuniam præſens Iuſtiniani conſtitutio abgare contendit; Nam etiamſi Colonarii Latini ſublati eſſent, Iuniani adhuc ſupererant, tota hæc legis intentio ex ipſa Gloſſa conſtat. Illa tamen poſita quid ad rem eſt diuerſitas, vel varietas illa per Satyram declarata: ſi enim ſignificet Latinorum imperfectam libertatem vacillare, id ſatis oſtenſum erat, cum dixit *incertis veſtigijs titubat.*

Reſtat igitur, vt dicat Imperator remanere adhuc imaginem illius imperfectæ libertatis, quaſi per Satyram inductam, id eſt per legem raptim, ſubito, ſine matura Iudicii deliberatione rogatam: quod ſatis probatur ex Gloſſa tituli de Latina libert. ad principium, vbi dicitur, *Manumiſſos per Epiſtolam, vel honorem menſæ ex prædicta lege liberos fieri*, quæ ergo lex magis ſubito raptimque rogata eſſe poterat, quàm quæ tanta cum facilitate Manumiſſos liberos faceret, & Latinitate donaret? Hanc ergo legem Iuniam, & Norbanam abrogare, & omninò abolere Imperator contendit, ne ignobiles, immeritique Romana ciuitate donarentur; ſed ſicut Latinos Colonarios receptos in Ciuitatem lex Iulia ſuſtulit, ita etiam Iunianos per legem quaſi Satyram intruductos præſens conſtitutio amoueret.

Hinc etiam exponendus eſt locus in epiſtola prooemiali eiuſdem Imperatoris, quem hucuſque verò intellectu declaratum non

3. inueni. Ait ergo Iuſtinianus in Proœmio, ff §. & antea *& primi anni hoc opus legentibus tradebatur, non ſecundum edicti perpetui ordinationem, ſed paſſim, & quaſi per ſatyram collectum, & vtile cum inutilibus mixtum.* Dixerat Imperator ſe rectam docendi viam, & methodum traditurum; ſed antequam id faciat, ſui laboris pretium venditans antiquam vt inutilem, & confuſam perdiſcendi formam manifeſtat. Nam præterquàm quod ex tanta legum multitudine libri ſex tantummodo ſupereſſent., hos confuſè, & tumultuario ordine inutilia vtilibus permiſcentes Magiſtri diſcipuli exponebant Quod vt magis declaret Imperator, comparat continuam vnius edicti conſtitutionem cum legem ſatyra, in qua plura capita ſine ordine curſim, & ſine debita iudicij deliberatione rogabantur; & ait, antiquam legum doctrinam non tradi ſolere per modum vnius edicti, *ordinatim*, ſed *paſſim*: quod Gloſſa explicat *indiſtinctè*, quam ſequitur Accurſius, & alij, quos merito reprehendit Valla elegant. cap. 4. 39. Albericus exponit *paſſim*. ideſt *per paſſus*, vel *per ſaltus* ſicut Gloſſa, *quaſi per ſatyram*, intelligit *ſicut ſatyrici ſaltando faciunt*, ſed non aſſequuti ſunt vim comparationis inter edictum, & legem ſatyram: nam *paſſim* hoc eſt *ſine delectu*, & ſine debita cau- A iuſta cognitione vt oſtendo l. 43. palam de ritu nuptiarum, §. palam autem & l 7. vbicumque; ff de ventre in poſſeſſionem mitt. §. 1. ibi *Non paſſim, ſed cauſa cognitione mitti Venter in poſſeſſionem debet.* Similiter hoc aduerbium *paſſim* exponendum l. 1. ff. § cum quis. Et l. 5. magis puto, §. non paſſim, ff. de quæſtion. Denique *quaſi per ſatyram* hoc eſt eo modo, quo lex ſatyra ex multis capitibus confecta, ſine debita conſultatione populo curſim ſuffragante rogari conſueuit.

In vltimo capite huius diſtinctionis Rhodian. legum ſpeciatim meminit Gratianus, vt quæ de rebus Nauticis celeberrimæ extiterint: nam cum mercatores, eorumque nauigia mercibus onuſta ad Rhodum Inſulam creberrimè appulerint, & ſæpè tempeſtate ſub- B orta naufragium fecerint, leges de rebus nauticis communi bono conſulentes edidere, inter quas illa fuit prima, & præcipua, quæ primo loco refertur l. Rhodia ff. de leg. Rhodia de iactu, qua cauetur, *vt ſi leuandæ nauis gratia iactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur*; hanc, & alias ſimiles leges nauticas à Rhodijs ſumpſere Romani, quia illor. diciplina naualis maximè antecelluit. Harum legum mentionem fecit Iſidorus Etymologiarum lib 5 cap. 17. Paul. lib. 2. ſentent. c. 7. Tertull. lib. 3. Aduerſus Marcionem Verum antiqui Commentatores huius textus Archid. Bellam. Cardinal. Alexand. & alij hoc loco cum Gloſſa hanc legem Rhodiam vt iniquam, & legis nomine C indignam explodunt, vt pote quæ pateretur bona naufragantium apud iniquos occupatores retineri, & ideò eſſe correctam per Anthent. nauigia C. de furtis.

Cap. 1. Rhodia diſt. 2.

4.

Sed non video fundamentum cur leges Rhodiç his cauillationibus impetantur. Nam primo eas ſatis eſſe laudabiles ex eo oſtenditur quod Romani in ſuum Ius ciuile eas tranſtulerunt, & legem Rhodiam laudat Geminianus hîc de cullatione inter Mercatores facienda ad reſarciendam iacturam eorum, quæ leuandæ nauis gratia in mare iacta ſunt, iuxta l 1. & l. 8. qui leuandç eodem titulo. 2. Nullam legem aſſignare poſſunt Rhodiarum legum criminatores, quæ vt iniqua correcta cenſeatur, niſi illam l. deprecatio, ff. de leg Rhodia, in qua aliqui per Eudemonem Nicomedenſem conqueſti ſunt apud Antoninum Imperatorem. Quippè qui nau- D fragium paſſi prope Cyclades a Publicanis inſularum direpti ſunt. Quibus Imperator reſpondit *ea quæ mari ſubuehuntur, ea lege Rhodia de rebus nauticis præſcripta eſſe iudicanda, quando illa legibus Imperij non contradicit.* Antonini ſententiam Augnſt. comprobauit. 5.

At quo Iure ex hoc reſponſo colligitur approbari aliquam conſuetudinem per quam bona naufragantium ab occupantibus ſine titulo iuſtè retineantur, cùm ſolum iubeat Imperator, vt per legem Rhodiam ſcriptam, vel conſuetudinem Nauticam, quæ etiam quædam lex Maris eſt, niſi iniquitatem contineat, lis & cauſa illa diiimatur. Ea tamen conditione vt non aduerſetur legi- 5.

bus Cæſareis Nauticum Ius illud ſcriptum,
ſeu non ſcriptum Imò hæc Imperatoris reſ-
ponſio in laudem cedit legum Rhodiarum,
quibus ipſe tantum tribuit, vt nihil contra
leges Cæſareas iubere præſumat; In quibus
cum ſæpe ſæpius in legibus citatis interdi-
ctum ſit merces naufragantium ab alienis
duminis occupati, & ſecundum illas hanc
legem *deprecatio*, eſſe interpretandam, ſe-
quitur nullam in ea eſſe iniquitatem, nec
ex ea aliquam calumniæ rationem poſſe con
iectari, & hanc fuiſſe mentem Antonini de-
clarat, l. licere, ff. de incendio, ruina, naufra-
gio.

Neque contra hoc facit Ioannes Præpoſ.
6. cum aliis ad hunc textum aſſerentibus Rho-
diamlegem correctam eſſe per Authenticam
Friderici, l Nauigia C. de furt. & ſeru. cor-
rupt. Quia vt optimè notat Gloſſ. 1. ad præ-
dictam, l. Nauigia, hæc Authentica non cor-
rigit legem Codicis; ſed addit dicens quod
Naufragantium bona debent Nautis, ſeu
Dominis rerum reſtitui; per legem vero Co-
dicis intelligit non ſolum Ius in Codice col-
lectum; ſed etiam antiquum, ff. vt oſtendit ex
legibus, quas ſtatim citauit, quæ ſimilem
continebant æquitatem, vt l. final. ff de in-
cend ruin. naufrag. in principio, l. de ſub-
merſis. C. lib 11. ne quid oneri publico impo-
natur. Item Iuſtit. de rerum diuiſ § final., &
l. 1. l Qui leuandæ, ff. de leg. Rhodia, quæ
omnia Iura oſtendunt illam authenticam ad-
dere, ſeu declarare Ius antiquum legis Rho-
diæ, non vero corrigere.

Item Alexandrinus ad hunc textum re-
prehendit Reges Hiſpaniæ cum Gloſſa 3. in
capite diſpenſationes 1. q. 7 Eò quòd naues
fractas occupent. Cæterum non ſine iniuria
hoc Regibus Hiſpanis crimen imponitur, cum
oppoſitum ſuis legibus decreuerint, vt patet
ex Alphonſo part. 5. tit q l. quæ lex con-
formatur cum Iure communi illius authen-
ticę citatæ, l. nauigia, & ſolum addit, quod
ſi naufragi fuerint inimici, non fiſco, ſed
vſui pręoccupantium cedant, tantum abeſt,
vt velint ſuorum calamitatibus fiſcum ſuum
diteſcere, quod ipſis imponebatur: idem
habetur l. . ord. rega. tit. 12. lib. 6. In noua
vero recop. eſt l. 9. tit. 10. lib. 7.

In Quatuor Capita diſtinctionis 3.

NOTATIO XI.

Cap 1. Canon diſt.

POſtquam Gratianus obiter ſæcularium
legum ſpecies percurrit, ad Eccleſiaſticas,
quæ ſui erant inſtituti, deſcendit, & ſicut ex
1. D. Iſidoro illarum doctrinam inculcauit, ita
ex eodem lib. 6. c. 16. harum cognitionem
edocuit. Et in primis ait legem Eccleſiaſti-
cam Canonis nomine cenſeri; In quo ſignifi-
catu accipitur etiam apud Ius Cæſareum in l.
priuilegia, C. de Sacroſanctis Eccleſiis; & in
l omni 6 C eod. & in Gloſſ. 1. in Authent.
de Eccleſiaſticis titulis, collat. 9. in principio.
Quamuis in eodem Iure Imperiali Canon,
anniuerſariam penſitationem, collationem,
A & præſtationem ſignificet, quæ à prouin-
cialibus quotannis Populo vel Romano, vel
Conſtantinopolitano, vel Alexandrino gra-
tis mittebatur, hiſque rebus conſtabat fru-
mento, vino, carne, oleo. Cuius Canonis
leges, vide apud Briſſonium de verborum
ſignif. lib. 3. verbo Canon.

Quando tamen pro Eccleſiaſtica conſtitu-
tione rigoroſè, & ſtrictiſſimè ſumitur, legem
Pontificiam ſignificat vniuerſalem in aliquo
vniuerſali Conſilio ſtabilitam, vt cum Gloſſa
notant Archid. Bell. & Doctores communi-
ter hoc loco ex cap. altercationis de bigam.
Et cap. habeo diſt. 16. verbo oportebat.
Addit Gloſſa diſcrimen inter varia nomina
conſtitutionum Eccleſiaſticarum, videlicet
B inter decretum, & decretalem Epiſtolam,
aitque Decretum dici quod Papa ſtatuit de
Concilio Cardinalium, abſque alicuius con-
ſultatione; Decretalia verò Epiſtolam, quæ
fit ab eodem ad conſultationem alicuius. Si-
militer diſtinguit eadem Gloſſa inter dog-
ma, mandatum, interdictum, ſanctionem, &
probat ex varijs textibus: nam dogma con-
tinet doctrinam fidei, & ex cap. qui Epiſco-
pus 23. d. Mandatum tradit de moribus diſci-
plinam ex textu his igitur 13. diſſ. Interdictum
non vt ſignificat cenſuram, ſed conſtitutio-
nem, Canon eſt in quo nulla adijcitur pœna,
vt patet ex cap. interdixit 32. diſt. ſanctio eſt
qua pœna aliqua adijcitur ex cap. 1 diſt. 36.
Bene tamen aduertunt Geminianus, Præpo-
ſitus, & alij hæc nomina ſæpè inter ſe con-
fundi, neque in eo rigoroſo ſenſu ſemper
C vſurpari, vt videre eſt in cap. 1. de Conſti-
tution. Canonic. Ius Cæſareum in diſcri-
mine inter ſanctionem, & interdictum. Nam
de ſanctione ità loquitur Inſt de rerum di-
uiſ §. Sanctæ, *Legum eas partes, quibus
pœnas conſtituimus aduerſus eos, qui con-
tra leges fecerint, ſanctiones vocamus.* Simi-
liter Paul in l Sanctio, ff. de pœnis. At in
interdicto regulariter non adiicitur pœna;
quamuis aliquod etiam pœnale reperiatur,
vt eſt illud quod in eum datur, qui ſuppri-
mit hominem liberum. vt conſtat ex l. 1. ff.
de homine libero exhibendo, iuxtà Cuiacium.
& alios.

Cum in capite 1 Canonis Etymologia ex 2.
Græca radice eruta Latinè regula perhibea-
D tur, huius ratio in ſequenti capite aſſigna-
tur. Sic enim nominatur, aut quia recto tra-
mite deducat, nec deuiare permittat, aut
quia modum viuendi præſcribat, & de-
uium, ſiniſtrumque caſtiget. At difficultate
non vacat quo modo canon regula exiſtime-
tur. Nam canon eſt Conſtitutio Eccleſiaſti-
ca, item verum, & proprium Ius, ſed regu-
la non eſt Ius ex l. 1. ff. de reg. Iuris, quæ
ita habet, *regula eſt quæ rem, quæ eſt,
breuiter enarrat, non vt ex regula Ius ſu-
matur, ſed ex Iure quod eſt regula fiat.* Ad
hanc difficultatem Turrecrem ad finem quæ-
ſtionis circa præludium diſtinctionis tertiæ,
& alii cum Gloſſa reſpondent, regulam ge-
neraliter acceptam, non adiunctis exceptio-
nibus non eſſe ius, & in hoc ſenſu procede-
re primam regulam Iuris Cæſarei: ſi verò
accipia-

accipiatur. vt includit ſuas exceptiones, eſſe A verum Ius, quia nunquam fallit.

3. Hanc ſolutionem partim vt obſcuram, partim vt falſam reiiciunt Geminian. Præpoſitus, Archidiaconus, & alii hoc loco. Primò quia regula generalis in exceptionibus fallit, ergo cum illis accipi non debet, ſed potius illis ſecluſis. 2 Regula generaliter conſtituitur ex his, quæ vt plurimum ſe habent iuxtà, l. nam ad ea, ff. de legit. Senat. & notat Gloſſ. in l. Iulianus §. 1. 10 verbo, plures, ff. de act. empt. ideoque dictio *plerumque* regulam facit ſecundum Albericum quæſt. 158. n. 2. in 2. part. ſtat Vbi citat l. plerunque de Iure dotis, & ad idem eſt tex. in §. fin. Inſt de legit. patron. tut. Item alij videri poſſunt in dictionario Iuris, verbo, *Plerumque* eiuſdem Alberici citati. 3. Quia B licet regula quandoque in aliquibus caſibus vitietur, & tunc perdat officium ſuum propter exceptiones, tamen non deſinit eſſe regula, quia illud, quod regulariter fit, plerumque illas habet, vt notat Gloſſ de reg. Iuris in 6. & Abbas poſt Cardinalem per tex. in cap. Quoniam frequenter. Vt lite non conſt. p. & l. regulariter, ff. de petit. hered. l. regula de Iur. & fact ignor. & l. neque leges, ff. de leg. & Senat. ergo non rectè dicitur qood propter exceptiooes in quibus non procedit, amittat Ius ſuum, ſeu veram regulæ rationem, quæ in hac conſiſtit quod eſt coniungere plures caſus eandem rationem & æquitatem habentes, & ſecundùm eandem rationem in determinatis inuentam, determinandis ius præſcribere, ità C Bartol. Moder. Anchara. & alii ad l. 1. ff. de reg.

Quæ definitio vt magis declaretur, & no-
4. ſtra textualis difficultas ſoluatur aduertendú eſt cum Iuriſtis ſubtilioribus, quos ſequitur Dynus in prooemio de regul. Iuris n. 9. & Gloſſ. eod. tit. in 6. tria genera caſuum conſiderari poſſe. Primum eorum, qui in canone vel lege ſpecialiter ſunt determinati, & regula non tribuit, neque conſtituit Ius in ipſis, ſed potius ab his colligitur tàquam concluſio ex præmiſſis, vt benè notant Bellam. ad hoc cap. *Canon.* 2. eſt eorum qui excipiuntur à regulæ determinatione, & in his etiam regula non conſtituit ius, qoia ſub diſpoſitione regulæ non continentur. 3. eſt eorum qui habent eaodem D rationem, quæ eſt in caſibus à Iure determinatis, & tamen non reperiuntur in Iure ſpeciatim poſiti, ſed ſolum ſub generali regula, quæ non patitur determinationem diuerſam in caſibus ſimilibus ex l. Poſthumius, ff. de iniuſto rupto teſtam. & l. à Titio de verb. ſignificatione. In his ergo caſibus tertii generis regula conſtituit Ius, & dicitur Iuris regula intranſitiuè, quia eſt ipſum Ius, ſicut reſpectu caſuum primi generis dicitur regula Iuris tranſitiuè, quia ad illam fit tranſitus a Iure in illis conſtituto.

Exemplo res fiet planior, nam ſtatutum fuit
5. in legibus vt piſces in mari, & lapilli in litore occupantibus cedant, quando in nullius bonis ſunt, vt patet ex Bart. & Ang. eſt, in l. iniuriatum, §. ſiquis, ff. de iniuriis Bal. in Rub. ff. de rerum diuiſione. Aret. in Inſt. de rerum diuiſione §. flumina Iuriſtæ ad l. Item lapilli, ff. eod. tit. Deinde feræ ſimiliter præoccupantibus conceduntur ob eandem rationem, l. quædam, ff. de rerum diuiſione Inſt. eodem tit. §. feræ l. 1. ff. de acquit. poſſeſſ. & l. 3. & l. naturalem de acquir. rer. dom. cum DD. ibidem. Item aues ob eandem cauſam, quia in nullius boois ſuut ex §. feræ, citato. Ex his caſibus elicitur hæc generalis regula: quod in nullius bonis eſt, id naturali ratione occupanti conceditur, vt habetur l. 3. ff. de acquirendo rer. dom. quæ regula reſpectu primorũ caſuum non conſtituit Ius, ſed ex Iure deducitor. Dein quia hæc regula fallit in exceptis V. G. in libero homine, & in re ſacra, & in multis aliis caſibus notatis in l. 1. ff. de rer. diuiſione, in quibus cuius ſit ſingulare non poſſumus ſequi regulam communem iuxta l. in iis & l. ius ſingulare, ff. de legib. nam quamuis in nullius bonis ſint, non cedunt occupanti.

Obijcias: regula Catoniana conſtituit ius de
nouo, & dicitur regula Iuris in l. cum legato, ff. quando dies leg. ced. p. cum Bart & aliis ad l. 1. ff. de regula Catonien. Ergo etiam regula Iuris in caſibus de nouo determinatis conſtituit Ius. Et amplius confirmatur; Videmus enim ſæpiſſimè fieri diuiſionem caſus occurrentis per regulam Iuris; Videlicet in cap. inter dilectos de fide Inſtrum in fine, & in cap. ſi diligenti de foro competenti. Item in aliis, vt notauit Gloſſ. in Rubrica de regul Iuris, in 6. & alii Doctores eodem loco. 6.

Re p In hoc euentu regulam, prout Ius conſtituit, non tam extendi ad caſus ſuperuenientes habentes eandem rationem, quàm illos includere tanquam genus ſpecies, vel tanquam ſpeciem indiuidua; ita Decius l. 5. ff. de reg. Iuris n. 6. & probatur quia hinc eſt quod in caſibus ſimilibus non determinatis intentionem habet in regula fundatam, qui habet regulam pro ſe, vt docet Bart. in l. quoties, ſi quis caut. & in l. 2. col. 1. ff ſiquis in Ius ver & citat Innoc. Item alii quos ſequitur Decius citatus. Qua doctrina poſita, noſtra diffi-
cultas cujus occaſione hæc diximus, omninò 7.
tollitur, quamquam enim regula multifariam ſumitur primo pro norma rectè viuendi ad Galat. 6. 2. pro Iure diuino cap benè diſt 61. 3. pro Iure communi in cap. ex antiquo diſt 54. & diſt. 55. c. 1. 4. pro Eccleſiaſtica diſciplina c. quoniam d. 47. 5. Pro definitione quæ compendioſè rerum vniuerſitarem complectitur in cap quæro 6 q. 1. Canon tamen dicitur regula in eo ſeoſu in quo eſt rerum ius intrãſitiuè, & ipſa rectitudo æqui, & boni adiutrix. vt docuit Ariſt. lib. 5. Moral. c. 10. quæ idcirco bonos dirigit, & impios coërcet, vt habetur in noſtro cap. regula, cum quo concinit lex 1. & 2. ff. de leg & Senat. & l. leges C. de legib & Conſtit.

Ratio Theologica eſt, quam D. Thom. adducit 1. 2. q. 19. art. 4. in corp. quia Canon, qui eſt lex humana Eccleſiaſtica, ita dicitur regula & meoſura, vt à lege diuina, & naturali menſuretur. Sed hæ nequeunt à rectitudine deuiare, ergo etiam humana ab illis menſurata recte diriget humanas actiones in finem vltimum ſibi couſequendum; nam illa

Google

docet quod religioni diſciplinæ, & saluti proficit. Ad argumentum igitur in forma, ſuperiùs propoſitum concedenda eſt maior, nimirum Canonem eſſe Conſtitutionem Eccleſiaſticam, item propriſſimum Ius: ad minorem iam diximus quo modo regula Iuris dicenda ſit Ius, videlicet tranſitiuè, prout deducitur ex Iure in caſibus ſpeciatim determinatis, & intranſitiuè in indeterminatis & occurrentibus. adhuc tamen etiam in hac conſideratione regula diſtinguitur à Canone, qui ſemper eſt regula intranſitiuè per generalem, vel ſpecialem diſpoſitionem, quæ non fallit, nec patitur exceptiones; quamuis diſpenſationes, vel interpretationes admittat modo poſtea declarando. At regula Iuris patitur exceptiones, & in eis fallit, & perdit officium ſuum: ita Archidiaco. Præpoſit & alii ad hunc textum Concordat Alphonſus part. 7. tit. 34. in ſumma vbi appellat regulam Iuris leg Hiſpanicè, quæ omninò ſequi debet, vbi non habet exceptionem, vt latè oſtendit ibi Gloſſ. ex Bal. & l. omnis definitio ff. de regul. Iuris.

Ad §. *Porro* ſubnectit Gratianus Canonum diuiſionem, quæ quia ſatis clara eſt, illam omitto, & ſolum moneo quæſtiones, quæ hîc adiungi ſolent à nonnullis Iuriſtis de eo qui poteſt cogere concilia tàm vniuerſalia, quam prouincialia, non eſſe huius loci: alium enim habent multò commodiorem diſtinct. 17. & diſp 6. ad quem illas remittimus. Quia verò vna ex Canonum diuiſionibus eſt in communea & priuatos, qui dicuntur priuilegia, quaſi priuatæ leges, Gratianus tradit priuilegiorum definitionem, ſeu etymologiam ex eodem Iſidoro: de priuilegiis tamen hic non agendum, quia habent peculiarem titulum lib. 5. tit. 33. & in 6. lib. item 5. tit. 7. Denique per officia ſeu virtutes & quaſi formas, legem declarat, & quatuor numerat nempè permittere, vetare, punire, præcipere.

8. Concordat Ius ciuile in l. legis virtus, ff de legib. & ſenat 5. virtutem addit Gloſſa ibidem nempe conſulere iuxta l. 1. ff. de inofficioſo Teſtamento l. is, cui, ff. de rei vindic. l. age C. de tranſact. Alphonſ. l. 5. part. 1. tit. 1. numerat ſeptem legis virtutes nimirum credere, ordinare, iubere, vnire, præmiari, vetare, punire; ſed vtraque Gloſſ. tam ff. quam partitarum addunt omnes reduci poſſe ad quatuor prædictas. De quibus Bal. in rubr. Cod. de condictione ex lege. Hoſtien. in ſumma de conſtit. verſu *quæ, & quot virtutes*. D. Iſidorus tria legis officia tantum poſuit, nempe permittere, vetare, punire; quia quartum, nempe præcipere ſub illo ſecundo vetare intellexit, nam qui actum præcipit, vetat illius omiſſionem, vt Vaſq. 1. 2. q. 92. art. 2. n. 10. Iſidorum expoſuit, qui immeritò carpit Gratianum, eo quod addiderit verbis Iſidori, *diuina præcipit*; vt diliges Dominum Deum tuum, nam in hoc non ſignificauit ad ſolam diuinam legem ſpectare hoc officium, quod eſt præcipere; Non enim ignorauit has quatuor virtutes in legibus ciuilibus reperirii; ſed quam Iſidorus ſub vetare incluſit, ipſe explicitè declarauit, & exemplum poſuit notiſſimum in lege diuina, quando præcipit actum amoris Dei.

Aliud exemplum in virtute puniendi in textu poſitum Gloſſa 2. expendit quo modo perſonæ Eccleſiaſticæ aptari poſſit: nam capite plectere illum, qui cædem fecerit, ad iudicem Eccleſiaſticum non pertinet, qui neque in cauſis ſanguinis intereſſe debet per cap. his, à quibus 23 q. 8. & ſoluit eadem Gloſſ. quod Eccleſiaſticus poteſt dicere Ius interroganti, non tamen præcipere vel conſulere per cap. delatori 5. q. 6. & cap. peſſimam 23 q. vlt. Verum addit hoc Ius correctum videri per caput ex litteris de exceſſ. prælatorum, in quo Gloſſa ſibi contraria eſt iuxta doctrinam, quam ad citatum cap. *ex litteris* tradit. Ego vero planiorem iudico ſolutionem, ſi dicas Iſidorum exempla attuliſſe, quæ vel in Eccleſiaſticos, vel in ciuilibus legibus oſtenderent illa legum officia, quare illud de punitione capitis in lege ciuili reperitur l. 1. & l. qui cædem, ff. ad l. Corneliam, de ſicariis, quod non tollit in Eccleſiaſticis legibus alias pœnas contineri, vt patet ex tit. 37. libri 5. de pœnis. hæc quatuor officia ſeu virtutes conſtitutionum, cùm ſint diuerſæ veluti legum formæ ad diſputationem 4. de cauſa formali conſtitutionum pertinent, vbi oſtendemus quo modo in lege tùm naturali, tùm poſitiua, tam diuina, quàm humana reperiantur. 9.

Theologica ratio, quæ oſtendat nec plures, nec pauciores legum virtutes, aut formas dari poſſe ex D. Thoma mutuanda 1. 2. q. 92. art. 2. in corpore. Nam actus humani, quos lex dirigit, ſunt in triplici differentia. Quidam enim ſunt ex genere ſuo boni, cuiuſmodi ſunt actus virtutum, & ad hos ponitur lex præcipiens, quæ illos imperat quando continent bonum neceſſarium vt in 5. Ethicorum docuit Philoſophus. Alteri ſunt ex genere ſuo mali, quales ſunt actus vitiorum, & & ad hoc ponitur lex prohibens. Alii denique ſunt ex ſe indifferentes & reſpectu horum datur lex permittens. Inter hos indifferentes numerat D. Thom. actus parum bonos, aut parum malos, hos enim lex poſitiua ſæpe permittit. Et ſicut ad rationem pertinet ex aliquo aliud deducere, vt in ſcientia demonſtratiua, ratio deducit ex præmiſſis concluſionem, & facit vt propter quædam principia aſſentiamur propoſitioni diſcurſiuæ: Ita etiam lex quæ eſt dictamen rationis per modum præcipiendi propter præmium inducit ad bonum, & ſic permittit vt petatur præmium, & propter pœnam deterret à malo, & hac ratione lex pœnalis propoſito ſupplicio minatur. quo modo quatuor legum differentiæ cenſentur nempe præceptiua, & prohibitiua ſimpliciter. Deinde permiſſiua inuitatis præmio, & punitiua deterrens ſupplicio. Quod verò attinet ad legem conſulentem, præterquam quod ad permittentem reduci poſſit docet D. Thom. citatus ad 2. conſulere non eſſe proprium legiſlatoris officium, ſeu legis actum, quia ad priuatam perſonam ſpectat. Vnde D. Paulus dum quoddam Concilium daret, ait, *ego dico non Dominus*, 1. Corint. 7. 10.

De nominibus natura, diſinitione, & diuiſione conſtitutionis communiſſimè, ſumptæ.

DISP. I

INter nomina, quæ ſunt veluti Conſtitutionis ſynonyma, quæque in textibus proxima commentatione explicatis percurrimus, præ cæteris latiſſimè patent hæc duo, Lex, & Ius, quæ quantum ad conſtitutionem ſpectent ex eo apparet quod lex dicitur conſtitutio c. 3. d. 1. & cap. 2. d. 3. Vbi lex ſumitur ſtrictè prout poſitiuã, & temporalem tantum legem complectitur, & vt ab æterna, atque naturali B contra diuiditur: hac enim ratione eſt conſtitutio ſcripta, & conſtitutio populi iuxta eoſdem textus. Quia verò lex eſt Iuris ſpecies, & ob eam cauſam Gratianus diuerſa Iuris genera conſiderauit, vt perfectam de ſacris Canonibus doctrinam traderet; Hæc duo expendere oportet: Nempe quid ſit ius, & quid ſit lex, atque adeò diuerſas ſpecies ſub his generibus contentas definire, vt nobis quid ſit Eccleſiaſtica Conſtitutio innoteſcat, quod tota hac diſp. declarabitur.

Diuiditur Ius in diuinum, & humanum; & primum diuiſionis membrum expenditur.

QVÆSTIO I.

QVæſtioni occaſionem præbuit præludium Gratiani, & caput primum diſt. vbi hæc 1. traditur diuiſio quam facit Aug. Tract. 6. in Ioan propè finem dicens, *Ius diuinum in ſcripturis habemus humanum, in legibus Imperatorum*, eandem Theologi inculcant cum D Thoma 2. 2. quæſt. 57. art. 2. ad 3. Ius igitur diuinum in præſenti titulo vel accipi poteſt, vt eſt obiectum legis, vel vt obiectum Iuſtitiæ: de Iure vt eſt obiectum legis dicemus quæſt. ſequenti, nunc loquimur de Iure vt eſt obiectum iuſti- D titiæ propriiſſimè ſumptæ, quæ eſt virtus proprie ad alterum Duobus ergo modis accipitur Iuſtitia; Primo vt à D. Anſelmo in lib. de veritate definitur. *rectitudo per quam animi noſtri vires inter ſe, & apud Deum rectè ordinantur*, quæ acceptio Iuſtitiæ omnibus virtutibus poteſt accommodari. Secundo, quatenùs eſt virtus ad alterum, ſecundùm quam aliquis conſtanti & perpetua voluntate ius ſuum vnicuique tribuit, vt illam declarat Diu Thom. 2. 2. quæſt. 58. art. 1. in corp. & Iuriſtæ l. iuſtitia, ff. de Iuſtitia & Iure. In quo loco Gloſſ. s. hanc definitionem diuinæ Iuſtitiæ accomodari contendit. nihilominus quia textus noſter in cap. omnes leges, diſt. 1. legi diuinæ Ius attribuere non audet, ſed faſ. quæſt. ſequenti videbimus vtrùm Ius ſit obiectum legis diuinæ Nunc examinandum eſt an obiectum ſit alicuius virtutis, quæ rigoro-

II.

A ſa Iuſtitia ſit, & in Deo reſpectu creaturarum reperiatur. Et quia hæc quæſtio procedere poteſt de Iuſtitia in communi, & deinde de particularibus iuſtitiæ ſpeciebus; quales ſunt commutatiua, diſtributiua, & legalis, de omnibus agitabitur.

Vtrum detur Ius diuinum quod ſit obiectum Iuſtitiæ diuinæ propriiſſimè ſumptæ.

SECT. I.

ET ſi quæſtio hæc ad Theologos magis quàm ad Iuriſtas ſpectet, quià tamen 1.
B noſtri Inſtituti eſt vtrumque Ius inter ſe, & cum Theologia componere, & tàm leges, quàm Canones agunt de Iure, vt eſt obiectum Iuſtitię, & legis diuinæ, illud concedendo, hoc negando; operę pretium erit ad Theologicam recurrere rationem, quæ hanc grauiſſimam litem dirimat. de qua duo ex noſtra ſocietate inſignes Theologi Vaſq. & Suarius periucundum Ingeniis Theologicæ concertationis duellum inierunt: Aduertendum tamen inter omnes conſtare, Deum per ſe, ſuapte natura, & abſolute ſpectatum non poſſe eſſe debitorem creaturæ proprio debito ad cuius ſolutionem Deus propter ſuæ voluntatis rectitudinem teneatur, & communiter in creatura C Ius eſſe non poſſe reſpectu cuius in Deo nulla facta ſuppoſitione iuſtitiæ, obligatio oriatur. Ratio eſt quia vbicunque inuenitur naturale debitum conſequens ad aliquam naturã, ſupponit illam dependentem & imperfectam. Solum igitur controuerſia eſt, vtrum facta aliqua ſuppoſitione, & ſuppoſito decreto diuinæ voluntatis, reſultare queat in Deo obligatio ex Iuſtitia rigoroſa, cuius obiectum ſit Ius quoddam quod diuinum dicitur, quia illud reſpicit diuina Iuſtitia, & humanum in alio ſenſu etiam appellari poteſt quatenus homo per illud Deum ſibi habet debitorem, quamuis cum hoc Ius noſtrum in diuina gratia & liberalitate Dei fundetur ſemper, po- D tiori Iure diuinum dicetur.

Prima ergo ſententia negat in Deo omnem 2.
propriæ Iuſtitiæ rationem, quæ debitum neceſſitatis, ſeu ius proprie dictum reſpiciat, etiã facta ſuppoſitione, quod Deus per promiſſionem, vel pactum de operis exhibitione ſe voluit aliqua ratione obligare. Admittit tamen quandam Iuſtitiæ rationem latè ſumptam, cuius obiectum ſit congruum vel condecens, quo ſenſu loquutus eſt D. Anſelmus in proſolog. cap. 10. de Deo. *Iuſtus es* (ait) *non quia reddis debitum, ſed quia facis quod condecet te ſummè bonum.* Pro hac ſentẽtia citantur Alenſ. Bonau Dur Palud. & alij, quos ſequuntur Trigoſius in Bonau. 1. part. q. 17. art 1. dub. 1. & Vaſq. 1. part. diſp. 86. cap. 2. quamuis Bonau. Scot. & Gabriel ibi citati 2. opinionem ſtatim referendam amplectantur ſuam. Vaſq. magis confirmauit ea tom. 2. diſp. 213. 214. 223. Item 3. p. diſp. 7. & 8. Probatur primo quia in patre non eſt Iuſtitia, quæ reſpi-

ciat Ius debitum Filio, neque in Domino. quæ reſpiciat Ius debitum ſeruo; quod ex eo probat Ariſtot. 9 Ethicor. cap 6. quia eiuſdem ad ſe non eſt iuſtitia, cum ſit virtus ad alterum; ſed filius ſub tutela patris conſideratur in Iure vt pars illius & ſeruus quidquid habet & quidquid eſt rotum domini eſt, ideoque lis, & actio inter eos nulla eſt, l. 11 lis nulla, ff de iudic. l. 7. actiones de actionibus, & oblig. & faciunt l. 79. placet, ff. de acquitenda hæredit. l. 4 nam ciuium, ff. de his qui ſunr ſui vel alieni Iuris l vlt. C. de Impub. Subſtitut. ergo cum omnis creatura maiori Iure ſit ſub tutela & dominio Dei, nullum eſſe poteſt ius proprium extra ipſum Deum in creatura, quod reſpiciat Dei Iuſtitia. Secundo, illud Ius, quod ex promiſſione Dei, ſiuè ex pacto creatura acquirit, ſub dominio Dei manet: item opera de quibus paciſcitur, & quibus præmium promittit, à Deo ſunt, illi debentur, & ab illius dominio alienari non poſſunt: ergo nunquam in creatura conſiderari poteſt debitum rigoroſum quod reſpiciat Dei iuſtitia propriè ſumpta. 3. Deus etiam poſita promiſſione hominibus facta, non conſtituitur debitor illis, ſed ſibi, & verbo ſuo, vt docet D. Thom. 1. 1. quæſt. 114. art. 1. Caiet. & Thomiſtæ ibidem, Soto de natura & gratia cap 7. Bundetius & Romæus, quos ſequitur Vaſquez. 1. 2. diſp. 215. cap. 3. Ergo licet ex fidelitate obligetur Deus ad ſtandum promiſſis, hoc debitum ad congruitatem, & condecentiam ipſius Dei ſpectabit, non ad Iuſtitiam, cùm non ad alterum, ſed ad ipſum Deum referatur.

2. Sententia admittit quidem Iuſtitiam in Deo rigoroſè ſumptam, ſed addit ex vi ſolius promiſſionis diuinæ oriri tantum debitum fidelitatis, quam à veritate Dei non diſtinguit: quamobrem vt conſurgat in Deo obligatio, quæ ſit ex rigoroſa Iuſtitia vltrà promiſſionem, requirit conuentionem, ſeu pactum de operis exhibitione, quàm implens creatura Ius acquirit diuinæ Iuſtitiæ obiectum, & in Deo datur obligationis debitum perſoluendum. Hanc defendit Suar tom. 1. in 3. part. diſp. 4. ſect. 5 Item in opuſcul. in relect de libertate diuina, diſp. 2. ſect. 2. nu. 37 & in diſp. de Iuſtitia Dei tandem tom. 3. de gratia lib 12. cap 30. Suadetur quia debitum ſimplicis promiſſionis ſola promittentis nititur fidelitate, ſeu veritate, quę non excludit quod donum ſic datum ſimpliciter ſit gratuitum, ergo ſimplex promiſſio Dei non inducit debitum ex Iuſtitia. Probatur antecedens, quia quando promiſſio eſt liberalis, illam adimplere, eſt reddere liberalitatis, ac fidelitatis debitum, quod longe diuerſum eſt à debito Iuſtitiæ. Confirmatur 1. quia pura promiſſio in homine, non inducit obligationem ex Iuſtitia, ex l. Iuris gentium, ff. de pactis, § ſed ſi nulla, vbi dicitur, quod *nuda pactio obligationem non parit*; promiſſio autẽ etiam acceptata eſt nudum pactum, ergo multo minus in Deo Iuſtitiæ obligationem conſtituet. Confirmatur 2. alioqui Deus nõ donaſſet nobis filium ſuum ex gratia, & liberalitate,

A ſed ex iuſtitia: ſiquidem illum nobis promiſit.

3 Sententia admittit io Deo Iuſtitiam ortam ex aliqua ſuppoſitione, ſiue ſit ſola, & ſimplex Dei promiſſio, ſiue conuentio aliqua de opere exhibendo, ita D. Thom. 3. part. q. 85. art. 3. in corpore. 1. 2. q 112 art. 1. ad 1. & 2. 2. q. 58 art. 2 ad 3. & q. 61. art. 4 ad 1. Alenſ. 1. p. q 39. Membro. 1. & 2. Bonau. in 4 d 46. art 2. q 1 ad 1 Albertus 1. p. ſumm. tract. 10 q 8. art. 4. part. 2. ad 4 Nam hi AA. eodem modo ponunt in Deo iuſtitiam, quo ſimiliter miſerieotdiam concedunt; ſed hæc ponitur in Deo formaliter, ergo etiam illa eodem modo Deo conceditur iuxta illorum mentem Clarius loquuntur pro eadem opinione, Scot. in 1. diſt. 17. q 2. § ſed tunc. Ga-
B briel in 2. diſt. 17. q 1. art. 2. poſt 1. Cloem. Capreolus ibidem art 3 ad 1. Dur Sot. 3. de Iuſtitia q. 5. art. 3. Caiet. 1. 2. q. 114. art. 1. Bartol. Med. ibid. a. 3. eandemque tenentur defendere qui docent Deum ex iuſtitia obligari ad acceptandam ſatisfactionem à Chriſto Domino pro hominibus oblatam Vnde mirari non poſſum aſſerere. Vaſq. nullum ſe legiſſe auctorem qui hanc de Iuſtitia Dei opinionem tueretur. Quam eum veriorem exiſtimemus, illam per ſequentes concluſiones declarare oportebit.

Prima concluſio. datur in Deo formaliter propria, & rigoroſa Iuſtitia prout in communi accipitur, & abſtrahit à commutatiua, diſtributiua, & legali Hanc teoent AA. citati 5.
pro 2. & 3. ſententia. Deinde Ferrar. & alii, quos ſequitur Rabello de oblig. 1. part. lib. 1.
C q. 4. n. 12. Probatur 1. ex multis ſacræ ſcripturę locis, in quibus diuinæ Iuſtitiæ fit mentio, quæ in omni proprietate ſermonis exponi debent, quando ex eo nulla in Deum imperfectio detinatur Pſal. 118. *Iuſtus es Domine, & rectum Iudicium tuum*, vbi D. Ambr. ait *Iuſtitiam Domini prædicat, quod meritis ſuis digna patiatur.* Matth 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem*, vbi notati debent ſingula verba. *operarios, redde mercedẽ*: in omnibus enim manifeſta Iuſtitia elucet, vt Bellar. lib. 4. de ioſtiſ. c. 4 n. 20 & Valent. 1. 1. diſp. 8. q 2. p. 1. aduertunt. Ad Hæbreos 6. *Eſt iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri?* quo teſtimonio vſus eſt Auguſt. lib 4. contra Iulianum, dicens. *Deus ipſe quod abſit, erit iniuſtus ſi ad eius*
D *regnum verus non admittitur Iuſtus.* Deniq; ad Romanos 4. *Ei qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundũ debitum.* quod neceſſariò intelligendum eſt de debito Iuſtitiæ, quia quodcumque aliud non excludit à dono rationem gratiæ, vbi Chryſ. homil. 8 ait, *quia propter & hic debitorẽ habet Deum*, & infrà, vt oſtendat debitum eſſe ex Iuſtitia, dicit *Eſt enim multiplicem mercedem comprehendens remuneratio ipſa iuſtitia.* 2. probatur ex Conciliis Arauſic. Can. 18 *Bonis operibus debetur merces, ſed gratia, quæ non debetur præcedit, vt fiant.* Illud, *debetur*, non eſt intelligendum de debito doni gratuiti, ſeu liberalis, vt rectè oſtendit, id quod addit, *ſed gratia*: quãuis enim ſuppoſitio de promiſſione liberali & gratia prærequiratur, illa poſita, debitum poteſt ex iuſtitia oriri. Senonenſe

Digitized by Google

vero Conſilium Decret. 16. cum loqueretur de Deo reddente vnicnique iuxta meritum operum ſuorum adiungit, *non abſoluta condignitate quidem, neque enim condignæ ſunt paſsiones huius ſæculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, ſed gratuita magis, & liberali repromiſsione, quam conuentione facta ex denario diurno.* Itaque licet in Deo abſolutam obligationem correſpondendi meritis non admittat, ex ſuppoſitione & repromiſſione illam inculcat, & infra mercedem nobis debitam appellat illam Pauli Iuſtitiæ coronam, de qua 2. ad Timoth. 4. Similiter Trident. Seſſ. 6. c. 16. ait *Vita æterna & tanquam gratia Filijs Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſsione bonis eorum operibus fideliter reddenda: hæc eſt enim illa corona Juſtitiæ.* Tertio, ex PP. Nam D. Aug. lib. 2. Retract. c. 9. dicit. *De omnipotentia Dei, & iuſtitia dubitare dementis eſt.* Idem docet lib. 3. de libero arbitrio c. 101. Similiter Fulg. Cyprian. Paulin. Hieron. & alii, quos refert Suar. in relect. de libert. diuin. diſp. 2. ſect. 2. n. 8. Item 33. & 52. aiunt noſtris operibus ex gratia exercitis Deum fieri debitorem, vt ſupra docuit Chryſoſt. quod vero nec ſcriptura, nec Concilia, neque Patres de aliqua virtute quæ ſit pars potentialis Iuſtitiæ, nempe de gratitudine, ſeu fidelitate intelligantur, optimè concludit, Suar. tom. 3. de gratia lib. 12. cap 30. n. 8. & ſeq. 4. Ex celebri Iuſtitiæ definitione, qua dicitur, *conſtans & perpetua voluntas Ius ſuum vnicuique tribuendi*, ab Vlp. l. Iuſtitia, ff. de Iuſtitia & Iure, Inſt. eod. tit. Vbi Gloſſ. Bart. Baldus, & Iuriſtarum præſtantiſſimi hanc definitionem maiori Iure Deo aptari aſſeuerant. In Deo enim voluntas quæ eſt ſuum eſſe ſumma conſtantia, & immutabilitate ad tribuendum vnicuique Ius ſuum inclinat; non cum priuatione ſui Iuris, quia iam tunc non eſſet Iuſtitia, ſed cum affectione reddendi vnicuique quod ex Iure ſuo exigit, & cum redditione debiti, quod ſponte ſuſcepit ex ſimplici promiſſione, vel ex conuentione. vel denique ex aliqua libera ſuæ voluntatis determinatione.

2. Concluſio hæc Iuſtitiæ obligatio in Deo
6. oritur non ſolum ex pacto, & contractu oneroſo inter Deum, & creaturas: qualis fuit illa conuentio facta in parabola de vinea cum operariis ex denario diurno, ſed ſufficit pactum nudum, & ſimplex Dei promiſſio à creaturis acceptata ad hoc debitum contrahendum. Hæc concluſio quoad primam partem defenditur ab AA. 2. & 3. Sententiæ, quoad 2. & AA. 3. Sententiæ maximè fauent; quamuis non ita diſtinctè illam exprimant. Et quamuis negari non poſſit Deum ex parte noſtra requirere ſaltem in adultis ſtudioſorum operum exhibitionem, vt vitam æternam, & cœleſtem gloriam denario ſignificatam ex communi Patrum conſenſu, nobis conferat; attamen adeò excedit gloriæ dignitas, & pondus noſtri laboris, pretium, & æſtimationem, vt niſi intercederet diuina repromiſſio debitum Iuſtitiæ inducens, opera de ſe tantam condignitatem non habent vt ex Iuſtitia obligent ſine ſuperabundanti, & liberali promiſſione; quia conuentio, quæ de ſe enormi, & inferiori pretio quam dimidio inæqualis eſt, reſcindi iubetur per l. rem Minoris, C. de reſcindenda vend. & l. in contractibus, C. Quibus ex cauſis mai. in integ. reſt. Vnde, ſi diligenter ponderentur verba Conciliorum, quæ ſupra citauimus, quæque operum noſtrorum exhibitionem requirunt, non tàm ex ipſorum condignitate, quàm ex repromiſſione diuina deberi reddique iuſtitiæ coronam agnoſcemus.

Probatur igitur ſecunda pars, ex cuius probatione à fortiori, primæ confirmatio deducetur. Nam ſi ſola promiſſio Dei acceptata illum ex iuſtitia obligat; à fortiori eum obligabit, quando illa, cum conditione operis exercendi coniungitur. Et in primis ex ſacra pagina Exod. 6. vbi dicitur, *recordatus ſum pacti mei*, addit Gloſſ. interlinealis, *promiſsionis intellige.* Se etenim pacto ſuſius promiſſionis obligatum oſtendit. Deinde ad Hebræos 6. ait Paulus, *Abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis heredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit Juſjurandum*, quo loco mentio fit promiſſionis quam Dominus Geneſ. 22. fecerat Abrahamo, & vt promiſſi obligationem amplius demonſtraret illud Iureiurando confirmauit. 2. Præter Concilia pro prima concluſione adducta, Patres quando Deum faciunt debitorem ad liberam & liberalem ipſius promiſſionem magis recurrunt. Nam Auguſt. in Pſalm. 83. ità loquitur. *Debitorem Dominus ipſe fecit ſe, non accipiendo, ſed promittendo.* Idem repetit Serm. 16. de Verbis Apoſtoli. D. Chryſoſt. exponens illa verba Geneſ. 9. *Statuam pactum meum vobiſcum. Sicut*, inquit, *in humanis negotijs, ſi quis promittit, pactum facit, ità benignus Dominus inquit: Ecce ſtatuo teſtamentum meum, ideſt ſtabile, & firmum fore pronuncio* Tandem Bernard. in illud. ad Timoth. 1. *Scio cui credidi, & certus quod potens eſt Deus, Depoſitum meum ſeruare in illum diem, iuſtus Iudex*, non poterat clarius noſtræ concluſionis veritatem explicare. *Dei promiſſum*, ait, *appellat ſuum depoſitum; promiſſum quidem ex miſericordia, ſed iam ex Iuſtitia perſoluendum.*

3. Simplex promiſſio acceptata ex genere 7.
ſuo inducit obligationem ſaltem naturalem iuſtitiæ, ergo ſi admittitur Deum ſine imperfectione poſſe contrahere debitum ex iuſtitia, ex promiſſione acceptata hanc obligationem ſubibit. Antecedens defendit Sanch. lib. 1. de Matrim. diſp. 5. n. 20. Et citat pro eadem ſententia pluſquam viginti quinque AA. ex Iuriſtis, & Theologis; quibus addo D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. ad primum, vbi ait hanc obligationem, quam promiſſor ſubit, eſſe Iuris naturalis, quamuis ad obligationem Ciuilem quædam alia præter ſimplicem promiſſionem requiratur, & idcirco dixi in antecedente oriri ex ſimplici promiſſione, ſaltem naturalem obligationem Iuſtitiæ, immò de

Iure Canonico per promiſſionem ſimplicem A induci obligationem Ciuilem, & dati actionem contra promiſſorem tuentur DD communiter iuxtà Cap.1. & Cap. Qualiter de pact. ita Gloſſ. Panormit. Felin. & reliqui ibidem quos ſequitur Nau. in ſumma cap. 18. n. 6. Bald. iu rub. C. de rerum permutat. Couar. cap. quamuis pactum p. 2. §. 4. n. 14. Anton. Gomez tom. 2. variar. cap. 9. ad finem Rab bello p. 2, lib. 18 q. 4. n. 5. Sayro lib 6. c. 6. n. 16. Mol. tom. 2. de Iuſtiria tract. 2. diſp. 257. qui diſp. 262. n. 11. addit etiam de Iure ciuili dari actionem, tàm donatario, quàm etiam hæredibus contra promiſſorem, & illius hæredes l. ſiquis argentum C. de donat. Inſtit. eodem tit §. alias aut. Adde hoc potiſſimum decern i quando promiſſio per ſtipulationem B facta eſt. l ex placito C. de rerum permut. Inſt. de verb. obligat. §. omnis ſtipulatio. De Iure etiam particulari in Hiſpania ciuilis obligatio iuſtitiæ oritur ex ſimplici promiſſione part. 5. tit. 4. l. 4 & in Luſitania lib. ordin. 4. tit. 63

Ratione probatur illud antecedens ſi promiſſio accepta induceret tantum obligationem ex fidelitate, & veritate etiam in re graui, oon obligaretur promiſſor ſub mortali ſtare promiſſis: ſed hoc eſt ſalſum, quia inde inferam violationem vort eſſe rantum veniale peccatum. Nam eadem ratio Iuſtitiæ proportionaliter obligat hominem ad ſoluenda promiſſa alteri homini facta, atque facta Deo: non enim tenetur homo ſoluere Deo promiſſa, quia Deus eſt, ſed quia liberè ſe Deo C voluit obligare, quod æqualiter procedit in promiſſione facta homini: Illatio maioris conſtat, quia fidelitaris violatio mendacij tantummodo culpam inuoluit, ergo etiam in re graui oon foret mortalis: & confirmatur idem antecedens, quia non daretur ciuilis obligatio in promiſſore. neque concederetur actio contra illum, niſi ſupponeretur obligatio naturalis ex Iuſtitia ex eo quod promiſſor tribuit promiſſario ius ad rem, vt benè probat
8. Rabellus citatus. Tandem vt benè notauit Vaſq. 1. parr. diſp. 81. n. 43. obligatio promiſſi tranſit ad heredes, vt conſtat ex legibus ſupra citatis proximo § At obligatio fidelitatis eſt perſonalis, & ad heredes non transfunditur, niſi cum obligatione iuſtitiæ coniungatur, ergo obligatio quæ ex promiſſione oritur; non eſt ſolum ex fidelitate.

4. Argumentor ad hominem: ſi ex promiſſione Dei acceptata noo oriretur obligatio iuſtitiæ, niſi adhibita conditione alicuius operis exhibendi, non eſſet præmium beatitudinis ex miſericordia promiſſum contra Conc. & Patres citatos, præſertim Bernard. ſi dicas ideò eſſe præmium ex miſericordia promiſſum quia ſemper vincit operis dignitatem; Vrgebo quia iam ille maior exceſſus præmij ex vi ſolius promiſſionis, non ex vi operis exhibendi deberetur, ſiquidem tota operis dignitas minori præmio compenſatur, ſed totum præmium ex Iuſtitia coofertur, vt iidem auctores fatentur ſic interpretantes locum Pauli 2. ad Timot. 4. cum Concil. Tridentino ſeſſ. 6. cap. 16. ergo neceſſariò admittere debent ſufficere promiſſionem Dei acceptatam vt nobis ex Iuſtitia obligetur. Confirmatur quia ipſi aſſerunt noſtra opera, ſecluſa promiſſione Dei, non habere condignitatem; etiam ſi ex gratia fiant, quæ obligent Deum ex Iuſtitia: ergo conuentio de bonis operibus exhibendis magis eſt modus promiſſionis, & conditio ex parte perſonæ requiſitus, vt Dominus promiſſionem implere teneatur, quàm commenſuratio meriti de ſe obligantis Deum ex Iuſtitia ad dandum præmium æternum viſionis beatæ.

3. Concluſio: etiam ſi nullum interueniret pactum vel promiſſio Dei ex ſola ſuppoſitio- 9.
ne alicuius lib. determinationis diuinæ, poteſt in Deo reſultare obligatio Iuſtitiæ. Hanc B Concluſionem tenentur defendere omnes qui docent ſatisfactionem Chriſti Domini ex Iuſtitia obligante Deum, vt illam nullo præcedente pacto pro hominibus acceptaret. Ita docet Anſelmus lib. 2. cur Deus & homo cap. 19. lit. c. his verbis, *Imò neceſſe eſſe video vt pater filio retribuat, alioqnin aut iniuſtus eſſe videretur ſi nollet; aut impotens, ſi non poſſet.* Et paulò inferius ait, *propter Iuſtitiam fecit.* Idem tenet Bonau. in 3 diſt. 20. q. 5. Sot. lib. 3. de natura & gratia, cap. 6. & in 4. d. 19. q 1. art 2. Ledeſm. 1. 4. q. 11. art. 2 dub. 1. fuſiùs Valent tom. 4. diſp 1. q 1 punct 5. §. supereſt. Declaratur Concluſio quia ſuppoſito quod Deus voluit, vt ſecunda perſona humanitatem ſibi vniret, neceſſariò ſequitur quod opera huius perſonæ per C humanitatem exhibita haberent infinitum valorem, & ſatisfactio quam redderet, omnem compenſandi rationem includeret vt docet Alens. 3. part. q 17. memb. 3 D Tho. quodl. 2. art. 2. Vnde quamuis nulla promiſſio Dei interueniret, oblatam à ſeruatore Domino ſatisfactionem Deus tenebatur ex Iuſtitiâ acceptare.

Quod vlteriùs duplici ratione confirmo: 10.
1. contrà rectam rationem faceret Deus, & contrà Iuris æquitatem, ſi Chriſti Domini ſatisfactionem non acceptaret, etiam ſine præcedente pacto Nam ſpectata hominum miſeria & infinita in Chriſto Domino ſatisfactionis dignitate non poterat recta ratio dictare reſpuendam eſſe illam ſatisfactionem, quæ omnem modum ſatisfaciendi in ratione valoris includeret, & contra Iuſtitiæ æquita- D tem foret peccatorem adhuc debitorem relinqui, pro quo ſatisfactio multo maior, quàm inimia offerebatur. Vt faceret Creditor, ſi debitorem in Vinculis detentum relinqueret, nec vellet acceptare ſuprabundantem debiti ſatisfactionem à tertia perſona pro illo oblatam, qui ſoluendo non erat. 2. ea eſt vis in actione compenſatiua, vt ſi alicui ſatisfactionem offerras pro offenſa æqualem, ſtatim tranſit ad offenſi dominium, & moraliter loquendo recedit ab offerente, ad quod non eſt neceſſaria recipientis voluntas, ſed offerentis, vt benè aduertit Vaſq. tom. 1. in 3. parr. diſp. 7. c. 2. Hinc eſt quod inuito Creditore extraneus pro alio ſoluit, & illum liberat, vt docet Ang. Fulg. & alii ad l tale pactum, ff. de pactis, & concinit l. vtilita-

tem, ff. de exereit. acto § hæc actio. Item l. acceptam C. de vſuris. Ergo ſi offertur compenſatio perfecte æqualis, neceſſario reſultat in eo cui exibetur obligatio remittendi iniuriam ne inæqualitas detur. Cum igitur Chriſti Domini ſatisfactio multo maior fuerit iniuria peccati, Deus iniuſtus eſſet, niſi remitteret offenſam etiam ſine aliquo præcedente pacto.

11\. Rogabis vtrùm ratione creaturarum præciſo Chriſti merito, vel alterius diuinæ perſonæ in Deo intelligatur huiuſmodi obligatio Iuſtitiæ ex ſuppoſitione alicuius diuinæ determinationis. Reſpondeo affirmatiuè ſi ſermo ſit de creaturis meriti capacibus, & reſpectu actionum liberatum. Quę quidem reſponſio fundatar in ea communiſſima ſententia B aſſerentium, creaturam in ſtatu gratiæ de condigno, & ex perfecta Iuſtiria poſſe ſatisfacere pro culpa veniali. Ità exiſtimant D. Aug. D Thom. Scot. Gabr. Dur. Riuard. Palud. Quos citant, & ſequuntur Suar. Tom. r. in 3. part diſp. 4. ſect. 1. Vaſq. ibidem diſp. 3. cap. 3. Quam ſatisfactionem ſimiliter dico non indigere promiſſione aliqua, vt Deus teneatur ex iuſtitia illam acceptare, quia Iuſtus offerens Deo ſupernaturalem dolorem pro culpa veniali ad æqualitatem ſatisfacit; ſuppoſito igitur quod ille à Deo exciretur per gratiam præuenientem ad huiuſmodi actum & per concomitantem adiuuetur, illi dat, quoad æqualitatem recompenſet offenſam venialem.

Pręterea Iuſtorum opera de condigno meritoria aliquod præmium, quodcumque illud ſit, ex iuſtitia prometentur, ſibi propor- C tionatum; cum in Dei cultum liberè à Iuſtis exhibentur ſine præcepto, & obligatione aliqua, vt ſuppono. V. G Virginitas, & ſimilia opera ſtudioſa de conſilio commendata: quo videtur ſpectare illud Aug. lib. 1. Confeſſ. cap. 4. Cum Deo enim ſic loquitur *ſupererogatur tibi vt debeas; & quis habet quidquam, non tuum? Reddis debita nulli debens*. Quaſi diceret cum merendi principia, liberè tribuas, ac liberaliter; propter liberum cooperationem noſtram, & ſtudioſa opera in tuum obſequium, & honorem exercita te debitorem profiteris, ergo &c.

Soluuntur obiecta contra traditam doctrinam, & argumentis pro prima & ſecunda opinione ſatisfit.

SECT. II.

Contra ſuperiorem doctrinam oppones primo: Hæc omnia opera ſub Dei dominio eſſe, quo ipſe ſe priuare non poſſet, proinde nihil ipſi offerri poſſe non ſuum. Deinde opera in alterius obſequium oblata nullo interueniente pacto non videntur exigere mercedem ex Iuſtitia. Nam operarius qui non conductus, ſed ſpontè in alterius vinea laborauit, pretium ex Iuſtiria petere non poteſt. Ergò niſi Deus cum creatura facta promiſſione conueniat nullam iuſtitiæ obligationem ſubibit. Reſpondeo opera ſtudioſa Iuſtorum non eſſe ſub dominio Dei, antequam ab ipſis liberè fiant, vel ſatisfaciendo pro veniali, vel promerendo præmium aliquod; & licet poſteaquam exerceantur, non poſſint non eſſe ſub generali dominio Dei; tamen vltra hoc ad illud ſpeciale ipſius Dei dominium ſpectant; ex eo quod in ipſius cultum ab humano arbitrio dirigantur; iis enim ſtudioſis actibus Deus vti non poſſet ante hominis liberam oblationem, quod ſufficit, vt hæc opera nouo quodam modo dicantur à dominio hominis recedere, & ad dominium Dei tranſire: Habet enim homo ſuum etiam peculiare dominium in proprios actus quando liberè operatur, quod ipſe B Dominus illi tribuit, quando reliquit eum in manu conſilii ſui. Neque propter hoc ſuo ſe generali dominio priuauit. Simili modo reſpondit Valent. tom. 4. diſp. 1 q. 1. p. 5. cum de ſatisfactione Chriſti Domini ageret.

Ad id vero, quod additur de neceſſaria conuentione inter Deum & creaturam negandum eſt antecedens, quia vt benè notanit Vaſq. 1. 2. diſp. 213. c. 2. num 21. ad Iuſtitiæ obligationem perinde eſt videre, & conſentire in operas alicuius non gratis exhibendas, atque de illis paciſci, ſeu promittere, vt ſoluere debeat mercedem dominus vineæ, per cap. qui tacet de regulis Iuris in 6. & l. Item quæritur, ff. locato & conduct. §. qui impleto final. cum Gloſſ. ibi, *verbo conſenſiſſe*. Et l. qui ad certum eodem tit. & ratio eſt, quia licet obligatio in eo caſu non oriatur ex pacto expreſſo, oritur tamen ex C tacito; item ex accepto. Iàm vero ſi quis Dominus non ſolum videat & conſentiat, ſed iubeat operarios laborare ad vineam ſuam, obligatio ad ſolutionem mercedis conſuetæ clariùs innoteſcet. Cum igitur Deus videat, conſentiat, & iubeat, vt homo in ſui obſequium benè operetur, operamque illius non modo de præcepto, ſed de conſilio in ſui cultum & honorem acceptet; ſciatque illum velle ipſius præmia promereri; eadem reſultat in Deo obligatio Iuſtitiæ, ac ſi ex pacto, & conuentione manifeſta hominis operam conduceret.

Oppones ſecundo, ex hoc ſequi etiam in creaturis meriti incapacibus dari Ius ad quod Deus ſuppoſita aliqua ſuæ voluntatis determinatione ex Iuſtitia obligetur. Nam ſup- D poſito quod Deus creaturas irrationales creare velit, tenetur dare illis proprietates ipſis debitas, & concurſus ſingulis conſentaneos ad ſuas functiones naturales imperriri: hoc enim eſt ius ſuum vnicuique tribuere. quod ſanè videtur ſignificaſſe Diony de diuin. nomin. cap. 8. cum dixit in hoc oſtendi diuinam Iuſtitiam, *qui omnibus tribuit propria ſecundum vniuſcuiuſque dignitatem*, & D. Thom. 1. pr. quæſt. 21. art. 1. Reſ. & ſi per quandam ſimilitudinem ratione creaturarum irrationalium debitum impropriè dictum appareat, ad quod Deus teneatur, vt auctor naturæ, id non ex iure, ſed ex quadam decreti congruentia, vel potius ex creaturæ indigentia prouenire. Nam qui

donum aliquod gratis confert, non ideo obligatur ad dandum aliud, quod donatario vtile, vel neceſſarium cenſetur: quare ſine vlla iniuſtitia poteſt Deus, vt ſupremus Dominns, denegare has proprietates, & concurſus creaturis, & naturæ ordinem inuertere; imò in aliquibus euentis cum maiori congruentia illos negat, vt in fornace Babylonica generalem igni concurſum ſuſpendit. Vnde D. Thom. loco ſupracitato ad 3. & 2. contrà gentes cap. 28. hanc vocauit Iuſtitiam condecentiæ, non debiti, aut Iuris rigoroſè ſumpti, & hac ratione explicari debet Dionyſ. citatus.

Hinc iam ad 1. argumentum pro 1. ſentent. Reſp. quando filiusfamilias ſumitur vt aliquid patris, & ſeruus, vt aliquid pertinens ad bona domini, non eſſe in patre reſpectu filij, neque in domino reſpectu ſerui, aut è contrà, Iuſtitiæ actionem vel obligationem, quia eſt virtus ad alterum. Similiter neque in Deo reſpectu creaturæ; quatenus ea accipitur tanquam aliquid pertinens ad Deum, & ſub vniuerſali illius dominio conſtitutum. Verùm quia ſub alia conſideratione inter filium & patrem, inter ſeruum & dominum tanquam diuerſas perſonas interuenire potuit diuerſum dominium, & iuſtum pactum; inter hos etiam æqualitas vel inæqualitas Iuſtitiæ reperitur propter quam obligatio Iuſtitiæ ſaltem naturalis reſultet, vt patet ex D. Thom. 2. 2. q. 57. art. 4 & commentatores ibidem præſertim Aragon. Concluſ 1. & 2. contrà quod nibil concludunt leges citatæ: nam de filio non eſt dubium poſſe patrem illi non modò naturaliter, ſed etiam ciuiliter obligari ex Iuſtitia facta emancipatione, per quam plures, & diuerſæ perſonæ conſtituuntur l. pronunciatio, ff. de verb. ſignif. § familiæ l. x. ſi Pamphilo, ff. de optione, & electione legata: leges verò ſuprad citatæ vel pro nobis faciunt, vel ſaltem non officiunt. Etenim lex illa *Ius nulla*, excipit Caſtrenſe peculium, & vt addit Gloſſ. quaſi caſtrenſe, quæ etiam vers. *in poteſtate* alias exceptiones adiungit. V. G. ſi Filius petat alimenta, l. ſi quis à liberis, ff de liberis agnoſcend. & alios caſus, qui ibi videri poſſunt. Et hac ratione limitatur lex *Actiones*, & aliæ ſuperiùs adductæ ex quarum nulla erui poteſt quod inter patrem & filium vera iuſtitia intercedere nō valeat. Deinde de ſeruo reſpectu domini; quamuis quod attinet, ad Ius ciuile pro nihilo reputetur l. 32. quod attinet & l. ſerui tutè, ff. de reg. Iur. In aliquibus tamen euentis etiam ciuiliter agere poteſt contrà dominum, vt dicemus q. 2. ſect. 2. & præterea quantum ad ea quæ ſunt Iuris naturalis ſeruus æqualem cum cæteris perſonam ſuſtinet per leg. manumiſſiones, ff. de Iuſt. & Iure Inſtit. de libertinis in princip. quare poſſe dominum ad illum naturaliter ex Iuſtitia obligari certum eſt. Similiter ergo creatura rationalis, quatenus peculiare habet dominium ſuorum actum liberorum, & quatenus diuerſa perſona à Deo eſt, ex præſuppoſita determinati one voluntatis diuinæ poterit Deum ex Iuſtitia obligare Iure naturali.

A Quod vt meliùs intelligatur, & vt duo alia argumenta eiuſdem opinionis ſoluantur, aduertendum eſt: In actu ſtudioſo tria conſiderari poſſe. Primum ſubſtantiam actus. 2. formalem libertatem 3. dignitatem, & valorem in genere moris. Et quoad hęc tria aliquid peculiare habet creatura in actu quod ſuum ſit non Dei; nam quantum ab ſubſtantiam, licet Deus abſolutè ſit dominus illius & in ratione cauſæ vniuerſalis ab illo pendeat in fieri, & in conſeruari; eadem tamen actus ſubſtantia eſt ſub dominio creaturæ in genere cauſæ particularis liberè operantis, & ratione actionis ità eſſentialiter dependentis à tali creatura, vt à ſolo Deo per eandem actionem ille actus produci non poſſit, propter eſſentialem dependentiam actionis
B numericæ à ſuo principio, vt ex meliori philoſophandi modo ſuppono. Vnde cauſa libera de illo actu diſponere poteſt, illum conſeruando vel corrumpendo. Similiter de libertate; nam etiam ſi Deus liberè concurrat cum creatura rationali, ab alia formali libertate denominatur liber, diuerſa à libertate creaturæ; quod ſatis oſtenditur in concurſu cum cauſa neceſſaria, quem Deus etiam liberè cauſis naturalibus impertitur. Et deinde etiam ſi Deus operaretur ex neceſſitate naturæ, ſi eodem modu concurreret cum cuſa 2. libera tunc, ſicut modo concurrit ſcilicet offerendo duplicem concurſum in actu. 1. vt ex illis vnum eligat ex arbitrio; adhuc cauſa ſecunda liberè operaretur. Ergo peculiarem libertatem habet
C creatura rationalis in actu diuerſam à libertate Dei. Denique in valore & dignitate operis clariùs viſitur hominis dominium: Nam æſtimatio illius actus homini imputatur in genere moris, vt euidenter oſtenditur in actu peccaminoſo, qui vt talis nulla ratione Dei eſt, neque à Deo eſt, niſi permiſſiuè Actus verò ſtudioſus, & meritorius creaturæ, & ſi à Deo intentus ſit, & ab illius gratia procedat, per illum Deus non meretur, neque ille Deum facit formaliter temperantem. V. G. neque ubedientem, & ſimiliter de reliquis.

Hinc conſtat omnibus illis tribus modis quoad ſubſtantiam, quoad libertatem, &
D quoad valorem aliquod Ius ſuum habere hominem in ſuis actibus quod poſſit Deo offerre. Quod non tollit altum & vniuerſale dominium Dei. Nam hæc duo dominia in eiſdem actibus fundari nullum eſt inconueniens, ſicut omnes admitunt eaſdem res, quæ ſunt ſub dominio Dei, titulo creatoris, ſub diuerſis hominum dominijs diuidi, vt ſecundum Iuſtitiæ leges de ſuis vnuſquiſque diſponere, & alteri tribuere poſſit, nun ſolum homini, ſed etiam Deo, vt quando in honorem Dei, Eccleſiæ aliquid offert, & in illam Ius ſuum transfert: quod adeò verum eſt, vt quod diuini Iuris tantum eſt, in nullius bonis eſſe cenſeatur, vt habetur l. 1. ſumma rerum, ff de rer. diuiſ. Inſtit. eod. tit. § nullius. Exemplum affero de repub. cuius res, & iura etiam in nullius bonis eſſe dicunt leges citatæ, ideſt ſub nullius hominis pri-

uati particulari dominio continentur, vt
Gloſſ. & DD. Iuriſtæ communiter exponunt,
& prǽterea reſpub. habet dominium altum
in bona Ciuium, propter quod poteſt quando
do datur iuſta cauſa, illa accipere, quod non
tollit quominus ciues alij alia ſibi propria
bona & iura retineant, & de illis cum Re-
pub. mediante aliqua perſona ipſius Reipub.
autoritatem habente contractus celebrent.
Similiter igitur quamuis in Deo detur domi-
nium in omnia creata, hoc non tollit quomi-
nus creatura rationalis ſuum peculiare ha-
beat dominium à Deo quidem gratis conceſ-
ſum; ſufficiens tamen ad aliquam ſatisfactio-
nem nempè pro veniali offenſa, & ad meri-
tum, qualecumque ſit. Nam ſicut non ob-
ſtante dominio Dei ſatis eſt vti Creaturam
actu ſuo contrà voluntatem Dei, vt illud
offendat, & actus quodam certo modo ſit
tantum peccatoris, vt peccaminoſus eſt, ità
ſufficit actu vti ſtudioſo in Dei gratia exer-
cito, & in Dei honorem directo, vt leuem
offenſam compenſet, velut aliquid merea-
tor.

8. Vnde ad 2. argumentum neganda eſt con-
ſequentia, quia per illud dominium Dei non
tollitur peculiare dominium hominis, vt
oſtendimus. Replicabis: Deus dedit volun-
tati hominis hoc dominium libere, & dein-
de poterat illum obligare vt ſibi offerret eos
actus ſtudioſos, eo etiam modo, quo ſub ip-
ſius dominio cadunt: ergo totum quod in
his actibus reperitur, eſt ex ſola Dei gratia
per quam Deus debitorem fieri iniquum
potius, quam æquum videtur. Reſ. In actibus
meritorijs Iuſti duplicem Dei interuenire gra-
tiam. Prima eſt dare ei voluntatem liberam
auxiliari gratia præuentam, & parili con-
curſu adiutam in actibus meritorijs. 2. non
poſtulari eos alio titulo eum poſſet, ſed ſor-
tem homini donauit vt ſibi lucraretur. Et
cum vtraque gratia ſit antecedens, non im-
pedit rigoroſam Iuſtitiam, vt patet in homine
qui accepit centum aureos ab alio gratis eum
quo ludendo alios centum ex Iuſtitia potuit
comparare.

Quod vero ex præſuppoſita gratia, & li-
bera Dei voluntate ſequatur Deum neceſſi-
tari naturaliter, vel moraliter ad aliquid ne-
ceſſariò connexum cum priori voluntate in
multis alijs exemplis reperitur. Nam ſuppo-
ſito quod Deus velit creare ſubſtantiam, illa
neceſſario debet aliqua ſubſiſtentia terminari,
& alicubi eſſe, & hanc voco neceſſitatem
conſequentem naturaliter: Deinde ſuppoſi-
to quod Deus velit nobiſcum loqui, mora-
liter neceſſitatur ad veritatem dicendam; ita
ſuppoſito quod Deus velit creare hominem
& illum in ſua libertate relinquere, ille debet
habere dominium in proprios actus, & po-
ſito quod Dominus illos non poſtulet omnes
de præcepto ſed aliquos tantum de conſilio
in hominis arbitrio relinquat, ſequitur per
illos poſſe iuſtum mereri de condigno ali-
quod præmium, quia ſicut malum non po-
reſt non Deum offendere, eique diſplicere, qui
eſt ſummum bonum, ita Iuſtorum actus bo-
ni neceſſariò ſunt Deo grati & accepti, & ſi

A alio titulo ex Iuſtitia non debeantur, & in Dei
cultum exhibentur, illum conſequenter obli-
gare cenſetur. Et non poſtulari omnes actus
hominis iuſti à Deo ſecundum totam ſubſtan-
tiam, & ſecundum omnem offerendi mo-
dum, eſt aliquid conſequens connaturaliter
ad primam gratiam qua Deus vult creare vo-
luntatem liberam auxiliari gratia diſpoſitam,
& in manu conſilij ſui relinquere.

Adhoc tamen vrgebis quando debitor in-
dependenter à creditoris, vel cuiuſcunque 8.
alterius voluntate licitè poteſt debitum non
ſoluere, quocunque modo id faciat, procul-
dubio ex Iuſtitia id non debet, & ſi ſoluit, gra-
tiam reddit, non debitum. Sed Deus hoc mo-
do ſe habet reſpectu hominis: ergò ſuadetur
B minor, quia Deus ſtatim poſt oblationem ope-
ris ſtudioſi poteſt hominem licitè ad nihilum
redigere, cum ſit ſupremus Dominus quem-
admodum homo formicam peſſum premit ſi-
ne peccato; ergo tunc impediet ſolutionem,
& conſequenter ex iuſtitia non obligabitur: ſi
ergo creaturam conſeruet, & pro opere ſtu-
dioſo præmium tribuat: gratiam profectò præ-
ſtabit. Reſ. hanc inſtantiam ſolum oſtendere
non eſſe in Deo abſolutam obligationem ex
Iuſtitia reſpectu creaturæ. ſed tantum ex ſup-
poſitione alicuius liberæ determinationis di-
uinæ. ſcilicet quod illam creare velit liberè
operantem, & meriti capacem, & conſerua-
re, nos verò id non inficiamur, ſi Deus ab-
ſolutè ſpectetur, ſed totum concedimus quia
C noſtra quæſtio à principio ex ſuppoſitione
procedit.

Ad 3. argumentum, non veremur admitte-
re Deum nobis conſtitui debitorem non ſo-
lum ex fidelitate. ſed etiam ex iuſtitia ſiue
propter conuentionem & contractum, ſiue
propter nudam promiſſionem, ſiue ſolum ex
ſuppoſitione quod voluntatem liberam gra-
tia adiutam, & meriti de condigno capacem
creare & conſeruare velit. Iam verò D. Thom.
citatus ſolum voluit Deum non conſtitui ab-
ſolutè debitorem ab alio ſed ſeipſum liberè
debitorem efficere, videlicet aliquo modo ex
tribus prædictis, ſicut etiam ex veracitate quæ
etiam eſt virtus ad alterum, Deus nobis de-
bitor efficitur, ſi nobiſcum loqui decernat.

Ad vnicum fundamentum 2. ſententiæ qua-
D tenus nobis aduerſatur, negandum eſt ante-
cedens ob rationes in probatione 2. Conclu-
ſionis ſuperiori ſectione aſſignatas, non enim
ad obligationem Iuſtitiæ in Deo requiruntur
illa tria principia coniuncta, ſcilicet promiſ-
ſio conuentio, & exhibitio operis meritorij
de condigno; ſed vnumquodque ſeorſim ac-
ceptum ſufficit modo explicato Hinc enim
eſt quod Deus, vt dicatur debitor in ſacris li-
teris aliquando mentio fit conuentionis, vt
Matth. 20. aliquando ipſius laboris exhibiti,
in quo eſt meritum de condigno vt 1. ad Co-
rinth. 3. aliquando ſolius promiſſionis vt ad
Hebræos 6. Similiter in Conciliorum. Pa-
trúmque locutionibus in quibus diligenter
notandum eſt in hoc debito ſemper illas ma-
iori ex parte ad promiſſionem reſpicere, quia
cùm merces promiſſa operis vincat dignita-
tem, de facto vitæ æternæ præmium noſtris

operibus conferendum dioina promiſsione potius quàm noſtrorum meritorum exhibitione fundari, quod optime oſtendit Vaſq. 1. a. diſp. 215. cap. 5. ex Bulla Pij V. & Greguri XIII. & Theologorum communi ſententia, quamuis ipſe hanc obligationem ea fidelitate tantum eſſe aſſeueret; in quo ab illo diſſentimus.

Ad probationem in eodem fundamento aſ-
9. ſumptam dicendum eſt promiſſionem acceptatam non ſolum gignere obligationem fidelitatis, ſed etiam iuſtitiæ. Ad primam confirmationem Reſ. primo illam l Iuriſgentium limitari, quoties lex vel confirmat, vel aſſiſtit ſimplici promiſsioni, tunc eoim etiam ſi nuda ſit, actionem, & obligationem ciuilem producit, & legitima conuentio appellator, quia à lege confirmata eſt l. legitima ff. de pactis ibi. *Et ideo interdum ex pacto actio naſcitur*, quæ verba ita explicari debent eum Gloſſ. 1. quia nuda pacta ſi per legem auxilium accipiant, efficacem produceot actionem. adducitque Gloſſa noſtrum caſum de nudo donationis pacto per ſimplicem promiſſionem Cum enim antea inefficax eſſet ad induceodam obligationem ciuilem noua Iuſtiniani lege ſi qois argent. C. de donation. §. final. confirmatur, efficáxque redditur: quare ſi facta promiſſione donatorem liberalitatis pœniteat, dabitur donatorio actio, quæ dicitur condictio ex lege per generalem Iulij Pauli traditionem l. vnica, ſi obligatio de condictione ex lege. Ita Accurſ. in citatu § finali Bartol. in l. legitima n 2. & interpretes communiter vtróque loco. Reſ. 2. & ſi ſimplex promiſsio non gigneret obligationem ciuilem, ſufficeret naturalis, quæ in conſcientia obligat etiam negata in iure ciuili actione, quia etiam decepto in venditione non eacedente dimidium iuſti pretij non conceditur ciuilis actio. & tamen qui emit pretio minore iuſto tenetur ad reſtiturionem illius partis, quæ deficit ad iuſtum pretium; vt bene notauit Couar. 2. p. de pactis n. 13. Ad 2. Confirmationem dico Chriſtum Dominum cenſeri oobis liberaliter datum à patre, quia liberaliter promiſſus eſt, & abſolutè liberaliſſimè datus, quod non tollit quod facta Dei promiſsione iam non modo ex fidelitate ſed etiam ex Iuſtitia deberetor.

Vtrum Ius commutatiuum rigoroſum ſit obiectum Iuſtitiæ diuinæ.

SECTIO III.

PArtem negantem tuetur Vaſq 1. part diſp. 85. cap. 2. & ſequitur Bannes 2 2 q 61. art. 4. Rip. Nazarius Nauarrete. Gonzales ibidem pro eadem citant Alex. D. Thom. Scot Palud. Dur Ferrar. Capr. Sotum, Hoſium, Caiet. & alios ex quibus aliquos oppoſitum docuiſſe infra oſtendemus, huius ſenteotiæ Vaſq. tria ſtatuit fundamenta. Primum ea ratione dati. & accepti deſumptum: Nam obiectum formale Iuſtitiæ commutatiuæ vt à Philoſophis & Theologis cooſideratur, conſiſtit in

A æqualitate dati & accepti: ſed inter Deum & creaturas hæc æqualitas interuenire nequit, ergo nullom eſt Ius rigoroſè commutatiuum, quod ſit obiectum diuinæ iuſtitiæ. Maior ſuadetur quia Iuſtitia vt eſt ſpecialis virtus per hanc æqualitatem ſpecialé dati & accepti diſtinguitur ab aliis: nam alia æqualitas generalis non ſufficit: omnis eoim virtus habet hanc æqualitaté cum ſua regula. videlicet cum Deo, & cum lege, quare ſi eo modo conſtituitur obiectum Iuſtitiæ, reſpectu Dei. quatenus aliquod opus meritorium de condigno in illius honorem exhibetur ad recipiendum præmium ab illo in omni opere ſtudioſo erit datum & acceptum, ac contra paſſum, & communiter omnino actus virturis pertinebit ad
B Iuſtitiam ſpecialem. Ne igitur hæc virtutum confuſio detur, neceſſario limitandum eſt obiectum ſpecialis Iuſtitiæ commutatiuæ ad datum & acceptum quod vtriuſque partis interſit, vt iuſta inter vtramque commutatio intelligatur. Minor probatur ex 25. Iobi, *ſi iuſtè egeris, quid donabis ei? aut quid de manu tua accipiet?* quaſi dicat in nullam Dei vtilitatem eedere quod ſtudioſa opera illi offerantur. Confirmatur eadem minor, quia nulla creatura peccando poteſt Deo inferre damnum, ergo neque etiam aliquid ei tribuere quod in recompenſationem damni vel in vtilitatem ipſius Dei eedat, ſicut enim nullum peccatum eſt quod ſit propria iniuſtitia primario contra Deum, ita nulla ſatisfactio facta erit ex Iuſtitia propriè dicta.
C 2. Fundamentum accipitur ex conditione Dei & creaturæ: nam ſicut filius quia non poteſt reddere æquale patri in honoribus illi deferendis alia virtus à Iuſtitia diſtincta aſsignatur, nimirum pietas per quam fili parentes colunt: Ita creatura quia non poteſt æqualem honorem Deo reddere, ideo intercedit alia ſpecialis virtus quæ eſt religio per quam ſpeciali cultu illum veneretur. Item aliæ virtutes, quarum exercitio dominus etiam honoratur Nulla igitur iuſtitia commutatiua quæ æquale reddat, aſſignari poteſt neque Dei ad hominem, neque hominis ad Deum, quia etiamſi proxima ſect. oſtenſum ſit voluntatem hominis habere peculiare dominium in proprios actus, vt illos poſsit io Dei honorem referre & per illos præmium mereri, nulla in
D hoc merito apparet commutatio, neque datur cootra paſſum: nam Deus nihil denouo recipit, quia homo non poteſt ſe priuare dominio ſuæ actionis liberæ, neque in Dei dominium trausferre: ſemper enim manebit ſolom ſub vniuerſali dominio Dei, quatumuis in eius honorem exhibeatur, & non videtur datum, quod quis oon fecit accipientis, vt bene docet Gloſſ 1. in l. matre ff de iure dot. & probatur ea regul. noo videntur data. ff. de regul. iuris, ſi ergo Deus nil accipit, neque homo aliquid dat.

3. Fundamentum quia licet promiſsio acceptata inter homines obliget ex Iuſtitia commutatiua, quoniam tantum debet reddi promiſſario, quantum fuit promiſſum, attamen inter Deum, & creaturam promiſsio inducere noo videtur hanc obligationem

Nam Deus poteſt rem promiſſam, & datam A rurſus auferre ſine iniuſtitia, quia eſt ſupremus Dominus liberè conſeruans tale donum in creatura, ergo ſine iniuſtitia poſſet illam negare: quomodo enim eſſet debitor ex Iuſtitia non ſoluendo rem, quam ſi auferat, iniuſtè non facit. Optime enim Marcellus notauit l. Marcellus, ff. de regul. quod debitor eſſe deſinit is, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem. Idem confirmat Vaſq. exemplo ſerui, cui vt ipſe exiſtimat dominus promiſſum reddere ex Iuſtitia non tenetur.

a. Dicendum tamen eſt Ius commutatiuum rigoroſum eſſe obiectum diuinæ Iuſtitiæ, quam ſupercommutatiuam dicere debemus vt cum Damaſceno lib. 1. fidei cap 15. & Dionyſ. in lib de myſtica Theologia loquamur. B Ibi enim monent cuilibet attributo, quod per affirmationem de Deo dicitur, addendum eſſe aduerbium ſuper, vt excludatur à ratione generica attributi quidquid imperfectionis in creatura ſimilis perfectio admittit; & ſic ad diuinam perfectionem contrahatur. Quando enim dicimus iuſtitiam eſſe in Deo, non ſignificamus eſſe habitum aliquem, vel actum ex natura rei diſtinctum ab ipſius eſſentia, vt in homine reperitur; ſed ſecluſa hac imperfectione, eſſe in Deo perfectionem æquipollentem voluntati humanæ, ad reddendum vnicuique ius ſuum actualiter, vel habitualiter inclinatæ. Similiter ſeparata ratione generica Iuſtitiæ commutatiuæ ab omni imperfectione cum qua in C creaturis reperitur, contrahitur ad diuinam quæ ſupercommutatiua perhibetur.

Hanc ſententiam defendit D. Thom. & Scot. quamuis in oppoſitam illos alii velint diſtorquere. Nam D. Thom. 2. 2 q. 61. art. 4. ad 1. ait *forma diuini iudicii attenditur ſecundùm rationem commutatiuæ iuſtitia, pro vt ſcilicet recompenſat præmia meritis*: ità D. Thom hoc loco Sequuntur Caiet. & Aragonius, Deinde 1. 2. q. 112. art. 3. ad 1. & 3. part. q. 85. art. art. 3. in corpore, eandem doctrinam tradit manifeſte. Scot vero in 1. diſt. 17. q. 2. §. *ponitur quod actum* latè, noſtram ſententiam explicat, & cum loqueretur de actu meritorio, de condigno ait *qui ſecundùm ſe conſideratus abſque acceptatione diuina ſecundum ſtrictam iuſtitiam non fuiſſet dignus tali præmio*, quæ verba nos modum docent D declarandi alia loca eiuſdem Scot. & D Thom. ſi quando videntur excludere à Deo Iuſtitiam commutatiuam, videlicet eſſe intelligendam illam, quæ cum imperfectionibus coniuncta in creatura reperitur, & ad conditiones materialis, vel formalis obiecti in creata Iuſtitia repertas limitatur. Deinde illam quæ ſecum habet neceſſitatem abſolutam tribuendi vnicuique ius ſuum. Et denique illam, quæ æqualitatem Iuris ſimpliciter conſtituit inter perſonas, inter quas exercetur, vt infrà latiùs explicabitur. Idem placitum tuentur alii AA. quorum verba referre piget. Gab. in 2. diſt. 27. q. 1. art. 2. poſt 1. concluſionem. Capreolus ibidem art. 3. ad 1. Dur. Sotus. 3. de Iuſtitia q. 5. art. 3. Caiet. 1 2. q. 114. art. 1. Bartol. Med. ibidem art. 3. Bellarm. lib. 5. de Iuſtif. cap. 14. §. modum autem. Suar. in opuſc diſp. de Iuſt. ſect. 2. & de gratia tom. 3. lib. 12. cap. 30. n. 30. Rabellot. de oblig. iuſt. lib. 1. q. 4. Concluſione ſecunda. Eandem defendere tenentur, qui docent Deum ex Iuſtitia obligari ad acceptandam Chriſti Domini ſatisfactionem; pertinet enim hęc ſatisfactio ad Iuſtitiam commutatiuam, quia cum illa commutatur condonatio offenſæ diuinæ: duas porro habet partes aſſertio.

Prima oſtenditur 1. Ad rationem Iuſtitiæ commutatiuæ non ſemper requiritur mutuum datum, & acceptum, neque contra paſſum rigoroſè ſumptum, niſi in iis commutationibus voluntarijs, in quibus ex vtraque parte datur actio & paſſio, vt in emptore, venditore, & ſimilibus. Vnde D. Thom. 2. 2. q. 61. art. 4. in corpore ex Ariſtotele 5. Ethicorum, aſſeruit Iuſtum & contrà paſſum non eſſe idem, quia latiùs patet iuſtum; ergo quamuis Deus nihil à nobis accipiat, neque reparatur ex vi ſolius promiſſionis acceptatæ, ex Iuſtitia commutatiua ſe poterit obligare ad reddendum tantum quantum promiſit. Antecedens probatur quia licet aliquando ex iuſtitia commutatiua naſcatur obligatio mutua dandi & accipiendi; item aliquando vt damnum ad æqualitatem reducatur, æqualis fieri debeat reſtitutio In aliquibus euentis neceſſaria non eſt hæc commutatio. Nam ex promiſſione acceptata oritur obligatio Iuſtitiæ, vt proxima ſectione oſtenſum eſt, & fatetur Vaſq. 1. p. diſp 85 cap. 5. n. 45 & tamen hæc Iuſtitia non eſt diſtributiua bonorum communium, ſed commutatiua particularis promiſſi, & qui promiſſum implet, nihil accipit. Item promiſſarius nihil patitur, quia nullo Iure priuatur, ſed melioratur in præhabito: etenim cùm antea ius ad rem promiſſam haberet, nunc habet ius in re. 3.

Confirmatur idem antecedens quia homo ad officium negatiuè, ſeu priuatiuè debitum alteri obligatur; videlicet ne illi damnum inferat, ſed illæſum relinquat Ius proximi in honore, vita, & pecunia; & tamen hæc obligatio oritur ex Iuſtitia cõmutatiua ſine actuali commutatione vel contrapaſſione. Vbi etiam diligenter aduertendum quod quamuis communis materia iuſtitiæ commutatiuæ inter homines reducatur ad tria bona ſcilicet pecuniam, honorem, & vitam, quia in his tantum tribus bonorum generibus poteſt vnus homo alterum iuuare vel lædere; attamen quia inter Deum, & hominem interuenire poteſt communicatio bonorum in alio genere, & in alio ordine, materia Iuſtitiæ in tota ſua amplitudine, prout abſtrahit ab humana & diuina, omne bonum includit, ſiue ſit aliquod ex illis tribus ſiue alterius generis vel ordinis quod vel homo Deo offerre, vel Deus in hominem poteſt conferre. Denique non ſolum bona, quæ inter creaturas rationales homines, vel Angelos, ſed quæ inter Deum, & creaturas potuerint communicari.

2. Probatur eadem 1. pars noſtræ reſolu- 4.

tionis ex ratione, & eſſentia propriè Iuſtitiæ commutatiuè, quæ conſiſtit in hoc quod eſt reddere vnicuique Ius ſuum rigoroſum quod ſit vel dominium proprium rei, vel dominio æquipolleat, & per ſe conſtituete æqualitatem arithmeticam rei ad remin quo diſtinguitur à Iuſtitia diſtributiua, quæ Ius tribuit mious rigoroſum, & per ſe conſtituit æqualitatem geometricam rei ad perſonam, vt ex Ariſt. 5. Ethicot. cap. 5. Scot. in 4. diſ. 46. q. 5 & D. Thom. 2. 2 q. 61. art. 3. deducitur, & ob eandem rationem D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. aſſerit ea commutatiua Iuſtitia oriri obligationem reſtitueodi, quia illa fundatur in debito ſimpliciter quod obligat ad rem donandam alteri tanquam ſuam V. G Fur tenetur ex hac Iuſtitia rem vero domino teddere, ſi extet, vel pretium æquale reique dominio æquipollens. Similiter promiſſor tenetur reddere promiſſario illud Ius quod per acceptationem promiſſi acquiſiuit, & moraliter cuidam dominio æquipollet; ſed vt Iuſtitia Dei reſpiciat hoc ius commutatiuum, non opottet ſubire aliquam imperfectionem, ergo cùm alioqui ſit virtus perfectiua voluntatis Deo deneganda non eſt. Minor oſtenditur, nam vt Iuſtitia Dei ipſum obliget ad reddendum hoc Ius, non opus eſt vt abſolutè, & ſimpliciter prioetur dominio ſuo vniuerſali, neque neceſſe eſt lege aliqua obligari diuerſa à naturali rectitudine ipſius Dei, quæ ſunt conditiones iuſtitiæ commutatiuæ creatæ, quam dicimus diuina eſſe multo inferiorem, quam idcirco cum Thologorum anteſignano Dionyſ. ſupercommutatioam nominaoimns.

5. Hæc ſupereminentia Iuſtitiæ cnmmutatiuæ diuinæ, quæ erat ſecunda pars noſtræ aſſertionis, demonſtratut ex varijs differentiis, quæ inter illam, & ereatam poſſent aſſignari. Prima eſt quia creata poteſt eſſe independens à voluntate debirotis, & conſequi ad illius eſſe, vt in filio ancillæ, qui ſeruus naſcitur ſub poteſtate domini, cuius dominio ex Iuſtitia commutatiua nemo contrauenire poteſt l. 5. & ſeruorum, §. fin. ff. de ſtatu hom. l. 7. partum, C. de rei vendic. l. 28. aui, C. de liberali cauſa l. 10. neque natales de prob. non ita tamen Iuſtitia commutatiua diuinæ, quam ſuperiùs dixi ex diuina voluntate pendete, vt optimè notauit Scot. proximè citatus 2. Ius vnius creaturæ regulariter præciſum eſt à Iure & dominio alterius, at Deus cum ſit ſupremos Dominus, nihil eſt ſub dominio particulari creaturæ quod non ſit communiter ſub vniuerſali dominio Dei, vnde communicatio vtilis, & contra paſſio ſpeciali modo ceroitur in bonis quæ inter creaturas adinuicem communicantur, vude à Baldo de ſtatu V. Gabella n, 20. commutatiua dicitur Iuſtitia commerciorum ex l. 27. ita conſtante, ff. doct. 3. quia Ius commutatiuæ vnius creaturæ in aliam, illam in hoc ſibi ſubiectam habet, & ex vi directiua & coactiua ei neceſſitatem ad ſeruandum ſuum Ius induett. At Deus ita ex voluntate ſit debitor, vt etiam qua talis maneat creditore ſuperior, & ſi velit indirectè poteſt non réddere debitum deſtruendo creaturam, & ſolum ratione ſuæ voluntatis immutabilis per quam vult creaturam cum Iure diuinæ promiſſionis acceptatæ, vel cum merito coonſeruare, hanc ſubit obligationem.

Poſitis his differentiis inter Iuſtitiam commutatiuam creatam & increatam probatur diuerſitas ſpecifica, & ſupereminentia diuinæ commutatiuæ Iuſtitiæ, quia hæc diſerimina ſunt oeceſſario coniuncta, & eſſeotialia diuinæ Iuſtitiæ, & ſecundùm formale obiectum Iuſtitiæ commutatiuæ quod eſt Ius, & debitum rigoroſum, quod vel cenſeatur dominium, vel illi motaliter æquipolleat, quia licet non poſſideatur moraliter in bonis propriis, computatur iuxta l meorum & l. id apud, ff. de verb ſignif cum aliis legibus, quas ibidem citat Gloſſ. ergò eſſentialiter diſtinguitur Iuſtitia commutatiua diuioa ab humaoa per exceſſum & excellentiam ſuam, quod non tollit quominus diuina Iuſtitia reſpiciat debitum rigoroſum ex ſuppoſitione, quod idcircò D. Paul. 2. ad Timoth. 1. appellat *depoſitum ſuum*, & cap. 4. *coronam Iuſtitiæ in illum diem repoſitam*, & Chriſtus Dominos in parabola de vinea Matth. 20 de patrefamilias qui Deum adumbrabat, refert illum dixiſſe, *Amice non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum eſt*, quo etiam modo hereditatem cæleſtem Chriſtus Dominus noſtram mercedem dictitauit, *gaudete, & exultate quoniam merces veſtra*. Matth. 5. num. 12 & in multis aliis ſacræ paginæ locis Deus ſe noſtrum hoc Ius commutatiuum reſpicere ſignificauit.

Soluuntur argumenta in oppoſitum.

SECT. IV.

AD primum fundamentum oppoſitæ Sententiæ. Reſp diſtinguendo maiotem & minorem ptopoſitionem. Et in primis maior eſt vera, niſi ratio dati & accepti ad quaſdam conditiones obiecti materialis vel formalis in Iuſtitia commutatiua creata tantummodo inuentas limitetur: ſed ſecundum abſtractiorem rationem genericam abſtraheotem à creata & increata accipiatur, quæ conſiſtit in hoc, quod eſt reſpicere Ius, & debitum rigoroſum, nempe dominium reale, vel moraliter illi æquipollens, & denique æqualitatem arithmeticam per ſe conſtituere: V. G ſi decem promiſi, decem perſoluam. quod eſt Ius promiſſarii æquiualens eius dominio reddere, & ſic conſtituere æqualitem arithmeticam iuter promiſſorem, & promiſſarium. Ad quod tamen non eſt neceſſarium, vt realiter aliquid accipiam, quando promiſſum ex commutatiua iuſtitia perſoluo: ſicut ergo non eſt reſtringenda iuſtitia creata commutatiua ad illam commutationem rerum, quæ in aliquibus contractibus interuenit, & qua mediante 1.
vtraque perſona accipit & donat; ita non eſt

eſt limitanda ratio generica iuſtitiæ commutatiuæ abſtracta à creata & increata ad materiam modumve dandi vel accipiendi in humana iuſtitia inuentum, & ratio eſt quia huius materiæ mutatio rigorem Iuſtitiæ non minuit. Nam D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. regulam tradit generalem, quod quanto magis bona ſpiritualia ſuperant materialia, tanto maiorem iuſtitię obligationem inducunt. Quamuis ergo bona, quæ Deus homini tribuit, & quæ homo Domino exhibet in alio genere, vel ordine ſint, & modus dandi, vel accipiendi ſit diuerſus ſufficiens ad mutandam ſpeciem iuſtitiæ ex parte Dei, non propterea tollitur rigoroſum ius iuſtitiæ commutatiuæ genericæ, quod vtraque ſuo modo intendit; Nomine autem rationis genericæ non intelligas proprium genus, ſed rationem communem analogam.

Minor etiam explicari debet. Nam æqualitas ſimpliciter inter perſonas diuinam & humanam, vel in ratione dati, & accepti mutuo collati; vt apparet in commutatione rerum humanarum, non interuenit inter Deum, & creaturam. Verum datur æqualitas iuſtitiæ diuinę cum debito creaturæ, & ſatisfactionis eiuſdem puræ creaturæ cum veniali offenſa, aut ſatisfactionis Chriſti Domini cum mortali. Ad probationē Reſp. primo in promiſſione
2. non requiri vtilitatem promiſſoris ad obligationem iuſtitiæ; & tamen vt ſtatim latiùs oſtendemus, ex illa oritur obligatio iuſtitiæ commutatiuæ. 2. Reſp. quamuis opera noſtra Deo vtilitatem, vel bonum aliquod intrinſecum non addant, aliquam tamen cōmoditatem extrinſecam honoris, famæ, veræque exiſtimationis apud homines afferre; item accidentalem cōplacentiam obiectiuam, & honeſtiſſimam voluptatem, quam Deus ex bonis operibus in ſuum obſequium, cultumque exhibitis ſapere ſolet. Denique etiam vtilia dici poſſunt noſtra opera Deo quatenus cedunt in bonum proximorum, qui ſunt eius ſerui filii adoptiui, ac de ipſius familia computantur.

Confirmatio eiuſdem argumenti tangit difficultatem, quam Theologi cum D. Thoma 3. part. q. 85. art. 2. & 3. Et cum Magiſtro in 4. d. 14. expendunt. Vtrum pœnitentia ſit virtus ſpecialis, & ad iuſtitiam ſpectans, qua in rem omiſſa multarū opinionum varietate, quæ videri poſſunt apud Suar. tom. 4. in 3 part. diſp. 7. ſect. 1. & Vaſq. tom. item 4. ad art. 2. & 3. D. Thom. quod ſentio tribus propoſitionibus aperiam. Prima eſt pœnitentiam eſſe virtutem ſpecialem à charitate ac religione diſtinctam. Hanc tuetur Alenſ. 4. part. q. 11. mem.
3. 1. art. 1 § 2. D. Thom. citat. a. 2. Bonau. in 4. diſt. 14. part. 1. art. 1. q. 2. Alb. ibidem art. 4. Sot. ibidem q. 2. art. 2. Marſil. in 4. q. 10. ar. 1. Medin. tract. 1. q. 1. & alii. Probatur quia licet charitas deteſtetur peccatum ex motiuo proprio diuini amoris, quatenus ipſi aduerſatur; deinde licet religio ſimiliter peccatum deteſtari poſſit, quatenus cultui diuino, maieſtati, & excellentiæ Dei debito opponitur; tamen eſt aliud ſpeciale motiuum, ſub quo pœnitentia de peccato dolet, quatenus eſt contra ius diuinum, quod non ſo-

A lum eſt dominium proprietatis, ſed etiam Iuriſdictionis, quorum vtrumque lædit peccator, & quantum poteſt, ei damnum inferre conatur, vtpote creatura contra Domini voluntatem, & ipſius legem, atque adeò irrogando illi iniuriam dum illam præfert creatori, ſi non formaliter, & directè; ſaltem implicitè, & indirectè, quatenus bonum delectabile inhoneſtum proſequitur. ergo, &c.

2. Propoſitio eſt hanc virtutem pœnitentiæ eſſe partem non ſolum poteſtatiuam, 4.
ſed ſubiectiuam, & ſpeciem ſub iuſtitia commutatiua in communi contentam. Hanc defendit D. Thom. citatus item Alenſ. vbi ſupra §. 4. Sotus Canus, & alii quos citat Vaſq. ad ar. 3. D. Thom. dubio vnico.
B num. 31. quamuis addat eos ſentire pœnitentiam partem eſſe poteſtatiuam iuſtitiæ, non ſubiectiuam à nulloque auctore iuſtitiæ ſpeciem dici, quod quam verum ſit legenti patebit: ego ſolius D. Thom verba referam, quippe qui illius auctoritatem pluris facio ſic enim ille ar. 3. *Pœnitentia licet ſit directè ſpecies iuſtitiæ.* Et quod de commutatiua loquatur, ſatis ſe in corpore articuli declarauit. Idem defendit Durand. in 4. diſt. 14. q. 2. n. 5. Suar. in opuſc diſp de Iuſt. Sect. 2. num. 9. qui in hoc differt à Durando, quia hanc iuſtitiam commutatiuam nobiliorem dicit quàm illam quæ inter homines interuenit, & diuerſæ ſpeciei, & quamuis tom 1. de religione tract. 1. lib. 3. de habitu religionis cap.
C 4. num. 13. & ſequenti, hanc ſententiam retractare videatur, aliqua ratione illam moderando; nunquam tamen negauit eſſe iuſtitiam hominis erga Deum. quæ iuſtitiæ propriè nomen mereatur, & licet non ſit illa rigoroſa iuſtitia commutatiua, quæ ad æqualitatem in effectu ordinetur, in affectu tamen conſeruandi illæſum ius diuinum, commutatiuæ æquiparatur, & ita expoſitus Suar. ſibi non contradicit, vt cap. 7. ibi ſequenti amplius innoteſcit.

Noſtra tamen concluſio probatur 1. ex capite Confitebor de pœnitentia d. 1. Vbi omne peccatum ex Teſtimonio Dauid in iuſti- 5.
tia dicitur, quia ſcilicet ius diuinum lædit quod pœnitentia compenſare intendit. 2. ex proprio motiuo pœnitentiæ quod eſt reſarcire quantum poteſt ius diuinum à ſe
D læſum, & recompenſare iniuriam Deo factam. Et quamuis iuſtitia hominis non poſſit eum obligare ad impoſſibile, iuxta regulam nemo poteſt de Reg. Iur. in 6. & compenſatio æqualis per actum pœnitentiæ à puro homine præſtari nequeat, vt docet Bellarm. lib. de Iuſtificat. cap. 21. Valent. tom. 4. diſp. 1. q. 1. p. 5. Suar. tom. 1. in 3. part. diſp. 4. ſect. 6. cum communi Theologorum ſententia. Hoc non tollit quominus contra iuſtitiam peccauerit, qui Deum grauiter offenderit, & obligetur ad eliciendum actum pœnitentiæ, in quo quamuis non mereatur de condigno condonationem offenſæ, nec ſatisfaciat adæqualitatem, facit tamen quod poteſt & quod in ſe eſt. Item quod Dominus acceptat & ex vi ſuæ promiſſionis diuinę Ezech. 33.

Viuo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat, & alibi ſæpiſſimè; debito ſe liberabit.

Confirmatur primo, quia qui hominem occidit contra iuſtitiam peccauit. & ex iuſtitia obligatur reſarcire illud damnum quantum poterit. Vnde ſi ex reuelatione ſciret ſe per eleemoſynam conuenientem, ſibique poſſibilē poſſe à Deo impetrare illius vitam, teneretur illam dare; & ſic homini a ſe occiſo vitā procurare: ſicut qui lethale vulnus infligeret, teneretur ſuis ſumptibus procurare conuenientē plagæ medelam, & volnerato integram ſanitatem, quantum poſſet. 2. Iuſtitia in Chriſto Do-
6. mino ad Deum erat eiuſdē ſpeciei cū illa, quæ B
eſt in homine ad eundem Deum, vt docet cōmunis Theologorum opinio, quam inculcat Suar. loco citato de religione n. 12. & tamen Chriſtus Dominus ad æqualitatem ex iuſtitia ſatisfecit pro noſtro debito; ad cuius largiſſimam ſolutionem libere, & liberaliter ſe obligauit; ergo quamuis ooſtra pœnitentia, vt eſt iuſtitia quædam ad Deum, nos noo obliget ad reſtitutionem æqualem pro graui offenſa Dei, vt pote impoſſibilem; obligat ſaltem ad ſeruandum ius Dei intellectum, & ad deteſtandum peccatum etiam ooodum commiſſum; quatenus huic diuino iuri aduerſatur. 3. quia etiam ad ſatisfaciendum pro peccato veniali quod nobis eſt poſſibile, nos obligat ex veniali hæc eadem iuſtitia. 4. Quia in virtute per ſe non tam reſpicitur facultas, quam voluntas C neque tàm effectus, quam affectus: ergo etiam ſi impoſſibilis ſit ſatisfactio æqualis in nobis, reſpectu offenſæ Dei grauis, deeſſe oon deber affectus ſatisfaciendi quantum poſſimus, & hoc ſufficiet ad implendam iuſtitiæ obligationē. Quò reſpexit noſter textus in cap. omnes leges, diſt. 1. cum dixit, *fas lex diuina, ius lex humana*. in ſenſu à nobis in textu expoſito.

7. Non deſunt Recent. quibus hæc ſententia diſplicet, quia credunt ex peccato oon poſſe reſultare debitum Iuſtitiæ ad ſatisfaciendum pro illo, & ſic probaot quia illum eundem actum, quem debuit facere, quando peccaui, non poſſum iam reddere cum eiſdem circunſtantijs quas tunc habuiſſet, temporis, loci & ſimilibus; alium vero ſimilem oon teneor reddere ex iuſtitia, qnia illum haber D Deus in ſua plena poteſtate, & facile poteſt illum extorquere ex meo arbitrio innumeris vijs, & auxilijs efficacibus. Verum quàm infirmum ſit hoc fundamentum oſtendo euideoter. Primo quoniam ſuppono peccatum illud non fuiſſe amiſſionis alicuius actus debiti, ſed commiſsionis: oon enim omne peccatum, eſt peccatum propter actum omiſſum, ergo io eo euentu recurri non poteſt ad actum qui Deo reddendus eſſet in tali circunſtantia temporis, & loci. 2. Non minus erat ille actus reddendus in poteſtate Dei, quàm iſti, de quibus dicunt ex iuſtitia noo deberi, quia Deus illos habeot in ſua poteſtate, & ex meo arbitrio illos facilè poterit extorquere, ergo ſi illum nihilominus teoebar Deo reddere, etiam nunc eadem obligatione obſtringar: Et ſi tunc nullum habebam, quorſum recur-

A runt ad actum in talibus circunſtantiis quando peccaui, reddendum? 3. Eſſe actus ſimiles io poteſtate Dei, & poſſe illos per efficacia auxilia à me exigere, non tollit quominus, ſi liberè eliciendi ſint illi actus, peculiare mihi ſit dominium illorum modo explicato in ſect. 1. & 2. Vnde ſi Deus relinquat hominem in ſua libertate, auxiliaque habeat parata ad eliciendum actum contritionis, illumque exigat, vt de facto facit, ſanè tenebitur reddere ſi non æquale, ſaltem quod in ſua poteſtate eſt, & quod poſtulat Dominus hac in re creditor, vt ex ſua liberalitate, & promiſſione debitum remittat.

B Iidem RR. vt pœnitentiam faciant ſpe- 8.
cialem virtutem à reliquis virtutibus ad alterum etiam à iuſtitia omninò diſtinctam, aſſerunt, illam pro formali obiecto habere pacem cum Deo, ſeu non habere Deum rationabiliter auerſum: nam cum Deus omnibus peccatis offenditur, & ratiooabiliter à nobis auertitur, & contra nos irritatur, dicunt virtutem pœnitentiæ conari omnia peccata deſtruere, & deteſtari ſub hac ratione, qua ſunt offenſæ Dei, illumque iratum reddunt, vt probent diſtingui formale obiectum motiuumque pœnitentiæ à motiuo Iuſtitiæ. Aſſerunt exemplum io quo ratio offenſæ diſtinguitur ab iniuria: ſi enim amicus meus petat à me librum commodādum, quem habeo, & facile accommodare poſſum; ſi C non facio, illi iniuriam non irrogo, at offendere non deſino; ergo ratio offenſæ diſtinguitur, à ratione, iniuriæ, & conſequenter hæc erunt duo motiua diuerſa, primum pœnitentiæ, 2. iuſtitiæ. Vt verò oſtendant non eſſe motiuum charitatis deteſtari peccatum, vt eſt offenſa Dei, diſtinguunt, & dicunt deteſtari peccatum, vt eſt malum Dei eiqoe diſplicet, pertinere ad Charitatem; at deteſtari peccatum, quia offendit Deum, & nobis iratum reddit, eſſe proprium pœnitentiæ, & quamuis Deus non conuertatur ad nos ſine amore, quia tamen inter homines hæc ſunt diſtincta, naio poſſum velle pacem cum aliquo, cuius amicitiam nun expetam; ideo ſatis eſt hæc diſtinctio inter homines, vt intelligantur hæc duo motiua pœnitentiæ & charitatis eſſe diuerſa.

D Hanc ſententiam vt omninò falſam impu-
gno primo quia ſi ex diſtinctione motiuorum 9.
inter homines arguitur diſtinctio virtutis pœnitentiæ à reliquis, procul dubio eſſet aliqua virtus moralis quæ per tale obiectum, nempe pacem vel concordiam inter homines conſtitueretur, quod tamen falſum eſt, vt patet ex Ariſtotele lib. 9. ad Nicomachum c. 6. & D. Thom. 2.2. q. 29 art. 3. & 4 Vbi aſſerunt pacem, & concordiam non eſſe actum virtutis diſtinctæ ab amicitia, & charitate. 2. Vt aliquis per actum alterius reddatur rationabiliter infenſus, debet lædi in aliquo ad quod, aut in quo ius habeat vel rigoroſum, quale eſt obiectum iuſtitiæ, vel minus rigoroſum, & ſit debitum gratitudinis, vel amicitiæ, vel aliud ſimile; ſed nullum aſſignari poteſt debitum, quod pertineat ad aliquam virtutem ad alterum diſtinctam à notis, &

aſſignatis per antiquos philoſophos, & D.
Thom ergo fruſtra eſt talis virtus. 3. adductú
exemplum idem confirmat, nam ille amicus
3. qui læditur, quia alter ſibi librum non accom-
modauit, ideò rationaliter infenſus eſt, quia
alter ius & legem amicitiæ, erga illú non ob
ſeruauit; etenim amicorum omnia honeſtè, &
congruenter cõmunicabilia, cenſentur com-
munia, iuxtà præceptum Pythagoricum cuius
meminit D Hieronym. aduerſus Ruffinú tom.
2. quoniam ſi extraneus & ignotus eſſet, iniu-
ſtè de altero quereretur, eique infenſus eſſet,
eo quod librum non accõmodaret, ergo ex ip-
ſorum exemplo oſtẽditur pœnitentiam ab his
RR. aſſignatam ad placandum Deum ſub cha-
ritatis motiuo deteſtari peccatú, ſi intelligunt
illum auerſum inſtar amici & ob violatam le-
gẽ amicitiæ infenſum. Tandem repugnant ſibi
aſſerentes hanc virtutem, quam aſſignant de-
teſtari peccatum, quatenus offenſa Dei eſt, non
quatenus malum Dei eſt extrinſecum, quaſi
offenſa Dei, qua talis, malum quoddam non
ſit Dei etiam extrinſecum.

AlijRR. non minus vt credo à veritate de-
uiantes concedunt quidem pœnitentiam eſſe
quandam iuſtitiæ partem, non tamen ſubiecti-
10. uam, ſed potentialem deficientem à rigoroſo
iure; quia non agnoſcunt iuſtitiá inter homi-
nem & Deum, quæ rigoroſum ius reſpiciat,
quod ſatis à nobis ſuprà impugnatú relinqui-
tur. Addunt præterea actum proprium huius
virtutis non eſſe dolere de peccatis, illaque
deteſtari, ſed velle compenſare ius Dei læſum;
& per hanc virtutem ſolum intendi bonum
compenſationis, cæterum aliis virtutibus im-
perare, deteſtationem peccati, ex propriis mo-
tiuis. Huius ſententiæ AA. patronum habent
Vaſq. tom. 4. in 3. p. q. 85. art. 2. n. 56. & art. 3. n.
31. & ſeq. ſed non minus diſplicet opinio quã
præcedens, nam contra PP. & Concilia dolo-
rem de peccatis commiſſis ab actibus excludit
à pœnitentia elicitis, quæ latiùs referenda ſunt
Deo fauente ad lib. 5. in tit. de pœnitentiis, &
remiſſionibus. Interim vide Tridentinum ſeſſ.
14. cap. 4. in principio D. Ambroſ. relatum in
cap. Ecce nunc, de pœnitentia, diſt. 1. D. Aug.
in cap. non ſufficit eod. tit.

3. Propoſitio: Pœnitentia pars iuſtitiæ com-
11. mutatiuæ hominis ad Deum non eſt eiuſdem
ſpeciei, cum ea, quæ inter homines verſatur.
hæc eſt Suar. citati, & licet non ità exprimatur
ſub his terminis eſt iuxta D. Thom 3. p. q. 85.
art. 3. & aliorum mentem, quos pro 2. propo-
ſitione citauimus. Et probatur ex diſcrimini-
bus iuris commutatiui diuini, & humani, de
quibus in ſuperiori ſectione latè egimus, inter
quæ numerandum eſt etiam illud à D. Thoma
inculcatum quod non conſtituat iuſtitia ho-
minis ad Deum iuſtum ſimpliciter, quale inter
perſonas æquales ſolum intercedit, iuxta Ari-
ſtotelem, ſed ſecundum quid; quale eſt illud,
quod inter perſonas, quarum vna eſt ſub po-
teſtate alterius, inuenitur, vt inter ſeruum &
dominum, quæ iuſtitia ſemper ſupponit ali-
quam liberam determinationem domini in
pacto cum ſeruo faciendo. Aduertendú tamen
diſcrimina in ſuperiori ſectione adducta ma-
gis oſtendere diſtinctionem obiecti formalis,
nempe iuris diuini, & humani: illud enim re-
ſpicit iuſtitia inter Deum & creaturã, hoc re-
ſpicit iuſtitia inter homines. Diſcrimen verò
quod adducitur de iuſtitia ſerui ad dominum
penes inæqualitatem perſonarum, non tam
eſſentiale eſt vt diuerſitatem iuſtitiæ ſpecificã
ab alia iuſtitia quæ eſt inter æquales indicare
videatur; Vnde ſolum adducitur à D Thom.
loco exempli ad cognoſcendam eſſentialẽ dif-
ferentiam inter iuſtitiam, quæ reſpicit ius di-
uinum multo excellentius & ſuperioris ordi-
nis, & illam quæ reſpicit ius humanum. Hinc
patet reſponſio ad confirmationem cuius gra-
tia hanc difficultatem expediui.

Ad 2. fundamentum ſententiæ negantis ius
commutatiuum diuinú, conceſſo antecedente
neganda eſt conſequentia, quia iam aſſignan-
tur euentus, in quibus creatura reddit æqua-
le Deo, vt quando iuſtus pro culpa veniali ſa-
tisfacit, & quando Chriſtus Dominus pro cul-
pis hominum grauiſſimis ſua infinita merita
interpoſuit. Ad probationem iam diximus ad
omnem iuſtitiæ commutatiuæ obligationem
non requiri proprie acceptum, ita vt vtraque
perſona aliquid det, & accipiat: nam in promiſ-
ſione eſt manifeſtum exemplum, quamuis in
aliis contractibus hoc reperiatur. Præterea
quomodo opera hominis in Dei honorẽ obla-
ta, cedant in Dei vtilitatem, item qua ratio-
ne illa à ſuo libero dominio in Deum transfe-
rat iam ſatis declaratú eſt. Vnde neque Gloſſæ;
neque regulæ iuris contradicimus, quæ de hu-
manis cõmutationibus procedit, & adhuc ſuó
modo diuinis poteſt aptari, quia tranſitus
actionis liberæ à dominio hominis ad ſpeciale
dominium Dei moralis eſt, non realis. Ad 3.
Fundamentum Reſp. iuſtitiæ obligationem in
Deo minus rigoroſã eſſe quã in creatura, quia
ſemper liberalitate & miſericordia permiſce-
tur, & ſolum reſpicit debitum, facta aliqua ſup-
poſitione, quod videlicet creaturam ſuis donis
ornatam velit conſeruare & opera eius multis
titulis ſibi debita in voluntatis ipſius arbitrio
relinquet: de exemplo ſerui & domini oppo-
ſitum iam ſupra docuimus. Et nemo negare
poterit inter ipſos multam eſſe iuſtitiæ obliga-
tionem, ne alter alterum occidat ne cum alte-
rius vxore adulterium committat, vt quæſt.
ſeq. ſect. 2. latiùs declarabitur.

Ex quibus principijs oriatur obligatio Iuris commutatiui in Deo.

SECTIO V.

SVarius conſequenter ad id quod dixerat
diſp. de Iuſt. in opuſc. aſſerit tom. 3. de gratia 1.
lib. 2. c. 8. neceſſariam eſſe promiſſionẽ Dei ho-
mini factam ſub conditione, ſeu conuentione
operis exhibendi vt meritum de condigno
obliget Deum ex iuſtitia commutatiua, quam
opinionem prius tradiderat Bonau. in 2. d. 27.
art. 2. q. 3. Hoſius in confeſſione Catholica c.
7. Martinus Piſtor in Symmachia, Bellar. tom.
4. lib. 5. de Iuſtificatione cap. 14. Probat Suar.
citatus n. 10. 1. quia non poteſt intelligi ex par-
te Dei debitú ex iuſtitia, niſi promiſſio præceſ-
ſerit, dicente D Aug. de verbis Apoſt. ſerm. 16.

de Deo. *Debitor factus eſt non aliquid à nobis*
accipiendo, ſed aliquid, quod ei placuit, promit-
tendo: cũ igitur nullus poſſit debitor conſtitui,
niſi accipiendo, vel promittendo, ſi Deus de-
bitor conſtituitur & non accipiendo, ſequitur
euidenter neceſſariam eſſe promiſſionẽ, vt ex
iuſtitia obligetur. Probat Bellar. 2. quia opera
quamtũuis ex ſe ęqualia ſint & digna. illis non
debetur merces ex iuſtitia commutatiua, niſi
pactũ præcedat, quia creditor non tenetur ad
mercedem ſoluendã, quam pro operibus non
promiſit: potuit enim opera non acceptare, ſi-
cut inter homines qui alterius operas non lo-
cauit etiam ſi in illius vtilitatem vel honorem
ſint exhibitæ, pro illis mercedem non debent
argumẽto l huius edicti, ff de pactis, § conuẽ-
tionis. vbi dicitur *nullam eſſe obligationẽ quæ*
non habeat in ſe conuentionẽ, ſiue re, ſiue ver-
bis fiat, & l. ſi in areã, ff. de condictione inde-
biti: in qua notat Bald. quod licet quis ædifi-
cet in ſolo poſſeſſo à domino, cũ illo non agit,
quia cum eo non contraxit, neque quaſi con-
traxit. 3. Quia quando opus ex alio titulo de-
betur V.G. gratitudinis vel ſeruitutis, vel alio
ſimili, niſi præcedat aliquod pactũ, non indu-
cit obligationẽ iuſtitiæ commutatiuæ recipiẽ-
tem, ſed noſtra opera titulo gratitudinis, ſer-
uituris, & multis aliis debentur Deo, ergo niſi
adſit promiſſio, & conuentio Deus nullã ſubi-
bit iuſtitiæ commutatiuæ obligationẽ. 4. Non
pote ſt alia ratio aſſignari conueniens, ob quã
beati, item animæ in Purgatorio, & deinde
Helias & Enoch in terreſtri Paradiſo non me-
reantur per opera ſtudioſa, niſi quia ipſis nul-
la facta eſt promiſſio, igitur hæc omninò eſt
neceſſaria ex parte Dei, vt ex illa ius commu-
tatiuum orietur.

Vaſq. tom. 2. 1. 2. diſp. 114. c. 4. & ſeq. etiam ſi
non admittat inter nos & Deum iuſtitiã pro-
priè ſumptã, tamen quia credit promiſſionem
diuinam nihil facere ad condignitatem meri-
ti quod datur in operibus Iuſtorum; eum ſine
promiſſione vel pacto illa habeant meritũ de
condigno, ex eo quod fiant ex gratia, & à filiis
gratiam adoptionis obtinẽtibus n. 56. addit ex
ſuppoſitione quod ad rationem meriti de con-
digno ius aliquod Iuſtitiæ erga Deũ require-
retur, nulla ad hoc opus eſſe promiſſione Dei,
vel conuentione; ſuamque ſententiam probat
fusè ſatis, & argutè. Nos vero quia in hac re
nec Suar. nec Vaſq. omninò aſſentimur iuxta
ea, quæ ſuperiùs tradidimus: quid in hoc pun-
cto dicendum ſit, duplici concluſione patebit.

Prima concluſio de facto obligatio Iuris
commutatiui in Deo oritur, cũ ex promiſſione
2. Dei, tum ex condignitate operum quæ in iu-
ſtis ſunt meritoriæ de condigno: hæc concluſio
expreſſa eſt à Concilio Moguntino ſub Archi-
epiſcopo Sebaſtiano in methodo de doctrina
Chriſtiana c. 8. his verbis, *tum quia benè ope-*
rantibus & in ipſo ſperantibus mercedẽ miſe-
ricorditer promiſit, tum etiã quia einſmodi Iu-
ſtificatorum opera quæ Dei effectus ſunt, &
monẽte & adiuuante ſpiritu S. fiunt, vere bo-
na & Deo grata & remuneratione vita æter-
na digna eſſe &c. quæ verba ita exponi debẽt,
vt ex vtroque capite proueniat futura Iuſtorũ
remuneratio, non quia promiſſio tribuat con-

A dignitatẽ vel valorẽ operibus, ſed quia ex du-
plici principio ſe voluit Deus Iuſtis obligare,
& illos magis ad æternæ vitæ aſſecutionẽ pro-
uocare. Similia verba habet Concilium Seno-
nenſe c. 16. & Trid. quæ eodem modo à Vaſq.
citato cap. 3. declarantur. Idem probant loca
ſacræ ſcripturæ, quæ in prima ſectione adduxi-
mus. Et probatur concluſio facile, quia Con-
cilia, ſacra ſcriptura, & Patres vnanimi conſen-
ſu vtriuſque principii meminerunt, tam pro-
miſſionis diuinæ, quàm meriti humani de con-
digno quando Iuſtis paratam eſſe iuſtitiæ co-
ronam prodiderunt: ſed vtrumque principiũ
in humanis inducit obligationem iuſtitiæ
commutatiuæ, quia vtriuſque principii debi-
tum fundatur in iure ad rem videlicet pro-
miſſio, & præmium operis condigni, ergo de
B facto ex vtroque principio in Deo Iuris com-
mutatiui obligatio reſultat.

2. Concluſio etiamſi ſemper requiratur di-
uina ordinatio ad determinationem mercedis 3.
ex iuſtitia commutatiua à Deo debitæ tamen
neque promiſſio, neque conuentio neceſſaria
eſt, ſed ſufficit condignitas operum ad indu-
cendum huiuſmodi obligationem Iuris com-
mutatiui diuini. Hanc tenet D. Thom. 1. 2. q.
11 4. art. 3. vt illũ exponit Franciſcus Romæus
in lib. de Libertate & neceſſ. operum veritate:
2. 2. Caiet. & Conrad ad art. 3. citatũ Richerd.
in 2. diſt. 27. art. 2. q. 3. Capreol. ibid. q. 1. art. ad
3. & ad 9. & alii. Duas habet partes querũ pri-
ma à Suario defenditur vbi ſuprà c. 17. n. 7. &
facilè oſtenditur 1. ex reliquis effectibus Dei,
C & noſtris, hi enim vt fiant ſemper prære-
quirunt determinationem circumſtantiarum,
ergo ſicut meritum noſtrum diuinã ordinatio-
nem ſupponit, ita etiã præmium eandem præ-
requiret per quam circunſtantiæ temporis,
ſtatus indiuiduationis à Deo determinentur;
Probatur conſequentia quia ſicut nec in omni
tempore, nec in omni ſtatu meretur homo; ita
neque in omni tẽpore & ſtatu illi debetur pre-
mium, vt cernitur in beatis, in animis detentis
in purgatorio, & in Enoch, ac Helia in Paradi-
ſo Terreſtri à Deo detentis. Deinde determi-
natio præmij in ſingulari eandem ordinationẽ
Dei præſupponere debet, quia etiam ſi meri-
tum naturalem habeat proportionem ad præ-
mium, vt ſic dicam quoad ſpeciem, nullum
eſſe poteſt ſufficiens fundamentum, vt il-
lam habeat quoad indiuiduum.

D 2. Suadetur eadem pars ex comparatione
ad res humanas pretio æſtimabiles, in quibus
ſecluſa lege, vel ordinatione Principis ex ſola
rei natura, vel communi æſtimatione pretium
non eſt omnino & indiuiſibiliter determina-
tum, vt patet ex l. 4. ideo, ff, de eo quod certo
loco. & l. 1. ratio, ff. de act. empt. § final. Item l.
62. pretia rerum, & 62. in lege Falcidia, eiuſq;
ff. ad l. Falcidiam; ſimiliter ergo cum in præ-
mio gloriæ, & in merito gratiæ varii ſint gra-
dus etiam ſecundum rei naturam, & mora-
lem æqualitatem, opera gratiæ cum præ-
mio gloriæ generatim habeant proportio-
nem, non eſt veriſimile quod ſecundum rei
naturam ità indiuiſibilis ſit iſta proportio, &
correſpondentia huius meriti, cum hoc præ-
mio, vt Deus, ſeruata operum condignitate,

& Iuſtitia debiri ad quod ſe libere obligauit, conferte teneatur, tale nimitùm præmium in indiuiduo, & non alıud, neque maius vel minus: magis enim conſentaneum eſt rationi, vt operis condignitas non ſolum, non poſtulet tale numero præmium, ſed habeat latitudinem moralem, intrà quam Deus maius, vel minus præmium poſſit ordinatione ſua libere aſſignare. Alıas rationes adducit Suar. citatus, quibus, vıpote 2. Concluſionis parti contrarıs, nobis eſt ſuperſedendum.

Ad confirmandam ſecundam partem aſſertioois varıas probationes congerit Vaſq. cap. 8. 9. & 10. duas attingam; primam à Iure petitam, 2. à Theologia acceptam, reliquæ apud illum videri poſſunt. Prima eſt quia vt intelligamus otiri obligationeoi ex Iuſtitia commutatiua, non oportet vt ſemper præcedat pactum, promiſſio, vel cunſenſus vtriuſ-
4. que partis, qoia ex quaſi contractu oritur inter abſentes ignorantes, etiám inuitos, vt patet exemplis negotiorum, tutelæ, communicationis rerum, aditæ bereditaris & indebiti, quæ omnia proſequitur Iuſtinian. Inſtit. toto tit. de obligationibus quæ ex quaſi contractu. Primum exemplum tantummodo declaro V. G. ſiquis negotium abſentis ſua ſponte, ſine mandato aliquo geſſerit, ita obligatur vt ad leuiſſimam quoque culpam teneatur, viciſſimque dominus etiam ignorans obſtringitur; ita habetur nó ſolum inſtit. loco citato, ſed & l. 1. 2 & 3. & ſequentibus, ff. de oegotiis geſtis l. 4. ex maleficiis, §. & ſiqois abſentis, ff. de actionibus, & obligationibus l. t. & toto tit. C. de negotiis geſtis: item part. 5. titu. 12. l. 26. & ſequentib. ergo ſimiliter in Deo poſita priori determinatione & voluntate qua voluntatem humanam Iuſti ſua gratia adiutam in ſua relinquat libertate ad benè operandum, & actiones meritorias de condigno exercendas, ſi illa benè Dei cauſam & negotium geſſerit, ex quo illam commoditatem & vtilitatem extrinſecam in ſe vel in ſuis ſuprà explicatam Deus cunſequitur ſine vlla promiſſione, in Deo obligatio Iuſtitiæ reſultabit.

Confirmatur quia non ſolum ex quaſi contractu, ſed ex tacita conuentione, quæ Iuris præſumptione in verum contractum tranſit
5. per l. 3. cum quid, ff. reb. creditis. videtur oriri hæc obligatio etiam ſine promiſſione, quod ſic oſtendo. Vt aliquis per laborem impenſum in vinea alterius mereatur mercedé códignam ſufficit, quod dominus vineæ iubeat illum in ea laborare, vel vt videat, & ei placeat vineam ab illo coli, vt ſine vlla promiſſione teneatur ex iuſtitia commutatiua ad reddendam mercedem, quia eſt conuentio tacita, quæ valet per l. 4. Item quia ff. de pactis. l. 3. ſi horreum l. 4. eo Iure l. 6. licet l. 7. in prædiis, ff. in quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahatur, & mandatum tacitum eſt, cum quis pro ſe fideiiubere patitur l. 18. qui patitur, ff. mandati. Item locatio, & conductio tacitè fit cùm poſt exactum tempus primæ locationis conductor manet l. 14. Item quæritur, §. vlt. ff. locati. Sed in his omnibus euentis non datur
A promiſſio, neque obligatio ex fidelitate, quia promiſſio eſt materia iuramenti promiſſorij: pactú vero tacitú non ita, ſoló ergo teſtat obligatio ex Iuſtitia commutatiua ex accepto, ergo ſimiliter etiam ſi Deus Iuſtis non promitteret præmiú vitæ æternæ, ſi tamen eodé modo cócurreret cú illis ſua auxiliati gratia, eoſque partim præceptis, partim conſiliis ad virtuú exercitia prouocaret, & ad laborádum in vinea ſua ſcilicet in Eccleſia, vel inuitaret, vel id ſibi placere ſignificaret, ſine vlla promiſſions ex tacito pacto obligationem commutatiuæ Iuſtitiæ conttaheret, non quod legibus humanis Deú ſubiicere velimus, ſed quia ex obligatione in ciuili cootractu tacito colligimus naturalem.

2. Ratio deſumitur ex variis abſurdis, quæ in Theologia ex oppoſita opinione ſequuntur; primom quia ſi promiſſio Dei eſſet omnino necesſaria vt Deus ex Iuſtitia obligaretur, Deus 6.
non teneretur ad dádam multis Iuſtis in præ-
B mium meritorium de condigno claram ſui viſionem; ſed hoc eſt omninò falſum: ergo & illud ex quo ſequitur. Sequela maioris oſtéditur quia, non pauci fuerunt Eccleſiæ Patres non modo ante aduentum Chriſti Domini, ſed etiá poſt, qui putarent non eſſe promiſſum, neque reſeruari io præmium iuſtorum clarum diuinitatis intuitu io, vt oſtendit Vaſq 1. part. diſp. 37. cap ergo reſpectu iſtorum Patrum promiſſio beatæ viſionis eodem modo ſe habuit ac ſi non eſſet, & multo minus promiſſioné acceptarent, quam fore neſcirent igitur ſi promiſſio eſſet omnino neceſſaria vt Deus ſe obligaret
C ad dandam Iuſtis ſui viſionem, promiſſiooe ſublata ceſſaret obligatio. 2. abſurdum eſt Iuſtos non mereri incrementum Iuſtitiæ habitualis per actus virtutum remiſſiores, atque adeo exerceri à Iuſtis actus meritorios de condigno, per quos ſi augeretur gratia, non eſſet ex iuſtitia debita, quod contrariæ opinionis aſſertores non admittent: quod verò ſequatur patet, quia inter Theologos controuerſum eſt, an per actus remiſſos intendatur in bac vita habitualis Iuſtitia, & complures in oegantem partem deflectunt, ergo non aſſecuti ſunt aliquam bac de re promiſſionem, quæ ſi eſſet, iam de hoc dubitare nemo poſſet. ſignum igitur eſt oon eſſe neceſſariam promiſſionem ad hoc vt ex iuſtitia de condigno Iuſti mereantur, etiam per actus remiſſos. Mitto alia
D incommoda ſimilia, quæ facile poſſunt occurrere, & ex prædicta ſententia neceſſariò deducuntur: ne igitur ea admittantur, diceodum eſt oon eſſe neceſſariam promiſſionem, vt Iuris commutatiui debitum in Deo oriri intelligatur.

Ad argumenta in oppoſitum Reſp. ad primum non eſſe D. Auguſtini, neque aliorum Patrum mentem, opera Iuſtorum, non habere meritum de condigno reſpectu æternæ vitę, etiam præciſa promiſſiooe Dei, & ex hoc ſolùm non oriri in Deo obligationem iuſtitiæ cómutatiuæ: nam ſi Suarius ita exponeret Auguſtioum, ſibi contrarius eſſet: ipſe enim exiſtimat ea promiſsione oriri ſolùm obligationem fidelitatis, & concedit in operibus iuſtorum eſſe condignitatem, reſpectu æternæ vitæ, & ex illis Deum aliquam vtilitaté ſeu commoditatem extrinſecam, & accideotalem

capere, vt ſuperiùs dictum eſt : ſolum igitur A
voluit Auguſtinus, & alij Patres ſignificare
Iuſtorum opera ſtudioſa potius eſſe dona Dei
quam ipſorum munera. & tam parum videri
quod in eis noſtrum eſt, vt ſi abſolutè loquamur
totum Dei ſit, & ex pura ipſius miſericordia
ac liberalitate procedens Quare cum Deo
reddamus quod nobis ipſe dedit, nihil illi
donare videmur, præſertim cũ ipſe ſine noſtris
obſequiis ſuam æquè perfectam in ſe ſolo habeat
feliciratem : quamobrem merito magis
proprie debitorem Deum ex promiſſione ſua
quam ex acceptione noſtrorum operum reputares.

Ad 2. Reſpondet Vaſq 1.2. diſp. 214 n 90. §. ad
3. *rationem* inter homines non oriri obligationem
ex Iuſtitia ratione dati & accepti, ſine cõ- B
uentione, vel pacto; ſed contrarium iam ſupra
oſtẽndimus ex multis legibus in prima ratione
pro ſecunda parte aſſertionis; Deinde non
ſolum propter tacitum pactum, quale eſt tacita
conuentio patrisfamilias iubentis operarios
in vinea ſua laborare ne otioſi ſint, etiam
ſi nihil eis promittat, ſed etiam ex quaſi contractu
inter abſentes ignorantes, & inuitos
obligationẽ iuſtitiæ oriri ratione rei acceptę.
Et vtroque modo iam declarauimus quo pacto
Deus etiam, preciſa ipſius promiſſione ex
iuſtitia commutatiua iuſtis obligetur. Legem
vero *huius edicti* adductã benè interpretatur
Pacius ibidem verbo, nullam obligationem;
ſubaud. inquit, *ex contractu*; Loquitur enim
lex de pacto quod ſine conſenſu nullam in- C
ducit obligationem, quia certum eſt multas
gigni obligationes ſine conſenſu, veluti
ex delictis, aut quaſi delictis. Item ex quaſi
contractu. Lex *ſi in area*, nobis non officit,
quia in ea negatur actio condictionis
indebiti ei qui tradidit agrum Domino in
quo ædificium conſtruxit, & merito; nam
ſi ſcienter, & mala fide quiſpiam in alieno
ædificat, videtur donaſſe, vt dicit Paulus
à Caſtro, ad hanc legem. Si vero bona
fide ædificauit, & non recuperatis impenſis
tradidit agrum vero domino, etiam ei merito
non competit condictio, quia tradidit domino
ſuum: Nam ædificium cedit domino ſoli,
in quo ædificatur per l. redemptores, ff. de
rei vendicat. & quandò tradidit quin impenſas
recuperaret, donaſſe illas cenſetur; nam
propter impenſas bona fide factas ſolum po- D
terat retinere. Ita Bart Bal. Iaſon. & reliqui
hoc loco Ex qua legis expoſitione nihil contra
nos arguitur. Ibi enim neque ex contractu
nequa ex quaſi contractu naſcitur obligatio
in domino, vt bene aduertit Bald. in argumento
citatus. Ad 3 Argumentũ Reſp. ſi quid
probat hoc argumentum, non minus aduerſarijs
contradicere, quam nobis: etenim ex eo
quod aliis Titulis debita ſint opera Iuſtorum,
colligit Deum per illa non obligari, & communiter
nihil de condigno mereri, quod ipſi
non admittent, Dicimus igitur quod ipſi
etiam tenentur reſpondere, opera Iuſtorum
ſtudioſa non eſſe debita ex præcepto Dei, vt
gratitudinis titulo ipſi exhibeantur, etiam ſi
ad aliqua Iuſti teneantur ex præcepto, ad alia
8. ſolum ex conſilio; & licet Deus hominem
obligaret, vt ex affectu gratitudinis aliquos
virtutum actus exerceret, adhuc per illos iuſtus
mereretur de condigno: nam opere ipſo
gratitudinis gratus & acceptus eſſet Deo, &
æterna mercede dignus, quia ſecundum virtutem
operaretur; neque enim obſtat merito
de condigno præceptum Dei de opere exhibendo:
nam alioqui virtus obedientiæ nunquam
ad meritum accederet de condigno;
ergo ſi huic merito Iuſtitiæ corona debetur,
vt ſuperius probatũm eſt ex ſacris litteris Patrum,
& Conciliis per illud Deum libere obligari
non repugnat. Ad 4 vero verbo Reſp.
tempus & ſtatum meriti à Dei ordinatione
non à promiſſione pendere; illam vero ſuprà
neceſſariam eſſe diximus, non hanc.

Vtrum Ius diſtributiuum ſit obiectum diuinæ Iuſtitiæ.

SECTIO VI.

PRo parte negatiua huius quæſtiunculæ ci- 1.
tari ſolent Bonau. Scot Dur. Palud. Gabr.
Molin. Vaſ. & alii, vt refert Rabello lib. 1. q. 4.
ſect. 1. Verum ſi Molinam, & Vaſq. excipiamus
qui clarius hanc difficultatem attigerunt, nullius
nullus ferè ex citatis quæſtionem excitat
ſub noſtris terminis, neque ex ſuppoſitione
facta procedunt quando à Deo excludunt
obligationem Iuſtitiæ diſtributiuæ, ſed de illa
Iuſtitia loquuntur quæ reſpicit debitum neceſſitatis
ſimpliciter, nulla facta ſuppoſitione,
vel ſaltem Iuſtitiam nimis materialiter conſiderant,
cum iis imperfectionibus coniunctam
quas in hominibus admittit, non verò vt abſtractius
concipi poteſt ratio diſtributiuæ Iuſtitię
ſeparata ab omni imperfectione creata;
quo modo illam admittunt in Deo DD ſtatim
citandi.

Præferenda igitur eſt pars affirmatiua concedens
ius diſtributiuum quod à Dei Iuſtitia
intẽdatur, & circa quod verſetur ita D Thom.
Ferr. Sor. Ricchard. quos citat & ſequitur
Suar. in opuſcul. de Iuſtitia Dei, ſect. 3. n. 33. Idẽ
tenet Aureol. in 1. diſp. 46. art. 1. propoſ. 3. Argent.
in 4. d. 46 q. 1. art. 1. Bellarm lib. 5 de Iuſtificat.
cap. 14. § ſi vero, & ſeq. Rabello citatus
& alii; in modo tamen defendendi, ſeu declarandi
hoc ius diſtributiuum circa quod Dei
Iuſtitia verſatur non conueniunt hi AA quorum
diſſidentes hac de re opiniones vt melius
percipiantur, oportet diſtinguere formalitates
penes quas Iuſtitia diſtributiua à commutatiua
diſcriminetur.

Dicendum igitur primo diſtributiuam Iu- 2.
ſtitiam à commutatiua eſſentialiter diſtingui.
In hac conueniunt omnes DD. in hac ſect. citati,
quibus addi poſſunt Iuriſtæ ad l. 10. *Iuſtitia*,
ff de Iuſtitia, & Iure Picard. in primum titulum
Inſtit n. 13. Budæus in l. ius ciuile : Pachimus
tom. 1. tract. de Iuris arte § diuiditur Calcira
lib. 1. variarum lectionũ c. 4 Roſcius memorabil
lib. 2. c. 2 n. 35. contra Buridanum 5.
Ethic q. 7. aſſerentem nullo modo diſcriminari
has Iuſtitias. Reprobabat quia diſtributio
communium bonorum quæ Iuſtitia di-

ſtributiua dimidit, fieri debet iuxta debitum partibus Reipubl. quas ſi diſtributor ſuo iure defraudet ſecundum vniuſcuiuſque dignitatẽ ad reſtitutionem obligatur. Sed reſtitutio eſt actus Iuſtitiæ commutatiuæ, ergo hæc à diſtributiua non differt: Verum debili nitebatur fundamento, quia bona communia non debentur particularibus perſonis ex Iuſtitia commutatiua, ſed ex diſtributiua, ſecundum vniuſcuiuſque partis dignitatem diſtribuenda, quod non obſcure ſignificauit D. Thom. 2. 2. q. 61. art. 1. ad 1. cum dixit, *alio modo debetur alicui id quod eſt commune, alio verò modo id quod eſt proprium*, quamuis poſtquam diſtributor fraudauit aliquos debitis portionibus, oriatur ex Iuſtitia commutatiua noua obligatio reſarciendi damnum ipſis illarum, vt benè notauit Molin. tom. 1. de Iuſt. tract. 1. diſp. 12. §. ad hoc argumentum & Rebello p. 1. lib. 1. q. 3. ſect. 3. n. 19.

3\. Semper tamen eſt verum ex ſola Iuſtitiæ diſtributiuæ violatione non oriri obligationem reſtituendi, ita D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. Caiet. Arag. & reliqui Thomiſtæ ibidem communiter Richard. hab. Sot. Nau. & alii quos citant & ſequuntur Rabell. 1. p. lib. 3. q. 3. n. 1. Sayr. in Claui lib. 10. c. 1. n. 4. vnde immerito Gartia de beneficiis ſeptim. p. cap. 17. n. 41. Rabelum & alios citat pro oppoſita ſententia. Deinde Palud. in 4. d. 15. q. 201. Syluestr. verbo *reſtitutio* 3. q. 10. Lopes 1. p. cap. 125. qui ſimiliter referri ſolent pro ſententia aſſerente ex Iuſtitia diſtributiua aliquando oriri obligationem reſtituendi, ſi attentè legantur, ſolum ſignificare videntur eos caſus, in quibus Ius commutatiuum cum diſtributiuo pariter violatur, quia materialiter coniunguntur, vt cernitur in caſu propoſito à D. Thom. citato in reſponſione ad 3. latiſſime à Caietano declarato, quando v. g. diſtributor qui bona communia in certa portionis quantitate in ciues diuidere tenebatur, ſibi vel aliis applicauit: tunc enim non ſolum violauit ius diſtributiuum, quod ciues habebant in quantum partes communitatis ſunt, & geometricam proportionem; ſed etiam commutatiuum, in quantum non fecit proprium huius, vel illius ciuis, quod erat commune, ad quod tenebatur diſtributor ne ciuibus damnum inferret & priuaret iure ſibi debito, nempe vt proprium fieret, quod commune erat; ad quod ciues ius habeant rigoroſum Iuſtitiæ commutatiuæ obiectum.

Ratio vero cur reſtitutio ſit actus ſolius commutatiuæ Iuſtitiæ eſt quia obligatio reſtituendi fundatur in debito orto ex defectu æqualitatis propriæ, quæ cuilibet ſeruari debet, & ſupponit priuationem Iuris rigoroſi, ſiuè illud ſit proprium dominium rei, ſiuè aliquid moraliter illi æquiualens; cum igitur priuatio ſequatur, ſeu ſupponat habitum, vt notat Barr. in ſumma l. decem, ff. de verborum obligar. non enim diſſoluitur quod non eſt cap. ad diſſoluendum de ſponſalibus impuberum, nec mortuum dicitur quod nunquam vixit per cap. quod verò 32. q. 2. & cap. ſicut ex litterarum de homicid. neque A teſtamentum rumpi poteſt quod nondum fuit l. nam & ſub conditione, ff. de iniuſt. rupt. teſtam. Impoſſibile eſt fundari obligationem reſtituendi in priuatione Iuris quod non intelligatur præhabitum à parte læſa & illius tanquam proprium ſupponatur; quia verò bona ex Iuſtitia diſtributiua diuidenda quando non habent admixtum Ius commutatiuæ Iuſtitiæ, ſunt pure communia, & nullius propria, ſi negentur perſonis particularibus ad nullam reſtitutionem diſtributorem obſtringunt.

Exemplum huius rei affert Rabello citatus n. 5. de Republica vel ciue opulento, qui ex mera liberalitate bona ciuibus benemeritis diſtribuens præferret minus dignos B dignioribus, non ſeruaret formam Iuſtitiæ diſtributiuæ; at contra commutatiuam non faceret, neque ad reſtitutionem obligaretur ſi tamen œconomus huius Reipub. vel ciuis cui hæc bona diſtribuenda traderentur, ſecundum perſonarum dignitatem plus minus dignis conferret, & quam dignioribus, contra commutatiuam cum reſtitutionis obligatione ageret. Hoc tamen exemplum in 1. parte deficit, quia vt idem auctor fatetur in eo caſu ex ſola liberalitate diſtribuuntur bona à Repub. vel opulento ciue, aliquo Iuſtitiæ titulo: ergo contrà Iuſtitiam diſtributiuam non peccat qui minus dignis plus tribuat, ſi quidem in ea bona iſti neque vt partes ſunt alicuius communitatis C Ius aliquod habent minus rigoroſum. 4.

Magis accommodatum exemplum erit in Iudice qui permitteret aliquos venari, vel piſcari inſtrumento per leges particulares alicuius Reipub. prohibito. Nam in eo non teneretur Iudex ad reſtitutionem piſcium, quos piſcatores caperent, neque ipſi, etiamſi contra Iudicis voluntatem id facerent, peccarent tamen contra Iuſtitiam diſtributiuam, quæ obligat, vt modo debito, & æquali ad condignitatem perſonarum ea bona communia ſibi approprient vſucapiendo; nam inæqualis eſſet diſtributio inter eos, qui alioqui pares dignitate ſunt; ſi aliquibus retis verriculo, aliis vero arundine tantum priuati liceret. quod verò nulla inde orietur reſtituendi obligatio patet, quia illi piſces inter communia bona, ſeu publica cenſentur Inſt. de re- D rum diuiſione §. flumina, & ſeq. l. 4. nemo ff. eod. tit. Aliud exemplum eſſe poteſt in prouiſione beneficii Eccleſiaſtici. Cathedræ vel alicuius officii publici quæ præcipuè propter Eccleſiæ ſeruitium vniuerſitatis Magiſterium, & Reipub. regimen inſtituta ſunt ſi enim hæc conferantur dignis, prætermiſſis dignioribus, nulla datur obligatio reſtituendi, præſertim quando collatio ſit ſine oppoſitione, ſeu concurſu; & tamen ſæpe in hoc peccari poteſt etiam grauiter contra Iuſtitiam diſtributiuam, quod latius perſequi non eſt huius loci: interim vide Valent. 2. 2. diſp. 5. q. 7. p. 2. Sà verbo electio n. 8. Gartia de benefic. p. 7. c. 17. n. 42. qui cum Adrian. Soto. Ledeſm. Mercado. Nauar. Padil. Mol. Couar. Angleſ. Pereſ. Medo. Leſſio, Azor & aliis prædicti exempli veritatem confirmat.

Dicendum 1. diuerſitatem ſpecificam inter Iuſtitiam commutatiuam & diſtributiuam deſumi penes diuerſam debiti rationem quam reſpiciunt, vt D. Thom. citatus declarauit, & ſecundum diuerſam æqualitatem, quam conſtituunt Arithmeticam, vel Geometricam, vt Ariſtoteles 5. Ethicor. c. 3. & 4. docuit. Nam commutatiua reſpicit Ius, quod vel eſt proprium rei dominium, vel aliquid illi moraliter æquiualens; diſtributiua verò reſpicit Ius minus rigoroſum, & minus proprium proueniens ex merito, vel conditione perſonæ, quatenus eſt pars alicuius communitatis. Deinde commutatiua conſtituit per ſe ſolam æqualitatem rei ad rem quæ Arithmetica dicitur, diſtributiua per ſe ſolam æqualitatem proportionis intendit, quæ Geometrica nominatur, habita ratione perſonarum, vt ſi in communitate perſona duplo ſit dignior, duplo maiorem rei diſtribuendæ portionem ſortiatur, ſi diuiſibilis ſit; ſi verò indiuiſibilis ſit, ad prælationem dignioris inclinat.

6. Aduertendum tamen eſt proportionē Geometricam vt ſit propria Iuſtitiæ diſtributiuæ, intelligendam eſſe formaliter per ſe, & propter ſe intentam; nam per accidens & materialiter erit circumſtantia in actibus aliarum virtutum inuenta. Nam ſi plures in extrema, ſeu graui neceſſitate conſtituti occurrant nec habeam vnde perfectè poſſim omnibus ſubuenire per multos dies, ex charitate teneor ſeruata propoſitione neceſſitatis vniuſcuiuſque, & habito reſpectu perſonarum, eis ſuccurrere quatenus poſſum. Deinde ſi quis debeat ex Iuſtitia commutatiua centum aureos vni, & quinquaginta alteri, neque habeat ad ſoluendum niſi triginta, cæteris paribus tenetur ſoluere viginti ei, cui debebat centum, & decem illi cui debebat quinquaginta, & ſic ſeruare proportionem debiti duplo maioris. In his tamen euentibus proportio geometrica per ſe formaliter non intenditur; ſed materialiter, quatenus circunſtantia eſt neceſſaria ad aſſignandum medium charitatis in 1. caſu, & Iuſtitiæ commutatiuæ in 2. non enim per ſe intenditur, neque propter ſe proportio geometrica ſecūdum dignitatem perſonæ, quatenus pars eſt alicuius communitatis habens Ius ſecundum quid minus rigoroſum ad bona ipſius communitatis; ſed in primo caſu intenditur ſubuenire neceſſitati proximi, quatenus poſſibile eſt, & in ſecundo compenſare ad æqualitatem Arithmeticam Ius rigoroſum, & proprium talis perſonæ: quod verò cum alia comparetur, eſt per accidens, & aliquid materiale, reſpectu Iuſtitiæ commutatiuæ.

Hinc refutantur duæ recentiorum opiniones hac de re, quarum prima aſſerit in propoſito exemplo de ſolutione facienda diuerſis creditoribus quorum vnus alterum excedat in iure, ſeu debito ſoluendo proportione dupla ex vtraque Iuſtitia tum commutatiua, tum diſtributiua debitorem debere operari, & ad reſtitutionem cum hac proportione faciendam ex vtraque obligari. Ita Vaſq. 1. 2. diſp. 223. cap. 5. n. 53. quod ideò non probamus quia iſta proportio & comparatio perſonarum per accidens eſt ad obiectum formale iuſtitiæ commutatiuæ qualis in eo caſu per ſe ſolum interuenire cenſetur. Nam debitum, quod ſolui debet in eo euentu totum eſt ius rigoroſum quod intenditur compenſari, quantum poſſibile eſt, neque attenditur ius minus rigoroſum perſonarum, quarum dignitas ſpectetur ad diſtributionem bonorum quæ ipſis, vt partes alicuius communitatis debentur: quis enim dicat illos triginta aureos duobus creditoribus diuidendos eſſe ex intentione reddendi illis ius minùs rigoroſum, ipſiſque deberi, vt partes ſunt alicuius communitatis: ergo ſolum ex Iuſtitia commutatiua illa materialis proportio per accidens intenditur fundata in rigoroſo iure & proprio quod debitor tenetur compenſare ex ſuis bonis particularibus.

2. Opinio non minus improbanda affirmat æqualitatem Geometricam non pertinere ad rationalem formalem obiectiuam Iuſtitiæ diſtributiuæ, ſeu commutatiuæ. In hanc propendunt Suar. citatus n. 8 & Rebel. n. 14. Verùm præterquam quod hæc ſententia ſit contra Ariſtotelem 5. Ethic. cap. 3. & 4. D. Thom. 2. 2. q. 61. art. 1. Caiet. Salon. Arag. & reliquos Thomiſt. ibidem Scot. in 4. diſt. 46. q. 1 ad 1. principale, vt illum explicat, & ſequitur Angelus Piloſus diſp. 42. art. 4 n 3. & communis Scotiſtar. ſchola: & accedit Mol. tom. 1. de iuſt. tract. 1. diſp. 12. §. *eſt vero*, aliique recentiores communiter; hac ratione conuincitur. Nam æqualitas eſt formalis ratio eius quod dicitur æquale; ſed iuſtitia de ſe intendit conſtituere æquale reddens vnicuique ius ſuum, ergo ex diuerſa ratione æqualitatis fundatæ in debito, vel iure diuerſo deſumenda eſt diuerſa Iuſtitiæ ratio: Cum igitur æqualitas arithmetica rei ad rem, quæ fundatur in iure proprio & rigoroſo, & æqualitas geometrica, ſeu proportionis per ſe, & propter ſe intenta, quæ fundatur in dignitate, & merito perſonarum, & in iure minus rigoroſo, diuerſæ ſint, & per ſe diſcriminent duas iuſtitiæ ſpecies, ſequitur has æqualitates pertinere ad rationalem formalem iuſtitiæ commutatiuæ & diſtributiuæ.

Addunt Auctores prædictæ ſententiæ ad Iuſtitiæ diſtributiuæ rationem non pertinere, vt ſit ad plures perſonas, quod probant exemplo de electione ad beneficium Eccleſiaſticum, vel ad cathedram in Academia, in qua non fit diſtributio inter multos, cum Geometrica proportione. Verum neque in hoc rectè ſentiunt, vt benè oſtendit Vaſq. citatus cap. 4. n. 47. ex Ariſt. 5. Ethic. cap. 3. vnde loquens de Iure diſtributiuo, ait, *Ius quoddam eſt, quod in proportione conſiſtit*, & addit. *In quatuor minimis reperiri*, quem locum ex ſententia non ſolùm D. Tho. lect. 5. ſed omnium interpretum ita intelligere debemus, vt ad minimum duæ perſonæ neceſſariæ ſint, inter quas fiat diſtributio; & duæ res, quæ cum proportione ad dignitatem perſonarum diſtribuantur, nomine verò rerum non ſignificatur ſemper aliquid poſitiuum; ſed vel poſitiuum, vel negatiuum: quando 7.

Digitized by Google

enim tes confetenda vni ex multis fuerit indiuiſibilis conſiderata maiori dignitate illius, qui cæteros excedit, illi ex iuſtitia diſtributiua debetur, cathedra, videlicet, ſeu beneficium, aliis vero negatio illius: ſemper enim conſideratur proportio meriti perſonarum; & 1. loco ponitur digniſſimus, 2. ille, qui huic proxime accedit, et ſic de cæteris, & licèt in eo euentu vnus tantum beneficium, vel Cathedram obtineat; ei, qui proximè accedit cum negatione beneficij, ſpes datur obtinendi alterum, quod primum vacare viſum fuerit; & ſi primus aliquo impedimento præueniatur, ſua ſpe ſecundus non fraudabitur.

8. Oppones 1. quia etiam ex Iuſtitia commutatiua debitor ſoluit creditori debitum, aliis verò, quibus nihil debet, nihil reddit. 2. quando vnus tantum petit publicum officium, vel beneficium, quia deſunt alii habiles ad illud, plures perſonæ non ſunt, ergo neque negatio ſufficit in diſtributiua, vt dicantur plures res; neque pluralitas perſonarum requiritur. Ad 1. dicit Vaſq. n. 49. ſufficere proportionem perſonarum, quam per ſe ſemper conſiderat diſtributiua iuſtitia, & ſolum requiri multiplicitatem, & proportionem rerum quando bonum diſtribuendum eſt diuiſibile. Facile admitti poſſet hæc ſolutio, niſi in gratiam auctoritatis Ariſtotelicæ rerum nomine vel ſpem proximæ accedentis ad digniſſimum, vel negationem, ſeu priuationem intelligeremus, quæ cæteris iuſte diſtribuitur eo ordine vt ille remotior à conſecutione declaretur, cuius meritum omnium merito inferius exiſtit. In quo quidem ſatis apparet quo modo iuſtitia diſtributiua proportionis æqualitatem per ſe intendat, & conſtituat; non tamen commutatiua, quia non comparat vnam perſonam cum alia per ſe, ſed debitum cum ſolutione datum cum accepto ſecundum arithmeticam æqualitatem; quare futilis, fictitia, & nullius vtilitatis eſt illa comparatio creditoris cum aliis, quibus nihil debetur. Ad 2. dico quando vnus tantum dignus, & habilis officium, vel beneficium ambit, omnes Doctores fateri illi ex Iuſtitia commutatiua dandum eſſe cum obligatione reſtituendi, ſi indigno conferatur, quare non eſt mirum ſi tunc perſonarum multiplicitas non interueniat, cum nulla tunc fiat diſtributio.

9. His prælibatis probatur in Deo eſſe iuſtitiam diſtributiuam propriè. Nam attento iure præcisè quod priuatæ perſonæ habent ad bona communia, Deus poteſt per ſe, vel per alium poſſeſſiones, & alia bona communia ſecundum merita politica diſtribuere, quo modo per Ioſue. cap. 14. Ioſue terram promiſſionis ſingulis tribubus diuiſit: & per Samuëlem regnum Iſraëlis primum Saüli, deinde Dauidi inter reliquos digniſſimis detulit; ſuppoſito igitur quod Deus voluerit bona communia deſignare; atque adeo ea illi populo deferre ſecundum perſonarum merita politicè conſiderata, ex intrinſeca rectitudine ſuæ Iuſtitiæ diſtributiuæ obligatur æqualitatem proportionis attendere, & ſecundum illam ope-

A rari. Præterea in retributione meritorum ex eo quod Deus iuſtorum dignitatem cum proportione meritorum per ſe, & propter ſe reſpiciat, æqualitatemque Geometricam in diſtributione præmiorum intendat, nulla in Deum imperfectio deriuatur, ergo non eſt Deo deneganda iuſtitia diſtributiua, præſertim cum in ſacra ſcriptura hanc æqualitatem proportionis à Domino intendi in præmii æterni retributione ſignificetur. 1. Petri 4. *ſed communicantes paſsionibus Chriſti, gaudete*, quem locum Tertull. in Scorpiaco aduersùs Gnoſticos cap. 12. ſic transfert, *ſecundum quod communicatis paſsionibus Chriſti, gaudete*, quia ad proportionem patientiæ, & tribulationum gaudium accipiendum deſignauit, Paulusque ait ad Roman. 8. n. 17. B *ſi compatimur vt & conglorificemur* Et 2. ad Corinth. 1 n. 7: *ſcientes quod ſicut ſocij paſsionum eſtis, ſic eritis & conſolationis*, & Lucæ 22. ait Dominus, *vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis.* In quibus locis interpretes ſacri notant verba, ſi, *ſicut, & diſpono*, præmii ordinem, & iuſtiſſimam diſtributionem à Deo conſtitutam oſtendere. Idémque ſatis manifeſtè colligitur ex doctrina Chriſti Domini, Ioannis 14. cum dixit, *in domo Patris mei manſiones multæ ſunt*, & Matth. 25. in parabola de talentis.

Grauis tamen hinc ſuboritur difficultas 10. quo modo in retributione meritorum diuina Iuſtitia ius diſtributiuum reſpicere poſſit. Nam quando Geometrica proportio coniungitur cum rigoroſo Iure iuſtitiæ commutatiuæ, C ſola æqualitas rei ad rem per ſe & propter ſe intenditur, & vt ſupra dictum eſt, æqualitas proportionis ſolum ſe habet vt circumſtantia materialis, quæ per accidens obiecto commutatiuæ aduenit. Vnde etiam in obiectis aliarũ virtutum poterit, V. G. in obiecto miſericordiæ & obſeruantiæ, quando pluribus per miſericordiam ſubuenire, item plures per obſeruantiam colere tenemur. Augetur difficultas, quia vel ius, quod habent iuſti ad mercedem beatitudinis, ſuppoſita Dei diſpenſatione, eſt rigoroſum & proprium, quod obiectum commutatiuæ cenſetur: vel non ità, ſed iuſtis debetur, vt ſunt partes communitatis, cui Dominus beatitudinis bona, pro ratione meritorum proportionaliter diſtribuenda aſsignauit: D ſi 1. admittenda eſt in Deo Iuſtitia commutatiua, & excludenda diſtributiua: ſi 2. vice verſa datur in Deo reſpectu Iuſtorum diſtributiua iuſtitia, non commutatiua.

Ad hanc difficultatem quatuor reſponſiones inuenio apud recentiores, præſertim Suar. in opuſc. de Iuſtitia Dei, ſect. 5. n. 28. & ſeq. item tom. 3. de gratia lib. 12. cap. 30. n. 31. Rebel. lib. 1. q. 4 ſect. 5. n 19. ex quibus duæ priores mihi omninò diſplicent, & duæ poſteriores placent. Prima eſt Iuſtitiam Dei diſtributiuam eſſe in retributione meritorum quantum ad formam, non tamen quantum ad ius ſpeciale, quod reſpicit, vt argumentum propoſitum oſtendit. Verùm hæc reſponſio difficultati ſuccumbit, & ſimpliciter iuſtitiam diſtributiuam à Deo excludit. Videant

Google

igitur qui illam Deo concedunt, quo pacto A ſine contradictione hanc reſponſionem probabilem exiſtiment. Nam contradictio eſt manifeſta, quod detur proprie iuſtitia diſtributiua, quæ ſuum peculiare obiectum non reſpiciat, quale eſt ius illud quod debetur partibus alicuius communitatis, vt proportionaliter bona communia participent.

2. Reſponſio, quæ omnino probatur à recentioribus citatis, docet ius commutatiuæ iuſtitiæ diuinæ deficere ab eo rigore, quem inter homines habet, quia ſemper ius creaturæ quod Dei iuſtitia reſpicit, ſupremo ipſius Dei dominio ſubordinatur; nec obligat Deum ab extrinſeco ad ſeruandum tale ius, ſed ab intrinſeca naturalique Dei rectitudine, per quam communicat rem non ſim- B plicitet alienam, ſed ſuam propriam: vnde quando hoc ius creaturæ à rigoroſo iure commutatiuo deficit, ad diſtributiuum deflectit, & communiter iuſtitia, quæ illud reſpicit formaliter & eminenter, rationem vtriuſque iuſtitiæ complectitur, & per vtranque vnum iuſtitiæ attributum completur. Hæc reſponſio mihi non placet, 1. quia vel ius quod in meritis iuſtorum datur ad retributionem, ita deficit à rigore iuris commutatiui, vt in eo adhuc illa formalis ratio obiectiua iuſtitiæ commutatiuæ debita appareat, vel non; ſi primum, illud ius commutatiuum eſt, & non diſtributiuum, ſi detur 2 ſecundum, aut ita deficit à iure commutatiuo, vt conſtituatur diſtributiuum, vel aliquod tertium con- C ſtituit in quo vtraque iuris ratio eminenter contineatur, & ſic iam illi duo termini formaliter & eminenter reſpectu vtriuſque iuſtitiæ coniungi non poſſunt, quia vel eſt iuſtitia formaliter, vel eminenter in Deo.

2. Exemplo ab ipſis Auctoribus adducto eadem reſponſio impugnatur, quia ſcientia Dei, quatenùs reſpicit obiectum purè intelgibile, formaliter eſt ſpeculatiua non eminenter, & quatenùs reſpicit obiectum operabile, quale eſt tantummodo ſecundarium, formaliter eſt practica, non eminenter, quia vtriuſque ſcientiæ practicæ, & ſpeculatiuæ rationem formalem comprehendit, & ſolum dici poteſt eminenter practica & ſpeculatiua propter differentias, vel quaſi differentias quæ in ſcientia creaturarum non in diuina reperiuntur. Vnde inſero licet D iuſtitia Dei vtriuſque iuſtitiæ formalem rationem cõtinere poſſit formaliter modo quodam perfectiſſimo, non poſſe tamen illam ſimul formaliter & eminenter, ſecundum illam rationem communem ad creatam & increatam complecti, quia ratio illa quæ in Deo ponitur eminenter, de eo formaliter negatur; cuius inſtantiæ vim forſitan ſenſit Suar. 3. part. tom. 1. diſp. 4. ſect. 5. §. horum igitur, & §. ad ſecundam rationem, cum dixit iuſtitiam Dei eſſe formaliter diſtributiuam, & eminenter commutatiuam; neſcio igitur qua ratione vtranque formaliter & eminenter in Deo eſſe affirmet in opuſc. ſect. illa 3. n. 31.

11. Duæ ſunt aliæ reſponſiones, quæ mihi magis probantur. Prima ex illa communi Theologorum doctrina deſumitur, ſcilicet eundem actum poſſe habere plures rationes honeſtatis ad diuerſas virtutes pertinentes: vt ſiquis ex obedientia ieiunet: idem ieiunium vt eſt moderatio in cibo ad temperantiam; quatenus ex præcepto fit, ad obedientiam ſpectat: ſimiliter ergo in eadem retributione meritorum reperiuntur duæ rationes ſpectantes ad duo debita commutatiuæ & diſtributiuæ iuſtitiæ: & de facto illas admittit Vaſq. citatus n. 54. in eo qui reſtituit diuerſis creditoribus vnicuique partem debiti, ſeruata debiti proportione. Verum nos iam ſuprà diximus in hoc euentu æqualitatem proportionis per accidens, & non propter ſe intendi. Aptius exemplum eſt in publico diſtributore, qui à principe vel à Repub. habet ſtipendium, vt iuſtè certa bona communia per ciues, ſeruata meritorum proportione, diſtribuat, qui ſi quos defraudet, contrà vtranque iuſtitiam facit, quia vtranque æqualitatem per ſe intendere debet, & ius vtriuſque iuſtitiæ illæſum ſeruare. ita D. Thom. 1. 2. q. 62. art. 5. ad 1. Caiet. Aragon. & alii ibidem, Sotus 4. de Iuſt. art. 1. ad 3. & alij.

Itaque in retributione meritorum interuenit illud ius commutatiuum, modo ſuperiùs declarato; item diſtributiuum, quia ſuppoſito quod Deus vt ſupremus Dominus ſuam gloriam vt commune bonum iuſtis diſtribuendam, ſecundùm eorum dignitatem, & merita perſonarum, diuerſóſque gradus gratiæ habentium ex liberali gratiæ ſuæ ordinatione deſignauerit, ex ſua intrinſeca rectitudine obligatus manet æqualitatem illam geometricam ſeruare, & illam per ſe intendere cenſetur, præſertim ſecundum eas partes ſeu exceſſus præmiorum, quæ merita ſuperant, & ex iuſtitia commutatiua non cenſentur deberi. Quam doctrinam non obſcurè ſignificauit Trid. Seſſ. 6. cap. 16. vbi in iuſtis duplicem diſtinguit iuris rationem, vnam hereditatis propter filiationem, alteram mercedis propter merita iuſtorum, & promiſſionem Dei. hanc reſponſionem Vaſq. n. 66. iudicat aptiorem in eorum ſententia, qui in Deo veram iuſtitiam formaliter admittunt. Et ratio eſt quia beatitudo datur iuſtis tanquam heredibus; ſed hereditas diſtribuitur inter heredes, attenta per ſe eorum dignitate: vt ſi æquales ſint legitimi filii vtriuſque parentis, partes ſortiantur æquales; ſi inæquales vni legitimi, alteri naturales hi minus participent, etiam remota teſtatoris voluntate: ſunt enim illa bona communia heredibus, ad quos aliqua ratione ſpectant, & ideo ex diſtributiua iuſtitia pariter, & ex commutatiua illis debentur.

1. Reſponſio etiam probabilis aſtruit, iuſtitiam diſtributiuam in tantum eſſe in Deo, 11. in quantum operatur ex affectu huius virtutis, ad illamque nos mouet, & adhortatur. Dices hinc ſequi, eſſe in Deo temperantiam, quia etiam ex affectu huius virtutis operatur, & ad illam nos mouet; neganda tamen eſt conſequentia. Diſpar enim ratio in illa viſitur, quia temperantia cum non ſit virtus ad alterum, verſeturque circa proprias paſſiones moderandas, quę in Deo eſſe non poſſunt,

deficiente virtutis materia in proprio ſubie-
cto, deficit etiam formalis ratio virtutis. At
iuſtitia cum ſit ad alterum, ſatis eſt, quod
aliquis faciat, vt alteri ſeruetur ius debitum,
vt actum huius virtutis exercere cenſeatur,
quæ quidem reſponſio in ſectione ſequenti
agendo de iuſtitia legali, clarior apparebit:
ſolum aduertere oportet iuxtà illam, dicen-
dum eſſe, Deum ſolum ex iuſtitia commutati-
ua in retributione meritorum operari.

Vtrum ius legale, & punitiuum ſpe-ctet ad obiectum diuinæ iuſtitiæ.

SECTIO VII.

SVpponimus cum D. Thom. 2. 2. q. 58. art.
5. præter particularem iuſtitiam, quæ in
commutatiuam, & diſtributiuam adæquatè
diuiditur, dari aliam generalem, quæ reſpe-
ctu finis nempè boni communis, quod inten-
dit, & ratione iuris communis, quod reſpi-
cit, generalis appellatur; non quod cum re-
liquis virtutibus confundatur, vt ſequenti
quæſt. dicemus. Hanc ergò iuſtitiam legalem
1. in Deo eſſe negant aliqui Recentiores cum
Suar. in opuſc. de iuſtitia Dei ſect. 4. n. 8.
quamuis tom. 3. de Gratia lib. 12. cap. 30. n. 21.
illam videatur admittere; ne igitur ſibi con-
trarius ſit, nomine iuſtitiæ legalis intelligere
debet illam prouidentialem, quam in priori
loco non negauit Deo, imò an per illam vo-
luntatem diuinam affici ad conuenientem
modum prouidendi rebus omnibus, iuxtà
vniuſcuiuſque naturam, & ſecundum diuinæ
artis prudentiam, & hac virtute vti, quando
in ordine naturali tribuit naturis conuenien-
tes proprietates, & quando in ordine ſuper-
naturali tribuit naturis conuenientes pro-
prietates, & quando in ſupernaturali dedit
Chriſto Domino animam gratiæ & ſcientiæ
donis exornatam, matremque etiam à pecca-
to originali præſeruatam.

Quod verò iuſtitia legalis propriè ſumpta
in Deo non ſit, probat, quia hæc reſpicit bo-
num commune particulari & priuato ante-
ponendum, vnde ius quod eſt illius obiectum
intenditur vt aliquid ſuperius, quale eſt il-
lud, quod in Repub. exiſtit, & per quod ſin-
gula illius membra obligatur, vt quando
opus fuerit pro communi bono, ſe, ſuaque
periculo exponant. ſed Deus non poteſt com-
parari tanquam pars reſpectu alicuius com-
munitatis, neque reſpicere ius alterius tan-
quam ſuperius, & excellentius ſuo priuato, &
particulari; ergo neque habere poteſt legalis
iuſtitiæ debitum. Quod verò aliqua proui-
dentialis iuſtitia ſit in Deo admittenda, oſten-
dit, quia actus, quo Deus reſpiciens debi-
tum conuenientiæ prouidentialis in ordine
naturali, vel ſupernaturali, vult ſe rerum
naturis accommodare, eſt honeſtus, neque
pertinet ad alias virtutes, quia eius moti-
uum eſt ſpecialis conuenientia, quæ licet
reguletur per Dei ſapientiam, ſemper in ali-
qua rerum proportione fundatur, ſiue inter
ſe inuicem, ſiue ad bonum, & ordinem vni-
A uerſi comparentur. De qua iuſtitia locutus
eſt Tertull. lib. 2. contra Marcion. cap. 12.
vbi ait, *Bonitas eius operata eſt mundum,
iuſtitia modulata eſt*; & infra, *iuſtitiæ opus
eſt, quod inter lucem, & tenebras ſepara-
tio pronunciata eſt.* De eadem agit Diony.
de diuin. nomin. cap. 8. D. Thom. 1. part.
q. 21. art. 1.

Prima aſſertio, præter hanc prouidentialem
iuſtitiam minus propriam, alia magis proprie 2.
dicta, quæ legalis nominatur, in Deo eſt, &
communiter ius legale ad diuinum etiam
pertinet iuſtitiæ obiectum. Expreſſè hanc
tenet Rabellus lib. 1. in præludiis Inſt. q. 4.
ſect. 4. n. 23. & manifeſtè colligitur ex D.
Thom. 2. 2. q. 58. art. 6. in corpore, vbi ait
hanc iuſtitiam legalem præcipuè, & quaſi
architectonicè in principe reſidere, in ſub-
ditis verò ſecundariò, & quaſi adminiſtra-
B tiuè. Vnde tantum abeſt vt de ratione huius
virtutis ſit reſpicere ius aliquod ſibi ſuperius
quod aſſerebat Suar. vt in principe, & ſupre-
mo domino principaliùs, & perfectiùs exi-
ſtat, vnde prima probatio formatur. Obie-
ctum legalis iuſtitiæ non ſolum executiuè,
ſeu adminiſtratoriè, vt loquitur D. Thom.
per membra Reipub. nempe per ſubditos;
ſed architectonicè, ſeu imperatiuè per prin-
cipes intenditur ſub eadem ratione honeſta-
tis, ergò licet Deus vt pars, aut membrum
Reipub. illius commune bonum, & ius tan-
quam ſibi ſuperius non reſpiciat, ſufficit, quod
C imperando, mouendo, dirigendoque has
partes, faciat communitati debitum reddere,
vt ex affectu eiuſdem iuſtitiæ dicatur operari.
Antecedens ſuadetur, quia ſub eodem mo-
tiuo communis boni affectus directiuus &
executiuus reſpicit ius debitum communita-
ti: quod vt clarius innoteſcat aduertendum
eſt in virtutibus ad alterum hoc eſſe ſpecia-
le: nam in aliis virtutibus, quæ verſantur
circa paſſiones moderandas, vt temperantia, 3.
& fortitudo, non ſufficit affectus directiuus
in perſona paſſionum incapaci, verbi gratia
in Angelo affectus ad caſtitatem directiuus
non pertinet formaliter ad caſtitatem, quia
deeſt ei propria materia, & obiectum eiuſ-
dem virtutis nempè paſſio, vnde talis affe-
ctus Angelicus ſolùm pro materiali obiecto
D habet ipſum caſtitatis actum in homine re-
pertum, in illumque ſub diuerſo motiuo ten-
dit, ab eo, ſub quo proprius caſtitatis actus
in ſuum obiectum fertur, quod ſemper eſt
intrinſecum; Virtus verò ad alterum, qua-
lis eſt iuſtitia, cum habeat extrinſecum mo-
tiuum, ſiuè quis reddat ius ſuum alteri, ſiuè
faciat vt alius reddat ſub eodem æqualita-
tis iure in idem obiectum tendit. Non eſt
tamen negandum quod D. Thom. 2. 2. q. 58.
art. 12. ad 3. notauit iuſtitiam legalem, eùm
generalis ſit virtus, quæ ordinatur ad com-
mune bonum, in quantum ad illud ordinat
actus reliquarum virtutum, magis verſari
circa interiores paſſiones, quibus homo diſ-
ponitur in ſe ipſo quàm iuſtitia particularis,
quæ ordinatur ad bonum alterius ſingularis
perſonæ; ſemper tamen hæc legalis iuſtitia
habet ſuum peculiare obiectum, quod eſt

commune bonum, ſub cuius ratione actus aliarum virtutum dirigit, præſertim exteriores, vt forti ſuadet fortia operari, quatenùs ad commune bonum conducit.

2. Ratio pro eadem aſſertione eſt, quia non minus concurrit ad conſtituendum medium iuſtitiæ operatio debitoris, quam creditoris, item noo minus recedit à medio debitor non ſoluendo quàm creditor plus iuſto exigendo, ergo oon mioos exercet actum iuſtitiæ legalis, qui communitati ſoluit debitum, vt pars illius, quam ille, qui ſuprà communitatem eſt, & exigit, vt hoc debitum ſecundum iuris æqualitatem ſoluatur. Neqoe enim facilius eſt modum tenere in debito exigendo, quàm io ſoluendo. Ne igitur virtutes ſine neceſſitate multiplicentur, eadem vtrique modum aſſignabit. B Hanc rationem contrà prædictos Recentiores dilatat Rebel. citatus, & ex ea oon ſolum iuſtitiam legalem, ſed quamlibet aliam iuſtitiam in Deo eſſe oſtendit. Nam cum reſpectu cuiuſque iuſtitiæ Deus creditoris, & exactoris perſonam ſuſtineat, quod iuſta ſolotione acquieſcat, ex affectu iuſtitiæ facit. Hac ratione dixit D. Thom. 2. 2. q. 61. art. 1. ad 3. iuſtitiam diſtribotiuam etiam exerceri à ſubditis Reipub. in quantum iuſta diſtributione ſunt cootenti, cum tamen in eo euentu ſolum creditores, & exactores ſui iuris reputentur.

De iure punitiuo ſopponendum cum communiſſima omnium Theologorum ſententia io Deo eſſe affectum, qui virtus viodicatiua dicitur, ex qua procedit C vindicanoois effectus. Quem affectum & effectum ſacra pagina ſæpiſſimè Deo tribuit Deut. 32. n. 35. *Mea eſt vltio, & ego retribuam in tempore*, quem locum ſic ioterpretatur D. Paul. ad Rom. 12. n. 19. *mihi vindicta*, videlicet, *relinquenda*. Item Eſai. 1. n. 24. *ſeu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis*. Gemeotis interiectio præcedit ne ſine miſericordiæ condimento vindictæ ſopplicio Dominum conſolari exiſtimemus. Quæſtio ergo oostra eſt vtrum hic vindictæ
4. affectus circa ius punitiuum verſetur, & ad iuſtitiam pertinere cenſeatur. Et quidem pro parte negante citati poteſt Dur. Palod. & alii, quos in principio præcedeotis ſectionis citauimus; verùm cum hi Aoctores non ità D clarè io noſtræ quæſtioois terminis loquantur, illorum loca adducere non oportet. Clarius hanc partem tuentur Vaſq. tom. 2. in 1. 2. diſp. 123. cap. 5. 8. Suar. io opuſc. diſp. de iuſtitia Dei ſect. 5. Probat 1. Vaſq. honeſta vindicatio in creaturis pertioet ad ſpecialem virtutem, per quam quis propriam inioriam repellit, ſed Deo nulla fieri poteſt iniuria, quam ipſe propulſare intendat, ergo in Deo punitiua iuſtitia nulla eſt; imò ſi eſſet, addit idem aoctor, non pars foret Iuſtitiæ ſubiectiua tanquam ſpecies ſub illa conteota, ſed potentialis, nimirum iuſtitiæ annexa, vt de vindicatione creata docet D. Thom. 2. 2. q. 80. art. 1. ad 1. & q. 108. art. 2. in corpore, item Thomiſtæ ibidem.

2. Probat Suar. vindicationis affectus non A prouenit à ioſtiria commutatioa, neqoe à diſtribotiua, nec denique ab alia virtute quæ proprie iuſtitia ſit, ergo iuſtitia Dei non reſpicit ius aliquod puoitiuum, tanquam illius obiectum. Antecedens tres habes partes, quæ ſigillatim confirmantur 1. de commutatiua, Deus puniendo non ſoluit debitum, ſed exigit, hoc autem non pertinet per ſe ad commutatiuam iuſtitiam, quia non eſt reddere alteri ius ſuum; ſed ſibi illud poſtulare, vnde non eſt actus ad alterum, ſed ab altero ad ſe terminatur; igitur quando Deus peccatores punit non reſpicit eorum ius, ſed vel proprium, vel commune totius vniuerſi; nemo enim dicitur habere ios ad pœnam quæ malum eſt inuoluntarium; qoòd vero Deus in pœnis infligendis moderationem ſeruet ex iuſtitia non prouenit, ſed vel ex miſericordia, vel ex prouidentiali virtute, quæ rigoroſa ioſtitia non eſt. Et cùm Deus ſit ſupremus Dominus, non obligatur ad puniendum delicta, qoia ſine iniuſtitia ea poſſet impunita relinquere.

2. Pars illius antecedentis de diſtributiua oſtenditur: malum pœnæ, vt tale eſt, non debetur delinquenti ex iure ſpecialitatis perſonæ, ergò diſtributio pœnarum cum proportione geometrica ad peccata oon reſpicit aliquod ius peccantium; ſi enim non puniantur, nulla ipſis iniuria erogatur: ſi dicas ex comminatione ſuppliciorum io Deo oriri obligationem vindictæ inferendæ, reſpondet Suar. ad hanc vindicationem ſolum ex fidelitate Deum obligari, non ex iuſtitia, quam obligatiooem facile remittent peccatores, quia ipſis inuoluntaria pœna eſt. 3. pars taodem probatur de qualibet alia virtute ad hoc vt intelligamus hoeeſtum eſſe vindicationis affectum, non requiritur virtus ſpecialis aliqua, quæ iuſtitiæ pars potentialis dicatur etiam in creaturis. Nam vindicatio cum ſit redditio mali pro malo, per ſe amabilis noo eſt, neque affectum terminare poteſt ſtudioſum præciſe ex obiecto ſuo, niſi alia ratio motiua adiungatur. V. G. emendationis, vel iuſtæ pœnæ, vel ioiuriæ repelleodæ, propter quam redditio mali pro malo cohoneſtetur. In quo vindicatio à gratitudine differt, quæ eſt redditio boni pro bono, & per ſe amabilis eſt, ideóque ad ſpecialem virtutem ſpectat. At redditio mali pro malo vt cohoneſtetur, opus eſt à motiuo alterius virtutis procedere, & tunc ad illam pertinebit; ſi enim ob commune reip. booum vindicta inferatur, pertinebit ad iuſtitiam legalem ſi propter diuinum amorem, ad charitatem erga Deum; ſi propter propriam defenſionem, ad charitatem ergà ſe. Et hoc modo exponit Suar. D. Thomam, quaodo dixit propriæ ioiuriæ vindicationem pertinere ad ſpecialem virtutem, ideſt ab aliqua ſpeciali virtote poſſe honeſtari. Vnde infert vindicationem io Deo ſob hoeeſta ratione acceptam, vel ad iuſtitiam prouideotialem, vel ad charitatem erga ſe, aut erga alios ſpectare.

2. Aſſertio in Deo formalis iuſtitia puni- 5.
tiua reperitur, ius tameo vel debitum, quod illa reſpicit, ad commutatiuum, vel ad legale ſpectat.

ſpectat. Hoc nſtenditur ex locutione communi ſacratum litterarum, & Patrom, qui diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem & æquitatem in præminrum pariter ac in ſuppliciotum retributione commẽdant. Defenditur à D. Thom. 2.2.q 80. art. 1. ad 1. & q.108 art 2.ad 1. Aureol. io 1. diſp.46. art 1. propoſ. 3 § *eſt autem.* Scot. in 4. diſp. 14. q. 1. §. ex iſto ſequitur quamuis in 4. deciſ. 46. q. 4. §. final. illam ad diſtributiuam pertinere ſignificat Argent. in 4. diſt. 46. q 1. art. 1. Quando ibidem, propoſitione 2. Soto lib. 3. q. 5. art. 2. & vlt. Rebel. lib. 1. de præludiis iuſt quæſt. 4. ſect. 5. Duas partes habet Concluſio: 1. Suadetur 1. ex illa 1. ratione, quam pro primæ cooclusionis confirmatione adduximus. Et ſic applicari poteſt, vt actus ſecundum iuſtitiam exiſtimetur non tequiritur quod in eo, qui architectonicè operatur, debitum ſupponatur in principe videlicet, aut in iudice, ſed ſufficit, quod ex parte eotum quos dirigit, vel iudicat, iuſtitiæ debitum intercedat, quod princeps vel iudex ſolui à debitoribus procuret. Sed Deus ex affectu voluntatis honeſtiſſimo facit vt delinquentes debitas pœnas luant ſecundum ſuæ æternæ legis æquitatem, ergo iuſtitia Dei formaliter eſt punitiua, quæ ratio magis declarabitur io reſponſione argumentorum.

2. Pats oſtenditur quod attinet ad iuſtitiam commutatiuam, quando princeps non exigit à delinqueote, quem punit, maioris ſupplicii ſolotionem, quam illius crimen meretur, procul dubio actum iuſtitiæ commutatiuæ exetcer, quia reſpicit æqualitatem Arithmeticam debiti à delioquente ſoluendi, & pœnam infligit ſecundùm iuris æquitatem taxatam, ergo ſimiliter Deus quando ſuæ æquitatis rectitudine peccatotes punit eo ſupplicio quod diuinæ voluntatis determinatio taxauit, ex iuſtitia commutatiua operatur, qoia in hoc actu iuſtum vindicatiuum à ſua diuina ordinatione conſtitutum reſpicit; non enim plus exigit, quam debeatur. Et quamuis puniat citrà condignum, & abſolutè poſſit crimina impunita relinquere, hoc non tollit diuinæ iuſtitiæ integritatem, quæ aliis diuinis attributis non aduerſatur, nempè miſericordiæ infinitæ, & ſupremo Dei dominio: quando enim dicimus, Deum obligari ex iuſtitia commutatiua ad compenſanda ſuppliciis peccata, loquimor præſuppoſita diuina ordinatione, quæ noo ſioe miſericordiæ condimento ſecundum culpæ grauitatem pœnam taxauit, cuius debitum ex commutatiua iuſtitia peccator ſoluere cogitur, *vſque ad nouiſſimum quadrantem.* Matth. 5. num. 26. *& reddere vniuerſum debitum* Matth. 18 n. 34.

De iuſtitia legali eadem pars aſſertionis probatur: Deus ex intentione communis booi nempè ſuorũ attributorũ maniſeſtatione, vniuerſi conſeruatione, hominumque emendatione quandiu inuia permanent, iuſtitiæ punitiuæ rigore vtitur, ergo ex hac parte etiam legalis iuſtitiæ honeſtatem intendit, & ius punitioum ad legale reducitur. De iuſtitia vero diſtributiua non idem dicimus, quamuis id

A doceat Capreol. in 1. d 45. q. 1. art. 1. Concluſione 14. & ſic exponat D. Thom. in 4. d. 46. q. 2. art. 2. quia proportionis æqualitas, quæ datur inter ſupplicia in recompenſatione delictorum, non intenditur à Deo per ſe, ſed per accidens; quamuis enim citrà condignum puniat, non tamen infrà ſuæ ordinationis diſpoſitionem, ſecundum quam pœnis culpæ compenſantur; & ſicut Deus per ſe non intendit peccata, ita neque eorum pœnas, quæ ad illa conſequuntur. In quo cernitur magnum diſcrimen inter retributionem meritorum. & peccatorum compenſationem; nam ſicut diuerſa merita iuſtorum per ſe intendere poteſt, ita etiam diuerſitatem præmiorum, & geometricam proportionem retributionis. At peccata ſicut intendi nequeuot à Deo per
B ſe, & antecedenter, ità proportio in ſuppliciis inuenta per accidens eſt ad intentionem diuinam, ad quam ſolum pertinet delinquentes punire ſecundum eorom crimina, compenſatione pœnarum, quas diuina ordinatio decreuit. Præſertim cum ſupplicia noo ſint bona aliqua communia, quæ per delinquentes, vt alicuius communitatis partes diſtribueoda præparentur, quod tamen de bonis, qoæ iuſtorum meritis debentur meritiſſimò eſt aſſerendum.

Ad 1. Vaſq. argumentum negat maiorem 6.
Suar. ego tamen illam concedo, quia traditur manifeſtè à D. Thom. 2.2 q. 108. art. 2. in corpore & ad 3. vbi reſoluit vindicationem per quam naturalis inclinatio repellendi nociua in homioe perficitur, qoatenus in priuata
C perſona cernitur, honeſtatemque moralem reſpiciens à propria charitate imperatur; ad virtutem ſpecialem pertinere à cæteris virtutibus ad alterum diſtinctam: Conceſſa igitur maiori neganda eſt minor, ſi procedat de bono honoris extrinſeci ex huminum æſtimatione pendentis, & Deus conſideretur vt perſona priuata, tunc enim intelligitur in Deo illa ſpecialis virtus vindicationis, quæ naturalem inclinationem repellendi extrinſecè nociua perſecit. Si verò minor procedat de bonis iotrinſecis Dei concedenda; & tunc conſequentia nihil colligit, quia adhuc Deus vt ſupremus Dominus, & poteſtatis coactiuæ iuriſdictionem continens iuſtitiæ vindicatiuæ functiooem exercet ob rationes aſſignatas.

D Oppones cum Scot. in 4. diſt. 46. q. 1. §. *non improbando,* & q. 4 §. finali vbi expones illud Apocal. 18. n. 7. *quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date illi tormentorum* ait, illud *tantum,* non reſpicere æqualitatẽ quantitatis, ſed proportionis, id eſt non attendere æqualitatẽ ſupplicii ad peccatũ, ſed proportionem peccatorum in delinquentibus, ergò ſaltem non pertinebit iuſtitia punitiua in Deo ad commutatiuam. ſed ad diſtributiuam. Reſp. fatendum eſſe ſecundum mentẽ Scoti in opinione, quam locis citatis Scotus ipſe magis approbat, iuſtitiam Dei eſſe re, & ratione vnam, & reſpectu creaturarum non abſolute, ſed ſecundum quid iuſtitiam dici, remotiſque imperfectionibus creatæ iuſtitiæ ad iuſtum in creaturis repertum reſpicere, &

in punitione peccatorum citrà condignum A diſtributiuam porius videri. Verum locus Apocalyp planiùs expooitur de commutatiua, quia ibi non eſt ſermo de pluribus perſonis inter quas proportio pœnarum intendatur, ſed de Babylone vnam perſonam ſuſtinente, quæ taotum ſupplicii ſuſtinebit, quantum ex diuina ordinatione fuerit taxatũ. Inſtabis quod ibid. n 6 dicitur, *duplicate duplicia ſecundum opera eius*, ergo ſi duplex illi ſuppliciũ infertur, non eſt ſecundum opera eius. Aliqui referunt illud duplicia ad tormenta martyribus à Babylone illata; ſed expoſitio hæc vim facit textui, & deinde tormenta, quibus in inferno punietur Babylon, multo grauiora ſunt, quàm duplicia à martyribus accepta. Melius Gloſſa ord. *Duplicate*. id eſt, *animæ, & corpori maiores pœnas inferte quàm ipſi vobis.* cui declarationi adheret. Rop. hoc loco, dum ait de Babylone. B *Quia dũ hac ſanctos perſequitur & martyres Ieſu corpus tantum occidit, & poſt hac non habet quid faciat, vt Luc 12. Ipſi autem poteſtatẽ hanc in iudicio cum eodẽ Domino Ieſu habeant, vt corpus & animam mittant in gehennam.* ex quibus Rup. verbis ſatis conſtat, quo modo ſint iotelligenda duplicia, quin maius irrogetur ſupplicium, qoàm peccato ex determioatione diuina debeatur.

Ad 2. Suarũ nego aotecedens; ad probationẽ
7. primæ partis, iam ſuprà oſtẽdimus, quo modo non ſolũ ſoluendo, ſed exigendo debitum actus iuſtitiæ cõmutatiuæ exerceatur io perſona publica architectonicè operante. nam ex proprio officio, & iuris æquitate princeps, vel iudex debitores compellere teoetur, quales ſunt delinquentes, qui inuiti pro meritis ſubiiciuotur pœnis: & hoc modo docet Aureolus citatus ex Ariſtotele reddi ſontibus ius ſuum, ſed quouis modo loquamur, ſiue peccantes debitum ſoluat, cum pœnas luunt, ſiuè ipſis ius aut debitum perſoluatur, etiam inuitis ſemper, verum eſt pœna culpam commutari, & ad æqualitatem compenſari, & ſiue ab altero, ſiue ad alterum hæc rebributio conſideretur, ſemper ad commutatiuam ſpectat. Imo etiam in perſona priuata hoc viſitur, quando facit iuſtam recompenſationem clandeſtinam inuito debitore, nam tunc ſuo, & alterius iuri ſatisfacit, quando non plus quàm ſibi debeatur, accipit in qua alteri ius ſuum reddidit: & cum aliter debitum extorquere non poſſit, illi iniuriam non facit, dum ſibi ad æqualitatem ſatisfacit.

Probatio 2 partis nobis non officit qui iuſtitiam punitiuam à diſtributiua omninò excluſimus, ſolum aduertimus non ſolum ex fidelitate in comminatione ſuppliciorum, ſed ex intrinſeca rectitudioe ſuæ iuſtitiæ Deum obligari ad infligendas pœnas peccantibus, diuioa ordinatione taxatas. Ad probatiooem 3. partis dicimus vindicationem eſſe per ſe amabilem, quatenus nociua repellit, & moralem honeſtatem continere, quando cum moderamine inculpatæ tutelæ exercetur. Et qnamui. hic actus à charite imperetur, ab ſpeciali vindicationis uirtute elicitur, quæ naturalem inclinationem repelleodi nociua perficit, illique medium determinat.

De Iure humano prout eſt obiectum iuſtitiæ.

QVÆSTIO II.

DE 1. membro in iuris diuiſione hucuſque egimus, nempe de iure diuino, prout eſt obiectum iuſtitiæ, alterum erat ius humanum, de quo tàm Theologi, quàm vtriuſque iuris Doctores differentes illud non diſtinguunt prout eſt obiectũ ioſtitiæ, & prout eſt obiectũ legis, imo cum lege, & iuris ſcientia confundũt definitur enim ars boni & æqui ab Vlpiano l. 1. ff. de iuſt. & iur. inſtit eod. tit. hanc vero auxit confuſionem multiplex huius oominis Ivs ſignificatio. Nam Albert. Bolonoetus tract. de lege, iure & æquitate cap 15. n. 9. ſeu 36. iuris ſigoificata apud diuerſos Auctores legiſſe dicit, quę referre noluit. Ne vt ipſe ait, *cornicula Horatiana alienas pennas indueret, & longa ſiguificationem ſerie legentium animos perterreret.* De Theologis in hac re magis conqueri poſſem, qui cum de iure quaſi de iuſtitiæ ſpecialis obiecto agant, illud ſtatim cum Vlpiano, Gratiano, reliquiſque iuriſtis io naturale, gentium, & ciuile diuidant; cum non aduertant diuiſum huius diuiſionis pro obiecto legis communiſſimæ ſumptæ vſurpari. Iuſtitiæ verò ſpecialis obiectum quod in commutatiuũ, & diſtributiuum bipartitur, minus latè patere. quia molta per leges præcipiuntur, quæ ad iuſtitiã, vt eſt ſpecialis & particularis virtus, non pertinent ſed ad alias virtutes. In hac ergo quæſtione iuris humani natura definirio & diuiſio, vt eſt obiectum iuſtitiæ humanæ explicabitur; quia vero iuſtitia io geoeralem, & ſpecialem diuiditur ſicut ius in generale & ſpeciale, primum de ſpeciali iuſtitia, & iure, deinde de generali agendum.

1

Quid ſit Ius ſpecialis Iuſtitiæ humanæ obiectum.

SECTIO I.

OMiſſis aliis ſignificationibus iuris, pro præceptis ſeu legibus honoratis, pro ioris peritia, pro loco vbi ius dicitur, pro neceſſitudine, cognatiooe, vel affinitate, & aliis de quibus conſule Connanom lib. 1. c. 1. & 1. Vigelinm in methoda iuris lib. 1. c. 1. Bolognettum ſupracitatum cap. 15. o. 1. & iuriperitos ad l. 1. ff. de Iuſtitia, & iure. Molinam tom. 1. de iuſt. tract. 1. diſp. 2 ius quatenus eſt obiectum ioſtitiæ ſecuodùm D. Thom. 2. 2. q. 57. art. 1. Caietanum & Thomiſtas ibidem Sotum 3. de iuſt. q. 1. art. 1. non differt à iuſto, & fortaſſe ideò nullã illius definitiooẽ tradidere, quia illud more relatorũ tranſcendeotiũ per iuſtitiã definierunt, ſicut intelligibile dicitur obiectũ intellectus, & viſibile obiectum viſus. Verum quia ex alio capite certum eſt ius eſſe obiectũ legis, & ideo à iuriſtis vt Conoan. lib. 1. c. 2. auctor eſt, definitur quod naturalis ratio vel lex ciuilis præſcribit, oportet aliam iuris deſcriptionem afferre, quæ illud a legis iuſſu, ſeu præ-

ecpto diſctiminet. Apellus citatus in lexico iutidico Ioannis vulterrãni ita ius declaɑat. *eſt facultas, ſeu auctoritas agendi ſecundum legem*, nimirum ad iuſtitiam pertinentem, quales regularitet ſuot Ciuiles; quod in cauſa fuit fortaſſe, propter quam legum profeſſores obiectum iuſtitiæ cum obiecto legis confunderent: Verum ſemper contrà ipſos procedit quod Vlpianus l. 10. iuſtitia, ff de iuſt. & iure aſſetit inter iuris præcepta eſſe, honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere, nempè ius vt addit Gloſſ. 4. cum Accurſio. Vnde quamuis duo poſteriora ad iuſtitiam ſpecialem ſpectent 1. quod eſt honeſtè viuere, ad alias virtutum honeſtates refertur. Vnde patet obiectum legis latius patere, quàm obiectum particularis iuſtitiæ.

Hanc iuris defioitionem ab Apello traditam dilatauit Molin. tom. 1. tract. 2. diſp. 1. Vbi ius ſic definit, vt eſt obiectum iuſtitiæ. *Ius eſt facultas aliquid faciendi, ſiue obtinendi, aut in eo inſiſtendi, vel aliquo alio modo ſe habendi, cui ſi ſine legitima cauſa contraueniatur, iniuria fit eam habenti.* Verum huius definitionis prolixitas obſcuritatem non abſtulit, vt ex illius verbis ſatis oſtenditur, quamobrem in compendium redacta hoc modo mihi clatiot viſa eſt illa Apelli, in qua ius dicitur *auctoritas, vel facultas agendi ſecundum legem rigoroſæ iuſtitiæ, cui alter ſine iniuria contrauenire non poteſt.* Secundum hunc iutis explicandi modum dicitur quilibet homo habere ius vtendi rebus ſuis priuatis & publicis, quæ communes ſunt; Item agendi contra alium qui illum propria re aliqua ſpoliauit; & nomine rei intelligitut quoduis bonum ſiue pertineat ad vtilitatem, ſiue ad honorem tàm internũ corporis, quàm externum rei familiaris: additur in definitione *nullum ſine iniuria habenti talem facultatẽ contrauenire*, quia contra ius alterius agere eſt iuſtitiam offendere & iniuriam inferre, quo modo Ariſtoteles iniuriam 5. Ethicor. cap. 7. iuri oppoſuit.

Quod verò Mol. addit, *ſine legitima cauſa* minus neceſſarium mihi videtur, vt in exemplisque adducit, oſtenditur; nam ſiquis alterius gladium in depoſitum accepit, & Dominus gladii in furiam verſus, ſe, vel alterũ vult occidere, non habet facultatem expeditam neque auctoritatem ſecundùm legem iuſtitiæ ad petendum gladium pro tunc, quia ſine iniuria ſecundum eandem iuſtitiã gladius negari poteſt, & ſicut non datur bellum iuſtum ex vtraque parte, ita neque ius partium oppoſitarum ad contrarias actiones. Dein quando ciues prohibentur vti tali genere veſtium, vel curruum, ne homines delitiis, aut nimiis ſumptibus in Repub. facultates ſuas, vireſque dilapident, poſita legum prohibitione clarum eſt non relinqui in ciuibus auctoritatem vt prohibitis veſtibus, aut vehiculis vtantur; ergo non opus eſt vt addamus, quod habenti talem facultatem, ſine legitima cauſa nullus poſſit contrauenire: quando enim alter cum legitima cauſa contrauenerit, in illo auctoritas ſecundum legem iuſtitiæ naturalem, vel ciuilem non eſt admittenda; quia vel illam omnino

A amiſit, vel ſaltẽ illam ad tẽpus habet impeditã.

Aduertendum tamen eſt in definitione illam partẽ, *ſecundum legem iuſtitiæ*, tàm de naturali, quàm de ciuili lege intelligendam quia ex vnaquaque peculiaris oritur iuſtitiæ obligatio: neque eſt aliquid incommodum, quod iuſtitia in definitione iuris contineatur in obliquo & ius in definitione iuſtitiæ; Nam hoc eſt familiare logicis, qui definitionis regulas ad amuſſim obſeruat, vnum relatum in definitione alterius in obliquo collocare; etenim Pater dicitur relatum reſpiciens filium, & filius relatum reſpiciens patrem. Verùm definitio iuſtitiæ, in qua definitur, *perpetua conſtanſque voluntas ius ſuum vniquique tribuendi*, vt humanæ ap-

B plicetur, & rectè explicetur cum D. Ambroſ. lib. 1. de officiis cap. 24. D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 19 cap. 21. Item cum D. Thom. 2. 2. q. 58. art. 1. & Theologis ibid. ſine Vlpiani calumnia ità exponitur. Dicitur iuſtitia, *voluntas*, vt oſtendatur ſubiectum, in quo eſt iuſtitia, eſſe voluntatẽ & actum iuſtitiæ, de ſe ſtudioſum & honeſtum neceſſariè eſſe voluntarium. dicitur *perpetua & conſtans*, vel quia ſecũdum Iaſonem & Baldum l. Iuſtitia, ff. de iuſt. Picar. in 1. titulũ Inſt. definitur in abſtracto, vt ab homine fragili abſtrahit; vel iuxta Theologos, vt ſignificetur illam eſſe habitualem voluntatem nempe qualitatem relictam, & permanentem in voluntate; Idcirco enim, vt docet D. Thom ibidẽ definitur ab Ariſtot. 5 Ethicor c. 1 Habitus, ſecundum quem aliquis dicitur operatiuus iuſti.

C additur tandem *ius ſuum vniquique tribuendi*, quia ex virtutibus ad alterum ſola iuſtitia iuris æqualitatem alteri debitam tãquàm propriũ obiectum reſpicit; quod dupliciter facit, vel poſitiuè quando debitũ alieno iuri perſoluit, vel negatiuè, quando illæſum ſine iniuria cuſtodit; quod quidem duo illa poſtrema iuris præcepta oſtendunt in l. 10. iuſtitia, ff de iuſt & iur. videlicet alterum non lædere, & ſuum ius vnicuique tribuere.

Hæc particularis iuſtitia, ſicut etiã ius illius obiectum celebri diuiſione in commutatiuam, & diſtributiuam diuiditur, inter quas ſpecies eſſentialem diſtinctionem intercedere latè ſuperiori quæſt. expoſuimus; ſolũ ſupereſt nunc oſtendere, quomodo vtraq; in humanis negotiis reperiatur. Commutatiua igitur quia reſ- 3.

D picit æqualitatem Arithmeticam ſcilicet rei ad rem, & in rigoroſiſſimo iure fundata obligat ad reſtitutionem damni illati, cernitur in contrahendis vltrò citroque negotiis, vt videre eſt in titulis de contractibus tàm nominatis quàm innominatis de compenſationibus, de reſtitutionibus in integrum de rei vindicatione, de reſcindenda venditione, qui ſatis-dare cogantur, de rerum permutatione, & in multis aliis, in quibus ex æqualitate rei ad rem fundata in iure ad reſtitutionem damni dati, obligãte iuſtitiæ cõmutatiuæ differentia conicitur. Hoc verò ius commutatiuũ aut eſt ius in perſonam, quæ ex contractu, ſeu quaſi contractu, vel ex maleficio ei obligatur, vnde prodeũt actiones in perſonas, per quas actor intendit aliquid dare aut facere oportere, aut eſt ius in rem, quia cum eo agitur, qui nullo iure perſonaliter obligatus eſt, niſi ratione rei poſſeſſæ ab

alieno domino, ad quam alter ius habet; quod vel dicitur ius in re, vel ad rem, quam diuiſionem optimè expunit Mol. tom 1. tract. 2. diſp. a cui poteſt addi quod in penu Iuris Schardius tradit, verbo ius colum. 1210. n. 30. Videlicet ius in re diuidi in dominium, aut quaſi dominiũ, & in ius in re ſpecificum, id eſt quod habet creditor pignoris vel hypothecæ, is cui vel cuius prædio debetur ſeruitus, is qui rantũ haber retentionem, non etiam actionem; huc accedunt etiam, quæ indicante Apello, Bartol. & Iaſon in Rub. ff ſolut. matrim. ſuper Gloſſ. finalem ſcripta reliquere. Ius in re fortius dicitur eo, quod eſt ad rem, vt pater ex cap. peoulr. de præbendis, in 6. ideoque ſemper eſt commutatiuum, non ita tamen ius ad rem quod ad diſtribntiuum etiam pertinet.

4. Diſtributina iuſtiria, quæ geometricam æqualitarem proportiónis inter perſonas reſpicit, fundatur in iure minus rigoroſo, quod partes alicuius communitatis habent ad bona communia participanda ſecundum proportionem dignitatis vniuſcuiuſque; & ad reſtitutionem non obligat ex ſe tantum ſpectata, niſi ex conſortio commutatiuæ modo ſuperius explicato. Cernitur verò hæc iuſtitia diſtributiua in diſtributione beneficior. quæ digníoribns conferri debét, iux. cap. metropolitano 63. diſtinct. Vbi iubentur prouinciales Epiſcopi optimum ex preſbyteris eiuſdem Eccleſiæ, vel Diaconis in metropolitanum eligere. Et cap. vnicum vt Eccleſiaſt. beneficia ſine dimin conferant: Vbi ait Innocentius 3. *debuiſti Eccleſiaſticum officium, & beneficium in perſona magis idonea diſpenſare.* Item cap. Moyſes eap. licet ergo 8. q. 1. Trid. Seſſ. 14. de refor. cap. 1. & 18. qui verò contrà faciunt & ſi mortaliter peccent, eligendo, vel præſentando minus dignũ, prætermiſſo notabiliter digniori, maximè in beneficiis curatis, non tamen obligantur ad reſtitutionem, neque contra commutatiuam procedunt, etiam ſi ſcienter minus dignus eligatur. Et hæc eſt ſententia D. Thom 2. 2. q 63. art. 1. in corp. & arr. 2. ad 1. & q. 185 arr. 3. in corp. Et quodl. 4 art. 15. quodl. 6. ar 9. & quodl. 8. art. 6. Caiet. cit. q. 63 art. 2. & in ſumma verbo acceptio perſonat. Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 7. 1. 2. Abb. in cap. conſtitutis 2. de appellation. n. 7. Deci ibid. n 13. Couar. regul. peccat 2 parr. §. 7. n. 4. Nauar. in man. c. 17. n. 73. & Concil 8. alias 2. n. 1. Plures videri poſſunt apud Garciam de Beneficiis 1. 7 c. 16. n. 2. qui hanc opinionem Theologorum & Canoniſtarum communem eſſe docet.

Cernitur etiam hæc diſtributiua iuſtitia in honoribus conferendis; aliæ enim dignitates conferuntur ſenioribus, aliæ Iunioribus l. ſempet, ff de Iur. immunit. facit cap. ecce 34. diſt. cap. reſiſtit 11. q. 3. In pœnis infligendis: contrà hanc iuſtitiam peccari docet Ioachimus tom. 1. tract. de Iuris arte §. Diuiditur. *Quia non omnes*, inquit Amianus, *deſertores ſimiliter puniendi*, l. 5. non omnes, ff. de re militari, *ſed habetur ratio ordinis & ſtipendiorum*, & fuit l. nulli C. de ſumma Trinit. Verũ iam ſuperiori quæſt. monuimus iuſtitiã vindicatiuam ad commutatiuam pertinere, quare propoſitio Geometrica; quæ inter delinquentes ratione criminum, vel aliarũ circunſtantiarum repetitur in recompenſatione pœnarum intenta à principe, vel iudice, eſt materialis, & per accidens: ſola enim æqualitas rei ad rem ideſt ſupplicii ad flagitium per ſe intenditur, ſpectata qualitate delinquentis, & cõſideratis omnibus circunſtantiis, quod ſolum intendunt leges citatę potiori iure in muneribus officiiſque Reipub. iniuſta eſſe poterit diſtributio, de que re in titulo, ff de muneribus & honoribus agitur: de iure diſtributiuo honorum agens Schardius. verbo ius column. 1193. n. 20. lectorem ad Budæum io l. ius ciuile remittit, vbi hanc diuiſionem declarar.

Vtrum ius legale in humanis ſit ſpecificè diſtinctum à commutatiuo, diſtributiuo & quouis alio veritatis obiecto.

SECTIO II.

1. HÆc difficultas coincidit cum illa, vtrùm detur aliqua iuſtitia legalis à commutatiua & diſtributiua diſtincta, quæ licet generalis dicatur, ab aliis virtutibus moralibus diſcriminatur, quod enim de virtute iuſtitiæ generalis inquirunt Theologi, nos de obiecto illius controuertimus: tum enim virtutes per obiecta diuerſa diſtinguantur, ab his primò incipit illarum diſcrimen. Quod verò detur iuſtitia, quæ generalis dicitur, tum ex obiecto, ſeu fine, qui eſt maximè generalis nempè reſpicere commune Reipublicæ bonum, tum ex proprio affectu, & munere, quod eſt actus omnium aliarum virtutum ad hoc commune bonũ dirigere & proprio nomine legalis iuſtitia perhibetur, quia ad legẽ ſpectat in bonum cõmune referri, vt diſp. 1. dicetur. Tuetur D. Thom. 1. 2. q. 60. art. 3 in corp. q. 113. art 1. in corpor. 2. 2. q. 33. atr. 4. ad 1 q. 58. art. 5. & 6. item in 4. diſt. 17. q 1 art. 1. regula 1. & diſt. 46 q 1. art. regula 1. ad 1. de veritate q. 18 art. 1 in corp: quem ſequuntur Thom. Item Scot in 4. diſt. 46. q. 1 § 1. ibidemque Scotiſtæ necnon Iuriſtæ aliqui ad l. 10. iuſtitia, ff de iuſt. & iure Ioach. tom. 1 tract. de iuris æquitate lib. 1. §. diuiditur Connan. lib. 1. cap. 1. hac ergo communi ſententia præſuppoſita.

Duo dubia ſub præſenti titulo diſcutienda, 1. vtrum ius, ſeu iuſtũ legale conſtituat aliquã virtutem, quæ iuſtitiæ propriæ rationem habeat. 2. vtrum hæc virtus non ſolum ab aliis duabus iuſtitiæ ſpeciebus, ſed aliis virtutibus diſtincta ſit Circa 1. ſunt aliqui Theologi qui iuſtitiam legalem à vera, & propria iuſtitia excludunt: inter quos eſt Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 2. p 2. § contraria tamen. Tariat. diſp. 8 dub. 2. n 5. & alii recentiores Probant 1. quia iuſtitia legalis intercedit inter ciuem & communitatem, prout ad inuicem comparantur, vt pars & totum. Sed Iuſtitia propria requirit extrema contra diſtincta, inter quæ exerceatur, & quatenus alterum & alterum cenſeatur, etenim eiuſdem ad ſe iuſtitia propria non eſt, ergò iuſtitia legalis à vera & propria ratione iuſtitiæ deflectit, quia exercetur inter ciuem, & communitatem, cuius ipſe

eſt pars, vnde dum ad communitatem refertur, etiam ad ſe referri creditur. maior quæ ſola indiget probatione, ſuadetur, quoniam quando ciuis exercet actum legalis iuſtitiæ, reddit commutati debitum, quod illi debet tanquam pars illius; nulla enim aſſignari poteſt obligatio huius iuſtitiæ, quæ non fundetur in ratione partis ad totum, quia obligari nequit ciuis ad debitum legalis Iuſtitiæ cõmunitati reddendum, cuius pars ipſe non ſit.

5. Ius, ſeu iuſtum legale non eſt ius rigoroſum, cuius læſio ſit iniuria proprie dicta, ergò iuſtitia, quæ illud reſpicit, perfectam rationem iuſtitiæ non participat. Conſequentia eſt manifeſta, quia ab obiecto nempe à iure cognoſci debet perfecta, vel imperfecta iuſtitia; Antecedens probatur, debitum ciuis reſpectu communitatis procedit ex eo quod pars illius ſit, & ſicut idem ſibi iniuriam non facit, neque propriè loquendo ſibi debitum perſoluit; ita pars toti, cuius eſt pars, iniuriam non facit, quando illi debitum non reddit: & conſequenter hoc ius, cui contrauenire videtur, non erit ius rigoſotè ſumptum. Confirmatur exemplo filii, qui quatenus eſt filius & pars patris non debet patri debitum iuris perfecti & rigoroſi, quia tale non eſt ius paternum. Plures rationes vide pro hac parte in Auctoribus citatis & in aliis ſtatim citandis. In his tamen duobus præ-
2. cipua huius opionis vis conſiſtit.

Verum oppoſita ſententia omninò vera eſt, communique Philoſophorum, Theologorum, & Iuriſtarum conſenſu approbata. Philoſophi ſequuntur Ariſtotelem 5 Ethicor. cap. 1. & 2. Theologi D. Thom citatum præſertim 2. 2. q. 58. art. 6. ibidem Salon in Controuerſ. poſt 1. Concluſionem, Aſſertione 1. Arag. in explicatione art. 5. concluſ. 2. Bannes in eod. art. 5. §. nihilominus. Peſantius ibidem notab. 1. Suar. tom. 3. de gratia lib. 12 cap. 30. num. 4. Rabello. de obligat. Iuſt. part 1 lib. 1 q. 3 ſect. 2. n. 6. ex Iuriſtis Bal ad l. 10. Inſt. ff. de Iuſt & Iur. Paul. ibid Picard. Inſt. ad eundem titulum, num. 12 & alii quatenus docent, in definitione iuſtitiæ à nobis tradita iuſtitiam legalem definiri. Nam quæ eandem participant rationẽ, fateor aliquos Iuriſtas ità latè explicare definitionem iuſtitiæ, vt omnes partes potentiales illius comprehendant, quales ſunt virtutes ad alterum, quæ iuſtitiæ annexæ ſunt, non tamen ſub iuſtitia, tanquam partes ſubiectiuæ, & veræ ſpecies vniuocè rationem iuſtitiæ participantes continentur, quales ſunt liberalitas, gratitudo, religio, & ſimiles.

Ante probationem huius ſententiæ tria aduertenda ſunt 1. Iuſtitiam triſariàm accipi
3. poſſe, primo metaphoricè, quo modo dicitur homo exercere iuſtitiam, reſpectu brutorum. Nam vt bene aduertit Ariſtoteles lib. 10 Ethicor. cap. 8. bruta ſicut non poſſunt eſſe felicia, ita neque iniuriam pati, ratio eſt quia non reperitur iniuria propriè niſi in creaturis rationalibus quæ habent dominium ſuarum actionum. Vnde qui occidit brutum animal, vel illi pabulum tollit, non bruto, ſed illius domino iniuriam facit.

A 2. quando iuſtitia dicitur virtus ad alterum ex Ariſtotele illud *Alterum* non oportet eſſe perſonam aliquam ſingularem, ſed ſufficit, vt ſit vel particularis perſona, vel multarum collectio perſonarum, vt communitas aliqua. Nam cum Philoſophus 5. Ethicorum cap. 1. dixiſſet iuſtitiam ad alterum referri, ſtatim ſubiungit, *reddit ius alteri, ſiue principi, ſiue Reipub.* at Reſpub. vna perſona non eſt. Similiter ſe explicat D. Thom. 2. 2. quæſt. 58. art. 5. in corpore, vbi ait; *Iuſtitia ordinat hominem in comparatione ad alium: Vno modo ad alium ſingulariter conſideratum, alio modo in alium in communi, ſecundum ſcilicet quod ille qui ſeruit alicui communitati, ſeruit omnibus, qui ſub illa communitate continentur ad vtrunque: ergò ſe poteſt habere propria iuſtitia ſecundum propriam rationem.* Quare non
B poſſum non mirari quod cum tàm clare ſe explicauerit D. Thom. adhuc recentiores aliqui locum inueniant tergiuerſandi. 3. Notandum, quamuis vt mandetur executioni iuſtitia, opus ſit vt inter perſonas realiter exiſtentes exerceatur, tamen in propoſito vel in animo, vt exerceatur non requirit exiſtentiam illius ad quod refertur, ſed quod poſſit exiſtere. V.G. relinquitur alicui fideicommiſſum reſtituendum filio ſuæ ſororis, ſi illum habeat; ſi ille qui fidei-commiſſum recepit, propoſitum habeat non reddendi in tempore debito, contrà iuſtitiam peccat: ſi verò conſti-
C tuat illud reddere, actum internum iuſtitiæ facit, etiam non exiſtente illo, quem reſpicit.

His poſitis oſtenditur ius legale conſtituere veram, & propriam iuſtitiam duobus fundamentis oppoſitis 1. ſententiæ 1. eſt quia quod aliquis ſit pars alicuius communitatis, non tollit quominus poſſint exerceri propriiſſimi iuſtitiæ actus inter illum, & communitatem, cuius eſt pars: nam quis neget ſi communitas det ciui mille aureos mutuos, teneri illum ex propriiſſima iuſtitia commutatiua eos reddere Item ſimiles contractus venditionis & emptionis iniri poſſunt inter particulares, & Rempub. cuius partes ſunt, qui contractus tales habere poſſunt iuſtas conditiones, vt ſolum cum ciuibus eiuſdem Reipublicæ fieri poſſint, ergo inter ipſos, vt partes,
D talis Reipub. perfecta exerceri poteſt iuſtitia: nulla enim magis rigoroſa eſt, quàm commutatiua, quæ in contractibus exercetur. Et confirmatur 1. quia diſtinctio realis inter duo ſufficiens eſt, vt vnum ſit & alterum, ſed pars etiam vt pars realiter diſtinguitur à ſuo toto, ergò ſunt vnum & alterum, & conſequenter extrema ſufficientia, inter quæ iuſtitia poteſt exerceri, & ſi enim Petrus ſit pars huius ciuitatis, ille non eſt tota ciuitas.

Confirmatur 2. Ciuis & Reſpub. diuerſa habent dominia & iura, propter quæ, æqualitatem, vel inæqualitatem obſeruare poteſt Reſpub. erga ciuem, & ciuis ergà Rempub. ergo quamuis ciuis ſit pars Reipub. hoc non tollit quominus ſit in ſe totum quoddam quod ſemper reſpectu ſui particularis dominii in proprias actiones, & ſui Iuris eſt alterum quid à communitate, in qua includi-

tur & in qua participat alterum dominium
diminutum & inadæquatum. Hinc patet reſ-
ponſio ad 1. in oppoſitum, diſtinguendo il-
lam maiorem, Et ſi velit ciuem ita per iuſti-
tiam legalem obligari bono communi Rei-
pub. vt non habeat peculiare dominium ſua-
rum actionum, & pecculiare ius diuerſum
ab eo quod habet, prout in tota communita-
te includitur, negandum: & hoc ſufficit ad
obligationem iuſtitiæ, nam quando iuſtum
decernitur tributum ad reficiendum pon-
tem, vel aliud commune bonum, nullus obli-
gatur, niſi, vt pars illius Reipub. quare ſi per
vim, aut dolum tributum neget, contrà Rem-
pub. eiuſque ius commutatiuum rigoroſum
operatur, ergò obligari vt partem Reipub.
non tollit veræ & propriæ iuſtitiæ obligatio-
nem.

4. 2. Fundamentum: ius legale eſt verum & pro-
prium, ergò qui illius debito ſatisfacit, actum
propriæ iuſtitiæ exercet. Probatur antece-
dens, ius legale, & generale includit perfe-
ctiorem rationem debiti, quàm ius particula-
re, quia eſt debitum bono communi, vnde in
ratione debiti perfectius & exactius eſt ſe-
cundum Ariſtotelem 5. Ethicor. c. 6. hinc eſt
quod concurrentibus duobus debitis, quo-
rum alterum ſit iuſtitiæ generalis, alterum
particularis, cæteris paribus, debitum lega-
le præferendum eſt; ſemper enim bonum
commune particulari eſt anteponendum.
Hinc patet reſponſio ad ſecundum argumen-
tum in oppoſitum, in quo negandum eſt an-
tecedens. Ad probationem ſimiliter negandũ
rationem partis, quatenus ſortitur dominium
particulare cuiuſdam totius, non recipere ius
aliud diſtinctum quod eſt in ſuo toto, cui ſi
contraueniat, iniuriam faciet 1. & per ſe com-
munitati cuius eſt pars, & conſequenter ſibi
ſecundario, & per accidens; quod nullum
eſt inconueniens, cum in communitate plu-
res aliæ includantur perſonæ, à quibus ipſe
realiter diſtinguitur, habentes in ſuo toto il-
lud ius, cui ipſe obſiſtit.

Ad exemplum in confirmatione adductum
clariùs expediendum oportet obiter decla-
5. rare, an ius paternum, dominatiuum, & con-
iugale terminet propriam iuſtitiam, quam
difficultatem tetigit D. Thom. 2. 2. q. 57. art.
4. Vbi reſoluit neque filium ad patrem, ne-
que ſeruum ad dominum comparari, quaſi
ad alterum ſimpliciter, ſed ſecundum quid;
quia filius in rebus humanis ſemper, vt ali-
quid patris æſtimatur, & ſeruus vt aliquid
domini, vnde non ſui, ſed alieni iuris eſſe
dicuntur. Similiter vxor quamuis magis di-
ſtinguatur à viro, quàm filius à patre, vnde
plus interueniat de ratione iuſti inter virum
& vxorem, quàm inter filium & patrem:
quia tamen vxor eſt aliquid viri, qui ad eam
comparatur tanquam ad proprium corpus,
teſte D. Paulo ad Epheſ. 5. ideo ius, quod in-
ter vtrumque verſatur, magis ad œconomi-
cum, quàm ad politicum aſſerit declinare.

Quæ reſolutio vt vera ſit, interpretanda
eſt iuxta ea, quæ idem Doctor addit in eo-
dem ar. ad 3. vt bene adnotarunt Molin.
tom. 1. de Iuſt. tract. 1. diſp. 7. Rabello part.

A 1. de oblig. iuſt. lib. 1. q. 2. ſect 5. Salon. &
Arag. ad ar. citatum. Nam in quantum ſer-
uus & vxor ſunt perſonæ diſtinctæ à ſuis
correlatiuis, & capaces alicuius iuris, poteſt
inter eos & perſonas, ad quas referuntur,
nimirum patrem, dominum, & virum, ve-
ra, & propriiſſima iuſtitia intercedere, ita
præter Auctores citatos defendit Bund. 5.
Ethic. q. 18. Sotus 3. de Iuſt q. 1. art. 4. Suar.
in opuſc. de iuſtitia Dei, ſect 6. num. 9. ne-
que ſolum ex iure naturali, ſed etiam ciuili;
nam filius peculium habet caſtrenſe, cuius
diſpoſitio, & adminiſtratio à patre non pen-
det, vxor bona habet paraphernalia, in qui-
bus tam filio à Patre, quàm vxori à viro facta
enormis iniuria ciuili iure vendicatur. Nam
in bonis paraphernalibus nihil iuris habere
B maritum oſtenditur ex leg. 8. hac lege & l.
finali C. de pactis conuentis, vt notat Cuiat.
& Iuriſt. communiter ibidem. Item in li. 7.
iis C. de Donat. inter vir. & vxor. l. 10. ſi
ego, ff. de Iur dot. Vide Alexan. Conſ. 42.
lib. 1. col. 6. verſu *nec obſtat*, & Concil.
63. lib. 2. Column. vlt. Bald. in l. ſi ego, §.
dotis cauſa, ff de Iur. dot. Menoch. Concil.
56. num 5. Deinde filius ita de Caſtrenſibus
bonis diſponit, vt etiam vſusfructus patri de-
negetur, vt notat Surd. Conſ. 116. num. 74.
ex l. miles præcipua, & l. ex nota, ff. de Ca-
ſtrenſi peculio.

Prætereà Cuiatius in lib. 2. C de pactis ad
l. 9 Vulgi opinionem eſſe dicit aſſerere, ſer- 6.
uum nunquam poſſe habere aliquid pro-
C prium, quod quam falſum ſit oſtendit, quod
ſerui aliquando dominis ſoluunt pro capite
pretium. Item dato peculio ſeparantur bo-
na domini à bonis ſerui, vt patet ex l. 4. pe-
culium eſt, ff. de peculio & l. 40. peculium
C. de pactis & ex doctrina Gloſſæ final ad
l. 3. ſeruus, C. de pactis, vbi dicitur poſſe ſer-
uum facere deteriorem cauſam in re ad pe-
culium pertinente; quam ſententiam ſequi-
tur Baldus, Bart. Paulus, Iaſon, & Iuriſtæ
ibidem communiter; nam in rebus peculia-
ribus ait Cuiat. citatus omnia poſſunt ſerui,
& filii, maximè quando habent liberam pe-
culii adminiſtrationem; dummodo ne quid
donandi cauſa agant: ita habetur in l. 29.
contra §. vlt. ff. de pactis l. 1. Pupillus §. 1.
ff. quæ res pig vel hyp. Denique ſeruorum
querelæ contrà dominos in eos ſæuientes in
iudicio admittuntur per l. 1. ſi dominus, ff.
D de iis qui ſunt ſui vel alieni Iuris. Ex quibus
ſatis probatum manet non ſolum obligatio-
nem naturalem iuſtitiæ, vt Theologi citati
oſtendunt, ſed etiam ciuilem, item iuſtitiam
rigoroſam, ex qua vtraque obligatio, vel
ſimul, vel ſeorſim procedit inter vxorem,
& virum, inter filium & patrem, inter ſer-
uum, & dominum reperiri.

Hac doctrina præſuppoſita, vtrum hæc
iuſtitia dicenda ſit ſimpliciter, vel ſecun- 7.
dum quid, quæſtio eſſe poteſt de nomine,
nam ſi per terminum, *ſimpliciter* intelliga-
gatur id quod eſt propriè, & ſecundum na-
turam tale, & per terminum, *ſecundum quid*,
id quod eſt metaphoricum ad alterius ſimi-
litudinem, & per analogiam tala nominetur;

Iam conſtat ex dictis ius paternum, herile & vxorium eſſe propriiſſimum, quia circà illud verſatur iuſtitia propriè ſumpta. Et ratio eſt, quoniam admittit tres conditiones, quæ in propriiſſima iuſtitia requiruntur, videlicet 1. vt ſit ad alterum. 2. vt reſpiciat debitum. 3. vt reddat æquale omnia: hæc dedentur in iuſtitia, quæ eſſe poteſt in Domino reſpectu ſerui, ſi quidquam contrà leges peculii faciat, ſi adulterium cum vxore ſerui committat. Item ſi bona Domini diſſipent, contrà iuſtitiam faciunt, quæ exempla patri & filio, & vxori & viro optimè poſſunt commodari, vnde meritò Ariſtoteles neminem excludens de omni homine lib. 8. Ethicorum cap. 11. dixit ſiue ſeruus, ſiue filius, ſiue maritus foret; *Omni homini iuſtum quiddam eſſe videtur ad omnem hominem, qui communicare ſe ſecundum legem pactionemque poteſt.*

8. In alio tamen ſenſu potuit D. Thom. cum Ariſtotele appellare ius paternum dominatiuum & coniugale ſecundum quid, qui ſenſus duplex eſſe poteſt, ſeu in duplici ratione fundari. 1. propter actiones, quas viciſſim ſibi inuicem debent pater & filius, ſeruus & dominus, vxor, & vir; nam filius debet patri honorem, ſeruus domino operæ exhibitionem, vxor ſubiectionem, quia mulieris caput eſt vir; è contrà verò pater debet filio educationem; dominus ſeruo alimoniam, & ſuſtentationem; vir vxori protectionem, & directionem. In quibus actionibus etſi vnuſquiſque debito ſatisfaciat, æqualitatem non reſpicit, quia ſeruus, filius, & vxor dum per obedientiam, & obſeruantiam debitum ſuum exhibent, maioritatem potiùs, quàm æqualitatem reſpiciunt. ex alia parte dominus, pater, & maritus in ſuo officio œconomico præſtando ad ſubiectæ familiæ minoritatem referuntur, & omnes immediatè intendunt tribuere alii aliis debitum iuris potius domeſtici, quàm politici, quod ſolum ſimpliciter appellatur ius, vt ex Ariſtotele, & D. Thom. aduertit Aragon. citatus §. 2. Concluſio. 2. cum inter extrema harum trium combinationum filius, pater, vnum conſideretur vt pars alterius; ſub hac conſideratione deficit diuerſitas vnius ab altero, quia vnum ſe habet ad alterum vt aliquid ſui, & ex hoc capite inter huiuſmodi extrema iuſtitia ſecundum quid appellari poteſt. In quo ſenſu etiam iuſtitia legalis inter ciuem, & communitatem, cuius ille eſt pars ſecundum quid dici poteſt, cum ſimpliciter ſpectata ipſius natura, veram, & perfectam iuſtitiæ participet rationem, ſed de 1. dubio hoc dixiſſe ſatis,

9. 2, Erat, vtrum iuſtitia legalis cum omnibus aliis virtutibus ita permiſceatur, vt nullam ſpecialem conſtituat ab illis diuerſam. Buridanus 5. Ethic. q. 4. ſequutus Euſtratium, & Gerardum, aſſerit, quamcunque virtutem includere in ſe iuſtitiam generalem, & ita non eſſe aliquam ſpecialem ab iis diuerſam. In eandem opinionem propendet Bald. citatus in 1. puncto Ioachim. tom. 1. tract. de iuris arte, §. diuiditur, plura argumenta pro hac ſententia videri poſſunt apud Arag. 2. 2. q. 58.

11.

A art. 6. & Salon. ibidem. Oppoſita tamen ſententia, quæ iuſtitiam legalem agnoſcit, vt virtutem ſpecialem à quauis alia iuſtitia propriè ſumpta, item à cæteris virtutibus diſtinctam, omninò vera eſt; eam tenet D. Thom. 2. 2. q. 58. art. 6. in corp. Item aliis in locis ſuprà citatis, quem ſequuntur Arag. Salon. Banh. Peſenat. ibidem. Suar. & Rabello. vbi ſupra, & ſine dubio hæc fuit Ariſtotelis ſententia, nam 5. Ethic. cap 1 illam vocat, *omnium virtutum præclariſſimam*, & ſi non diſtingueretur à cæteris, ineptè cum illis compararetur. & 3. Politicor. cap. 3. ait, *non eandem eſſe virtutem boni viri, & boni ciuis*; at virtutes particulares pertinent ad bonum virum,
B iuſtitia vero legalis ad bonum ciuem.

Ratione duplici oſtenditur. 1. virtutes per actus quos eliciant, & per obiecta formalia, circà quæ verſantur, inter ſe diſtinguuntur, dico per actus à ſe elicitos, non per imperatos, quia cum actus eiuſdem virtutis à diuerſis poſſit imperari, V.G. actus temperantiæ in ieiunio poteſt imperari ab obedientia, à caſtitate, à charitate, poteſt enim aliquis ieiunare nunc vt obediat præcepto, nunc ad continendum ſe, nunc pro Dei ſummè dilecti obſequio; ſi ergo actus temperantiæ ſpecificaret virtutem, à qua imperatur, confunderentur illæ tres virtutes, obedientia, caſtitas & charitas, neque haberet vnaquæque certam ſpeciem; igitur per actus elicitos non per imperatos virtutes ſpecificantur. Item
C per obiecta formalia, quæ reſpiciunt, ſed obiectum formale iuſtitiæ legalis eſt bonum commune, quod ſpecie diſtinguitur ab obiectis cuiuſlibet virtutis, vt videri poteſt diſcurrendo per ſingulas particulares honeſtates, quas ſingulæ virtutes intendunt: nulla enim de ſe reſpicit bonum commune, tanquam finem intrinſecum; quamuis omnes poſſint ad illud ordinari per imperium legalis iuſtitiæ.

2. Ratio eſt vbi in obiecto reperitur ſpecialis ratio boni, & particularis difficultas, ibi neceſſario conſtituenda eſt virtus ſpecialis; quæ illud bonum particulare intendat, & illam particularem difficultatem vincat, ſed hoc obiectum, quod eſt bonum commune, ſeu bonum communitatis (non enim
D loquimur de bono in communi, quod ſemper in particularibus bonis includitur vt quid analogum, ſed de bono communitatis, vt opponitur bono priuato) habet ſpecialem boni rationem, & particularem difficultatem, quæ vinci debet ab honeſtè operante, quia aliquando poteſt eſſe homo benè diſpoſitus ad bonum alienum, & proprium priuatum, non ita tamen ad bonum communitatis; ergo legalis iuſtitia diſtinguitur à particularibus virtutibus. Confirmatur: virtutes particulares faciunt hominem bonum virum, iuſtitia legalis bonum ciuem, & ſicut aliquando poteſt quis habere prudentiam monaſticam, quæ verſatur circà agibile priuatum, & carere prudentia politica, quæ tendit in agibile commune, & publicum: ideoque has prudentias diſtinxit Ariſtot. 6. Ethic. cap. 8. & D. Thom. 2. 2. q. 47. art. 11. & 12. & q.

50. art. 1. ità etiam poteſt homo habere bonam diſpoſitionem ad bonum alienum, & proprium particulare, non tamen ad commune ex his duabus rationibus facilè ſolui poſſunt quælibet argumenta quæ in oppoſitum adducuntur.

10. Rogabis tandem vtrum ius legale conſtituat vnam tantum in ſpecie legalem & generalem iuſtitiam. Ratio dubitandi eſt quia hæc iuſtitia diuerſo modo eſſe videtur in Principe & Magiſtratu, vt eſt perſona publica, ac in ſubditis & priuatis perſonis: nam ſecundum D. Thom. 2. 2. q. 58. art. 6. in principe iuſtitia legalis eſt architectonica, in ſubditis miniſterialis: ars verò architectonica diſtinguitur per Ariſtotelem 2. phiſycorum tex. 25. ab Vſuali. Et confirmatur, quia prudentia gubernatiua, qualis eſt in principe, diuerſa eſt à prudentia politica ciuium, ergo ſimiliter dicendum de iuſtitia legali architectonica, quæ correſpondet prudentiæ gubernatiuæ, & de iuſtitia legali vſuali, & correſpondet politicæ. Præterea ex alio capite iuſtitia generalis diuidi ſolet à Theologis cum D.Tho. 2.2. q. 120 art. 2. in iuſtitiam legalem ſtrictè ſumptam & in Epichiam quæ latino nomine dicitur æquitas, ergo ius ſeu iuſtum legale non eſt vnicum ſpecie, neque vnam ſolam generalis iuſtitiæ ſpeciem conſtituit.

Ad hanc difficultatem Reſpondeo iuſtitiam legalem in principe, & in ſubditis ciuibus eſſe eiuſdem ſpeciei, bene tamen in epichiam, & legalem ſtrictè ſumptam tanquam in diuerſas ſpecies partiri. Ita Theologi communiter ad locum citatum D. Tho. 2.2. q. 58. art. 5. & ſpeciatim Arago. qui hoc loco §. *eſt aliud dubium*, vtranque huius reſolutionis partem tuetur ex iuriſtis 2. defendit Bologuettus tom. 1. tract. de lege, iure, & æquitate cap. 28. n. 2. Giphan. in lib. 5. ethic. Ariſtotelis cap. 10 Verſor. ibidem q. 10. & alij philoſophum ſequuti, Conn. lib. 1. cap. 11. qui immerito pro parte oppoſita citatur ab Anguiano tract de legib. lib. 1. cont. 8 n. 11. Probatur: differentia quæ cernitur inter iuſtitiam legalem prout eſt in principe & prout eſt in ſubditis, ſolum eſt accidentalis ex parte ſubiecti, non eſſentialis ex parte finis, ſeu formalis obiecti; ergo non ſufficit ad conſtituendas diuerſas ſpecie virtutes. Antecedens ex eo patet, quia iuſtitia legalis ſtrictè ſumpta per leges vniuerſales intendit commune bonum & æquitas, ſeu epichia quæ moderatur emendatque humani iuris rigorem, contrà quem in particulari caſu agere promittit, ne æquitati naturali aduerſetur, ſiue in principe ſint imperando, in priuatis ciuibus obtemperando, eodem modo ſe habent in ordine ad ſuum finem & obiectum formale. Sicut ergo meliores dialectici non efficiunt diuerſam ſcientiam vtentem dialecticam & docentem; ſed illam ad hanc reducunt, quia verſantur circà idem obiectum nempè eundem diſſerendi modum; ità neque in priuatis perſonis vſualis iuſtitia generalis diuerſa erit ab illa quaſi architectonica, quæ in principe reperitur, quia vtrobique verſantur circà

A eundem finem, & habent idem obiectum. Vnde patet diuerſa ratio in artibus, quando vna ſecundum ſuam eſſentiam eſt architectonica, & altera vſualis; eſſent enim tunc diuerſa obiecta; iuſtitia verò legalis accidentaliter ratione ſubiecti à D. Thom. dicitur quaſi architectonica in principe, & quaſi miniſterialis in ciue. Deinde prudentia dominatrix & politica habent obiecta diuerſa; dominatrix enim reſpicit bonum totius regni & politica bonum priuatum cuiuſque; quare non eſt mirum ſi diſtinguantur. 2. aſſertionis partem oſtendit illa diuiſio, quam ſuperius adduximus, & quam etiam Ariſtoteles 5. ethic. cap. 10. approbauit vbi epichiam ſcilicet iuſti emendationem appellauit,
B Bartol. l. 1. C. de legib. conuenientiam quandam, ſeu benignitatem iuris dixit Abb. in cap. vlt. de tranſact. n. 6. cum ſpeculatore Ioanne Andrea & aliis iuſtitiam dulcore miſericordiæ temperatam nominauit. Et licet Suar. de legib. lib. 6. cap. 6. n. 5. exiſtimet ad illam cognoſcendam non oportere nouam iuſtitiæ ſpeciem à iuſtitia legali diſtinctam ponere, quia tamen ex ſequenti ſectione patebit illam diuerſum finem & obiectum ſortiri, non eſt cur à D. Thomæ & communi Theologorum ſententia recedamus.

C

Quid ſit æquitas; & quomodo iuris humani rigorem corrigat.

SECTIO III.

DVo ſub hoc titulo inquiruntur, 1 quidnam ſit æquitas, quæ græcè dicitur epichia. 2. quomodo ius humanum corrigere poſſit & moderari. Quod attinet ad 1. nomen ἐπιεικὴς latinè dicitur æquum ſeu conueniens & nomen ἐπιείκεια ab ἐπὶ quod eſt iuxtà, & εἰκὸς idest conueniens deducitur, ideſt æquitas. Vnde 1. huius nominis ſignificatio conuenientia dicitur; ſic dicitur æquitas ſeu conuenientia actionis iniuriarum l. 11. non ſolum §. 1. ff. de iniuri s æquitas arbitri l. ſi plures vlt. ff. rem pupill. vel adoleſc æquitas compenſationis l. hæred. 15. ff. de his quæ vt indign. aufer. Præterea æquitas multiplex
D eſt pro diuerſitate materiæ, in qua verſatur. Vt æquitas conuentionis, defenſionis, deſiderii, diuiſionis, edicti, exceptionis, exhibitionis, fideicommiſſi, funeraria iuris, ius reddentis, petitionis, præſidis, rei, totius rei & reſtitutionis; cuius probationes in diuerſis legibus acceptas apud Briſſonium lib. 1. de verb. ſignificationibus reperies verbo æquitas.

Notandum tamen quod in his locis æquitas ita conuenientiam latè ſumptam deſignat, vt ad diuerſos & peculiares ſignificatus reſtringatur, qui ad quinque reduci poſſunt. Primus eſt in quo æquitas idem eſt atque bona fides; nam bona fides ſumitur pro æquitate vt in l. 29. ſi fideiuſſor §. quædam tamen, ff. mandati, cui opponuntur apices iuris: & è contrà æquitas pro bona

fide l. ſi plures vlt. ff. rem pupilli vel adoleſc. 2. pro naturali iuſtitia l. ſthicum 95. de ſolutionibus, §. naturalis & l. 206. iure naturæ æquum eſt, ff. de regulis iuris. 3. pro quacunque iuſtitia ciuili iure inducta l 20. non tantum dotis, ff. de re iudicata. 4. pro humanitate l. 81. ſi ſeruo ff. de heredibus. inſtit. 25. nulla iuris, ff. de legib. & ſenat. 5. proprius eſt, & germanus æquitatis ſignificatus, prout epichia dicitur, illamque iuris moderationem, ſeu correctionem deſignat, quæ prudenti iudicis arbitrio relinquitur, quia non poteſt ius ſingulares circunſtantias temporis, perſonarum, loeique complecti l. 14. & ſi quis impediat, §. hæc actio, ff. de religioſis & ſumpt. fun. l. 12. §. Iulian. ff. rem haberi l. 13. ratum autem, ff. de ſolutionibus l. 28. ſi arbiter, ff de probationib. l. 13. quæſitum ſcio, ff. de teſtibus & alijs infrà citandis. Alias ſignificationes poſt Iacobum Beluis refert Bal in cap. 1. §. ad hoc de pact. Iuram. firm. alias in cap. vnico de allodijs n. 18. Verum, vt bene notat Albet. Bolog. tom. 1. tracta. de lege, iure, & æquitate, cap. 32. n. 10. ſignificationes quas adducunt, non bene legibus accommodant, neque ita inter ſe diſtinguunt, vt vim & proprietatem æquitatis oſtendant.

2. Hoc poſito definiuit æquitatem Bald. in l. defunctus. C. de ſuis & legitim. cum dixit *æquitatem eſſe certum modum, & rationem, qua leges & pacta interpretari rectè poſſemus.* At clarius ad moremque & rigorem philoſophicum æquitatis naturam explicauit Bulognetus citatus num. 4. vbi ait *æquitatem eſſe virtutem, qua in id, quod æquum & bonum eſt propendimus.* Et per peculiare hoc obiectum à reliquis diſcriminat. In qua definitione conſtat, *æquum & bonum*, aliquid plus peculiare ſupra ius communiſſime ſumptum, vt eſt obiectum iuſtitiæ item in communi, denotare Nam quanuis aliquando frequenter æquum & bonum eum iure & iuſto recurrant & coincidant, vt probatur ex Cicerone in partit. orator. vbi ait. *æquitas eſt cuiuſuis directi, veri & iuſti, &* (vt dicitur) *æqui & boni ratione defenditur*, & in topicis dicit, *æquitas eſt quod naturalis ratio perſuaſit*, quod apud Iuriſperitos ius eſt, vt Caius, & Iuſtinianus definiunt, l. 9. omnes, ff. de iuſt. & iur Inſtit. §. quod vero de iure natur. Gent. & Ciuil. attamen quod æquum & bonum aliquando à iure ſumpto communiſſime diſtinguatur, & ad certum determinetur, quod ſit æquitatis obiectum. Probatur 1. ex l. 25. nulla iuris, ff. de legibus. In qua Modeſtinus iuris rationem ab æquitatis benignitate diſtinguit, & ex l. 1. *inter* Cod. de legibus. item l. 8. placuit Cod. de Iudicijs. In qua lege vide Gloſſam tertiam doctiſſimam, quæ plura refert exempla, in quibus æquitas ſtricto iuri eſt præferenda: hoc idem oſtendunt plures leges, in quibus æquitas ſubtilitati iuris opponitur. l. 25. ſi tibi dederim, ff. de donationibus. item l. 10. ſi tibi ff. de rebus credit. ſi certum per. & alijs, quas adducit Tiraquel. de Retract. § 35. n. 18.

Probat. 2. ex Ariſtotele 5. Ethicorum cap.

A 10. vbi quamuis dixerit æquum & bonum laudabile non eſſe, quod à iuſto diuerſum ſit, intelligitur tamen ſi ius, vel iuſtum in tota ſua latitudine accipiatur. nam ſtatim addidit, *aliquod iuſtum & bonum iuſto eſſe anteponendum.* Signum ergò eſt quod æquum & bonum iuſto præſtabilius ſub aliqua conſideratione ab ipſo iuſto diſcriminatur. In hunc ſenſum exponitur illa Salomonis ſententia Eccleſiaſt. 7. n. 17. *Noli eſſe iuſtus multum.* Vbi Hieronymus ait contrà rigidum, & trucem hoc loco agi, quia *Deus abominatur pondus grande, & pondus paruum.* Prouerb. 20. n. 10. *& qui normam iuſtitiæ tenet, imbecillitates infirmorum ſuſtinet*, iuxtà Paulum ad Rom. 15. num. 1. Inſtruite omnes in B ſpiritu lenitatis. ex eiuſdem Apoſtoli præſcripto 2. ad Corint. 2. n. 7. D. Aug. ſiue quicuoque ille autor eſt quæſtionum veteris, & noui teſtamenti tom. 4. q 15. ita loquitur. *Lex enim quia ſe ipſam mollire non poteſt, à nobis mitiganda eſt, vt poſſit prodeſſe ſub ſe agentibus. Hic ergò iuſtus non eſt multum, qui Dei imitator eſt*, de quo idem autor paulo ſuperius dixerat. *Dei temperata iuſtitia eſt; peccantibus aliquando ignoſcit, aliquando iraſcitur.*

Conſiſtit igitur in iuris temperie, rigoriſque moderatione ius illud, quod appellatur æquum, & bonum, quod æquitatis virtus reſpicit tanquam proprium obiectum. Deſcribitur igitur à Ioanne Ramo de regulis iuris in 6. *temperamentum, quo ſtricti iuris rigori, & incuriæ collatis, & appenſis inter ſe facti* C *circunſtantijs occurritur.* At dices hoc pertinere ad aliquam virtutem intellectiuam prudentiæ ſcilicet partem. Vnde neceſſarium non eſſe particularem aliquam virtutem iuſtitiæ in voluntate aſſignare, quæ in huiuſmodi officio exerceatur. ita voluit Baldus in l. 1. ff de iuſt. & iure, vbi accuratius de æquitate diſſerens eam definiuit, *animi applicationem ad directum iudicium intellectum non errantem.* Sequitur Franc. Dur. in l. 1. ff. de pactis. Iaſon in l. placuit Cod. de Iudicijs, Tiraq. de retract. §. 35. Gloſ. n. 19. Angulanus de legibus lib 1. controu. 8. n. 11. ex Theologis accedit Suar. de legibus lib. 6. c. 6. n. 5. ſed non video firmam rationem, qua hæc ſententia nitatur. Si enim iuſtitia legalis admittitur in voluntate, quæ per communes legum ratio- D nes & vniuerſales diſputationes in bonum commune inclinet, cur de Epichia idem non dicimus, quæ ſimiliter idem bonum ſub diuerſa ratione formali intendit, ſupplendo legum defectus, earumque ſtrictum ius ad debitam moderationem deducendo, in quo obiecto pecularis cernitur difficultas, quam per virtutem vinci neceſſe eſt; quamuis igitur ad Epichiam præcedere debeat iudicium rationis prudentiale, in illo non conſiſtit ratio virtutis moralis iuſtitiæ; quæ hoc nomine *Epichia* appellatur, qua non abs re vſi ſunt Iuriſtæ, quando iudicium illud voluntatem ad æquitatem dirigens ipſam æquitatis legem appellarunt. Et hoc tantum voluit Tiraquel. citatus, & probat ex §. conductor Inſt. de locat. Item hæc eſt communiſſima

Aιιτοtum ſententia, quos ſuperiori ſectione
citauimus.

Tria hac in re dubia ſe offerunt ad legum
intelligentiam vtiliſſima. primum; vtrum
æquitas ſemper ſeueritati opponatur, & in
clementiam tendat. Affirmantem huius du-
bii partem tenere videntur Salyc. Iaſon, &
alii in l. 8. Placuit Cod. de Iudiciis. Anguian.
citatus n. 12. Tiraquel. vbi ſurprà n. 25. Pau-
lus in l. 24. quod ſi minor ff. de minoribus;
probari poteſt ex l. penult. ff. de condition. &
demonſt. l. 2. ff. de liber. & poſthum. l. 25.
nulla, ff. de legibus, & aliis multis, quas vi-
de apud Tiraq. Veriſſima tamen ſententia
docet æquitatem non ſolum ad benignita-
tem, ſed etiam ad ſeueritatem pertinere, at-
que adeo in hoc ſenſu non dicitur opponi
ſtricto iuri, ideſt rigoroſo iuri; ſed opponi
ſtricto iuri, ideſt ius ampliare, & quod à iu-
te prætermiſſum eſt, ſupplere. Eatenus verò
opponitur ſtricto iuri, quatenus ſtrictis verbis
iuris non ita adhæret, vt ab ipſis, quando æ-
quitatis ratio poſtulat, non recedat. Hanc
expreſſè tenet Vlpianus in l. 1. ff. de eo per
quem fact. vbi ait *æquiſſimum putauit præ-
tor dolum eius coercere, qui impedit aliquem
iudicio ſiſti.* item l. 1. §. hæc actio, ff. ſi is,
qui teſtamento liber eſſe iuſſus erit; aſſerit
*pratorem tunc æquitate vti, quando illum
punit. qui ſpectato ciuili iure impunitus re-
manet.* Martianus in l. 11. deſpiciendum, ff.
de pœnis, vt optimè interpretatus eſt ean-
dem legem Connanus lib. 1. c. 11. vbi ait
*æquitas eſt ſemper legis voluntati coniunctiſ-
ſima, ſequiturque eam quocunque tendat ſi-
ue ad humanitatem, ſiue ad acerbitatem.*
Nam teſte Cicerone epiſtola. 2. ad Brutum
*eſt quibuſdam in rebus via iuris eiuſmodi,
vt nihil ſit humanitati, nihil lenitati & cle-
mentiæ loci* Ioann. And. ad cap. ex parte de
tranſact. additione vltima, vbi ait quod lex
pœnalis eſt æqua. quia publicæ intereſt, &
ad ſimile extenditur; & probat ex cap. Vt
famæ, de ſent. excommunicationis, ex l. ſi
quis ſenio Cod. de furtis cum Bal. & Saly.
& l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam.

Accedit Cuiacij auctoritas ad l. 8. placuit
Cod. de iudiciis, & lib. 2. de feudis tit. 1.
vbi ex Ariſtotele æquitatem definit, vel po-
tius æquitatis obiectum, ius, quod lex ſcrip-
ta prætermiſit, & ad hoc dicit iudicem reſpi-
cere aliquando debere potius, quà ad ſtri-
cti iuris anguſtias ex l. 8. in his, ff. de con-
dition & demonſtr. neque determinat hanc
ſcriptæ legis ampliationem magis ad fauorem
quàm ad rigorem, redditque rationem cur
æquitas ſcripto iuri præualeat. *Quoniam vis
ſcripti eſt in æquitate non in verbis, vis ſcri-
pti eſt in litteris.* Denique monet ad conci-
liandam l 1. cod. de legibus cum dicta lege
placuit, notandum eſſe in his, quæ ſcripto
palam comprehenſa ſunt, etiam ſi prædura
videantur, iudicem à ſcripto recedere non
poſſe: ſed ad ſolum principem ſpectare legis
duritiem emendare. Vnde optimum deſu-
mitur argumentum pro noſtra ſententia: æ-
quitatis vſus omnibus iudicibus eſt conceſſus
iuxtà l. 90. in omnibus, ff. de regulis iuris,
A l. 8. placuit cod. de iudiciis. l. 1. eum propo-
nas, cod. de interdictis cap. 1. magnæ §. &
quidem de Voto. cap. quærenti de officio &
pot. iud. deleg. & cum æquitas oſtendat
modum interpretandi leges, & pacta, vt di-
cit Bald. in l. 9. ſi defunctus cod. de ſuis, &
leg. verbo. *Et noto quod æquitas, &c.* ſem- 4
per eſt attendenda, & propter illam à regu-
lis communis iuris iudicibus recedere licet,
vt benè probat Philip. Decius de regulis iu-
ris in regula 90. *in omnibus* n. 5. ex multis le-
gibus: ſed clementia & miſeratio ſolius prin-
cipis eſt, vel populi, ſeu magiſtratuum, qui
parem cum principe habent poteſtatem: er-
gò æquitas non idem eſt atque benignitas
ſeu clementia ſtricti iuris; ſed temperies ſiue
ad benignitatem, ſiue ad ſeueritatem, & am-
B pliatio ipſius iuris, ſpectatis cauſarum circun-
ſtantiis. Quamuis negandum non ſit, licet
æquitas ad rigorem aliquando inclinet, il-
lum rigorem ſemper quantum cauſæ, perſo-
næ, loca, & tempora patiuntur, benignita-
te eſſe temperandum, vt probatur ex l. 11.
reſpiciendum, ff. de pœnis; & ea cap. ex
parte finali, §. in his verò, de tranſactio-
nibus.

Hinc facile poteris interpretari leges, quæ
in oppoſitum afferuntur: ſolum enim perſua-
dent, vt æquitatis rigor aliqua benignitate
temperetur, non quod interdum non am-
plieror ius ad rigorem ſecundum æquitatis
exigentiam, vt ſuperiùs probatum manet.
Qua in re notandum æquitatem, de qua lo-
C quimur, non eſſe ſcriptam, quia vt benè no-
tauit Connanus lib. 1. cap. 11. ſi quid legis æ-
quitas ſuadet, ipſummet lege deſcribatur,
deſinet eſſe æquitas quoad nominis proprie-
tatem, quamuis res ipſa, ideſt æquum & bo-
num non minus iuſtum ſit. Ratio verò cur
æquitas ſcripta nomen & naturam propriiſ-
ſimæ æquitatis deponat, illa eſt, quia non
diſtinguitur à iuſtitia legali, quod hæc per
vniuerſales legum rationes commune bonum
reſpiciat; æquitas verò per particulares cau-
ſarum circunſtantias ampliando ſcripta iura
idem commune bonum intendat: in quo
particularis eſt difficultas, nouaque boni
honeſti, & iuſti formalis ratio; ergo quo-
ties in iure ſcripto eſt expreſſa cauſæ deciſio,
etiamſi reſpectu alterius iuris magis confu-
sè vel ſtrictè ea de re diſponentis æquitas
videatur, iam tale ius ad obiectum legalis
D iuſtitiæ pertinet, prout ab æquitate diſcrimi-
natur. Vnde infert Bolog. tom. 1. tract. de lege
iure, & æquit. cap. 31. n. 21. & cum Accur-
ſio hanc tradit notationem, quod æquitas
per habentem poteſtatem ſcripta, & in le-
gem conuerſa nouæ æquitati initium, &
occaſionem præbeat, quod idem autor op-
time ex iure prætorio confirmat: illud enim
ab æquitatis quaſi radicibus pullulauit, vt do-
cet Papinian. in l. 6. ius autem, ff. de iuſt. &
iure.

Secundum vtrum quemadmodum æqui-
tas propriè ſumpta & ſcripta quando ſtricti
iuris verbis opponitur, ſemper eſt præferen-
da, idem dicendum ſit de æquitate non
ſcripta, quando iuris ſcripti rigor ei con-

rradicit: in qua difficultate Philippus Decius
de regulis iuris, regula 90. in omnibus n. 90.
aſſerit, quando dicitur, æquitas rigori præ-
ferenda, de ſcripta id intelligendum eſſe,
non de illa, quæ ſcripta non eſt. Pro qua
ſententia citat Bartol. Bal. Salyc. Abbat. Imol.
& alios cum gloſſa in c. final. de tranſact.
Verum tàm gloſſa, quàm auctores citati fe-
rè omnes ſatis ſe explicant: loquuntur enim
de cauſis in rigoroſo iure expreſſis; tunc enim
nullus datur locus æquitati propriè ſumptæ
& non ſcriptæ, quæ ſolum admittitur, quan-
do ius deficit; atque adeò nec clarum, nec
expreſſum ſit: ità exponi debet cap. ſcriptum
4. q. 3. cum Abbate in cap. final. de tranſact.
& l. 12. proſpexit, ff. qui & à quibus. Vnde
non bene confertur tunc ius ſcriptum &
manifeſtum ſpectatis particularibus cauſæ
circunſtantiis cum æquitate non ſcripta, quæ
in eo caſu nulla eſt. At vbicunque æquitati
non ſcriptæ locus detur; illa proculdubio eſt
præſerenda.

Quam ſententiam à multis quidem iuris-
prudentibus reiectam, Bolog citatus cap. 33. à
n. ſecundo vſque ad 10. vt omnino veram con-
firmat ex l. 90. in omnibus citata l. 14 & ſi
quis, §. idem Labeo, ff. de religioſ. & ſumpt.
funer. l. 5. quod ſi Ephesi de eo quod certo
loci dare oporter, aliiſque legibus in quibus
manifeſtè iudices ſecundum æquitatem iudi-
care iubentur. Confirmatur eadem ſententia
primo, quia contrà æquitatem non ſcriptam,
ideſt, contrà id, quod penſatis particularibus
cauſæ circunſtantiis iuſtitiæ naturalique ra-
tioni eſt conſentaneum, leges aliquid ſtatue-
re erubeſcunt, vt patet ex l. 33. ſiquis in
ſuo, §. legis cod. de inoffic. teſt. & l. finali
manifeſtiſſimè cod. de ſurtis. Secundò con-
firmatur, propter eandem æquitatem rece-
ditur à ſolemnitatibus iuris, notante Philip-
po Decio n. 6. ex l. 7. Diuus, ff. de reſtitut.
en integrum, §. iiſdem. item receditur à iu-
ris regulis, vt docet lex 32. ſi & me & titium
in fine, ff. de rebus creditis, ſi certum petatur.
Denique propter æquitatem receditur ab
eo quod vſitatum eſt, vt oſtendit lex 21.
Imperatores, ff. de appellation. Ratio verò
Theologica eſt, quia æquitas non ſcripta
fundatur in naturali iuſtitia, per quam ſtri-
cti iuris rigor modificatur eo dirigitur, ne ad
iniquitatem deflectat, & ius naturale ſemper
præualet poſitiuo.

6. De æquitate igitur ſcripta cum rigore iuris
collata, dico quod ſcripta æquitas ſi æque in
ſpecie procedat, atque iuris rigor illum cor-
rigit, ſiue rigor antecedat, ſiue ſubſequatur,
& peculiarem derogandæ æquitatis ſcriptæ
mentionem non faciat. Dixi *ſi æque in ſpecie
procedat*, quia quando æquitas de genere pro-
ceſſerit, & rigor de ſpecie, rigor æquita-
tem limitabit, & derogabit in ea ſpecie ex
communiſſima regula 80. *In toto iure gene-
ri per ſpeciem derogatur*. Et ita peculiariter.
de æquitate hoc docent. Bal. Agel. Salyc
Cyen. in l. 8. placuit, cod. de iudiciis iuxta
l. primam, ff. de vſucap. Abbas, & Imol. &
alii Canoniſtæ in cap finali de tranſactioni-
bus.

A Nuſtram aſſertionem tuetur Philippus De-
cius citatus n. 11. cum Abbate ad cap. finale
de tranſact. Dominic. in cap. diſciplina di-
ſtinct. 45. Felin. in cap ius gentium de ſententia
& re iudicata. Vbi meritò textus æquitatem
rigori anteponit, quaſi illam pluris faciat.
Præpoſ. in d. cap. diſciplina cum Guib. an.
ex aliis textibus cum celebri gloſſa vltima
in l. 11. cotem ſem. ff. de publican. & vecti-
gal. vbi confertur, §. cum quinquennium,
& ait Gloſſa *illa hanc corrigit, vel hic de rigo-
re, illic de æquitate* Contrà quam æquitatem
publicani inhumaniter vexabantur; quippe
qui vltrà quinquennium à ſe præſcriptum
regia vectigalia locare cogebantur. ſimilis
gloſſa habetur l. 10. ait prætor 2. § debito-
rem, ff. quæ in fraudem credit. Neque ob-
B ſtat quod conſtitutio poſterior cenſetur
emendare priorem, vt conſtat ex cap. de 1.
de conſt in 6. hoc enim ſolum verum eſt,
vt ait Philip. & alii citati, quando conſtitu-
tiones ſunt inter ſe oppoſitæ, & altera con-
tineat æquitatem; altera rigorem & de eo-
dem caſu procedant; quem caſum ſolum ad-
mittimus, quando rigor ſubſequentis conſti-
tutionis æquitatem expreſsè tollit. Nam alio-
qui ſi rigor ſubſequens expreſſus non eſt,
ſemper per æquitatem etiam antecedentem
modificari, & temperari debet.

Et ratione probatur, quia ſiue antecedat, ſi-
ue ſubſequatur æquitas ſcripta, quando ſpe-
cialiter non derogatur ſemper ex ſuo gene-
rali iure contento, l. 8. placuit, toties citata,
C & cap. finali de tranſact. & regula 90. in om-
nibus quidem, ff. de regulis iuris ſuam re-
tinet excellentiam, eo quod ad naturalem
iuſtitiam magis accedat & contrà illam le-
ges aliquid decernere erubeſcant; imò ſæpè
per illam limitentur, vt dictum eſt. Exem-
plum adſert Aretinus in conſ. 63. *Diligenter
& maturè* colun. 7. cum gloſſa ad l. ſi cum
excep. §. ſed & ſi quis, ff. quod metus
cauſæ; quem ſequitur Iaſon in l. ſi tibi,
ff. de rebus creditis, ſi certum petatur, co-
lum. 3. not. 5. quando enim plures opinio-
nes referuntur, & vltima rigorem continet,
non ideo receditur à prima, quæ habet æ-
quitatem: nam 1. vel vltimo loco referri non
auget in rigore ius contà æquitatem.

Tertium dubium eſt, vnde proueniat
tanta æquitatis virtus contrà ſtricti iuris ri-
D gorem, ideſt ſcriptorum verborum anguſtias? 7.
Loquimur de æquitate non ſcripta, de qua no-
bis præſertim ſermo incidit, & quæ propria
Epichia dicitur. Præſentis ergo dubii reſo-
lutio petit fundamentum aliud præter illam
rationem Theologicam ſuprà aſſignatam,
quòd iuriſtis familiare eſt, & ideo minimè præ-
termittendum propter quod neceſſarius om-
ninò ſit æquitatis vſus. Illud proſequitur Con-
nan. lib. 1. cap. 11. Bolog. tract. de lege Iur. &
æquit. tom. 1. cap. 29. n. 6. & ſequent Gi-
phanius in lib. 5. Ethic. cap. 10. & alii cum
Ariſtotele ibidem, & Peth. cap. 13. & eſt hu-
iuſmodi. Quia ius ſcriptum poteſt ex dupli-
ci capite aliquam in ſe imperfectionem ad-
mittere, propter quam emendatione indi-
geat 1. per legiſlatoris imprudentiam non

contingit, ſed ipſo prudente, & ſciente. 2. eodem imprudente & inſcio: priori modo ius imperfectum eſt, quando legiſlator generatim aliquid conſultò decernit, & in hac generali regula reſpicit ad ea, quæ frequentius vſuueniunt: cum enim conſtitutio non poſſit perfecte determinare, & enumerare omnia incommoda in particulari vitanda, nihil tutius facere poteſt, quàm ſi vniuerſum aſſumat, quod plerumque contingere ſolet: ita Pompon. Celſus & Paulus l. 3. iura l. 4. in his l. 5. nam ad ea l. 6. quoniam, ff. de legibus. Verbi gratia, quia legiſlator vidit quod pupillus contrahens ſine authoritate tutoris lædatur, & mulier pro altero intercedens decipiatur, cum pupillis geſta ſine autoritate tutoris, in quibus deterior eorum conditio fieret, & mulierum intereeſſiones vniuerſim ſubmouit, vt nullius planè momenti forent vt patet ex multis legibus ſub titulo de autoritate tutorum, ff. & Inſt. item & cod. ad ſenat. conſ. Velleyan. quamuis enim poſſit aliquando contingere, vt pupillus in gerendo negotio & mulier in facienda intercesſione aſtu doloue malo non circumuenirentur, id non curauit legiſlator, ſed ſolum attendit occurrere periculo, quod frequentius pupillis, & mulieribus animaduertit.

2. Principium vnde legis defectus colligitur, inſcio & imprudente legiſlatore. Nam cum homines non ea mentis acie polleant, vt omnia animaduertere poſſint, ad plura enim diſtracti ſingula minus percipiunt, & in pluriũ cognitione certam, & determinatam non habent cognoſcendi viam, neceſſe eſt in ſtatuẽdis legibus aliquam ipſis impudentibus prætermitti, quæ exprimi oporteret, vt fatetur Iuſtinianus l. 2. tanto Cod. de veter. iur. enucleand. Vnde ſicut prior ille legis, ſeu conſtitutionis defectus præuiſus in eo conſiſtit, quod plura, quàm oporteat, ſint in lege comprehenſa. ita hic poſterior improuiſus in eo cernitur, quod aliqua fuerint prætermiſſa. quare ſicut in primo euentu requiritur, vt conſtitutionis verba æquitatis emendatione coarctentur, ità in ſecundo eiuſdem ampliatione dilatentur. hunc ſecundum conſtitutionis defectum oſtendunt. l. 12. non poſſunt. & l. *ſequens* ff. de legibus: Vbi dicitur, quod non poſſunt omnes articuli ſingillatim aut legibus, aut ſenatuſconſultis comprehendi; ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt, ad ſimilia procedendum eſſe, cui concinit ius canonicum in capite tranſacto de Conſtit.

Vtriuſque euentus propono exempla vt res clarius innoteſcat. Primum eſt Ariſtotelis citati. Aſſignetur pœna lege generali ſtatuta contrà illum, qui ferro percoſſerit. Poſteà contingat, vt qui ferreum annulum digito geſtabat, caſu manum efferat, aliumque præter intentionem percutiat. Si legis penſentur verba, certe hic percuſſor legis pœnam incurret: quia tamen de induſtria non fecit, æquitatis ratio poſtulat, vt lege in tali caſu reſtricta, talis percuſſor pœna abſoluatur. Alia exempla facile reperies apud iuriſtas ad l. 3.

A iura. l. 4. in his, & aliis ff. de legibus. Illud non prætermittam, quod affert Modeſtinus in l. 15. ſcire oportet ff. de excuſat. tutorum, & §. *aliud etiam.* In qua lege emendatur, quod in Marci promulgatione fuerat prætermiſſum. Nam illis, qui in ciuitate, vel intra centum milliaria creabantur tutores, quinquaginta dierum ſpatium dabatur ad excuſationem. Eis verò, qui vltrà centum milliaria habitarent ad iter faciendum ſinguli dies ſingulis viginti milliaribus aſſignabantur, & vltra hos triginta dies aliquando addebantur. oſtendit ergò Modeſtinus legis verba amplianda, ne à mente legiſlatoris recedant, & prætermiſſa æquitatis rectitudine ad iniquitatem deflectant. Nam qui habitaſſet centum,
B & ſexaginta milliaribus à ciuitate diſtans octo dies habebat ad iter faciendum, & additis triginta ſolum triginta & octo remanebant, atque adeò duodecim minus habebat, quàm ſi in Ciuitate vel intrà centum milliaria habitaſſet, quæ ſanè magna inæqualitas eſſet; nam pauciores dabantur longius diſtantibus. Ità ergò eſt intelligenda lex, vt nunquam alicui minus quàm quinquaginta dies ad excuſationem dentur. Plures verò aſſignentur, ſi ad iter faciendum plures quàm viginti neceſſarii ſint. vt verbi gratia ſi quis quadringentis, & quadraginta milliaribus diſtauerit, viginti duos dies habebit ad viam peragendam aſſignatis viginti milliaribus ad ſingulos dies, & prætereà illos triginta, qui ſemper diebus itineris accreſcent, ac tandem
C quinquaginta duos obtinebit. & ſic deinceps creſcente habitationis diſtantia, creſcet cum proportione numerus dierum. vnde legum coryphæi, vt Paulus & Vlpianus anguſta legis verba per æquitatis licentiam ampliarunt.

Et ne in ampliatione æquitatis ad pœnam 9.
exemplum deſideretur, conſulendus Vlpianus in l. 7 ſi quis id quod ff. de Iuriſd. omnium iudic In qua ſtatuitur pœna quingentorum aureorum corrumpenti, vel corrumpere facienti album prætoris, in quo edicta perpetua, & generalia proponebantur, ex quibus prætores ius perpetuò dicere conſueuerant. Addit verò lex hæc verba. *Quod ſi dum proponitur, vel ante propoſitionem quis corruperit, edicti quidem verba ceſſabunt: Pomponius autem ait ſententiam edicti, & ad hæc porrigendam eſſe.* In quibus verbis vl-
D timis ex Pomponii mente, vides ampliatam legem pœnalem ad caſum omiſſum ex æquitate ſcripta, per quam docemur pœnas etiam quando æquitas non ſcripta poſtulat, ad caſus ſimiles omiſſos dilatare. ita communiter iuriſtæ ad hanc legem cum Cuiatio & Baldo Bartolo & aliis, Innoc. ad cap. qualiter & quando, de accuſat. Et nota quomodo Bartolus per æquitatem non ſcriptam huius legis verba ampliauit dicens. *Si quis deſtruxerit aliquid in libris armarij communis hoc edicto tenetur*, pro qua ſententia ne videatur ſingularis, citat Roſenſ & adiungit alium caſum. *Si quis deſtruxerit figuram alicuius hominis depicti in aliquo pariete propter falſitatem, vel proditionem, tenetur hoc edicto.* Vnde aduerte quòd cum edictum illud de

ſcriptura

ſcriptura loquatur; Bartolus ad picturam extendit; & cum procedat de ſcriptura publice expoſita vel exponenda, ad eam, quæ in ſcrinio continetur etiam dilatauit. Ne tamen nos Gloſſa decipiat communiter à Doctoribus reiecta, notant Cuiac. Baldus, Bartol. & alii non bene ex æquitate per gloſſam extendi banc pœnam ad eos, qui edicta ſpecialia, quæ breui tranſeunt, & ad abiquem in ius vocandum proponuntur, cuiuſmodi ſunt citationes, ratione optima, quam aſsignat Bal. quoniam quando ad ſimiles caſus ex æquitate lex extenditur, tales caſus non expreſſi, ſed omiſſi eſſe debent; ſi enim expreſſi ſunt, legibus ſtandum, in quibus exprimuntur, vt probatur per l. 12. perſpexit, ff. qui & à quibus man. l. prima, vtilitatem §. ſi is qui nauem, ff. de exercit. act. at in lege illa de corruptione edicti prætorii excipiuntur manifeſte ſpecialia edicta breui tranſeuntia ibi, *prout res incidit*, ergò non ex æquitate, ſed per iniquitatem ad illa lex ampliatur.

Vtrum æquitas, ſeu Epichia diuino iure admittatur.

SECTIO IV.

SAtis dictum eſt de æquitate comparatione iuris humani ab ea corrigendi, ſeu dirigendi, præſertim cum de ea nobis ſermo incidere debeat, cum de legis interpretatione tractabimus in diſputatione 5. iterumque diſputat. 7. vbi latè videbimus, quatenus & quando ſine recurſu ad ſuperiorem legis Epichia nobis vti liceat. Nunc ſpeciatim videndum vtrùm in diuino iure locum habeat Epichia, & diuini iuris nomine tam poſitiuum intelligimus, quàm naturale, quod etiam diuinum dici monuimus commentatione prima not. 5. & quod attinet ad naturale Triph. in l. 37. bona fides, ff. depoſiti, ſentit ius illud naturale, quo iubemur depoſiti fidem ſeruare, à ciuilibus præceptis circunſcribi, ac limitari, ſi quidem non illi cuius bona publicata ſunt, ſed Reipublicæ, aut fiſco depoſitum eſt deferendum: idem tenet Nauar. lib. 4. conſil. de deſponſat. impub. conſilio 4. num. 16 & 17. qui citat Couar. in 4. Decretal. a. p. cap. 6. §. 9. Verùm ibi ſolùm loquitur de interpretatione, non de Epichia propriè ſumpta; citatur etiam Filinus in cap. quæ Eccleſiarum à Suar. de legibus lib. 2. cap. 16. numero 2. Sed neque ipſe loquitur de Epichia ſeu æquitate; quamuis enim impropriè dicant ius diuinum, ſeu naturale poſſe à principe ſæculari, vel Eccleſiaſtico limitari, ſi rectè intelligantur, ſolum de interpretatione, ſeu declaratione loquuntur, vel de additione. Verbi Gratia, ſi ius diuinum duobus teſtibus contentum ſit humanum. Plures addere poterit in aliquibus euentis, quod non eſt per Epichiam ius diuinum extendere, vel corrigere, ſed nouum humanum condere illi non repugnans. Tuetur

A tamen hanc opinionem Buridanus lib. 5. quæſt. Moral. quæſt. 27. Sallas 1. 2. quæſt. 94. tractat. 14. diſput. 5. ſectione 10. §. *Nota tamen*, poſt Caietan. 2. 2. quæſt. 120. art. 1. Soto lib. 1. de Iuſt. quæſt 7. art. 3. ad 3. qui aſſerunt ius naturale bifariàm accipi poſſe primo modo pro eo quod nobis naturalis ratio in vnaquaque facti ſpecie ſingulariter dictat faciendum in his vel illis circunſtantiis, & hoc modo aſſerunt non admitti æquitatem à iure naturali, quia tunc exceptionem non patitur, neque ampliationem, cum de caſu ſingulari procedat, & deinde quia quod natura hoc modo rationabiliter ſuggerit, ſemper eſt honeſtati, & rectæ rationi congruum, vnde
B nihil habet quod detrahi, vel ſuppleri queat. Secundo ſumitur ius naturale prout in vniuerſalibus præceptis continetur, & per quaſdam generales regulas à nobis præcipitur, quæ licet generaliter loquendo conueniant naturæ, in aliquibus tamen euentis particularibus deficere poſſunt. Verbi gratia in exemplo depoſiti in lege proximè citata *bona fides*, & in eo præcepto, quod natura vniquique homini indidit. *Ne propria auctoritate alterum occidat*, quod tamen deficit, quando aliquis vim vi repellens cum moderamine inculpatæ tutelæ ſuum interficit inuaſorem. Clement. ſi furioſus de homicidio. cap. interfeciſti eodem titulo. l. prima liberam Cod. quando liceat vnicuique, &c. & Theologi cum D. Thom.
C 2. 2. quæſt. 64. art. 7. & hac ratione poſſe ius naturale per æquitatem emendari, ex eo oſtenditur, quia ſi hæc præcepta naturalia in ſcripturam redigantur, ita vniuerſaliter, vt in aliquibus euentis ſingularibus iuſtitiæ, ſeu honeſtati naturali non congruant, tunc proculdubio æquitatis adminiculo indigent, ergò ius naturale hoc ſecundo modo admittit Epichiam.

Oppoſita tamen ſententia vera eſt, quam tradit Philoſophus 5. Ethicorum cap. 10. Quatenus docet *æquum, & bonum eſſe emendationem legitime iuſti*, id eſt iuris poſitiui humani ſecundum communem interpretum ſententiam. Et 1. Rhet. cap. 13. vbi ait, *æquum, & bonum eſſe id quod præter legem ſcriptam iuſtum eſt*: ergò ſo-
D lum reſpectu iuris poſitiui humani ex Ariſtotelis præcepto neceſſaria eſt æquitas, ità etiam tenet Bolognetius°, vbi ſuprà cap. 31. num 8. Vaſq. 1. 2. diſp. 176. cap 1. num. 3. & 4. Suar. citatus num. 4. qui neſcio quo iure ad principium huius capitis dixit eſſe de mente omnium ferè auctorum legem naturalem poſſe recipere interpretationem per Epichiam, cum pauci ſint qui id expreſsè aſſerant, vt ex citatis conſtat. Probatur ergò à iure naturali nullam admitti æquitatem, ſeu Epichiam: primò lex naturalis eſt regula iuſti, vel iniuſti non abſolutè, & generaliter, ſed conſideratis omnibus circunſtantiis debitis, prout recta ratio iudicauerit. Vnde ſicut neque natura, neque recta ratio deficere poteſt, aut peccare, ità neque ius naturale. Igitur neceſſaria non eſt æquitas,

imò eſt impoſſibilis ad emendationem, aut amplíationem defectus legis naturalis; quæ ratio maximè corroborantur ex eo fundamento, propter quod duplici ex capite in lege humana neceſſarium omnino eſſe æquitatis vſum ſuperius oſtendimus. Verumque enim illud caput deficit in iure naturali, quod ſpecificatim in vnoquoque euentu, penſatis omnibus circunſtantiis, quid rectæ rationi conſentaneum ſit, cum practica infallibilitate præſcribit. 2. Hoc ius naturale à lege æterna deriuatum Deus hominibus impertitur, vt infrà dicemus: Sed lex æterna omnis omninò defectus incapax eſt; Et in ſe omnem perfectionem complectitur, ergò & omnem æquitatem, quare nulla alia eſt poſſibilis, quæ ſub aliqua conſideratione illa iuſtior exiſtimetur. Sicut enim iuſtum naturale deficere non poteſt, niſi mutetur aliquod ex extremis, in quorum conſonantia illud conſiſtit, & tunc iam materia legis mutabitur; ita nullus æquitati locus in naturali iure relinquitur.

3. Tertio, Idem oſtendo in exemplis, quæ adducuntur à Caietan. Nauar. Soto, & aliis. Primum eſt depoſiti, quod in aliquibus caſibus reddi non poteſt domino ſine violatione iuſtitiæ, ſeu charitatis. Verbi Gratia Si volenti alterum occidere, depoſitum apud te enſem in ea occaſione reddas, contrà ius naturale faceres. Nam in hoc caſu tantum abeſt, vt hîc & nunc dictet naturalis ratio enſem eſſe reddendum, vt potius interdicat: non ergò naturale præceptum dici poteſt, quod ipſa natura prohibet obſeruari, vt benè aduertit Bolognetus citatus num. 17. Secundum eſt Nauar. ex l. 2. Veluti ergà, ff. de Iuſt & Iur. & cap. ſi quis venerit de maiorit. & obed. vbi ſuperioribus, patriæ, parentibuſque obedire præcipimur: atqui per iuſtam exemptionem poterit aliquis hac ſubiectione liberari. At in hoc euentu, quis non videt priuilegium exemptionis ab Epichia longiſſime diſtare; atque adeò in eo euentu legem non obligare, quia mutatur materia; qui enim ſubiectus eſſe deſinit, quid mirum, ſi parere non teneatur? Tertium exemplum eiuſdem Doctoris ſumitur ex Clementina 1. de homicidio cuius præceptum non occidendi, occiſionem propter defenſionem neceſſariam non comprehendit. Quæ quidem ſimplex interpretatio verus ſenſus eſt illius præcepti, non Epichiæ limitatio, vel emendatio: etenim Epichia ſupponit caſum, eſſe comprehenſum in lege, ſeu prætermiſſum, quem tamen Epichia addit, vel adimit. at interpretatio nihil addit, vel tollit à lege, ſed germanum illius ſenſum explanat. Et quamuis Epichia ſit certa quædam legis interpretatio; non tamen omnis interpretatio Epichia cenſetur, ſed eſt aliquid magis generale, quod etiam in anguſtis verbis ſtricti iuris, cui opponitur æquitas, propriè reperitur, & tamen ſecundùm illam interpretationem verborum, vt ſonant, emendatur lex per ſpecialem æqui- A tatis interpretationem ſecundùm mentem & conſilium legiſlatoris.

Tandem coacaruat alia exempla. Nauar. de Iuramento, & de Voto, quæ ex lege naturali tenemur adimplere, vt patet ex cap. magnæ de Voto. & cap. ſi vero de Iureiurando. Et licet ſummus Pontifex nequeat efficere, ne permanens votum, & ſubſiſtens iuramentum impleatur; hoc enim eſſet agere contrà ius diuinum, tamen iuſta de cauſa poteſt facere, quod nec vota nec iuramenta ſubſiſtant. Miror ſanè virum alioqui doctiſſimum diſpenſationem in materiâ voti, vel interpretationem obiecti legis naturalis Epichiam exiſtimaſſe. Nam obligatio naturalis ſeruandi iuramentorum, intelligitur procedere, quando non B eſt de re illicita vel impoſſibili. Et diſpenſatio in voto non eſt in lege naturali, ſed in materia eius, quæ ſi remittatur, per ſe ceſſat naturalis legis obligatio, vt infrà dicetur diſp. 4. quæſtione 2. ſectione 1. & 4. & quamuis aliquando voti verba vniuerſalia limitentur ſecundum intentionem vouentis per modum Epichiæ, & fiat quædam reſtrictio, ſeu emendatio Voti, hæc emendatio, ſeu reſtrictio non cadit in legem naturalem voti, quæ hîc & nunc ad particulares circunſtantias ſemper reſtringitur, ſed ad illam veluti legem poſitiuam, quam ſibi vouens vniuerſaliter, & imprudenter præſcribit. Quemadmodum ſi præceptum naturale verbis vniuerſalioribus in ſcripturam C traducatur, in eo quod peccauerit, poterit emendari; & hoc non eſt naturæ defectus, ſed ſcripturæ, quæ ad terminos vniuerſales naturalis legis præcepta reduxit, in quibus emendatione vel reſtrictione indigeret.

4 & vltimo oſtenditur eadem veritas diſcurrendo per naturalia præcepta, quæ vel affirmatiua ſunt, vel negatiua. Affirmatiua talis conditionis ſunt, vt quamuis ſemper obligent, non tamen pro omni, ſed pro certo tempore, cuius determinatio quatenus in iure naturali ſiſtit, nullam variationem, vel æquitatis interpretationem patitur, propter quam aliquis eius poſſit obligatione liberari: Verbi gratia præceptum de amando Deo in ea occaſione in qua quis ſe à graui tentatione liberare nequeat, ſi charitatis actum non eli- D ciat, neceſſariam omnino obligationem pro eo tempore inducit. Et ſic in ſimilibus euentis ſe habent præcepta affirmatiua quæ ſemper ad particulares circunſtantias reſtringuntur, vt inexcuſabilem obligationem efficiant: negatiua verò præcepta, quæ ſemper & pro omni tempore obligant, dum mala qua mala ſunt, prohibent: Verbi gratia mendacium proferre ex regula 76. D. Baſilii ex breuior. & ex mente D. Hieron. Apolog contrà Ruffin. & D. Auguſt. lib. de Mendaciu & contrà Mendacium ad Conſentium tom. 4. ac denique ex ſententia receptiſſima Theologorum cum magiſtro in 3. diſt. 38. D. Thom. 2. 2. q. 110. a. 3. & canoniſtarum in cap ſuper eo de vſuris, vbi habetur ſacram ſcripturam prohibere pro alterius vita mentiri: ſimiliter

liter etiam actus odii Dei, & ſimilia mala, A
quæ ſicut ex nulla circunſtantia cohoneſtari
poſſunt, ità neque exuere rationem mali,
aut prohibitionis obligationem deponere
reſpectu legis naturalis In aliis verò euentis,
in quibus in obiecto mutatio fit, aut in eius
circumſtantiis ceſſare poterit obligatio per
ceſſationem legis, non per Epichiæ reſtri-
ctionem. V. G. ſi quis in extrema neceſſi
tate alienum accipiat, quo, ſuæ neceſſirati
ſubueniat, non violat præceptum non fu-
randi, quia illud intelligitur, quando domi-
nus eſt rationabiliter inuitus, qualis eſſe ne-
quit ille, euius bona in temedium neceſſiratis
extremæ capiuntur.

Idem dicendum de lege diuina poſitiua,
4. videlicet illam, quamuis prudentem inter- B
pretationem admittat, æquitatis tamen am-
pliationem vel reſtrictionem omninò exclu-
dere, vt ſpeciatim docet citatus Vaſq. num.
4. & Suar. de legibus lib. 10. cap. 6. num. 10.
Suadetur 1. quia æquitas eſt emendatio le-
gis deficientis in caſu ſingulari: qui vel Le-
giſlatorem fugit, vel ſi occurrit, ad ea, quæ
frequentius accidunt, legem tulit; quia om-
nibus ſingularibus euentis certum ius præ-
ſcribere non valet. Sed verba poſitiuæ legis
diuinæ cum Legiſlatoris mente comparata
ſingulos caſus ità prædeterminant, vt ſi
rectè intelligantur, neque ſuperflua, neque
imminuta cenſeantur: omnes enim ſingu-
lares caſus præuidebat Legiſlator, & eo mo-
do legem in generali tulit, vt reſtrictionis, C
vel ampliationis adiutorio non egeret, ergò.
Exemplum eſſe poterit Machabeorum fa-
ctum lib. 1. cap. 2. qui in die Sabbati ab ho-
ſtibus laceſſiti, cum intelligerent nullum eſſe
in verbis legis indicium, per quod ab exerci-
tio belli pro neceſſaria ſui defenſione ſuſcep-
ti prohiberentur, forti animo, & magna in
Deo fiducia ſtrenuè dimicarunt.

2. Probari idem poteſt per inductionem,
& diſcurſum omnium præceptorum de iu-
re diuino. Nam omnia diuina præcepta le-
gis nouæ, vel ſunt de fide explicita myſte-
riorum Chriſtianæ religionis, vel de ſacri-
ficio, miniſtris ipſius, vſuque Sacramen-
torum. Sed in his nulla æquitatis extenſio,
vel reſtrictio interuenire poteſt, ergò in lege
noua diuina non datur vllus Epichiæ locus.
Minorem probo. Nam maior vt ab omni- D
bus receptiſſima ſupponitur, & quantum ad
fidei præceptum quatenus diuinum, & affir-
matiuum ſolum procedit de fide neceſſaria
ad ſalutem: Et hoc Eccleſia non poteſt ex-
tendere, vel conſtringere, quia ad illam
non pertinet mutare media ad ſalutem om-
ninò neceſſaria, ſicut facere nequit, vt
puer non baptizatus in aliquo caſu ſalue-
tur. Vel igitur adultus credere poteſt ea,
quæ ex præcepto diuino tenetur credere,
vel non. Si poteſt non eſt poſſibilis caſus
ſingularis, in quo excuſetur, vel diſpen-
ſetur ad non credendum. Si omninò non
poteſt, ad impoſſibile non obligatur, ſicut
non obligatur puer ante vſum rationis. At
dices illum aliquid credere, ſed propter
inuincibilem ignorantiam non credere

A quidquid neceſſarium eſt ex præcepto. tunc
enim cum Suar. citato cum illa fide ſaluari
poſſe, non propter Epichiam, ſed quia
cum illa fide per Charitatem poteſt ope-
rari, Deumque ſuper omnia diligere, quæ
dilectio in voto continet omnem fidem quod
ſecundum diuinam legem ſufficit in ratione
medii.

De præceptis pertinentibus ad ſacrifi-
ficium, vſum, & miniſtros Sacramento-
rum idem oſtenditur. Nam ità ex diuina
inſtitutione pendent eſſentialiter ea quæ
in his omnibus ſunt diuini iuris, tam quoad
ſignificationem & efficaciam, quàm quoad
collationem alicuius effectus, virtutis, vel
poteſtatis, vt in nullo neceſſiraris caſu
B habeat locum ampliatio, vel reſtrictio.
Semper enim eſt certa & determinata
Sacramenti materia, in quocunque caſu ne-
ceſſaria, nulluſque eſt caſus neceſſitatis,
quo celebrare, vel abſoluere poſſit, qui
non eſt Sacerdos. Et confirmatur: Nam
Inſtitutio qua res inſtituta in certa eſ-
ſentia conſtituitur, ità debet eſſe defini-
ta, & determinata, vt extrà illam conſi-
ſtere nequeat, neque limitari, vel ſup-
pleri patiatur: Sed hoc modo ſe habet
diuina Inſtitutio in præceptis pertinenti-
bus ad ſacrificium, miniſtros, vſumque
Sacramentorum, ergò nullam æquitatis
recipiunt limitationem. Negandum tamen
non eſt, in his præceptis admitti poſſe do-
ctrinalem quandam interpretationem, vt
C vnuſquiſque ſciat, quid ſub diuina Inſti-
tutione cadit, quæ interpretatio eſt om-
nino independens à qualibet occaſione, vel
neceſſitate, nec patitur propter acciden-
tales caſus diminutionem vel extenſionem
per Epichiam; quod ad maiorem Sacra-
mentorum auctoritatem & inuariabilem ip-
ſorum vſum maxime conducit: & quia
hic diſcurſus facile præceptis legis veteris,
& illis quæ in lege naturæ, qualiacumque
illa fuerunt, de poſitiuo iure diuino accom-
modari poteſt, ea longo ordine recenſere
ſuperſedeo.

Hinc facile reſpondetur ad fundamen- 5.
ta prioris ſententiæ. Nam ad l. *bona fides*,
dicimus depoſitum illius, cuius bona fiſ-
co ſunt addicta non deponenti, ſed fiſco
D tradendum, quod reſoluit Gloſſa, quam-
uis textus videatur quæſtionem dubiam re-
linquere. Aliqui, quos citat Baldus, &
Paulus ad hanc legem, aſſerunt, quando
non reperitur deciſio in textu, ſed argu-
mentatur pro vtraque parte, illud reſolui
quod vltimo loco traditur: hoc tamen me-
ritò reiiciunt hi auctores, & ex eodem tex-
tu probant reſolutionem Gloſſæ. Ratio ve-
rò aſſignatur à Nauarr. lib. 5. Conſil. de
Iniuriis & dam. dat. Conſil. 5. num. 1.
quia tenetur depoſitarius reddere depoſi-
tum vero domino, & bona publicata iam
non ſunt ſub dominio deportati, ſed tran-
ſierunt in dominium fiſci, ſeu reipubli-
cæ, vt benè etiam notant, Paulus & com-
muniter Canoniſtæ iux. lege deportatorum
Cod. de Pœnis, & l. commiſſa, ff. de reſp.

quas citat Baldus in huius tationis confirma-
tionem. Et hanc rationem attingir eadem
lex *bona fides*, cum de latrone deponente
certum aliquid alreri ſublatum; ſtatuit, vero
doioino . vt tali cognito, non latroni redden-
dum rale depoſitum: quare non reliquit tex-
tus primam difficultatem de bonis deporta-
ti ſine deciſiune, ſed diſtulit ad hunc locum,
vt vna ratione vtramque decideret; regula
vero generalis in depoſito eſt, quod *depoſi-
tum reddatur deponenti, niſi iuſtior alte-
terius cauſa præualuerit*, vt benè aduertit
Fulgoſius hoc loco, & cauſa veri domini, vt
talis cogniti, atque occurrentis præualet. In
hoc tamen textus plus fiſco ex Pauli ſenten-
tia fauet, quàm vero domino, quia ſi verus
dominus non occurrat deponenti redditur.
Et licet non occurrat fiſcus perendo bona à
depoſitario, ipſe pro iure fiſci debet allegare,
& deponentem tepellere. Maior ratio eſſe
poreſt, quia cauſa publica omnes tangit, &
ius fiſci publicum priuato anteponitur,
quemadmodum in aliis præcedit, vt patet
in multis legibus ſub titulo de iure fiſci.

6. Adhuc tamen remanet inſtanria difficilis,
quia in cirata l. *bona fides* decernitur, quod
ſecundum ius narurale depoſirum redden-
dum eſt deportato, & ſecundum ciuile ius
fiſco deferendum. cum ergò ius naturale,
quando cum poſitiuo concurrit, poſitioo
præferri debeat, & leges contrà illud aliquid
decernere erubeſcant, vt ſuperiori ſectione
dictum eſt, potius deportato quàm fiſco vi-
detur depoſitum reddendum. Augetur argu-
menti vis in ſententia Fulgoſii ad l. *bona fi-
des*, aſſerentis duplicem in dicto caſu ſubori-
ri obligatiunem; alteram naruralem, alteram
ciuilem; & idem dominium poſſe eſſe pro ſoli-
do apud diuerſos diuerſo iure, videlicet idem
depoſiti dominium apud deportatum & fiſ-
cum. Ad hanc verò inſtantiam reſpondet
idem Fulgoſ. ibid Nauar. lib. 1. de Pœnit. &
remiſſ. Concil. 30. n. 10 cum Felin. Decio, &
aliis iurisperitis communiter, vt aotor eſt
Couar. in cap alma mater 2. p. relect. §. 11. n.
3. Ius poſitiuum humanum adiungi iuri natu-
rali & diuino, illudque limitare, ac reſtrin-
gere, & in his caſibus iure humaoo paren-
dum, quia etiam ius naturale & diuinum
dominis parentibus, & patriæ parere iubet.
Verum hæc reſponſio meritiſſimò diſplicuit
Didaco Couar. loco citato. Nunquam
enim ius naturale, vel diuioum reſtringi, aut
limitari poteſt iure humano. Lex enim natu-
ralis, & diuina ſemper ſuperior fiet hominum
inſtitutis, vt infrà tractando de iure naturali,
latius oſtenderur.

Reſpondemus igitur, quamuis ius Ciuile
non limitet naturale, poreſt tamen illud in-
terpretari, & oſtendere caſus, in quibus
non procedit: & hoc modo explicari poſ-
ſunt, & ad bonum ſenſum reduci Aucto-
res, qui in iure naturæ Epichiano locum
habere exiſtimarunt. Sumpſerunt enim Epi-
chiam pro interpretatione latè ſumpta,
non pro rigoroſa, & propria æqoitate,
quæ ab interpretatione lata differt, ſicut
ſpecies à genere. V. G. hominis occiſio na-

A turali iure prohibita eſt; vt tamen hoc præ-
ceptum procedat, intelligendum eſt, niſi
legitima autoritate, vel in defenſionem
iuſtam occidatur. Vt ſi homo capite ſit
damnatus, & bannitus, aut me iniuſtè ag-
grediatur. Hoc enim eſt explicare natura-
le ius, non limitare, aut tollere. Vnde hæc
explicatio tantum abeſt à naturalis iuris
contrarietate, ſeu repugnantia; vt rectè ex-
poſitum ipſummet naturale ius cenſeatur.
Quando ergò lex *bona fides* diſtinguit in
reddendo depoſito ius naturale à ciuili, vel
diſcrimen poſuit, ſumpto iure naturali abu-
ſiuè in illa vniuerſalitate, in qua dictat de-
poſitum depoſitatori reddendum generali-
ter. Ciuile verò ius accepit pro interpreta-
B tione rectiſſima iuris naturalis, nempe niſi
ex eodem naturali iure alterius cauſa iuſtior
ſit, qualis eſt cauſa fiſci comparati cum de-
portato, qui iam depoſiti dominio priua-
tus eſt. Vel ſi magis rigoroſè ius ciuile ve-
lis accipere in præſenti lege, illam expone
de ſententia à iure, vel ab homine lata per
quam bona deportati publicantur; quoniam
ante illam ius naturale præualebat quod
depoſitor habebat ante priuationem do-
minii, & tranſlationem in fiſcum: quam
explicationem magis probo, ne admittam
illam legem iuris naturalis vocabulo abuti.

At dices & cur illa explicatio, ſeu inter- 7.
pretatio iuris naturalis, quæ fit à iure Ci-
uili, non denominabitur propria Epichia,
interpretatio verò vnius legis poſitiuæ mo-
C do declarato ſit propria æquitas? Deinde
illud ius naturæ quando aliqua ciuili lege
exponitur, poteritne ſaltem rationem legis
poſitiuæ humanæ Epichiæ interpretationem
admittere? Reſpondeo ad vtrumque quæſi-
tum. Ad primum cum Suar. citato num. 1.
2 & 3. eſt maximum diſcrimen inter ius
naturale, & poſitiuum, prout interpreta-
tionem recipiunt. Nam manente tota legis
poſitiuæ materia cum ſuis intrinſecis cir-
cunſtantiis, illa poteſt recipere interpreta-
tionem æquitatis per extenſionem in caſu
prætermiſſo, & illius obligatio ceſſare. V.
G. lex prohibet noctu arma ferre: at neceſſi-
tas euidens occurrere poteſt in occaſione,
in qua aliquis moraliter futuram timet la-
tronis incurſionem, neque adire poteſt ſupe-
D riorem petendæ facultatis gratiâ, in hoc
caſu iſte homo per Epichiam legem reſtrin-
git, Legiſlatoris intentionem interpretando,
quamuis legis verba, & vera expoſitio il-
lius ſuum caſum comprehendat. Non ſic in
lege naturali procedit interpretatio, non
enim verſatur circà mentem diſponentis,
aut illius intentionem, ſed circà materiam,
& circunſtantias, in quibus obligatio natu-
ralis procedit, vnde aſſignata tali materia
cum ſuis circonſtantiis neceſſariis, non po-
teſt ex aliqua cauſa, vel occaſione extrin-
ſeca tolli; vel limitari obligatio iuris natu-
ralis: Vt patet in mendacio, vel odio Dei
aliiſque exemplis ſimilibus quæ iure natura-
li prohibentur, quin vllam admittere poſſint
Epichiæ interpretationem.

Ad 2. reſpondeo cum Bolognet. citato cap.

31. n. 17. & eodem Suar. n. 16. ſi præcepta naturalia conſiderentur, quatenùs per poſitiuas leges explicantur, tunc interpretationem æquitatis non reſpuere, quia iam legiſlatoris intentio reſtringitur, vel amplitatur: potuit enim caſus habere prætermiſſos, quorum ius eſt illud æquum & bonum proprium Epichiæ obiectum. Nunquam tamen ius naturale ſecundum ſe per æquitatem ſuppleri cenſebitur, vel limitari: Vnde patet reſponſio ad illam diſtinctionem primæ ſententiæ, per quam ius naturale dupliciter conſiderabatur: dicimus enim illum ſecundum modum conſiderandi ius naturale per regulas vniuerſales à iure humano inuentas non eſſe rigoroſè ipſum naturale ius; ſed potius legem humanam circà ius naturale, ſeu interpretationem iuris naturalis: quare mirum non eſt, ſi in eo propria æquitas locum habeat. Quod de iure naturali diximus, idem de iure gentium dicendum probat Bolognet. num. 19. & ſequent. Sed ex iis, quæ infrà de iure gentium dicturi ſumus, conſtabit vera huius difficultatis reſolutio.

Vtrum ius non ſcriptum æquitatem admittat.

SECTIO V.

1. SVpereſt hoc dubium de æquitate diſcutiendum, quomodo ſe habeat cum iure non ſcripto, ſeu conſuetudine. Nam cum conſuetudo ius quoddam non ſcriptum ſit, vt ſo titulo de Conſuetudine latè dicitur, & hoc loco ſupponimus ab eo obligationem induci ſicut à iure ſcripto rogamus, vtrum in eo Epichiæ interpretatio admittenda ſit, æquitatiſque temperamentum recipiat, vt ex bono, & æquo reſtringi, vel ampliari queat, & ſanè prima facie videtur pars affirmatiua vera. Nam æquitas emendatio eſt iuſti, & legitimi humani; at conſuetudo eſt quoddam iuſtum, & legitimum hominum moribus introductum, neque inter legem humanam, & conſuetudinem cernimus aliud diſcrimen, niſi quod populus votum ſuffragiis voluntatem ſuam manifeſtat in lege: In conſuetudine verò idem factis, rebuſque expouit, vt benè notauit Iulianus in l. 32. de quibus ff. de legibus. Et confirmatur quia hinc eſt quod conſuetudo non minus, quàm ſcripta lex ad ſimiles caſus extendi ſoleat, vt probatur ex l. 2 præſes Cod. quæ ſit longa conſuetudo, vbi Baldus ait quod *rationabiliter conſuetudo extenditur de caſu expreſſo ad tacitum in quo eſt eadem ratio*. Eandem ſententiam de extenſione conſuetudinis ad caſus ſimiles, ſequitur, Salycetus & alii Iuriſtæ hoc loco. At Rolaod. à Valle Nat. & Burſat. quos ſequitur Maſchard. concluſione 423. diſtinguunt de conſuetudine odioſa, & fauorabili, & de illa negant, de hac concedunt ad ſimiles caſus extendi.

2. Oppoſitam tamen ſententiam omnino verã eſſe credimus, nimirum in conſuetudine locũ non eſſe Epichiæ, quam tenet Accurſius hic,

A illamque ex Ariſtot. deducit Albert. Bolog. de lege, iure & æquitate c. 31. Nam Ariſtoteles 1. Rhet. cap. 13 dicit, *æquum & bonum eſſe quod præter legem ſcriptam eſt*, & vt ſuprà oſtendimus æquum & bonum, de quo ipſe loquebatur, erat æquitatis obiectum, quare cum legis ſcriptæ nomine conſuetudinem idem Philoſophus excludat, optimè ſequitur ex ipſius ſententia, æquitatem legis ſcriptæ tantummodò caſus prætermiſſos interpretari, & ſolam ſcriptam legem reſtringere, vel ampliare; Idem ſequitur Dacian. Conſil. lib. 2. conſ 51. n. 30. & ſeq. Roman. conſ 363. n. 8. & conſ. 516 n. 4. Riminol. Iun. conſ. 400. n. 44. Quatenus probat nihil in conſuetudine ſuppleri poſſe, & illam tantum de potentia habere quãtum ha-
B bet de caſu, vt docet in conſ 313. n. 54. cum multis aliis, quos citat Cardinalis Tuſch. concluſione 860. n. 6. & ſequentibus, & Menoch. conſ 163. n. 9. Ratione probatur primò, nam æquitas ità eſt legis emendatio, vt à legiſlatoris mente, & conſilio aliena non ſit, vt ex ſuperioribus conſtat; ſed caſus, ad quos extenderetur conſuetudo, vel reſtringeretur, non poſſunt non eſſe contrà conſuetudinem, ſi non ſunt eiuſdem ſpeciei cum iis, per quos ipſa fuit introducta, ergò conſuetudo capax non eſt huius ampliationis, ſeu reſtrictionis. Minor ſuadetur: Conſuetudo pluribus actis inducitur, vt cum Barr. & aliis ad ll. citatas, l. de quibus & l. Præſes, tenet communis ſententia, vel ergò actus in quibus
C æquitatis temperamentum conſuetudinem moderatur, ſunt eiuſdem ſpeciei omninò cum illis per quos illa increbuit, vel diuerſæ. Si eiuſdem ſunt, iam nulla eſt æquitatis reſtrictio, vel ampliatio: ſunt enim caſus in iure non ſcripto contenti manifeſtè non prætermiſſi, ſi dicantur diuerſæ ſpeciei, cum de illis nulla ſit conſuetudo, nullum erit ius, quo illius æquitas fundetur: cum tamen Epichiæ æquitas non ſit nuda æquitas naturalis, ſed ſemper reſpiciat ius aliquod ciuile, vt benè notauit Connanus lib 1. cap. 11.

2. Ideò ius Ciuile ſcriptum æquitatis moderationi ſubiicitur, quia verbis vniuerſalibus 3.
D exprimitur, quæ poſſunt nunc plus, nunc minus complecti quàm par ſit; vnde ad Legiſlatoris intentionem æquitate regulatam recurrere oportet: ſed conſuetudo introducitur per actus indiuiduos & ſingulares, & ad ſimiles tantum in ſpecie, & ſolo numero differentes ius inuehit, ergò in hoc potius cum iure naturali conuenit conſuetudo, quàm cum ciuili, vt nullum æquitatis regimen admittat: eo quod vniuerſalitatẽ iuris ſcripti non innitetur, ſed ad ſingulares circunſtantias more iuris naturalis, in actibus indiuiduis per quos introducitur, ſemper determinetur, neque verbis ambiguis, ſed rebus certis & determinatis manifeſtetur. Vnde conſuetudinis vitium non eſt, quod nimis reſtricta ſit, cum ad ſingularia ſemper dirigatur, & ad iuris ſcripti vniuerſalitatem perducta æquitatis recipiat laxamentum; tales ſunt conſuetudines feudorum, quæ iam in iure ſcripto continentur, & (ſicut diximus de iure naturali ad ſcripturam redacto) Epichiæ moderationẽ expoſcunt.

Imo etiam ipſa æquitas in legem conuerſa nouæ æquitati initium, & occaſionem præbet, quare ſi aliquando legimus apud Iuriſtas æquitatem in naturalem, & ciuilem diuidi, vt rectè ſentiant, ità debent exponi, vt nomine æquitatis ciuilis intelligant ſcriptam & impropriam, quia iam proprie eſt lex ciuilis; naturalis nomine ſignificent propriam Epichiam, quæ ius ſcriptum reſpicit, vt aliquid præſuppoſitum, æquum & bonum intendit à iure ſcripto prætermiſſum, eique ſuperadditum ex Legiſlatoris intentione.

4. Ad rationem pro opinione oppoſita dicendum æquitatem eſſe emendationem legitimi humani ſcripti, quale non eſt ius conſuetudinis non ſcriptum. Diſparitas rationis in vno & altero in fundamento noſtræ ſententiæ colligitur, & in eo eſt, quod ius ſcriptum verbis non ſcriptum rebus introducatur, illud vniuerſalitatem verborum, hoc ſingularitatem actuum ad ſui manifeſtationem prærequitat. Ad confirmationem. Reſp. conſuetudinem non extendi ad caſus ſimiles, qui ſint extrà eandem ſpeciem, quamuis ſint in eodem genere, vel habeant ſimilem, aut maiorem rationem; quia conſuetudo eſt ſtricti iuris, neque in ea fit tranſitus de vna perſona ad aliam, de vno loco ad alium, & conſequenter neque de vno caſu ad alium, etiam à fortiori, vel maiori ratione, vt tenent auctores citati pro noſtra ſententia & expreſſè Bart in Auth qui rem Cod. de Sacroſanct. Eccleſ Baldus in cap 1. de Feudi cognit. & Aret. Concil. 132. colum. 3. vnde Baldus in l. 1. Præſes in oppoſitum adductus explicari poteſt 1. de Conſuetudine legis interpretatiua, in qua æquitas non tàm extendit conſuetudinem, quàm legem, quam aliquis per conſuetudinem vult interpretari. Vnde in conſuetudine interpretatiua extenſionem admiſit Menoch. vbi ſuprà n. 10. cum Crauet. & Afflict. 1. ſi loquatur Baldus de conſuetudine non ſcripta, quæ ad caſus ſimiles extenditur, intelligit ſimiles intrà eandem omninò ſpeciem, & ſolum numerice, ac indiuidualiter differentes V. G. eſt conſuetudo quod aliqua feuda tranſeant ad fæminas in certo loco, hinc ſequitur quod ſit conſuetudo, ad omnia, in eodem loco, videlicet ad feuda Imperatoris, vt idem Baldus aſſerit lib 5. Concil. 397. n. 3.

De Legis natura, & obiecto.

QVÆSTIO III.

1. HVcuſque de iure, prout eſt iuſtitiæ obiectum egimus, nunc de eodem quatenus legis obiectum eſt, & de ipſius legis natura agendum. Nam præterquam quod minus latè pateat ius obiectum iuſtitiæ particularis quam prout eſt obiectum legis, vt ſuprà aduertimus; Etiam quando æque late patet reſpectu iuſtitiæ generalis, quæ per legis directionem, commune reſpicit bonum formaliter diuerſum cenſetur, quia generalis iuſtitia ſiue ſtrictè, ſiue latè ſumpta habitus eſt bene diſponentis voluntatem, & ad ius ſub ratione A boni eligibilis per voluntatem refertur. Verùm lex cum non in voluntate, ſed intellectu conſiſtat, vt in hoc capite oſtendetur, ius reſpicit ſub ratione veri intelligibilis. Et quamuis in bonum proſequendum, & malum fugiẽdum materialiter feratur, vtrumq; ſub hac formali ratione, quatenus intelligibile verum eſt, reſpicit; hanc enim veritatem ſignificat, & proponit voluntati, vel vt amplectendam, vel vt reiiciendam, tota hæc doctrina ex communi, & receptiſſima Philoſophorum & Theologorum ſententia eſt ſupponenda, quam latius examinare noſtri inſtituti non eſt, ſed de legis ratione, & definitione, item de iure eius obiecto diſputare, hoc enim doctrina primi capitis de Conſtitutionibus, & trium diſtinctionum Gratiani, quas commentatione prima expoſuimus, depoſcit.

Et ſanè ius ità ex æquo correſpondet ipſi 2.
B legi, vt pro ipſis legibus vſurpetur ab Ariſtotele 1. Polit. cap. 2. vbi ait. *Ius eſſe iuſti iudicium, & ordinationem ciuilis ſocietatis.* Et Vlpian. l. 1. ff. de iuſt. & iure, ibi *iuri operam daturum*, & Connano lib 1. c. 2. qui inde ius dici arbitratus eſt, quaſi iuxta legem ſit, eique adæquetur veluti ſuæ regulæ, non enim ſuperat legem, neque ab ea deficit, ſed ei omnino accommodatur, neque minus ſignificatur hæc adæquatio iuris, & legis per Etymologiam Rodolphi Agricol. lib. de Inuent. Dialect. Ait enim ius à iuſſu, vltimæ ſyllabæ ablatione nominari. Vnde iura, iuſſa nuncu-
C pati conſueuerunt, vt auctor eſt Connanus citatus: & concinit D. Thom. qui 2. 1 q. 57. art. 7. dixit: *Ius autem iuſtum illud appellamus, quod lex, aut ratio dictat faciendum.* Primùm ergo de lege, deinde de iure obiecto illius in hac quæſtione dicendum.

Traditur Etymologia legis & proponuntur variæ ſententiæ de illius natura.

SECTIO I.

LEgis Etymologia myſterio non vacat, ſiue 1.
Hebræum, ſiue Græcum, ſiue Latinum ipſius vocabulum expendas. Nam Hebræi
D תורה *thorah* legem vocabant, ſiue ſecundum quoſdam à verbo תור *thur*, quod ſignificat explorare, perluſtrare, quia reuera lex quaſi lux hominum mentes perluſtrat. Prouerb. 6. *Mandatum lucerna eſt, & lex lux*, ait ſapiens cui parens concinit Dauid Pſal. 18. *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.* Denique Eſai. *Si lex à me exiet & iudicium meum in lucem populorum requieſcet*, rectè enim cum Chriſti lege iudicii diuini, id eſt *iuſtitiæ Euangelicæ* vt Cyrillus Alex. exponit, lux coniungitur. Nam ſicut lux vmbram depellit. Ita Chriſti Seruatoris lex quaſi lux Moſaycæ legis vmbram fugauit, vnde meritò Cyrillus hoc loco addit. *Vt Moyſes vmbræ & figuræ miniſter: cognitionis autem, & veri cultus in ſpiritu illuſtrator fieret Chriſtus*, ſiue iuxtà alios à verbo ירה *Jarah*, vt autor eſt Pineda in

Iob. 22. quod ſignificat pluere, ſeu irrigare. Vnde vbi vulgatis Eſai. 3n. ait, *non faciet à ſe volare doctorem tuum,* habetur in Hebræo, *non elongabitur à te pluuia. Etenim benedictionem* dabit legiſlator pſal. 83. hoc eſt doctrinæ ſeu pluuiæ abundantiam profundet, vt optimè commentatores ad litteram Lorinus, Geneb. & alii interpretantur.

Iam vero Græcis νόμος idem eſt atque lex ſimul & cantilena, cuius rei mythologiam, cum Ariſtoteles in problem. ſect. 19. curioſè inueſtigaret, reſpondet; *an quod homines priùs quàm litteras ſcirent leges cantabant, ne obliuione mandarent quod etiam in noſtra ætate Agatherſis in more eſt.* Quam conſuetudinem Cælius Rodig. lect. antiquarum lib. 9. cap. memorauit: itaque illius ætatis homines in pueritia vix prima grammaticæ elementa tenebant & iam leges ipſis erant cantatiſſimæ, quod ſanè in diuina lege Regius vates ſe feciſſe decantat. pſal. 118. *cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* domini præcepta cantare ſe dicit, vt tanto altius animo hærere manifeſtaret, quantò dulcius cantu proferret. Quod Ambroſ. in pſal. 118. ſerm. 7 his verbis ſignificauit. *Quæ enim benè tenemus, cantare conſueuimus & quæ melius cantantur, melius noſtris hærent ſenſibus.*

2. Denique latina legis Etymologia triplex apud iuriſtas pariter ac Theologos repetitur prima eſt à ligando cum D. Thom. 1. 2. q. 90. a. 1. 2. à legendo cum Iſidor. lib. 2. cap. 10. etymol. vt habetur in cap. ius general. & ca. lex diſt. 1. 3. ab eligendo cum auctore quæſtionum noui & veteris teſtam. apud Aug. quæſt. 15. Connano lib. 1. cap. 8. & aliis; duas priores tertiæ proponendas exiſtimo, quia optimum habent in ſacra pagina fundamentum. Prima quia leges, iugum, vincula & neruus dicuntur. Actorum 15. Ierem. 2. *fregiſti iugum, rupiſti vincula, dixiſti non ſeruiam*, pſal. 2. *Dirumpamus vincula eorum & proijciamus à nobis iugum ipſorum* Iob. 13. *poſuiſti in neruo pedem meum*, vt ex Hebræo fonte vertit tranſlatio regia & Complutenſis *in Cippo* Diuus Auguſt. *in compede* & ſub nerui, cippi vel compedis metaphora diuinam legem D. Tho. Lyran. Dionyſius Carthus & alii interpretantur, vt eruditè notauit Pineda ad hunc locum, 2. non ſolum in poſitiua & ſcripta lege locum habet, ſed quod plus eſt etiam in naturali, vt aduertit Alenſ. 3. p. q. 26. memb. 2. Si enim poſitiua ſcripta legitur, naturalem in corde ſcriptam, ideſt menti impreſſam dixit Apoſtolus ad Rom. 2. *Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis.* Item Heremias 31. *Dabo legem meam in viſceribus eorum & in cordibus, eorum ſcribam eam* in corde quod eſt vitæ fons, ſuam dominus legem ſcribi voluit, quia viuis gratiæ operibus animatam eſſe concupiuit.

3. Quod attinet ad legis naturam notãdum eſt primo ex variis acceptionibus legis, quæ minimè propriæ ſunt, vnam in ciuili iure frequentiſſimam eſſe, in qua pro conditione alicuius actionis ſeu cõtractus vſurpatur, vt in l. 33. cum in lege & l. 77. in lege fundi, ff. de contrahenda emptione. Vnde dicitur lex venditionis, donationis, locationis pro conditione contractus, pacti, ſeu modi paciſcendi, de qua re vide latè Briſſon. in dictionario lib. 10. verbo lex; Nos verò non ſub hoc ſenſu, ſed prout lex pro præcepto ſuperioris vſurpatur, illius naturam inueſtigamus. Prænotandum 2. legem vel conſiderari poſſet, vt eſt actus internus, vel vt externus. Vt eſt externus conſiſtit in locutione ſiue expreſſione actus interni, & definitur à Gabriele in 30. diſt. 37. q. vnica art. 1. in principio hac ratione. *Eſt ſignum verum creaturæ rationali notificatiuum rectæ rationis dictantis ligari eam ad aliquid agendum, vel non agendum.* Et ſecundum Ariſtotelem lib 10. Ethic. cap 9. *dicitur oratio ex prudentia quadam, & mente profecta.* Conſiſtit itaque lex externa in oratione ſiue vocali, ſiue ſcripta: nunc verò nobis controuerſia non eſt, quatenus eſt actus externus, ſed prout in actu interno promulgationem externam antecedit. Cumque duæ ſint rationales potentiæ, voluntas & intellectus, in quarum actibus eſſe poſſit, in his tota rei difficultas verſatur. Notandum 3. legem vel ſumi prout in legiſlatoris intellectu aut voluntate conſiſtit; vel vt in ſubditorum mente reperitur: hoc ſecundo modo planum eſt ſolum requirere actum intellectus, non verò actum voluntatis; Ratio eſt quia voluntas in ſubditis ſolum requiritur ad obſeruationem, & executionem legis, non verò ad illius exiſtentiam, vel conſtitutionem: illa enim antecedit voluntatem ſubditorum & illam obligat. Quamobrem de legis ſtatu quatenus in ſubditorum mente inuenitur, non dubitamus in actu intellectus præueniente voluntatem, illique ſuperioris iuſſum proponente conſiſtere oportere. Notandum 4. Quæſtionem hanc tam de lege naturali, quàm de poſitiua diuina ſeu humana controuerti, quamuis in lege naturali habeat ſpecialem difficultatem & ideò multi Autores, præſertim Recentiores alter de vna & altera arbitrantur, quorum ſententias iam propono.

4. Prima aſſerit naturam formalemque legis rationem eſſe actum potentiæ intellectiuæ, ita Alenſ. 3. p q. 26. ad princip. Richard. in 3. diſt. 31. a. 2. q. 6. ad 3. Guilhelm. Pariſienſ. tract. de legibus cap. C Thom. 1. 2. q. 90. a. 1. Caiet. Medin. Conrad. & alii Thomiſt. ibid. Antonin 1. p. tit. 11. cap. 2. Cortub lib. q. 10. Valent. 1. 1. diſp. 7. q. 1. p. 2. Mol. in concord. q. 23. a. 1. diſp. 2. §. hæc ſententia. Turrecrem aliique Canoniſtæ in §. officium diſt. 3. Papinianus in l. 1. ff. de legibus, vbi legem *prudentum virorum conſultum*, appellat. Bolog. de leg. iure, & æquitate tom. 1. tractatum cap 7. n. 6. Anguianus de legib. controuerſ. 1 n. 9. Sotus 1. de Iuſt q. 1. a. 1. Azor. tom. tom. 1. lib. 5. cap. 2. q. 1. Denique Syluester, Tabien. Angel. verbo lex ex Patribus eandem ſententiam inculcant Clem. Alex. lib. 1. ſtromat vbi legem aſſerit eſſe *bonam opinionem & rectam*

rationem. Baſil. in cap. 8. Eſai. 6. eam appellat *doctricem, & magiſtram veritatis.* Auguſt. lib. de lib. arbitr. cap. 6. vbi legem Dei æternam dicit *ſummam rationem*, Damaſc. lib. 4 fidei cap. 13. illam *mandatum docens* vocauit. Ambroſ. de fuga ſæculi cap. 3. Theodoretuſque in cap. 13. Pauli ad Rom. *boni operis magiſtram, & peccati agnitionem* nuncuparunt. Athanaſ oratione 2. contrà Arian Moyſaicam *melioris ſpei præinſtructionem*, dictitauit. Nazian. carmine iambico 15. iuxtà tranſlationem Biblii, ait. *lex quæ gerenda nec ne ſint dictat mihi.*

In huius ſententiæ confirmationem faciunt multa ſacræ paginæ loca: nam prouerb. 8. diuina ſapientia ita loquitur. *Per me reges regnant & legum conditores iuſta decernunt*; conſtat autem ſapientiam ad intellectum non ad voluntatem pertinere; ergo ſi per illam leges ſtatuuntur, in actibus intellectus formantur; & pſal 118. *lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen ſemitis meis*; quem locum Chryſoſt. in cap. 2. Eſai ità tranſcribit, *lucerna pedibus meis lex tua & lumen ſemitis meis.* Atqui voluntas cæca dicitur, ab intellectuque illuminatur, in actu igitur voluntatis lex non conſiſtit. Denique ad Rom. 3. ait Paul. *Per legem agnitio peccati.* Quod ſic interpretatur Hierony. ibid. *Per legem non remiſſio eſt peccati, ſed cognitio; ideo autem per legem quid ſit peccatum agnoſci dicitur, quia aut in obliuione erat lex naturæ, aut ante legem literæ leuiora quæque non cognoſcebantur eſſe peccata, cuiuſmodi ſunt, quæ alijs non nocent, vt concupiſcentia*; quæ quidem ſententia maximè conformis eſt eiuſdem Apoſtoli verbis, quæ paulo poſt ſequuntur. *Nam concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret, non concupiſces.* Prætermitto Ariſtotelis, Platonis, & Ciceronis teſtimonia, quæ paſſim circumferuntur, & ad actum intellectus legem pertinere manifeſtè concludunt. Rationes pro hac ſententia ſequenti ſect. expendentur.

5. 2. Sententia docet in actu voluntatis potius legis naturam conſiſtere: hanc opinionem Suar. lib. 1. de legibus cap. 5. n. 8. exiſtimat conſequi neceſſariò in eorum ſententia, qui imperium in actibus internis agnoſcunt, quia certum eſt imperium pertinere ad actum voluntatis, non intellectus. Verum de lege id non affirmari ab authoribus imperii interni teſtatur Sallas 1. 2. tract 14. diſp 1. ſect. 5. n. 16. ſed quidquid ſit de his doctoribus clarius videtur loqui Scot in huius ſententiæ fauorem in 1. diſt. 44. q vnica, quatenus aſſerit omnes leges generales rectas determinatè dictantes de operabilibus ab ipſo Deo à voluntate diuina præfixas eſſe & ab intellectu, vt antecedit omnem actum voluntatis; ità Scotum interpretatur & ſequitur Angelus Piloſus diſp. 40 a 1. n. 4. Verum Scot. ſi attentè legatur potius facit pro prima opinione, nam quamuis in ea q. § ſed quando, dicat quod *nulla lex eſt recta niſi quatenus à voluntate diuina acceptatur*, ſine dubio loquitur de ordinatione Dei circà effectum aliquem ad extrà, à ſua voluntate dependẽtem: & ità ſolum ſignificare voluit hanc ordinationem Deinde ait legem poſitiuam quæ à voluntate legiſlatoris dependet, non conſiſtere in actu intellectus antecedente voluntatis actum & proponente illi prudentiale, rectumque dictamen de agibilibus. Imo quando ſupra dixit § ſed quando, *intellectus offert voluntati diuinæ talem legem, puta quod omnis glorificandus prius eſt gratificandus &c.* manifeſte declarauit, in actu intellectus formalem legis rationem conſiſtere: ſolum igitur ſignificauit in legibus poſitiuis actum voluntatis in legiſlatore prærequiri, acceptantis talem legem vt vim habeat obligandi. Nam cum voluntati proponatur cum indifferentia iudicii adhuc per modum imperii ab intellectu non repreſentatur, quæ doctrina iuxtà meliorem primæ opinionis ſenſum ſequenti ſect. amplius declarabitur.

Hanc tamen 2. ſententiam manifeſtè defendit Caſt. de lege pœnali cap. 1 & 2 Item Medina codice de oratione q. 2. Sallas citatus ſect 6 n. 37. facit pro eadem Vlpianus l. 1. Quod principi placuit, item Iuſtinian. §. ſed quod inſtit. de iure naturali gent. & ciuil. & §. conſtat eod. tit. vbi dicitur, quod principum placita leges ſunt: quod etiam D. Aug. l. de Ciuitate Dei cap. 1 confirmat, neque deſunt ſacræ paginæ teſtimonia pro hac parte; nam in ſacra ſcriptura voluntas Dei ſæpè pro ipſius lege vſurpatur pſal. 102. *Notas fecit vias ſuas Moyſi: filijs Iſrael voluntates ſuas.* Commentatur Hierony. hic *ei qui legem ſpiritualiter intelligit*: vnde ad litteram per voluntates Dei præcepta ipſius ſignificantur pſal 36. *in capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Vbi rectè vates regius cum voluntate legem coniunxit, vt in ea legem conſiſtere deſignaret. Quare Chyſoſt. exponens hunc verſum, ſic ait. *Ad te, inquit, accedens omnem adhibeo diligentiam, vt tua præcepta impleam.* Eadem ferè verba in explicatione huius loci adhibet Theodoret. Denique 2. Machabeorum cap. 1. habetur. *Deus det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno, & animo volenti adaperiat cor veſtrum in lege ſua*; quia tunc Dei voluntas liberali animo adimpletur, quando cor noſtrum in Dei lege cognoſcenda, & exequenda largiter aperitur.

3. opinio vtramque conciliat dicens legis 6.
naturam ex actibus voluntatis pariter & intellectus coaleſcere. In hanc ſententiam inclinat Palacius in 3. d. 23. q. 1. §. diſputatio introducta. Gabriel in 3. d. 37. q. vnica: & fauet eidem ſententiæ Arimin. in 1. diſt. vlt. q. vnica, vbi citat Auguſt qui lib. 22. contrà Fauſtum cap. 27. ita ait, *lex æterna eſt ratio diuina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conſeruari iubens, perturbari vetans.* Nec reputat hæc ſententia incommodum, quod lex ex pluribus actibus coaleſcat; quia in rebus moralibus non eſt neceſſaria tam perfecta vnitas, vel ſimplicitas,

Digitized by Google

quàm in naturalibus requiritur. Exemplum
eſſe poreſt contractus, qui vtriuſque parris
contrahentis conſenſum depoſcit & in vno
ſolo conſiſtere nequit: ſi igitur duo actus in
diuerſis perſonis exiſtentes vnum contra-
ctum efficiunt, cur duo actus eiuſdem vnam
non component legem? Quæ tàm volunta-
tem, quàm intellectum ad ſui valorem & vi-
gorem poſtulat, vt omnes fatentur. Hanc
ſententiam, qood attiner ad legem poſitiuam
humanam, ſacilem & plauſibilem exiſtimat
Suar. lib. 1. de legibus cap. 5. n. 22 ità ta-
men vt duæ præcedentes ipſi etiam pro-
babiles videantur. Hæc iudiciutum varietas
in ſola lege poſitioa procedit; verum quia
diuerſimodè loquuntur multi Autores de
naturali & de poſitiua; tres alias ſenten-
tias de hoc inuenio omninò diuerſas.
4. Ergo ſententia aliter loquitur de na-
7. turali, aliter de poſitiua, lege. Etenim quan-
uis poſitiuam, quæ à voluntate diuina, vel hu-
mana dependet, io actu iotellectus volunta-
tem ſupponente conſtituat, legem tamen
naturalem in ipſa natura intellectiua huma-
na, vel diuina collocat, quatenus eidem ra-
tionali naturæ diſſonum eſt omne, quod de
ſe malum eſt & conſeotaneum omne bonum:
hæc igitur natura quatenus de ſe non impli-
cat contradictionem & eſt fundamentum
conueoientiæ, in actibus humanis & discon-
uenientiæ, dicitur lex naturalis in homine;
& quia Deus tanquam 1. omnium ens præ-
cedit omnem creaturam eadem lex natura-
lis io diuina natura tanquam in æterna & 1.
ſui origine conſtituitur. Haoe opiniunem de-
ſendit Vaſq. 1. 2. q. 150. cap. 3. n. 22. & ali-
bi ſæpè eandem inculcaoit & ait eſſe ne-
ceſſariò de mente illorum, qui exiſtimant
quædam eſſe mala, & quædam bona ante
omne præceptum, & ante iudicium intelle-
ctus. Et deinde addit idem auctor n. 24.
hanc legem naturalem ſecundario in mente
Dei exiſtere, & eſſe operationem diuini in-
tellectos, ſnppoſita ipſius voluntate, quia
omoe quod iure naturæ malum eſt, aur bo-
num explicatum nobis à Deo eſt imperatum
aut vetitum; & ſic in actu intellectus diuini
imperatiuo ſecundariò reſidere. In nobis ve-
re ſecundariò ſimiliter eſſe, quatenus hanc
naturalem regulam nobis applicamus per
rationis iudicium malum & bonum diſ-
cernens: & licet Vaſq. aliquos ex anti-
quis Theologis in hanc ſententiam perdu-
cere coorendat, omnes tamen non in natu-
ra, ſed in ratiune naturali hanc naturalem
legem collocant, quod ad ſequentem ſenten-
tiam ſpectat.
8. 5. Igitur opinio in hoc à præcedenti diſ-
fert, quod non in natura rationali, neque in
ipſa natura diuina, ſed in ratione naturali, ſeu
intellectuali lumioe ponit naturalem legem.
Nam in natura rationali duo diſtinguit hæc
ſententia. 1. eſt ipſa natura, quæ ſuodamen-
tum eſt humanarum actionnm quoad con-
uenientiam, vel diſſonantiam. 2. eſt virtus
quædam & lumen ad diſcernendum inter
actus conuenientes, & diſſonos tali naturæ.
Et in hoc 2. aſſerit conſiſtere legem natu-

A ralem, quia hæc naturalis ratio eſt, quæ
præcipit, vel prohibet, ſeu iudicat de pro-
hibito, vel conceſſo, ſeu imperato ſecundum
rectam rationem & conuenientiam ad natu-
ram rationalem. Hanc communiter tenent
Theologi & Canoniſtæ, qui ſunt adhuc in du-
plici Claſſe: alii enim accipiunt & conſtituunt
hanc naturalem legem in aliquo actu pri-
mo potentiæ iotellectiuæ, ſiue ſit lumen
ipſius potentiæ, ſiue habitus illi inhærens
vt indicat Alenſ. 3. p. q. 27. mem. 2. Bonau.
in 2. diſt. 39. art. 2. quæſt. 1. ad 5. Aureol.
in 3. diſt. 40. q. 2. §. de lege. Abulenſ. in 19.
Matth. q. 30. Bolog. tom. 1. tract de lege,
iure & æq. cap. 3. ſequeos Socinum & alios.
Alii in actu 2. illam collocant, vt exiſtimat S.
Th. 1. 2. q. 94. a. 1. Caiet. Conrad. Medin.
B & alii Thomiſtæ ibid. D. Anton. 1. p. tit. 12.
cap. 1. Sotus. 1. de iuſt. q. 4 a. 1. Suar. lib.
2. de legibus cap 5 n. 14. & ſeq. Sallas tract.
14. in 1. 2. diſp. 5. ſect. 2. Valent. tom. 2. diſp.
7. q 4. punct. 1.
Et ſane hæc controuerſia, quantum ad
legem naturalem, prout vt in homine reperi-
tur, locum habere non poteſt in Deo, qui
cum actus puriſſimus ſit, totus intellectualis,
eo ipſo quod in lumine intellectuali diuino
lex naturalis eſſe cognoſcitur, non in actu 1.
ſed in actu 2. & perſecto neceſſario erit.
Maior difficultas eſt, vtrum ſicut in homi-
ne lex naturalis antecedit actum volunta-
tis, ita in Deo collocetur hæc lex in diuino iu-
dicio, & dictamine practico antecedente a-
ctum voluntatis diuinæ, per quod Deus
C conuenientiam actuum bonorum & diſſonan-
tium malorum diſcernat; an vero in aliquo
actu imperii, qui ſit vel determinatio ipſa
voluntatis diuinæ, vel aliquis alius actus di-
uini intellectus directiuus, per quem Deus
ſuam voluntatem cognoſcens ad illius exe-
quutionem, impletionemque nos dirigat.
Et ſi hoc 2. modo explicetur, hæc opinio
coincidit cum 1. vel ſecunda, quarum altera
in actu intellectus, altera in actu voluntatis
legem conſtituit, & in voaquaque opinione
conſequenter. Idem fertur iudicium de lege
poſitiua, diuina atque de naturali, nempe
poſitiuam eſſe vtramque in diuino imperio
vel prohibitione Dei, vt gubernatoris &
autoris naturæ, ſiue ad voluntatem, ſiue ad
actom intellectus, qui illam ſupponat, hoc
D imperium pertineat. Addit præterea de le-
ge naturali, hæc ſententia legem natura-
lem nominari, quia eſt proportionata natu-
ris rerum, non quia non conſiſtat in præ-
ceptis à Deo poſitis, quę ab ipſa mutari, vel
auferri poſſunt. Vode etiam concedunt huius
opinionis auctores Deum poſſe hominem
creare abſque vlla lege, ſi nullum ipſi præ-
ceptum ex libera ſua voluntate præſcribat.
Hanc opinionem ita explicatam de lege na-
turali defendunt. Ocham. Gerſon. Aliacenſ.
Andræas de Caſtro nouo citati à Suar. cap.
6. n. 4.
6. Tandem opinio huic omnino oppoſi- 9.
ta affirmat legem naturalem non eſſe vere
legem diuinam præceptiuam, neque proce-
dere à voluntate alicuius ſuperioris; ſed eſſe

legem veluti indicatiuam quid agendum, vel quid cauendum ſit; quidque ſuapte natura intrinſece bonum, vel malum cenſendum. Vnde diſtinguitur ab his auctoribus duplex lex Vna indicatiua independens ab omni voluntate, ſeu imperio ſuperioris Altera præceptiua, quæ voluntatem imperantis, vel includit, vel ſupponit; illam dicunt eſſe naturalem hanc poſitiuam. Ita Greg. in 2. diſt. 34. q. 1. a 2. §. ſecundum corollarium, Gabriel. in 2. diſt. 35 q. 1. a. 1. Almar. lib. 3. Moralium cap. 16. Cordub. lib. 3. de conſcia q. 10. ad 2. Qui Autores conſequenter negare deberent legem naturalem eſſe à Deo, vt legiſlatore: ſiquidem à voluntate Dei illa non pendet, neque Deus reſpectu illius ſe gerit, vt præcipiens, vel prohibens; quod non veretur Greg admittere: imo addit ſi per impoſſible Deus non eſſet & in homine idem dictamen rationis admitteretur, quo iudicaret mentiri eſſe malum, eandem legem in homine oſtenſiuam malitiæ ex obiecto intrinſecè malo admittendam fore. Sed quid in tanta opinionum varietate de legis tam naturalis, quam poſitiuæ natura & formali ratione dicendum ſequenti ſectione patebit.

Statuitur quid exiſtimandum ſit de natura legis tam naturalis, quàm poſitiuæ.

SECTIO II.

1. PRima Conclusio ſiue lex poſitiua, ſiue naturalis in Deo legiſlatore conſiſtit identice, & eſſentialiter in natura, ſeu intellectu diuino non tamen formaliter, quatenus eſſentia Dei, eiuſque attributa per rationem à nobis diſtinguuntur. Hæc aſſertio quatenus procedit de lege poſitiua diuina ab omnibus recipitur. nec aliquam difficultatem habet. Nam ex eo dicitur poſitiua, quaſi naturæ addita non neceſſario ab illa dimanans, ſed à legiſlatoris voluntate dependens, de qua locutus eſt Ariſtoteles verbis generalibus quæ humanam, & diuinam comprehendunt dicens. 1. & hîc cap. 9. *legem eſſe ſermonem ab aliqua prudentia & mente profectum, qui vim habeat obligandi.* Etenim antequam legiſlator per voluntatem legem eligat, velitque ſubditos obligare, illam vim legis non habet. Quod attinet verò ad naturalem, aſſeritur à D. Th. D. Anton. Caiet. Conrad. Med. Sot. Valent. Suar. Sallas, quos in 5. ſententia citauimus ſuperiori ſectione. Et vt probetur, aduertendum eſt cum receptiſſima Theologorum ſententia, quamuis Deus ſit ens ſimpliciſſimum & actus puriſſimus, qui neque eſſe poſſit forma informans, neque forma formabilis; tamen noſtro intelligendi modo cum fundamento in re per comparationem Dei ad creaturas & ad diuerſos effectus procedentes ab eo diſtingui per rationem naturam Dei in ſuo eſſe ſubſtantiali conſtitutam à perfectionibus attributorum, nempe ab intellectu, voluntate, iuſtitia, mi-

A ſericordia, & ſimilibus, quæ diſtinctio per rationem facit vt hæ propoſitiones in ſenſu formali & propriiſſimo verè ſint: Deus non intelligit per ſuam eſſentiam, vel per voluntatem, ſed per intellectum; item per voluntatem amat, non per intellectum; Denique per miſericordiam compatitur, per iuſtitiam punit, non è contrà: qua de re videri poteſt Chriſtophorus Gilius to. 1. lib. 2. tract. 1. & 2. per plura capita cum multis aliis, quos refert.

Hinc iam ſumitur 1. probatio noſtræ concluſionis, nam licet intellectio & ſcientia Dei ſit de ipſius eſſentia à parte rei; attamen pro vt à nobis concipitur natura diuina in ſuo eſſe ſubſtantialiter infinita & abſolutè neceſſaria; item quatenus noſtro concipiendi modo antecedit perfectiones attributales, nihil B impetat, nihil vetat, non dirigit, non illuminat; neque vllum habet alium legis naturalis effectum: & ſimile argumentum, & efficacius fieri poteſt in natura rationali creata, quæ etiam à parte rei diſtinguitur à ſuo intellectu & voluntate: ergo impoſſibile eſt, quod lex naturalis in ipſa natura rationali creata, vel in diuina conſiſtat, ſiquidem vt ſic nullos habere poteſt legis effectus. 2. ſi lex naturalis conſiſtit formaliter in ipſa natura rationali humana & in diuina intellectuali, ſequitur non minus proprie Deum habere legem naturalem, cui obligatus ſit, quam homo. Nam ſicut lex non proferendi mendacium in homine eſt natura rationalis, cui tale mendacium eſt diſ- C conueniens, ita etiam cum non minus, imo magis diſconueniens illud ſit naturæ diuinæ, illa etiam lex erit naturalis reſpectu Dei. 3. ex oppoſita ſententia ſequitur præcepta naturalia non eſſe præcepta diuina, ſed ſolùm humana; nam ſi hæc lex in natura humana rationali formaliter conſiſtit, ex eo quod ſit menſura conuenientiæ, ſeu bonitatis; item diſconuenientiæ. ſeu malitiæ in humanis actibus, cum hæc menſura, & regula ſit humana, talia erunt eius præcepta; imo alia erunt præcepta diuina naturalia, reſpectu Dei, quæ in diuina natura, vt ſuarum actionum eſt regula, fundentur; alia quæ in humana nitantur.

Oppones: aliquæ humanæ actiones, ita ex ſua natura ſunt intrinſecè malæ, vt in ſua malitia à nullo iudicio, vel voluntate extrinſeca prohibente dependeant: item aliæ, D ita intrinſecè bonæ ſunt, & honeſtæ; vt in ſua honeſtate quoad eſſentiam neque à iudicio, neque à voluntate etiam diuina dependere videantur: licet quoad exiſtentiam neceſſariam habeant à Deo dependentiam: quæ doctrina, præter quam quod ſit Theologorum communis: Probatur quia morales actiones habent ſuam intrinſecam naturam, & eſſentiam immutabilem, quæ non pendet à cauſa intrinſeca: ſed in his actionibus honeſtas vel turpitudo reperitur per conuenientiam, ſeu diſconuenientiam ad aliquam legem ante aliquod iudicium, vel voluntatem: ergo hæc lex non poteſt eſſe aliud, niſi ipſa rationalis natura humana, & intellectualis diuina. Et confirmatur; quia *vbi non eſt lex, neque* 2.

prævaricatio, vt ait Apoſtolus ad Rom. 4. quod docoit Auguſt. contra Fauſt. lib. 22. cap. 39. dicens. *peccatum eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei*: ergo omnis actus de ſe intrinſece malus, talis eſt per deformitatem & repugoantiam cum lege, quæ cum tegula ſit & menſura recta, rectitudinem & iniquitatem humanatum actionnm manifeſtat.

Reſpondendum tamen eſt non omne fundamentum honeſtatis in actionibus humanis, quas lex naturalis præeipit vel turpitudinis, quas prohibet, eſſe legem natutalem. Vnde licet natuta rationalis ſit fundamentum prædictæ honeſtatis, vel turpitudiois, non ſequitur eſſe legem naturalem. Aſſumptum in multis exemplis oſtendi poteſt. Nam D.Tho. 2.2. q. 141. a. 6. in corpore ait temperantiæ regulam ſumeodam eſſe ex neceſſitate præſentis vitę: quare fundamentum legis temperantiæ eſt neceſſitas corporalis, & hæc eſt regula actionis temperatæ; & tamen oemo dicit hanc neceſſitatem eſſe legem ipſam: ſed materiam, & obiectum illius. Similiter finis eſt regula mediorum, vt ibi docet D. Thom. & tamen non eſt lex. Prætetea neceſſitas pauperis, & facultas diuitis ſunt fundamentum obligationis dandi eleemoſynam, & tamen non ſunt lex. Quanuis igitur aliquid ſit tegula, & menſura, quale eſt obiectum reſpectu actuum, non ſeqnitur eſſe legem. Nam lex minus late patet, quàm menſura & regula. Eſt enim lex certum menſuræ genus; ſed non omnis menſuta eſt lex. Imò in lege humana poſitiua eſt ſingulate exemplum. Nam antequam feratur lex humana, ſuppunit obiectum tanquam aliquid iuſtum, & ad bonum commune aecommodatum: vt lex iuſta, & veta ſit: & tamen ipſum obiectum non eſt lex poſitioa, quia alioqui ſe ipſa ptior etit. Teſtimonia D. Pauli, & D. Auguſt. nobis noo obſtant; quia ſolum probant neminem in peccatum labi, qui illud pæmonſtrante lege quaſi malum non agnoſcat. quod etiam ſignificat Auguſt. qui in Pſal. 57. ait. *Manu formatoris noſtri iu ipſis cordibus veritas ſcripſit, quod tibi nou vis fieri, ne facias alteri, hoc eſt antequam lex daretur.* Moyſaicam intelligit, ante quam in omnium cordibus ſctiptam fuiſſe dicit naturalem. Vnde deducitut ſequens aſſertio.

3. 2. Concloſio. Etiamſi facultas intellectualis in homine, quæ diſcernit inter conuenientes, & difformes actiones naturæ tationalis, lex naturalis dici poſſit, proprius & perfectius talis denominatut actuale iudicium, ſiue dictamen rationis, honeſtatem, & malitiam obiectiuam manifeſtans. Eoſdem Autores habet hæc aſſertio, qoos præcedens, optimeque ex ea deducitut. 1. pars probatur à D. Thom. 1.2. q. 91. a. 2. verſiculo regij vatis Pſal. 4. *Quis oſtendit nobis bona? ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Accedit Lactantii teſtimonium qui lib. 6. de veto cultu cap. 8. verbis Tullianis ex lib. 3. de tepubliea legem ſic deſcribit. *Eſt quidem vera lex recta ratio naturæ cougruens diffuſa iu omnes, conſtans, ſempiterna, quæ vocet ad officium iubendo,*

A *vetando à fraude deterreat*: quæ ramen neque probos fruſtra iubet, aut vetat; nec improbos iubendo, aut vetando mouet. Huic legi oec obrogari fas eſt; neque detogari ex hac aliquid licet: neque tota abrogari poteſt. Nec vero aut per ſenatom, aut per populum ſolui hac lege poſſumus. Neque eſt quærendus explanator, aut interpres eius alius: Nec erit alia lex Romæ, alia Athenis: alia nunc, alia poſthac; ſed & omnes gentes, & omni tempore vna lex, & ſempitetna, & immortalis continebit. Vnuſque erit communis quaſi magiſter, & impetator omnium Deus, ille legis huius inuentor, diſceptator, lator; cui, qui non parebit, ipſe ſe fugiet ac naturam hominis

B aſpernabitur Hæc Tullius diuina pene voce, vt ait Lactantius, edictauit. Vbi omnes naturalis legis proprietates ſapienter percurrit. Denique D. Ambroſ. lib. 5. Epiſt. 41. pluta de naturali lege exponens inter alia ait. *Ea lex non ſcribitur, ſed innaſcitur, nec aliqua percipitur lectione, ſed profluo quodam naturæ fonte in ſingulis exprimitur.* Similia apud Patres paſſim teperiuntur teſtimonia, quæ oſtendunt naturalem legem in ipſa virtute rationali reſidere, quæ inter conuenientiam. & diſconuenientiam humanatum actionum diſcernit.

Ratione ſuadetut eadem concluſionis pars legem humanam poſitiuam, non ſolum appellamus dictamen practicum ratioois in ſubdito exiſtens actualiter, vel imperium actua-

C lis iudicij in legiſlatore, ſed etiam lex dicitur eum proprietate ſignum petmanens externum in aliqua ſetiptura, per quod excitari poteſt tale dictamen practicum, vt patet ex tit. ff. de legibus, vbi ſctiptæ leges cum proprietate tales dicuntur. Vnde D. Thom. 1. 2. q. 94. a. 1. in corpore ait, *legis præcepta nunc actualiter, nunc habitualiter mente retineri.* Ergo ſicut ex ſententia D. Thom lex poteſt relinqui habitualiter, vel in ſpecie memoratiua relicta ex actuali iudicio de præcepto aliquo naturali, vel in habitu, qui eſt qualitas facilitans intellectum ad iterandos eoſdem actus, vt ſunt habitus ptimorum principiorum: ita ante vel poſt productionem habitus, illud intellectuale lumen naturale ex quo prodit naturaliter iudicium practicum de conuenieotia, vel deformitate alicuius actionis humanæ lex dici poteſt. Confirmatur, quia

D non ſolum habemus legem naturalem nobis inſitam, & in noſtris eordibus ſcriptam, quādo actualiter de aliquo illius præcepto eogitamus: ſed etiam quando de illa nullam actualem recordationem experimur, non enim perditur, quando de ea non eogitatur, neque poſt ſomnum acquiritur de nouo quando rurſùs in mentem venit per eogitationem actualem euigilantis.

Ad probatiooem eiuſdem 1. partis Suar. lib. 2. de legibos cap. 5. n. 12. ita diſcurrit: lex 4
naturalis in homine eſt: non eoim eſt in Deo com temporalis ſit & croata, nec eſt extra homioes, quia non eſt ſcripta in tabulis; ſed in corde; & oon eſt ipſa natuta hominis, vt oſtenſum eſt. ergo neceſſario eſt io ratione. Verùm hæc ipſa probatio videtur repugnare

Digitized by Google

eidem Suat. qui cap. 6. eiuſdem libri n. 5. aſſerit legem naturalem à Deo præcipi, & ab ipſius voluntate etiam pendere, ideoque dici diuinam legem, quia Deus vult per illam homines obligare. At cum hæc voluntas non ſit in Deo ex tempore, & iudicium diuinum de agendis circa legem naturalem dirigens creaturas, quas condere decreuit, & per legem naturalem obligare ab æterno in Deo ſit, neſcio quomodo dixerit Suarius naturalem legem eſſe temporalem, & in Deo non eſſe. Si enim ille propriiſſime legiſlator eſt legis naturalis, vt manifeſtè docet idem Doctor eadem ſect. n. 13. quomodo in eius voluntate, & iudicio diuino ab æterno non extitit. Nam lex humana prius in mente legiſlatoris, quam ſubditorum reperitur: ne igitur tantus doctor in locis adeo proximis, tam manifeſtè ſibi contradicere videatur, explicandus eſt, quod ſic diſcurrebat, & probabat ex illorum ſententia, qui exiſtimabant naturalem legem in Deo non eſſe, quia in ea ſect. 5. n. 12. adhuc non declarauerat ſuam opinionem, quod poſtea fecit n. 14. & abſtrahebat à doctrina lectionis ſequentis.

5. 2. Pars oſtenditur 1. effectus legis, qui in naturali lege conſiderari poſſunt proprius, & proximius accommodantur actuali iudicio, practicoque dictamine de honeſtate, vel malitia obiectorum V. G. iubere, vetare, dirigere, obligare magis proxime conuenit iudicio, quod actualiter repræſentat id, quod iuber ſubditis, quam lumini naturali in actu 1. ſeu in habitu legem continente. 2. Dictamen conſcientiæ applicando legem, eiuſque præcepta oſtendendo, deterret à malo, & ſuadet bonum; indicatque quid hîc, & nunc nobis faciendum ſit. At lex hæc applicata per conſcientiam non eſt ſolum lumen intellectuale, ſed actualia iudicia, quæ vel pariter inexiſtant in mente, vel quæ ante extiterint, vt in hoc exemplo oſtenditur, videlicet, quando conſcientia dictat hanc hoſtiam eſſe adorandam adoratione latriæ, id eſt adoratione maxima, ex eo id facit, quia præſumit prudentialiter eſſe rite conſecratam, & in eadem mente exiſtit, aut extitit duplex dictamen, alterum legis diuinæ poſitiuæ, nempè in hoſtia rite conſecrata eſſe Deum; alterum legis naturalis Deum adorandum eſſe adoratione maxima tanquam ſupremum Dominum, qui parem habere nequit, ergo proprius, & proximius ratio legis conuenit actuali iudicio.

6. Ex quo exemplo colliges diſcrimen inter conſcientiam & legem, quia conſcientiæ dictamen oſtendit quid hîc, & nunc mihi faciendum ſit, & errare poteſt, quando ex erronea legis applicatione obligationem inducit; quæ re vera in lege non eſt: applicare enim poteſt legem non ſolum veram, ſed etiam fictam, & falſam, & tunc eſt conſcientia erronea. at vera lex errorem non continet, ſed iuſtam veritatem. Deinde latius patet conſcientia, quam lex, quia hæc ſuapte natura verſatur circa agenda: nam futuris formam præſcribit, cap. cognoſcentes, de Conſtit. & cap. vlt. eodem tit. l. 7. leges Cod. de legibus, l. 21. cum lex, ff. de legibus, & ſenat.

A Conſcientia verò etiam facta carpit, incuſat, defendit, reſtificatur. Ita D. Thom. 1. 2. q. 94. a. 1. & in 2. diſt. 14. q. 2. a. 4. in corp. item Damaſc. lib. 4. de fide cap. 23. vbi ait, *adueniens igitur Dei lex menti noſtræ attrahit ad ſe ipſam, & ſtimulat noſtram conſcientiam: dicitur autem & conſcientia noſtra lex mentis noſtræ.* Nec mirum quod iuxta Damaſcenum, & iuxta D. Thom. proxime citatum, & q. 17. de veritate. a. 1. in corpore. conſcientia lex noſtræ mentis dicatur, quia legem applicat, & quia ſine vera lege ex errore ipſa ſibi legem fingit, & ſuum obligat confeſſorem.

3. Concluſio lex naturalis vere eſt præceptiua, cuius Legiſlator eſt Deus, & in Dei ſcientia naturali practica legis formam ſorti- 7

B tur, non tamen habet perfectum legis ſtatum, & obligandi vim ante determinationem liberam diuinæ voluntatis. tres habet partes concluſio. 1. eſt D. Bonauent. in 2. diſt. 35. dub. 4. Ocham. in 2. q. 19. a. 3. ad 4. Gerſon. 3. p. lect. 1. de vita ſpirituali corol. 10. Alphab. 61. L E. Petri Aliacenſ. in 1. q. 14. a. 3. Caſtro-nouo in 1. diſt. 48. q. 1. a. 1. Victoria in relect. de perueniente ad vſum rationis n. 8. & ſeq. Valent. tom. 2. diſp. 7. q. 4. punct. 1. Suar. de legibus lib. 2. cap. 61. n. 11. Salmer. tom. 5. tract. 2. §. quæ omnia. Probatur ex Auguſt. lib. 22. contra Fauſt. cap. 27. Vbi ait: *lex vero æterna eſt ratio diuina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conſeruari iubens, perturbari vetans.* Ergo ex ſententia D. Aug. lex naturalis in Deo tanquam in legiſlatore fuit ab

C æterno in intellectu, & voluntate, modo inferius explicando in duabus aliis partibus aſſertionis. Deinde ex D. Ambroſ. de Paradiſo cap. 8. vbi ita loquitur, *quid eſt enim peccatum, niſi præuaricatio legis diuinæ?* Ergo ne dicamus contra legem naturalem nullum eſſe peccatum, neceſſario dicendum eſt ex mente Ambroſ. legem naturalem eſſe diuinam, & conſequenter non ſolum eſſe indicatiuam, ſed præceptiuam, eiuſque legiſlatorem eſſe Deum, & de peccatis contra legem naturalem agere D. Ambroſium euidenter concluditur ex ſequentibus. *Cum eſſet Dei Verbum, opiniones quædam nobis boni & mali pullularunt, dum id quod malum eſt, naturaliter intelligimus eſſe vitandum, & quod bonum eſt naturaliter nobis intelligimus eſſe*

D *præceptum. In eo igitur vocem Domini videmur audire, quod alia interdicat, alia præcipiat.*

Ratione probatur 1. quia non minus eſt Deus naturæ auctor, quam naturalium præceptorum legiſlator. ſicut enim rationalis natura non eſt à ſe, ſed à Deo; ita naturalis lex non à ſe, ſed à ſupremo totius naturæ domino promanauit. 2. Lex naturalis aliquem habet legiſlatorem: non eſt ipſa creatura rationalis reſpectu ſui, ergo eſt Deus. Maior probatur, nam quomodo eſſe poteſt lex ſine aliquo legem ferente: ſi enim naturalis lex à ſe eſt, tam in creatura, quam in Deo, non minus illi ſubiicitur Deus, quam creatura rationalis: & tam independens erit creatura rationalis creata in obediendo legi naturali ab aliquo ſuperiore

riore quàm Deus qui ſuperiorem, & Legiſlatorem non habet, quorum vtrunque eſt maximum abſurdum : quæ probatio Minorem etiam confirmat, nempe creaturam rationalem non eſſe Legiſlatorem ſuæ legis naturalis : ſed ſolum promulgatorem, quando ex rationali lumine educit dictamen practicum de conuenientia, vel deformitate actuum humanorum cum rationali natura. 3. omne peccatum à Deo prohibetur : ſed contra legem naturalem ſunt plura peccata : ergo illa ſunt à Deo prohibita. Conſequentia eſt euidens : Minor præterquam quod de fide ſit ex terminis nota eſt. Maiorem probo ex Diui Aug. de peccator. meritis, & remiſſ. lib. 2. cap. 16. vbi de Dei præceptis loquens, ait : *Eo modo ergo iubet omnibus hominibus vt non faciant vllum peccatum.* Et Paulo inferius. *Quomodo ergo dimittenti dimittitur per Dei miſericordiam, ſi peccatum non eſt? Aut quomodo non vetatur per Dei iuſtitiam, ſi peccatum eſt?*

Deinde hoc modo confirmatur, quia ad Dei prouidentiam pertinet, quatenus auctor
8. eſt, & gubernator ſupremus totius naturæ iubere & vetere, quod lex naturalis dictat faciendum & fugiendum : quod quidem Dominus præſtitit, quando in lege Moyſi data non ſolum iudicialia, & ceremonialia præcepta legis poſitiuæ; ſed etiam moralia legis naturalis tradidit Leuitici 19. & Deuteronom. 5. Vnde in loco Leuitici cum præcepta legis poſitiuæ ſimul cum præceptis legis naturalis permiſceret, addidit. *Leges meas cuſtodite*, neque diſcernit inter præcepta legis poſitiuæ, vel naturalis : ſed de omnibus indiſtincte loquitur : & vt credo ad vtriuſque legis præcepta, refertur Verbum in plurali, *leges*, vt omnes editiones habent, præter Græcam quæ in ſingulari habent *νόμον*, nec ſine myſterio ; proxime enim tradiderat præceptum charitatis. *Diliges amicum tuum*, ſeu vt ſeptuaginta transferunt, *proximum tuum*, ſuper quæ verba Gloſſa interlinealis addidit. *hæc eſt totius legis confirmatio, & abbreuiatio plenitudo enim legis eſt Charitas.* Imo Tertullian. lib. aduerſus Iudæos cap. 2. de illo primo præcepto Adæ impoſito loquens omnia Decalogi in eo contenta, & à Domino indicata lato diſcurſu conformat, & concludit, *Igitur hac generali & primordiali Dei lege, quam in arboris fructu obſeruari Deus ſanxerat, omnia præcepta legis poſterioris ſpecialiter indita fuiſſe cognoſcimus, quæ ſuis temporibus edita germinauerunt.*

2. Pars aſſertionis oſtendit in ſcientia Dei naturali practica legis naturalis formam videri. Hæc fundatur in opinione ſatis communi Theologorum dicentium, malum eſſe duplex vnum ſecundum ſe, alterum ratione prohibitionis tantum : ita Diu. Thom. in 2. diſt. 42. quæſt. 2. art. 5. ad 3. & de malo quæſt. 2. art. 9. ad 4. Et eſſe malum ſecundum ſe ante prohibitionem docet magiſter de peccatis contra legem naturæ in 3. diſt. 37. Scot. Gabriel, & alii ibidem. Durand. in 2. diſt. 47. quæſt. 4. num. 7. & ſumitur ex Ariſtotele 2. Ethicorum cap. 6. aſſerente : *Nonnulli ſunt affectus, qui ſtatim, vel ipſo nomine cum prauitate implicantur.* Vnde formatur hæc ratio : nam ante voluntatis diuinæ liberam determinationem, ſcientia Dei naturalis practica dictat, quæ ſecundum ſe mala ſint & fugienda, & quæ bona, & conuenientia creaturis rationabilibus, quæ ſunt poſſibiles. Hoc enim pertinet ad obiectum cognoſcibile ſcientiæ Dei neceſſariæ. Sed hoc iudicium Dei habet formam legis, quia dirigit humanas actiones, oſtenditque quæ naturaliter creaturæ rationali prohibentur, & quæ iubentur ; ergo in ſcientia Dei naturali, practica aliqua naturalis legis forma relucet.

Quod vero ſolum poſt determinationem
voluntatis diuinæ ſtatum, & vim perfectæ 9.
legis obtineat, quæ erat 3. Concluſionis pars, ita defenditur à Suario vt cap. illo 6. num. 11. & ſequent. addat Deum per ſuam voluntatem peculiarem obligationem ſeruandi præcepta naturalia creaturis rationabilibus imponere, propter quam noua malitia adiungitur peccatis contra illa præcepta vltra illam, quam ſuapte natura obtinerent. Quod merito diſplacet Ioanni de Sallas 1. 2. tract. 14. diſp. 5. ſect. 4. num 14. Solum enim in eo ſenſu admittit legem naturæ vim obligandi, & rationem legis à diuina voluntate accipere ; quatenus ſine illa, neque rationalis creatura, neque lex, quæ illam obligat, in mundo ſubſiſteret. Quæ ſententia mihi omnino placet. 1. quia eſt veterum Theologorum : Nam in primis Magiſter loco citato cum aſſereret legem naturalem à Deo datam, vt explicaret modum quo Dominus id fecit, adducit illud communiſſimum præceptum legis naturalis, quod tibi non fieri vis, alteri ne facias ; & addit, *quam veritas ſcripſit in corde hominis, & quia non legebatur in corde, iterauit in tabulis vt voce forinſecus admota rediret ad cor, & ibi inueniret quod extra legeret* : quæ verba ſatis clare oſtendunt Deum nouam voluiſſe legem poſitiuam condere in eodem præcepto legis naturalis, neque obligationem nouam inducere, ſed oſtendere & manifeſtare illam, quam homo ex lege naturali in corde ſcriptam habebat.

Idem clarioribus verbis expoſuit D. Th 1. 2. q. 71. a. 6 ad 4. nam in 4. argumento cum opponeret peccatum contra legem naturalem, non procedere contra legē Dei ; quia non ideo eſt malum, quia à Deo prohibitum eſt. Reſpondet *cum dicitur quod non omne peccatum ideo eſt malum, quia prohibitum intelligitur de prohibitione facta per ius poſitiuum ; ſi autem referatur ad ius naturale, quod continetur in lege æterna : ſecundario vero in naturali iudicatorio rationis humanæ, tunc omne peccatum eſt malum, quia prohibitum, ex hoc enim ipſo, quod eſt inordinatum, iuri naturali repugnat.* In quibus verbis apertiſſime dicit peccatū contra ius naturale non prohiberi iure poſitiuo : & tamen eſſe contra legē Dei, quia lex naturalis in homine eſt participatio legis æternæ : & quamuis Suar n. 6. D. Th in ſuā ſententiam velit detorquere, ille tam manifeſte

nouam prohibitionem negat ineſſe actui malo contra legem naturalem, quæ propria ſit iuris poſitiui, vt nullus aliter illum interpretandi locus eſſe videatur, reliquos veteres Theologos prætermitto: ad rationem venio.

10. Probatur ergo titulo illa noua, & peculiaris prohibitio facta à Deo de peccatis contra legem naturalem, nec eſt neceſſaria, vt aliquis contra legem naturalem peccare cenſeatur: Et præterea de illa nobis non conſtat fuiſſe traditam ab antiquis Theologis, & Patribus: Ergo ſuperuacanea eſt conſideratio talis prohibitionis. Conſequentia eſt manifeſta, quia quamdiu mihi non conſtat de prohibitione ſuperioris, ſiue illa ſit, ſiue non, non pecco contra illam, quia vt vltima diſp. videbimus, iuſta ignorantia conſtitutionis excuſat ab obſeruatione illius, & à peccato contra illam commiſſo: Antecedens probatur, quia lex naturalis, vt veram legis rationem ſortiatur, debet ex ſe habere vim obligandi, iubendo aliquid, aut prohibendo: hoc enim eſt legis officium, cap. omnis lex diſt. 3. & l. 7. legis virtus, ff. de legibus, quod idem Suarius admittit lib. 1. cap. 4. num. 7. ergo neceſſaria non eſt noua obligatio, ſeu prohibitio poſitiua diuina. Confirmatur: Vel ita neceſſaria eſt iſta prohibitio poſitiua, vt ſine illa homo non obligetur per legem naturalem, & tunc proculdubio vna tantum lex eſt diuina, nempe poſitiua: Siquidem lex naturalis ex ſe ante prohibitionem diuinam poſitiuam, nullo modo obligabat, vt dicitur. vel ſolum eſt neceſſaria noua prohibitio Dei, vt prohibitio legis naturalis ſubſiſtat; & tunc ſimiliter de quouis præcepto extra materiam legis naturalis dicam, quia ſimiliter Deus obligationem duplicem poneret in lege naturali atque in poſitiua, quia homo ſemper tenetur obedire Deo, vt ſupremo Domino, & vt creatori ſecundum ius naturæ, ergo in quolibet præcepto poſitiuo Dei, Deus habebit duplicem voluntatem, alteram ponendi obligationem iuris poſitiui, verbi gratia ſumendi ſanctum baptiſma, aliam vt homo pareat huic præcepto ex iure naturali: quia eſt ſupremus Dominus, cui homo naturaliter tenetur obedire, & ſic cæteris. Vnde omne peccatum erit duplex contra vtrumque ius naturale, & poſitiuum diuinum, quia eſt contra duplicem obligationem obligationem à Deo ſtatutam: Quare inepta erit diſt. legis, & iuris in naturale & poſitiuum: ſiquidem ſemper vtrumque permiſcetur, neque vnum ſine altero ſeparari poteſt, vel ſubſiſtere, vt conceditur.

2. vel illa voluntas Dei præceptiua in materia alicuius præcepti naturalis eſt libera, vel neceſſaria; ſi libera; ergo potuit Deus non habere eam voluntatem & tamen in eo caſu homo poſſet peccare contra legem naturalem, ſi mendacium proferret: ergo talis noua prohibitio ſuperflua eſt, vt lex naturalis ſit præceptiua, & inducat obligationem. Deinde etiam ſi Deus haberet talem voluntatem liberam, illa ſine aliqua peculiari

A Dei reuelatione cognoſci non poteſt. Sed homo in puris naturalibus conſtitutus, ſine reuelatione occidendo malum faceret, & peccaret, ergo ad peccatum contra legem naturalem non requiritur libera Dei voluntas præceptiua, conſequentia eſt euidens, quia illa voluntas libera, quam dico non innoteſcere, eodem modo ſe haberet, reſpectu hominis, ac ſi non eſſet. Si igitur peccaret homo contra legem naturalem, in eo caſu ſuperflua eſt voluntas illa libera præceptiua. Imò de facto cum non detur reuelatio de hac peculiari prohibitione poſitiua diuina in materia iuris naturalis præter illam, quæ eſt peculiaris,
B & propria legis naturalis, quam Dominus in Decalogo oſtendit: nemo enim reuelationem habet, quod ille, qui peccat mentiendo duplex committat peccatum; alterum contra legem naturalem, alterum contra legem poſitiuam Dei: cum, inquam de facto non detur hæc reuelatio, qui mentitur non peccabit contra legem Dei, neque contra legem naturalem ex aduerſariorum ſententia: Nam ſine hac peculiari prohibitione Dei ipſi aduerſarii non intelligunt legem naturalem eſſe diuinam, neque per illam hominem obligari: de qua tamen prohibitione non modo fides diuina nihil ſtatuit, ſed neque talis opinio humana fide creditur.

Si vero dicatur neceſſaria illa voluntas
C nouæ prohibitionis, rogo in primis, quid neceſſitat voluntatem diuinam ad extra, vt nouam obligationem in materia Iuris naturalis creaturis rationalibus imponat, cur non poterit abſtinere à præcepto poſitiuo, ne homines in vnoquoque peccato duplicem malitiam violato duplici præcepto incurrant. Quod Suar. de leg. lib. 2. ſect. 6. num. 7. ſatis ſignificare videtur, dum illo vtitur Auguſt. teſtimonio lib. de Vera Religione cap. 26. cuius verba, quia minus fideliter citantur, & prolixa ſunt, lectorem ad Auguſt. remitto. In quo inuenies illum loqui de progreſſu humanæ ætatis & cum ad iuuentutem veniret, ait illam eſſe exercendam muneribus publicis, & domandam ſub legibus poſitiuis nimirum, & humanis: nam quod attinet ad diuinam, naturalemque legem in pueritia & adoleſcentia, de quibus
D antea egerat, eodem modo reſpectu eiuſdem hominis ſe habere legem naturalem, ac diuinam manifeſte ſignificat Auguſt. Solam ergo iuuentutem hominis legibus coercendam docet, & tunc adiungit. *In qua*, ſcilicet iuuentute) *vehementior prohibitio peccatorum, & pœna peccantium ſeruiliter coercens carnalibus animis atrociores impetus libidinis gignit, & omnia commiſſa congeminat: non enim ſimplex peccatum eſt, non ſolum malum, ſed etiam vetitum admittere.* In quibus verbis ſatis conſtat D. Auguſt. loqui de prohibitione legis humanæ, quæ crimina etiam contra legem naturalem, vt homicidium, & furtum in quæ iuuenilis audacia frequentius prolabitur, pœnarum metu coercet. Cum tamen Suar. hoc teſti-

Digitized by Google

momio nitatur, vt duplex peccatum in vnoquoque ſcelere contra legem naturalem committi oſtendat.

11. Ego vero hoc veriſſimile non eſſe 3. hac ratione oſtendo: ſi voluntas diuina nouam ſtatuens prohibitionem, non libera, ſed neceſſaria eſt, legis obligationem non inducit. Nam voluntas obligandi in principe, quando non eſt libera in ferenda lege, ſubditos non obligat; quemadmodum ſi Princeps mentis impos, aut dormiens, aut per vim, metumque coactus legem tuliſſet, illa ſanè non obligaret. ergo ſimiliter dicendum de illa prohibitione, quam Deus neceſſariò legi naturali addit, nullam de nouo indicere legis obligationem. Prætérquam quod etiam de hac neceſſaria voluntate, an in Deo, ſit nobis non conſtat, vt de nouo nos obliget, ſicut diximus de libera. Dices nobis naturali lumine notum eſſe Deum habere prouidentiam hominum, vt naturæ gubernatorem, ad eumque ſpectare mala omnia prohibere & bona aliqua præcipere, & ad hoc neceſſitari non ex defectu libertatis diuinæ; ſed ex infinita perfectione ipſius, qui non niſi recte & prudenter operari poteſt.

Vrgeo tamen, quia ad hoc ſatis eſt, ſi intelligamus Deum ita ſe cùm homine habere, vt illum dirigat ad finem tum naturalem, tum ſupernaturalem, ac legem naturalem mediante naturali lumine proponat: poſitiuam vero peculiari reuelatione manifeſtet, & in omni operatione ad extra cum creaturis liberam habeat ſumma cum ſapientia diſpoſitionem. Nam voluntas Dei ſolum ad ſui amorem, & cum plurimum, ad ſimplicem complacentiam circa poſſibilia neceſſitatur; vt communiter præſtantiores Theologi aſſeuerant. Quod verò attinet ad legem naturalem, ſatis eſt, ſi libere ſe determinet ad creandos homines, illis rationalem naturam communicando, legemque naturalem in eorum cordibus ſcribendo, vt illa lex naturalis, participatio ſit legis æternæ in mente diuina exiſtentis, & omne peccatum contra illam, contra Deum ſit, vt naturæ auctorem, & legiſlatorem. Nam ſicut hominis naturam creauit, ita & legem naturalem, voluitque illam obſeruari, non imponendo nouam aliquam, aut poſitiui iuris obligationem; ſed illam legis naturalis obligationem in ſuo ſtatu relinquendo; & hæc eſt manifeſta ſententia D. Auguſt. quem ſequitur D. Thom. 1. 2. q. 71. a. 6.

Quod verò ſolùm poſt diuinum decre-
12. tum lex naturalis verum, & perfectum legis ſtatum obtineat, quæ erat 3. concluſionis pars, ſuadetur. nam antequam dentur ſubditi, ad quos lex dirigatur, & quos obliget, legis forma conſiderari poteſt, non tamen in lege ſtatus perfectus, & virtus obligandi admitti: Sicut enim lex in legiſlatore Iuriſdictionem prærequirit, ita in illis, ad quos dirigitur ſubiectionem, qui quandiu non ſunt, neque ſubiecti legibus eſſe poſſunt. Sed ſolum poſt decretum diuinæ voluntatis de creaturis rationalibus futuris, lex naturalis ad ſubditos dirigitur, vt ipſis ſuo tempore exiſtentibus prumulgetur: ergo ſolum poſt liberam Dei determinationem lex naturalis perfectum legis ſtatum virtutemque ſortitur. Verùm vt generaliter loquamur de lege tum naturali, tum poſitiua, & ſtatuamus in legiſlatoris mente, in quo actu formaliter lex conſiſtat, quæſtionem noſtram ſequenti aſſertione reſoluimus.

4. concluſio. Vtriuſque potentiæ tum 13.
intellectus, tum voluntatis actus requiritur ad legis ſiue naturalis, ſiue poſitiuæ ſubſtantiam & vigorem in mente Legiſlatoris. Formaliter tamen exiſtit lex poſitiua in actu intellectus, & dictamine practico ſubſequente actum voluntatis, & per modum Imperii ius, & iuſſum proponentis. Lex vero naturalis in ſcientia naturali practica Dei per voluntatis diuinæ liberam determinationem ad creaturas rationales applicata. Tripartita eſt aſſertio. Primam partem fere omnes Theologi defendunt; duæ poſtremæ ab auctoribus pro prima ſententia in ſuperiori ſectione citatis propugnantur. Primam probo, quia lex vim habet duplicem directiuam, & coactiuam; illam per intellectum, hanc obtinet per voluntatem. Nam intellectus dirigit, voluntas obligat & coercet; & ſpeciatim de actu intellectus oſtenditur. quamuis enim adſit voluntas ferendi legem, & obligandi ſubditos, quandiu ad illos præceptum non dirigitur, illiſque imponitur, lex non datur. De actu vero voluntatis ſuadetur. Nam quantumuis intellectus dirigat, doceat, imperet, ſi deeſt in Legiſlatore voluntas obligandi ſubditos, vel conſtituendi vt legis imperio ſubiiciantur, ſanè in lege vis, vigorque deſiderabitur: ergo vterque actus eſt omnino neceſſarius. Aduerte tamen illum voluntatis actum non ſufficere, qui ſit ſolùm deſiderium ſuperioris: nam illud per ſe non habet obligandi vim præceptiuam; ſed optatiuam: & eſt per modum ſimplicis complacentiæ. neque item requiritur voluntatis actus, quo ſuperior velit omnino aliquid fieri à ſubdito; quia Deus Abrahamo occidendi filium præceptum impoſuit, & tamen nolebat vt occideretur. Satis ergo erit ille actus, quo Legiſlator velit ſubditum obligare ad præceptum adimplendum.

2. pars, quæ de formalitate legis poſi- 14.
tiuæ procedit vt probetur, aduerte cognitionum intellectualium, alias eſſe ſpeculatiuas quæ in ſola veritatis contemplatione verſantur, alias practicas quæ ad operationem, ſeu praxim diriguntur, vt docet Ariſtoteles 2. Met. cap. 1. tex. 3. D. Thom. 1. 2. quæſtione 57. art. 1. Scot. in 4. quæſtione prologi §. dico igitur primo, Durand. ibidem quæſtione 6. Dicimus ergo legem non ad iudicia ſpeculatiua, ſed ad practica pertinere. Prætereà cum dictamina practica partim ad prudentiam, partim ad artem ſpectent, & teſte eodem Ariſtotele 6.

Ethicor. cap. 4. & D. Thom. qoæſt. eitara ar. 3 ats effectionem reſpiciat, quam non reſpicit lex per ſe, & non perficiat partem appetitiuam, neqoe ſaciat vſum boni operis. quorum vtrumque lex præſtat; ſequitur actum ferendi legem pertinere non ad artem, ſed ad prudentiam: quod recte nouit Tullius, cum 1. de legibus, legem rationem prudentis appellauit, & Papin. leg. 1. *lex eſt commune præceptum virorum prudentum.* & D. Thom. 2. 2. q. 47. a. 8. ait præcipere eſſe pręcipuum prudentiæ actum; quod vt oſtendat, ordinat rationis actus hac ratione. 1. *eſt conſiliari*, quod pertinet ad iouentionem. Nam conſiliari eſt quęrere: quando V. G. Princeps quærit, & conſulrat de medio iuſtitiæ in aſſignando iuſto pretio rerum venalium. 2. *Actus eſt iudicare de inuentis*, hoc facit ſpeculatiua ratio; oam practica procedit vlterius: Poſtquam enim iuſtum pretium adinuenit, & per voluntatem eligit ſubditis proponendum; ſequitur 3. *Actus qui eſt præcipere*, qui conſiſtit in applicatione conſiliatorum, & applicatorum ad operandum, vt ait idem Doctor, & quia hic actus propinquior eſt fini rationis praticæ, inde prouenit quod ille ſit præcipuos actus rectæ rationis de agibilibus, in qua conſiſtit prudentia.

Hinc iam probatur contra Guillelmom Pariſieoſ. tract. de legibus cap. 1. Conrad. ad t. 2. quæſt. 90. art. i. & alios non conſiſtere, legem poſitiuam formaliter in actu intellectus antecedente voluntatis determinationem, ſed in ſubſequente, ſiue ſit ille 1. qui dicitot conſultatio de mediis, ſiue 2. qui iudicium de inuentis cenſetur. Nam dictamen practicum per modum imperii, quod præcipir, quid faciendum ſit, ſupponere debet electionem voluntatis circa medium, quod intellectus reliquis præferendum indicauit: Et ideo in eo dictamine præcipiente & præſcribente legem formalius illa conſiſtit. Idem clarius docet D. Thom. 1. 2. q. 92. art. 2. in corp vbi ait. *Sicut enuntiatio eſt rationis dictamen per modum enuntiandi, ita etiam lex per domum præcipiendi*: quem ſequitur Soto de Iuſt. quæſt 1. art. 1. Turrecrem. §. officium diſt. 3. Medin. & alii Thomiſtæ 1. 2. quæſt. 90. art. 1. ideoque rectè in lege citata lex à Papin. deſcribitur commune præceptum. Cicer. lib. 1. de legibus, inquit: *Cum legem dico, nihil aliud intelligi volo, quam imperium.* Cum igitur voluntatis actus imperium non ſit, & actus intellectus antecedens determinationem voluntatis non habeat vim obligandi, ſequitur in eo actu qui per modum imperii voluntatis decretum ſubſequitur, legem formaliter eſſe conſtituendam, qui actus optime declaratur in legibus, & conſtitutionibus Principum per verbum *Iubemus.* Vt in cap. cum & ſuper & cap. ex parte de Conuſ. Præb. 4. Iubere, ff. de Iuriſdict. omnium Iud. l. 14 Iubemus nulli, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, aliiſque permultis in Cod. hoc modo incipientibus.

3. pars, quæ ad legem naturalem ſpectat, eſt conſequens ad ea, quæ de lege oaturali in antecedentibus concluſionibus oſtendimus, & eſt ſiue dubio conſequens ad doctrinam corum, quos pro 3. concluſione citauimus. Probaturque facile, quia lex naturalis non dependet à diuina voluntare; niſi vt perfectum ſtatum & vigorem legis obtineat; ex eo, quod Deus per illam ad creaturarum productionem applicetur, quas naturali lege gubernare dicitur, qui legem nauralem animis impreſſit: ſuppoſito enim quod rationales creaturas Deus creare decreuit; prudenter, ac coogruenter ad certam rationem, vt ſapientiſſimus rectiſſimuſque Legiſlator gubernare eadem tenetur: quia ex intrinſeca bonitate, & ſapientia Deus neceſſitatur, ne quid imprudenter aut inique operetur: ergo oportet vt creaturas, quas create deſtinauit ad ſuum finem vltimum naturalem per legis naturalis obſeruationem, & ad ſupernaturalem per ſupernaturalis, & poſitiuæ legis executionem perducat voluntate quadam non ſolum complacentiæ, qoam habet Dominos circa obſeruantiam conſiliorum; neque voluntate omnino efficaci, per quam omnes creaturę huiuſmodi fines infallibiliter conſequantur, ſed voluntate, quam Theologi vocant beneplaciti efficacis in obligatione creaturis inducenda, vt per præcepra vtriuſque legis rite obſeruata, vtrumque finem valeant obtinere Tandem ſi quis diceret vtrumque actum tam intellectus, quam voluntatis modo ſupradicto declaratum formaliter conſtituere rationem legis, quod tertiæ opinionis Auctores aſſerebant ſolo tantum nomine à noſtra ſententia diſcederet.

Expediuntur obiectiones contra præcedentem doctrinam, & vera legis definitio proponitur.

SECTIO III.

ALiqua ſuperſunt dubia aduerſus ſuperiores concluſiones. Nam ſuppoſito 1. quod voluntas ſemper requiritur, vel conſequenter ad legem naturalem, vel antecedenter ad poſitiuam in Deo Legiſlatore, vel homine, ſolus voluntatis actus legem formaliter conſtituere videtur. 1. quia multa ſunt diuinæ ſcripturæ loca, in quibus lex diuina dicitur diuina voluntas; quorum aliqua pro 2. ſententia in 1. ſectione adducta ſunt. 2. quia idem ſignificant leges, quando dicuntur Principum placita, qui in eodem loco citantur. 3. Lex eſt regula, vnde Eccleſiaſtica lex canon nominatur, vt vidimus cap. canon diſt. 3. voluntas vero ſuperioris, regula eſt actionum, quas ille ſubditis præſcribit: hoc enim ipſo quod intelligimus ſuperioris voluntatem, vt aliquid à nobis fiat; legis obligatione tenemur. 4. actus in quo cōſiſtit lex eſt vſus dominii, iuriſdictionis, & imperii; ſed hic vſus in voluntatis actu potioſquam in actu intellectus cernitur: ergo, &c. 5. ordinare in finē ad voluntatē, ooo ad iotellectū ſpectat, ſed homines

per leges in finem ſuum ordinantur, ergo ſi in vno ſolo actu conſtituenda ſit lex, ille erit voluntatis.

Ad 1. Reſp. ea teſtimonia ſacræ ſcripturæ ſolum oſtendere voluntatis actum eſſe omnino neceſſarium, vel antecedenter, vel conſequenter ad legem, non tamen ſignificare in illo ſolo formaliter conſiſtere Præterea in prædictis locis ſermonem eſſe de voluntate ſigni, quæ non propria, ſed metaphorica voluntas Dei eſt. Ita Magiſt in 1. diſt. 47. D. Thom. 1. p. q. 19. a. 9. Nam id quod Dei voluntatem ſignificat, Dei voluntas perhibetur: Cum ergo actus intellectus, & practicum dictamen in quo lex formaliter conſiſtit, ſignificet Dei voluntatem, qui contra Dei legem operatur, diuinæ voluntati cenſetur aduerſari.

Ad 2. ſimiliter de legibus principium dicendum, quia placita denominantur non proprie & formaliter, ſed vel metaphoricæ de externo ſigno per quod Regis placitum innoteſcit, vel obiectiue de ipſo præcepto, quod formalis lex non eſt, ſed obiectum illius. Ita exponi debet illud principium legis primæ, *quod principi placuit*, cum Bartholo, & aliis, hoc eſt placitum, ſeu præceptum animo ius condendi factum.

Ad 3. iam ſupra monuimus regulam latius patere, quam legem: quamuis enim omnis lex regula ſit, non tamen omnis regula eſt lex, quia ſufficit ad hoc vt aliquid dicatur regula, quod habeat rationem menſuræ, vt C apparet in obiecto, reſpectu actus, potentiæ, vel ſcientiæ. Lex vero præſtantiorem dirigendi, docendi, illuminandique modum, formamque ſortitur in actu intellectus, quam in actu voluntatis, quæ cæca eſt, & ab ipſo intellectu dirigitur. Vnde ſi voluntas ſuperioris ſola conſideretur, nullo modo poteſt inducere obligationem ſubdito, niſi iudicium in quo lex eſt formaliter, illam oſtendat, vel aliquid iudicij loco detur, nempe externum ſignum, per quod lex inducitur. Et ratio eſt quia lex dirigit, docet, illuminat, vt quis ſciat quid faciendum, quidve fugiendum. Terminus verò cognitionis iudicatiuæ, cum ſit repræſentatiuus, & veluti imago enunciabilis per modum præcepti, hæc omnia præſtare poteſt munia: At terminus volitionis cum repræſentatiuus non ſit in eo iuſtum, aut præceptum formaliter non apparet: quare ad illa officia peragenda ineptus iudicatur. D

3. Ad 4. concedenda eſt maior, ſcilicet quod actus in quo conſiſtit lex, ſit vnus dominij & Iuriſdictionis. Et diſtinguenda minor; nam ſi procedat de vſu Iuriſdictionis, & dominii in ferenda lege formaliter, neganda; quia hic vſus non apparet formaliter in voluntate, ſed in intellectu: ſi vero procedat de vſu dominii & Iuriſdictionis effectiuæ, ſeu imperatiuæ concedenda. Quia quamuis Iuriſdictio ſit perſonæ, non potentiæ: quia tamen per libertatem voluntatis exercetur & formalis libertas, ac præcipuum dominium actuum humanorum in voluntate reſidet; illa enim imperat, & vt aliqui Philoſophi exiſtimant effectiue concurrit cum aliis potentiis

A libere operantibus (de quo hîc diſputandi locus non eſt) ideo vſus imperatiuus iuriſdictionis, potius in actu voluntatis, quam in actu intellectus reperitur: quamuis ergo voluntas determinando & applicando intellectū ad ferendam legem, formale dominium habeat actuum humanorum, quatenus liberi ſunt; hoc tamen non facit quominus in diuerſis potentiis huius dominii vſus aliquid peculiare habeat, & proprium formaliter, quod in voluntate non ſit. Nam formalis viſio eſt in potentia videndi, non in voluntate, ſi tamen viſio accipiatur vt libera, dominium huius viſionis prius & formaliùs reſidet in voluntate, quam in videndi facultate. Si- B militer quamuis voluntas determinet intellectum ad ferendam legem libere, non ſequitur, quod in ipſa electione libera legis ferendæ, illa lex formaliter conſtituatur.

Ad 5. ſimiliter diſtinguere oportet maiorem: nam dupliciter poteſt aliqua potentia ad finem ordinari. 1. intendendo finem, & deligendo media ad illius aſſecutionem: & hoc modo voluntas hominem ad finem ordinat, & per iuſtitiam iuſtas leges eligit, vt homines in rectum finem deducat. 2. modo dirigendo per illuminationem, ac imperium præſcriptum, & formaliter expreſſum, & ita ordinare ad finem pertinet ad potentiam, quæ leges præſcribit, ſeu oſtendit, quibus dum homo obtemperat in rectum, honeſtumque finem dirigitur, quod ſanè intelle- C ctus formaliter præſtare ſatis oſtendimus, non voluntatem.

Cognita legis natura, facile erit illius propriam definitionem aſſignare. Et ſanè in Commentatione 1. notatione 5. aliquas legis definitiones aſſignauimus, quibus addi poſſunt aliæ non minus celebres. 1. ſit illa Ariſtotelis in proœm. Rhetoricæ ad Alexan. *Lex oratio*, ſeu vt alii transferunt, *ratio quædam eſt, quæ communi ciuitatis conſenſu definita iubet, quo pacto vnumquodque agendum ſit.* 2. eſt Ciceronis 1. lib. de legibus, *lex eſt ratio ſumma ſeu ſummi Dei inſita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda ſunt, probibetque contraria.* 3. ſit illa Baſilij, exponentis illud Eſaiæ cap. 1. *Audite verbum Domini Principes Sodomorum: lex*, inquit, *eſt regula iuſtorum & iniuſtorum, ea quidem imperans, quæ agenda ſunt, ijs contradicens, quæ non veniunt facien-* D *da.* Omitto alias ſimiles, quæ videri poſſunt apud Thomam Connanum in repetitione in proœmio decreti, à n. 354. vbi varias Iuriſconſultorum legis definitiones adducit, quas quidem potius deſcriptiones, quam veras definitiones exiſtimo: partim enim ſuperfluæ, partim diminutæ videntur. Ex his vero tribus 1. ſolùm conuenit legi, quę ab aliqua communite fertur, & eſt ſimilis illi, quæ traditur cap. lex eſt, diſt. 2. & Inſtit. de iure natur. Gent. & Ciuil. §. conſtat. 2. Legiſlatori tantummodo accommodari poteſt. 3. Baſilij quamuis generalior ſit, non tamen ſatis explicat legis naturam, & æqualiter actui voluntatis, atque intellectus congruit. 47

Quamobrem illam D Thom. definitionem 1. 2. quæſt. 90. a. 9. in corpore traditam cæte-

ris æſtimo præferendam cum Canano vbi ſu pra n. 194 aliiſque tam Theologis, quàm iuriſperitis, & ita ſe habet, *lex eſt quædam ordinatio rationis ad bonum commune ab eo qui curam communitatis habet, promulgata.* Dicitur *rationis ordinatio*, vt oſtendatur formaliter in practico rationis iudicio reperiri; & ordinatio debet explicari actiue, non paſſiue, quia paſſiue in ſubditis eſt: ipſi enim ordinantur per legem, actiue eſt in Legiſlatore: quamobrem actus, qui ordinat, actiua dicitur ordinatio, & aptari etiam poteſt hæc definitionis pars externo ſigno à ratione profecto, per quod lex illa innoteſcit. item in eo quod dicitur, *ordinatio*, præceptum ſtabile permanenſque, deſignatur, non vero incertum tempus indictum. Verbi gratia in diem, menſem, annum, & ſimile. Deinde dicitur *ad bonum commune*: quia huiuſmodi præceptum imponitur alicui communitati, & propter commune bonum, vt ſequenti diſput. dicemus. Additur præterea *ab eo, qui curam communitatis habet*, vt ſignificetur requiri iuriſdictionem in Legiſlatore neceſſariam de qua diſput. 6. Et vt excludatur conſilium, ſeu petitio, quia neutrum requirit Iuriſdictionem in eo, qui conſilium dat, vel petitionem facit; lex vero neceſſario poteſtatem exigit, per quam illius communitatis regimen habeat, qui legem ſancit: Vnde quamuis conſilium, & petitio in hoc conueniant cum præcepto, quod per illa vnus dirigitur ad operandum per actionem alterius; in eo tamen differunt, quod præceptum legis iubendo obligationem inducit, & ideo per ſe à ſuperiore dimanat. at conſilium non obligat, neque petitio, ideoque ab æquali, & ab inferiori proficiſci non repugnat. Denique quia lex promulgationem depoſcit, & idcirco ſic concluditur definitio, *ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata.*

Comparatur lex cum Iure legis obiecto, & examinatur diuiſio Iuris in Naturale, Gentium & Ciuile.

SECTIO IV.

1. CVm ius, ſeu iuſſum legis eſſe obiectum ſuperius dixerim, illa ſe ſtatim offert difficultas: ſi lex adæquatè in naturalem & poſitiuam diuiditur, vt in membra oppoſita, nimirum in legem cuius obiectum de ſe eſt bonum aut malum, ſcilicet rationali naturæ conſentaneum, aut diſſentaneum, & hæc eſt naturalis; & in legem cuius obiectum bonum ſit & malum dependenter à libera voluntate Legiſlatoris, qui nouam obligationem in materia apta ſubditis imponit: ſi inquam duo ſunt legis membra, & ius eſt legis obiectum, cur tria correſpondent iuris membra in illa celebri diuiſione iuris, in Naturale, Gentium & Ciuile. Videtur enim vnum membrum ex his ad alterum reducendum eſſe, & tale quidem erit ius

A Gentium, quia ciuile poſitiuum eſt, & naturali oppoſitum. Adhuc tamen non minor difficultas hinc ſuboritur, cum quonam ex duobus membris componi debeat: cum iure Naturali, an cum Ciuili. Antequam varias de hac re ſententias proponamus, aduertendum eſt, aliter explicari ius naturale à legiſtis; aliter vero à Canoniſtis, & Theologis, vt bene aduertit Molin. tom. 1. de Iuſt. tract. 1. diſput. 5. & 6. Nam Vlpian. l. 1. §. ius naturale, ff. de Iuſt. & Iure. Inſtit. de Iure naturali Gentium, & ciui. in principio Alphonſ. lege 2. titulo 1. partita 1 & ibidem Iuriſtæ communiter definiunt. *Ius naturale quod natura omnia animalia docuit. Nam ius iſtud, inquiunt, non humani generis proprium, ſed omnium animalium,* B *quæ in terra, marique naſcuntur.* Adduciturque in exemplum coniunctio maris & fœminæ, liberorum procreatio, & educatio, &c. Ius autem Gentium dicunt eſſe. *quo Gentes humanæ vtuntur, quod à naturali recedere inde facile eſt intelligere: quia illud omnibus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commune eſt.* & l. 2. Veluti, ff. de Iuſt. & Iure. Pomp. de Iure Gentium eſſe dicit religionem erga Deum, item parentibus, patrique parere; quæ exempla reuera ius naturalis ſunt Verum Canoniſtæ acceperunt ius naturale ſicut in Commentar. 1. notat. 7. aduertimus, iuxtà quos *Ius naturale dicitur commune omnium natio-* C *num, eo quod vbique inſtinctu naturæ non conſtitutione aliqua habetur:* quem Canoniſtarum loquendi modum communiter ſequuntur Theologi, ne ius aliquod belluis & hominibus commune aſſignare videantur. hoc poſito vanæ ſunt opiniones de iure gentium.

1. ergo ſententia aſſerit ius gentium ad naturale pertinere, non ad poſitiuum. Hanc tuentur multi iuriſtæ. Sabuſianus in rationali iuris l. 1. citata. § ius gentium Anton. Vacca ibid citans Cortaſium. 6 miſcellaneorum cap. vltimo, Bolog. tom. 1. tract de lege, iure & æquit cap. 16. cum aliis. Nituntur, §. & quidem &, § ſingulorum Inſt. de Rerum diuiſ. § ſed naturalia, de iure naturali, Gent & Ciui. l. 96. Sthicum, ff. de ſolution. §. D *naturalis obligatio*, vbi Gloſſa commentatur id eſt *de Iure Gentium* l. 85. cum amplius, ff. de reg. iuris ibi *ut natura debet* exponit gloſſa, *naturaliter iure gentium obligatur.* Ferdinandus Mendoça de Pactis cap. 1. quæſt. 1. n. 4. Accedunt Theologi Durand. in tract de legibus, quem refert & aliqua ex parte ſequitur Turrecremat. ad cap. ius gent. diſt. 1. quæſt 1. Azor. tom. 1. lib 5. cap 1. quæſt. 5. Sotus & Vaſq. infra citandi, quamuis in modo ſe explicandi maxime differant, nam prædicti Iuriſtæ Duran. & Azor docent ius naturale bifariàm vſurpari. 1. pro illo quod naturalis ratio in hominibus dictat, cuius veſtigium aliquod in brutis reperitur, vt coniunctio maris & fœminæ, procreatio, & educatio filiorum, & ſimilia. 2. pro illo quod ita ratio dictat in hominibus vt nullo modo in animalibus, etiam materialiter videatur, vt

Deum colere, Parentibus, Patriæque obedire & hoc dicunt hi Autores eſſe ius gentium à quo introducta fuerunt dominia rerum, hominum ſeruitutes & ſimilia.

Hæc ſententia ita explicata mihi omnino diſplicet, quia iuxta illam ſuperuacaneum eſt & inutile vnum membrum ex tribus in hac diuiſione aſſignatis & eſt præcipuum nempe ius naturale. Nam illa ſimilitudo aliquarum operationum, quæ tum in brutis, tum in hominibus cernitur, omnino inutilis eſt ad rationem legis conſtituendæ; etenim ad diſcriminandum ius in hominibus nihil refert, quod illud ius verſetur circa operationes hominibus & brutis communes. Reſpondent aliqui inter quos eſt Turrecremat. ad cap. conſuetudo, § eſt autem, diſt. 1. q. 2. illam ſimilitudinem operationum in tantum inſeruire ad diſtinctionem iuris in homine, in quantum oſtendit diuerſos gradus; alterum genericum naturæ ſenſitiuæ, alterum ſpecificum, ex quorum inclinatione diuerſa dictamina legis naturalis in hominibus agnoſcuntur: alia enim ex inclinatione gradus generici, alia ex inclinatione gradus ſpecifici intelliguntur ſuboriri. Hæc tamen ratio non ſatisfacit, quia vim vi repellere ponitur ab his auctoribus ſecundum iura citata inter ea, quæ ad ius gentium ſpectant & tamen non oriuntur in homine à gradu ſpecifico, ſed generico: nam in brutis datur actio ſimilis.

Deinde ius naturæ prout dicit rationem obiectiuam legis propriè non poteſt à ſolo gradu generico naturæ ſenſitiuæ proficiſci, vt hæc ratio Theologica demonſtrat. Nam lex naturalis non commenſuratur obiecto, vt dicit ſolam conuenientiam cum natura ſenſitiua præciſe ſumpta, ſed vt iam contenta in rationali vt bene aduertit Bolog. citatus & Suar. lib. 1. de legibus cap. 17. n. 6 & probatur quia quando lex naturæ aliquid præcipit, vel prohibet, ſemper attendit conuenientiam cum natura rationali, quia alioqui ſi in aliquibus actionibus, quæ brutis ſunt communes, ſolam naturam ſenſitiuam ſpectaret, non prohiberet homini, quod permiſit brutis, nempe vagus concubitus etiam cum matre & ſorore, in quos naturali inſtinctu feruntur brutæ animantes ſine diſconuenientia cum natura ſenſitiua, neque violatione legis naturalis ſub ea ratione generica conſiderata; à quibus tamen ideo homines arcentur etiam in ſimplici fornicatione, propter diſconuenientiam cum natura rationali. Denique ex eadem reſponſione ſequitur, præcepta colendi Deum, item parentibus & patriæ obediendi & reliqua præcepta decalogi non ad ius naturale, ſed ad ius gentium pertinere, quod ſane ſaltem non ſine vocabuli abuſione dici poteſt; ideoque præpoſitus Card. Alex. in diſtinct. 5. ad principium, illam ſententiam omnino reijciunt.

Tres alios modos explicandi hanc ſenten-
3. tiam apud Theologos reperio quos examinare oportet 1. tradi à D. Thoma videtur 1. 2. q. 95. a. 4. ad 1. quem ſequitur Soto 1. de iuſt. & iure

11.

A q. 5. a. 4. Turrecrem. ad cap. ius gentium diſt. 1. q. 1. quos licet Sallas citet pro ſententia infrà ponenda aſſerente ius gentium ad poſitiuum reduci, oppoſitum tamen expreſſe docent hoc loco; & ideo merito à Suar. vbi ſup. & Vaſq. 1. 2. diſ. 157. cap. 1. & 2. pro ſuperiori opinione citantur, ſi ergo Auctores & alii Thomiſtæ docens ius gentium ideo ad ius naturale pertinere, quia neceſſitatem inducit in ſuis præceptis, ſicut ius naturale; differre tamen ab illo, quia naturale per ſe facile tanquam primum principium innoteſcit; ius vero gentium per illationem, & diſcurſum à iure naturali deriuatur; poſitiuum vero quamuis deriuetur à naturali, non infertur tanquam concluſio ex principiis per B modum neceſſariæ illationis, ſicut ius gentium, ſed per modum determinationis particularis, ſed contrà hunc explicandi modum ſunt in primis manifeſtæ inſtantiæ: nam ſeruitus, & diuiſio rerum pertinent ad ius gentium & tamen non habent neceſſitatem præcepti, quam hi Autores requirunt in iure gentium. Præterea præcepta moralia, quæ D. Paul. ad Rom. 2. dicit in noſtris cordibus eſſe conſcripta, ſiue ſe habeant vt prima principia, ſiue per neceſſariam illationem, & diſcurſum ex aliis notiſſimis principiis deducantur, quando neceſſitatem præcepti inducunt, independenter ab hominum arbitrio, vel conſenſu ad ius naturale ſpectant; vt optime aduertit Albert. Bolog. tom. 1. C tract. de leg. iure, & æquit. cap. 24. n. 7. ergo inutilis omnino, & fictitius eſt modus diſtinguendi ius naturale per principia notiſſima & concluſiones ab ipſis deductas; vt duo ſtatuantur iura, naturale & gentium. De ſententia vero D. Thom. infrà dicetur.

Alter modus explicandi eandem ſententiam limitat præcedentem, & nititur teſtimonio D. Thom. 2. 2. q. 57. a. 3. quem ſequitur Med. 1. 2. q. 95. a. 4. diſtinguitque concluſiones euidenter illatas ex principiis naturaliter euidentibus ſine dependentia à voluntate humana; & nulla facta ſuppoſitione ab aliis concluſionibus, quæ ex principiis naturæ non abſolute, ſed aliqua ſuppoſitione dependente à voluntate humana humana, neceſſario tamen ſequuntur. Et priores ad ius D naturale poſteriores ad ius gentium pertinere teſtatur. Verum neque hæc diſtinctio bene accommodat exempla in vtroque iure adducta, neque in ſe vera eſt. Vtrunque hac ratione facile probatur: nam lex ſeruandi promiſſum Deo, vel homini eſt naturalis & tamen locum non habet niſi facta promiſſione, quæ à libero voluntatis arbitrio dependet. Deinde inter præcepta moralia multa ſunt, quæ facta hac ſuppoſitione procedunt: nam furta ante diuiſionem contra legem naturalem nulla ſunt. Etenim diuerſa ſupponi debent dominia vt præceptum furandi locum habeat. Et huius ratio eſt, quia quod concluſio procedat, facta aliqua ſuppoſitione, vel non neceſſitatem præcepti, quod ex intrinſeca natura rectæ rationi conueniens eſt & oppoſitum diſconueniens non

tollit, ſed ſolum ſe habet illa ſuppoſitio ex A
parte materiæ, reſpectu præcepti, ergo quo-
tieſcumque præceptum per euidentem con-
ſequentium neceſſitatem inſert ex intrinſeca
natura obiecti conuenientis, vel diſconue-
nientis ſine libera prohibitione ſuper addita
ad ius naturale pertinebit; quia illud lex na-
turalis dictat & illud eſt in corde ſcrip-
tum.

5. Et in ordine cum priori 4. atque vl-
timus modus explicandi hanc ſententiam de-
fenditur à Couarr. regula peccatum 2. p. §.
11. n. 3. qui citat Præpoſ. in cap. ius gentium
& Nauar. in cap. ita quorumdam de Iudæis,
gloſſa penultima n. 12. item creditur D. Tho.
1. 2. q. 94. a. 5. qui ad 3. ſine dubio idem in-
dicare videtur. Accedit Vaſq. citatus cap. 1. B
qui hanc explicationem iuris gentium latius
confirmauit, & refert pro ea Connanum
lib. 1. cap. 6. qui potius opinionem ſtatim re-
ferendam tuetur. Aſſerunt ergo hi Aucto-
res ius naturale eſſe duplex alterum poſi-
tiuum, alterum negatiuum, ſeu vt ita dicam
permiſſiuum: nam primum poſitiue præcipit,
vel prohibet, & regula eſt iuſti & iniuſti,
peccati & virtutis 2. nihil prohibet, nec iu-
bet, ſed tantum permittit, quod ad vtilita-
tem naturæ humanæ in communitate ciuili
conſideratæ conueniens eſt, hoc ergo ius
permiſſionis, ſeu vtilitatis dicitur ius gen-
tium, & eſt quædam licentia: ſeu facultas
à natura conceſſa; quatenus hoc nec imperat,
nec vetat: huiuſmodi eſt diuiſio agrorum, fa-
cultas vlciſcendi iniurias iure belli & reli- C
qua, quæ vtilia ſunt, ſeu honeſta, non ta-
men neceſſaria. Et omnibus dictis modis ex-
plicandi 1. ſententiam hanc probabiliorem
exiſtimo, non tamen omnino approbo.

Ratio eſt, quia ius, de quo in præſenti
loquimur, eſt obiectum legis, & idem eſt at-
que iuſſum, quod lex præſcribit; ſed nulla
poteſt eſſe lex, quæ non inducat obligatio-
nem præcipiendo, vel vetando, ergo ius gen-
tium non bene dicitur facultas, ſeu permiſ-
ſio legis naturalis. Maior eſt clara, quia non
loquimur de iure, prout eſt obiectum virtu-
tis iuſtitiæ; ſed vt diuiditur à iuriſtis diuer-
ſitatemque legum oſtendit: vt recte docet
Valen. 1. 2. diſp. 7. q. 5. p. 2. & 2. 2. diſp. 5.
q. 1. punct. 1. Suar. lib. 2. de leg. cap. 18. Sal-
las tract. 14. in 1. 2. diſp. 2. ſect. 3. n. 20. Azor.
tom. lib. 5. cap. 1. q. 5. qui late dictum ex- D
plicandi modum reiiciunt. Imo ipſe Vaſq.
citatus cap. 3. in fine ait recte D. Thom. di-
xiſſe ius gentium poſitum eſſe ab homini-
bus & inter leges humanitus poſitas nume-
raſſe. Sentit ergo diuiſum huius diuiſio-
nis eſſe ius, vt ſumitur pro legis obiecto,
vel pro ipſa lege. Minor ſatis probata ma-
net ex legis definitione & amplius con-
firmabitur diſp. 7. cum egerimus de effe-
ctibus legis, quorum præcipuus eſt obliga-
re. Confirmatur hæc ratio 1. omne ve-
rum ius à gentibus introductum requirit
iuriſdictionem, in qua fundetur; ſed ad pu-
ram permiſſionem nulla requiritur iuriſdi-
ctio, ergo ius gentium pure permiſſiuum
non eſt. 2. lex naturalis & poſitiua ciuilis
multa permittunt; ita vt cum illa permiſſio-
ne ſit coniuncta prohibitio, ne quis ea permiſ-
ſione vti impediatur, ergo non eſt proprium
iuris gentium, quod permiſſiuum, vel con-
ceſſiuum ſit: quod exemplo priuilegii opti-
me declaratur; nam eo ipſo quod concedi-
tur alicui priuilegium, aliis præcipitur, ne
talis priuilegii vſum impediant. Vnde ſem-
per ius permiſſiuum coniunctum eſt cum ali-
quo præceptiuo, ſiue naturali: ſi lex naturalis
dictat illud licere; ſiue poſitiuo, ſi poſitiua ſit;
& aliquid dicat licere, vel negatiue ſe habeat,
& illud non prohibeat.

Quæ confirmatio in exemplis ab Iſidoro
adductis in cap. ius gentium, manifeſte rem
concludit: nam ſedium occupatio ita per-
mittitur, vt nemo iuſte impedire queat eum,
qui ſedem ab alio non præoccupatam præ-
ripuit; & eodem modo ſe habet permiſſio
ædificationis & munitionis. Iam vero bella,
quatenus ſunt in defenſionem iuſtam ſuſcep-
ta, ideo permittuntur, quia ſupponunt præ-
ceptum, quod iniuſtum facit proximi aggreſ-
ſorem, & aliquando obligationem afferunt,
nempe Rempublicam defendendi: quando
vero bella iuſte permittuntur aggreſſori, eique
licet hoſtes in captiuitatem & ſeruitutem re-
digere, ſemper inſerri debent in pœnam factæ
iniuriæ, ad cuius ſatisfactionem obligatur
poſitiue, qui illam irrogauit. Deinde poſtli-
minio, ita ius tribuunt recuperandi liberta-
tem omiſſam, & redeundi ad priorem ſta-
tum, poſtquam à liminibus captiuitatis ali-
quis exiuit, vt in eodem iure præceptum
includatur, ne quis illum iure poſtliminii
vti impediat, ſed in priſtinum ſtatum reſti-
tuat; ſimiliter fœdera, pax & induciæ. Tan-
dem legatorum non violandorum, ius connu-
bia inter alienigenas prohibita per modum
præcepti ab Iſidoro tradi luce clarius eſt meri-
diana.

2. Sententia docet ius gentium aliud eſſe 4.
primarium & aliud ſecundarium 1. ad natu-
rale, 2. ad poſitiuum dicit ſpectare: ita Bar-
tol. l. 5. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure & l.
64. ff. de condict. indebiti n. 2. & citat ma-
giſtrum ſuum, qui Raynerius Forolimenſis
fuit, vt ait Mendoza 2. de pactis cap. 1.
q. 1. n. 4. Idem tenent Paulus de Caſtro An-
gelus ad citatas leges, Varon. lib. 1. declarat.
iuris. Ioannes Bolog. cap. 15. in rubrica de
Verb. ſignific. n. 20. Duarenus de iuſt. &
iure cap. 5. Menchaca 1. controuerſ. cap. 10.
n. 18. & cap. 41. n. 30. & 1. de ſucceſſionum
creatione, §. 1. n. 2. & ſeq. Pinellus in Rub.
de reſcind. vendit. 1. p. n. 11. & 13. qui re-
fert Bald. Iaſ. Decium Cagnolum & alios, à
quibus recedendum non eſſe dicit Nicolaus
Mozius in amphitheatro contract. ad ini-
tium, numero. 12. De hac opinione late diſ-
putat Bolog. tom. 1. tract. legibus, iure &
æquit. cap. 17. & ſeq. & multis illam impu-
gnat Mendoza citatus 1. quia illa diuiſio
iuris gentium in primarium & ſecundarium
omnino impertinens eſt ad iura componen-
da & recte interpretanda, vt notauit Fortu-
nat. leg. 4. manumiſſ. ff. de iuſt. & iure,
Aret. l. 1. poſſeſſio, de acquirenda, vel omit-

tenda. 2. quia ius Gentium, quod prædicti A
auctores vocant ſecundarium, vt rerum di-
uiſio, commercia, captiuitates à naturalis
rationis dictamine proficiſcuntur. Plura con-
tra prædictam ſeutentiam argumenta videri
poſſint apud Mendozam citatum, qui re-
fert Ant. Noſcium, Bald. Nouellum, Loti-
num, Berynum, Ioannem Gartiam, Valaſ-
cum Toloſanum, Forcatulum, & alios quam
plures, qui diuerſimode declarant hanc 2.
ſententiam, & confirmant, ſed omnes illo-
rum explicationes reiicit. Ego vt dicam, quod
de hac ſententia iudico, credo hos auctores
dum ius gentium, partim naturale partim
poſitiuum faciunt, vel ſententiam ſtatim ap-
probandam tradere cum aliqua vocabuli
abuſione, vel ius gentium è medio tollere. B

Proponitur vltima ſententia, quæ ius Gentium ad poſitiuum reducit.

SECTIO V.

EXcluſis aliis ſententiis 3. omnino vera
1. eſt, quæ ius gentium in ſua propria, &
germana ſignificatione ad poſitiuum aſſerit
pertinere; quod quidem poſitiuum in ius
Gentium, & Ciuile diuiditur: & hac ratio-
ne illa tria membra ad duo reducuntur, quia
legi naturali ac poſitiuæ correſpondent. ità
D. Thom. 1. 2. quæſt. 94. a. 5. ad 3. & q. 95.
a. 4. in corpore. & ad 1. 2. 2. q. 57. a. 3. Ara- C
gon. Banes. Salon ibid. Sotus lib. 3. de Iuſt. &
iure. quæſt. 1. a. 3. & Turrecremat. eod. cap.
conſuetudo §. eſt autem in contrauentione.
Gratiani ar. 2. qui duo Auctores videntur ſibi
contrarii in locis pro 1. ſententia citatis. Va-
lent. & Sallas vbi ſup. Molin. tom. 1. de Inſt.
tract. 1. diſput. 3. 5. & 6. Suar. citatus cap. 19. n.
3. vbi D. Thom. cum Cardinal. Bellarm. lib.
de Cleric. cap. 19. in poſtrema editione expo-
nit. ne in locis pro 1. ſententia adductis ſibi
aduerſari videatur. Et quamuis duas decla-
rationes adducat, 2. magis probo; quatenus
aſſerit D. Thom. dixiſſe propoſitiones pra-
cticas de iure gentium deduci ex iure natu-
rali per modum concluſionis, & non deter-
minationis, quia ex vi Iuris gentium non col-
ligitur determinatio aliqua particularis, quo
modo ciuile ius conſtitui conſueuit, ſed in D
communi vſu introducitur ius quoddam apud
omnes gentes per modum illationis non ſim-
pliciter neceſſariæ; ſed ita conuenientis na-
turæ, vt quaſi illa ſuadente inferatur. Ea-
dem ſine dubio eſt ſententia Connan. lib. 1.
cap. 6. vbi ait, *ius gentium non tam natura
ipſa, quam hominum iudicio conſtitutum eſt.*
item, Hotomanni §. *Ius autem* Inſt. de iure
naturali, Gent. & Ciu. & Albert. Bolog.
citati cap. 23. n. 2. quamuis enim diſtinguat
ius Gentium in primarium, & ſecundarium,
& hoc ſecundarium in commune, & parti-
culare, vtrumque tamen primæ & ſecun-
dæ diuiſionis ius, ſub humano, ſeu poſitiuo
legibus vel moribus introducto compre-
hendit Caſtro 2. de Hæreticorum punitio-
ne, cap. 7.

A Et ſanè quod attinet ad alios Iuriſconſul-
tos, legumque decreta, quantum coniectare
poſſum, duo tantum iuris membra ſtatuere
ſemper intenderunt: quamuis enim illa tria,
nempe Naturale, Gentium, Ciuile nominarint,
ſub diuerſa conſideratione ius gentium nunc
ad naturale, nunc ad poſitiuum reducebant.
Nam quando ius gentium vſurpabant pro
eo, quo omnes gentes vtuntur: poſitiuum
omnium gentium, & naturale coniunge-
bant, vt videre eſt in l. 9. omnes populi. l.
2. veluti. l. 3. vt vim. 4. manumiſſiones. l. 5.
ex hoc iure, ff. de Iuſt. & iure. l. 31 bona fides
ff. depoſiti. l 1. ff ſi quis teſtam. liber. Inſt.
de Rerum diuiſione §. & quidem, §. ſin-
gulorum & de iure Naturali Gent. & Ciui. §.
B ſed naturalia. l. 46. Sthicum, l. 85. cum
amplius de Regulis Iuris, & aliæ quæ videri
poſſunt apud Mendonzam citarum. Quando
vero ius gentium in ſuo rigore & proprietate
accipiebatur, vt contra diuiditur à naturali, &
à gentibus vniuerſis introductum eſt, cum
poſitiuo numerabatur. Ita Iuſtinianus Inſtit.
de iure naturali §. ius autem gentium, ait.
*Ius autem gentium omni humano generi com-
mune eſt, nam vſu exigente & humanis ne-
ceſſitatibus gentes humana iura quædam ſibi
conſtituerunt.* In quo loco gloſſa ait plenius
ius gentium declarari, quam ſuperius fue-
rat expoſitum & Albertus vbi ſupra citato
cap. 23. ad finem. Ex eo quod textus dicat
gentes humanas iura quædam conſtituiſſe,
C colligit aliquod ius habere gentes, quod ipſæ
non conſtituerint. Nam ſi quædam iura con-
ſtituerunt, & non omnia: aliquid igitur ab
hominum arbitrio, & conſtitutione omnino
independens ſupereſt, quo etiam gentes vtun-
tur. Et hoc aliud eſſe nequit quam natu-
rale.

Deinde Paul. l. 11. ius pluribus, ff. de ori-
gine iuris ait. *Ius pluribus modis dicitur,* 2.
*vno modo cum id, quod ſemper bonum, ac
æquum eſt, ius dicitur; altero modo quod
omnibus, aut pluribus in quaque Ciuitate
vtile eſt, vt eſt ius Ciuile.* In quibus verbis
lex duos præcipuos modos, quibus ius in
tota proprietate ſumptum, & in duo mem-
bra diuiſum eſt, declarauit. Nam ius, quod
ſemper & immutabiliter bonum eſt & iu-
ſtum, eſt naturale, vt bene docet gloſſa, li-
D cet, in exemplis, quæ adiungit deficiat:
quia exempla de iure gentium cum iure
naturali confundit. Illud vero ius, quod
omnibus, aut pluribus in quaque Ciuitate
vtile cenſetur, ius Ciuile eſt, id eſt politicum
& poſitiuum, quod apud Ariſtotelem idem
eſt atque legitimum, 5. Ethicorum cap. 7. &
1. Magn. Moral. cap. 34. & hoc quidem ſi
omnibus vtile viſum eſt ius gentium dici-
tur, quia eo omnes gentes vtuntur & omni-
bus vtile ex maiori ad omnes conuenientia
apparet; ſi pluribus alicuius Ciuitatis vel re-
gni proprium habebitur & ciuile nuncupa-
bitur. Notandumque eſt verbum *vtile* cum
de iure poſitiuo ſermo ſit, ſiue intelligamus
ius gentium, ſiue ius ciuile. Nam ſicut ius na-
turale ex quadam naturæ neceſſitate oritur,
propter quam perpetuo bonum & æquum

eſt, ita ius poſitiuum ex vtilitate, & commoditate hominum in eodem orbe, vel in eadem prouincia, ſeu vrbe commorantium prouenit. Ex ex hac neceſſitate, & vtilitate iuris optimam ipſius diuiſionem in naturale & poſitiuum deduci Albertus Bolog. citatus arbitratur.

3. Comprobata Theologorum & iuriſtarum teſtimoniis vera ſententia de iuris diuiſione in naturale & poſitiuum, ſub quo tum ius gentium, tum ciuile continetur, ſupereſt vt ratione Theologica confirmetur eadem veritas, & poſtea ius gentium cum naturali & poſitiuo conferamus, in quo conueniant, & differant. ſiquidem ita inter vtrumque mediat, vt quo illud verſeretur humana opinio vacillauerit; & ſane negari non poteſt illam eſſe optimam iuris naturalis definitionem, quam Tullius 1. de inuentione tradidit. *Naturæ ius eſt quod non opinio genuit. ſed quod quædam innata vis inſeruit, vt religionem pietatem &c.* Quæ definitio ex iis, quæ de lege naturali diximus, ſatis corroboratur. Sed ius gentium hominum opinione potius vſu exigente & humanis neceſſitatibus introductum fuit, quàm inſita naturæ vi in cordibus præſcriptum: ergo cum poſitiuo non cum naturali eſt computandum Minorem probo, quia ius à natura inſitum immutabiliter omnibus idem eſt, ſed ius gentium mutari poteſt, vt docet Ioan Andr. in c decernimus, de ſententia excommunicationis in 6. Butrius in rubrica de teſtamentis. Fulgoſ. & Iaſ. ad legem ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure Alex. in rubric. de acquirenda rerum diuiſ. Et patet quia diuiſio rerum, & particularia dominia ſunt de iure gentium, & tamen tempore primitiuæ Eccleſiæ, imo nunc inter religioſos, non eſt bonorum proprietas, ſed communitas. Deinde ſeruitus etiam eſt de iure gentium per bellum inducta; & tamen ſi Chriſtianus in bello captus ſit, alterius Chriſtiani ſeruus non eſt, vt docet Silueſter, Verbo ſerous q 3. & patet ex lege 24 hoſtes, ff. de captiuis, iuxta Bartolum ad hanc legem n 16. & Cuuarr. regul. peccatum. 2. p §. 11. n. 6. neque Chriſtianus eſſe poteſt ſeruus Iudæi, hæretici, vel pagani l. 1. & 2. cod. ne Chriſtianum mancipium, &c. ergo ius gentium non eſt à natura inſitum Vnde bene aduertit Molin. citatus non oportere vt idem ſit apud omnes omnino nationes, ſicut eſt naturale, ſed vt ſaltem ſit apud plures & fere omnes nationes.

2. Idem probatur quia omnes, aut fere omnes gentes, quatenus afficiunt vnam in toto orbe communitatem, obligare poſſunt omnes & ſingulos ad ea, quæ vniuerſo generi humano ſunt neceſſaria & vtilia, ſicut particulare regnum eiuſdem regni incolas ad ea quæ eidem regno conueniunt, neque ad hoc opus fuit vt conuenirent, legeſque crearent, ſed ſatis fuit: vt vſu & aſſuetudine hoc commune ius introduceretur; ſed ius nullo alio appellaretur nomine, quàm ius gentium; ergo re vera de facto ita contingit & hoc non obſcure ſignificauit Caius in l. 9. omnes populi, citata his verbis. *Quod natu-* A *ralis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræque cuſtoditur, vocaturque ius gentium.* Quia videlicet homines naturali ratione ducti illud conſtituerunt & moribus introduxerunt: non enim hoc loco ius gentium dicitur præciſe, quia eo omnino homines vtuntur, ſed quia eo vtuntur tanquam ipſius iuris auctores: ita hanc legem interpretatur Sallas tract. 14. diſp. 2. ſect. 3. n. 21.

Prædictæ doctrinæ iam facile eſt exempla ab Iſidoto adducta in cap ius gentium accommodare: nam ad ſedium occupationem ædificationem, munitionem, bella, fœdera, pacem, inducias, connubia cum alienigenis, non ita à naturali lege obligantur homines, B vt ſi oppoſitum facerent, legis naturalis iura violarent: poſſunt enim licite ſedes hoſtium non occupare, communes habere rerum, vſus non ædificare, non munire ciuitates, bella etiam iuſta non mouere, fœdera non inire cum hoſtibus, neque inducias eis concedere, neque pacis conditiones admittere: item connubia cum alienigenis celebrare: hæc ergo omnia ſunt, quæ hominũ communis vtilitas, exigenteque neceſſitate morum conſuetudo inuexit & commune ius gentium fecit. Tria ſuperſunt exempla: captiuitates & ſeruitutes: item poſtliminia & denique legatorum inuiolatorum religio, de quibus maior eſſe poteſt difficultas, vtrum de iure gentium ſint, an de iure naturali. Et quidem captiuitas, ſeu ſeruitus de iure naturæ non eſt, imo neque C libertas; ita de iure naturali cenſetur, vt aliquem obliget, regulariter loquendo, ſe in libertate conſeruare. Nam vt aliquis captiuis ſubueniat in ſpiritualibus ſua præſentia, vel vt captiuum redimat, ſe poterit libertate priuare, vt D Paulinus Nolæ Epiſcopus fecit: item nemo tenetur hoſtem in bello captum in ſeruitute conſeruare; ſed liberè poteſt manumittere. 4.

Quamobrem miſſa illa controuerſia, quam à ſacris ſcriptoribus mutuatam Nauar. in cap. quorumdam de Iudæis notab 11. in gloſſa penult. n. 7. & ſeq. agitauit vtrum ſeruitus à maledictione Noë ſuper Chanaam, inceperit, in qua Vaſq. l. 1. 2. diſp. 157. cap. 4. in multis Nauar. impugnat & quam doctè decidit Peretius lib. 14 in Geneſi cap. 5. Verſ. D 25 n. 18 Dico cum D. Thom. 1. 2 q. 95. a. 5. ad 3. ſeruiturem ſicut poſſeſſionum diuiſionem non fuiſſe à natura inductam, ſed ab hominum rationabili inuentione ad vtilitatem humanæ vitæ Et addo cum D. Auguſt 19 de de ciuitate Dei cap. 15. *conditio quippe ſeruitutis iure intelligitur impoſita peccatori, proinde nuſquam ſcripturarum legimus ſeruum, antequam hoc vocabulo Noe iuſtus peccatum filij vindicaret; nomen itaque iſtud culpa meruit, non natura.* Potuit ergo iuſta ex cauſa ſeruitus, iure gentium induci in pœnam. quin iuri naturali quidquam derogaretur, quare de iure gentium eſſe à D Iſidoto in noſtro textu meritiſſimè perhibetur; cui optime concinit Iuſtinianus locis in notatione ad hoc cap. citatis & inſtit de iure perſonarum, §. ſerui, vbi ait. *ſerui aut naſcuntur* 5.

aut fiunt: naſcuntur ex ancillis noſtris fiunt
autem iure gentium, ideſt captiuitate. Vnde
nec etiam mirari debemus homines ſeruos
ad poſſidendum ſeruitute inhabiles reddi.
Etenim quam liberis hominibus poſſidendi
facultatem ipſæ gentes dederunt, eandem
ſeruis negare potuerunt; quia humano con-
ſenſu inducta poſſeſſio, eodem in aliquibus
euentis infirmatur, argumento, l. 80. pro vt
quid, ff. de ſolution. & l. nihil tam naturale
ff. de regulis iuris.

De iure poſtliminii dubitari poſſet, an per
6. naturalem legem introductum ſit: nam quod
domino de captiuitate redeunti res amiſſæ
reſtituantur lex dictat naturalis; ergo ante ius
gentium, ad hoc naturali lege tenemur, ni-
hilominus tamen merito inter ius gentium,
poſtliminia conſtituuntur, quia cum diuiſio
rerum & dominia de iure gentium ſint, po-
tuerunt tali modo vſu introduci, vt ſine in-
iuria decreuit ius poſitiuum ad remouendas
lites, ea conditione rerum dominia obtine-
ri, vt ſemper vſucapioni & præſcriptioni da-
retur locus; quia pacis commune bonum par-
ticulari cuiuſque bono debet anteponi, quod
facit ne præſcriptio contra ius naturale pro-
cedat: quod ergo ius poſtliminij præſcriptio-
ne non tolleretur, iuris gentium fuit bene-
ficium, ciuilibus poſtea legibus confirmatum;
cuius mentionem fecit cap. *prima actione*
16. q. 3. quod ex eo magis innoteſcit, quia
non æqualiter rebus omnibus ius poſthmi-
nij leges Cæſareæ conceſſerunt, vt patet tit.
ff. de cap. & poſtlim reuer. quare orbis na-
tiones aliæ aliis legibus pro ſua commodita-
te vtuntur, omnes tamen aliquo iure poſtli-
minii vſæ ſunt ſine legis naturalis præiudicio:
ſic enim introducta eſt rerum diuiſio, vt mu-
tari poſſent bona fide dominia aliquo præ-
ſcriptionis iure, quod contra poſtliminia
non præualere vſu, legibuſque ſtatui nihil
vetat.

De legatorum inuiolatorum religione di-
cere quis poteſt, quod à naturali præcepto
proficiſcitur, quo tenemur, alteri non noce-
re, qui nullam nobis iniuriam irrogarit, quam
legati ſua legatione non inferunt. Sed hoc
exemplum recte iure gentium accommoda-
ri poteſt: nam illa ſecuritas publica & com-
munis, qua principes & populi alii ad alios
legatos mittere conſueſcant, à iure gentium
promanauit, quia vſu introductum eſt, vt non
ſolum ad amicos, ſed etiam ad hoſtes lega-
ti ſecure mittantur & facilem habeant ingreſ-
ſum, etiam in regnis, quorum aditus exteris
nationibus præcluditur. Quod commune om-
nium gentium ius noſtro Pontificio & ciuili
confirmatur cap. ſi quis autem, diſt. 94. eo
l. 17. ſi quis legatum, ff. de legation cum ta-
men ex naturali lege nullus princeps tenea-
tur legatos hoſtium admittere, eoſque à qui-
bus forſitan graues pertulit iniurias, ſine ſa-
tisfactione incolumes dimittere. Imo quan-
uis legati inimicorum non eſſent, nulla lex
naturalis violaretur, ſi communitas, aut prin-
ceps illos apud ſe eſſe non admitteret. At
ſuppoſito hoc gentium vſu nunc contra ius
gentium faceret Rex, qui etiam hoſtium
A legatos ad ſe venientes crudeliter necaret.
Ita ſimiliter explicandum eſt, quod, §. ius
autem inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. dicitur
de commercio per emptiones & venditiones
alioſque contractus, quos iure etiam gen-
tium introductos inter diuerſas nationes do-
cuit Iuſtinianus.

Confertur ius gentium cum naturali,
& poſitiuo.

SECT. VI.

COnſideratis ſingillatim exemplis de iure
1. Gentium, de quibus ius Canonicum, &
Ciuile meminit: Conferamus nunc hoc ius
B gentium cum naturali, & poſitiuo, vt ap-
pareat in quo conueniant, & differant. Cum
iure ergo naturale ius gentium conuenit in
hoc, quod eſt omnium fere nationum. Item
quod illius materia quatenus iuris materia,
eſt illi quod ſubſtat ad homines tantum per-
tinet. Nam quod ſignificatur in legibus ſu-
pra citatis ius naturale hominibus & brutis
eſſe commune, iam ſupra oſtendimus eſſe
vocabuli abuſionem, & improprietatem lo-
quendi bruta animalia iuris capacia face-
re, imo etiam homines, vt præciſe anima-
lia ſunt, antequam rationalia conſiderentur,
iuris non ſunt capacia. Hæc tamen 1. con-
uenientia ratione materiæ etiam in iure ci-
C uili datur, nam multa in particulari, quæ
de iure naturali ſunt, iure etiam ciuili præ-
cipiuntur, & vniuerſaliter loquendo iuris
Ciuilis materia, quæcunque illa ſit, ad ſolos
homines ſpectat.

Differunt tamen, 1. tam ius gentium quam
2. ciuile à naturali, quod huius materia ſecum
deferat immutabilem præcepti neceſſitatem;
illorum vero materia non neceſſaria, ſed
vtilis humanis vſibus, & conſequenter mu-
tabilis, quamuis ius gentium quo vniuer-
ſalius, & naturali proximius eo minus mu-
tationibus obnoxium videtur. Si ergo præ-
cepta naturalia ſunt affirmatiua, operandi
neceſſitatem inducunt; ſi negatiua malitiam
obiectiuam neceſſario ſupponunt, potius
quam conſtituant. At præcepta iuris gentium
D & ciuilis ſicut nec bonitatem in obiecto ſup-
ponunt, de ſe, ita nec malitiam: ſed vtrum-
que quando conſtituunt, tune in præcep-
torum obiectis eſſe oſtendunt, huius diſ-
criminis ratio eſt hoc 2. in quo etiam dif-
ferunt, quia ius naturale ſola natura perfi-
cit, cum determinate aliquid vel præcipit,
vel prohibet. Ius vero gentium hominum
moribus libere introductum eſt; Ciuile vero
vel moribus vſuuenit, vel ſtatutis particula-
ris populi ſanctum eſt. 3. differunt, quia
ius naturale ad ſolam iuſtitiam, & hone-
ſtatem dirigitur; at in iure gentium, vel ci-
uili etſi honeſtatis ratio habeatur, tamen
vtilitas, & commoditas maxime ſpectatur,
quæ diſcrimina docte notauit Albertus, Bo-
lognettus tom. 1. tract. de leg. iur. & æquit.
cap. 23. n. 12

Vnde numero 20. D. addit, ſi quæratur

quate mortales antiquam retum communionem tollere potuerunt, captiuiſque priſtinam libertatem penitus adimere, non ſic tamen naturalem ſeruandæ fidei obligationem eiſdem ſeruis auferre potuerint; curque hæc obligatio, quam in ſeruis nullus effectus lex ciuilis eſſe voluerit, in ipſis ſemper viuat & vigeat (vt ſentit Triphonius l. 64. ſi id quod dominus, ff. de condition. indebiti & Paulus l. 15. naturaliter, ff. eodem tit.) nihil melius reſponderi poſſe, quam ſi ad diuerſa iuris ptincipia & fundamenta alio aliud firmius recurratur; quia ſeruandæ fidei obligatio ex lege naturali promanat, illiuſque immutabili iure nititur, quod ad honeſtatem ſpectat; in aliis vero nempe in retum communione ſeu libertate hominum, non eſt immutabilis neceſſitas, ſed commoditas & vtilitas hominum poteſtati & arbitrio commiſſa, & pro temporum commoditate, rerumque viciſſitudine variari poteſt.

3. Cum iure vero ciuili ius gentium conuenit in iis tribus differentiis, per quas vtrunque à iure naturali ſeparatur; differt vero 1. quia ius gentium non ſe ipſo, ſed vſu & moribus, non vnius ciuitatis, vel prouinciæ, ſed omnium, vel fere omnium nationum conſtat; at ius ciuile, vel ſcriptum, vel non ſcriptum ad certum populum & particularem hominum ſocietatem pertinet. dixi ius gentium ſpectare ad omnes, aut ferè omnes gentes, quia illud fere etiam D. Iſidorus vt habetur in cap. ius gent. diſt. 1. non caſu & vt ſuperuacaneum adhibuit, ſed vt oſtenderet non opus eſſe omnes omnino gentes tali iure vti, ſed fere omnes: & ſimiliter vt huius iuris gentium definitionem ab efficienti cauſa exponeret; dixit enim ideo appellari ius gentium, quia eo iure omnes fere gentes vtuntur Nam cum dixit *fere omnes*, ſignificauit non eſſe ius naturale, quod ſine exceptione omnes omnino mortales eadem obligatione obſtringit: & ſimiliter non eſſe ciuile, quia hoc non ſolo vſu, nec ad omnes fere, ſed etiam ſcripto & ad certum populum accomodatur. Differunt 1. quod ius gentium ita eſt mutabile contrario vſu omnium fere nationum, vt in iis, quæ pertinent ad bonum commune omnium fere gentium, nequeat ab vno regno tolli, ſicut poteſt proprium illius regni ius, quia ſicut non ſufficit vſus vnius prouinciæ vt in toto orbe introducatur, ita neque contrarius vſus vnius ſatis erit, vt antiquus mos aboleatur, niſi ſine aliarum prouinciarum vel regnorum præiudicio, aliquid ſibi magis conueniens aliquod regnum iudicauerit.

Hinc eſt quod ius ciuile dicatur mutabile in totum, ius autem gentium non in totum, ſed ſolum in partem; quod debito modo intelligi debet. Etenim hoc verum non eſt de abſoluta poteſtate & mutabilitate, ex parte vtriuſque iuris. Vtrunque enim de potentia abſoluta de ſe mutabile eſt, ſed moraliter loquendo ſecundum communem hominum vſum, & de præceptis ſingulatim ſumptis nam omnes leges ciuiles mutari poſſunt in eo populo in quo vigent diuiſim acceptæ, non ita

A tamen omnia præcepta iuris gentium: nam quæ ſpectant ad commune bonum omnium, & reſpiciunt illam politiam & moralem vnitatem, quam inter ſe habent totius orbis nationes, V. G. legatorum inuiolatorum ſecuritas, communi gentium vſu etiam inter hoſtes confirmata mutari non poteſt à particulari regno, quia non ſine aliorum præiudicio priuata lege abrogatur. Vnde quanuis ratione materiæ non repugnet prædicti iuris mutatio, ſi vel omnes gentes conſentirent, vel paulatim omnium vſu introduceretur contraria conſutudo; moraliter tamen impoſſibile videtur: nam quando omnes gentes, quin inter ſe conuenirent, vel de hac agerent,
B communi vſu in hoc ius conſpirarunt, tot & tam manifeſtæ ſunt rationes, quæ huius iuris neceſſitatem oſtendunt, vt nunquam ceſſare poſſe ſufficienter ad ſui conſeruationem videantur.

Hanc doctrinam optime probat Cardin. Bellar. lib. de Cleric. cap. 29. vbi diſtinguit tres gradus præceptorum naturalium, duos priores proprios. 3. minus proprium qui proprie pertinet ad ius Gentium 1. eſt eorum, quæ ſunt inſtar primorum principiorum V. G. *quod tibi non vis fieri alteri ne facias. Malum eſt fugiendum, Deus colendus*, & ſimilia. 2. eſt eorum præceptorum, quæ ſe habent vti concluſiones, quæ ex illis primis principiis per neceſſariam & euidentem conſequentiam facile deducuntur V. G. Ex illo principio *Deum eſſe colendum* ſtatim ſequitur, *idolorum cultum eſſe fugiendum, tanquam Deo iniurioſum* Item ex illo principio *quod tibi fieri non vis, &c.* Statim ſequitur *non furandum non adulterandum, &c.* quæ præcepta ſunt etiam propriiſſime iuris naturalis; nam quamuis deprauati hominum mores ita eorum mentes obcœcauerint, vt in aliquibus populis hæc præcepta ab illorum cordibus delerentur. legimus enim apud D. Hieron. 2. in Iouinianum. & Theodoret. lib. 9. ad Græcos multa vitia contra naturam ab aliquibus populis, eorumque legiſlatoribus approbari. Hoc tamen non obſtat quo minus ad ius diuinum naturale ſpectent; quia ſicut concluſiones. quæ per euidentem, & neceſſariam conſequentiam ex principiis fidei deducuntur, etiam de fide ſunt, & qui illas negaret, vere hæreticus cenſeretur. Ita concluſiones,
D quæ ex principiis legis naturalis neceſſario & euidenter inferuntur, ad eandem legem naturalem pertinent, quique illis in ſuis operationibus non obediunt, contra ius naturale operantur.

3. Gradus præceptorum, quæ ius Gentium conſtituit, in iis præceptis cernitur, quæ ex iure naturali colliguntur. non per modum determinationum, ſicut ius ciuile, ſed per modum concluſionum quæ cum non neceſſariæ omnino, nec euidenter deductæ appareant, iam à proprietate iuris naturalis præcepti neceſſitatem inducentis declinant; & ad poſitiuum reducuntur, quia humana indigent conſtitutione, non per modum determinationis, maris arbitrariæ in certo aliquo populo promulgatæ, ſicut ius Ciuile; ſed per modum

modum concluſionis diſcurſu omnium fere gentium illatæ, atque adeo vſu vniuerſali introductæ ſine dependentia à Principis, ſeu magiſtratus authoritate. Et hoc eſt illud ius gentium in proprio & rigoroſo ſenſu acceptum, quod inter naturale & ciuile ſic intermediat, vt cum ciuili magis proxime in gradu Iuris poſitiui humani conueniat. Vnde iam duo obiecta habemus, nempe ius naturale, & poſitiuum, quæ duplici generi legum reſpondeant.

De Varijs Diuinarum legum ſpeciebus.

QVÆSTIO IV.

COgnita legis iuriſque natura, ſequitur iuxta noſtrorum canonum diſpoſitionem diſtinct. 1. & 2. legem in diuerſas legum ſpecies partiri, & ſane cap. 1. primæ diſtinct. lex diniditur in diuinam & humanam, in cuius diuiſionis primo membro lex naturalis continetur. Illam enim eſſe vere diuinam Deumque eſſe illius legiſlatorem ſuperiori quæſt. docuimus, neque ad hoc neceſſariam eſſe nouam prohibitionem Dei poſitiuam eidem legi naturali ſuperadditam: nam hæc peculiaris prohibitio poſitiua Dei ad alteram legem etiam diuinam poſitiuam ſpectat. Hanc igitur legem diuinam in æternam, & temporalem partiuntur; D. Auguſt. de lib. arbitr. in multis cap. ſpeciatim 6. & lib. 22. contra Fauſt. cap. 27. Alenſ. 3. p. quæſt. 26. & ſeq. Vincent. Beluac. in ſpeculo morali p. 2. diſt. 1. D. Thom. 1. 2. quæſt. 93. & Theologi communiter infra citandi: item Canoniſtæ, ideo de hac lege æterna diuina, deinde de temporali tam veteri, quam noua hoc loco agendum.

Quænam ſit lex æterna.

SECTIO I.

1. DAri legem æternam in dinina mente exiſtentem aſſerunt, non modò Auguſt. vbi ſupra, & lib 22. contra Fauſt. cap. 73. vnde deductum eſt caput lex æterna 23. quæſt. 5. Deinde Alenſ. Vincent. D. Thom. citatis locis Caiet. Conrad. Med. & alii Thomiſtæ communiter 1. 2. q. 93. art. 7. Valent. diſp. 7. quæſt. 2. puncto 1. Suar. lib. 2. de leg. cap. 1. Sallas diſp. 2. ſect. 1. & diſp. 4. ſect. 1. Sotus 1. de Iuſt. quæſt. 3. art. 1. D. Antonin. 1. part. titulo 11. cap. 1. §. 4. Item Summiſtæ Angelus Sylueſter, Armilla, Tabiena, & alii Verbo lex, ſed etiam Iuriſtæ Thomas Connanus. Ferrat. in repet. in proœm. Decretal. num. 399. Turrecrem. in cap. omnes leges, diſt. 1. Azon. in repetit. in proœm. decreti num. 2. Albertus Bolognet. tract. de leg. iur. & æquitat. tom. 1. cap. 3. num. 3. & 7. referens Soccin. qui cum Boetio mundi gubernatricem appellat æternam legem eo carmine,

O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Imo eandem à Platone, & Cicerone cogni-

A tam fuiſſe idem Bolog. confirmat, nam Plato iuxta legis æternæ normam mundum gubernari teſtatur Dialogo x de legibus Tullius vero lib. 1. & 2. de legibus tradidit. *Sapientiſſimorum fuiſſe ſententiam legem neque hominum ingenijs excogitatam, neque ſcitum aliquid eſſe populorum, ſed æternum quiddam, quod vniuerſum mundum regeret, imperandi, prohibendi ſapientia, &c.* idem Philip. 11. *ait lex nihil aliud niſi recta, & à numine Deorum tracta ratio*, quo ſpectat illud Martiani l. 2. nam & Demoſthenes, ff. de legibus, & Senatuſc ex hoc Philoſopho aſſerentis, *omnis lex eſt inuentio quædam, & donum Dei*, quod quo pacto intelligi debeat infra declarabitur.

B Ratione probatur 1. ex Aug vbi ſup. omnis humana lex mutationi & errori eſt obnoxia, ergo neceſſario debet ſupponere aliquam legem immutabilem ab omni prorſus errore alienam, per quam menſuretur, & à qua ſtabilitatem aliquam & certitudinem mutuetur: hæc non alia, quam lex Dei æterna, igitur neceſſario eſt concedenda. 2. ex D. Th. 1. 2. q. 93. art 5. in corpore nam Deus reſpectu creaturarum, aut conſideratur, vt conditor; & hoc modo ſe habet vt artifex ad artificiata; ſapientia vero diuina, vt ars, & exemplar. Aut conſideratur vt gubernator, & ſic diuina ſapientia eſt lex ordinans actus creaturarum in debitos fides; dicitur autem æterna non ſolum quia principio & fine caret, ſed quia omnino

C inuariabilis eſt, ſicut & ipſe Deus. Vnde D. Aug. 1. de lib. arbitr. c. 6. ait. *Illa lex quæ ſumma ratio nominatur, cui ſemper obtemperandum eſt per quam mali miſeram, boni beatam vitam merentur, per quam denique illam quam temporalem vocandam diximus, recte fertur, recteque mutatur poteſt ne cuipiam intelligenti non incommutabilis æternaque videri.*

Hinc colligit D Th citatus definitionem legis æternæ *Et ſumma ratio diuinæ ſapientiæ ſecundum quod eſt directiua omnium actuum, & motionum*, intellige *in proprios fines dirigendo creaturas*. Tres ſe offerunt difficultates in hac lege æterna, eiuſque definitione explicandæ. 1. quomodo lex ſit, & æterna 2. verû à diuina prouidentia diſtinguatur. 3. qui actus & motiones in hac definitione intelligantur. 1. difficultatis nodum hæ rationes conſtringunt. 2.

D 1. quia ſine ſubditis non eſt iuriſdictio, nec imperium, & conſequenter neque exercetur ille Iuriſdictionis actus, qui eſt legem ferre: ſed ab æterno non ſunt creaturæ, quibus lex imponatur, & circa quas actus Iuriſdictionis exerceatur, ergo neque lex ab æterno fuit. 2. promulgatio legis ab æterno eſſe non potuit, quia intra Deum non eſt facta promulgatio legis, neque extra alicui creaturæ, quæ nulla fuit ab æterno: ſed hæc eſt neceſſaria ad veram legis rationem; ergo repugnat quod lex propria ſit, & æterna.

Ad 1. argumentum Reſp. conceſſa maiori, diſtinguenda eſt minor: ſatis enim eſt quod creaturæ ſint poſſibiles, & ex his aliquæ futuræ, vt circa eas imperii & iuriſdictionis diuinæ actus exerceatur in aliquo tempore ex vi

Digitized by Google

decreti æterni, nam & imperium, & Iuriſ- A dictio Dei perfectius, dignius mirabiliuſque exerceetur reſpectu creaturarum poſſibilium, quas Deus cum omnibus circunſtantiis ſingularibus præcognoſcit, quam reſpectu exiſtentium. Ideo enim Paul. ad Rom. 4. vt Dei omnipotentiam imperiumque maiori commendationis præconio efferret, Deum eſſe aſſeruit, *qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt*, quem locum ex Græco fonte Theod. Epit. diuin. Decret. cap. de materia ita transfert. *Vetat ea quæ non ſunt, tanquam ſunt.* vel vt tranſcribit Auguſt. pſal. 104. *tanquam ſint.* Et exponunt de rerum creatione, per quam Deus creaturas ex nihilo ſuæ virtutis, verbo quaſi proprio vocatas nomine produxit Nec multum diſcrepat Athan. de Paſſione & cruce Domini. Clarius eandem expoſitionẽ B tradunt Chryſoſt. ad hunc locum & Hieron. lib. 1 in Ierem. Perer. in Geneſ. 1 ad ea verba *fiat lux* Geneb Pſal 143. verſ 4 Iuſtinian. hoc loco, & alii: & hoc eſt peculiare diuini imperii attributũ, vt creaturas in ſtatu puræ poſſibilitatis, ita in indiuiduo cognoſcat, eaſque nominatim ad actum euocet exiſtendi, ac ſi reuera in rerum natura eſſent. Et de facto imperium per quod illas in lucem dedit, & quo mediante, legem elegit æternam poſitiuam, ac naturalem ad legis ſtatum reduxit, voluntatis diuinæ decretum fuit, & præſcientia libera quę ad illud ſubſequitur ordine rationis: quod ſignificauit D. Th. quando 1. 2. quæſt 91. a. 1. ad 1. dixit *æternus diuinæ legis conceptus habet nomen legis æternæ ſecundum quod à Deo ordinatur ad gubernationem rerum ab* C *ipſo præcognitarum*: aliæ ſolutiones huius argumenti videri poſſunt apud Suar. & Sallas citatos.

4 Ad 2. reſpondet idem D. Th. eodem art. 1. ad 2. promulgationem fieri verbo & ſcripto, & vtroque modo legem æternam habere promulgationẽ ex parte promulgãtis; quia & verbum diuinum eſt æternum & ſcriptura libri vitæ eſt æterna. Inſtabis tamen: Verbi diuini productio perſonalis eſt, & ſolius Patris; promulgatio vero legis diuinæ toti debet eſſe Trinitati communis, atque adeo eſſentialis: omnes enim perſonæ ſunt vnus legiſlator, ſicut vnus Deus. Deinde ſcriptura in libro vitæ, ſeu in diuina præſcientia nihil facit ad promulgationem legis, ſi creaturis non innoteſcit, nec innoteſcere poteſt, quatenus in acti- D bus Dei internis conſiſtit: neque ſatis eſt quod creaturæ habeant exiſtentiam obiectiuam in mente Dei, à quo præcognoſcuntur, quia promulgatio fieri debet creatutis in rerum natura exiſtentibus: nam alioqui lex Moſaica, & lex gratiæ ab æterno promulgata cenſebitur.

Propter hanc inſtantiam Vaſq. Med. & alii Thomiſtæ hoc loco quos refert Sallas diſp. 2. ſect 1 n. 3. aſſerunt promulgationem non eſſe neceſſariam ad legem ęternam, quia eſt alterius rationis, & ſine promulgatione poteſt eſſe norma actionum noſtrarum. Sallas n. 4. promulgationem quandam virtualem, & interpretatiuam tradit, quam ſufficere credit, illamque appellat promulgationem in voto. neutra ſolutio placet, quia priores Authores non reddunt rationem cur lex æterna promulgatione non indigeat, & ſi dicant, quia non obligat niſi mediante temporali; Inferam, ergo ſola temporalis quæ obligat, lex propria erit. Illa vero interpretatiua promulgatio, & in voto non innoteſcit, neque Sallas explicat, quomodo ligare poſſit per ſe, cum ignoretur.

Aliter reſpondet Alenſ. vbi ſuprà videlicet legem vno modo dici à ligando, alio à legendo: hoc poſteriori modo legem æternam admittit, quia illa in mente Dei ab æterno legi poterat, priori verò modo ait ſolum dici poſſe Dei legem æternam, quatenus de ſe vim habet ligandi, licet antequam applicetur, & innoteſcat, actu ligare non valeat: hæc ſolutio eſt ſatis expedita & amplius confirmari poteſt, & cum illa D. Th. componi quia de ratione huius legis æternæ eſt, vt promulgatio ex parte legiſlatoris facta ſit in ordine ad ſuum tempus: nam vbi primum in Dei mente perfecta eſt & ſtabilita, illius decretum eſt immutabile & non poteſt non ſuo tempore promulgari, ſine vlla dependentia acceptationis: aliæ vero leges humanæ requirunt actualem promulgationem, quia quatenus ſunt in mente legiſlatoris, decreto mutabili nituntur, & populi acceptationem ſaltem ad ſui confirmationem requirunt: modo explicando in diſp. 4 qu. vlt. Nam renitentia populi legis humanæ obligatio poterit impedire; Vnde quandiu lex humana in mente legiſlatoris ſiſtit, propoſitum legis ferendæ potius quam latam legem in mente habere cenſetur legiſlator.

Neque aliud docuit D. Thom. quando ad maiorem doctrinæ elegantiam verbo, & ſcripto legem æternam ex parte Dei promulgatam fuiſſe affirmauit, nam *Verbum* non ſecundum proprietatem perſonalem: ſed ſecundum appropriationem eſſentialis intellectionis accipit. Præſertim cum verbum eſſentiale etiam dici exiſtimet D. Thom. in 2. diſt. 27. quæſt. 2. art. 2. & quæſt. 4. de Veritate art. 2. ad 9. 10. & 11. quem ſequuntur Sallas, & alii DD. 1. p. q. 34. art. 1. & tunc ſignificat conceptum Dei tribus perſonis communem; & conſequenter communis erit tribus perſonis promulgatio: hoc eſſentiale Verbo facta accipitur etiam ſcriptura in libro vitæ, quatenus liber vitæ non ſumitur formaliter, prout ſolos continet prædeſtinatos ad vitam æternam, & media, quibus ad illam perducuntur, ſecundum D. Thom. 1. part. quæſt. 24. art. 2. & de Veritate quæſt. 7. art. 6. ſed materialiter vt continet ea quæ ſcripta ſunt in mente Dei, quæ ideo in libro vitæ ſcripta dicuntur; quomodo declarat Conradus D. Thom. 1. 2. quæſt. 91. art. 1. ad 2. lex vero Moſayca, & lex gratiæ ab æterno in mente Dei fuerunt, nequæ oportuit vt ab æterno creaturis manifeſtarentur, quia ſolum quando lex æterna actualiter per ſe obligare debet, aliquo modo innoteſcere neceſſe eſt 5.

6 2. difficultatis nodus erat, quomodo æterna lex à prouidentia diuina differret; nam

cum prouidentia ſit *ratio ordinis rerum in finem in ſummo omnium principe conſtituta*, vt ait D. Th. 1. p. q. 22. a. 1. in corpore, & hoc ipſum ſupra diximus de lege æterna, ſequitur hanc cum diuina prouidentia coofūdi, ſi dicas legem æternam proprie ſumptam circa intellectuales creaturas tantummodo verſari; illæ enim ſolum veræ obligationis capaces ſunt. Vrgebo quia ſaltem pars erit prouidentiæ lex æterna, quia ad prouidentiam Dei ſpectat rationales creaturas iuſtis legibus guberoare. Dicendum tamen cum eodem D. Th. de Veritate q. 5. a. 1. ad 6. legem æternam à prouidentia diſtingui, ſicut principia generalia à particularibus concluſionibus; & ſicut prima principia practica à particularibus prouidentiæ iudicijs, quod bene exponit Suar. lib. 2. de legibus cap 3. n. 12. hac ratione; quia ratio diuina quatenus habet modum legis conſtituit quaſdam veluti generales regulas, ſecundum quas res omnes moueri debent, & operari. Prouidentia vero de ſingulis actibus diſponit in particulari, & ita applicat & exequitur in ſingulis, quod generaliter lege æterna diſponitur Eſtque hoc diſcrimen vtriqoe ſatis coonſentaneum, nam ſicut lex in cōmuni ſtatuitur: ita prouidentia in particulari prouidet. Vnde licet omnes effectus diuinæ prouidentiæ legi æternæ applicentur, ſi late ſumatur, vt ſe ad gubernationem omniū creaturarū etiam irrationalium extendit, tamen diuerſo modo cum æterna lege ac com prouidentia Dei comparantur, cum illa tanquam omniom regula geoerali cum hac quaſi ſingularium moderatrice: nunquam tamen lex æterna proprie ſumitur reſpectu creaturarum irrationalium, vt in ſequenti dubio confirmabitur.

3. Difficulras petit quinam actus à lege
7. æterna dirigi intelliguntur in ipſius definitione V. G. vtrum actus etiam Dei ab ea lege dirigantur, an creaturarum ſolum? Item omnium oe creaturarum an intellectualium tantummodo? Denique vtrum comprehendantur omnes creaturarum intellectualium actus, etiam reproborum, & Chriſti: Domini hunc enim dignitas, illos indignitas à communi legis æteroæ ordine videt excludere, quæ tria tribus propoſitionibus expediam. 1. lex æterna vere eſt lex gubernandi, non reſpectu diuinæ voluntatis, actuumve diuinorum, ſed reſpectu creaturarum quæ à Deo gubernaotur. Eſt Alenſ. 3. p. q. 26. m. 8. a. 1. D. Th. 1. 2. q. 93. a. 4 per totū; Conrad. Med. & alii ibid. Vinc. in ſpecul. mor. p. 2. diſt. 1. Soti 1. de iuſt. q. 3. a. 4. concluſione 1. Valent. diſp. 7. q. 3. punc. 3. Suar. lib. citato cap. 2. n. 5 & ſeq. & Sallas diſp. 4. ſect. 2. & Theologorū communiter, & ſumitur ex communi ſeotentia patrum Niſſen. lib. 6. de fato cap. vlt. Anſelmi lib 1 cur Deus & homo cap. 10. & lib. 2. cap. 15. Abul. in Matth 2. 2. q 220. ad 1. & aliorum. Probatur 1. pars 1. Voluntas Dei eſt 1. omnium ratio & regula, ergo voluntatis diuinæ nulla alia eſt ratio, vel regula. 2. voluntas diuina eſt, quæ legem æternam coonſtituit, iuxta Aug. 22. contrà Fauſt. c. 27. vbi de lege æterna ſic ait. *Eſt ratio, vel voluntas Dei ordinem naturalem conſeruari iubens perturbari vetans*: ergo non poteſt eſſe lex, vel

A regula reſpectu diuinorum actuum, quia in primis dirigere nequit illos, qui liberam voluntatis diuinæ determinationem antecedunt, & magis oriuntur ex natura ſecundum ſe, quam à dictamine intellectus, vel applicatione voluntatis; quales ſunt proceſſiones diuinarum perſonarum, quæ ideo non cadunt ſub legem, quia ſunt omnino naturales, & ab intrioſeco neceſſariæ Deinde ipſa libera Dei determioatio, ne ſe ipſa prior intelligatur, ab alia lege regulari non valet.

Dices: dictamen practicum diuinæ ſapientiæ antecedens liberam voluntatis determinationem, & oſtendens deformitatem obiecti turpis & honeſtum obiecti honeſti, dici poſſe legem reſpectu Dei, & hoc non obſcure ſigni-
B ficate videtur D. Th. 1. p. q. 21. a. 1. ad 2, vbi ait: *Impoſſibile eſt Deum velle, niſi quod ratio ſuæ ſapientiæ habet, quæ quidem eſt, ſicut lex iuſtitiæ ſecundùm quam eius voluntas recta, & iuſta eſt.* Sed contra quia dictamen iſtud practicum Dei nullam inducit obligationem diuinæ voluntatis; ergo nequit eſſe lex: conſequentia eſt clara: nam ſine virtute obligandi lex non conſtat: antecedens probatur quia, neque reſpectu obiectorum, ad quæ voluntas diuina oeceſſario determinatot, neque reſpectu illorum, quæ libere vult, illam obligari poteſt; nam voluntas diuina ſua intrinſeca perfectione habet deteſtari turpe, & honeſtum amare, neque in hoc eſt libera;
C etenim libertas ad peccandum non eſt perfectio, ſed defectus in libertate; vt beoe oſtendit D. Thom. q. 22. de verit. a. 6. & q. 16. de malo a. 5. qoare voluntas diuina ab intrinſeco obligatur ad bonum neceſſarium, quale eſt diuinum, ſecundùm eſſe naturale, & ad honeſtum, ſecundùm eſſe morale. Vtrùm vero bonum creatum natoraliter poſſibile ſimplici complacentia neceſſario amet quæſt o eſt, quæ pro vtraque parte à DD Theologis defenditur. 1. p. q. 19. a. 3. Cæterum reſpectu obiectorom ad quæ diuina voluntas libere ſe determinat & circa quæ legem æternam conſtituit, patet Deum non obligari à iudicio practico antecedente: quod enim illa eligit, melius & conuenieotius eſt. Iam vero D Thom. recte dixit ſapientiam Dei
D eſſe *ſicut legem* nam illud *ſicut* legem ſimpliciter non eſſe ſignificauit, & ſolum voluit voluntatem non ferri niſi in præcognitum ab intellectu, à quo idcirco veluti à lege dirigitur.

2. 1. propoſitionis pars ſuadetur; nam Deus conſtituendo bonis operibus conuenientia præmia, malis vero debita ſupplicia vt iuſti præmiis donentur; impii vero pœnis mulctentur, res ipſæ huius legis regimini ſubiectæ manent, & ſuper ipſa cadit obligatio vt ſecundum talem legem moueantur in fines à Deo inteotos; ergo creaturæ ſunt, quibus Deus legem imponit, non ſibi Nā licet ipſe ex immutabilitate ſuæ voluotatis eam legem perpetuo faciat obſeruari non ex eo quod ipſe ſibi obligationem impoſuerit, ſed qoia ſuppoſito, quod ita ſe libere determinauit,

nec Phyſicam mutationem, nec Moralem inconſtantiam poteſt ſubire in ſuæ voluntatis decreto.

2. Propoſitio ſi in tota proprietate & rigore loquamur, ſolũ creaturæ rationis participes, & earum actus liberi æternæ legi ſubiciũtur. La-
8. tè enim & minus rigoroſe omniũ creaturarum actiones in legis æternæ definitione intelligũtur includi. Ita Alenſ. vt ſupra m.8.a.3.D.Th. q.93. citata a.4.5.&6.& omnium Theologorum. Et cùm eius probatio ſolum conſiſtat in vſu vocum, autoritate magis, quam ratione probanda eſt vtraque pars. 1. expreſſe ſumitur ab Auguſt. q.74. in Leuit. cuius teſtimonium habetur in cap. mulier 15. q. 1. vbi dicitur. *Quæritur quomodo ſit reum pecus, cum ſit irrationale nec vllo modo capax legis eſt.* Item ex D. Paulo 1. ad Corint.9. vbi cum illius legis meminerit, *non alligabis os boui triturantis* quam ex Deuteron. cap.25. n. 4. accepit, ſtatim ſubiunxit, *nunquid de bobus cura eſt Deo?* nempe *Legislatiua*. Rectè enim monet Ambroſ. Chryſoſt. Theodoret. Hieron. & alii, quos citat Iuſtinianus hoc loco, non negare Apoſtolum boues, & reliqua bruta animalia pertinere ad diuinam prouidentiam; ſed eam legem non propter boues primario conditam eſſe; ſed latentem ſenſum indicare voluiſſe, quem hoc loco Apoſtolus proſequitur & Tertull. lib.3. contra Marcion. cap. 5. exponit his verbis *Ipſam legem indulgentem bobus terentibus os liberum, non de bobus, ſed de nobis interpretetur.* 2. pars oſtenditur in modo loquendi ſcripturæ. Prouerb. 8. n. 27. *quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos*, & infrà, *& legem ponebat aquis*. Iob. 28. num. 16. *quando ponebat pluuijs legem*. Pro patribus vnus ſufficiat Aug. qui legis æternæ præcipuus prædicator extitit, multis in locis per eam omnes creaturas dirigi aſſeuerat, irrationales naturali neceſſitate ductas, rationis capaces relicto liberi arbitrii vſu gubernatas: aliis locis prætermiſſis vnum appono 19. de Ciuit. cap. 12. *nullo modo aliquid legibus ſummi illius creatoris, ordinatoriſque ſubtrahitur* à quo pax vniuerſitatis adminiſtratur. Plura videri poſſunt apud DD. Theologos citatos.

3. Propoſitio, omnes rationales creaturæ, tum damnati tum beati etiam Chriſtus quatenus
9. homo, eorumque omnium actus æternæ legi ſubiiciuntur. Hæc in beatis, imo & in iuſtis videtur aduerſari Paulo ad Galat. 5. num. 18.
D *ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege*, & habetur in cap. duæ, ſunt in fine 19. quæſt. 2.& cap. licet in principio de regular. qui ergo magis ſpiritu Dei aguntur, quam Dei filii qui ipſum in patria clare vident? Item 1. Timot. 1. *lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis.* Deinde in damnatis ſimiliter deficere iudicabitur, iuxta illud Iob. 10. num. 22. *Vbi vmbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.* Et faciunt verba Polychronii adhunc locum, quæ ita ſe habent. *Vbi nullum licet rerum humanarum ſtatum intueri, nullam, inquam, præclara lege inſtitutam politiam.* Auguſt. D. Thom. Beda. Olympiod. Philip. Caiet. quos refert Pineil. de inferorum loco Iobum exponunt, in quo aſſerit
A omnia tumultuario ordine confundi. Tandem de Chriſto ſeruatore etiam dicendum videbitur, quod vt ſupremus dominus nulla poteſt lege obligari: nam ſicut culpam incurrere non potuit, ita neque ſub reatu pœnæ, præcepto conſtringi.

Noſtram vero propoſitionem, vt omnino veram defendit Alenſ. 3. p. q. 26. m. 8. per varios articulos a. 4. 5. & 6. D. Thom. 1. 2. q. 93. a. 4. ad 1. item a. 6. quos ſequuntur DD. Theologi communiter. 1. probatur ex definitione legis æternæ ſupra poſita, quæ vniuerſaliter procedit de omnibus creaturis, quæ velint nolint, neceſſariò legi æternæ obtemperare debent: omnes enim
B per illam in fines ſuos diriguntur, quos fines rationales creaturæ ſibi eligunt, æternamque vitam, vel pœnam pro meritis ſuis conſequuntur. 2. ſpeciatim de damnatis ex D. Aug. multis in locis, in Enchirid. cap. 110. lib. 5. confeſſ. c. 2. & 3. de lib. arbitr. c. 12 & 13. lib. 19. de Ciuit. cap. 23. Denique de catechizand. rudib. c. 18. ita ait. *Nouit Deus ordinare deſerentes ſe animas* (ſeu vt lib. 2. retract. cap. 14. correxit *deſerenses ſe Angelos*, de his enim damnatis loquebatur) *& ex earum iuſta miſeria inferiores partes creaturæ ſua conuenientiſſimis, & congruentiſſimis legibus admirandæ diſpoſitionis ordinare.* Concinit Greg. lib. 9. Moral. c.27. quippe qui in zizaniis colligatis in faſciculos hoc diuini ordinis myſterium adinuenit. *ſi nullus*
C *inquit in ſuppliciis ordo ſeruabitur, cur comburentur zizania in faſciculos ligata? ſed nimirum faſciculos ad comburendum ligare eſt hos qui æterno rigori tradendi ſunt, pares cum paribus ſociari vt quos ſimilis culpa inquinat, par etiam pœna conſtringat.* Similia repetit cap.39. alias 48. neque ibi locus, aut Patres ibi citati obſtant huic veritati; non ibi negatur æternæ legis ordo, ac diſpoſitio in eo teterrimo horroris & confuſionis carcere; ſed nullum habere hominum delectum, nullam perſonarum acceptionem, nullam politiæ, ſeu anteactæ dignitatis æſtimationem fieri, ſed omnes æquali iuſtitiæ trutina pro meritis puniendos.

De iuſtis & beatis præter vniuerſalem rationem, peculiariter oſtenditur, eos quo magis ſpeciali prouidentia Dei ad æternæ beatitudinis finem præordinantur, eo
D maiori cum legis æternæ conformitate, & ſubiectione ad eundem finem perduci; quod optime Caſſiodorus obſeruauit in pſal. 118. ver. 44. *Cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſæculum, & in ſæculum ſeculi.* Ita enim locum exponit, vt præſentis vitæ legem ab æternæ beatitudinis lege diſcriminet: cum vtraque ad æternam legem ſpectet. *Ibi alia lex erit Domini, quam ſe promittit populus cuſtodire ſanctiſſimus. Scit enim per hanc vmbram legis ad myſterium æternæ legis aſcendi.* Et paulo inferius *ſcit denique fidelium ibi eſſe leges, quas ſe profeſſus eſt ſine fine ſeruare* Idem tenet Aug. ſupra citatus Ea quæ ex Paulo obiiciuntur, ſolum probant legem non eo modo eſſe iuſto impoſitam, quò populo contumaci tradita

eſt. Siquidem in animis iuſtorum vi diuini ſpiritus indita eſt, ſuamque vim abſque æterni præcepti propoſitione intus exercet. ita D. Ambroſ. lib. 3. officior. cap. 5. Auguſt. lib. de Spiritu, & lit. cap. 10. lib. 15. contra Fauſt. cap. 8. Chryſoſt. in 1. ad Tim. cap. 1. vbi ait. *Iuſtus non diſcit à lege* (externa nimirum) *quæ gerenda ſunt, ſed in ſe me dictantem ac monentem ſpiritum audit*: quò ſpectat illud Ezech. cap. 36. num. 27. *ſpiritum meum ponam in medio veſtri, vt in præceptis meis ambuletis*: tantum ergo abeſt vt iuſti qui ſpiritu Dei ducuntur, legis præceptis non teneantur, vt maxime ſua ſponte iis penitus ſint addicti.

10. De Chriſto ſeruatore etiam verior Theologorum opinio docet, illum, quatenus homo erat, ſubiectum fuiſſe non ſolum legi æternæ, ſed etiam naturali, vt bene probat Suar. in 3. p. tom. 1. diſp. 43. ſect. 2. Med. in tract. de Pœnitentia q. 2. cum D. Thom. & multis aliis. Imo peculiare præceptum illi aperte impoſitum fuiſſe genus humanum redimendi per crucem, & mortem, vt docet D. Thom. 3. p. q. 47. art. 2. & 1. p. q. 41. art. 6. ad ſecundum, quod totum Pſalm. 39. verſ. 7. 8. & 9. ad literam contioetur, vbi Dauid ſub Chriſti perſona ait. *Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi: holocauſtum pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi: Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam. Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Cuius loci breuem expoſitionem ex Patribus collectam appono, ex qua noſtræ doctrinæ veritas clarius innoteſcet. Quaſi diceret Dauid repræſentans Chriſti perſonam: Poſthabitis legis antiquæ ſacrificiis & holocauſtis, in quibus nihil eſt iurium ad peccata per ſe redimenda, meum corpus afferri in ſacrificium exoptaſti: ita Aug. interpretatur lib. 17. de Ciuit. cap. 20. Item ad Marcellin. Epiſt. 5. Chryſoſt. homil. 18. in Epiſtolam ad Hebræos & alibi ſæpe Bernard. homil. 58. in Cant. & alii, quos refert, & ſequitur Ribera in Epiſtolam ad Hæbræos cap. 10. num. 15. vbi Paulus ad hunc ſenſum refert præſentem verſum, & adducit tranſlationem 70. non ſine myſterio: nam vbi vulgata dicit. *Aures autem perfeciſti mihi*, ipſe dixit, *σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι corpus autem aptaſti mihi.*

Neque minorem emphaſim in Chaldaica verſione reperio, quæ ſic habet, *aures ad auſcultanda præcepta perforaſti mihi.* Vt Chriſti Domini ſumma docilitas, promptiſſimaque voluntas oſtenderetur ad patendum patri, præceptumque de humani generis redemptione per paſſionem ſuam adimplendum, vt etiam ſequentia verba amplius manifeſtant: *ecce venio.* Montes tranſilio, cœlos inclino, nubes præteruolo, & præſto ſum obedire, & voluntatem tuam libentiſſime exequi, nec me tuæ legi ſubiectum, cum homo ſim, & pro hominibus oblatus denegabo. Vnde colligit Synodus Lateran. ſub Mart. 1. Conſult. 2. referens Ambroſium; item Athanaſ. diſp. contra Arium, Chriſtum vt hominem ſubiectum fuiſſe Patri, quod etiam in Concilio Alexand. in Epiſtol. 10. Cyrilli habetur his verbis. *Non ignoramus quod cum Deus ſit & homo ſub Deo factus ſit ſecundum legem humanitatis naturæ competentem.* Quamobrem voluntatem iſtam Patris in Chriſti morte impletam & tunc vetera ſacrificia ceſſauiſſe teſtatur Cyp. de ratione circunſ. Olympiad. in cap. vltimo Eccleſ. Arnoldus tract. de ſeptem Verbis Domini in 6. & alii. Sed de hac re in hac quæſtione latius agendum ſectione ſeptima, & ſeq.

Vtrum reliquæ leges omnes ab æterna deriuentur.

SECTIO II.

NVlli dubitare licet à lege æterna leges omnes deriuari, non ſolum quæ à Principibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus ſtatuuntur, ſed etiam leges diuinas temporales, quatenus in ſubditis reperiuntur, eiſque promulgantur. Ita docent Alenſ. 3. p. quæſt. 26. memb. 7. per plures articulos D. Th. 1. 2. quæſt. 93. art. 3. Caiet. Conrad. Med. Vaſq. & Thomiſtæ communiter ibidem. Bellarm. tom. 2 lib. 3. de Laicis cap. 11. §. vbi notandum. Valent. diſp. 7. quæſt. 3. p. 1. §. Porro & punct. 4. §. ſecundo patet. Probatur 1. ex Prouerb. 8. num 15. *per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Quo loco diuina ſapientia aſſerit per ſe ipſam reges iuſtum, rectumque ſui imperii regimen tenere; & dynaſtas regi proximos, quorum conſilio principes in ferendis legibus vtuntur à diuina ſapientia iuris decreta mutuari. Tales ſui regiminis aſſeſſores habebat Rex ille, de quo ſacra pagina ait Eſther 1. num. 12. *Iratuſque Rex, & nimio furore ſuccenſus interrogauit ſapientes, qui ex more regio illi ſemper aderant, & illorum faciebat cuncta conſilio ſcientium leges,* & 2. idem oſtenditur ex Auguſt. qui lib. 1. de lib. arbitrio. cap. 6. ita ait. *Videre ſe arbitror in iſta lege temporali nihil eſſe iuſtum atque legitimum, quod non ex hac æterna ſibi homines deriuarint.* Et alibi ſæpe, quæ loca videri poſſunt apud Suar. lib. 2. de leg. cap. 4. Sallas diſp. 4. ſect. 4. Accedit Iuris, Iuriſtarumque auctoritas. Nam Ciuiles leges dicuntur per ora principum diuinitus promulgati multis in locis. l. vltima cum in lon. gi: paulo ante finem Cod. de Præſcript. longi temp. l. 1. Deo auctore § neque Cod. de Veteri iure enucleando. Autenth. vt, hi, qui obligatas ſe habere perhibent, &c. item aliis.

Vnde ſi qua lex diuinis præceptis contraria reperitur, nullius autoritatis eſſe, imo legis nomine indigna cenſebitur, ex cap. non licet, &c. conſtitutione diſt. 10. & diſp. ſeq. oſtendimus ad eſſentiam veræ legis pertinere, vt iuſta ſit: ad tyrannica ergo principum decreta ſolum permiſſiue lex æterna ſe habet vt bene aduertit Alenſ. citatus. mem. 7. a. 1. quatenus illa non impedit, ſed permittit, non quod

II.

ab æquiſſimo legis illius exemplari deducantur, quod optime notauit Tertull. in Apolog. cap 4. *Si lex tua errauit puto ab homine concepta eſt, nec enim de Cælo ruit.* de bonis ergo legibus intelligendus eſt Antiphanes apud Simancas de Repub. cap. 4. lib. 4. quando ait, *Feruntur omnes humanæ leges ab vna diuina, quæ quidem tantum poteſt, quantum libet.* Ratione probatur hæc veritas, nam lex æterna eſt lex per eſſentiam, & omnis alia lex creata per participationem, ergo omnis, quæ recta & iuſta eſt, effectus erit ab illa dimanans. Confirmatur, omnis lex iuxta creata eſſe debet rationi conſentanea, & ad obligandum efficax: ſed omnis cum recta ratione conformitas eſt participatio illius diuinæ rectitudinis, quæ in lege æterna ſplendeſcit, & omnis poteſtas creata ad ſtatuendam legem à diuina poteſtate dimanat; ergo omnis lex iuſta temporalis à lege æterna deriuatur.

Notandum vero duplex diſcrimen inter legem diuinam & humanam, quatenus procedunt à lege æterna. 1. eſt, quia diuina ſolum
3. vt reperitur in ſubditis à lege æterna deriuatur, non quatenus in legiſlatore manet. Ibi enim eſt eadem lex æterna. At lex humana tam in legiſlatoris mente, quam in mente ſubditorum effectus eſt legis æternæ. Nam vtroque modo lex humana eſt creatum, & temporale decretum ab illo æterno deriuatum; inde enim vim obligandi accipit, vt docet Paul. ad Rom 13. *Non eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem à Deo ſunt ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit* 2. diſcrimen eſt, quia lex diuina immediatius à Deo habet obligandi vim, ſicut maiorem habet cum illa connexionem: humana enim cum ab hominum voluntate dependeat & reuera in hominum mente formetur & perficiatur, idcirco humana eſt immediate ab homine, & eo mediante deriuata à Deo; quia aliud eſt legem à diuina poteſtate immediate prodire & ab homine promulgante pendere, tanquam à cauſa per accidens; aliud vero procedare à poteſtate humana à Deo Pontifici aut Regi conceſſa, & tum homo eſt vera cauſa per ſe huius legis; at primo modo legis obligatio immediate oritur à Deo. & ſolum pendere poteſt ab homine, vel Angelo tanquam ab indicante, non conſtituente legem.

Ar rogabis quomodo hæc tranſumptio,
4. ſeu deriuatio legis humanæ ab æterna fieri intelligatur, neque enim homines, qui legum auctores extiterunt, legem æternam conſuluerunt, vt ad illius directionem ſua decreta formarent. Proprium enim eſt beatorum ciuium hanc æternam legem clare intueri & ad illius nutum ſuam voluptatem, ſimul & voluntatem moderari. Reſpondeo homines à lege diuina condiſcere, qua ratione humanam ad illius imitationem efforment. Nam in ea ſaltem ex ea parte qua naturalis eſt, & in omnibus innoteſcit, tanquam in immediato legis æternæ effectu illum complere potuerunt, qua ratione interpretandus eſt Auguſt. lib. de Vera Relig. cap. 3. cum dixit, *Conditor legum temporalium, ſi vir bonus eſt, & ſapiens, legem æternam conſulit, vt ſecundum eius immutabiles regulas, quid ſit pro tempore iubendum, vitandumque decernat.* Non eſt ergo neceſſe, vt lex æterna in ſe formaliter cognoſcatur, qua talis, vt ab illa legum humanarum conditores ſua iura deducant. Sed ſatis eſt quod in legibus temporalibus, ſiue poſitiuis, ſiue etiam naturali, bonus prudenſque Legiſlator eandem æternam legem in aliquo effectu ſuo notam, & in mente illius relucentem conſulat, qui ſecum de creanda lege deliberat. Quamuis non deſint ex Ethnicis ſcriptoribus, qui à ſupremo numine leges acceptas referrent. Teſtis eſt Clemens Alexandrin. lib. 1. Stromat. prope finem, qui in huius confirmationem adducit illud Pindari, *Lex eſt Rex mortalium & immortalium*, & ſubiungit *Ego autem per hæc exaudio eum, qui legem tulit, & Heſiodi illud dictum eſſe accipio de Deo vniuerſorum, etiam ſi ex coniectura à Poeta dictum eſt; non autem ex comprehenſione. Humano generi lex namque eſt à Ioue lata.*

Qua igitur ratione conſulta lege naturali homines ius Ciuile præſcripſerint optime oſtendit Albertus Bologner. De leg iure & æqui t. cap 19 num. 6. oſtendens quid præſtiterint Legiſlatores quantum ad ea, quæ naturâ imperantur, vel prohibentur. Etenim naturalibus ipſis præceptis robur & firmitatem addiderunt: nam cum impune antea violari poſſent, appoſitis pœnis, id egerunt, vt etiam ab inuitis ſeruarentur. Non id circo tamen iis, quæ natura dictabat, cum per ſe iuſtiſſima & honeſtiſſima ſint, maiorem honeſtatem, vel iuſtitiam addere potuerunt, niſi de ea iuſtitia, ſeu honeſtate loquamur, quæ ex legis poſitiuæ obſeruatione reſultat, teſte Ariſtotele 5. Ethic. cap. 1, nam antea quæ obſeruabantur, ex eo ſolum quia honeſta erant, poſt legem poſitiuam iam obſeruantur, tum quia honeſta ſunt ex iuris naturalis dictamine, tum quia maiorum inſtitutis præcipiuntur, quibus obedire etiam naturæ præcepto obligamur. Præterea id etiam homines præſtiterunt; vt ea, quæ naturalis ratio recta eſſe demonſtrabat, ea ipſi pro locorum & temporum varietate diuerſimodè metirentur. Solet enim hæc varietas iuſtitiæ rationem mutare, vt habetur in cap. non debet, de conſanguinitate, & affinitate. cap. erit autem diſt. 4 cap. ſciendum diſt. 29. cap quis ignoret, & cap. obiiciuntur 21. q. 4. cap. 5.
vltimo de tranſact. cap. ſuper eo de ſent. Excom. & argumento legis vltimæ. Cod. vnde vi, & in hoc fundatur illud iuriſtarum veriloquium, *diſtingue tempora & concordabis iura.* Gloſſa 1. in l. finali, ff. de termino moto. gloſſ omnibus in l. 21. apud antiquos Cod. de furtis & Gloſſ. 2. in l. 1. Cod. de excuſat.

Declarauit præterea ius poſitiuum humanum certa pœnarum genera, quæ variis delictis conuenire iudicatum eſt. Nam quod vindicentur delicta naturæ præceptum eſt, vt

apette ſignificat l. 52. ita vulneratus, ff. ad l. aquil. & aliæ leges, quæ adducuntur à gloſſa verbo *impunita* ad prædictam legem; quod vero potius hac pœna, quam illa vindicentur hoc poſitiuis legibus decernitur. Ita dicendum de omnibus diſpoſitionibus iuris naturalis, quæ ex ſe certam menſuram non afferunt à iure poſitiuo determinati conſulto rationis naturalis dictamine, iuxta locorum temporum & aliarum circunſtantiarum exigentiam. Denique iuris conditores illa præcepta naturalia, quæ quatenus humanis neceſſitatibus applicantur, obſcuriorem honeſtatis faciem, imo & contrarietatis ſpeciem præſeferunt, interpoſita interpretatione illuſtrarunt, ſibique conformia eſſe prodiderunt hac ratione ſupra expoſuimus l. bona fides, ff. depoſiti.

6. Neque ſolum in lege naturali homines aliquod legis æternæ iudicium ſunt aſſecuti, ſed etiam lege poſitiua diuina eandem aliqua ex parte cognoſcere potuerunt: nam Petrus Pithæus fragmenta quædam antiqua Pariſiis excudit, in quibus Romanas leges à Moyſaicis originem trahere oſtendit. Nam in eo libro cernitur collatio Moyſaicarum & Romanarum legum ex integris Papiniani, Pauli Vlpiani, Gaii, Modeſtini, aliorumque veterum iuris auctorum libris, ante tempora Iuſtiniani Imperatoris deſumpta. Vnum vel alterum titulum ex his quæ circumferuntur in prædicta collatione adducam, vt inde reliqui ſimiliter procedere cognoſcantur. In primo igitur adducitur lex illa numerorum cap. 35. n. 16. tradita; & prætermiſſa auctoris illius tranſlatione: vulgatam citabo illi parum diſſimilem: *ſi quis ferro percuſſerit & mortuus fuerit, qui percuſſus eſt reus erit homicidij & ipſe morietur, &c.* Ex hac lege aliam ſimilem tranſcripſit Paulus lib. 5. ſent. ſub tit. ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis. Vlpianus lib. 7. de officio proconſulis ſub eodem titulo de ſicariis & eorum verba referre non curo, quia lib. 48. titulo 8. ff ad legem Corneliam citatam, videri poſſunt leges variæ de hac materia & cum illa Moyſaica conferri.

In 2. titulo affertur lex altera exod. 21. n. 18. *ſi rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lectulo: ſi ſurrexerit & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit, qui percuſſerit, ita tamen vt operas eius, & impenſas in medicos reſtituat*: cui non diſſimilem legem deſcribi à Papiniano lib. definitionum 2. ſub titulo de iudicatis Vlpiano lib. 18. ad edictum ſub titulo ſi fatebitur iniuria &c. Paulo lib. ſingulari ſub titulo de iniuriis, idem auctor atteſtatur; & ſub titulis ad legem Aquiliam item de iniuriis ſimiles leges videri poſſunt. Imo ſub aliis titulis hanc legum conformitatem adinueniet, qui illa Moyſaicæ legis præcepta cum Cæſareis legibus comparauerit: ex quo ſane patebit etiam per legem diuinam poſitiuam, æternam potuiſſe hominibus innoteſcere & ex illa leges aliquas ſimiles ſancire.

II.

Quænam prima lex diuina temporalis hominibus fuerit impoſita.

SECTIO III.

HVcuſque egimus de lege omnium principe, qualis eſt æterna, à quo diximus cæteras deriuari. Nunc inquirimus primam diuinam temporalem hominibus impoſitam; nam de illa, quam Angelis dedit, in hoc loco agere non oportet: ſiquidem de legibus datis tantum hominibus diſputamus. Sane Moyſes Bareepha tract de Paradiſo p. 1. cap. 18. Angelos à Deo poſitiuam legem accepiſſe aſſeuerat & aliquod peculiare præceptum fuiſſe illis impoſitum, per cuius violationem mali ceciderint, tuetur Dur. in 1. diſt. 5. q. 1. n. 15. Caiet. Geneſ. 2. quibus patrocinati videtur Magiſter in 2. diſt. 1. cap. 10. L K. Epiphan. hæreſ. 64. in his quæ ex Proclo & Methodio refert: quidquid tamen de Angelis ſit 1. legem hominibus datam à Deo inueſtigamus, neque dubitatio procedere poteſt de lege naturali, quam cum ipſa hominis natura rationali concreari à Deo neceſſe fuit. In primo enim momento ſuæ creationis ſolus homo in corde deſcriptam à Deo legem naturalem potuit perluſtrare, iuxta illud Pauli ad Hæbræos 8. *qui habent legem ſcriptam in cordibus ſuis*, & ad Rom 2. *cum enim gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt. Iuſti enim ſibi ſunt lex*, vt habetur in cap. duo ſunt 19. q. 2. & propter hoc ex ſententia Azonis repetit. in Prooem. Decreti, n. 6. dicitur *ius naturale ab exordio rationabilis creaturæ cepiſſe* 5. diſt. in principio & inſtit. de rerum diuiſione, §. commodius. Controuerſia igitur ſupereſt de lege poſitiua diuina temporali, quænam prima fuerit.

Ad cuius quæſtionis clariorem reſolutionem notandum eſt, hoc nomen lex accipi poſſe vt collectiuum ſignificans præceptorum multitudinem, quæ ab vno legiſlatore traduntur in ordine ad inſtruendam aliquam rempublicam: quo pacto ſæpe in ſacra pagina vſurpatur Ioan. 19. dixit Chriſtus Dominus Iudæis. *non ne Moyſes dedit vobis legem?* & idem Ioan. cap. 1. *lex per Moyſen data eſt*; & in iure Canonico cap. libenter, & cap. tres ſunt de Pœnit. diſt. 1. cap. cum in veteri, de elect. imo & ciuili iure, in quo ſæpiſſime lex naturæ & ius naturæ pro tota naturalium præceptorum collectione accipitur l. 24. lex naturæ, ff. de ſtatu hominum. 2. ſumitur lex vt commune nomen cuiuſcunque ſingularis præcepti: hac poſita diſtinctione ad propoſitam difficultatem reſpondeo ſequenti concluſione.

Ante legem Moſaicam nulla alia lex fuit poſitiua diuina plurium præceptorum continens collectionem: Vnum tamen, & alterum peculiare præceptum pro ratione, & opportunitate temporum hominibus à Deo fuiſſe impoſitum, certum eſt. Hæc aſſertio duas habet partes. 1. ſupra ponunt omnes fere an- 2.

tiqui Doctores, & Parres qui ex ſacra pagina duplicem tantum legem poſitiuam diuinam fuiſſe vererem nempe Moſaicam, & nouam ſcilicet Chriſtianam quæ lex gratiæ perhibetur, manifeſte deducunt. Et ſane ex ſacris literis, ſaltem aurhoritate negatiua ita ſtabilitur hæc veritas, vt non ſine temeritatis, vel erroris nota alia lex 3. fingeretur: ſimiliter poſitiua & diuina præceprorum mulritudine ordioata, & pet aliquod tempus humano generi in totum, vel in partem promulgata.

3. Et probari poteſt claro ſacræ paginæ teſtimonio. Deuter. 4. num 8. vbi Moyſes populum Iſraeliticum repetito Decalogo, & legibus quibuſdam ad earum obſeruationem excitauit, & facta cum reliquis mundi nationibus comparatiooe, ait. *Quæ eſt alia gens ſic inclyta, vt habeat ceremonias, iuſtaque iudicia, & vniuerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos veſtros?* Quaſi diceret *nulla*. Nam hæc interrogatio propoſitionis negatiuæ vim habet. ſic 1. Reg. 2. verſ. 25. *ſi autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* hoc eſt *nullus*: Item Hierem. 15. verſ. 5. *quis miſerebitur tui Hieruſalem, aut quis contriſtabitur pro te?* ſcilicet, *nemo*. Ita locum egregiè vt ſolet, interpretatur noſter Mendonza ad 1. Reg. verſ. citato, num. 45. cum Origene his verbis, *Perduellionis rea es, ô Hieroſolyma non ſolum homicidio, ſed etiam Deicidio manus tuas profanaſti. Ipſi quoque pro te Angeli precatores accedere non audent.* Et ſanè ſi in aliqoo loco hanc vim haber interrogatio; talis & præſens, vt ex antecedenti propoſitione negatiua, *Nec eſt alia natio tam grandis &c.* quæ ad eundem ſcopum collimat, facillime demonſtratur. Oſtendit igitur Dominus populu Iſraëli, quantum reliquas omnes nationes antecellat in lege, quam à Deo accepit, quam nulla alia gens ſimilem habuiſſe vere potuerit gloriari. Cuius rei rationem aſſignauit. D. Thom 1. 2. quæſt 98. art. 4. in corp. optimam. *Deus igitur & legem & alia beneficia ſpecialia illi populo exhibuit & propter promiſsionem eorum patribus factam, vt ex eis Chriſtus naſceretur: decebat enim vt ille populus, ex quo Chriſtus naſciturus erat ſpeciali quadam ſanctificationes polleret.* Ergo cum nulli populo præter hunc ſimilis prumiſſio facta fuerit, neque ſimilem ratiooem pro ſe alius allegare potoiſſet, ſpeciale'm legis ſanctificationem neutiquam requirebar. Si igitur ante legem Gratiæ ſola lex ſcripta præceſſit, & tempore legis gratiæ nulla alia eſt diuina poſitiua, vt fides docet, ſeqoitur neceſſario legem poſitiuam Dei pro multorum præceptorum collectione ordinata diuidi adæquate in Veterem & Nouam, neque ſine errore 3. aſſignari.

4. 2. aſſertionis pars probabilis aſſeritur à Suar. lib 9. de leg. cap. 1. num. 5. eam tamen omnino veram credimus; & ſuadetur aſſignando peculiaria præcepta poſitiua ante legem ſcriptam à Deo hominibus impoſita. Et ſanè dubitare noo licet de primo præcepto non edendi de arbore vetita Paradiſi. Geneſ. 2. impoſito non ſolum Adamo, ſed etiam Euæ (ſiue illa iam creata Deum præcipientem ſentiret, ſiue datum à Deo præceptum ab Adamo acciperet: de hoc enim eſt controuerſia, de qua vide Saliaoum, in Aunal. Eccleſ. die 6. num. 134.) imo etiam impoſitum fuiſſe ad poſteros ex communiori Patrum ſententia deducitur. Etenim ratio quam Patres aſſignant cur hoc præceptum Adamo Dominus dederit, quaſi legem omnium aliarum matricem, vt ait Tertull. lib. aduerſus Iudæos ad initium, ad poſteros pariter pertinebat. Sio minus Chryſoſt. Auguſt. & Gregorium vt reliquos Patres omirram qui huius præcepti rationem reddiderunt, ſiogulatim audiamus: Chryſoſt. enim homil. 14. in Geneſ. quaſi in Emphyteoſim datum vniuerſum orbem terrarum primis parentibus Deum ſaluum ſibi dominium reſeruaſſe his verbis aſſeuerat. *Hæc faciebat quaſi dominus aliquis liberalis domum magnam alicui concedens, & vt dominium ſibi ſaluum maneat, paruam tantum pecuniam dandam ab illo praſcribit. Sic ſanè & benignus noſter Dominus, conceſſo omnium quæ in paradiſo ſunt fructu, ab vno tantum ligno abſtinere iuſsit, vt ſcire poſsit quod ſit ſub dominio.* Auguſt lib. 8. de Geneſ. ad liter. cap. 13. ſic ait. *Ab eo ligno, quod malum non erat, prohibitus eſt, vt ipſa per ſe præcepti obſeruatio bonum illi eſſet & tranſgreſsio malum; nec potuit melius & diligencius commendari quantum malum ſit ſola inobedientia.* Iam vero Greg lib. 35. Moral. 10. eandem Auguſt rationem exaggerat dicens. *Dignum fuerat vt hanc etiam à bono* 5. *perhiberet quatenus tanto verius hoc quod ageret virtus eſſet, quanto & à bono ceſſans Auctori ſuo ſe ſubditum humilius exhiberet.* At quis non videt hanc obedientiæ, & ſubmiſſionis rationem peræque in Adamo, & Eua, atque in poſteris militare. Dicendum ergo pro tota poſteritate hanc legem penalem impoſitam fuiſſe, quod ad rigoroſum ius poſitiuum, vt à naturali diſtinguitur, ſpectare, ipſa præcepti materia manifeſtat.

Alterum hominibus datum eſt à Deo præceptum iam in ſtatu naturæ lapſæ, de quo dubitare non licet, ſi germana illius loci expoſitio retineatur cap. 9. Geneſ. verſu 4. *Excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis.* Permiſerat enim Dominus hominibus poſt diluuium carnium eſum, oon antea quidem prohibitum, ſed taoquam minus conſuetum & à communi victu abhorrentem, vt bene cum D. Thom. Chryſoſt. Theodoret affirmar Perer. lib. 14. in Geneſ. cap. 9. verſ. 3. diſput. 1. num. 19. & ſequent. Huic vero indulgentiæ addidit prohibitionem qua ſanguinis eſum interdixit in animali ſuffocato, vel extra, vt idem Perer. diſp. 2. ſequenti num. 49. cum Chryſoſt. Abulenſ. Lyran. Chartuſiano, & Caietano aſſeuerat. Idem Soto tom. 5. de Iuſt. quæſt 1. art. 3. Med. 1. 2. quæſt. 93 art. 1. Delrio in citatum locum Geneſ. Salianus in Annalibus Eccleſ. anno 1657. num. 24. quod præceptum poſtea Iudæis multis in locis inculcatur. Leuit. 3. verſ. 17. & cap. 7. verſ. 26. & cap. 17. verſ. 10. & cap. 19. verſ. 26. Præterea Deuteron. 12.

verſu 15. & ſeq. imo & in primitiua Eccleſia aliquandiu conſeruatum fuiſſe conſtat ex 15. actorum, verſu 29. ibi: *Vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum & ſanguine & ſuffocato*. Cuius obſeruationis meminit Tertull. in Apolog. &cap. 19. Origenes lib. 8. contrà Celſ. Nazian. oratio de Paſcha, Iuſtin. orat. 45. ad Orthodox. Cyril. Ieroſolymit. Cathec. 4. & inter canones Apoſtolicos refertur can. 62. denique in diuerſis conciliis habetur, Gangrenſi can. 2. Aureliacenſi 2. can. 20. item Vvormacenſi can. 65. vbi etiam Carthaginenſe citatur, extatque Imperatoris Leonis hac de re nouella conſtitutio 58. ſi ergo præceptum eodem modo in lege Moyſis toties repetitum & primitiuæ Eccleſiæ tempore, aliquandiu conſeruatum legimus, qua ratione in geneſi eiſdem verbis expreſſum poterit denegari?

6. 3. Præceptum fuit ſacramentum illud, per quod originale peccatum tam in adultis, quam in paruulis auferebatur toto tempore legis naturæ vſque ad Christum comparatione gentilium, & vſque ad Præceptum circumciſionis, reſpectu Abrahami & poſterorum eius. Nam in primis certum eſt aliquod fuiſſe remedium pro paruulis toto illu tempore ne perirent. Hoc enim Dei miſericordiam maximè decebat, ne tot paruulos perire ſineret, vt habemus in cap. maiores, de baptiſmo. Deinde quod huiuſmodi remedium non fuerit ſola parentum interior fides ſine aliquo ſenſibili ſigno externo, qua illam proteſtarentur. Et eſt expreſſa D. Aug. ſententia lib. 5. contrà Iulianum cap. 9. vbi ſic ait. *Non eſt credendum ante datam circunciſionem famulos Dei quandoquidem illis inerat mediatoris fides, nullo ſacramento opitulatos eſſe paruulis ſuis: quamuis quid illud eſſet aliqua neceſſaria cauſa ſcriptura tacere voluerit*. Idem tenet lib. 2. de nupt. & concup. cap. 11. & lib. 2. de peccatorum merit. & remiſ. cap. 9 In eadem ſententia fuit Cyprianus in lib. de Cardinalib. X. operibus cap. de circunciſ. poſt medium: *ſane* inquit *originale peccatum quod à primis parentibus in totam generis humani ſucceſſionem defluxit, omni tempore aliquibus remedijs oportuit expiari, licet vim plenam ſignificantia non habuerint dona, &c.* in quibus ſanè verbis item ſequentibus manifeſte oſtendit ſe non loqui de remedio quod in ſolo interioris fidei actu conſiſteret, vt vult Petrus Falcenſis tract. 1. de ſacramentis q. 8 n. 9. cum alijs quos refert. Et quamuis Tertul. lib. de Baptiſ. cap. 13. & Greg. lib. 3. Moral. cap. 3. alias 2. & alii Patres ſolam fidem parentum ad iuſtificationem paruulorum in parentibus prærequirere videantur; illos bene exponit Suar. ſtatim citandus, atque prædictos Patres non excluſiſſe actum externum; imo per fidem ſignificaſſe fidei profeſſionem humano more factam per aliquod ſignum ſenſibile paruulis applicatum; quia tamen ex Dei inſtituto certum & determinatum non erat ſignum, per quod ea proteſtaretur fides; ſed ad hominum arbitrium eligi poſſet, ideò neque in ſcriptura, neque in Pa- A tribus huius ſigni exterioris ſpecialis mentio reperitur.

. Quod attinet ad ſcolaſticorum auctoritatem pro eadem ſententia, quæ ſolam internam fidem requirit ad remedium paruulorum in lege naturæ Falcenſis vbi ſupra iure quidem adducit Bonauent. Sotum & Vaſques. verum quod deinde aſſerit expreſſam eſſe ſententiam D. Thom. ſine vlla limitatione ſanè à vero abeſt, quia quamuis in 4. diſt. 1. q. 2. a. 6. quæſt. 2. in corpore eam ſententiam manifeſte probauerit: neque enim patitur expoſitionem, quam aliqui adhibent de ſigno determinato, & certo, quia abſolute ait *ſufficiebat ſola fides ſine omni exteriori ſigno*, & ſtatim addit *in vi cuiuſdam profeſſionis interioris*. In aliis tamen locis ſententiarum B aliam opinionem tenuit, vt ſtatim oſtendam. Dein in alio loco, quem citat Falcenſis 3. p. q. 70. a. 4. ad 2. ait *ſola fides Chriſti futuri iuſtificabat tam pueros, quam adultos*, & ſtatim addit, *non requirebatur aliquod ſignum proteſtatiuum huius fidei*: quem locum egregie ad mentem D. Thom. declarat Suar. Franciſ. Syluius & Thomiſtæ communiter ſtatim citandi de ſigno determinato: nam cum D. Thom. hic loquatur de adultis ſimiliter & paruulis, quos ab adultis ſuperiori loco ſeparauerat; dicens paruulis ſufficere actum fidei interiorem à quolibet applicatum in originalis peccati remedium; non vero adultis in quibus externam fidei profeſſionem C ſemper requiſiuit, ſignum eſt ipſum ſententiam ſuam antea dubiam, an neceſſarium eſſet externum ſignum; quando in libris ſententiarum ſcripſit, poſtea in partibus certiori & maturiori iudicio declaraſſe. Etenim quod dubius antea de hac re eſſet, oſtendit non ſolum prior locus citatus in 4. diſt. 19. a. 6. q 2. vbi vtramque opinionem tradit; ſed q. 1. antecedenti a. 1. q. 3. ad 1. vbi ait *ante legem ſcriptam erant quædam ſacramenta neceſſitatis: ſicut illud fidei ſacramentum, quod ordinabatur ad deletionem originalis peccati*. item diſt. 2. q 2. a. 3. q. 1. ad 1. ait, *remedium quod præceſſit circumciſionem, computatur ſimpliciter inter ſacramenta legis naturæ, quæ non habebant tantam determinationem*. In quibus locis cum ſacramentum D ſignum ſenſibile ſit, patet ſacramenti nomine ſolum interiorem actum intelligi non poſſe: ergo ſignum eſt, quod dubius erat D. Thom. in determinatione huius remedii, vtrum requireretur externus actus, an ſufficeret internus, quando in partibus ex profeſſo hac de re egit, manifeſte ſuam ſententiam expoſuit & ſignum ſenſibile nempe aliquod ſacramentum ad peccati remedium poſt Adami lapſum neceſſarium fuiſſe docet 1. 2. q. 103. a. 1. Et confirmat 3. p. q. 61. a. 3. vbi illum ſequuntur commentatores & alii recentiores, Bellar lib 1. de ſacram. cap. 12. propoſitione 1. in fine. Suar. tom 3. diſp. 4. ſect. 2. & 3. Petantius diſp. 2. concluſione 2. Nugno in ſumma a. 3. concluſione 2 Coninct. dub 1. n. 18 Eandem ſententiam tenent Scot. in 4. diſt. 9. q. 7. concluſione 4. Alenſ. 4 p. q. 5. m. 1. Palud. in 4. diſt. 1. q. 5 art. 5. Gabriel. 7.

ibid. q. 2. art. 3. concluſione 2. & Mainr. q. 4. in fine Canon. in releđ. de ſacram. in genere p. 3.

Suadetur 1. quia per externum Dei cultum initiabantur pueri & Deo conſecrabantur, quod per actum internum minus commode, & ſine certitudine Eccleſiæ an talis puer eſſet initiatus & Deo conſecratus id contingeret. 2. quia viſibilis Eccleſia ex hominibus conſtans remedium ſibi conſentaneum & viſibile poſtulabat. 3 quia ſi interior profeſſio fidei ſufficeret, æque applicari poſſet fœtui animato in vtero matris, atque puero iam nato, cum ſit ſpirituale remedium: nam ſi dicas quod nullus renaſci, priuſquàm naſci, debeat, hoc non ſufficit; quia quacunque ratione infans in vtero poſſit baptizari, vere B iuſtificatur, vt docet Palud. quem citat, & ſequitur Sylueſt. verbo baptiſmus. 1. n. 2. probatque ex cap. baptiſmi de conſecrat. diſt. 4. item Caninc. cum Henrique & aliis, quos refert. Vltimo probatur, ſi Deus aliquàndo inſtituere vellet remedium mere ſpirituale, quo pueri ſine propria diſpoſitione iuſtificarentur, ſane hoc in lege gratiæ potius feciſſet, quæ comparatione legis naturæ & ſcriptæ. magis ſpiritualis eſt vt pote ſpiritus ſancti donis locupletur.

8. Conſtat ergo neceſſitate præcepti tam paruulis, quàm adultis neceſſariam fuiſſe aliquam externam fidei profeſſionem, per ſe adultis, per alterum infantibus applicatam ad remiſſionem originalis in lege naturæ; C ſed hoc præceptum ex ſola inſtitutione diuina & hanc vim remittendi originalis habere potuit: ergo hoc etiam præceptum poſitiuum negari non poteſt, quamuis determinatum non ſit ad certam aliquam cæremoniam, vel externum cultum; ſicut in circunciſione; quæ eſſe poterit 4. præceptum poſitiuum diuinum ad remittendum originale &
9. deſignandum pupulum Dei, quod præceptum Deus dedit Abraham Geneſ. 17. eiuſque poſteris, & poſtea in lege ſcripta late confirmauit: & quia in confeſſo eſt apud omnes fideles, in eo non expedit vlterius immorari alia diuina præcepta fuiſſe in lege naturæ quoad externum Dei cultum, & cæremonias ſacrificiorum colligunt nonnulli ex ſacra pagina v. g. ſanctificationem diei ſeptimi ex Geneſ 2. mundorum & immundorum ani- D malium diſtinctionem in ſacrificiis ex Geneſ. 7. & 15. & ſimilia: quia tamen non ſatis firmo nituntur fundamento; vt hæc de iure diuino tradita cenſeatur iis omnibus ſuperſedeo. Aduerto tamen cum D. Thom. 1. 2. q. 103. a. 1. quia etiam ante legem ſcriptam fuerunt nonnulli viri præcipui prophetico ſpiritu pollentes; credendum eſt, quod ex inſtinctu diuino, quaſi ex quadam priuata lege inducerentur ad aliquem certum modum colendi Deum.

Tandem præter quatuor aſſignata præ-
10. cepta, alia neceſſario ſunt admittenda ſupernaturalia fidei, ſpei, charitatis, & pœnitentiæ reſpectu peccatorum, quæ quamuis non ſcripto, interna ſaltem Dei illuminatione primis parentibus promulgata, & ad poſteros deri- A uata fuiſſe exiſtimandum eſt: nam per ea ad finem ſupernaturalem à Deo homines dirigi oportebat. Et quidem ſi comparentur ea præcepta cum hominibus ad ſupernaturalem finem ordinatis, re vera connaturalia dicenda ſunt; quia ſuppoſito illo ſtatu, ad quem creatura rationalis eleuatur, præceptum fidei connaturale cenſetur: ſimiliter præceptum ſpei & charitatis; Item præceptum pœnitentiæ reſpectu peccatoris, qui per lethale peccatum gratiam perdidit, à Deo auerſus eſt, illique manet inſenſus. Vnde hæc præcepta comprehenduntur ſub lege naturæ, quatenus rationis dictamen non ſolùm ex lumine naturali, ſed ex fidei principiis ſupernaturaliter reuelatis intrinſece oritur. hac ratione Suar. tom. 3. in 3. p. diſp. 4. ad initium quæſtionis exponit D. Thom. ibid. q. 61. a. 3. ad 2. vbi ait. *ſtatus humani generis ſecundum fidei rationem ſemper vnus & idem permanſit; quia ſcilicet iuſtificabantur homines per fidem futuri Chriſti aduentus*. Nam ſicut præcepta naturalia decalogi eadem ſemper perſtiterunt reſpectu omnium, ita ſupernaturalia de fide, ſpe, charitate & pœnitentia connaturalia hominibus ad ſupernaturalem finem ordinatis ſemper eadem permanſerunt. Vide D. Thom. 1. 2 q. 98. a. 5. & qu. 100. a. 1. Verum quia hæc præcepta ſupernaturalia comparari poſſunt cum humana natura abſolute ſumpta, per ordinem ad quam ſic conſideratam, & in ſuo naturali ordine permanentem præcepta prædicta ſupernaturalia dicuntur: nam res ſupernaturalis dicitur per ordinem ad ſubiectum, vt melior Theologorum ſententia docet, ſub hac conſideratione illa præcepta de iure diuino poſitiuo meritò perhibentur.

Vtrum lex Moyſis vere diuina ſit; quis illius finis & quæ perfectio.

SECT. IV.

Legis diuinæ ſpecies proſecutus in ſingulis non morabor: præſertim in lege veteri, & noua, quarum difficultates à variis auctoribus eruditè tractatas, & ad meum inſtitutum minus neceſſarias breuiſſime perſtringam. Et D de lege veteri latius videri poſſunt ſeptem D. Thom. quæſtiones 1. 2. a. q. 99. vſque ad 105. incluſiue, Thomiſtæ ibidem. Azor. tom. 1. toto fere lib. 6. Sotus lib. 2. de iuſt. Valent 2. p. diſp. 7. q 6. & ſeq. Sebaſtianus Medices tract. de legibus, & ſtatutis. Suar. lib de legibus toto libro 8. dubia tamen præcipua in hac lege non prætermittam: & ſane in præſenti ſectione tria inquirimus. 1. Vtrum
lex vetus vere diuina ſit. 2. quis illius finis. 3. 1.
quæ illius perfectio. Quod attinet ad primum, reiiciendus eſt in primis error multorum hæreticorum aſſerentium legem veterem datam fuiſſe à malo Deo: duo enim principia, ſeu duos Deos diſtinguebant, vnum bonum, alterum malum: ab hoc legem ſcriptam promanaſſe Simon magus affirmauit: huius hæreſis author, teſte Clemente Romano lib. 6.

Digitized by Google

conſtit. cap. 7. & 10. Simonis ſectatores fuiſſe
Cerdonem, Marcionem, Valentinum tradidit
Epiph. hæreſ. 21. & *66*. Aug. lib. de hæreſ.
hæreſ. 7. eam triboit Carpocratianis, & 21.
Marcioniſtis, item 18. Caianis, denique 46.
Manichæis, qui hanc hæreſim maxime di-
latarunt; ideoque illis eam attribuit Hie-
ron. in præfatione Epiſtolæ ad Titum contrà
eoſdem diſputat late Aug. lib. 22. contrà Fau-
ſtum, & multis aliis locis. Alphonſ. à Caſtro
lib. 9. & hæreſes verbo lex hæreſi 2. Clu-
niacenſis in Epiſtola contrà Petribruſianos
Bellarm. 1. de verbo Dei cap. 5. vbi eundem
errorem tribuit Baſilidianis, & aliis prædi-
ctis: item aliqua ex parte Ptolomæo cuidam
de quo Ephiphan. hæreſ. 33. Præterea eun-
dem errorem Euthym. 2. p. panopl. titulo
23. cap. 1. & 10. Bogomilis vertit, & tandem
Albigenſibus Antoninus p. 4. titulo 11. cap. 7.
§. 5.

Concluſio de fide eſt eam legem fuiſſe à
Deo diuina auctoritate inſtitutam: hanc ſe-
quuntur omnes Catholici. Ita enim definitum
eſt in Concilio Toletano 1. in definitione
fidei, & Tridentino, Seſſione 4. in decreto de
Canonicis ſcripturis. Loca ſacræ paginæ paſ-
ſim hac de re occurrunt, in quibus lex Moy-
ſaica *lex domini* dicitur, vt Lucæ 1. & 2. &
teſtamentum quod mandauit Deus. Ad He-
bræos 9. vt late apud controuerſiarum Au-
thores citatos videri poſſunt: inter omnia
illa duo ſunt illuſtriora Ioſue 1. n. 8. *non re-
cedat volumen iſtud ab ore tuo, ſed meditu-
beris in eo diebus ac noctibus*: & Malach. 4.
n. 4. *Mementote legis Moyſi ſerui mei, quam
mandaui ei in Horeb, ad omnem Iſraël præ-
cepta & iudicia.*

Præſuppoſita hac veritate catholica quæ-
ſtio nunc eſt grauiſſima ſanè inter antiquos
1. Patres & Scholaſticos Doctores, vtrum ali-
qua ſaltem præcepta Moyſes tradiderit tan-
quam proprius legiſlator, an vero ſolum pro-
mulgator legis totius ſcriptæ, & à Domino
traditæ; ſed quia præcepta in lege Moyſi
contenta erant in triplici differentia, nempe
præcepta decalogi, iudicialia, & cæremo-
nialia, de quibus in ſequenti ſectione; quan-
tum ad præcepta decalogi omnes ſentiunt
eſſe de iure diuino quare de præceptis iu-
dicialibus, & cæremonialibus eſt tantum con-
2. trouerſia. In qua Tyraquellum liberius, quàm
par eſt iudico locutum in præfatione ad te-
tract. n. 10. vbi ait. *Ex quibus plane intelli-
ges præcepta legalia Moyſis non fuiſſe iuris
diuini: nam ſi talia fuiſſent, perpetua quo-
que, & immutabilia permanſiſſent, nec cri-
mini, atque peccato feneſtram aperuiſſent.*
Pro legalibus præceptis cæremonalia, & iu-
cialia intelligit; & hæc ait non eſſe de iure
diuino, licet non neget eſſe de iure Eccle-
ſiaſtico, pro vt diſtinguitur à ciuili. Nam ius
diuinum dupliciter accipi poſſe docent com-
muniter Theologi, & Canoniſtæ, vt notant
Couar variar. cap. 17. & in practica c. 31. n.
3. 1. Salm. in acta Apoſt. tract. 61. 1. modo late,
prout comprehendit leges per Eccleſiaſticam
poteſtatem conditas, quæ ea ſolum ratione
diuinæ dicuntur, quia authoritate diuinitus

A conceſſa Dei miniſtris ad ſuæ Eccleſiæ regi-
men nituntur. Ea tamen authoritas ſimpli-
citer humana eſt, ſed diuina dicitur, vt
opponitur alteri humanæ, nimirum ciuili.

Probatur ex communi locutione Patrum
Baſil. in regul. breuiorib. interrog. 139. Am-
broſ. lib. 8. Epiſtola *66*. Athan Epiſtola ad
omnes orthod. tom. 2. in principio Cypria.
ſerm. 5. de lapſis. Nazian. ad Celeuſium Epi-
ſtola 71. manifeſtius hoc expoſuit Petrus
Cluniacenſis Diuo Bernardo coætaneus lib. 3.
Epiſt. 28 quæ incipit *promeritis*; aliàs lib. 1.
Epiſt. 28. & incipit. *Diu chariſsime frater.
Diuina inquit mandata dicimus non ſolum
ea, quæ per Apoſtolos teneri conſtituit, ſiue
illa, quæ ante ſuſceptam carnem per Patri-
archas mandauit, ſed etiam illa, quæ poſt*
B *Apoſtolos viri Apoſtolica veſtigia ſequuti
vnanimi multorum catholicorum conſenſu
ſeruari præceperunt, &c.* Item Anacletus
Epiſt. 1. leges appellat diuinas, per quas Pro-
uinciarum diuiſio inter primates ab Apoſto-
lis & Clemente facta eſt, ita explicari debet
canius victoris in cap. celebritatem, de con-
ſecrat diſt 5. vbi loquendo de die Paſcha-
tis ſtatuta Eccleſiaſtica cauſas diuinas vocat
ideſt canonicas, quatenus diſcriminantur à
ſæcularibus. Item Leo Epiſtola 85. cap. 2. qui
refertur in Iuonis decreto p. 5. cap. 106. Con-
cil. Lugdun. in cap. cum de diuerſis de pri-
uileg. in 6. vbi. *vigeat ſtudium iuris diui-
ni & humani, canonici videlicet, & ci-
uilis.*

Alio modo ſumitur ius diuinum preſſe, & 4.
C rigoroſe, vt ſignificat illud, quod diuina nititur
authoritate & à Deo præcepitur, vel imme-
diate, vel mediis miniſtris hominibus, aut An-
gelis: nam ius Eccleſiaſticum etiamſi authori-
tatè diuinitus collata nitatur, & inſtinctu, ac
illuſtratione diuina ſpiritus feratur: iuxta illud
Collegii Apoſtolici dictum actorum 15. *Vi-
ſum eſt ſpiritui ſancto & nobis.* Et illud
Pauli. *Puto autem quod & ego ſpiritum
Dei habeam.* Attamen à poteſtate & authori-
tate ſimpliciter & abſolute humana ſancitur:
quod diſcrimen vtriuſque ſcholæ Theolo-
gicæ anteſignani adnotarunt D. Thom. quodl.
4. a. 12. ad 1. *Apoſtolus dupliciter in do-
ctrina ſua aliquid propoſuit: quædam qui-
dem ſicut promulgans ius diuinum, ſicut il-
lud quod habetur ad Galatas 5 ſi circum-
cidimini, Chriſtus vobis nihil proderit &c.* &
D infra *quædam vero ſicut propria authorita-
te aliqua ſtatuens: nam ipſe dicit. 1. Corint.
11. cætera cum venero diſponam.* Scotus ve-
ro in 4. diſt. 17. q. 1. a. 1. ſic ait: *Apoſtoli
publicantes præceptum Domini in ſcripturis
ſuis, vtebantur modo loquendi, per quod
poterat innoteſcere quod erant præcones
Chriſti, vt quando 1. Corint. 7. producendo
præceptum Domini de dimittenda vxore.
Præcipio non ego, ſed Dominus: quando au-
tem vult facere propriam perſuaſionem,
vt de cohabitatione conuerti ad fidem cum
ſua vxore infideli, vel è conuerſo, quia hoc
licet ſit ſine contumelia Chriſti, non tamen
eſt neceſſarium, ait: dico ego, non dominus,
&c.* alia diſcrimina in particulari inter ius

poſitiuum diuinum & humanum oſtendemus infra in hac quæſtione agendo de lege Eccleſiaſtica.

Quando igitur Tyraquel. negauit legalia præcepta eſſe de iure diuino, illud accipit in ſua rigoroſa, & ſtricta ſignificatione, cum quo ſi non modo loquendi, ſaltem in re conſentire Salmeronium citatum credidit Suar. de leg. lib. 9. cap. 2. num. 12. & Sallas 1.2. tract. 14. diſp. 12. ſect. 2. num. 9. eo quod Salmeronius aſſeruit Moyſem fuiſſe nō ſolùm præconem, ſed etiam legiſlatorem legalium præceptorum, atque adeo eam legis partem minus propriè dici ius diuinum quam illam quæ præcepta decalogi comprehendit. Etenim pars continens præcepta cæremonialia, & iudicialia immediate per Moyſem populo fuit manifeſtata, altera vero pars comprehendens decalogum populo audiente per Angelum, qui Dei perſonam ſuſtinebat, data fuit Exod. 10. ideoque procedebat ab Angelo quaſi à Deo immediate immediatione ſuppoſiti, ſecundum repræſentationem, quia Angelus perſonam Dei agebat; & immediatione virtutis, quia immediate à diuina authoritate & poteſtate promanabat. Quia in re non ſignificauit Salmyron, quod prædicti Authores illi imponunt, non enim voluit ceremoniale præceptum eo ſolum modo dici legem diuinam, qua lex Eccleſiaſtica latiſſimè, & impropriè dicitur ius diuinum; ſatis enim ſe explicauit non ſolum tract. 61. ſed etiam ſequenti 62. In quibus ſi attente legatur, nihil aliud voluit quam concedere Moyſi hanc legiſlatoris dignitatem, vt authoritate diuina ſpecialiter ſibi conceſſa illam legem promulgarit, quaſi legiſlator eſſet cum Deo pariter illius partis, quæ ceremonialia, & iudicialia continebat.

Quod mihi perſuadeo. 1. quia cum ſententiam Origenis, & Hieronymi referret in tract. 61. verſus medium §. *Quarto idem probatur*; qui dixerunt legem repudii à Moyſe tanquam proprio legiſlatore proceſſiſſe, ex eo, quod Chriſtus Dominus dixerit, *Moyſem ad duritiam cordis eorum diuortium permiſiſſe*, vt dicitur Matth. 19 num. 8. reſpondet eos partes eſſe ita intelligendos, *quod Deus non tulit legem illam per ſeipſum, ſed Moyſi illam ſuggeſſerit, & per eum tanquam per legiſlatorem, & non tanquam per præconem ſuum illam tulerit.* Item tract. 62. ad principium ait in re ipſa cum iis conuenire, qui aſſerunt totam legem Moyſi, *tam illa, quæ præcepta ſunt ab Angelis in monte Sinai, quæ in Decalogo continentur, quàm ea, quæ Moyſes promulgauit ab eodem Deo optimo maximo eſſe profecta, &c.* neque deſunt Patres, qui Salmeronis ſententiæ ità explicatæ faueant: nam Orig. tom. 1. homil. 16. in num. ait. *Per Moyſem quidem multa locutus eſt Deus, aliqua tamen & Moyſes propria authoritate mandauit, videlicet*, vt exponit Salmiron. citatus, *authoritate diuina, quam fecerat veluti propriam legiſlatoris obtinens dignitatem*, & ſimiliter exponit duo alia loco Hieron. & Ambroſ. qui legem repudii à Moyſe latam non obſcure ſignificant. Clemen. Roman. in Conſtitutionibus Apoſtolicis cap. 1. de Moyſe ſic loquitur. *Illum dico legiſlatorem, cuſtodem, Pontificem, Regem illum diuinorum myſteriorum Magiſtrum.* Similiter inſtit. orat. ad Gentiles. Irenæ. lib. 2. aduerſus hæreſes. cap. 42. Euſeb. de præpar. Euang. lib. 11. cap. 1. Nazian. ad Greg. Niſſenum orat. 6. 62

Verum non video cur à communi ſententia recedendum ſit, quæ de vniuerſa lege Moyſaica docet, ita ad Deum authorem referri, iuriſque eſſe poſitiui diuini rigoroſe ſumpti, vt Moyſes ſolum promulgator extiterit illius præſertim partis, quam Moyſes ab Angelis, populo non audiente, didicerit. Hanc ſine dubio tenet Clemens. Alexand. lib. 1. Pedag. cap. 7. vbi ait, *lex per Moyſem data eſt non à Moyſe, ſed à verbo quidem, verum per Moyſem ſeruum ſuum.* Euthym. in cap. 1 Ioānis Moyſes. *quidē ſeruus erat, quodque à Deo accepit, hoc dedit.* Tertull. aduerſus Marcion. lib. 3. cap. 1. Damaſ. Orthod. fidei cap. 24. lib. 4. Anaſtaſ. Synaïtes in Exameron lib. 2. Iſidor. Peluziota lib. 3. Epiſto. 76. Epiphan. hæreſ. 33. ex doctoribus Scholaſticis eam expreſſit, D. Thom. 1. 2. quæſt. 98. art. 2. in corpore ad finem, vbi vniuerſum ſine limitatione de tota lege veteri, de qua in eo articulo diſputabat eſſe datam à Deo aſſeuerat, & à 3. ad 3. diuina auctoritate inſtitutam fuiſſe docet. Idem ſequuntur Vaſq. Med. cæterique recentiores Thomiſtæ ad hunc art. Bellarm. lib. 1. de Chriſto cap. 5. §. ad 1. Valent. diſp. 7. q. 7. p. 1. Maldonat. in Matth. cap. 19. Item Suar. citatus, & Sallas vbi ſuprà num. 13. quamuis nitantur vtranque ſententiam conciliare, vel potius ad vnam 3. reducere; quatenus aſſerunt legem ſcriptam, quantum ad præcepta legalia à Deo & Moyſe pariter datam fuiſſe, atque adeo illius partis, tum promulgatorem tum legiſlatorem Moyſem eſſe exiſtimandum, quod minime neceſſarium duxi, quamuis hanc fuiſſe Salmeronis ſententiam oſtenderimus.

Probatur 1. ex ſacra pagina Exod. 20. & 21. & ſequentibus vſque ad 30. in quibus, vt bene notauit Lyran ad initium cap. 20. de præceptis tam moralibus, quàm iudicialibus, & cæremonialibus agit: & tamen in cap. 20. ſic incipit Moyſes, ne dubitandi locum relinqueret, an aliquid ex his præceptis ipſe ſua auctoritate tradiderit. *Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos.* & cap. 21. cum inciperet Dominus iudicialia præcepta ferre, ait. *Hæc ſunt iudicia, quæ propones eis.* Item 1. Deuteron ad initium dicitur. *Locutus eſt Moyſes ad filios Iſrael, omnia, quæ præceperat illi Dominus, vt diceret eis.* Idem oſtendit locus Malach. ſupra citatus, & multi alii: hinc ſumitur ratio Theologica, & 2. probatio: nam ea ſunt præcepta diuini iuris, quæ authoritate Dei præcipientis feruntur: ſed Deus de omnibus præceptis Moſaicæ legis dicit ſe præcipere, & mandare; Moyſem vero ſolum eſſe interpretem ſeu nuntium: ergo omnia ſunt de Iure diuino preſſè. 3. ex cap. cum cauſam de Electione, & cap. in nona 17. quæſt. 6. In quibus ad legem diuinam perti-

pertinere dicitur præceptum illud de non arando in boue & aſino, quod de moralibus non eſſe certum eſt; ſed inter Iudicialia haberi, Deuteron. 22. 4. ſi aliquid eſſet præceptum à Moyſe tanquam legiſlatore datum maxime illud verbi gratia quod ſupra afferebatur de repudio propter teſtimonium Chriſti Domini. Sed lex repudii à ſola Moyſis authoritate procedere non potuit: nam legitimum matrimonium, & conſummatum nulla ratione per humanam authoritatem diſſolui potuit, vt cum communi Theologorum ſententia ſuppono, ergo nullum eſt præceptum legis Moſaicæ, quod ad Moyſen, tanquam ad authorem referatur: neque obſtat dixiſſe Chriſtum dominum illam legem, vel permiſſionem repudii à Moyſe datam eſſe: nam etiam Matth. 8. dixit leproſis, vt afferent, quod Moyſes præcepit, & tamen non eſt dubium illud eſſe præceptum diuinum. Item Marci 7. ait. *Moyſes dixit: honora patrem tuum, &c.* & ſtatim ſubiungit Dominus. *Irritum feciſtis præceptum Dei.*

5. ſpeciatim contra eos, qui aſſerunt præcepta legalia à Deo ſimol, & à Moyſe legiſlatoris authoritatem tenente proceſſiſſe; quia ſuperuacanea eſſet illa authoritas Moyſis ad ferendam legem quoad illa præcepta: nam diuina erat ſufficiens; imo alterius ordinis. Cum enim maiorem induceret obligationem nempe iuris diuini, nihil adderet de nouo authoritas humana, & nihil operaretur, ſiquidem nihil aliud præciperet, ſed idem omnino, quod Dominus iuberet. Exemplum eſſe poterit: rogo enim quem effectum ſortiretur illa authoritas humana ſuperaddita; quam obligationem induceret, quæ maior non foret ex ſola iuſſione diuina? ne ergo dicamur actum agere, & Deum cauſarum ſuperfluitatem ſine neceſſitate admittere, neceſſario dicendum eſt Moyſem ſolius nuntii, & interpretis munus in tota lege ferenda ſubiiſſe: quæ ratio etiam oſtendit Angelos non fuiſſe legiſlatores prædictæ legis, ſed tantum promulgatores. Nam ante præceptorum decalogi promulgationem: primo ſigna aduentus Domini ad legem ferendam, terribili tonitruorum ſonitu, fulgorumque coruſcatione apparuerunt: 2. Dei perſonam ſuſtinentes potenti voce à principibus ſaltem tribuum audita Decalogum nuntiarunt: 3. præcepta iudicialia, & cæremonialia Moyſi ſub eadem diuinitatis repræſentatione tradiderunt; vt ipſe illa populo promulgaret. Ideoque meritiſſimo à D. Paulo dicitur. *lex*
7. *vetus ordinata per Angelos in manu mediatoris*, ad Galatas 3. videlicet in manu Moyſis, qui mediator fuit inter Deum, & populum Iſraëlem, ſecundum meliorem expoſitionem quam Salmyron. tract. 28. ad Galat. 3. late confirmat. Item Iuſtinianus ex Epiphanio, & Genadio, Corneliuſque ex Nazian. Nicæſſ. Cathatino, Adamo multis rationibus oſtendit non Chriſtum hoc loco, ſed Moyſem mediatoris nomine ſignificari: fuit enim Moyſes mediator veteris teſtamenti, ſicut Chriſtus noui, teſte eodem Paulo ad Hebræos 8. alluditque D. Paulus in eo loco ad Galat. II.

A ad illud Deuter. 5. in quo Moyſes dixit populo, *ego ſequeſter veſter, & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo*, & dicit diſpoſitam fuiſſe legem per Angelos vt mediante Moyſe, populo manifeſtaretur.

Verum quamuis nullum ex præceptis quod in veteri lege Moyſes ſcripſerit, propria authoritate ſanciuerit; alias tamen particulares leges humanas, vt princeps, & gubernator illius populi condere potuiſſent, vbi lex diuina nihil diſponeret, & vtilitas, ſeu neceſſitas id poſtulare videretur, quarum legum mentio non fit in libris Exodi. Leuit. Numerorum & Deuteron fortaſſe ne leges humanæ diuinis permiſcerentur. Verum hoc probandum ac veriſſimile iudicandum facit quod aliquæ leges in aliis libris veteris teſtamenti reperiuntur, quæ diuini Iuris rigoroſe ſumpti non ſunt, vt ieiunium quarti, quinti, ſeptimi & decimi menſis, quorum meminit B Zachar. 8. Eorumque lex Moyſis nullum fecit mentionem. Item ieiunium Eſther. cap. 4. Deinde leges de Feſtis obſeruandis, quæ in veteri lege non continebantur, vt Feſtum dedicationis templi 2. Reg. 8. Feſtum purificationis altaris ſub Machabæis, 2. Machab. 10. Feſtum liberationis populi per illuſtrem fœminam Iudith 16. & alia ſimilia, cur igitur ſimiles occaſiones occurrere non poſſent, atque adeo in iis Moyſes aliquas leges ſimiles non ſtatueret: ſane aſſeueranter ita factum dicere non audeo: ſicut neque oppoſitum, quaſi neutiquam veriſſimile reiectare, conſtat igitur vniuerſam legem veterem diuini iuris eſſe. 8.

2. difficultas erat, quiſnam eſſet illius fi- 9.
C nis, qua in re in primis certum eſt cum lex hæc diuina ſit in bonum, & ſanctum finem à Sancto Sanctorum dirigi oportere. Deinde præter particulares fines vniuſcuiuſque præcepti, comparatione totius legis, alii vniuerſales debent aſſignari. Primus eſſe poterit reſpectu vniuerſalis Eccleſiæ militantis, vt nimirum Dominus eiuſdem Eccleſiæ progreſſum oſtenderet. Nam Eccleſia militans triplicem in mundo habuit ſtatum, incipientis tempore legis naturæ; proficientis tempore legis ſcriptæ, ideoque ſupra præcepta moralia de lege naturali ſuperaddita ſunt alia de iure diuino poſitiuo, per quę in diuino cultu & morum inſtitutione proficeret; tandem D perfectum ſtatum obtinuit tempore legis gratiæ. In hoc triplici ſtatu triplicem ingreſſa eſt viam, quæ cuilibet animę ad Deum properanti optari ſolet Purgatiuam, illuminatiuam, & vnitiuam: purgatiuam ingreſſa eſt, quando turpiſſimarum vrbium conflagratione, communique totius orbis eluuione perpurgata octo animis contenta euaſit; Illuminatiuam quando ſub columnæ igneæ nocturna coruſcatione, peculiarique Dei patrocinio deſerti viam tenuit, & fulgurante Sinai legis ſcriptæ præceptis quaſi ſplendidiſſimis facibus fuit colluſtrata; Denique ad vnitiuam peruenit, quando Patris æterni verbum noſtram ſibi naturam vniens nouam amoris, & gratiæ legem inſtituens veterem rupto veli templo diſrupit & vere ſanguinis ſponſus Eccleſiam

velut Reginam ſui ſanguinis purpura decoram ſibi ſponſam adoptauit. De hoc Eccleſiæ militantis progreſſu vide Auguſt lib. 20 confeſſ.cap.43. Orig. lib. 2. contra. Celſum. D. Th.1.2.q.98. a. 6.in corpore. Baron. ad initium apparatus,vbi plures patres citat Dried. lib 4. de Dogm. Eccleſiaſt.cap. 2. & ſeq Pighium de Eccleſiaſt. Hierarch. c. 1. & ſeq.

2. Finis comparatione populi Hebræi fuit bonum ſpirituale & ſupernaturale huius populi in hac vita in ſupernaturalem alterius vitæ felicitatem ordinatum, hoc vero bonum fuit argumentum fidei explicitæ in Chriſtum venturum,iuxta illud D. Pauli ad Rom.10. *Finis legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti*: & ad Galat. 3. *Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificentur.* Ex quibus teſtimoniis formatur hæc ratio : nam Chriſti fides ad finem ſupernaturalem ordinatur, atque adeo ſpiritualis ſanctificationis initium eſt, ergo lex, quæ cum Chriſti fide coniuncta eſt in eundem ſupernaturalem finē dirigitur,& ab illa initium ſuæ ſanctificationis deſumit. Erat etiam pars huius boni ſpiritualis, mores huius populi inſtituere, vt honeſte ſe gererent,non ſolum in his, quæ ad naturalem rectitudinem, moralemque conducerent honeſtatem; ſed etiam quæ ad diuinum cultum, iuſtamque politiam ſpectarent, quod regius pſaltes cecinit Pſal. 18. *Lex domini immaculata conuertens animas, teſtimonium domini fidele ſapientiam præſtans paruulis, iuſtitia domini recta, &c.*

10. 3. Finis reſpectu populi Chriſtiani fuit nempe ad præfiguranda & præmonſtranda legis gratiæ myſteria, ita colligitur in cap. cum veniſſet, §. vnde in veteri de ſacra Vnctione, item cap. finali §. his ita 6. diſtinctione, vbi idcirco præcepta legis veteris in myſtica & moralia diuiduntur. Etenim in ea lege non ſolum intendebat Dominus actuum præceptorum vtilitatem; ſed etiam ſignificationem, & propheticam figuram alicuius myſterii futuri protendebat, quod late oſtendit D Th. 1.2. q.102. & ſequent. D. Auguſt. contra Fauſtum lib.4 cap.2. & lib. 21. cap. 4. & contra Adimantum Manichæum, & 15. de Ciuit cap.11.& facile probatur ex 1. ad Corint. 10. *Omnia in figura contingebant illis* : item ad Hebræos 10. *Vmbram habens lex futurorum bonorum non ipſam imaginem rerum.* At quæ diſtinctio inter figuram, & imaginem? rem tetigit acu Ambroſ lib. 1. de Officiis cap. 48. his verbis. *In lege vmbra imago in Euangelio, veritas in cœleſtibus.* Nam vt Diuus Paulus diſcrimen oſtenderet inter legis veteris imperfectionem, nouæque perfectionem, illam abumbratiliū, & rudiori picturæ hanc imaginem perfecte viuis coloribus expreſſæ comparauit. Vnde legem veterem cæleſtium bonorum obſcuriorem picturam, nouam vero legem viuam prorſus imaginem eorumdem cenſeri, ita Salmeron, & alii ad hunc locum poſt D. Ambroſ. declarant. Aduertendum tamen non eodem modo omnibus præceptis legis ſcriptæ hunc finem accommodari, nam præcepta moralia cum ſecundùm ſe naturalia ſint, & adhuc in lege

A noua obligent, quando figuræ & vmbræ veteris legis ceſſarunt. In illis non conſideratur figuratiua repreſentatio, ſed moralis præceptio, quæ eadem eſt nunc, quæ antea : nam ratio figuralis eſt poſitiua, & in præceptis tantum iuris poſitiui requiritur. ita D. Th. 1. 2. q. 104. a 1. imo a.2. inter reliqua præcepta poſitiua cæremonialia 1. & per ſe figuratiua fuiſſe exiſtimat, quia principaliter inſtituta ſunt ad aliquid præſignificandum.

Ad 3. difficultatem de perfectione huius legis patet quid dicendum ſit ex prædictis; ſi enim hæc lex à Deo fuit inſtituta, & in bonos, ſanctoſque fines ordinata, non potuit non eſſe bona, & ſancta toto eo tempore 11.
B pro quo fuit inſtituta:& probari poteſt ex locis ſacræ ſcripturæ, vbi manifeſte hæc catholica veritas continetur. ad Roman. 7. ſic ait Paulus, *Itaque lex ſancta, & mandatum iuſtum ſanctum, & bonum.* Pſal. 18. *lex Domini immaculata, &c.* Iob de Deo loquens cap.36. ait, *nullus ei ſimilis in legiſlatoribus*; & ita definitur in Concilio Lateran ſub Innoc III. De qualitate vero bonitatis ſeu perfectionis in hac lege inuenta, dico legem veterem in ſuo ordine,& gradu fuiſſe perfectam: comparatam tamen cum lege gratiæ, & conſideratam ſecundùm negationem perfectionum, quibus caruit, imperfectam dici poſſe. Ita D. Th 1.2 q.98. a. 1. & 2. & Theologi communiter. ibid. Suar. de leg lib 9 cap. 8. iuxta priorem partem huius reſolutionis in-
C telligendus eſt Clemens Romanus lib. 6. de Conſtit. cap. 19. vbi ait, *legem hanc à Deo datam fuiſſe legis naturalis adiutricem, puram, ſalutarem, ſanctam, in qua proprium nomen ferebatur perfectum, ex nulla parte deficientem, continentem Decalogum plenam omni macula carentem, animas conuertentem, &c.* quod teſtimonium tam præclarum eſt, vt nullum aliud deſiderari poſſit, præſertim adiuncta Chriſti Domini authoritate, cuius ibidem meminit idem Pontifex: nam verbo, & exemplo illam legem ſeruator Dominus obſeruauit, & honeſtauit. Lucæ 2. n. 21 & 22. Circunciſus enim octauo die, & quadrageſimo oblatus eſt in templo. Item Matth. 5. ait *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.*

Ratione confirmatur hæc pars; nam illa lex omnes habuit circunſtantias neceſſarias, vt illa in ſuo gradu & ordine perfecta foret.
D In primis conuenienti modo fuit promulgata : nam vt de ſupremi legiſlatoris authoritate conſtaret præcedentibus ſignis, quæ legi timoris maxime congruebant, præcipuam legis partem, nempe decalogum, vox diuina à populo audita pronunciauit, quod D Auguſt. lib. 10. cap. 13. de Ciuitate Dei optime adnotauit, his verbis *Non enim populus Iſraël ſic Moyſi credidit, quemadmodum ſub Lycurgo Lacædemonij, quod à Ioue, ſeu Apolline, leges, quas condidit, accepiſſet : cum enim lex dabatur populo, qua coli vnus iubebatur Deus, in conſpectu ipſius populi, quantum ſufficere diuina prouidentia indicabat, mirabilibus rerū ſignis, ac motibus apparebat.* Deinde, vbi primum populus legem partim à Deo, partim à Moyſe audiuit, omnia acceptauit

præcepta, eorumque obſeruationem promiſit, vt dicitur Exod. 24. *Venit ergo Moyſes & narrauit populo omnia verba Domini, atque iudicia, reſponditque omnis populus vna voce: omnia verba Domini, quæ locutus es, faciemus.* Denique alias circunſtantias de loco & tempore latè proſequuntur ſacræ litteræ, vt Exod. Leuit. Numerorum, & Deuteronom. Commentatores præſertim Abolenſis cap. 20. Exod. quæſt. 36. & ſequentibus. D. Thom. 1. 2. quæſtione. 98. a. 6. adnotarunt.

12. Obiicies, ex multis ſacræ ſcripturæ locis oſtenditur legem illam malam fuiſſe: nam. 1. Eccleſiaſt. 2. num. 25. dicit dominus. *Ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent.* 1. D. Paulus ad Rom. 5. *lex ſubintrauit, vt abundaret delictum.* & 7. *peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam, ſine lege enim peccatum mortuum erat.* Ad Galat. 3. ait idem Apoſtol. *Chriſtus nos redemit de maledicto legis*, & infrà, *quid igitur lex propter tranſgreſſiones poſita eſt.* Ad Hebræos 8. de veteri teſtamento ita loquitur. *Si illud prius culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur.*

Ad 1. Exechielis locum, mirum quam variæ reſpoodeant interpretes, item Scholaſtici Doctores. 1. ea poſitio 1 cæremonialia præcepta intelligit mala in ſenſu comparatiuo appellari, quia comparatione meliorum, quæ in lege gratiæ iuſtitiam & vitam continent, vt non bona reputantur. ita Diui Thom. 1. 2. quæſtione 48. art. 1. ad 1. Chryſoſtom. homil. 17. in Acta Apoſtol. & homil. 7. in 1. ad Corinth. Iuſtinus Dialogo cum Triphone. Auguſtinus Epiſtola 9. ad Hieronym. Theodoret. Cyrill. lib. 9. contra Iulian. Ambroſ. lib. 3. Epiſt. ad Clement. Greg lib. 18. Moral. cap. 17. alias 9. Caſſianus collat. 23. cap 2. Et ſane ſi hæc expoſitio minus literalis videatur, ſaltem propter authoritatem tantorum Patrum, non eſt excludenda: præſertim, quia ſecundam partem noſtræ reſolutionis ſatis confirmat, cum lex vetus comparatione legis gratiæ imperfecta dicatur. Duas alias appono declarationes, quæ magis cum littera & cum antecedenti contextu cohærere videntur. 1. eſt ſancti Clementis lib. 6 Conſtitut. cap. 21. vbi ait, *non bona dico illorum ſcilicet propoſito: ferrum enim ad vrendum, & ſcalpellum, & medicamenta inimica ſunt non volentibus) non ſunt autem ſeruata propter eorum contemptum obediendi: ex quo vt non ſeruata mortem ijs afferant.* Per hæc vltima verba in 2. explicationem incurrit, quæ in Paraphraſi Chaldaïca ſatis perſpicua habetur his verbis. *Ego quoque, quia præuaricati ſunt in verbum meum, & noluerunt obedire Prophetis meis, proieci eos in manum concupiſcentiæ eorum inſipiensis, abierunt, & fecerunt decreta non recta, & leges, in quibus non viuent.* Ad quæ mala præcepta diuinis oppoſita alludit tranſlatio 70. ſecundum Xiſtum in verſu ſequenti, vbi enim vulgata ait, *& pollui eos in muneribus ſuis*; ipſi tranſcribunt. *Et polluam eos in dogmatibus eorum, &c.* Eſt ergo vera, & germana loci expoſitio illa præcepta non bona ſignificare legem peccati diuinæ legi repugnantem, cui Iudæos rebelles ſubiici, & ſecundum eam viuere Dominus permiſit. Iudicia vero in quibus eos non viuere dixit, rigoroſa indicare ſupplicia, quæ in ſuorum ſcelerum pœnam ab exteris nationibus irroganda minabatur: Iuſtum enim fuit, vt qui iugum Domini ſuſtinere noluerunt, nec bonis eius præceptis obedire, grauiori concupiſcentiarum & tyrannorum iugo ſubiacerent: in quam expoſitionem D. Hieronym. Maldonatus, Pradus & Sanctius huc loco magis videntur inclinare. Aliæ videri poſſunt apud Suar. & Cornelium, quæ mihi minus arrident.

2. R. ad 1. locum Pauli dupliciter 1. 13.
cum in gloſſa 1. in cap. benedictio 1. quæſtione 1. *Lex ſubintrauit vt abundaret delictum*, intelligi per conſecutionem, non cauſam; quia *nitimur in vetitum, ſemper cupimuſque negata.* Vnde Auguſt. lib. de Spirit. & littera cap. 7. *Lex quamuis bona auget prohibendo deſiderium malum, ſicut aquæ impetus ſi in eam partem non ceſſet influere, vehementior fit obice oppoſito*, & ſtatim, *neſcio quo enim modo hoc ipſo, quod concupiſcitur fit iucundius, dum vetatur.* Etenim ex ſapientis veroloquio Prouerb. 9. numero 17. *aquæ furtiuæ dulciores, & panis abſconditus ſuauior.* 2. ſi cauſaliter locus exponatur, ſubintrare lex dicitur, vt delictum plenius, ac planius per legem innoteſcat: atque adeo homines ſuam imbecillitatem cognoſcant, & Dei gratiam expetant: ita Aug tract. 3. in Ioannem, *quia nolebant ſe confiteri homines peccatores, addita lege facti ſunt etiam præuaricatores*, & infra. *Ideo ergo data eſt lex, vt creſcente peccato humiliarentur ſuperbi, humiliati confiterentur, confeſſi ſanarentur*; quod ita intelligendũ eſt vt Deus legem daret vt peccatum, quod cõmitteretur, creſceret in ſui manifeſtatione, & cognitione, ex quo magis in hominibus creſceret humilitas, & humilitatem ſalus conſequeretur, qui quidem finis, interueniente peccati permiſſione, tanquam medio à Deo potuit intendi: iuxta primam expoſitionem declarandus alter locus eiuſdem Epiſtolæ, ex qua ſatis conſtat D. Paulum appellaſſe legis veteris mandatum ſanctum, iuſtum & bonum; ſanctum propter cæremonialia, iuſtum, propter iudicialia, bonum propter moralia, vt interpretatur D. Thom. 1. 2. quæſt. 99. art. 4. in corpore. Solum ergo occaſione accepta per mandatum, quaſi irritamentum peccati hominum vitio contigit, vt eorum concupiſcentia æſtu ardentiori conflagraret. Ita Toletus. & Iuſtinianus hoc loco ex Ambroſio, Chryſoſt. Hieron. & Auguſt. idem docet Bellarm. tom. 4. lib. 5. de gratia & libero arbitrio cap. 18.

Ad locum ex Epiſt. ad Galat. Reſpondemus Chriſtum nos liberaſſe à maledicto legis, videlicet à pœna, quam lex minabatur. Supra enim dixerat Apoſtolus verſu 10. *Scriptum eſt enim: maledictus omnis, qui non*

permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Hac tatione locum Pauli Hieronimus commentatur. *Redemit nos ergo Chriſtus de maledicto legis, quod peccantibus conſtitutum eſt* Quamobrem lex propter tranſgreſſiones poſita eſt, nimitum puniendas, & coereendas, vt idem Hietonym. & Chryſoſt. declatant; vel propter tranſgreſſiones manifeſtandas, & cognoſcendas iuxta Auguſtinum ſupra citatum. Ab hac ergo legis execratiooe, in quam ipſius tranſgteſſor res incutrunt, Chtiſtus nus liberaoit, dum vererem legem gratia expettem in noua gratiam coutinentis inſtaurationem conuertit.

B Vlrimus locus ex Epiſt. ad Hebræos ſolum oſteudit vetus teſtamentum fuiſſe imperfectum negatiue propter negationem perfectionum, quibus carebat, & in hae parte defectum habuiſſe, quem ſignificauit Apoſtolus pet vocem Græcam ἄμεμπτος, quam noſter intetpres reddidit per illas duas *culpa vacaſſet.* Vox vero Græca ſignificat id, de quo nemo poteſt conqueri, quod deſectum omnem & notam teſpuit, quale non fuit veſtos teſtamentum, præſertim ſi cum uouo quod illius loco ſubſtirutum eſt, comparetur. Ita Chtyſoſt. Ambtoſ. Theod. & Theophilactus, quos recentiores commeutatores ad litteram ſequuntur Vnde iam 2. pars noſtræ reſolutioois potius confitmatur, quam 1. impugnetur: totus enim eſt Apoſtolus in eo cap. in declaranda noui teſtamenti ſupra vetus Exeelleu- C tia, conſcrendo vetetis defectum eum noui prouentu. Quam comparationem doctiſſimus Barradas noſter in coocordia tom. 1. lib. 1. à eap. 2. vſque ad 16. luculenter proſequitut, & quindecim prætogatiuas ooui ſupra vetus teſtamentom recenſet, quas aliqua ex parte tetigit Bellarm. tom. 4. de Iuſtificatioue lib. 4. c. 2. & ſeq. præcipuas ſummatim prælibabo.

14. Prima ſit, quia vetus teſtamentum in tabula lapidea, nouum in cotdis medulla Dominus ſcripſit. Teſtatut Paulus ad Hebræos 7. ex Hierem. 31. *hoc eſt*, ait Paulus, *teſtamentum, quod diſponam domni Iſrael, poſt dies illos dicit Dominus dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas.* 2. Vetus ſeruotum, & timoris fuit, nouum amoris, & filiotum. Ita Chryſoſt. Theodoret & Theophyl. expouunt illum Apoſtoli locom ad D Rom. 8. *non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater.* 3 Vetus iugum graue, leue & ſuaue teſtatur Hilarius, qui verba Chriſti Domini Matth. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, tollite iugum meum ſuper vos: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* hoc modo explanat, legis difficultatibus laborantes, & peccatis ſæculi oneratos ad ſe vocat. 4. aecipimus ex Ioanne cap. 1. *lex per Moyſem data eſt: gratia & veritas per Chriſtum facta eſt.* Etenim lex vetus per Angelos Dei ſeruos; noua per Aogelum reſtamenti, iuxta Malachiam cap. 3. natutalem Dei filium fuit nuntiatur. 5. eſt quia nouum finis veteris fuit, ſicut

A lux aurotæ vmbram nocturnam depellit. *Finis legis Chriſtus*, dixit Paulus ad Rom. 10. & ibid. legem veterem *vmbram habuiſſe futurorum bonorum.* 6. Vetus teſtamentum, vt pote tempotale obſeratam Cœli ianuam habebat, ſuiſque ſequacibus omnino occluſam *Etenim nondum propalatam eſſe ſanctarum viam adhuc priore tabernaculo habente ſtatum*, docet Apoſtolus ad Hebræos 9. nouum vero æternum patentem inuenit cæleſtis paradiſi aditum, quia *Deus eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* vt idem ait ad Hebræos 13. quo quidem ſanguine in cruce B largiter effuſo concluſos cæli poſtes reſerauit, & nobis in cœleſtem pattiam facilem viam expandit, dicente eodem Apoſtolo ad Hebræos 10. *Habentes fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, id eſt carnem ſuam,* adeo vt peodente in eruce domino, etiam latroni paradiſus pateret, vt enim Diu. Hietonym. Epiſtol. 129. ad Dardanum, dixit. *Sanguis Chriſti clauis eſt paradiſi dicentis ad latronem, hodie mecum eris in paradiſo* 7. & præcipua excellentia noui teſtamenti ſupra vetus eſt, in ſe iuſtificandi virtutem continere, qua legem antiquam caruiſſe multis in locis docuit Apoſtolus ad Galatas 2. *Ex operibus legis non iuſtifica-* C *tur omnis caro.* & cap. 3. *in lege nemo iuſtificatur apud Deum*, non quod iuſti legis veteris oon habuerint gratiam babitualem animæ inhætentem; vt aperte deducitur ex Trident. Seſſ. 6. cap. 7. ſed quia opera illius legis præciſe non poſſunt bominem ex ſe ſanctum facere, quod quia late oſtendit D. Thom. 1. 2. quæſtione 100. art. 12. de moralibus: item de cæremonialibus quæſt. 103. art 1. de iudicialibus vero idem vt maniſeſtum ſupponit vtroque loco; latius hîc perſequi non oportet; videri poteſt Auguſt. lib de Spiritu, & littera cap. 14. Stapletonus tom. 2. lib. 5. cap. 9. § ſimiliter. Bellarm. tom. 4. lib. 4. de Iuſtificatione cap. 4 §. ſextum & Suat. lib. 9. de legibus cap. 7. nu. 3.

D

Quænam erant legis veteris præcepta.

SECTIO V.

IAm ſupra indicauimus celebrem diuiſionem præceptorum legis ſcriptæ in moralia 15. cęremonialia, & iudicialia, quam diuiſionem tradidit Lyran in cap. 20. Exodi, ad initium, aitque quamuis hæc præcepta in promulgatione iorerſe miſceantur, tamen maiori ex parte moralia contineri in cap. 20. Exodi: item Iudicialia cap. 21. & Cæremonialia cap. 25. de quibus late ibidem Abul & reliqui interptetes & Theologicum D.Th. 1. 2 q 99. & ſequentibus. Bellarm. tom. 4. lib. de Iuſtificatione cap. 3. Valent. diſp. 7. punct. 3. & ſequentibus. Azor. tom. 1. lib. 6. cap. 2. quæſt.

Digitized by Google

3. item cap. 3. & ſequentibus. Ex Iuriſtis eandem tradunt diuiſionem. Ioan. Bapriſt. Caccialup. tom 15. tract 1. p. 2. depenſionibus Eccleſiaſticis numero. 4. Albertinus, in repetit. Iuriſcon. tom. 5. in 6. Decretal. de Hæreticis in 4. errore numero 3. vterque Cardinalis in cap. final. § his ita 6. diſt. Abbas in cap. final. de conſuetud. col. 2. Franciſ. de Aret. in cap qualiter & quando 2. de Accuſ. Ioannes de Imnola in l. ſtipulatio hoc modo col. 3. ff. de verb. oblig. & in conſ. 1. quod incipit, *in caſu præmiſſo*.

Sufficientiam diuiſionis bene probauit Azor citatus cap. 2 quæſt. 3. & alii, quia in omni bene inſtituta Republica tria præceptorum genera eſſe debent; alia quidem, quæ ad ſingulorum ciuium mores; alia quæ ad religionem; alia quæ ad Rempublicam ſpectant. 1. præſtant moralia, quæ hoc nomen accepere; quia circa mores præſertim inſtituendos verſabantur; vt notauit Albertinus vbi ſupra. Vnde Concil. Colon. in Enchirid. Chriſtianæ Inſtit. in principio ait, *decem præcepta Decalogi eſſe veluti ſpeculum, quod traditur baptizato, vt intueatur, quantum per fidem acceptam vitam ſuam renouauerit*. 2. cæremonialia, quæ ad Dei cultum ordinabantur. 3. Iudicialia, quæ ad ciuilem populi gubernationem pertinebant, quo fit, vt in ſacris litteris ſæpe hæc tria coniungantur præcepta, cæremoniæ, iudicia; hæc vero diniſio ita intelligenda eſt: vt inter muralia præcepta numerentur omnia quæ ſunt de iure naturali proprie ſumpto: ita D. Thom. quæſtione 99. citata art. 4. in corpore, & quæſtione 100. art. 1. Caiet. & Med. ibidem: & ſæpe idem repetit D. Thom. in hac quæſtione præſertim art. 11. per totum. Idem tradit Salmeiron tom. 1. Prolog. 10. can. 19. §. tertium eſt, & hæc opinio eſt etiam Theologorum communis; omnia enim naturalis iuris præcepta reducuntur ad illa decem Dei verba, ideo enim nominatur Decalogus Deuteron. 4. Quamobrem per antonomaſiam præcepta perhibentur: vt cum D. Thom. 1. 2. quæſtione 99. art. 4. notauit. Valent. citatus. p. 3. ex Sacra pagina Deuteron. 5. & 6. Leuir. 17. & 18.

2. Ex his præceptis moralibus, quinque in vna tabula & quinque in alia ſcripta fuiſſe docet Ioſeph lib. 3. antiquit cap. 6. Philon. de Decalogo. Vgo Cardinal. Exod. 20. Soto 2. de Iuſt q. 3. a. 4. Ceterũ Origenes homil. 8. in Exod. quia credidit quatuor præcepta decalogi ad Dei honorem pertinere totidem in prima tabula conſtituit. Verum communis ſententia, quæ iam vſu præualuit, tria tantum priora ad Deú ſpectare contendit. Et ideo tria tantum in prima tabula conſcripta eſſe aſſeuerat cum Aug. q. 71. in Exod & lib. de decem chordis cap. 6. Abul. Exod. 20. q. 2. Hieron. pſal. 32. Burg. Exod. 32. addit. 4. D. Th. 1. 2. q 100. a. 5. Magiſtro, & aliis in 3. diſtinct. 37. reliqua vero ſeptem in ordine ad proximum tradita in ſecunda tabula continebatur.

At oppones. 1. obſeruatio Sabbati præceptum eſt poſitiuum & cæremoniale, ergo non

11.

A omnia præcepta Decalogi ſunt de iure naturali. Antecedens eſt Irænei lib 4. cap. 31. Heſichii cap. 26. Leuit. Et probatur, quia hoc præceptum de obſeruatione Sabbati antiquatum eſt: ſed ea quæ ſunt iuris naturalis, immutabilia ſunt, & in lege noua permãſere: ergo hoc iuris naturalis non eſt. Reſpondetur præceptum de ſanctificatione Sabbati partim eſſe morale, & conſequenter de iure naturali; partim cæremoniale, ac poſitiuum, morale eſt, in quantum præcipit vt aliquo tempore non quidem certo, & definito, à cæteris operibus ſeruilibus vacemus, & in ſacris, ac diuinis rebus occupemur: poſitiuum vero eſt; quatenus certum diem determinat, nempe Sabbatum, vel Dominicam ad vacandum Deo. Et quidem 3.

B primo modo non eſt præceptum legis veteris abrogatione antiquatum, ſed 2. modo, quatenus deſignat Sabbatum in cuius locum lex noua diem Dominicum ſubſtituit. ita Abulenſ in 20. cap. Exod. quæſt. 11. & D. Th. 2. 2. q. 122. a. 4. in corpore, vbi optimam reddit rationem, quare morale & naturale ſit his verbis. *Ineſt enim homini naturalis inclinatio ad hoc, quod cuilibet rei neceſſariæ deputetur aliquod tempus, ſicut corporali refectione, ſomno & aliis huiuſmodi. Vnde etiam ſpirituali refectioni, qua mens hominibus in Deo reficitur ſecundum dictamen naturalis rationis aliquod tempus deputat homo, & ſic habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis, cadit ſub præcepto morali, ſed in quantum in hoc præcepto determinatur*

C *ſpeciale tempus in ſignum creationis mundo ſic eſt præceptũ cæremoniale*. Iuxta hunc locum interpretatur Caiet. ea, quæ D. Th. dixit 1 2. q. 10. a. 5. in corpore & ad 2. D. Th. ſequuntur non modo Theologi hoc loco & Valent. citat p. 4. Azor tom. 1. lib. 6 cap. 1. q. 6. Salas tract 14. diſp. 22 ſect 8 n. 46. Bellar. tom. 2. lib. 3. de Cultu ſanct. cap 10. §. quantum ad 2. ſed etiam Arnaldus Albert vbi ſupra de 5 errore Iudæorum num. 13 & alii Canoniſtæ.

Idem iudicium ferendum de primo præcepto decalogi, quod non eſt duplex negatiuũ vt docent Origen. homil. 8. in Exod. Burg Exod. 32. addit on. 4. videlicet, *Non habebis Deos alienos & non facies tibi ſculptile*, neque eſt vnum poſitiuum, alterum negatiuum, vt aſſerunt Hieron in Oſeam cap. 10. & Rupert 3. 4.

D in Exod. cap 32. colligentes eſſe poſitiuum ex illis verbis. *Ego ſum Dominus Deus tuus.* negatiuum vero ex ſequentibus, *non habebis Deos alienos, &c.* nec deniq; eſt triplex, vt affirmauit Heſichius in Leuit. 16. 1. poſitiuum, & duo poſteriora negatiua, ſed vnum, & primum præceptũ eſt, quod ex duabus partibus integratur, ita Clem. Alex. lib. 6. Strom Aug. q. 71. in Exod. & Epiſt. 119. cap. 11 huius præcepti pars vna ad naturale ius pertinet, altera ad poſitiuum; nam quatenus vnius Dei cultum præcipit, & Idololatriam prohibet, naturale eſt, quatenus vſum imaginum interdicit cæremoniale eſt exiſtimandum, hæc eſt opinio D. Th. 1. 2. q. 100. a. 7. ad 2. vbi ait, *quibuſdam præceptis additur cæremoniale determinatiuum moralis communis, ſicut in primo præcepto non facies ſculptile, & in*

HHh iij

A *2. præcepto determinatio diei Sabbathi.* D Thom. ſequitur Vaſquez 2. de Adorat. diſp. 4. vbi late probat vſum imaginum in ordine ad adorationem omnino fuiſſe prohibitum illis verbis, *non facies ſculptile*; licet ad ornatum imagines fieri potuiſſent. Certe Abul. in cap. 20. Exod. q. 3. & Cardinalis Bellar. tom. 2. lib. 2. de reliquiis & imaginibus & cap. 7. probant ſolum fuiſſe prohibitum Hebræis vſum Idolorum & imaginum, quæ pro Diis adorarentur, non autem ſimpliciter vſum imaginum, & hanc dicit eſſe ſententiam D. Th. Verum quidquid de ſententia, cuius reſolutionem in locum ſuum remitto, de mente ſancti Thomæ ex citatis verbis ſatis conſtat. nam ſi Idolorum vſus prohiberetur ſolum, Hebræis non diceret illud præceptum ex parte fuiſſe cæremoniale. B

5. Oppones 1. in lege veteri fuerunt præcepta fidei, ſpei charitatis, & pœnitentiæ: ſed hæc præcepta non ſunt moralia, neque cæremonialia, ſeu iudicialia, ergo non continentur in aliquo ex tribus membris aſſignatis: ergo illa diuiſio non eſt adæquata. Ad hoc argumentum negant maiorem aliqui Theologi in quorum ſententiam videtur inclinare Med. 1.2. quæſt. 99. a. 5. quatenus aſſerit *præcepta fidei non pertinere præcipue ad legem Moſaicam, ſed ad Euangelicam*. Et probat, quia D. Paulus ad Rom. 4. & ad Galat. 3 diſtinguit legem à fide, loquitur autem de fide viua: ergo præcepta huius legis diſtinguuntur à præceptis legis veteris. Et confirmari poteſt, quia ſi in lege veteri continerentur præcepta fidei, ſpei, C charitatis, & pœnitentiæ ſequeretur per opera ab hac lege præcepta homines potuiſſe iuſtificari, quod eſt contra id quod ex D. Aug. D. Thom & aliis diximus in fine ſuperioris ſectionis Concedenda tamen eſt maior cum D. Auguſt. 10 libro de gratia, & libero arbitrio cap. 17. in fine & cap 18. vbi cum ageret de præceptis ſupernaturalibus fidei, & charitatis, ita ait. *hæc ergo præcepta charitatis inaniter darentur hominibus non habentibus liberum arbitrium: ſed quia per legem dantur, & veterem & nouam; quamuis in noua venerit gratia quæ promittebatur in veteri.* Idem colligitur ex toto diſcurſu D. Auguſt. in lib. de Spiritu & litera, præſertim cap. 13. & D. Th. 1.2. q 100. a. 3. in corpore vbi ait. *illa ergo præcepta ad Decalogum pertinent, quorum notitiam homo habet per ſe ipſum à Deo,* D *& illa quæ ſtatim ex fide diuinitus infuſa innoteſcunt.* Idem dicit ad primum, & a. 1. in corpore ait, quædam eſſe præcepta moralia, *ad quæ iudicanda indiget homo adiuuari per inſtructionem diuinam, ſicut eſt circa credenda.* Illum ſequitur Caiet. a. 1. eiuſdem quæſtionis. Vaſq. 1. 2. q 99. a 1. Suar. de legibus lib. 9. cap. 7. n 9. Salas citatus n. 40. Azor. lib. 6. cap. 1. q. 7.

Probatur 1. quia præcepta moralia ex mente D. Th. 1.2. q. 100. a. 2. in corpore, dantur in materia omnium virtutum; nam omnes actus tam internos, quam externos neceſſarios ad honeſtatem morum præcipiebat lex Moyſis, vt late oſtendit Suarius citatus cap. 4. cum D. Thom. hoc enim neceſſarium erat, vt illa in ſuo ordine, & genere perfecta eſſet, ergo neceſſario includit prædictos actus ſupernaturales & Theologicos, quia ſine illis non conſtat vera honeſtas, per quam ordinatur homo ad Deum tanquam in finem ſupernaturalem, & cum eo debite communicat: impoſſibile enim eſt, vt ſine fide, ſpe, & charitate conſtitueretur aliquis amicus Dei: neque perdita gratia ſine pœnitentia formali, ſeu virtuali in actu charitatis ſe diſponere poſſent Iudæi ad recuperandam gratiam. 2. D. Hieron. Exod. 20. quando Deus incipit præcepta Decalogi per illa verba. *Ego ſum Dominus Deus tuus*, intellexit præceptum fidei vnius Dei, item D. Auguſt. cap. 17. citato per illa verba Deuteronom. 6. *Audi Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt. & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*: Duo fidei & charitatis præcepta coniuncta oſtendit. Denique Chriſtus Dominus Matth. 22. *Mandatum magnum in lege*, eſſe dixit. *Diliges Dominum Deum tuum.* Ergo actus harum virtutum ſupernaturalium in lege continebantur. 3. in lege naturali ſpectato ordine ad finem ſupernaturalem, ad quem homines à Deo directi ſunt, hi actus erant connaturales illi ſtatui, vt ſupra diximus & quaſi de iure naturæ ad ſtatum gratiæ eleuatæ per ordinem ad finem ſupernaturalem, ergo in decem præceptis naturalibus datis illi populo ad ſupernaturalem finem directo, neceſſariò continebantur.

Neque obſtat ratio in contrarium adducta: nam D. Paulus non ſic diſtinguit legem à fide quaſi in lege præcepta fidei viuæ non ſint, ſed per fidem intelligit ſpiritum fidei per charitatem operantis. Etenim præceptum fidei non eſt fides formaliter ſumpta. Vnde quamuis lex haberet præcepta horum actuum, non ſequitur illam in ſe habuiſſe fidei, & gratiæ ſpiritum, Hunc enim à lege gratiæ in fide Chriſti venturi mutuabatur, quod egregie D. Thom. diſtinxit 1. 2. quæſtione 107. art. 1. ad 2. in fine. *Lex autem vetus etſi præcepta charitatis daret, non tamen per eam dabatur Spiritus Sanctus, per quem diffunditur charitas in cordibus noſtris.* In quo non negat D. Thom. in lege veteri auxilia gratiæ dari ad illam cuſtodiendam neceſſaria, & ſufficientia. Sed ait illa auxilia, per quæ homo exercere poſſet hos actus ſupernaturales, & totam legem ſeruare, non obtineri ex vi legis veteris, ſed ex lege gratiæ, & in fide Chriſti venturi. Vnde ad confirmationem reſpondetur, ideo per legem ſcriptam neminem iuſtificari, quia illius Sacramenta gratiam non continebant, neque ex vi illius gratia conferebatur; quamuis enim homines in lege veteri potuiſſent ſe diſponere ad gratiam recuperandam, & ſi in gratia eſſent, de condigno mereri poſſent gratiæ augmentum, auxilia tamen, quibus ad hoc indigebant à fide Chriſti venturi neceſſario emendicabant, vt pulchris verbis docuit Auguſt. de ſpiritu & litera cap. 13. *Quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat.*

Digitized by Google

Conceſſa igitur maiori prædictæ obiectionis, minorem etiam admittit Vaſques vbi ſupra, quia exiſtimat præcepta de illis actibus ſupernaturalibus non annumerati inter aliqua ex contentis in tradita diuiſione. Verum iam ſatis oſtendimus ſupra hæc præcepta inter moralia recenſeri cum D. Aug. D. Thom & communi Theologorum ſententia: & confirmatur 1. quia ſecundum communem Authorum opinionem quos retulimus ad initium ſectionis, illa diuiſio eſt ædequata, & continet omnia præcepta, quæ erant tempore legis ſcriptæ. Sed inter iudicialia, vel cæremonialia non continentur præcepta fidei, ſpei, charitatis, & pœnitentiæ: ergo cum moralibus numerantur. Confirmatur. 2. quia ad decalogum omnia naturalia præcepta reducuntur, ſed naturalis ratio dictat credendum eſſe Deo, in eo ſperandum & illum ſuper omnia diligendum ergo: neganda eſt igitur minor; & dicendum hæc præcepta de actibus Theologicis cum moralibus recenſeri. Hinc tamen non inferas confundi virtutes Theologicas cum moralibus quatenus morales ab infuſis diſcriminantur: nam hæc præcepta cum moralia denominentur, quia ad morum diſciplinam pertinent. Et hi mores hominum quatenus ordinantur ad ſupernaturalem finem, non ſolum inſtrui debeant per actus virtutum acquiſitarum & naturalium; ſed etiam per actus ſupernaturalium, præcepta de his in hoc ſenſu recte moralia perhibentur.

Quod attinet ad cæremonialia, quæ ad cultum Dei, & religionem pertinebant ad quatuor capita reducuntur à D. Thom q. 101 cit a. 4 1. eſt de præceptis ſacramentorum; nam varia fuiſſe ſacramenta in lege veteri probat August. multis in libro de vera religione cap. 17. lib. 15. contrà Fauſtum cap. 11. & alibi; talia fuerunt circumciſio, eſus agni paſchalis, vnctio & conſecratio Pontificis & alia 2, de præceptis ſacrificiorum; quorum aliud erat holocauſtum, aliud hoſtia pacifica, aliud pro peccato videlicet in peccati expiationem, de quibus Philo libro de ſacrificiis, Ioſeph. 3. antiquit. cap. 1. Origenes homilia. 5. in Leuit. Riber. lib 4. de templo. Azor. lib. 6. cap. 25. vſque ad 30. 3. de præceptis ſacrorum; ſacra vero dicebantur res vnctione, vel conſecratione ſacris vſibus deſtinatæ de quibus Azor à cap. 41. vſque ad 54. Ribera lib. 2. de templo, & latius Villalpandus tom. 2 in Ezechiel. 4 & vltimum caput continebat præcepta circa peculiares obſeruantias, quæ ad Dei cultum in cæteris rebus obſeruabantur, vt erant ieiunia, diſcretio ciborum, mundorum ab immundis; Nazaræorum vota, & ſimilia, de quibus ſacræ paginæ interpretes Exod. 2.. Leuit. 3. 11. 19 Deut. 14. 18. 22. 23. & aliis in locis Azor cap. 22.

Iudicialia præcepta quæ ad ciuilem populi gubernationem ſpectabant, ad alia quatuor genera reuocantur à D. Thom. q. 104. in corpore, aliiſque Theologis ibidem: nam cum hæ leges ordinarent totam rempublicam hebræam; vel hic ordo cernitur inter principes populi, & ciues, ſicque conſtituit 1. genus iudicialium præceptorum vel inter ciues ad inuicem; & aſſignatur. 2. Vel conſideratur inter incolas & extraneos & facit 3. genus: aut denique inter domeſticos, & eiuſdem familiæ homines V. G. inter Patrem & filium alioſque conſanguineos, inter virum & vxorem, inter ſeruum & dominum; & ſic efficitur 4. præceptorum iudicalium genus. De his omnibus, vt recte inter ſe ordinentur, & in tota republica iuſtitia adminiſtretur, dantur leges particulares, quæ cum ad diuerſas materias & diuerſas canonum, legumque titulos ſpectent, de illis prout occaſio & neceſſitas poſtulauerint ſpeciatim agendum: in iiſdem exponendis lentius immoratur Azor cap. 30. & ſequent.

8. Circa numerum præceptorum diuerſas inuenio opiniones: etenim Rabbi Moyſes numerat quinquaginta & octoginta tria nempe octodecim ſuper ducenta poſitiua, & trecenta & ſexaginta quinque negatiua. Lyranus in pſal. 18. ad ea verba. *In cuſtodiendis illis retributio multa*, recenſet ſexcenta & vndecim; quem numerum ſequitur Petrus Albin. de pontificiali poteſtate tom. 13. tract. p. 1. n. 253. Placet tamen opinio Guillielm. Pariſ. lib. de fide & leg. Burgenſis in ſcrut. in 1. p. d. 8. cap. 3. Abulenſ. in cap. 27. Deut. q. 1. & in cap. 1. Ruth. q. 24. qui omnes aſſerunt eſſe ſexcenta, & tredecim. Hanc enim fuiſſe ſummam ab antiquis Rabbinis collectam oſtendit Catalogus Hebræus & Latinus, qui hæretici cuiuſdam nomine circumfertur; ille tamen confirmatur authoritate Galatini, qui lib. 11. cap. 4. eandem ſummam colligit. Ex quibus trecenta ſexaginta quinque ſunt, ſunt negatiua, ſicut dies ſolis, & ducenta quadraginta octo poſitiua iuxta numerum membrorum in homine, vt dixit Rabbi Cumlai relatus à Galatino Rabbi Moyſes vero triginta non numerauit; quia illa credidit non eſſe proprie præcepta ad faciendum, quaſi eſſent præcepta præſuppoſitiua potius, quam præceptiua, quale eſt illud. *Ego ſum Dominus Deus tuus* Exod. 20 & illud Deut. 6. *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter vnus eſt.* Verum non aduertit Rabbi Moyſes quod in vtroque loco iubetur aliquid credendum. In 1. dicitur illum, qui dedit legem Moyſi, verum Deum eſſe credendum, in 2. vnum ſolum Deum eſſe quod ſufficit vt hæc præcepta dicantur de faciendo aliquid, nempe de re credenda. Et quamuis generaliter omnia præcepta fidei ad moralia reuocanda ſint, quia naturalis ratio dictat Deo dicenti credendum eſſe, hoc non tollit quo minus in particulari aliqua credenda à Deo proponantur, & illorum fides præcipiatur ſpeciatim & explicitè.

9. Rogabis vtrùm præter hæc præcepta aliqua in veteri lege reperiantur, quę non ſub rigoroſa præcepti ſignificatione ſint; ſed potius conſilia exiſtimentur. Reſpondeo probabilius eſſe præter præcepta, etiam conſilia in ea lege reperiri, quæ rigoroſam obligatio-

nem non inducebant, ita D. Thom. 1. 2 quæſt. 99 ab 5. Valent. citatus punct. 3. Suar. de leg. lib. 9. cap. 4 num. 29. Sallas vbi ſupra cap. 11. qui omnes tale fuiſſe credunt, illud Exod. 22. *Si in pignus acceperis veſtimentum à proximo tuo, ante ſolis occaſum redde ei.* Deinde probari poteſt. 1. quia in ea lege erant ſacrificia voluntaria, vt patet ex Leuit. 22. num. 23. *Bouem & ouem aure & cauda amputatis voluntarie offerre poteris.* Vbi diſtinctio fit inter ſacrificia voluntaria, ſeu ſpontanea, & inter præcepta, ſeu votiua. Illa enim Dominus aliqua ex parte diminuta admittebat, hæc non niſi integra & nulla ſui parte diminuta acceptabat. Item ex Pſalm. 118. num. 108. *Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine.* Vbi Chryſoſt. Teod. & Baſil. religioſa vota interpretantur, & Hilarius, Ambroſ. & Arnobius illud *voluntaria* exponentes ſpontaneam animi liberalitatem, & alacritatem nulla obligantis præcepti vi laceſitam in obligationibus, & ſacrificiis ſignificari contendunt. 2. quia Deut. 11. num. 1. dicitur *Ama Dominum Deum tuum, & obſerua præcepta eius & ceremonias iudicia, atque mandata omni tempore:* nam in hoc loco tria præceptorum genera percurri videntur, nempe præcepta videlicet moralia, cæremonias & iudicia: in quibus tota legis veteris obligatio contineretur: mandata ſuperaddita non omnino obligatoria, ſed quaſi de conſilio tradita. D. Thom. 1. 2. quæſt. 99. art. 5. in corpore his verbis teſtificatur, *quædam præcipiuntur, vel prohibentur non quaſi præciſe debita, ſed propter melius; & iſta poſſunt dici mandata: quia quandam inductionem habent, & perſuaſionem.* Inſtaque citat D. Hieronymum in gloſſa ordinaria relatum in Proœmio in Marcum, vbi ait quod *in præceptis eſt iuſtitia; in mandatis vero charitas*, quam rationem etiamſi probabilem credat Suar. numero 18. addit tamen D. Thom. in illa non perſiſtere Verum D. Th. ita veram exiſtimauit vt ad 2. argument. in quo locus Deuteron. adducitur nullam aliam ſolutionem, neque expoſitionam adhibeat.

Quam obligationem, permiſſionem, pœnam & promiſſionem præcepta legis veteris induxerint.

SECTIO VI.

1. QVatuor legis veteris effectus in præſenti percurremus, quorum doctrinæ ſequentibus propoſitionibus ſatisfaciam. 1. legis veteris præcepta, prout in ea continebantur, ſolam Iudæorum nationem obligant; item ex gentibus eos, qui ſuſcepta circumciſione eandem legem ſponte vellent amplecti. Duas partes habet hæc propoſitio, quæ ex ſacra ſcriptura clare deducuntur. 1. ex Deuteron. 4. & Exod. 19. clarius his verbis. *Si audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum: eritis mihi in peculium de cunctis populis*, quæ verba manifeſtam ſeparationem, gratuitamque electionem Iudæorum à cæteris nationibus oſtendunt. Item Pſalm. 147. num. 8. *Qui annuntiat verbum ſuum Iacob iuſtitias & iudicia ſua Iſrael, non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* Vbi de accepto legis ſcriptæ beneficio ſpeciatim Iudæis conceſſo expoſitores ad literam pſalrem regium loqui, & grates Deo referre contendunt. Denique author Eccleſiaſtici 17. numero 9. idem proſequitur inſtitutum hoc modo. *Addidit illis diſciplinam, & legem vitæ hæreditauit illos*, & ita Chryſoſt. Hieron. & alii hoc loco & Clemens Alexand. 6. Stromat. quam veritatem vt omnino certam tuetur D. Thom. 1. 2. quæſt. 98. art. 5. & eſt communis Theologorum. Bellarm. de Iuſtificat lib. 4. cap. 40. §. 3. *Igitur* Suar. lib. 9. de leg. cap. 5. numero 8. D. Thom art. 5. rationem reddit huius ſpecialis beneficii. *Dicebat enim vt ille populus ex quo Chriſtus naſciturus erat, quadam ſpeciali ſanctificatione polleret.* Dixi præcepta quatenus in lege continebantur ſolos Iudæos obligare; quia non eſt negandum præcepta moralia quatenus naturali lumine innoteſcere poſſent ad homines omnes ſpectare, & gentiles etiam ad eorum obſeruantiam teneri. Verum non ſecundum eam declarationem vel nouam aliquam de iure diuino poſitiuo obligationem, ſi qua eſt vt aliqui exiſtimant, & nos ſtatim declarabimus, quod ſatis probatur ex loco Pauli ad Rom 2. n. 4. *Gentes quæ legem non habent* (videlicet ſcriptam) *naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt*, id eſt naturæ inſtinctu ductæ, & gratiæ auxilio adiutæ, naturalem moralium præceptorum legem adimplent. Et ex D. Auguſt. de Spiritu, & litera cap. 26. explicat. D. Th. 1. 2. quæſt. 109. art. 4. ad 1. eodemque modo explicat Ambroſ. Anſel. Beda & Lyran. ibidem ad locum Pauli Fulgent. lib. de Incarnat. & gratia Chriſti cap. 25. & Proſper. contra Collator. cap. 22.

2. pars propoſitionis deducitur ex cap. 5. ad Galatas n. 3. *Teſtificor autem rurſus omni homini circumcidenti ſe quoniam debitor eſt vniuerſæ legi faciendæ.* Nam vt ait Chryſoſt. hic. *Qui ex libero deſcriptus eſt in ſeruitatem, non amplius facit. quæ vult, ſed omnibus ſeruitutis legibus obſtrictus eſt. Idem accidit in lege* 5. Et Exod. 12. num. 48. idem habetur. *Quod ſi quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam & facere Phaſe Domini; circumcidetur prius omne maſculinum eius, & tunc rite celebrabit, eritque ſicut indigena.* &c. *Eadem lex erit indigenæ, & colono. qui peregrinatur apud nos.* Hinc eſt quod Chriſtus Dominus Matth. 23. num. 15. Phariſæos coarguit, quod magna quidem cura proſelytos, id eſt ex Gentibus ad Iudæorum religionem conuerſos quæritarent, vt poſtea prauo ſuorum morum exemplo corruptos, & culpæ, & pœnæ æternæ participes effeciſſent. Addit Abul. in 23. cap. Matth. p. 7. q. 108. *Poſteros Gentilium circumciſorum teneri ad obſeruandam legem.* & meritò, quia iam parentes à gentibus ſeparati cum populo Dei

computabantur : Vnde eadem ratio erat de-
iſtorum filiis , atque de Hebræorum proge-
nie.

2. 2. propoſitio : omoia legis præcepta cuiuſ-
cunque generis eſſent in conſcientia He-
bræos , eorumque aſſeclas obligabant : ad ea
tamen , quæ cæremonialia & iudicialia erant
in extrema , & graui neceſſitate cum vitæ
periculo ooo tenebantur. Hanc etiam propo-
ſitionem tuetur D. Thom. a. 5. cit. ad 3. &
alii ſupracitati Abul. in 4. Reg. cap. 6. q. 30.
vbi ait Hebræos in obſidione Samariæ im-
mundos cibos veſcentes non peccaſſe propter
penuriam eſculentorum , quæ tanta fuit vt
teſte Ioſepho. 9. antiquitatum caput aſini
octoginta argenteis ſteterit. Idem docet A-
drian. quodlib. 1. a. 3. ad 5. & quodlib. 6. a.
a. ad 2. Soto lib. 1. de Iuſt q. 1. a. 6. Suar.
de legib. lib. 9. cap. 6. n. 7. probatur ex
Machabæorum facto 1 Macha. 2. quippe
qui die ſabbati ex conſilio prælium contra
hoſtes inierunt , proſperque victoriæ eueo-
tis oſtendit eus oon cum tanto vitæ peri-
culo à lege poſitiua Dei obligari : quamuis
enim præceptum eſſet negatiuum , quod o-
bligat pro ſemper , tameo quando illud noo
probibet rem iotrinſecè malam , ſecum in-
uoluit tacitam cooditiuoem , nempe , *niſi
neceſſitas ſufficiens , aut vitæ diſcrimen obli-
gationem ſuſpendat.* Quæ conditio noo mo-
do io præceptis humanis ioteruenit ; ſed
etiam in diuinis poſitiuis : nam licet Deus
vti poſſit ſua abſoluta poteſtate , homines
que etiam in his caſibus obligare ; tamen
per generalia præcepta communiter illa non
vtitur. Hoc vero ſemper intelligendum eſt,
niſi neceſſitas caſus vertatur in contemptum
Dei, vel religionis , quod præceptum nega-
tiuom tanquam intrinſecè malum in quocuo-
que euentu prohibere cenſetur, vt beoe Suar.
3. citatus adnotauit.

3. propoſitio. Præcepta moralia præter
obligationem naturalem oomnibus populis
communem, quam ius naturale ſecum deuol-
uit, tanquam effectum illius neceſſarium :
aliquam peculiarem inferebant Hebræis ,
prout in lege ſcripta & intellecta in praxim
deducebantur. Hæc eſt contra Vaſq. 1. 2. diſp.
180. cap. 3. n. 24. qui aſſerit legem moralem
etiam quatenus latam à Deo per Moyſem, &
quatenus naturalem ſimiliter & diuinam po-
ſitiuam (vt idem author explicauit n. 17.)
ad gentilem populum extendi. Pro eadem
ſententia citat Salas tract. 14. diſp. 23. ſect.
3. o. 10. Durand. in 4. diſt. 1. q. 9. n. 8. 9. & 10.
& Palud. q. 6. a. 5. verum neuter id aſſerit :
ſolum enim dicunt quoad ius naturale præ-
cepta moralia non immutari , neque abroga-
ri per legem Enangelicam; ooſtra tamen pro-
poſitio eſt D. Thom 1. 2. q. 98. a. 5. io cor-
pore , vbi ait. *Quantum ad illa , quæ lex ve-
tus continebat de lege naturæ , omnes tene-
bantur ad obſeruantiam veteris legis , non
quia erant de veteri lege , ſed quia erant de
lege naturæ.* Vbi notanda eſt diſtinctio D.
Thom. conſiderantis præcpta moralia vt in
lege veteri aliquem ſpecialem effectum obli-
gatioois ſortiuotur , quem reſpectu geori-

A lum non habent : idem tenent Medin & Con-
rad. aliique Thomiſtæ ibid. Valent. diſp 7.
q. 7. punct. 2. Bernard. in concord. libr.
2. cap. 21. Suar. lib. 9. cap. 6.

Suadetur 1. iis teſtimoniis ſuperiùs addu- 4.
ctis in propoſitione 1. quæ oſtenduot legem
veterem , proot aliquid de nouo poſitiui iu-
ris diuini attulit ad ſolos Iudæos ſpectaſſe. 2.
quia illa lex ita ſcripta ita iotellecta & à Deo
iuſſa obſeruari , ſolum fuit promulgata po-
pulo Hebræorum : ſed nulla lex ante debi-
tam promulgationem obligat ; ergo &c. 3.
etiam ſi Iſraelita igooraret inuincibiliter ius
naturale in materia alicuius præcepti mora-
lis , ex eo ſolum , quod Deus ei tale præcep-
tum daret , teoebatur ad illius obſeruationem
econtrà vero gentilis in eodem genere igno-
B rantiæ conſtitutus reſpectu iuris naturalis ,
etiamſi ſciret à Deo illud fuiſſe imperatum
Hebræis tantum ad illud obſeruandum in cō-
ſcientia non obligarentur : certus enim de
intentione diuina circa ius poſitiuum natu-
rali ſuperadditum , naturale vero ius certi
præcepti inuincibiliter ignorans ab ea pror-
ſus obligatione præcepti obſeruandi abſolue-
betur 4. in ſuperiori quæſtione oſtendimus
agendo de epychia , ſeu æquitate, illam in iu-
te naturali non admitti , niſi hoc ius natu-
rale in lege aliqua poſitiua ad certam iuris
ſcripti formam & vniuerſales terminos redu-
catur : quaouis enim lex hęc poſitiua aliam
obligationem de nouo non ioferat in præ-
cepti materia abſolute diuerſa , ſemper ta-
men obligat , vt eo modo intelligatur , quod
C in iure ſcripto propooitur & iam ratione
huius iuris poſitiui de nouo , naturale pro
vt ita declaratur , epychiam admittit Ad
hanc ergo nouam obligationem Iudæus non
Gentilis tenebatur in materia præcepti mo-
ralis. 5. quia cum Iudæus minorem ignoran-
tiam iuris oaturalis prætexere potuerit per
legem enim creuit cognitio peccati , vt cum
D. Paulo ſupra diximus præcedenti ſectione
illius peccatum , quo minos ignorantiæ , eo
plus malitiæ haberet : ergo illum peculiariter
legaret.

4 propoſitio ex triplici præceptorum ge-
nere moralia à die promulgationis obligare
cœperunt, iudicialia ſimiliter , quæ in deſerto
vſui eſſe poſſunt Cæremonialia maiori ex par-
te non niſi à tempore , quo Iſraelitæ accepta
terræ promiſſionis poſſeſſione, dataque vni-
D uerſali pace congregati tabernaculum Domi-
ni io Silo fixere : haoc egregiè explicat Abu-
lenſ. in cap. 5. numerorum q. 10. & in cap.
11. Ioſue q. 91. probatur de præceptis mora-
libus ; oam cum hæc in iure naturali funden-
tur, illodque explicent ſtatim effectum ſuum
obligandi ſortita ſuot : noo enim poteraot
impediri, item cum ad hominum mores in
ſe ordinaodos pertinerent illico neceſſe erat
ad illorum normam eos componere , ideo
delinquentes contra præcepta moralia in de-
ſerto puniebantur , vt contigit blaſphemo ,
qui Leuit. 24. lapidatus eſt : item idololatris,
quæ nomer. cap. 5. occiſi ſunt. De iudicialibus
oſtenditur in deſerto ſuam obligandi vim ha-
buiſſe, quia illa pertinebant ad regimen illius

populi, rectamque iuſtitiæ adminiſtrationem & data ſunt vt homines inter ſe componerentur, ad quod præſtandum non minus in deſerto quam in terra promiſſionis neceſſaria erant. Ideoque Moyſes ſedebat per totum diem iudicans populum. *Qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſque ad veſperam*, vt dicitor Exod. 18. n. 14. *nimirum vt iudicaret inter eos, & oſtenderet præcepta Dei & leges eius*. Ibid. n. 16. & quia non omnibus ſatisfacere poterat, de conſilio ſoceri ſui Iethro, conſtituit tribunos & centuriones quinquagenarios, & decanos, qui leuiores cauſas deciderent, grauiores ad Moyſem remitterent; & cum onus regiminis Moyſes ſolus ſuſtinere nequiuiſſet, ſeptuaginta ſeniorum conſilium Dominus addidit in ìpſius leuamen, vt numer. 11. enarratur: quod non tollit aliquas leges huiuſmodi in deſerto locum non habuiſſe, vt illa eſt Lèuit. 25. de venditionibus agrorum, vel domnum, & ſimiles.

Denique cæremonialia maiori ex parte ante fixum in Silo tabernaculum non obligaſſe probatur, quia hæc præcepta maiori ex parte erant de ſacrificiis, & de rebus quæ ad ſacrificia ordinabantur, nempe de ritibus ſacrificiorum: ſed ſacrificia oon poterant fieri niſi in loco quem Dominus elegiſſet, vt Deut. 12. traditur ergo &c. Præterea ſolemnitates, quæ requirebant neceſſario ſacrificia, vt feſtum phaſe, & oblationem & ipſummet feſtum azymorum, noo niſi in loco, quem Deus aſſignaſſet, erat licitum obſeruari, vt ex Deut. 16. conſtat: ergo cum antequam tabernaculum in Sylo reſideret, non fuerit à Domino locus ad hoc deputatus, ſequitur præcepta ad huius miniſterii exercitium pertinentia nullam obligandi vim antea obtinuiſſe. Confirmatur quia materia ad ſacrificiorum ritus neceſſaria, vti farina, vinum, oleum, Sal, thus, & ſimilia in deſerto haberi poterat: ergo neque ſacrificia rite celebrari. 2. quia primitias, vel decimas quomodo ſoluerent de terræ fructibus, qui illam non colerent? Alia plura exempla adducit Abulenſ. citatus. Non eſt tamen negandum ad aliqua ex cæremonialibus præceptis quorum vſus commodus & aliquando neceſſarius in deſerto fuit, Iudæos teneri: vt præceptum de eiiciendis leproſis extra caſtra Leuit. 14. item de fluentibus ſemine, de ſuper mortuo pollutis, ſimiliter à caſtris ſeparatis. Denique præcepta, in quibus cibi vetiti, cæteræque immunditiæ cauebantur, ad quæ ſpeciatim deſcendere non
5. oportet.

5. propoſitio. Inter hæc præcepta aliqua ſunt permiſſiua, quæ per diſpenſationem, vel conceſſionem Hebræos non ſolum à pœna, ſed & à culpa alias incurrenda leuabant: hæc concluſio vt explicetur, aduertere oportet aliquas leges eſſe permiſſiuas, vt patet ex cap. omnis autem lex diſt. 3. & ex l. 7. legis virtus, ff. de legibus, quod tribus modis eſſe poteſt 1. per negationem culpæ, & pœnæ ex natura rei in facto permiſſo: V. G. vim vi repellere, vt in l. 35. ſcientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. 2. per nega-

A tionem pœnæ, non tamen culpæ, quia non punitur, quod ſic à lege permittitur, vt in l. 45. marito, ff. ad legem Iuliam de adulteriis per quam marito permittitur vxorem adulteram occidere non tameo ſine colpa 3. per conceſſionem & priuilegium iuris vel principis, cuius authoritate aliquid fieri permittitur, quod alioqui ſine principis conceſſione oon liceret V. G. aquam caſtello, vel riuo aut per viam publicam deducere, vt conſtat ex lege 1. ait prætor, §. ſine permiſſu de aqua plu. aſcend. D. Thom. in 4. d 33. q. 2 a. 2. q. 2. in corpore quatuor modos permiſſionis diſtinguit, inter quos duo priores ſunt improprii V. G 1. quando minus bonum permitti dicitur, quoniam maius non præcipitur. 2. veniale permitti cenſitur quia non prohibetur, ſicut mortale ſub metu æternæ geheonæ: duo poſteriores ſuot magis proprii, vt quando permiſſio idem eſt, ac negatio cohibitionis hoc
B modo dicitur Deus peccata permittere, quia non impedit, cum poſſit; vel idem eſt ac negatio punitiunis & ſic permittere idem eſt ac non punire Denique in ſubſequenti doctrina addit D. Thom. alium modum permiſſionis, quem probabilem credit in repudio Iudæorum, nempe per conceſſionem 6.
diuinam, qua illud quod prohibitum erat, ex data conceſſione licitum manet.

Hoc poſito dicimus inter præcepta legis veteris eſſe aliqua quæ ſunt veluti leges permiſſiuæ ex permiſſione per oegationem pœnæ & culpæ, non ex natura rei, ſed ex diſpenſatione late ſumpta, & conceſſione diuina. Probatur primo in polygamia, ſeu vxorum pluralitate, quam lex Deut. 21. concedit, aut permittit præſuppoſitiue n. 10. *Si ha-*
C *bueris homo vxores duas*, &c. quod quidem quia iam antiquis Patriarchis permiſſum fuerat, ex ſuppoſitione traditur: & ſicut circumciſio fuit præceptum prius ante legem traditum & io lege poſtea confirmatum, ita hæc polygamiæ permiſſio ante legem data ex hac ſuppoſitione confirmata in eadem lege cenſetur. Vnde hanc formo rationem: pluralitas vxorum, vt fuit antiquis Patriarchis conceſſa, ita eſt in lege Moſaica permiſſa, ſed reſpectu Patriarcharum erat per modum diſpenſationis, ſeu conceſſionis, & priuilegii ergo eodem modo in lege veteri ſe habuit. Minorem, quæ ſola eget probatione, oſtendo ex cap. gaudemus de diuortiis vbi Innocentius III. euidenter illam confirmat cum Abbate Petru de Anchar. Hoſtienſ. Ioan. And. Anton. de Butrio & communiſſima Canoniſtarum ſententia, imo & ſanctorum Patrum, cum D. Auguſt. lib. 1. de
D oupt. & coocupiſcent. cap. 9. in aliis locis: citatur à Becano in anologia veteris, & noui teſtamenti cap. 21. concluſione 3. n. 8. vbi etiam D. Ambruſius refertur lib. 1. de Abrahamo, cap. 4.

Probatur 2. in permiſſione repudii, quæ habetur Deut 24. n. 1. & ſequentibus: nam quamuis D. Thom. citatus dubium ſe præbeat, an repudium in lege veteri permiſſum fuerit per ſolam impunitatem, ſeo negationem pœnæ, ao per negationem culpæ, diſ-

Google

penſatione, vel conceſſione diuina: Similiterque, Scot. in 4. diſt. 33. q. 3. Alteri vero dicant ita fuiſſe permiſſum, vt ſemper habeteτur illicitum vt Magiſt. in 4. diſt. 33. Bonau. ibid. a. 3. q. 1 Alenſ. 3. p. q. 46. memb. 2. a. 1. & ſeq. D. Hieron. Carthuſ. Lira & alii cap. 19. Matthæi, verſu, *quoniam Moyſes.* Hugo, & idem Lyra Deut. 24. in principio gloſſ. cap. cum in lege 23. q. 4. Innoc. in cap. citatum gaudemus, Hoſti. Alex. de nouo Cardinalis ibid. Tyraquel. l. 6. connub. n. 5 Nauar. lib. 3. Conſil. de conuerſione fidelium conſilio. 3. Couar. in 4. Decret. 2. p. cap. 27. §. 4. n. 4. Nihiluminus probabiliorem iudico ſententiam eorum qui repudii permiſſionem diſpenſatione diuina non ſolum à pœna, ſed etiam à culpa Iudæos excuſaſſe aſſerunt ita, vt magis certum videtur tenere, vel ſupponere D. Thom. 1. 2. q. 102. a. 5. ad 3. in fine, & defendunt Albert. Mag. in 4. diſt. 33. a. 25. Durand. ibid q. 3. Maior q. 2. Palud. q. 1. a. 2. n. 28. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 10. §. 3. Abbas in cap. gaudemus n. 10. Bellarm. de Matrim. lib. 1. cap. 17. ad 14. Petrus Ledeſin. de matrim. q. 68. a. 3. concluſione 1. & 2. Metina de ſacrorum hominum continent. controueſ. 1. cap. 10. Burgenſ. Abul. Maldon. Sa ad locum Matth. citatum, Becanus vbi ſupra cap 23. qu. 1. n. 3. Sanch. lib. 10. de Matrim. diſput. 1. quaouis non omnes diſpenſationis modum eadem ratione declarent, quia cum ſit ius naturale, propriam diſpenſationem non admittunt, vt infra dicam.

Probatur 3. nam Deut. 23. n. 24. habetur. *Ingreſſus vineam proximi tui comede vuas quantum tibi placuerit; foras autem ne efferas tecum* Huius enim præcepti priora verba permiſſionem inuoluunt, non præceptionem; illius ratione excuſabatur à culpa etiam veniali, qui in aliena vinea vuas ad ſatietatem comedebat, neque à Iudæo Domino vineæ poterat impediri, quia Deus vt ſupremus Dominus illos vinearum fructus quoad illum vſum communes hac lege fecerat.

7. Probatur 4. in zelotypiæ lege num. cap. 5. à n 14. vſque finem; nam quamuis aliqui de Zelotypia dubitent, an ita permitteretur Iudæis, vt in exercitio illius non peccarent Iudæi; modus tamen tradendi hanc legem, & communis expoſitio interpretum oſtendit in huius legis vſu Iudæos nullum peccatum incurriſſe, niſi temere, & ſine cauſa de vxoris adulterio iudicaſſent, & Zelotypiæ ſpiritu ſine probabili ratione concitarentur. Ita Lyran Caiet. hoc loco Abul. q. 30. Suar. lib. 9. de legib. cap. 6. n. 12. Becanus in Analog. noui & veteris teſtamenti cap. 22. Et ratio eſt quia Deus hanc legem Zelotypiæ inſtituit, vt ſe præſidem, ac vindicem innocentiæ, fideique coniugalis profiteretur: Deinde vt ſignificaret ſe occulta ſcelera videre, manifeſtare, & punire, atque adeo adulterium, vt pote grauiſſimum publico ſupplicio, & confuſione eſſe plectendum.

Idem exiſtimat Suar. de permiſſione vſu-

A tarum nimirum licitas fuiſſe vſuras Iudæis, reſpectu alienigenarum cum quibus bellum gerebant, iuxta cap. 23. Deut. n. 19. *Non fænerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fruges nec quamlibet aliam rem, ſed alieno,* &c. quod etiam tenet Abulenſ. in cap. 5. numer. q. 30. Conrad. q 24. de contractibus Med. q. 2. de vſura, & probabiliter iudicat Couar. lib. 3. Variat. cap. 1. n. 7. cum multis aliis, quos citat Villagura q. 4 de vſuris, & videtur fundari hæc ſententia in cap. 1. Plures de vſuris ex Alexand. 3. & concil. Turonenſi accepto, item ex cap. ab eo vltimo 14. q 4. ex D. Ambroſio deſumptu, quidquid in contrarium aliqui reclament aſſerentes hunc textum non eſſe D. Ambroſii, quos bene reiicit Villaguta citatus. Quia tamen oppoſitum tenet D. B Thom. 2. 2. q. 78. a 1. ad 2. & q. 13. de malo a. 4. ad 1. Abbas & Innocen. in rubrica de vſuris, & alii grauiſſimi auctores; non expedit hoc loco tam facile rem definire: leotius lib. 5. tit. 19. tractandam.

6. propoſitio his præceptis frequenter annexæ erant comminationes pœnarum, & promiſſiones præmiorum, nullum tamen præceptum æternæ vitæ habuit repromiſſionem: etiam ſi hominibus ſub lege ſcripta conſtitutis, ſicut etiam ſub lege naturali vitæ æternæ & ſpiritualium bonorum præmia fuerint repromiſſa: bipartita eſt propoſitio. 8.
1. eſt de comminatione pœnarum, cuius paſſim occurrunt exempla V. G. *Leuit* 23. *delebo eam de populo ſuo.* Deut. 4. *delebit vos Dominus.* Exod. 21. *Morte moriatur.* Idem C Leuit. 20. & numero 15. & paſſim reperiuntur ſimiles pœnæ quarum aliquæ ex impoſitionis modo videntur ſecum deuoluere executionem: aliæ vero iudicis ſententiam, prærequirere; prioris generis ſunt illæ, quibus aliquis reſtituere iubetur in duplum, triplum, quadruplum & amplius, vt Exod. 22. *ſi quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit vel vendiderit quinque boues, pro vno boue reſtituet & quatuor oues pro vna oue.* Ita Suar. cap. 6. citato, qui minus probat ſententiam Alphonſi à Caſtro de lege pœnali cap. 4. qui aſſerit talem eſſe eam legem, quæ Exod. 21. n. 26. habetur, qua iubetur Dominus ſeruum, vel ancillam dimittere liberos, ſi oculum, vel dentem ſerui vel ancillæ excuſſerit: ait enim Suar. hoc potius fieri per modum recompenſationis, D quam per modum pœnæ. Poteſt pro Suar. adduci Chryſoſt. homil. 11. in Matth. ſupra citatus; verum ex cap. 21. Exod. num. 21. ſatis oſtenditur non tam pro compenſatione ſerui, quam pro Domini conſeruatione libertatem ſeruis mutilatis condonari: nam ſi à domino caſtigetur ſeruus acerbius, ita tamen vt poſt vnum, vel alterum diem moriatur, ait lex, quod dominus non ſubiacebit pœnæ, quia pecunia illius eſt. Præſumitur enim præter intentionem domini, imo cum dolore ſerui mortem contigiſſe, vt bene aduertit Abulenſ. in hunc locum q. 23. his verbis. *Non debet vlterius puniri, quia ſatis punitur, cum ſit ſeruus pecunia illius, ideſt Domini ſui, & per illam per-*

cuſtionem perdat eum, quia non intende. bat aliquo modo delectari in occidendo eum, ſed magis triſtatur; non ergo debet addi dolor damno ſuo.

9. Hinc optima deducitur ratio, cur in pœnam domini potius quam in recompenſationem ſerui libertate donentur illi, quibus dominus dentem, vel oculum eruit: nam vt ait Abul. quæſt. 27. *Manet eis in perpetuum aliquid vnde doleant & magnus defectus perfectionis humanæ; pro tanto ergo damno debet dominus pati aliquid ſcilicet vt perdat ſeruos, quos mutilauit; quia ſæpe talis eſſet deformitas, quæ nihil demeret de ſeruitio domini, & multum augeret doloris in ſeruo.* Concinit Lypomani ſententia, qui hanc legem dixit prudentiſſimam. *Nam quod non exigit à domino oculum pro oculo, ſed libertatem ſerui, conſulit ſaluti ſerui, & tamen non dimittit dominum impunem.* In aliis pœnis, quæ ipſo facto inducebantur, non moror: potius enim mihi videntur contaminationes, ſeu impedimenta legalia per modum irregularitatum quæ propriæ pœnæ non ſunt. Verbi gratia per contactum corporis mortui leproſi: ſeminiflui polluti ex coitu menſtruatæ hemorroiſſæ, id eſt fœminæ, quæ multis diebus extra tempus menſtruale ſanguinis patitur fluxum, vt habetur Leuit. 12. & ſequent. 13. 14 15. 19 & aliis de quibus vide Becanum in anologia veteris & noui teſtamenti, docta pariter, ac laconica breuitate diſſerentem cap. 14. quæſt 5.

Secundi generis erant pœnæ, quæ iudicis ſententiam expectabant, cuiuſmodi ſunt *combuſtionis.* Leuit. 21. *Lapidationis.* Leuit. 24. *Verberum.* Deutoron. 25. *Talionis.* Exod 21. & *mortis* ibidem, & alibi ſæpe. In his omnibus præceptis pœnalibus certum eſt neminem in conſcientia obligari ad eorum pœnas ſubeundas ante latam ſententiam, hoc enim oſtendunt in primis verba quibus traduntur. Deinde regulariter pœna corporalis in lege conſtituta in foro conſcientiæ non exigitur, iuxta gloſſam vltimam ad caput, fraternitas 12. quæſtione 2. quam dicit eſſe ſingularem Alex. Immol. l. ſi pœnæ, ff. de Cond. Ind. idem tenet Abbas in cap. ſi egreſſus, de iniur. & damno dato verſu *quare fortius* & cap. fin. de ſepul. verſu *ſed aduerte*, Baldus in l. id. quod pauperibus Codi. de Epiſcop. & Cleric. verſu *ſed pone.* Iaſon Inſtit. de actionibus, §. ſed iſtæ numer. 110 verſu, *& pœnæ legales*, Angeſt. in conſil. 14. ad finem, & alii multi.

10. 2. pars propoſitionis de promiſſione præmiorum, conciliat duas ſententias contrarias quarum altera docet omnes promiſſiones Iudæis etiam factas, fuiſſe rerum temporalium; altera vero aſſerit etiam rerum ſpiritualium & æternæ vitæ promiſſiones tum antiquis ſub naturali, tum Iudæis ſubſcripta fuiſſe factas; quæ bene in concordiam reducuntur à Suar. citato cap. 6. n. 21. Salas tract. 14. diſp. 22. ſect. 7. n. 33. hac ratione, quia quamuis ex ſacra pagina conſtet antiquos Patriarchas & ſcriptæ legis cultores vitæ

A æternæ ſpe allectos, illius deſiderio in ſuſtinendis vitæ præſentis laboribus oblectatos, ex vi tamen legis ſcriptæ nulla promiſſio eiuſdem legis præcepto addita æternam felicitatem continebat. 1. probo ex Geneſ. 15. num. 1. *Ego protector tuus, & merces tua magna nimis.* item Iob. 19. n. 25. *ſcio quod Redemptor meus & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum.* Tob. 2. num. 18. *filij ſanctorum ſumus & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt iis, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo,* Dan. 12. n. 2. *multi de iis, qui dormierunt in terræ puluere, euigilabunt, alii in vitam æternam, alij in opprobrium,* & 2. Mach. 7. num. 36. *fratres mei modico nunc dolore ſuſtentato ſub teſtamento*

B *æternæ vitæ effecti ſunt*, id eſt ſub promiſſione firma, vt expoſuit Lyranus hoc loco. Mitto alia teſtimonia veteris teſtamenti, in quibus manifeſta ſpiritualium bonorum, æternæque vitæ expectatio & promiſſio continetur. 2. oſtendo; quia nullum teſtimonium afferri poteſt, in quo addita ſit præcepto legis veteris repromiſſio ſpiritualis, ſeu æterni boni: nam in veteri teſtamento dicebatur *ſi audieritis me, bona terræ comedetis.* Eſai n. 19. vnde D. Auguſt. in Pſal. 73. ait. *Deus ſe vtriuſque teſtamenti voluit eſſe authorem vt & terrena promitteret in veteri, & celeſtia in nouo* rationem reddit optimam D. Paulus ad Galat. 4. n 30. *non enim hæres erit filius ancillæ, cum filio liberæ.*

C Verum oppones illud Leuit. 18. n. 5. *Cuſtodite leges meas atque iudicia. quæ faciens homo viuet in eis.* Cui ſimile eſt illud Ezechiel 20. n. 11. vbi ſpiritualem vitam promitti docet Chryſoſt. & Oecumenius in cap. 10. Pauli ad Rom. n. 5. Clemenſque Alexan. 6 ſtromatum reſp. tamen in ſenſu litterali de vita temporali vtrunque locum exponendum, vt recentiores interpretes conteſtantur cum Diu. Thom. 1. 2. quæſtione 100. art. 12. ad. 2. vbi ait *homo faciens præcepta legis dicitur viuere in eis, quia non incurrebat pœnam mortis, quam lex tranſgreſſoribus infligebat*, confirmaturque ex loco Pauli ad Rom. 10. n. 5. vbi ait. *Moyſes enim ſcripſit quoniam iuſtitia, quæ ex lege eſt, qui fecerit homo, viuet in ea.* vbi alludit D. Paulus ad locum Leuit. & de vita tem-

D porali in lege ſcripta promiſſa interpretandum cum Orig. Theod. Ambroſio, Anſelmo affirmant Toletus, Iuſtinianus & Cornelius in Epiſtolam ad Rom. cap. 10. num. 5. Tandem hoc confirmatur ex cap. cum Marthæ de celeb. Miſſar §. ſi tunc: ſatis ergo conſtat ex ſacra pagina bona ſpiritualia cum æterna vita tam legis naturæ tempore, quam legis ſcriptæ fuiſſe repromiſſa, non tamen ex vi legis veteris neque eiuſdem præceptis hanc repromiſſionem adiungi ſicut etiam comminationes, tranſgreſſoribus legis ſcriptæ temporalia ſupplicia, mortemque tantummodo minabantur, vt aduertit Becanus de Analogia veteris & noui teſtamenti cap. 3. n. 3. n. 2.

Quando

Quando lex vetus mortua, & mortifera eſſe cæperit.

SECTIO VII.

LEx duobus modis intelligitur poſſe reuocari. 1. quaſi priuatiue, ablata illius obligatione, ceſſanteque legis imperio. 2. veluti contrariè per oppoſitam prohibitionem, contrariumque legis præceptum, videlicet imperando poſitiuum præceptum veteri negatiuo cōtrarium, vel præcipiendo negatiuum oppoſitū poſitiuo. 1. modo lex dicitur mortua, ſeparata obligationis anima, & imperii virtute. 2. dicitur etiam mortifera, quia mortem infert illam obſeruanti; in præſenti igitur titulo, vtroq; modo ſupponimus abrogatā eſſe legem Moſaicam, loquendo de lege abſolute ſumpta, & non deſcendendo ad particularia illius præcepta, de his enim dicemus ſectione ſequenti. Itaque ſupponimus non ſolum priuatiue, ſed etiam contrarie legem veterem eſſe antiquatam, atque adeo non ſolum eſſe mortuam, ſed etiam mortiferam. Hæc doctrina tanquam certa de fide magis ſupponenda, quam ex inſtituto probanda; eius tamen fundamenta attingam. 1. eſt definitio Apoſtolorum in illa 3. conuentione facta Hieroſolymis de qua Actorum 15. quæ 3. fuit Synodus Apoſtolorum, vt in 1. tom. conciliorum habetur ad initium. In hanc Synodum cum Corinthus Hæreſiarcha contra Paulum, & Barnabam pro lege veteri propugnaturus veniret, teſte Epiphan. hæreſ. 28. hoc fuit ab Apoſtolis definitum. *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum & ſanguine & ſuffocato & fornicatione: à quibus vos cuſtodientes bene agetis*, cui definitioni conueniunt conſtitutiones Apoſtolicæ à Clem. Rom. traditæ lib. 6. cap. 12. & 22.

2. eſt Vaticinium Hierem. 31. n. 31. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum, quod pepigi cum fratribus veſtris*, & inſtà num. 33. *dabo legem meam in viſceribus eorum*, quem locum vſurpans D. Paulus ad Hebræos 8. vt legis nouæ perfectionem oſtendat, quæ legis veteris loco ſubſtituta eſt, tandem poſt longum de hac re diſcurſum concludit. *Dicendo autem nouum veterauit prius, quod autem antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt*, idem late probat Apoſtolus cap. 7. antecedenti num. 18. *reprobatio fit prioris mandati propter infirmitatem*, & num. antecedenti 12. *tranſlato Sacerdotio, neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat*, quod refertur in cap. *tranſlato* noſtri tituli de Conſtit. Item ad Galatas 3. de hac re late diſſerit Paulus, & legis ſcriptæ abrogationem demonſtrat, dicens. *lex Pædagogus noſter fuit in Chriſto, at vbi venit fides, iam non ſumus ſub Pædagogo*. Idem inſtitutum cap. 4. & cap. 5. proſequitur, aliiſque locis prætermiſſis tandem ad Epheſ. 2. ita A de Chriſto ſeruatore. *qui fecit vtraque vnum*, vnum nimirum ex vtroque populo Iudaico, & Gentili vnum ouile. *Et medium parietem maceriæ diſſoluit*, videlicet legem veterem diſſipans, vt ſtatim D. Paul. declarauit. *Legem mandatorum decretis euacuans*, ſecundum communem omnium Patrum expoſitionem.

3. fundamentum eſt teſtimonium Malach. 1. numero 11. *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra: ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda*, quem locum ſic erudite commentatur B Cyrillus Alexand. *Oblationem iuxta cultum legalem manifeſte repudiat, & propemodum à charitate erga Iudæos diſcedit, & à Sacerdotio abhorret, & vmbram non admittit, boum immolationes & nidores, inquam, quoniam nec à principio hic illi ſcopus*; & late idem confirmat ex Iſaia 5. Ieremia 7. D. Paulo ad Hebræos 8. & 9. & ne dubitandi locus relinquatur, hanc Malach. expoſitionem Concil. Trident. Seſſ. 22. cap. 1. comprobauit: de qua re vide Origen. ad Leuit. 26. vbi dicitur, *vetera nouis ſuperuenientibus proÿcite*, omitto pluralia teſtamenti veteris teſtimonia in hunc ſenſum à Sanctis Patribus & aliis expoſita; quales ſunt Philo. lib. de Circumciſ. Ioſeph. lib 3. antiquitatum cap. 11. Iuſtin. Dialog. cum Tri- C phon. Dionyſ Areopag de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 5. part 1. Irenæ lib. 4. cap. 28. & ſequent. Athan. ad ea verba, *omnia mihi tradita ſunt à Patre meo*. Baſil. de Spiritu Sancto cap. 14. Epiphan Hæreſ. 8. & 30. Euſeb. lib. demonſtrat. Euang. cap. 0. & lib. 1. Hiſtor. cap. 1 Tertullian contra Iudæos cap. 1. Cyprian. lib. 1. ad Quirin. cap. 7. & lib. 3 cap. etiam 8. Ambroſ. lib. 1. de Abraham cap. 4. & de Sacramentis lib. 1. cap. 4. & 6 item Epiſtola 72. Damaſc. lib. 4. cap. 10. 14. & 26. œcumenius ad Roman. 4. Theod. quæſt. 67. in Geneſ. & lib. 7. de curandis Græcorum affectionibus. Chryſoſt in Geneſ. homil. 27. 39 & 40. item homil. de proditione Iudæ, & homil. 7. in Epiſtolam. Theoph. in eandem cap 2.

D Tandem Hieronymus Epiſt. 89. vbi ait ad Auguſt. ſcribens audacter dicit ſe legiſſe in ſua Epiſtola aliquid, quod ſibi hæreticum videbatur, eo quod Auguſt. dixiſſet licere Iudæis ad fidem conuerſis legales cæremonias obſeruare, ad quod Auguſt. Epiſtola 19. reſcribens ſuam expoſuit mentem, ſe tantum fuiſſe locutum de illo duntaxat tempore, quo primum gratia fidei reuelata eſt, & tandem ait, *libera voce pronuncias cæremonias Iudæorum, & perniciosas eſſe, & mortiferas Chriſtianis, & quicunque eas obſeruauerit ſiue ex Iudæis, ſiue ex Gentibus, eum in barathrum Diaboli deuolutum. Ita ego hanc vocem tuā confirmo & addo. Quicunque eas obſeruauerit, ſiue ex Iudæis, ſiue ex Gentibus: non ſolum veraciter, verum etiam ſimulate, eum in barathrum diaboli deuolu-*

tum: idemque docet lib. 19. contra Fauſtum cap. 13. quæſtione 23. numero & tract. 41. In Ioannem. Vnde merito, huiuſmodi errorem circa obſeruationem legis veteris inter hæreſes numerauit D. Auguſt. tom. 6. lib. de Hæreſib. hæreſi 10. & 89. item damnauit Innocentius III. in cap. maiores de Baptiſmo D. Iſidorus relatus in cap. quidam autem 24. quæſtione 3. In quo errore dicuntur fuiſſe Corinthiani, Nazaræi, & Ebionitæ. Vide Turrecremat. in cap. quidam autem, & alios Canoniſtas, Albertinum in Rubricam de Hæret. errore 4. Iudæorum. num. 19. tom. 5. repetit. Iuris Canonici, qui late hunc errorem confutant.

4. & vltimum fundamentum his rationi-
2. bus nititur. 1. quia lex Moſaica in itinere data fuit obiter, ideoque imperfecta. *Iuſtitijs carnis vſque ad tempus correctionis impoſitis*, vt ait Apoſtolus ad Hebræos 9. num. 10. vnde quaſi Pædagogus fuit qui Iudæos ad Chriſtum ducebat, quoniam eos lex, & prophetæ vſque ad Ioannem deduxerunt qui Chriſtum demonſtrauit; ergo ne lex ſuo officio functa ad alium Meſſiam adhuc aſpirare falſo ſignificet vt inutilis, mortua & mortifera prorſus abiicienda. 2. quis ſic in meridiana luce cæcutiat, vt exorto ſole noctis vmbram aſtraque diſparere non ſentiat, *ergo vmbram habens lex futurorum bonorum*, teſte Paulo ad Hebræos 10. num. 1. Chriſto vero ſole adueniente neceſſario ceſſare debet, vt Hieronymus infert in Epiſt. ad Galatas 4. cui concinit. Theod. ad Philippenſes. 3. dicens, *ſupernacaneus eſt Elychnus, ſi ſol apparuerit*, item Bernard. in homil. 1. ſuper miſſus eſt. *Prodeunte fructu flos decidit; quia veritate apparente in carne figura pertranſiit.* Manifeſtæ igitur cæcitatis hæreſi oberrant, qui adhuc ſe in vmbra eſſe dicant, floremque ſe videre non fructum, figuram non veritatem profiteri contendant. 3. quia lex vetus cum de iure diuino poſitiuo ſit, à Deo potuit mutari, & ad certum tempus dari, & non vltra: ſed ita factum eſſe oſtendunt loca ſacræ paginæ in veteri, nouoque teſtamento citata, ergo ex diuina inſtitutione in Euangelicam de facto mutata fuit, quod ex ſententia ſancti Auguſtini lib. 19. contra Fauſtum cap. 13. Chriſtus ſeruator Dominus ſignificauit, Matth. 5 cum dixit *legem non veni ſoluere, ſed adimplere. Nam prima ſacramenta*, ait Auguſtinus, *prænunciatiua erant Chriſti venturi, quæ Chriſtus cum ſuo aduentu impleuiſſet, ablata ſunt, & ideo ablata, quia adimpleta, legi cum ſubiectus non eſſet illius præcepta ſeruauit, vt cum honore ſepeliret.* plures rationes legi poſſunt in Baſſada lib. 1. Concord. cap. 21. & lib. 2. cap. 20. & 21. item expoſitiones illorum locorum, quæ in contrarium pro perpetuitate legis Moſaicæ adduci poſſunt.

Hac veritate Catholica præſuppoſita, dif-
3. ficultas nunc ſupereſt, quando hæc lex mortua, & mortifera eſſe cæperit. In qua difficultate tria dubitationem facere poſſunt. 1. an vetus lex ante Chriſti mortem

A mortua fuerit: 2. vtrum cum Chriſto Domino pariter interierit? 3. an in eodem puncto ſimiliter mortua & mortifera eſſe cæperit? Et ſane circà 1 dubium in primis verba Chriſti Domini Lucæ 16. *lex & prophetæ vſque ad Ioannem*; videntur ſignificare legem Ioannis tempore ceſſaſſe atque adeo ante Chriſti mortem 2. idem oſtendit illud Pauli ad Galatas 3. numero 19. *Quid igitur lex propter tranſgreſſiones poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat.* 3. ſi vt diximus lex nihil aliud eſt. quam venturi Chriſti figura, & vmbra, hæc cum luce & veritate compati nequit; & ſane ſaltem ex parte, nempe quoad præceptum circumciſionis ante Chriſti paſſionem ceſſaſſe legem ſcriptam affirmarunt Scot. in 4. d. 3. q. 4. § *quantum ergo*, Gabr. d. 1. q. 4. art. 3. Rada p. 2. controuerſ vltima art. 1. & alij Scotiſtæ: exiſtimarunt enim poſt inſtitutionem Baptiſmi, circumciſionis obligationem deſiſſe, & Baptiſmum per modum conſilii vſque ad perfectam Euangelii promulgationem fuiſſe traditum, ſit tamen de hac 1. dubitatione

Prima Concluſio lex vetus cum omnibus 4.
præceptis ſuis, etiam circumciſionis ante Chriſti mortem integram obligandi vim ſuam retinuit. Ita Magiſt. in 4. d. 3. littera K. Albert. Mag. ibidem art. 6. Adrian. quæſt. 1. de Baptiſmo, §. quoad 1. Abul. 3. p. quæſt. 55. memb 5. art. 3. in corpore D. Th. 1. 2. quæſt. 103. art. 3. ad 1. item 3. p. quæſt. 37. art. 1. ad 1. & in 4. d. 3. art. 5. quæſt. 3. Bonauent. quæſt. 2. Richard. d. 1. art. 6. q. 4. §. quantum ad 3. Capreol. diſt. 2. quæſt. 3. C concluſione 1. & ad 1. Scoti contra 1. concluſionem. Paluda de p. quæſt. 6. art. 5. Maior. d 3 quæſt 2 Henric. Gorichem d. 4 litera K. Durand d. 1. quæſt. 9. Ledeſm. 1. p. 41. quæſt. 7. art. 2. Suar. lib. 9. de legib. cap. 12. num. 4. Vaſques 1. 2. diſp. 180. cap. 5. n. 40. Soto 2. de Iuſt. quæſt 5 art 4. & communiter recentiores Theologi. Probatur 1. quia Chriſtus Dominus tam verbo quam exemplo. quamuis non ſubiaceret legi, illius obligandi vim adhuc permanere, quandiu ipſe viueret, oſtendit: nam Matth 23. num. 1. dixit. *Super Cathedam Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, omnia ergo, quæcunque dixerunt vobis, ſeruate & facite.* Item vltimum Paſcha cum diſcipulis ſuis manducauit, vt re quidem comprobaret ſe non veniſſe legem ſoluere, ſed D adimplere.

2. ex D. Paulo idem manifeſte concluditur; nam cum ad Hebræos 7. ageret de tranſlatione legis, & cap. 8. idem late proſequeretur. tandem c. 9. ait, *In priori quidem tabernaculo ſemper introibant Sacerdotes &c. In 2. autem ſemel in anno ſolus Pontifex non ſine ſanguine, quem offert pro ſua, & populi ignorantia, hoc ſignificante Spiritu S. nondum propalatam eſſe ſanctorum viam adhuc priore tabernaculo habente ſtatum.* tabernaculi nomen eſt legem veterem ſignificans, quæ quandiu viguit nulli cæleſtem patriam intrare fas erat. Illa vero finita cum Chriſto ſeruatore vita functo, cœli ianua, nempe diuinitatis lumen, ſanctis patribus, & latroni reſeratur, ita lo-

cum Pauli interpretatur Iuſtinianus cum D. Auguſtino, Caſſiano, & aliis, & ex ſubſequentibus verbis num. 15. amplius innoteſcit, vbi Chriſtum Dominum noui teſtamenti mediatorem appellauit, vt *morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſum accipiant, qui vocati ſunt æternæ hereditatis.* Ergo ſi Chriſtus Dominus authore D. Paulo cap. 8. per nouum teſtamentum veterauit prius, & *primum aufert, vt ſecundùm ſtatuat,* vt cap. 10. adiungit: Nouum verò non niſi teſtatoris morte validum eſt, vt cap. 9. concludit, ſequitur euidenter vetus non niſi poſt ipſius ſeruatoris paſſionem vim obligandi amiſiſſe.

3. ſpeciatim de circunciſione idem ſuadetur; nam circunciſio, neque per ſe reuocata fuit ante Chriſti paſſionem, quia nullum eſt ſignum, vnde id colligatur, neque per aliud cum illa repugnans, aut eam in melius commutans, nempe per Baptiſmum, quia Baptiſmus ante paſſionem Chriſti non erat ſub præcepto; quod vero ſub conſilio fuerit poſt illius inſtitutionem non tollit obligationem præcepti de circunciſione, quod tunc temporis magis vigebat: conſilium enim impedire nequit per ſe obſeruationem præcepti: maxime in hoc euentu, in quo etiamſi circunciſio quatenùs remedium erat originalis peccati, in melius commutatum eſſet per Baptiſmum, quatenus tamen erat ſignum ad Dei populum agentibus, diſtinguendum per quod Dei legem Hebıæi profitebantur; quandio lex viguit, omnes Hebræi circunciſione filios octauo die conſignare tenebantur, vt cum populo Dei computarentur, & capaces fierent, vt in templo offerri poſſent, & cæteras circa illos legis cæremonias exerceri, à quibus ſicut nullus Hebræorum ante Chriſti paſſionem excuſabatur, ita à circunciſione omnino neceſſaria ad cæteras cæremonias adimplendas non poterat liberari.

Ad 1. in oppoſitum reſpondeo, *lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem*, videlicet prophetauerunt, vt explicari debet Matthæus cap. 11. numero 13. & quia vaticinia & promiſſiones legis veteris de Chriſto venturo, ipſo adueniente, ceſſarunt: & quia ipſa lex ad Chriſtum ordinata in ipſo, & cum ipſo, complementum habitura Ioannis tempore ægreſcere cæpit, vt tandem poſt Chriſti mortem penitùs euaneſceret, ita Patres communiter ad hunc locum. Alb. Mag. Alenſ. & multi alii ex citatis Theologis. Ad 2. locus Pauli ita exponendus, *donec veniret ſemen*, ſcilicet obtento Redemptionis fructu conſummatum, ita Suar. num. 10. ad 3. ſimiliter Reſp. Vmbram, & figuras legis veteris paulatim Chriſto domino ſuperſtite diſparuiſſe, non omnes ſimul ad illius exortum, quia illa omnia per partes adimpleri neceſſe erat, & cum vſque ad extremum vitæ diem conſummatis Chriſti Domini operibus perfici deberent, non niſi poſt ipſius paſſionem, ſciſſo veli templo, nudis & apertis figurarum inuolucris nouæ legis emicuit aurora.

5. De 2. dubio ſit 1. Concluſio: lex vetus, omniaque illius præcepta ſaltem iudicialia,

A & cæremonialia prout ab ea obligandi vim habebant poſt Chriſti paſſionem tanquam omnino mortua ceſſarunt: Eſt communis Patrum, quos in tertio puncto ſuppoſitionis factæ citaui; item Theologorum, quos ſuperiore concluſione retuli; & omnium recentiorum Canoniſtarum in cap. maiores de Baptiſmo. Alnard. Albert tom. 5. repetit. Iuris Canon. in rubrica de Hæreticis de errore 4. Iudæorum numero 17. & ſequentibus. Huic aſſertioni facile poſſunt accommodari rationes pro 1. præſuppoſito, primaque concluſione Paludan. vbi ſuprà. 1. probat ſpeciatim ceſſationem circunciſionis ex quodam argumento, quod toti legi veteri aptime accommodari poteſt: adducit

B enim l. ſcimus fin. Cod. de Iure deliberando, §. ſin autem, vbi Iuſtinianus nouum remedium meticuloſis hæredibus in adeunda hæreditate adhibuit; ita tamen vt eo ſimiliter cum veteri nulli vti liceat, addidque *& ſibi imputet, qui pro nouo beneficio vetus elegerit grauamen*; ſimiliter ergo cum ſeruator dominus poſt paſſionem ſuam nouæ legis beneficium ad ſalutem hominibus reliquerit veteris vſum, merito abſtulit vt hoc nouo cum vtilitate perfruantur.

2. efficacius argumentum ſumitur ex D. Paulo ad Roman. 7. *Lex in homine dominatur, quandiu viuit, namque ſub viro eſt mulier, &c.* laborant in expoſitione loci interpretes. Auguſtioi declaratio lib. 15. con-

C tra Fauſtum cap. 7. magis placet, quam cum Chryſoſt. Oecumenio, Ambroſio, & Anſelmo, ſequitur Cornelius, videlicet vt legem tandiu dominari dicat Apoſtolus quandiu viuit, nempe ipſa lex, vel homo ſub lege; quod in idem recidit, poſtea vero hoc vniuerſale principium legi veteri accommodans, coniugii exemplo vtitur, cuius legi vxor ſubiecta eſt, quandiu eius vir viuit; illo autem vita functo, mulier à lege coniugii ſoluitur. Non aliter Eccleſia, & Dei populus, qui viuente Chriſto adhuc ſub veteris teſtamenti lege erat, illo mortuo ab antiquo legis grauamine exoluitur, quibus addenda ſunt teſtimonia præcedenti concluſione adducta.

3. Idem coufirmat D. Thom. 1. p. quæſt. 47 art. 2. ad. 1 ex illo Ioannis 19 num. 0. Chriſti Domini in cruce pendentis verba *Conſummatum eſt*, videlicet vetus teſtamen-

D tum, & quidquid in eodem, & propter me ſcriptum, præceptumque eſt. Qoam interpretationem ſequuntur communiter Theologi infrà citandi: item Salmeiron tom. 10. de Paſſione tract. 45. prope finem, aliis etiam patribus eandem tribuit Salas tract. 14. in 1. 2. ad quæſt. 103. diſp. 23. ſectione 5. verum ſolum citat D. Thom. in 3. p. quæſt. 37. art. 1. 1. vbi de hac expoſitione nihil agit. In eo locu, in quo eum retulimus, ait, *quia tamen in morte Chriſti lex vetus conſummata eſt ſecundum illud, quod ipſe moriens dixit.* Ioan. 19. *conſummatum eſt, poteſt intelligi quod patiendo omnia veteris legis præcepta impleuit.* Aduertit Soto 2. Iuſtin. quæſt. 5. art. 4. qui eodem modo locum, *Ioannis explicat, hoc non ita*, eſſe intelligendū, vt in puncto indiuiſibili

mortis Chriſti lex vetus finita fuerit, ſed moraliter accipiendum illud paſſionis triduum vſque ad Reſurrectionem ſeruatoris Probat Sotus 1. quia in Reſurrectione completū fuit myſterium noſtræ redemptionis, iuxta illud Pauli ad Rom. 4. *Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram* 2. quia D. Th. 3. p. q. 66. a. 2. cum loqueretur de baptiſmo, ait, *neceſſitas vtendi hoc ſacramento indicta fuit hominibus poſt paſſionem, & reſurrectionem.* 3. in Paſſione Chriſti figuralia terminata ſunt ſacramenta, quibus ſucceſſit Baptiſmus, per quem in lege noua configuratur homo paſſioni & reſurrectioni Chriſti, in quantum peccato moritur, & incipit nouam iuſtitiæ vitam.

Hanc Soti ſententiam ita ampliat Suar. citatus cap. 13. n. 4. præſertim 23. & 25. & ſeq. vt exiſtimet obligationem legis veteris non ceſſaſſe in puncto reſurrectionis, ſed vſque ad diem Pentecoſtes duraſſe, & toto eo tempore poſt reſurrectionem teneri Iudæos ad obſeruationem legalium; Imò addit n. 26. in die Pentecoſtes non fuiſſe factam legis veteris abrogationem ſimiliter pro toto orbe, ſed ſucceſſiue creuiſſe, creſcente promulgatione legis nouæ; conſummatumque eſſe, quādo legis nouæ promulgatio pro Iudæis ſaltem fuit conſummata, & hanc ait fuiſſe ſententiam Bonau. Scot. & ſequacium in 4. diſt. 3. Hugonis de Sancto Victore lib. 2. de Sacram. p. 6. cap. 4. & D. Bernardi Epiſtola 77. Denique Doctor Suar. Probat, quia non debuit priuari lege Populus Dei, niſi per meliorem legem: neque enim eſt aliud fundamentum, vnde abrogata crederetur lex vetus, & ſtatus decerneretur medius inter legis nouæ inductionem, & veteris abrogationem; ſolum ergo illa antiqua ceſſare potuit, quando noua cæpit obligare Iudæos atqui Hebræi non tenebantur ad obſeruationē legis nouæ ſtatim poſt mortem, vel reſurrectionem Chriſti vſque ad diem Pentecoſtes; ergo ad legis veteris obſeruationem Hebræi tenebantur vſque ad Pentecoſtem, & Spiritus Sancti aduentum. Hæc enim ſuadetur, quia nemo tenetur ad legem obſeruandam ante illius promulgationem: ſed ante diem Pentecoſtes non cæpit lex noua promulgari: ergo neque cæpit obligare. Imò etiam promulgata hac lege, quandiu de illius promulgatione non conſtabat apud Hebræos ipſi tenebantur ad ſuam legem ſaltem ex conſcientia erronea.

Hæc tamen opinio mihi non placet. 1. quia fere omnes, tam veteres, quam recentiores Theologos contradicentes habet, nam præter Scot. citatum, quem ſequitur Beda. p. 2. Controuerſ. vltima art. 2. concluſione 10. Item Gabrielem in 4. diſt. prima quæſt. 4. litera K, concluſione 5. alium non inuenio qui huic ſententiæ non opponatur: nam Magiſter in 4. diſt. 3. litera k, ait. *Ad quod dicimus in Chriſti morte terminata eſſe omnia legalia, ex tunc ego circumciſio perdidit vim ſuam.* Alenſ. 3. p. quæſt, 55. m. 5. art. 3. ad 6. hac ratione interpretatur illud Paul. *Chriſtus nos redemit à maledicto legis factus pro nobis maledictum, &c.* & ad 8 in fine

A ait, *adueniente ſaluatore ceſſaſſe legem veterem.* Clarius a. 3. in corpore exponens illa verba Chriſti Domini, *lex & prophetæ vſque ad Ioannem*, addit. *Oſtendit legalia eſſe mortua, hoc eſt ſaluti non neceſſaria, non tamen mortifera quouſque releuata gratia ſint penitus interdicta ab Apoſtolo ad Galat. 5. ſi circumcidimini Chriſtus vobis nihil proderit.* Et in ſolutione argumentorum non obſcure ſignificat paſſionem Chriſti fuiſſe terminum obſeruantiæ legalis abſolute ſumptæ, quamuis per diſpenſationem aliquandiu ſine neceſſitate legalia fuerint tolerata.

D. Thom. ſententia ſatis manifeſtatur in verbis citatis exponendo verbum illud, *Conſummatum eſt.* Ioan. 19. quam expoſitionem attulit 1. 2. quæſtione 103. art. 3. ad 2. *Dominus dixit: conſummatum eſt, ideo tunc totaliter debuerunt ceſſare legalia.* Idem ait
B 3. p. quæſt. 66. art. 2. in copore. Iam vero Bonauent. quem pro ſe citauit Suar. in 4. diſt. 3. quæſt. 2. in reſponſione quæſtionis ad finem, ait. *Hugo de Sancto Victore dicit quod circumciſio & alia legalia quantum ad efficaciam ceſſauerunt poſt paſſionem: ſed quantum ad obſeruantiam ceſſauerunt poſt Euangelij promulgationem*, quam ſententiam ſic approbat, vt cum D. Bernardo limitet, vel explicet hoc modo. *Concedo ſicut rationes oſtendunt, quod legalia quantum ad obſeruantiam non ceſſauerunt ante promulgationem, nec etiam quantum ad efficaciam vniuerſaliter, quia creditur ſicut dicit Bernardus, quod habuerunt efficaciam in his, qui diſtabant, & præceptis adhuc reſtringi non poterant. In his autem, qui ſcire*
C *poterant, nullam efficaciam habebant.* In quibus verbis non modo ſuam mentem nobis expoſuit Bonau. ſed etiam quænam fuerit ſententia Vgonis, & ſancti Bernardi, quos Suar. etiam pro ſe citauerat, palam fecit. Ait ergo D. Bonau. ex mente Vgonis legalia poſt paſſionem ſaltem obligandi efficaciam non habuiſſe, imo neque vim ſuo modo ſanctificandi, purificandi, aut gratificandi Deo; quamuis obſeruari poſſent, quandiu lex noua ſufficienter non promulgabatur. Hoc vero ita cum D. Bern. dicit eſſe intelligendum, vt reſpectu illorum, qui propter loci diſtantiam nouæ legis notitiam habere non poſſet, le-
D galia ſuam efficaciam non amitterent; ne ſi Baptiſmus foret omnino neceſſarius, & circumciſio inutilis reſpectu Hebræorum, remediumque legis naturæ reſpectu Gentilium puerorum, hi pueri remedio ſalutis omnino neceſſario carerent, ſiquidem legis nouæ, baptiſmique promulgatio ſufficiens ad eorum notitiam peruenire non poſſet; quod ſolum D. Bern. in ea Epiſtola 77. confirmat, & à nobis infrà magis explicabitur.

Mitto reliquos antiquos pro 1. concluſione citatos. Ex recentioribus Bellar. lib. 1. de Sacramento Baptiſmi cap. 5. concluſione 3. & 4. ait in morte Chriſti ceſſaſſe omnino veterem legem, & circunciſionem ſecundum ſe, & ex vi legis amiſiſſe vim ſuam; verum ob ignorantiam huius rei Iudæos adhuc obligari poſ-

Google

ſe à lege veteri, vſque ad poblicam promolga-
tionem Euangelii in die Pentecoſtes. Idem
docet Valent. tom 2. diſp. 7. q. 7. puncto 7. &
q. 8. puncto 1. quamuis addat idcirco legem
nouam ſtatim poſt Chriſti mortem veteri
antiquata obligare cepiſſe eos, qui per pro-
molgationem à Chriſto Domino factam. ſuf-
ficientem illius notitiam haberent. In eadem
ſententia eſt Vaſq. 1. 2. diſp. 181. cap. 2. vbi ait
non ceſſaſſe ſolum obligationem circoncisio-
nis, & omniom cæremoniarum legalium ſta-
tim poſt Chriſti mortem; ſed etiam omnem
virtutem ſanctificandi, quæcunque illa erat
per modom ſacramenti, fuiſſe omoino abo-
litam; ait itaque omnem tum oeceſſitatẽ tum
vtilitatem legalium ceſſaſſe, in quo à ſenten-
tia D. Bonau recedit. Verum pro hac opinio-
ne refert mulros ex aotiquis, quos citauimos,
concluſione 1. & in hoc conueniſſe Auguſt. &
Hieron. & Vgonis formalia verba adducit,
quibos conſtat Suarii ſententiæ neutiquam
aſtipulari, idem defendit Salas vbi ſupra. Vn-
de maniſeſte apparet, qoot ſibi contrarios ha-
beat eo opinio, quæ aſtruit legem veterem
vſque ad diem Peotecoſtes in ſuo vigore &
efficacia perduraſſe.

Sit ergo 3. concluſio, lex vetus in morte
7. Chriſti omnioo ceſſauit tum quoad obliga-
tionem, tum quoad efficaciam iuſtificaodi,
quæcunque illa fuerit per ſe loquendo: licet
ex quadam diſpenſatione diuina non impro-
babiliter credi poſſit, quod Deus non eripuit
remedio legis naturæ inter gentes & circun-
ciſionis inter Hebræos, qoam habebant vir-
tutem ioſtificaodi pueros, quandiu lex noua
totum orbem non potuit peruadere, neqoe il-
lius ſofficiens promolgatio potuit per ſe ad
omnium nationum notitiam peruenire, 1.
pars eſt Magiſtri, Alenſ. D Th. Bonao. Adria-
ni, Capreoli, Soti, Maioris, Palud. Dorand.
Gurichem, Bellar. Valent. Vaſq. Salas locis
citatis: item eſt communis Patrum ſpeciatim
D. Hieron. Aug. & Vgonis. io 2. quod atti-
net ad circuncisionis virtutem ex diſpenſatio-
ne diuina conſentimus cum Scoto. Gabriele,
Rada & Suario præſertim propter aothoritatẽ
Concilii Tridentini Seſſ. 6. cap. 4. vbi cum
loqueretur de traſlatione ad ſtatom gratiæ
per Baptiſmum, ait *Quæ quidem tranſlatio poſt
Euangelium promulgatum ſine lauacro rege-
nerationis, aut eius voto fieri non poteſt*; vbi
notanda ſunt illa verba, *poſt Euangelium pro-
mulgatum*, quaſi ſignificante Concilio quod
aote ſufficienrem promulgationem ioſtifica-
tio puerotum ſine baptiſmi lauacro ſiue in re,
ſiue in voto habito contingere poſſet, & D.
Bernardus citatus idẽ latè cõfirmat, indicatque
D. Th. in 4. diſt. 3. q. 1. a. 3. quæſtiunc 3. vbi ait
de Baptiſmo. *Poſt paſſionem obligationis fuit,
quando circunciſio mortua fuit quantum ad
omnes, ad quos inſtitutio potuit peruenire.*
Idem tenet, Sot. Capreol & Med. qoos citat
Salas diſp. 13. ſect. 6. n. 25 & ſequitur n. 27.

Probatur 1. pars impugnando illos duos
modos dilatandi abrogationem legis veteris
abſulute, & per ſe ſumptæ ſecundum neceſſi-
tatem, & vtilitatem poſt paſſionem Chriſti;
nam primus Soti qoi hoc ad reſurrectionem
A extendit, parum firmis nititur fundamentis.
Quia nouum teſtamentum morte teſtaroris
confirmari deberet, non reſurrectione. Et me-
ritum Redemptiouis noſtræ in paſſione, &
morte Chriſti conſumatum eſt; hac enim *vna
oblatione conſummauit in æternum ſanctifica-
tos*, vt ait Paul. ad Hebræos 10 ideoque Pa-
tres ſimpliciter ſignificant tunc finem impoſi-
tum fuiſſe veteri legi. Et teſtimonia Pauli id
conuincunt. Vnde D. Paulus cum dixit Chri-
ſtum reſurrexiſſe propter iuſtificationem no-
ſtram, non cauſam meritoriam, ſed exempla-
rem ſpiritualis regenerationis noſtræ oſtendit;
iam vero D. Th. etiamſi in eo loco 3. partis
à Soto allegato reſurrectionem addidit ad
B paſſionem, ex ſuperabundantia fecit; nam
ibidem, & in aliis locis ſatis ſe explicauit cum
dixit, *Chriſtum Dominum, quando in cruce
illud verbum protulit: Conſummatum eſt, otu-
lem legalium ceſſationem, ſeu conſummationem
ſignificaſſe*. Denique veteris legis finis non ex-
pectauit, vt omnia Chriſti myſteria antea ſi-
gnificata complerentur: quia alioqui non
vſque ad reſurrectionem ſolum, ſed ad Aſ-
cenſionem: & Spiritus Sancti aduentum di-
lataretur, quod Sotus negauit. Baptiſmi vero
virtus non tollitur ex eo, quod Chriſti non
præteritam, ſed futuram reſurrectionem in
hominis regeneratione ſignificaret Baptiſ-
mus. Nam etiam aute paſſionem ex iuſtifica-
tione diuina illam virtutem habuiſſe certum
eſt, ſecuudùm communem Theologorum
C ſententiam, & tamen eandem paſſionis, &
reſorrectionis futuræ adhuc myſteria ſignifi-
cabat: licet ſub præcepto non eſſet, antequam
in Chriſti morte finita lege veteri ooua lex
ſuam induceret obligationem.

Deinde impugnatur 2. extenſionis modus:
nam fundamentum quo nititur in authore, &
optime retorquetur. Etenim antiqoa lex ceſ-
ſare non debuit, quouſque noua inciperet
obligare: atque teſtimonia D. Pauli ſupe-
riùs adducta ſecundùm omnes Patres & in-
terpretes ad literam, item verbum illud
Chriſti Domini in cruce pendentis *Conſum-
matum eſt*, ex communiſſima Theologorum
ſententia ceſſationem & conſummationem le-
gis veteris io morte Chriſti confirmant: ergo
lex noua, vt ſufficienter à Chriſti Domino
promulgata poſt ipſius paſſionem cepit per ſe
eiuſdem legis non ignaros obligare. Confir-
D matur 1. quia promulgatio reſpectu diuinæ le-
gis non requirit aliquam certam, aut determi-
natam ſolemnitatem, ſine qua eiuſdem legis
obligatio non cogit, vt de humana lege dice-
mus ſuo loco, nam quocunque modo nobis
certo conſtet de voluntate Dei aliquid impe-
rantis, illico ad illius executionẽ tenemur; in
hoc enim pari modo ſe habet ius dioinũ poſi-
tiuũ, & naturale. Vtrumque enim quouis mo-
do innoteſcat ſiue per particularẽ reuelationẽ
& priuatam notitiam, ſiue per publicã decla-
rationem ſuam ſemper obligãdi vim inducit:
ſed Chriſtus Dominus toto ſuæ prædicatio-
nis triennio nihil aliud fecit, quam diuinis
operibus ſe promiſſum ſaluatorem Dei fi-
lium teſtari, & legem nouam antea etiam, vt
ſupra per prophetas diximos à Deo promiſſã

condere & euulgate: quid enim aliud Dominus Matth. 11. num. 28. ſignificauit cum dixit: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos; tollite iugum meum ſuper vos, &c.* niſi graui præceprorum legalium ſarcina Iudæos leuare, & ſuaue Euangelii iugum ipſis imponere, quod ſpiritualis gratiæ conſolatione plus iuuar, quam nouæ legis obligatione grauat, vt cum Hilario, Beda, Hieronymo, Auguſt. interpretatur Maldonatus hoc loco, & Elias Cretenſis in 4. Orat. Nazi. ergo quamuis vſque ad paſſionem ſuam eos lege noua noluerit obligare, illam tameo edocere, & promulgare non ceſſauit. Nam quando poſt reſurrectionem diſcipulos iuſſit Euangelium prædicare, & Euangelii doctrina inſtructos baptizare, addidit, *docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis*, quæ ergo alia promulgationis ſolemnitas requiritur vt diuina lex per ſe intelligatur obligare, ſi illius præcepra Chriſtus Dominus ante paſſinnem tradita poſt reſurrectionem rurſum commemorata omnibus euulganda gentibus ſua legatione commiſit.

Confirmatur 2. quia etiamſi per accidens ex ignorantia inuincibili legis nouæ, vel ex conſcientia erronea poſſeot plures Iudæi ante diem Pentecoſtes credere, non ceſſaſſe veterem legem, neque incepiſſe nouam: hoc non tollit obligationem per ſe à lege requiſitam, & ſufficieoter aliquibus cognitam: ſi enim hæc lex omnium nationum notitiam exigeter, vt de ſe obligaret, vix hodie ſufficienter promulgata ad obligandum crederetur. cum adhuc ad ignotos gentium populos, barbaraſque nationes Euangelii penitus ignatas, de nouo nunc eiuſdem notitia peruadat; nam alia eſt promulgatio legis, quæ requirirur ad auferendam ignorantiam, & conſcientiam erroneam gentibus, quibus illa euulgatur, & à communi prædicatione non differt: Alia vero eſt promulgatio, quæ omnioo exigitur, tanquam ſolemnitas omnino neceſſaria, vt lex io ratione legis per ſe obligantis conſtituatur: quod in humanis contingit, quia princeps non intelligitur loqui tanquam perſona publica volens vniuerſalem ferre legem, niſi præcedente conſuetæ publicationis ſolemnitate Illa ergo promulgatio nouæ legis, quæ in die Pentecoſtes incepit ad 1. promulgationis modum pertinet, non ad 2. quod eo maiori iure in diuina lege dicendum, quo illa minus indiget populi acceptatione, vt ligare incipiat, cum primum cœpit manifeſtari. Hinc facile eſt oppoſitas rationes diſſoluere, quæ à Soto & Suario ſuperiùs adducuntur.

2. Concluſionis pars ſuadetur. In ſtatu legis veteris Deus dedit circuncifionis præceptum in remedium originalis peccati, quo vti poſſent Gentiles, ſi vellent Dei populo aggregari: quia tamen ad id non cogebantur, ne paruulos ſine remedio relinqueret Deus, illud in lege natura conceſſum non ſubſtulit. Ergo ita etiam conueniens Dei pietati videtur vt circunciſio apud Iudæos, & remedium legis naturæ apud gentes aliquandiu

A perduraret ex diuina diſpenſatione, quandiu lex Euangelica ſufficienter præcipuas orbis partes peruadere non poteter, neque Baptiſmi remedium ſatis euulgari. At inſtar Vaſques cap. 3. num. 28. (qui in hac parte à nobis diſſentit) qui remedio circunciſionis vterentur per illam circunciſionem falſam, & inutilem Chriſti venturi fidem applicabant: ergo etiam remedium erit inutile, & Deo ingratum, cui illa falſa fides placere non potuit. Reſpondeo tamen cum Capreolo in 4. diſt. 2. quæſt. 3. art. 3. ad 4. Scot. contra 1. concluſionem. Illud remedium etiamſi habeat adiunctam falſam opinionem potuiſſe pueris prodeſſe, & Deo gratam eſſe illam fidei proteſtationem, non ratione falſitatis ſpeculatiue, ſed ratione veritatis practicæ, qua prudenter operaretur Iudæus illud remedium B puero adhibens, qui Baptiſmi notitiam non haberet: Item ratione obedientiæ, quia ſe circunciſionis præcepto teneri exiſtimabat. Neque nouum eſt in communi Theologorum doctrina, & D. Thom. ſententia 2. 2. quæſt. 1. art. 3. ad 1. & in 3. diſt. 24. quæſt. 1. gloſſa 3. poſſe hominem ſecundùm virtutem operari circa, id, de quo falſam habet opinionem in intellectu, vt cernitur in eo qui adorans hoſtiam, quam credit eſſe rite conſecratam, cum tamen non ſit, actum religionis exercet.

3. dubium erat an ex eodem omnino 8.
puncto temporis lex vetus mortua pariter & mortifera eſſe cæperit, de quo non leuis fuit controuerſia inter D Hieron. & D. Auguſt. citatos, cuius meminit D. Thom. 1. 2. quæſt. C 103. art. 8. ad 2. & Theologi communiter hoc loco, item in 4. diſt 1. quos Patres in concordiam reducit Alenſis 3. p quæſtione 55. memb. 5. art. 3. in reſolutione difficultatis, item ſequent. §. ad ea vero: ita vt quod Hieronymus dixerit *malum* & Auguſt. *non malum* contraria dicta non ſint: nam ille dicit *malum* quia prohibitum. Iſte vero *non malum*, quia quantum de ſe nec malum, nec bonum eſt. Præterea quod ait Hieron. *Legalia non eſſe ſeruanda*, dicit eſſe intelligendum, quatenus prohibita, & interdicta à Chriſto. Quod vero dicit Auguſtin. *ſeruanda pro tempore propter aliquam vtilitatem, vel ſcandalum vitandum*, credit non eſſe D contradictorium, quia intelligitur, legalia eſſe ſeruanda quatenus non interdicta, ante gratiam fidei reuelatam; nam quamquam mortua fuerint, id eſt ſaluti non neceſſaria, in paſſione Chriſti non ſtatim mortifera cenſentur quouſque promulgata lege gratiæ fuerunt penitus ab Apoſtolo interdicta ad Galat. 5. *Si circuncidimini, Chriſtus vobis nihil proderit.* Tandem addit Alenſ. neque in ſimulatione Petri circa obſeruationem legalium, vel in ſimulatione Pauli in reprehendendo Petrum hos Patres ſibi contrarios fuiſſe. Nam D. Hieronymus conceſſit, inquit, ſimulationem prudentiæ quam Auguſt. non negauit; & Auguſt. negauit ſimulationem fallaciæ, quam Hieronymus non admiſit. Et quidem D. Hieronyum, Auguſtinus in ſuam ſententiam perducere conatur dum

ait Epiſt. 89. quæ eſt 11. apud Auguſt. alloquens D. Hieronymum. *Nec multum intereſt inter meam & tuam ſententiam; quia ego dico & Petrum & Paulum timore fidelium Iudæorum exercuiſſe, imo ſimulaſſe mandata · tu autem aſſeris hoc eos feciſſe clementer non mentientis actu, ſed compatientis affectu.*

9. Verum etſi ingenioſe hos Patres Alenſ. conciliet, tamen dubitari non poteſt, vt ex vtriuſque Epiſtolis conſtat, aliquod fuiſſe inter eos diſſidium circa legalium obſeruationem illis primoribus annis, quibus Euangelicæ legis promulgatio Iudæorumque, ac gentium in vnam Eccleſiã congregatio ſufficiens crederetur, quouſque vterque populus paulatim eiſdem ritibus viuere aſſueſceret: ita ſentit D. Thom. citatus ad 1. & ad 2. quem reliqui Theologi communiter ſequuntur. At ſiue idem recte explicati ſenſerint hi duo Patres, ſiue non, ſemper communis Theologorum ſententia in hoc dubio Auguſtinum prætulit.

Quamobrem 4. Concluſio ſit. In eodem puncto mortis Chriſti lex vetus non mortua pariter, ac mortifera fuit; ſed per aliquot annos, poſtquam mortua fuit, licuit Iudæis cæremonialibus vti, citatur pro hac Concluſione à Caiet. 1. 2. quæſt. 103. art. 4. Concil. Florent. ſub Eugen. 4. & Sotus lib. 1. de Iuſt. quæſt. 6. art. 4. miratur Adrianum ab Auguſtino diſcedere, & concilii definitionem de hac re clariſſimam ignorare; cuius formalia verba refert idem Sotus. Verum hoc teſtimonium Concil. Vaſques diſp. 182. cap. 3. num 27. Suar. lib. 9. cap. 19. num. 5. & Salas diſp. 24. ſect. 9. num. 57. cum in Concilio Florentino quærerent diligenter, illud non inueniri atteſtantur. Nihilominus in Bullario tom. 1. Conſtitut. 23. Eugenii. 4. data anno 1441. Febru. 5. Florentiæ in Seſſione Synodali. quæ Bulla eſt de vnione Iacobitarum in Ægypto, §. 12. ſic habetur. *Firmiter credit, profitetur & docet legalia veteris teſtamenti, ſeu Moſaycæ legis, quæ diuiduntur in cæremonias, ſacra, ſacrificia & ſacramenta, quia ſignificandi alicuius futuri gratia fuerant inſtituta, licet diuino cultui illa*

10. *ætate congruerent Domino noſtro Ieſu Chriſto adueniente ceſſaſſe, & noui teſtamenti ſacramenta cœpiſſe. Quemcumque etiam in legalibus ſpem ponentem & illis velut ad ſalutem neceſſarijs ſe ſubdentem, quaſi Chriſti fides ſine illis ſaluare non poſſet, peccaſſe mortaliter, non tamen negat à Chriſti paſſione vſque ad promulgatum Euangelium illa potuiſſe ſeruari, dum tamen ad ſalutem neceſſaria minime crederentur; ſed poſt promulgatum Euangelium ſine interitu ſalutis æternæ aſſerit non poſſe ſeruari.* Quæ verba ideo retuli quia ſi attente conſiderentur, continent veriſſimam doctrinam circa ceſſationem legalium quam in ſequentibus late explicabimus. Scio aliquos dubitare de definitione huius Bullæ, quia hæc vnio Iacobitarum, ſicut etiam Armenorum facta fuit poſt diſceſſum Patrum Græcorum; ideoque in Concilio Florentino non ponitur, atque adeo ad fidei definitionem non pertinere ea quæ in præſenti bulla ex præciſa illius deter-

A minatione continentur. Verum Sotus & Caietanus citati, item Salmeiron in Epiſtolam ad Galat. cap. 2. diſp 13. hanc doctrinam fidei definitionem continere ſignificant. Solum addit Salmeiron, ad illa verba, *non negat*, hoc loquendi modo ſententiam Hieronymi non damnari, ſed opinionem Auguſtini præferri. Ego tamen nullo modo dubitari poſſe exiſtimo de hac definitione, conſideratis verbis quibus pontifex in ea conſtitutione vtitur; quæ ita ſe habent, §. 3. *Hanc quæ ſequitur veram neceſſariamque doctrinam hodie in hac ſolemni ſeſſione, ſacro approbante œcumenico concilio Florentino in nomine Domini tradidimus.* Nec refert, quod patres Græci iam diſceſſiſſent; ea enim hîc expoſuit Eu-
B genius, qui poſtea concilium Florentinum approbauit, & ipſe potuit confirmare, ac definire: nam concilium etiam poſt diſceſſum Græcorum, per tres annos durauit. Græci enim diſceſſerunt anno domini 1439. Concilium vero finitum eſt anno 1442. vt conſtat ex actis ipſius. Et quanuis hæc conſtitutio conciliaris non reperiatur in concilio Florentino, quod vulgo circumfertur, non ideo eius authoritas in dubium vocari quod aliqui in concilio Tridentino obiecerunt, vt in actis ipſius Romæ vidi: ibi enim eſt reſponſio illuſtriſſimi Cardinalis à monte primi legati & Cardinalis ſanctæ crucis alterius legati. Nempe in Concilio Florentino ſolum reperiri ea, quæ in Græco ſermone inuenta ſunt, & ab interprete natione Græco in lati-
C num ſermonem tranſlata; illa vero ſunt decreta ante diſceſſum Patrum Græcorum ſtabilita. Vltra quæ Cardinalis à monte ſe vidiſſe teſtatur in archiuio Caſtelli ſancti Angeli hanc Conſtitutionem Eugenii de vnione Iacobitarum cum actis Concilii Florentini Eugenii 4. ſigillo firmatam quare de illa dubitari non poſſe. Citauitque Auguſtinum patricium Senenſem, qui in ſummario concilii Baſilienſis meminit alterius decreti eiuſdem Eugenii in eodem concilio Florentino poſt diſceſſum Græcorum ſtabiliti: quæ omnia ipſe legi in actis Concilii Tridentini autenticis.

Pro qua etiam ſtant non ſolum Sot. Caiet. Medin. Conrad. & reliqui Thom. ad citatum locum D. Thom. Valent. Vaſques vbi ſupra, ſed etiam veteres Scolaſtici in 4. diſt.
D 3. Scot. q. 4. §. quantum ergo Maior q. 2. §. circa illud Bonau. a. 5. quæſt. 2. Aureol. quæſt. 4. dub. 3. item Richard. in 4. d. 1. a. 6. quæſt. 4. Palud. q. 6. a. 5. concluſione 4. Durand. q. 9. n. 7. & ſeq. Gabriel q. 4. a. 3. dub. 3. Ioan. Arbor. tom. 1. theoroph lib. 3. cap. 10. Ex Canoniſtis Arnaldus Albertinus tom. 5. repet. in rubricam de hæret errore Iudæorum 4. n. 23. ex Patribus idem tenuit Beda in acta Apoſt. cap. 2. ad Galat. ibidem Lyran. Hugo de ſancto Victor. lib. 1. de ſacram. p. 6. cap. 4. Salmeiron diſp 23. citata, & 24 item cap. 6. ad Galat. diſp. 31. Legionenſis cap. 2. eiuſdem Epiſtolæ Cornelius in 2. cap. ad Rom. verſ. 25. Probatur 1. vt lex vetus ab eodem puncto mortis Chriſti eſſet mortifera oporteret vt qui aliquod ex præceptis cæremonialibus illius legis ad-

11.

impleret ex vi, & obligatione ipſius lethaliter peccaret, ſed hoc eſt ſalſum, reſpectu illius temporis, quo Euangelium ab Apoſtolis non fuit ſufficienter promulgatum: ergo non ab eodem puncto lex vetus mortua ſimul, & mortiſera eſſe cepit. Minor ſuadetur, quia cæremoniæ legis veteris de ſe malæ non erant vt patet. Deinde non erant iure aliquo diuino, quod pro illo tempore inoteſceret, prohibitæ: Nam in ſcriptura ſacra talis prohibitio ad illud tempus determinata non habetur. Quod ex eo magis conſtat, quia Apoſtoli in gratia confirmati legalia exercebant & à Iudæis exerceri licite ſuo exemplo oſtendebant, vt ex multis locis actuum Apoſtolorum præſertim cap. 11. probari poteſt: huius rationis confirmatio, & ſpecialia controuerſiæ B puncta inter Hieron & Auguſt. in ſequentibus magis patebunt.

Vtrum omnia legis antiquæ præcepta nunc mortua & mortiſera ſint.

SECTIO VIII.

DE lege veteri abſolute ſumpta hucuſque locuti ſumus, nunc ad tria præceptorum
5. genera in hac lege contenta deſcendemus. Et in primis de moralibus rogamus, vtrùm adhuc vigeant, & non ſolum nobis liceat illorum obſeruatio, ſed ad illam eodem modo teneamur. Vt certa ab incertis ſeparemus; quæſtionis ſenſus eſt, an ex vi legis veteris non modo licita, ſed obligatoria ſint præcepta moralia: quia ſi accipiantur ſecundùm ſe vt ſunt præciſe concluſiones quædam deducta à dictamine iuris naturalis, non dubitamus eſſe immutabilia. & eodem modo ad ea teneri omnes homines; quare certum eſt illa vt ſic abrogata non eſſe, ſed confirmata: Matthæi 5. vt eſt communis Patrum ſententia Clement Rom. lib. 6. de Conſtit cap. 22. & 23. Auguſt. lib. 6 contra Fauſtum cap. 2. & lib 10. cap. item 2. vbi præcepta moralia veteris legis appellat vitæ agendæ, & ea à Chriſtianis quatenos ſcilicet naturalis iuris ſunt, ſeruari affirmat. & aliorum; Quomodo intelligendus eſt D Leo. ſerm. 14. de Ieiunio, vbi ait. *In præceptis autem moralibus nulla prioris teſtamenti decreta reprobata, ſed Euangelico Magiſterio multa ſunt aucta.* D Idemque ſerm. 4. & 6. de Ieiunio inculcat. Similiter alii Patres exponendi ſunt, quatenus aſſerunt quoad præcepta naturalia legem veterem non ceſſaſſe, non enim ſignificant illa obligare ex vi legis ſcriptæ, ſed ex vi iuris naturalis, quod quia perſectius in lege noua explicatur, euangelio potius adimpleri, quam ſolui cenſetur.

Aliqui tamen Thologi affirmant præcepta moralia ex vi veteris legis adhuc in ſuo robore permanere & obligare: ita Bellarminus lib 4 de iuſtificatione cap. 6. § *cæterum nos* Vaſques 1. 2. diſp. 180. cap. 3. n. 17. citatur etiam à Suatio lib. 9. de legibus cap. 11. n. 21. Lorin. in acta cap. 15. ver. 5. vbi ait, *legem moralem Moyſis non eſſe Iudæorum propriam, ſed omnium communem*: Sed clarius eandem opinionem ſequitur Iuſtinianus in Epiſt. ad Rom. cap. 3. in fine item pro hac ſententia citantur Auguſtinus, & alii Patres, qui in noſtro ſenſu quæſtionem non definiunt, & quo pacto eſſent intelligendi iam diximus huius opinionis patronum eſſe D. Thom exiſtimat Vaſq. quia cum 1. 2. q. 103. a. 3. aſſerat cæremonialia omnino ceſſaſſe, idemque de iudicialibus aſtruat q. 104. a. 3. de moralibus id in quæſtionem non vocat, ſupponendo illa eadem permanere. Confirmari hoc poteſt duobus locis, quæ Vaſques non notauit. 5. eſt in reſponſione ad 1. q. 103. a. 3 nam cum opponeret teſtimonium Baruch. 5. *Hic eſt liber mandatorum Dei, & lex, quæ eſt in æternum*, vt probaret legem veterem æternam eſſe. Exponit locum his vis, *lex vetus dicitur eſſe in æternum ſecundùm moralia quidem ſimpliciter & abſolute: ſecundùm cæremonialia vero quantum ad veritatem per ea figuratam*, ad quem locum alludere videtur D. Thom. in quæſt 107. ſeq. art. 2. ad 1. vbi ait, *lex noua non euacuat obſeruantiam veteris, legis niſi quantum ad cæremonialia, vt ſupra dictum eſt.* hæc tamen loca exponi debent de præceptis moralibus materialiter ſumpris non formaliter, id eſt de iure naturali, quod eſt illorum materia, non vero de illis, prout à lege poſitiua Moyſis iubentur. Citantur præterea pro hoc opinione Durãs in 4 d. 1. quæſt. 9. num. 8. & ſequent. & Palud quæſt 6. art. 5. Con- C cluſione 2. ſed ipſi ſolum negant abrogationem moralium præceptorum ſecundum ius naturale, vt ſequenti concluſione declarabitur, manifeſtius Aubulenſ. tom. 2 in Matth. cap. 5. quæſt. 99. ait totum decalogum, & alia præcepta moralia, quæ continentur in veteri teſtamento, eodem modo manere in lege Chriſti, quia non pertinebant ad legem ſpecialiter.

Prima Concluſio: præcepta moralia legis ſcriptæ præter obligationem iuris naturalis quam continebant, nullam aliam ex vi legis veteris in noua retinuerunt; ſed in perſectionem de nouo commutarunt. Hæc eſt Alenſ. 1. p. q. 56. memb. 8. in corpore & ad 1. vbi loquens de præceptis moralibus, per quæ Euangelium innouantur, ait, *Additio ergo fit legi, quantum ad literam per innouationem præcepti, ſed non quantum ad ſenſum; niſi ſolum per elucidationem.* item D. Thom. 1. 2. q. 98. a. 5. in corpore. Vbi docet Gentiles non teneri ad præcepta moralia, in quantum erant de lege veteri, his verbis *Quantum ad illa, quæ continebat lex vetus, de lege naturæ, omnes tenebantur ad obſeruantiam veteris legis: non quia erant de lege veteri, ſed quia erant de lege naturæ*, quamobrem per hunc locum recte exponuntur duo ſuperius adducta, non formaliter, ſed materialiter, eſſe intelligenda, vt monuimus: ita D. Thom. Sequuntur Soto 2. de iuſt. q 2. 4. Medin. 1. 2. q. 103. a. 3. concluſione 2. Victoria in relect. de matrim. p. 2. num. 3. ad finem. Cardin. Toletus ad Rom. 3. not. 15. Salmeiron ad Roman. 7. diſp.

6. Valentia tom. 2. diſp. 7. p. 2. & p. 7. Bartad. Concord. tom. 1. lib. 2. cap. 21. vbi quamuis dicat Decalogum eſſe perpetuum & immutabilem, & in illum abrogationem non cadere, caute adiungit. *Hæc magna legis pars æterna eſt hæc medulla poſt legem antiquam adhuc viuit, non tamen quia legis Moyſis pars, ſed quia naturæ lex eſt & legis nouæ pars viuit, viuetque in ſempiternum.* Idem ſentit Suares lib. 9. cap. 11. n. 22. Salas 1. 2. diſp. 23. ſect. 3. num. qui refert Felicium, Azorem & alios. Ex canoniſtis eandem ſententiam expreſſe docuit Couar. lib. 1. variarum reſolut. cap. 17. n. 7.

Huius concluſionis probatio pendet ex doctrina tradita in ſect. 6. huius quæſtionis propoſitione 3. vbi diximus præcepta moralia prout in lege veteri ſcripta erant, peculiarem quandam Hebræis obligationem inducere, ad quam Gentiles non tenebantur. Vnde ſic argumentor. 1. illa lex ſecundum moralia præcepta non maiorem ingerit obligationem Chriſtianis, quam gentilibus afferebat: ſed gentiles ſolum ad ea præcepta, quatenus erant iuris naturalis & vt talia cognita tenebantur: ergo illa ex vi legis ſcriptæ Chriſtianos nulla ratione obligant in lege noua. 2. legi Moyſi abſolute & vniuerſaliter acceptæ præfixus eſt terminus vſque ad Chriſti Domini mortem. Sed nullum eſt fundamentum vnde hoc limitetur ad vnam legis partem, quandoquidem tota illi populo ad certum tempus quouſque lex gratiæ adueniret, à Deo data eſt; ergo &c.

3. declaratio legis naturalis, prout in terminis vniuerſalibus, & ſub obſcuris legis ſcriptæ contenta à Iudæis intelligebatur, erat imperfecta, & ideo innouata fuit quantum ad litteram & quantum ad elucidationem ſenſus; vt dixit Alenſ. citatus, quomodo exponi debet D. Paulus ad Roman. 7. num. 6. *ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus non in vetuſtate literæ* ſecundum plures Græcos codices cum Chryſoſt. legi poteſt *à lege iam demortua*. Quid vero ſit nos hac lege liberos Deo ſeruire in nouitate ſpiritus non in vetuſtate literæ; exponit Cornelius cum D. Anſelmo, videlicet; *Non in veteri viuendi genere animali cuius magiſtra eſt legis litera, non gratia* monetque Iuſtinianus hoc loco non tam ad legis cæremonias, quam ad morum præcepta alludi Item ad Epheſ. 2. n. 15. *legem* inquit *mãdatorum decretis euacuans* vbi ſignificauit Apoſtolus iuxta Hieron. Ambroſ. Chryſoſt. Theod. Theophil. legis veteris mandata Euangelicis præceptis fuiſſe antiquata. Et ne dubitandi locus relinquatur Paulum etiam loqui de moralibus, prout in lege continebantur, ita illius locum Tertull. lib. 5. aduerſus Marcionem cap. 17. enarrauit. *Si legem præceptorum ſententiis vacuam fecit: adimplendo certe legem, vacat enim iam non adulterabis, quum dicitur, non videbis ad concupiſcendum: vacat non occides cum dicitur, nec maledices.*

3. Confirmatur hæc ratio 1. Exemplo cuinſcuiuſdam præcepti moralis, quod habetur Leuit. 20. n. 18. *Qui coierit cum muliere fluxu menſtruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipſaque aperuit fontem ſanguinis ſui, interficientur ambo, &c.* Nam quamuis hæc lex quatenus habet adiunctam pœnam iudicialis cenſeatur, quatenus tamen prohibet acceſſum ad vxorem menſtruatam, ad moralem pertinet, atque adeo talis acceſſus prohibitus de iure naturæ videtur ſecundum communiorem Theologorum opinionem, ſiue quia non fit ſine prolis præiudicio & probabili periculo: ſiue propter indecentiam & turpitudinem, talis coitus, quæ non niſi maxime præponderanti aliqua ratione honeſtatis excuſatur, de qua quæſtione vide Sanches lib. 9. de Matr. diſp. 21. per totam. Quo poſito in lege veteri acceſſus ille ad menſtruatam vxorem prohibetur ſub mortali, propter appoſitam pœnam in lege gratiæ, ablata veteri obligatione & relicto iure naturali, ſolum ſub veniali cauetur; vt cum Palud. Antonino Soto Ledeſma, Henrique, Saa & multis aliis defendit Sanches citatus; ergo iam conſtat in materia iuris naturalis, non ſolum ceſſare pœnam præcepti ratione cuius ad iudicialia ſpectabat, ſed etiam prohibitionem lethalem, lege veteri antiquata. Alia exempla prætermitto in quibus idem oſtendi poſſet.

Confirmatur 2. ius naturale prout declaratur, & ſpecialiter prohibetur ea vi legis veteris ceſſaſſe, non obſcurè ſignificauit Iacobus cap. 2. quippe qui cum ſupra dixiſſet: *ſi tamen legem perficitis regalem*, nimirum moralem de mutua erga proximum charitate, eiuſque præceptis locutus addidit, *ſic loquimini & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari.* Vbi per legem libertatis optime legem gratiæ interpretatur Salmeron in Iacob. diſp. 3. 5. *ſubdit*, per quam Chriſtiani iudicandi ſunt; ex qua interpretatione infert Suar. lib. 9. cap. 11. num. 29. Iacobum ſignificaſſe præcepta legis naturæ Chriſtianos obligare non ex vi legis veteris, ſed gratiæ, per quam Chriſtiani debent iudicari, non verò per legem Moyſis, quam doctrinam refert Lorin. ad hunc locum Iacobi, vt omnino veram: vel ergo mutauit ſententiam, quam in acta Apoſtolorum loco citato tradiderat, vel in eo loco legem moralem communem appellauit ratione materiæ, nempe iuris naturalis, ad quod omnes tenentur, & vtroque modo illum nunc in noſtra eſſe ſententia iudicandum.

Confirmatur 3. quia Theologi in 3. d. 40. de lege Moyſis docent quod manum prohibebat, non animum, quod refert Abulenſ. in cap. 5. Matth. quæſt. 177. & huius dicti ex D. Auguſt. tres affert expoſitiones. 1. eſt quia lex vetus non prohibebat animum in cæremonialibus, ſed in moralibus, ita Mag. loco citato. 2. quod in lege veteri non prohiberetur omnis concupiſcentia rei illicitæ, ſicut in Euangelio: ſed ſolum concupiſcentia vxoris alienæ, & rei poſſeſſæ. 3. quia hoc dicitur iuxta prauum intellectum legis veteris; ſic enim illam Iudæi interpretabantur. Aliam explicationem affert D. Thom. in 3. d. 40. quæſt. 1. art. 2. quia etiam ſi prohiberet lex

vetus manum, & animum; opus ſcilicet & deſiderium; ſolum pœnis à prauis operibns coercebat, quoniam pœnæ temporales actum interiorem non puniebant, ſed exteriorem; lex autem noua æternam promittens gloriam & æternum minata ſupplicium, ad actum tam interiorem, quam exteriorem reſpicit. Vnde iam colligitur quantò perfectius declaretur & à nobis intelligatur ius naturale vt in Euangelio, quam vt in lege veteri continetur. Quamobrem illa diſtinctio, quam ex iuriſtis tradit Suarius lib. 9. cap. 11. o. 19. inter legem declaratiuam & præceptiuam, non ſic accipienda eſt, vt ille Doctor intellexit, quaſi lex declaratiua nihil præciperet & ad nihil obligaret, ſed ſolum veluti doctrina quædam haberetur: quis enim non vider hoc eſſe contra textus cap. omnis aotem diſt. 3. & l. 7. legis virtus, ff. de legibus. Vbi quatuor numerantur effectus legis & omnium legum communis eſt obligatio, qund idem Suarius fatetur lib. 1. de lege cap. 15. n. 1. & ſeq. ſi ergo lex vera eſt declaratiua, obligatiooem inducit de nouo ſaltem illius declarationis retinendæ & ſecundùm illam Epichiam admittit, vt ſuperiori quæſtione demõſtrauimus; ergn nulla lex etiam declaratiua aſſignari poteſt, qnæ aliquo mndo præceptiua non ſit: non enim ſe habet veluti doctrina, quæ à Magiſtro & à non habente iuriſdictionem traditur.

Contrà banc doctrinam noo video rationem efficacem, quæ ex dictis facile non ſoluatur: aliqua afferri ſolent teſtimonia ſcripturæ, quorum explicationem partim noſtræ conclusioni conformem in ſuperioribus tradidimus, partim intelligi debent de moralibus præceptis ſecundum materiam, non ſecundum peculiarem obligationem ex lege ſcripta reſultantem; cum enim in lege noua eadem iuris naturalis materia multò perfectiùs exponatur, & imperentur eadem decalogi præcepta modo præſtantiori intellecta, ſequitur ex vi legis Euangelicæ, non vero Moſaicæ Chriſtianos ad illorum obſeruationem obligari. Neque obſtat cap. *non eſt peccatum*, §. his itaque diſt. 6. Vbi præcepta moralia dicuntur immutabilia & communiter eademmet permanere in lege gratiæ, quæ erant in lege Moyſis; quoniam hęc immutabilitas cernitur in ratione iuris & honeſtatis naturalis, quam lex noua non ſuſtulit, ſed perfectius declarauit: ad quam declarationem Chriſtiani obligantur lege noua ſtare, non veteri. Sed rogabis vtrum ſicut præcepta moralia, prout à lege Moſaica iubeotur, mortua cenſentur, ita etiam mortifera dici debeant: pro ſolutione ſit

5. 2. Concluſio præcepta moralia, prout erant in lege veteri non ſunt mortifera, neque obſeruantes illa ex vi legis Moſaicæ ſufficieotem Iudaiſmi ſuſpicionem cauſabunt: hæc concluſio aliqua ratione eſt contrà Sotum & Medin. citatos qoi ita certam credunt 1. cnnclusionem, vt de fide eſſe ſignificent: Nos verò quia graues Thenlogi oppoſitum docoere, & Canoniſtæ communiter aſſerunt moralia præcepta legis antiquæ in noua &

A Euangelica adhuc perſeuerare, vt videre eſt apud Nouar. in Nan. cap. 11. n. 2. Alexand. & aliis cum Glnſſa, §. his itaque citato, non iudicamus, eos lethaliter peccare, qui dixerint ex vi legis antiquæ moralia pręcepta, eſſe obſeruanda, & multo minus hæreticæ prauitatis, vel Iudaiſmi crimine obſtrictns. Præſertim cum non deſint ſacræ paginæ teſtimonia, quibns niti pnſſunt; quale illud eſt D. Pauli ad Rom. 3. *legem ergo deſtruimus per fidem? abſit, ſed legem ſtatuimus*; vt oſtenderet Paulus legem fidei beneficio firmam & ſtabilem declarari. In quo loco Iuſtinianus plus iuſto in eos inuehitur, qui à nobis ſtant, noſtramque & veram ſententiam propugnant, quàm vt imperitiam & parum ſanam cauendam eſſe exiſtimat, & cum longiorem de hac re diſputationem ad cap. 7. B & 8. ad Hebræos diſtulerit, poſtea vel propoſiti immemor, vel ſententiæ ſuæ Oſor hanc præmittit difficultatem.

2. Præceptorum genus, de quibus idem inquirimus, mortuane ſimiliter & mortifera cenſeantur, iudicialia eſſe poſſunt, quæ omnia ſimiliter cum lege ceſſaſſe, communis eſt ſanctorum Patrum doctrina, quos ſupra retulimus ſect. 7. & Theologor. cum D. Th. 1.2. q. 14. a. 3. neque aliquis eſt qui oppoſitum dnceat. Probatur 1. ſublata republica ſeu communitate, conſequenter auferuntur, ceſſantque leges, quæ ad illius reipublicæ ſeu communitatis regimen pertinebant; ſed Chriſtus Dominus cum ſceptro Iudæia ſtatum politicum abſtulit, illamque reipublicæ Hebrææ communitatem iuriſdictione regali & ſacerdotali tranſlata ſacerdotio vt ait Paulus ad Hebræos 2. & textus *translato* de conſtit. ergo cum iudicialia præcepta ad illius populi regimen ordinarentur, illo ſublato iudiciales leges ceſſare neceſſe eſt. Min. ſuadetur ex illa vineæ parabola, quæ vinea ſynagogam Deique veterem Eccleſiam ſignificabat, vt docet Auguſt. quem citat, & ſequitur Maldonat. cap. 21 Matth. à Iudæiſque ad gentes tranſlata eſt. 2. quia acceſſorium naturam ſequitur principalis de regulis iuris in 6. ſed iudicialia præcepta erant acceſſoria ad cæremonialia, ergo ſolum quandio cæremonialibus vti, licuit iudicialia ſupereſſe creduntur. Patet conſequentia, quia iu- D diciales leges ſupponebant populum Hebræum ſeparatum à gentili, & ordinatum à Deo ad peculiarem ipſius Dei cultum; vnde eo ipſo quod Deus iam talem cultum repudiauit & populum Hebræum cum Gentili in vnam Eccleſiam coniunxit cum ſeparato cultu figuratiuo & cum cæremonialibus præceptis iudicialia quoque aboleuit. 6.

Tota controuerſia eſſe poteſt; Vtrum iudicialia non modo mortua nunc ſint, ſed etiam mortifera: & quidem ſi ſermo ſit de iudicialibus legibus materialiter ſumptis iure aliquo humano canonico, vel ciuili confirmatis, etiam certum eſt non ſolum nobis non nocere illarum legum vſum: ſed ad earum obſeruationem teneri, ſi ab habente iuriſdictionem neceſſariam confirmentur hoc modo multas ex his legibus iure Pontificio 7.

Digitized by Google

canonizatas reperimus. Nam lex illa, *ſi quis per induſtriam occiderit proximum*, de qua Exod. 21. n. 14. tota omnino immutata habetur in cap. 1. *ſiquis per induſtriam*, de homicidio voluntario iiſdem verbis prolata. Item illa, *ſi rixati fuerint viri* quæ ibid. n. 18. traditur etiam canonizatus cap. 1. de iniuriis & damno dato. Præterea illa, quæ habetur n. 36. *Si autem ſciebat, quod bos cornupeta eſſet*, &c. legitur cum eadem pœna in cap. 3. *ſi bos alienus cornupeta eſſet*, &c. de iniuriis & damno dato. Denique vt alias omittam conſtitutiones, lex, *ſi effringens fur* Exod. 22. num. 2. ſtabilitur in cap. 3. *ſi perfodiens*, de homicidio voluntario. Idemque ſæpiſſime faciunt leges humanæ, vt videre eſt in lege 51. *itaque*, §. penultimo, ff. ad legem Aquiliam & l. 9. furem nocturnum, ff. ad l. Corneliam de Suariis, aliiſque ſimilibus quæ inter leges iudiciales reperiuntur, vt ſupra in hac quæſtione ſect. 2. aduertimus. Eodem modo ſi peculiaris princeps ferendarum legum poteſtatem habens aliquam ex iudicialibus confirmaret, quam ad ſui ſtatus regimen iuſtam ac perutilem iudicaret, illa proculdubio apud huius Principis ſubditos veræ legis rationem & obligandi vim obtineret: hoc poſito ſit

8. 3. concluſio, ſi iudiciales leges de nouo ab aliquo Principe non reformentur & iuris humani poſitiui vigorem non acquirant ex vi iuris diuini & Moſaicæ legis, non modo mortuæ, ſed etiam mortiferæ cenſentur. eſt expreſſa à ſancto Thoma 1. 2. quæſt. 104. art. 3. vbi ait in corpore. *Præcepta iudicialia ſunt quidem mortua, quia non habent vim obligandi: non tamen ſunt mortifera; quia ſi quis Princeps ordinaret in regno ſuo illa iudicialia obſeruari, non peccaret, niſi forte hoc modo obſeruarentur, vel obſeruari mandarentur tanquam habentia vim obligandi ex veteris legis inſtitutione: talis enim intentio obſeruandi eſſet mortifera.* D. Thom. ſequuntur communiter Theologi Medin. Conrad. & alii hoc loco D. Antonin. 1. p. tit. 14. cap. 6. §. 1. Valent. diſp. 7. q. 7. punct. 7. §. nunc quod attinet Vaſq. diſp. 180. cap. 2. Suar. lib. 9. cap. 14. n. 13. Salas diſp. 23. ſect. 8. num. 41. Sotus lib. 2. de Iuſt. q. 6. art. 1. Accedunt canoniſtæ Ioann. de Andrea. in cap. Iudæi 2. de Iudæis colum. penultima Imol. in l. ſtipulatio hoc modo, ff. de Verbo. oblig. Alex. de immol. lib. 7. conſilio 13. quod incipit. *Attentis his*. colum. 3. qui alios refert. Arnaldus de Albert. in Rubricam de hæret. errore 4. Iudæorum n. 11. tom. 5. repetit iuris Canonici.

Huic concluſioni accommodari debent textus & teſtimonia ſacræ paginæ in ſuperiori ſect. pro 1. præſuppoſito adducta. Deinde ex S. Thom. cit. quæſtione a. 2. in corpore, ita ſuadetur. Dupliciter aliquod præceptum eſſe poteſt figurale. 1. modo per ſe & primario, quia eſt principaliter inſtitutum ad aliquid figurandum: cuiuſmodi ſunt cæremonialia, quæ inſtituta ſunt ad repræſentandum Dei cultum, Chriſtique venturi myſterium. 2. modo eſſe poteſt figurale præceptum ſecundario & conſequenter; & talia erant iudicialia, quæ (vt verbis vtar D. Thom.) *Ex conſequenti aliquid figurabant: in quantum ſcilicet totus ſtatus illius populi, qui per huiuſmodi præcepta diſponebatur, figuralis erat ſecundum illud 1. ad Corint. 10. omnia in figuram contingebant illis*: ſed qui obſeruaret, vel faceret obſeruare leges iudiciales ex vi legis veteris ſignificaret, quod ſtatus illius populi adhuc duraret, & quod Chriſtus nondum veniret: ergo à recta fide deficeret, & in Iudaiſmum ſe conuerteret, & conſequenter præceptum mortiferum retineret. Quod non contingeret ſi idem materiale præceptum ex iure poſitiuo humano obſeruaretur: nam cum 1. & per ſe in tali caſu inſtitutum non fuerit ad figurandum: ſed ad aliquid faciendum, eius obſeruatio non præiudicat fidei veritati, ſed intentio obſeruandi ex obligatione legis veteris vt concludit D. Thom. in eadem quæſtione 104. a. 3. in corpore.

De 3. genere præceptorum etiam indubitatum eſt apud omnes Theologos cęremonialia præcepta omninò ceſſaſſe, mortuaque de facto eſſe cum Magiſtro in 4. diſt. 3. L. K. Alenſ. 3. p. q. 55. memb. 5. a. 1. D. Thom. 1. 2. q. 103. a. 3. & Canoniſtæ cum Innocentio III. in cap. volens vnicum de purificat. poſt. part. & cap. non eſt peccatum, §. his itaque diſt. 6. aliiſque capitibus citatis in præcedenti ſectione. Quod hæc enim præcepta mortua præſertim dicitur lex vetus & omnino ceſſaſſe, vt late diſputat Auguſt. toto lib. 6. contrà Fauſtum. Vnde cap. 4. ait. *Ceſſationem vero Sabbatorum iam quidem ſuperuacuam ducimus ad obſeruandum, ex quo ſpes reuelata eſt noſtræ ſalutis æternæ.* Et ratio, quia cum cæremonialia 1. & per ſe ordinarentur ad figurandum; de his enim ſpectatim dixit Paul. ad Coloſſenſ. 2. n. 18. *quæ ſunt vmbra futurorum.* Recte infert Auguſt. lib. citato cap. 2. *oſtendit iam non opus eſſe, vt cum res ipſas iam manifeſtatas agimus, figurarum præmonſtrantium celebrationi ſeruiamus.* 9.

Tota difficultas eſt quo modo hæc cæremonialia mortifera ſint in vſu & exercitio; ad cuius explicationem aduerte duobus modis exerceri poſſe cæremonialia. 1. formaliter ea intentione, qua in vſu licito erant in lege veteri, non ponendo ſpem ſalutis in illis, quaſi ipſa lex de ſe iuſtificaret, ſed in fide Chriſti poteſtate in ipſis & illum venturum præfigurando. Et in huiuſmodi vſu eſt manifeſtum mendacium contrà fidem & fit iniuria Chriſto, eiuſque legi, quaſi illa non ſufficeret ad ſalutem. Vnde ſequitur talem vſum eſſe lethiferum & hæreticum teſte, D. Thom. 1. 2. q. 103. a. 4. in corpore, cum D. Auguſt. lib. 19. cap. 16. quia per hunc vſum ſignificatur Chriſtus venturus, & ſub hac formali intentione cæremoniæ legales exercētur. 2. modo accipi poteſt idem vſus cæremonialium quaſi materialiter reſpectu intentionis prædictæ ſine credulitate legis antiquæ, quod biſariàm adhuc contingere poteſt 1. ſi abſque intentione diuini cultus, ſeu religionis

fiant cæremuniæ aliquæ legales ob alium finem, vel commoditatem. 2. ſi exerceantur reucra ex intentione cultus diuini, verum ſine fide Chriſti venturi & præſciodendo ab ſpirituali ſignificatione legis ſcriptæ, ſed ob venerationem Dei ex proprio arbitrio, aut ex determinatione Eccleſiæ: his poſitis.

4. Conclusio Vſus materialis alicuius cæ-
10. remoniæ Iudaicæ, priuatim remoto ſcandalo per ſe malus non eſt, neque ex iure aliquo poſitiuo diuino prohibitus, quando de ſe habere poteſt alium finem commodum, per quem ex intentione operantis cohoneſtetur, hæc deducitur ex doctrina Alenſ. 3. p quæſt. 55. memb. 5. ad 3. §. ad ea. D Thom. 1. 2. quæſt 108. art. 4. ad 1. Valent. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 7. §. 2. *potuerunt.* Sotus lib. 2. de Iuſt. quæſt. 5. art. 4. in fine corporis. Suar. lib. 9. cap. 14. num. 6. Salas diſp. 23 ſect. 8. num 44. Probatur quia ſi quis abſtineat à cibis in lege veteri prohibitis ſanitatis causâ, vel aliam cæremoniam exerceat, Iudaicam priuatim, & ſine ſcandalo ob aliquam ſibi commodum finem, non eſt, vnde tanquam malus reprobetur hic actus: nam de ſe malæ non erant cæremoniæ, ſi quidem Deus præcepto poſitiuo iubere oon poteſt quod de ſe intrinſece malum eſt. Deinde nullum eſt ius poſitiuum. vnde colligator prohiberi malom vſum cæremonialium præceptorum priuatim, remoto ſcandalo: nam publice non ſine ſcandalo regulariter ſimiles cæremoniæ fiunt, quia cum intentio operantis nota ooo ſit, & eæ cætemoniæ vſurparentur factæ vt in lege antiqua, & ad certum finem, vt ſic illicitum ordinarentut; Præſumptionem Iudaiſmi contra ſe illis cæremoniis publice vtens, merito cauſaret.

5. Concluſio, nullus vſus formalis cære-
11. monialium præceptorum ob Dei venerationem & cultum præſcindendo à credulitate & ſpirituali ſignificatione legis ſcripiæ ex proprio arbitrio, nunc eſt licitus, ſed mortiferus; item ex Eccleſiæ determinatione; ſimiliterque talis eſt vſus, qoi pertinet ad ſacrificia, ſacramenta, aliaſque cæremonias, quæ erant quaſi ſubſtantiales præcipuæ, & fundamentales in illa lege. Hæc eſt communis veterum Theologorum in 4 diſt. 1 & 3. quatenùs docent cæremonialia ſtatim fuiſſe mortifera poſt ſufficientem Euangelii prædicationem, & expreſſa eſt à D. Thom. 1. 2. quæſt. 104. art. 3. & 2. 2. quæſt. 87. art. 1. conſtituente diſcrimen inter iudicialia, & cæremonialia præcepta: quod cæremonialia 1. & per ſe ad figurandum ordinata ſunt, quem ordinem per ſe non amittunt, quando in Dei cultum exercentur: hæc enim eſt illorum inſtitutio, & ideo vſus illorum formalis, etiamſi præciſe ex intentione operantis ad ſolum Dei cultum ordinetur, veritati fidei cenſetur præiudicare. Iudicialia vero cum ordinarentur per ſe 1. ad bonom populi regimen in eo ſtatu, ſi innouentur ab aliquo Principe. quatenùs vtilia videntur gubernationi ſuæ Reip. fidei veritati noo officiunt. quia quando noo ſunt acceſſoria cæremonialium, neque ſecundario ſunt figuratiua. Idem tuentur Recentiores Sotus, Medin. Valent. Suar ſuprà citati contra Caietanum 3. p. quæſt. 37. art. 1. aſſerentem circumciſionem eſſe licitam, ſi intentione imitandi Chriſti ſumatur, in quo grauiter ab ipſiſmet Thomiſtis reprehenditur?

1. pars quod nulli licitus ſit vſus formalis cuiuſcunque cæremonialis præcepti ex arbitrio ſuadetur. 1. ex diſcrimine D. Thom. ſupra dicto, quia præciſio illa particularis perſonæ ſeparantis à cæremonia in cultum Dei exhibita, credulitatem Chriſti venturi, & ſignificationem myſteriorum legis gratiæ futuræ, non ſufficit ad auferendam Inſtitutionem Dei volentis, vt eæ cæremoniæ in ſuum cultum exhibitæ id ſignificarent, & ideo ne falſa eſſet ſignificatio, certum terminum illatum vſui præfiniuit, ergo qui vltra illum terminum iis cæremoniis vteretur ad colendum Deum, falſam faceret Dei inſtitutionem & contra ipſius inſtitutum ageret. Probatur antecedens ſi quis Chriſtianus præ ſe ferat ſignum, quod ex inſtitutione hæreticorum vel Maurorum, ſignificaret illum, qui eo vteretur ſigno, ipſorum ſectam profiteri, proculdubio, quamuis ipſe ex propria inſtitutione illam nequeat profeſſionem indicare, non excuſabitur ab illicito, & mortiſero vſu ſigni peruerſam ſectam indicantis, ergo à fortiori idem dicendum in cæremoniali ſigno, quod à Deo inſtitutionem accepit, quando in ſuum cultum, & venerationem exhibe-retur.

Probatur 1. quia circumciſio, quæ ſuſci- 12.
peretur ad imitandum Chriſtum, ſuſcipi deberet, vt ſacramentum veteris legis: ergo iam in Iudaicam ſuperſtitionem incideret, qui hac ratione illam acciperet. Dices hanc imitationem intendi ſolum in materiali vulnere, & in doloris ſenſu, & carnis mortificatione. Vrgeo tamen, quia materialis circumciſio ſic accepta in pueris, ante vſum rationis meritoria non eſſet, neque fructifera, vt patet; in adultis vero imprudens, & conſequenter ſtudioſa non eſſet, ſed ſuperſtitioſa. Etenim homo non habet dominium in propria membra, vt aliquam illorum partem abſcindat etiam Chriſtum volens imitari: alioqui manus, & latus poſſet perforare propter eandem imitationem. Confirmatur quia neque ob carnem mortificandam, aut caſtitatem tuendam, licet membrum, aut membri partem abſcindere, vt tradit Couar. in Clement ſi furioſus p. 1. in principio num. 6. & probatur multis teſtibus. Cap. ſi quis abſcidit, vbi duo Apoſtolorum canones inſeruntur, & cap. hi qui ſe, cap. qui partem, cap. ſi quis à medicis. cap ſi quis pro ægritudine diſt 55. L. 4. Diuus, ff. ad L Cornel. de Sicariis. Item partit. 1. titulo 6. L. 25. & eſt communiſſima Theologorum ſententia cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 64 art. 5. per totum, qua de re videri poteſt Gomezius de poteſt. in ſeipſum lib. 2. cap. 10. per totum.

2. pars Concluſionis, quatenùs ait etiam ex determinatione Eccleſiæ eſſe illicitum, & mortiferum formalem vſum earum cæremoniarum,

niarum, quæ præcipuæ & fundamentales ſunt in lege veteri, quamuis fiant cum præciſione ab intentione, & credulitate illius, vnde Eccleſia nunquam illorum vſum formalem fidelibus præſcribit: defenditur à Couar. lib. 1. Variarum reſolut. cap. 17. num. 1. referente Maiorem in 4. diſt. 3. q. 1. col. 1. Driedorum tom. 2. de libertate Chriſt. fol. 81. Antoninum 1. p. tit. 14. cap. 5. §. 9. Sed hi authores in genere loquuntur de omnibus cæremonialibus à Deo inſtitutis per ſe ad figuranda myſteria Chriſti venturi, & ſpeciatim non deſcendunt ad faciendam hanc diſtinctionem inter cęremonialia. Probatur quia ceſſatio legis veteris quoad cæremonialia, eſt de iure diuino: ergo ex inſtitutione Eccleſiæ nulla cæremonia licita eſſe poteſt, quæ ſit ſubſtantialis, & fundamentalis in tali lege, V. G. ritus Sacramentorum Sacerdotii, ſacrificiorum, & ſimilium: de his præſertim loquor, quia noo repugnat eſſe aliquam cæremoniam accidentalem ab Eccleſia innouatam ad cultum Dei, quæ conſiſtat in ornatu, & apparatu exteriori, V. G. ornamenta, veſtes, vaſa, altaria, thurificatio, decimarum, primitiarumque ſolutio, & aliæ cæremoniæ, quæ ex ſe poſſunt ordinari ad decentiã & decorum Sacerdotii legis gratiæ, quod in illa priori, & antiquo figurabatur, quæ poſt legẽ Euangelicam iure Pontificio ſunt innouata, vt patet ex cap. 1. de Conſecrat. diſt. 1. & cap. item 1. de Purificatione poſt partum, & ſimiliter aliqua corporis vitia, quæ ex veteris legis inſtituto Sacerdotium impediebant in lege noua ab eadem Sacerdotii dignitate repellunt. vt videre eſt de corpore vitiatis & diſt. 49 & 55. Huius diſcriminis ratio inter cæremonialia præcipua, fundamendaliaque, & inter alia minoris momenti, & veluti accidentalia eſt quia illa in venerationem Dei, & religioſum cultum accepta præſcindi nequeunt ab inſtitutione, & repræſentatione futurorum, & neceſſario præindicant veritati fidei, quoniam illæ ſubſtantiales cæremoniæ de ſe alium non habent finem; At hæ accidentales ſunt veluti per accidens coniunctæ cum illis: de ſe enim habent quandam condecentiam naturalem, vt vtilem in venerationem Dei, præciſa quacunque inſtitutione, & ſignificatiooe, vt videre eſt in veſtibus, vaſis & reliquo apparatu: item ſolutio decimarum eſt ad ſuſtentationem Sacerdotum, & Eccleſiaſticorum.

De antecedente huius probationis dubitat Suar. lib. 9. de legibus cap. 18. numero 5. Et in primis aſſerit eſſe mortiferas de iure diuino cæremonias legis, ſi ad ſalutem earum obſeruatio neceſſaria exiſtimetur. Et de præcepto Eccleſiaſtico factam eſſe mortiferam obſeruationem cæremonialium etiam ſine illa exiſtimatione, & licet ſolum ad cultum Dei ordinentur, ad auferendum ſchiſma inter populum Gentilem, & Iudaicum. Si vero aliquis hinc inferat ex hoc ſequi potuiſſe Eccleſiam vſurpare cæremonias legis antiquæ etiam præcipuas & fundamentales. Reſpondet concedendo illationem de potentia abſoluta, & negando de potentia morali, quia

A Spiritus Sanctus Eccleſiæ Rector id non permittit, quoniam in deſtructionem eſſet, & non in ædificationem. Verum hæc ſententia prȩterquam quod ſit, vt exiſtimo, contra D. Th. citatum, item contra D. Hieronymum, & Auguſt. quippe qui quamuis differrent in aſſignatione temporis, quo legalia mortifera eſſe cȩperint; vterque tamen de Iure diuino illa eſſe mortifera non obſcure ſignificarunt. Nam de D. Hieron. nemo dubitat; at D. Aug. lib. de hæreſib. hæreſi. 9. Nazareos hæreſis arguẽs quod legalia obſeruarẽt, addit, *quæ Chriſtiani per Apoſtolicã traditionem nõ obſeruare carnaliter intelligere didicerunt*, & hæreſ. 10. de Hebioo. dicit, *mandata carnalia legis obſeruant, circumciſionem ſcilicet carnis, & cætera, à* B *quorum oneribus per nouum teſtamentum liberati ſumus*, quod eſt ius diuinum.

Quamobrem idem Suar. n. 7 addidit hanc prohibitionem cæremoniarum legalium dici poſſe ex iure diuino poſitiuo oriri, & ex iure naturali fieri mortiferam earumdem obſeruationem. Cæterum quod de iure naturali Suar. adiunxit ſuam reſolutionem reddit obſcuram. Nam vel ius naturale habet aliquid particulare in mortifero vſu formali harũ cȩremoniarũ, vel additur ſolum, quia de iure naturali tenemur Deo iubenti obedire; & oppoſitum faciendo, ius naturale conſequenter violamus, hoc 2. eſt omnino inutile ad declarandum ius diuinum poſitiuum, quia ſemper illud ſupponit. 1. quod videtur indicare Suar. dicens illas C cæremonias poſita prohibitione Dei, pertinere ad ſuperſtitionem, non ad religionem, non ſatis intelligitur; quia illæ cæremoniæ ordinatæ ad Dei cultum per ſe malæ non ſunt, neque ſuperſtitioſæ, ergo non ſunt contra ius naturale 1. & per ſe; & ſanè niſi eſſent à Deo inſtitutæ vſque ad certum tempus ad aliquid ſignificandũ, quia ſignificatio rei futuræ poſtquam iam eſt præſens, præiudicat veritati rei ſignificatæ à Deo, & ipſius authoritati derogat, veræq; fidei repugnat, nulla malitia ex vſu earum cæremoniarum reſultaret: ergo totum ius ex quo hæ cæremoniæ mortiferæ nunc cenſentur, poſitiuum eſt diuinum, non naturale 1. & per ſe, & ita docet Alenſ. 3. p. q. 55. memb. 5. a. 3. in corpore; & Theologi communiter aſſerentes has cæremonias per ſe non eſſe malas ex obiecto.

Solum ſupereſt hac in re oſtendere aliquod 13.
D teſtimonium, vnde hoc poſitiuum ius diuinum colligatur. Couar. ſupracitatus hoc colligit ex comparatione Pauli ad Galat. 4 Vbi Agarem cum lege veteri, & Saram cum lege gratiæ contulit, & ſicut dictum eſt Abraham, eiice Ancillã, ita Chriſtiano populo dici, vt cæremonialia legis antiquæ omnino abiiciat; quam interpretationem textui Apoſtolico in ſuperiori Capite, & in præſenti vti maxime conformem tradidit Salmeiron. diſp. 30. ad hunc locum, §. vltimo dicens. *In ſpiritu ſignificatum eſt vetus teſtamentum aliquando eijciendum, vt non ſit eius vſus in populo Dei.* 2. locus eſſe poteſt ille Malach. 1. num. 11. *non eſt mihi voluntas in vobis, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra*; quem

à Conſil. Tridentino expoſitum in 3. funda-
mento ſect. 7. adduximus, & ſatis oſtendit
ſacrificia legis veteris à Deo tempore legis,
gratiæ nmnino fore inuiſa, cui concinit Eſai.
1 n. 12. *ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra,*
incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniam
& Sabbatum, & feſtiuitates alias non
feram. iniqui ſunt cœtus veſtri. Quem locum
Vgn Cardinalis verbis ex gloſſa ordin. ac-
cepris ſic exponit. *Audiant hoc Hebionitæ*
qui poſt Chriſti paſſionem putant eſſe legem
ſeruandam cum Euangelio, & aliter non poſſe
ſaluari. Audiant hoc & eorum ſocij, qui Iſ-
raëlitico tantum generi cuſtodiendam decer-
nunt, qui dicunt quod tantum conuerſi de
Iudæis debent legalia cum Euangelio obſerua-
re. Eodem mndo locum exponit Tertull. lib.
1. contra Marcion. cap 6. Cyrill. contra Iu-
lianum lib. 9 & in Ioannem ad ea verba, *vos*
attendite ad diem feſtum hunc. Denique Leo
à Caſtro ex Ambroſ. & Auguſt. Mitto alia
ſimilia teſtimonia.

Neque dicaa hæc probare cæremonias Iu-
dæorum eſſe mortiferas factas quaſi ex ne-
ceſſitate obſeruandi legem. Item ex credulita-
te & intentione illius. Nam ibi non diſtingui-
tur intentio ab exhibiti)ne ſacrificiorum, quæ
in cultum Dei ordinantur. Sed Deus ſacrifi-
cia ſimpliciter illa ſibi oblata repudiat, & abo-
minatur: & ratio eſt, quam ſuprà addnximus,
quia ſic coniuncta eſt intentio, & ſignifica-
tio harnm cæremnniarum cum diuino cultu,
& religionis honeſtate ex inſtitutione Dei,
vt iuxta ius diuinum poſitinnm ſeparari non
poſſint: & conſequenter ſine præiudicio di-
uinæ authoritatis, & veritatis in Dei vene-
rationem nequeant exhiberi. Hinc eſt quod
minns probem illam doctrinam, quam Do-
ctor Suar. lib 9. cap. 19. à nnm. 5. vſque 15.
tradidit legem veterem quantum ad ſua præ-
cepta, quoad obligationem mortnam fuiſſe,
quando noua lex incæpit, & cum lege nnua
pariter permanſiſſe, quoad inſtitutionem. Ra-
tin eſt, quia inſtr utio legis ita cum obligatio-
ne coniuncta eſt, vt illa ceſſante legis ſtatum
amittat, & in concilium vel in actum à lege
permiſſum tranſeat ab inſtitutione ſeparatum,
ergo non potuit lex vetus in ſuis præceptis
permanere quoad inſtitutionem, & quoad
obligationem mortuam eſſe. Probatur quia ſi
rex legem inſtitueret animo obligandi vſque
ad certum tempus; peracto illo tempore, &
ceſſante legis obligatione, inſtitutionem legis
ceſſare neceſſe eſt: nam inſtitutio pariter cur-
rit cum regis iuſſu & legis obligatione, à cu-
ius arbitrio vtraque pendet, quod ſequent.
ſect. amplius declarabitur.

Dirimitur controuerſia inter D. Hieron. & D. Aug. circa tempus, quo vſus legalium cæpit eſſe mortiferus.

SECTIO IX.

HVic controuerſiæ inter ſacros Doctores
Hieronym. in Epiſtola 8. quæ eſt 11. An-
A guſtini, & ipſum Auguſtinum in Epiſtola 19.
occaſionem præbuit illa inter Eccleſiæ prin-
cipes diſſenſio. Paulique aduerſus Petrum
reprehenſio. De qua, Paulus ad Galat. 2. vbi
D. Hieron. ſuam etiam ſententiam expoſuit.
Nam finito Apoſtolorum concilio Hieroſo-
lymis habito, ait Paulus in dicto cap. 2. *Cum*
autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem
ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. Subdit-
que reprehenſionis cauſam, *ſi tu Iudæus cum*
ſis gentiliter viuis, & non Iudaicè, quomodo
cogis gentes Iudaizare? Et prætermiſſis impru-
dentibus hæreticorum conuitiis, quibus in
duos Eccleſiæ principes hoc in loco inue-
huntur, ad Hieronymi, & Auguſtini partim
conuenientes, partim diſſidentes ſententias
veniamus. Verum antequam vtriuſque dicta
proponam, ſupponendum eſt Cepham, de 1.
quo loquitur Paulus, & quem reprehen-
B dit, non fuiſſe alium à Petro Apoſtolo, eodem
nomine appellatum; neque vnum eſſe ex ſep-
tuaginta diſcipulis, vt præter alios optime
oſtendunt Suar. lib. 9. cap. 16. n. 4. Cornelius
& Iuſtinianus cap. 2. ad Galatas; contra alios
id opinantes.

Tria igitur aſſerebat Hieronym 1. lega- 2.
lia ſtatim poſt Chriſti paſſionem non mndo
mortua, ſed mortifera fuiſſe; ita illum in-
terpretatur D. Thom. 1. 2. quæſtione 103.
art. 4. ad 1. & Recentiores magis commu-
niter. Valent. 1. p. diſp. 7 quæſt. 7. punct.
7. Vaſques 1. 2. diſp. 182 cap. 2. numero 9.
Salas tract 14. diſp. 23. ſect. 9. n. 59. quamuis
Suar. citatus num. 1. aliter ſentiat, probabat
Hieronymus 1. quia poſt quam lex noua incæ-
C pit, qui legalibus vteretur cæremoniis, vt
ſe illis aliqua ratione ſanctificaret, iniuriam
Chriſto irrogabat, quaſi lex gratiæ, cuius
ipſe author erat, ad ſalutem non ſufficeret.
2. quia talis vſus continebat pernicioſum
mendacium, ſignificans Chriſtum ventu-
rum. 3. quia ſi aliquando licitus fuiſſet ta-
lis vſus, etiam nunc liceret, quia idem ius
diuinum quod illum vſum prohibet, nunc
prohibuit ex eo puncto, quo lex noua in-
cepit. 4. quia poſtquam eæ cæremoniæ mor-
tæ fuerunt, nec bonæ, nec vtiles eſſe potue-
runt, neque indifferentes: ergo malæ, & mor-
tiferæ.

2. licitum fuiſſe Apoſtolis his cæremoniis
vti non ex animo, quaſi in illis ſpem ſalutis
D ponerent, ſed per prudentem ſimulationem
ad vitandum ſcandalum Iudæorum, qui ſi
viderent legem veterem ab Apoſtolis deſpi-
ci, nouam minime reciperent. Probat quia
prudens ſimulatio non modo in rebus huma-
nis, & politicis, ſed etiam in diuinis, & ad
religionem attinentibus licita eſt, vt ex va-
riis locis ſacræ paginæ deducit, atque adeo
de facto hac intentione ſe Paulum purifi-
caſſe cum Iudæis, antequam templum ingre-
deretur ſecundum conſilium Iacobi, & ſe-
niorum, oſtendit ex authorum. 11. neque in-
ficiatur Paulus 1. Corinth. 9. num. 20. *Fa-*
ctus ſum Iudæis, tanquam Iudæus, vt Iu-
dæos lucrarer, & Galatas 2. num 13. loquens
de ſimulatione Petri ait, *& ſimulationi*

eius conſenſerunt cæteri Iudæi. Confirmari-
3. que poteſt hoc dictum Hieronymi iore Canonico, & ciuili. In vtroque enim ſimulatio vtilis permittitur, & approbatur, vt in cap. relatum de iis, quæ vi cap. vtilem 22. quæſt. 2. cap. Dominus 23. quæſt. 2. cap. in mandatis 43. diſt. l. 19. doli exceptio, §. diuerſum de nooatioo. l. 7. ſi ancillam Cod. de contrah. Empt. l. 1. hoc edicto, §. non fuit, ff. de dolo. Inſtit. de Action. §. aliæ autem.

3. tam Petrum vſum fuiſſe hac prudenti ſimulatione; quam Paulum. De D. Petro dixit Paulus ad Galatas 2. num. 13. *Et ſimulationi eius conſenſerunt cæteri Iudæi.* De Paulo ex eo colligit Hieron. quod ipſe dixerit. Petro reſtitiſſe in faciem, id eſt, *ſecundum faciem publicam*, vt idem Hieron. exponit; atque ita interſe inuicem Apoſtolorum Principes hoc diſſidium ſimulaſſe, vt eo artificio diſcipulorum vtilitati deſeruirent, controuerſiæque inter coouerſos ex Paganiſmo & Iudaiſmo ſubortæ componerentur. Hac prudenti ſimulatione ita Petrum & Paulum excuſat Hieron. & in ſuæ ſententiæ confirmationem adducit Origenem, Didymum, Euſebium Emiſſeoum, Theodonem, Heracleonrem & Ioannem Conſtantinopolitanum. In eamdem Hieronymi ſententiam inclinat Cyrill. Alexand. lib. 9. contra Iulianum, §. vltimo, Caſſianus clarios ſignificat collatione 17. cap. 2. item Brixian. Adam. Maior. Adrianus eitati à Suario num. 7.

Iam vero Auguſt. quatuor aſſerebat in duobus cum Hieron. conſentiens, & io to-
4. tidem diſſerens. 1. conoeniebat in hoc, quod poſt Chriſti mortem legalia mortua eſſe cœperint. 2. ab eo temporis puncto legalia ad ſalutem minime neceſſaria cenſeri: Ideoque obſeruationem eorum ponendo iu illis ſalutis ſpem, fuiſſe mortiferam: quod intelligi debet non ſolum ponendo ſpem in illis abſque credulitate, & ſpe Chriſti venturi, quaſi ſola lex Moyſis per literam ſalutem afferre poſſet, hoc enim etiam tempore, quo lex vetus vigebat, ſemper mortiferum, & hæreticum fuit, iuxta definitionem Tridentini Seſſ. 6. cap. 1. & can. 1. ſed cum ſpe etiam & credulitate in Chriſtum, quomodo licita & neceſſaria fuit legalium obſeruatio ante Chriſti paſſionem: hoc etiam modo inquam ponendo in legalibus ſaluris ſpem tanquam in neceſſatiis ad ſalutem, lethalem eſſe eorum obſeruationem, & de his ſatis dictum eſt ſuprà. 1. in quo diſſentit ab Hieron. eſt quod Auguſtinus ait. vſum cæremoniarũ non omnino materialiter, neque ex animi ſimulatione, ſed ex vera Religione, animique ſinceritate licitum fuiſſe aliquo tempore poſt Chriſti paſſionem vſque ad ſufficientem legis Euãgelicæ plantationem. 1. quod ex 1. ſequitur, neque Petrum ſimulatione vſum in legalium exercitio, neque Paulum in Petri reprehenſione diſſidium vmbratile ſimulaſſe. Pro ſua ſententia eitat Auguſt. cap. 3. Epiſt. 19. Ambroſ. & Cyprian. ille hoc dicit in Epiſt. ad Galat. 2. Hic Epiſtola 71. ad Quintum. poſſet etiam pro ſe citare Tertull. lib. 4. contra Marcion. cap. 3. & de Præſcript. cap. 23. ſed for-

A taſſe illum omiſit, quia excludi poterat eodem fundamento, quo ipſe excluſit aliquos à Hieronymo citatos, quia in hæreſim prolapſi fuiſſent. Idem etiam tenet Greg. lib 28. Moral. Ancel & Beda ad Galat. 2.

Hanc Auguſtini ſententiam omnino eſſe præferendam diximus ſect. 7. ad finem, & inter Theologos eſſe receptiſſimam, quos ibidem citauimus. Nunc ſupereſt illa duo, in quibus Auguſtinus ab Hieronymo diſſentit, confirmare, & oppoſitas rationes ſoluere. Primom ergo probat Auguſt. in Exhibitiooe legalium cæremoniarum non eſſe licitã ſimulationem. Vnde infert dicenduio eſſe vſum legalium non ex animi ſimulatione, ſed vere & ſincere eo tempore licitũ fuiſſe. Quod verò illa ſimulatio licita non eſſet Auguſtinus con-
B firmat ex eo, quod officioſum, vel pernicioſum in factis mendacium præſe ferebat, quod cohoneſtari non poſſet: nam ſicut verbis, ita etiam factis mentiri contingit. Hanc rationem vt infirmam reiicit Suar. lib. 9. cap. 18. n. 5. quia numquam ſe legiſſe, ait D. Hieronymum exiſtimaſſe propter aliquam vtilitatem mendacium licere, præſertim cum ipſe ſe explicauerit Epiſt. 89. ad Auguſt. ſuæ mentis non eſſe officioſum mendacium Apoſtolis tribuere, ſed honeſtam ſimulatiouis diſpenſationem. Deinde quia ex admiſſa ſimulatione non ſequitur oeceſſariò meodacium. Verum Auguſt. rationem, vt efficacem merito admittunt communiter Recentiores cum Vaſq. diſp 18; cap. 4. n. 18. nam ad hoc non opus eſt à D. Hieron;
C doctrioam de officioſo mendacio expreſſè edoceri: hoc enim tãquam abſurdũ ex illius ſententia ſequi Auguſt oſtendit in Epiſtola . . ex eo quod nihil aliud ſit diſpenſatiue ſimulare, niſi ex diſpenſatione meotiri: quod vero ex doctrina Hieron ſequeretur ex D. Th. 2. 2. quæſt 111. art 10 ſic probatur. *Simulatio proprie eſt mendacium quoddam in exteriorum ſignis factorum conſiſtens. Non refert autem vtrum aliquis mentiatur verbo, vel quocunque alio facto.* Sed ſi Apoſtoli ficto & ſimulato animo legalibus vterentur cæremoniis, aliud rebus, factiſque vellent ſignificare, aliud ſibi verum perſuaderent. Ergo &c. Minor probatur; nam illæ cæremoniæ Iudaicam profeſſionem de ſe oſtendebant, ſuppoſita inſtitutione Dei, quæ etiamſi abolita eſſet
D in veritate, tamen oſtendebatur earum cæremoniarum vſu quaſi permaneos; & ſic mendaciũ proferebat apud Iudæos, qui credens illas eſſe inutiles, & à Deo repudiatas, nihilominus eas in Dei venerationem exerceret; quis enim dicat non mentiri factis illum, qui vt Iudæus videatur, cæremooiis Iudæorum vtitur, cum verè ſit in animo Chriſtianus?

Neque cohoneſtari poteſt hoc mendacium ſi non formali iotentione fallendi, ſed vitandi ſcandalum committatur, quod D. Chryſoſt. homil. 5?. in Geneſ & cum eo Caſſian. citatus aſſerebat: nam in cap. ſuper eo de Vſuris; non Innocentius, vt aliqui citant, ſed Alexander tertius definiuit *neque pro alterius vita ſeruanda mendacium licere*, eademque doctrina inculcatur ex D. Iſidoro in cap. omne genus ex D. Auguſt. in cap artificioſo, in

cap. ne quis arbitretur in cap ſi quis ad te
22. q. 2 Et ſane talis cenſeretur illa Apoſto-
lorum ſimulatio, etiamſi formalem intentio-
nem fallendi non haberent Iudæos; quia ſuf-
ficeret virtualis. vt idem Suar. n. 7. admittit.
Virtualis vero neceſſariò coniuncta eſſet cum
illa voluntate proferendi ſigna quæ ſuppoſi-
ta inſtitutione diuinæ Iudæos ad illam de-
ceptionem inducerent. Item hoc etiam Apo-
ſtoli intendebant: ſolum enim hac ſimulatio-
ne, ſeu deceptione mediante, illorum ſcan-
dalum vitari poſſe exiſtimabant: ergo dicen-
dum omnino eſt Apoſtolos nulla vſos fuiſſe
ſimulatione, ſed reuera prædicaſſe eas cære-
monias iam ceſſaſſe, & ad illas neque Iudæos
teneri: hoc enim ſignificant illa verba acto-
rum 21. *Audierunt autem de te, quod diſceſ-
ſionem doceas à Moyſe.* Item ad Galat. ſcili-
cet, *ſi circumcidimini, Christus vobis nihil pro-
derit.* Iis vero cæremoniis vtebantur tanquam
licitis ex diuina diſpenſatione, quandiu Euan-
gelium ſufficienter non promulgaretur. Vn-
de non recte infertur à Suar. citato Apoſto-
los etiam ſecundum ſententiam Auguſtini
ſimulaſſe ſe obſeruare legem, tanquam illi
ſubiectos: qua enim ratione Auguſtinus ad-
mitteret ſimulationem, quam in Hieronymo
taxauit? Et hanc fuiſſe Auguſtini mentem,
omnem omnino ſimulationem denegare in
factis Apoſtolorum, & in dictis ſatis patet ex
Epiſtola 9. in qua cum de legalibus loquere-
tur, hac vtitur comparatione. *Sicut defuncto-
rum corpora neceſſariorum officijs*, id eſt Iu-
dæorum, *deducenda erant quodam modo ad
ſepulturam, nec ſimulate, ſed religioſe.*

2. ratio in qua Vaſq. cap. 5. & Suar. n. 14.
61 conueniunt non iam ex veritate, ſed ex reli-
gione deſumitur. Veritati fidei repugnat ſi-
gna erroris contrarii exhibere: ſed vſus cæ-
remoniarum legalium erat mortiferus, &
conſequenter ſuperſtitioſus in ſententia D.
Hieronymi; quia præiudicabat fidei veritati,
exhibendo ſigna errorem contrarium ſignifi-
cantia; ergo non ſine Religionis Chriſtianæ
offenſione Apoſtoli ea ſimulatione vti poſſent.
Conſequentia probatur, quia hoc non eſt oc-
cultare veritatem, ſed errorem illi contrarium
profiteri. Corroboratur ex circunſtantia ſcan-
dali ex hoc facto promanantis. Nam Iudæi, qui
his cæremoniis vtebantur, cum Apoſtolos vi-
derent eaſdem exercere, ſe in ſuo errore ma-
xime confirmabant credentes illum vſum eſſe
ſaltem licitum & fructiferum. Sed Apoſtoli
ex officio tenebantur errores fidei corrigere,
non confirmare, ergo contra ſui officii obliga-
tionem fideique Euangelicæ prædicandæ reli-
gionem agerent ſi legalium vſu Iudaiſmi pro-
feſſionem ſimularent Antequam 2. in quo Au-
guſt. differebat, ratione probetur, oppoſitas
rationes, quæ pro primo D. Hieronymi dicto
adductæ ſunt, ſoluamus.

Ad primam ergo Reſpondeo nullo modo
7. pro eo tempore, quo Euangelium promulga-
batur, Chriſto iniuriam irrogari legalium cæ-
remoniarum vſu, niſi in illis ſalutis ſpes po-
neretur, vel quaſi neceſſariæ ad ſalutem fie-
rent; quia cum de ſe malæ non eſſent, noluit
Dominus eas ſubito reprobari, ad honorem

A legis ab eo datæ, quare adhuc ex ordinatione
diuina illum vſum permiſſum tunc eſſe conſtat
ex Apoſtolorum interpretatione: nam cum in
gratia confirmati eſſent, peccare lethaliter non
poterant: ſi igitur cæremoniis legis vteban-
tur, mortiferus non erat illorum vſus. Ad 2.
negandum eſt in illis cæremoniis contineri
pernicioſum mendacium, quia finita erat eius
inſtitutio, & ſignificatio Chriſti venturi; ita
vt ſolum Deo ſic permittente in illius venera-
tionem exhiberentur religioſe, non ſuperſti-
tioſe, nec per ſimulationem fallaciæ ab Apo-
ſtolis exercerentur. Quod totum cum ex di-
uino iure poſitiuo penderet, & Dei accepta-
tione, mirum non eſt, ſi pro illo tempore ad-
huc illas cæremonias, non vt neceſſarias ad
ſalutem fieri tunc permitteret, etiam non ſine
merito aliquo Apoſtolorum illas in gratia
exercentium, vt docet Suar. cap. 21. num. 11.

Cæterum minus mihi placet quod idem 8.
B doctor c. 19. n. 5. & ſeq. addidit veterem legē
quoad cæremonialia mortuam fuiſſe quantū
ad obligationem, non quantum ad Inſtitutio-
nem, quod in fine ſuperioris ſectionis cæpi-
mus impugnare: credidit enim Suar. legē ve-
terem, quantum ad inſtitutionem pariter mor-
tuam, & mortiferam eſſe cæpiſſe Vnde toto
illo tēpore ante ſufficientem Euangelii prædi-
cationem illam legem vim ſanctificandi lega-
liter retinuiſſe. Hæc igitur ſententia mihi mi-
nus placet. 1. quia iam non ſolū contra Hiero.
ſed etiam contra Auguſt exiſtimat legē quoad
præcipuam illius partem, nec mortuam, neque
mortiferā fuiſſe poſt Pentecoſtem inter Apo-
ſtolos & Iudæos, quibus iam prædicata erat
lex Euangelica; cum omnes D. Auguſt. inter-
C pretentur, vt omninò cum D. Hieron. con-
ſentiat in hoc, quod legalia ab eo punctu mor-
tua fuerint, a quo lex Euangelica cæpit obli-
gare; quod vel fuit inſtans Chriſti Domini
mortis, vt ſupra diximus, vel in ſententia Sua-
rii poſt Pentecoſtem, reſpectu eorum, quibus
tunc promulgata fuit lex gratiæ. 2. ſi legis cæ-
remoniæ quoad inſtitutionem mortuæ non
erant, ergo neque quoad obligationem. Nam
illorum inſtitutio legum conſtitutio fuit, quæ
obligationem neceſſariò inducunt, vt veræ
leges cenſeantur. Vnde ſi ponamus, quod il-
larum obligatio ceſſauerit, earum inſtitutio
non perſeuerat. Nam quod Deus poſt ceſſa-
tionem harum legum cæremonialium adhuc
D eos recipiat in ſuum cultum religioſe exhibi-
tas tempore illo promulgationis nouæ legis,
noua quædam ordinatio Dei fuit; quippe qui
per legem nouam, ita veterem abrogauit, vt
paulatim illius cæremonias dānari conſtitue-
rit. 3. quia ſi poſt Chriſti mortem. & Aſcen-
ſionem in cæremoniis legalibus antiqua con-
ſtitutio perſeuerat, excuſari non poteſt illa-
rum vſus à pernicioſo mendacio; adhuc enim
agnus Paſchalis V. G. ſignificationem ventu-
ri Chriſti in carne paſſibilis retineret; ſic de
aliis; quare neſcio quomodo ſoluere poſſit
Suarius illam 2. rationem. Hieronymi: nam
quod ait cap. 1?. inſtitutionem legalium ex
parte finitam eſſe illo tempore, & ex alia
parte ſuperſtitem perſeueraſſe; neque ſatis
percipitur, neque in ſacra pagina vllum

haber fundamentum. Vnde enim colligitur illa dimidiata inſtitutio ſuperſtes, quæ pars ſit illius, quæ legis veteris ſignificationi ſeruiebat: Et tota indiuiſibilis erat, & ab obligatione legis inſeparabilis?

Ad tertiam neganda eſt conſequentia, quia nunc declaratus eſt ab Eccleſia talis vſus, vt mortiferus iuxta ea, quæ diximus ſect. 7. quãuis enim Eccleſia non poſſit in iure diuino diſpenſare;& multo minus illud immutare;poteſt tamen illud interpretari & declarare, vt infrà dicemus:& hæc declaratio,ſeu interpretatio Apoſtolorum factis & verbis expoſita in illa ratione fundatur; quia ſignificauit Dominus legem veterem cum honore ſepeliendam, vt cum Auguſt.docent Theologi, & non eſſe ſubito reiiciendam, ſicut falſa gentium religio. Ad 4. Reſpondeo eas cæremonias pro eo tempore mortuas amiſiſſe quidẽ illam inſtitutionem, & ſignificationem legalis iuſtificationis. Verum,quia de ſe indifferentes erant, ob bonumque finẽ, nempe in Dei cultum exhibitæ, non conſtituendo in illis ſalutis ſpem ſeu neceſſitatem, illas in perſona grata, fundamentũ meriti eſſe potuiſſe, illarumq; vſum Apoſtolis vtilem,& meritoriũ fuiſſe. At dicis quomodo reprehenſibilis fuit Petrus ob actiones alioqui meritorias; ſed hoc pertinet ad 2. dictum, in quo Aug ab Hieronymo diſſentit, quod probari oportet, tam in actione Petri, quam in reprehenſione Pauli.

9. Quod ergo Petrus in legalium vſu non ſimulatum ſed verum & ſincerum animum haberet,probo ex ſupradictis rationibus: ſi enim à graui ſcandalo,fideique præiudicio, & conſequenter à graui,lethaliq; culpa illa ſimulatio excuſari non poſſet,neceſſario ſequitur D. Petro attribuendam non eſſe: antecedens duæ rationes pro 1. puncto adductæ perſuadent, conſequentiam Apoſtolorum in gratia confirmatio confirmat. Ad illam vero rationem,quæ pro 2.dicto Hieron. oppoſito affertur de ſimulatione prudenti, & neceſſaria. Reſp. ex D. Th. 2. 2. q 111 a 1.ad 1. & Aug.lib. de q. Euangelicis cap 51. eam ſimulatiunẽ eſſe licitam, in qua aliquis verbis.aut factis rem aliquã ſignificat, quam in mente & intentione habet,licet inde alii decipiendi accipiant occaſionem. Hac ratione Chriſtus Dominus habitu peregrini diſcipulis Emaus apparuit,nõ animo decipiendi illos; ſed inſtruendi & edocendi, quàm ipſi à vera fide peregrinarentur,& à veritatis cognitione exularent, quippe qui de ipſius reſurrectione dubitantes ab aliorum diſcipulorum conſortio diſcederent. Et quando ce longius ire finxit, intentionẽ habere potuit non manendi,niſi ab iis inuitatus ad diuertendum, & cum ipſis manducandum prouocaretur, cum hac tamen conditionata intentione abſolutam manendi voluntatem pariter habuiſſe non repugnat.

10. Quamobrem etſi ſimulatio doloſa & deceptoria prohibeatur; cauta & prouida admittitur. Ita diuerſa iura concordat Panormitanus ad citatum caput *relatum* n. 7. cum Hoſtienſi & aliis ad eundem textum. Vnde gloſſ. 3. ibid. dixit, *ſimulatio boni quandoque bona eſt & vtilis, vt in textibus citatis; quandoque* A *mala, vt hypocriſis*, ita habetur in cap. quod interrogaſti 27. diſt. & in cap. certe ego 1. 2. q. 1. & mali ſimulatio aliquando eſt bona, & inculpabilis, vt probat gloſſa citata in cap. vtilem 22. q. 2. in quo in exemplum adducitur Dauid,cùm furorem coram Abimelech ſimulauit; & Chriſtus Dominus, qui ſe peccatorẽ oſtendit cum humanam naturam de peccatrice carne aſſumpſit, & circuncisionem peccatoris ſignum, baptiſmique ablutionem ſuſcepit. Vnde non ſolum Dæmones, ſed etiam homines occaſionem acceperunt, vt in varios circa Chriſti diuinitatem errores laberentur. In hoc ſenſu factum Petri ſimulatio etiam dici potuit, non quaſi ſimulato animo cæremonias legales perficeret; ſed quia poſtquàm Petrus ſe à gentilibus ſeparauit, ne Iudæi Antiochiam venientes illum viderent cum gentibus agere, & hinc ſumpto ſcandalo à fide, legeque Euangelica deficerent, Gentiles occaſionem ex hac Petri ſeparatiune acceperunt exiſtimandi legis veteris cæremonias non modò vtiles, ſed etiam neceſſarias eſſe; cùm Petrus non hanc intentionem,imo aliam omnino contrariam habuerit: nam paulo ante in Concilio Hieroſolymitano cum cæteris Apoſtolis definiuit, *cæremonialia ad ſalutem minime neceſſaria ab Spiritu ſancto & ab ipſis iudicari*, vt bene deducit Suarius cap 20. n. 3. cum Baron. tom. 1 annal. & docet Anſelm. ad Galat. 2. verſu 11. Ideo Petrus Iudæorum ſcandalo occurrens in ea ſeparatione aliquam ſimulationem iudicauit, & præter ſuam intentionem gentilibus anſam præbuit errandi.

Hinc deducitur probatio alterius partis eiuſdem dicti videlicet reprehenſionem Pauli non ex compoſito ſimulatam, ſed vero & ſincero animo factam. 1. quia poſita ſimulatione reprehenſionis non verificatur dictum Pauli ad Galat. 2. *Cum autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat*, hoc eſt, vt exponunt Salmeiron. Cornelius,& Iuſtinianus ad hunc locum cum Auguſt Ambroſ. Beda, Anſelmo, & aliis palam Petrum ſugillaui, vt ſcandalũ illius publicum publica reprehenſione tolleretur, & annoente Petro, atque æquiſſime ferente correptionem, ſcandalum præter illius intentionem contigiſſe oſtenderetur. Probatur antecedens quia ſi factum Petri nulla ratione dignum erat reprehenſione, ſiue culpam incurreret Theologicam leuem, ſiue non; ſed ex inaduertentia ſubſecuti ſcandali excuſetur, non vere diceret Paulus illum fuiſſe reprehẽſibilem, ergo non verificaretur Pauli dictum. 2. Paulus intendebat in ea Epiſt. Galatis perſuadere non eſſe neceſſarium legalium vſum, & probauit duplici exemplo. 1. ſe ipſo qui noluit circuncidere Titum,cum eſſet Gentilis, ſicut Timotheum circuncidit Iudæum ex parte matris, ne falſæ eorum opinioni faueret, qui neceſſariam eſſe circunciſionem affirmabant. 2. idem oſtendit exemplo Petri, qui ſe à Gentilibus ſeparabat, vt Iudæis, qui à Iacobo venerant, ſe accommodaret, quem ſequebatur Barnabas, de quibus ait Paulus ad Galat. 2. *Cum vidiſſem, quod non recte ambulaſſent ſecundum veritatem Euangelij, dixi Cephæ coră*

omnibus : ſi tu Iudaus cum ſis, gentiliter viuis, & nō iudaice, quomodo gentes cogis iudaizare? quem locum ita exponit Anſelmus, *ſi tu non ſeruas iudaicum morem in tuo victu, quia ſcis nihil vtilitatis ibi eſſe, qua ratione tuo exēplu gentes cogis Iudæorū ritum ſequi in diſcretione ciborum, quia omnia quæ vident, in te putant ſaluti neceſſaria eſſe?* Ergo ſi Paulus non ſimulate; ſed vere, & ſincere 1. attulit exemplum, ita & ſecundum nulla ſimulatione, ſed ſimplici, veraque narratione produxit.

12. Rogabis primò vtrum re vera Petrus in hoc euentu peccauerit. Reſp. vel nullam omnino culpam Theologicam incurriſſe, vel ad ſummum leuem, & venialem: hanc reſponſionem tradit Bellarm. ita ſub diſiunctione lib. 1. de ſummo Pontifice cap. 28. Salmeiron 2. ad Galat. diſp. 14. 1. vero illius partem docet Baronius anno Chriſti 51. Vaſquez 1. 2. diſp. 182. cap. 7. & longo diſcurſu probat Legionenſis ad Galat. 2. videlicet, quia factum Petri in ſua natura nullam Antiochenis ruinæ cauſam præbebat, ſed ex eorum ignorantia, & infirmitate ipſorum ſcandalum suboriri. Nam ipſe Petrus apud Antiochenos ſæpe verbis, & factis ſuam ſententiam declarauit, quod legalia neceſſaria non eſſent. & licet in Iudęorum aduentu ſe à Gentibus Antiochenis ſeparauerit; non ideo ſe mutaſſe ſententiam ab ipſis credendum, ſed Iudæorum infirmitati ſe accommodaſſe. Eundem diſcurſum facit Suar. cap. 20. à num. 24. oſtendens Petrum excuſandum à culpa, non modo ex inaduertentia, & defectu conſiderationis circunſtantiarum; ſed etiam quia actio illa Petri ſeparandi ſe à Gentilibus, & vtendi cæremoniis iudaicis, conſideratis omnibus illius circunſtantiis, non erat de ſe mala, neque dabat ſcandalum actiuum; & ſi quod erat paſſiuum, potuit prudenter iudicare Petrus ſe non teneri ad illud vitandum, quia grauius putabat Iudæis nocumentum imminere, quam Gentilibus. *Inquo*, ait idem Doctor *errare potuit, errore non iuris, ſed facti, ſine periculo tamen culpa, quia probabilibus coniecturis ducebatur, & electio illius facti non inter licitum & illicitum, ſed inter expediens, & inexpediens verſabatur: multa enim licent, quæ tamen non expediunt*, teſte Paulo 1 ad Corinth. 6. in tantum ergo reprehenſione eiuſdem Pauli dignus fuit Petrus, in quantum illius facti errrorem, & conſequenter inordinaram electionem materialiter corrigi neceſſe fuit.

2. tamen noſtræ reſponſionis partem tuetur D. Auguſt. non modo illa Epiſtola 9. ſed etiam lib. de Agon. Chriſti, cap. 30. item Cyrillus, Ambroſius, Tertull. Greg. Anſel. & Beda ſupracitati. D. Thom. 1. 2. quæſt. 103. a. 4. ad 2. Recentiores hîc magis communiter Rada 2. p. controu. 20. art. 2. concluſione 11. Valent. diſp. 7. quæſt. 7. punct. 7. & maiori ex parte veteres Theologi in 4. diſt. 3. quamobrem ſi qua ex his duabus partibus præferenda, ſane hæc 2. mihi videtur probabilior; primo quia etiamſi tunc temporis vſus legalium de ſe malus non eſſet, tamen ex circumſtantia ſcandali Gentilium, à quorum conuer-

A ſatione vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor ſeiungi non debuit; ſeparatio de ſe venialiter culpabilis fuit, quia vtroſque potius tum gentiles, tum Iudæos, iuxta definitionem præhabiti concilii Hieroſolymitani componere debuit, quàm cum ſolis Iudæis à Iacobo venientibus communicare, illiſque in vſu legalium communicando plus iuſto indulgere. 2. quia ad culpam venialem incurrendam imperfecta deliberatio ſufficit. 3. quia ſi omni omnino culpa careret Petrus, reprehenſione dignum non diceret Paulus, ne occaſionem præberet maioris erroris; nam Petrum ſi non in facto leuiter, in iure grauiter erraſſe ſuſpicarentur, qui error foret multo intolerabilior, & ab B errore facti deliberati in prædictis circunſtantiis venialis culpa vix poteſt ſeparari.

13. Tandem rogabis 2. quando cæpit vſus cæremoniarum legalium eſſe prohibitus, & conſequenter mortiferus. Reſpondent aliqui ætate Ignatii Apoſtolorum diſcipuli incepiſſe prohibitionem cæremoniarum legalium; Idque ex ipſius Epiſtula octaua colligunt. Vbi ait. *Conteſtor Epiſcopo & Presbyteris in Domino ſi quis cum Iudæis celebrat Paſcha* (videlicet eodem die) *aut ſymbola feſtiuitatis eorum recepit, particeps eſt eorum, qui Dominum occiderunt, & Apoſtolos eius.* Verum quidquid ſit de celebratione Paſchæ, & cuiuſcunque feſtiuitatis Iudaicæ, hinc non conſtat an cæteræ ceremoniæ ſimul prohibitæ, & mortiferæ eſſe cæperint, & cùm ſeptuaginta C ſeptem annos ſanctus hic ſuperuixerit poſt Chriſti paſſionem, vt cum Euſebio, & Hieronymo docet Baron. Annal. anno 110. non verò nonaginta, vt alii cum Suario docent lib. 9. de leg. cap. 28. num. 1. tredecim enim annos ſuperaddunt; non eſt certum an fuerint antea prohibitæ prædictæ cæremoniæ. Quamobrem alii quos ſequitur Salas diſp. 24. ſect. 9. quadraginta annos poſt Chriſti Domini paſſionem deſtructo iam templo in Hieroſolymnrum excidio per Titum & Veſpaſianum, legalia mortifera eſſe cæpiſſe exiſtimant. Suarius citatus num. 2. aſſerit veriſimile eſſe, viuentibus adhuc Apoſtolorum principibus, iam fuiſſe in Eccleſia ſufficienter intellectum, ac præceptum non licere Iudæorum cæremoniis vti, atque adeo ita explicatum, & traditum fuiſſe ab Apoſtolis: & cum quatuor annos poſt necem Principum Apoſtolorum exD cidium Hieroſolymorum contigerit; hæc Suarii opinio parum differt ab ea, quam tradit Rada citatus cum Scoto in 4. diſt. 3. quæſt. 4. §. quantum ad iſta. Vega 1. in trid. cap. 13. ait, viginti, vel triginta annos requiſitos fuiſſe ad ſufficientem legis Euangelicæ promulgationem, poſtquam ſæpe diximus legalia omnino mortifera iudicanda.

14. Certius hac in re eſſe puto nihil certi affirmare quoad deſignationem diei; menſis, vel anni, quo cæpit vſus legalium prohiberi: Ideoque Vaſques diſp. 182. cap. 9. nullum in hac quæſtione certum temporis finem præſcribit, ſolum affirmare audeo me non inuenire boni nominis authorem, qui cæremonias legales vniuerſim poſt excidium Hieroſolymitanum licitas fuiſſe contenderit, & con-

gruam rationem aſſignauit Caiet. 1. 2. quæſt. A 103. art. 4. vbi ait. *Quare autem quodam tempore tantum ſcilicet vſque ad diuulgationem Euangelij licuerit ſeruare eadem, vt mortua*, nempe legalia, *eſt quia vſque ad tumulum tantum mortua perſona, vt mortua tamen cuſtoditur*, & infrà. *Conceſſum eſt tempus deferendi ſynagogam matrem cum honore ad tumulum, tunc quidem tumulata eſt, quando Euangelium eſt diuulgatum*. Sed tempus quadraginta annorum erat ſatis ſuperque ſufficiens vt per vniuerſum orbem lex Euangelica euulgari poſſet: ergo cum iam tunc poſt Hieſolymitanum excidium dirutum eſſet templum, eius vaſa aurea erepta, teſtamenti arca, & legis tabulæ gentilibus traditæ io triumpho Titi portarentur, atque adeo ſub Hieroſolymorum ruinis tumulata & ſepulta iacerèt ſynagoga, neque vt viua coli po- B terant eius legalia propter fidei veritatem; neque vt mortua propter ipſius legis honorabilem ſepulturam cuſtodiri.

Dixi *vniuerſim* propter illud præceptum in 2. Hieroſolymitano concilio impoſitum, de quo actorum 15. n. 20. quod diutius in Eccleſia perſeuerauit, videlicet *vt abſtinerent ſe à contaminationibus ſimulacrorum & fornicatione, & ſuffocatis & ſanguine*, idem præceptum in diuerſis conciliis ſubſequentibus confirmatum repetitur, vt in Gangrenſi 1. ſub Syluestro cap. 2. vt habetur in cap. ſi quis carum diſt. 30. Item in concilio Aurelianenſi 2. ſub eodem Pontifice, canone 10. & denique in Concilio Vicormatienſi ſub Adriano 2. circa annum 868. habito, cap. 64 vbi citatur Concilium Carthaginenſe; & cap. 65. idcirco igitur ſupradixi C vniuerſim loquendo poſt quadraginta annos nulli licuiſſe cæremoniis legalibus vti, iuxta communiſſimam Patrum & Theologorum ſententiam. Hæc vero, quæ de eſu ſuffocatorum, & ſanguinis in citatis canonibus prohibita reperiuntur, varie ab authoribus vſurpantur D. Thom. 1. 2. q. 103. a. 4. ad 3. tres hac de re opiniones referr eius ſententiam Turrecremata tranſcribit in cap. ſi quis carnem diſt. 30. Verum maioris claritatis gratia ad duas ſententias reuocari poſſunt ſecundum duas expoſitiones, alteram literalem, alteram myſticam, ſeu tropologicam.

1. ergo ſententia & expoſitio illius præ- D cepti Apoſtolici eſt maiori ex parte ſecundum myſticam interpretationem & tria dicitur continere præcepta negatiua moralia 1. de continentia Chriſtiana fornicatiooi oppoſita, quam licitam eſſe gentiles arbitrabantur; & certe quoad hanc partem eſt ſecundum literam ioterpretandum præceptum, quoad alia duo, myſtice. 2. ſunt abſtinendi ab immolatis quæ ad cultum deorum veſcebantur, quod etiam ad Idololatriæ ſuperſtitioſam venerationem pertinet, & conſequenter motale eſt; alioqui immolatis materialiter ſumptis, remoto ſcandalo, veſci ſecundum hanc declarationem non prohibetur. 3. abſtinendi à ſanguinis eſu; quod intelligitur de effuſione humani ſanguinis, idemque ſignificat eſus ſuffocati animalis, in quo ſanguis pariter cum carne comeditur. Quamuis aliqui ab hoc præcepto Apoſtolico ſuffocatum expurgant, quia per modum ſcholii, adiunctum ab aliquo commentatore in textum Græcum irrepſiſſe cootendunt; & poſtea à latino retentum; qua de cauſa particulam *ſuffocatum* prætermittit Ambroſ. ad Galat. 2. quamuis hanc expoſitionem non teneat. Vtrunque tamen tenet Tertull. de pudicitia cap. 12. Irenæus lib. 3. cap. 12. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum cap. vltimo. Pacianus in parænesi ad pœnitentiam, habeturque tom. 1. Biblioth. Gaudeotius Brixianus in tract. de Machabæis, qui tom 7. Bibliothecæ continetur. Auguſtinus contrà Fauſtum lib. 32. cap. 13. In hac igitur explicatione nullum præceptum poſitiuum & multo minus legale oſtenditur; ſed taotum declarantur tria moralia negatiua.

Hæc ſenteotia meritò probabilis iudicatur à Suario quoad duo priora, ſed 3. minus placet, præſertim propter illud, quod additur de expunctione ſuffocati. Etenim communior Patrum ſententia illud verbum admittit idque tam Græca, quam latina exemplaria vnanimi Eccleſiæ conſenſu confirmata retinent. Quare Tertull. in Apolog. cap. 9. Iuſtin. q. 45. ad orthodox Origen. lib. 8. contrà Celſum Nazianz. oratione de Paſch. Cyrillus Hieroſol. catecheſi. 4. Clemens Rom. lib. 6. Conſtit. cap. 12. Hieron. lib. 1. contrà Iouinian. iudicarunt omnino addendum eſſe illud *ſuffocatum*, & ſub eadem prohibitione, de eſu ſanguinis intra vel extra animal, iuxta Patres citatos intelligitur. At ſi hoc 3. myſtice explicetur de homicidio cum effuſione ſanguinis, vel ſine illa, tunc conferri poſſunt hæc tria præcepta cum illis, quæ in vna, eademque admonitione Paulus ad Titum 2. commendabat, *vt ſobrie, iuſte & pie viuamus, ſobrie*, videlicet abſque fornicatione, *iuſte* vitata homicidii, rapinæ & violentiæ iniuſtitia; tandem *pie*, ſcilicet cootempta abominabili idololatriæ impietate.

16. 2. Tamen ſententia, & expoſitio multo veriſimilior ſimpliciterque retinenda docet intelligendum eſſe illud præceptum ſecundom litteralem ſenſum quoad omnia. Et ſane de fornicatione nemo dubitat. Item de prohibitione abſtinendi ab immolatis, ſuffocato, & ſanguine: Communior eſt Patrum & Theologorum opinio hæc literaliter ſumenda, non quia illa ex lege veteri formaliter propter eandem rationem, ſeu ſignificationem, ſi quam habuerunt, comparatione legis nouæ retinerentur; ſed quia ad tempus propter alias rationes ſine ordine ad Dei cultum ſpecialem tale præceptum conueniens viſum fuit ita vltra Patres proxime citatos docet D. Thom. 1. 2. q. 103. a. 4. ad 3. Turrian. lib. 1. pro canon. Apoſtolic. cap. 5. & in Apoſtolic. conſtitut. lib. 6. cap. 12. Valent. 1. 2. diſp. 7. q. 7. punct. 7. ad 1. Sot. 2. de Iuſt. q. 5. a. vltimo ad finem Suar. citat cap. 20. n. 13. & alii recentiores. Adhuc tamen in aſſigoanda ratione, obquam prohibitus ſit ab Apoſtolis eſus ſanguinis & ſuſ-

ſocati inter ſe diſſentiunt. Nam Turrianus A in 2. locn cum Tertull. Cyrill. Hieroſol. Iuſtin. Nazianz. & Origeo. vbi ſupra prohibitionem intelligit de eſu immolatorum, in quibus etiam numerantur in patriculari ſanguis, & ſuffocatum; idcirco enim ait dixiſſe Apnſtolos vt abſtinerent ſe *à Contaminationibus Idolothici, ſanguinis & ſuffocati*: Hæc enim omnia erant contaminationes; nam omnis ſanguis habebatur diis conſecratus & ſuffocatum propter ſanguioem retentum. Poſita hac ratione adhoc viget præceptum Apoſtolorum: nam adhuc his immolatitiis quatenùs in Idolnrum cultnram referuntur, nullus veſci poteſt Chriſtianus, & ita præceptum hac ratione potins erit declarationm legis naturalis, quam de nouo iure ſolum poſitiuo.

Verum quia aliqui ex citatis Patribus ſine reſpectu ad cultum Deorum, ex præceptn taotum pnſitiuo prohibitionem hanc oriri credunt ſecundum materialem, & literalem ſeoſum, inter quos clarius loquitur Euſebius, qui lib. 5. Hiſtor. cap 1. pro Chriſtianis Biblidem martyrem hac ratione loquentem inducit. *Quomodo einſmodi viri liberos ſuos deuorare in animum potuerunt inducere, quibus ne licitum quidem ſit ſanguinem animalium ratione carentium comedere?* Alia ratio quærenda eſt; inſufficiens enim eſt illa Euſebii Geneſ. 9. quippe qui hoc præcepro ſanitatis, cui officir morticina caro, conſoltum exiſtimauit. Alia enim non ſuot prohibita, quæ maius ſanitatis inferre poſſunt nncumentum; ſimiliter minus commoda illa ratio cenſetur nimirum per hæc gulam refrenari, cum alia delicatiora eſculante, & gulæ irritamenta permitterentur, qoibus hominis ingluuies abunde paſceretur. Probabilior ratio, quam tradit Vaſques 1. 2. diſp. 182. cap. 9. num. 78. nempe interdici eſum materialem ſanguinis, ſanguinis, & ſuffocati prnpter ſpeciem Ethnicæ ſuperſtitionis: quia hæc diis immolari conſueuerunt, vt ex Turriano tradidimus: omnium optima illa D. Thom. vbi ſuprà, ex D. Aug. accepta cap. citato 13 vbi ait de Apnſtol. *Elegiſſe mihi videntur rem facilem, & nequaquam obſeruantibus oneroſam, in qua cum Iſraelitis etiam gentes propter angularem illum lapidem duos parietes in ſe condentem aliquid communiter obſeruarent.* Vnde cùm iam Eccleſia ex vtroque populo coalcſceos ſatis vnita viſa eſt, huius præcepti obligatio ceſſauit, vt docet D. Thom. citatus, Suarius addit iam à tempore D. Auguſtini hoc præceptum abolitum fuiſſe: & quamuis Conciliom Aurelianeoſe, & Vuormatienſe multis annis poſt D. Auguſtinum illud innouauerint, cum prouincialia ſint forſitan aliquam rationem conſideraſſe, propter quam ad ſuas prouincias neceſſarium huius præcepti vſom iudicauerint. Verum hoc omnino incertum eſt: neque enim ea Patribus, aot Hiſtoriis antiquis conſtat à quo tempore hæc lex Eccleſiaſtica cæperit antiquari, vtque hæc de lege veteri dixiſſe ſit ſatis.

Quæ ſit lex noua, quis author, quæ præcepta, quatenus, quando, & quandiu obligabit.

SECT. X.

FAceſſat Lutheri, Caluini, Bezæ, & ſectatorum exlex licentia, oe dicam impudeotia; oeque enim cum his mihi res eſt, ſed cum catbolicis, in quorum manus meus hic mittitur labor; his vero de legis oouæ dignitate dubitare non licet, ideoque potius ſuppooere, quam probare conabor legem nouam, quæ & gratiæ, & ſpiritus, & vitæ Ioanois 1. & ad Rom. 8. prohibentur, veram le- 1.
B gis proprietatem tetioere cuius Auctor & legiſlator fuit Chriſtus Setuator iuara illud Ioan. 1. *Lex per Moyſem data eſt; gratia & veritas per Chriſtum facta eſt.* Ita definitum eſt à Trideotino ſeſſ. 6. can. 19. vbi ait ſancta ſynodns. *Si quis dixerit nihil præceptum eſſe in Euangelio præter fidem, cætera eſſe indifferentia, neque præcepta, neque prohibita ſed libera; aut decem præcepta nihil pertinere ad Chriſtianos, anathema ſit.* Præterea can. 21. *Si quis dixerit Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datum fuiſſe, vt redemptorem, cui fidant, non etiam vt legislatorem, cui obediant, anathema ſit.* Vtraque definitio ſacræ paginæ firmiſſimis fundamentis ſtabilitur.

1. cap. 31. Hieremiæ n. 31. *Ecce dies ve-*
C *nient, dicit Dominus & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum*, &c. & ſtatim n. 33. *dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Quem locum non modò ſaocti Patres communi cooſenſu, ſed omnium Primus de noua lege D. Paulus ad Hebræns 8. enarrauit. Item Michææ 4. dicitur. *De Sion egredietur lex, & Verbum Domini de Hieruſalem*, quæ tam euidens propbetia eſt de lege oona gratiæ, & merito his verbis Iudæos Irinæus lib. 4. cap. 67. Hieronym Baſil. Chryſoſt Cyrill. à Ribbera boc loco cirati conueniunt. Similiter eaponuot Origen. lib. 5. cootrà Celſom. Auguſt. lib. 17. de Ciuit. cap. 17. Aliique ſancti Patres commoniter, & cum de alia lege eaponi nequeat, niſi de illa, quæ ex monte Syon in die Pentecoſtes igneis flammis
D ab ſpiritu ſancto oſteoſa in vniuerſum orbem euagara eſt: retenta legis proprietate oullus Lutheranis & Caluiniſtis tergiuerſationi locus relinqoitut

2. Item definitionem Tridentini illud Iacnbi 4. confirmat. *Vnus eſt legislator, & iudex, qui poteſt perdere & ſaluare.* De quo regius pſaltes cecinerat pſalm. 83. n. 8. *Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in ſion*, vt ſignificaret huius præcepta legiſlatoris nobis beatitudinis viam aperiri, illaſque benedictiones elargiri, quas Dominus in monte Oliueti Mathæi 5. Diſcipulis eapoſuit: ad has enim Dauidem alludere cum Euthymio, Nicepboro, Chromatio, & aliis

teſtatut Lotinus hoc loco. Denique ob ean-
dem rationem ait Ioannis 13. ſe nouum Cha-
ritatis mandatum dare in noua lege, quia
omnia in vno dilectiouis precepto, quaſi to-
tius legis gratię compendio recenſentur.
Nam reuera plura eſſe precepia ſatis ſignifi-
cauit, cum Marth. vltimo Apoſtolos ad præ-
dicandum Eu angelium in orbem mittens vni-
uerſum, addidit. *Docentes eos ſeruare omnia
quæcunque mandaui vobis.* Ratio verò Theo-
logica eſt, quia non recte prouiſum eſſet Chri-
ſtianæ Eccleſię, quam toto orbe diffundi, in
dieſque propagari ſeruator Dominus noue-
rat, niſi certam aliquam ſui regiminis regu-
lam præſcriberet, quam fideles moribus con-
formes obſeruarent; & per quam illas ad
æternam dirigeret felicitatem: ſed de hac re
latius vide controuerſiarum authores præ-
ſertim Stapletunium tom. 2. lib. 5. de Iuſtitiâ
inhærente cap. 11. 12. & ſeqoent. item tom.
3. in 1. ad Corinth. cap. 6. num. 9. & tom. 4.
in Prompruar. fer. 6. in cap. Ieiunii. Bellarm.
tom. 4. lib. 4. de Iuſtificat. cap. 1. 2. & ſeq.
& tom 3. de Sacramento Baptiſmi cap. 15.

Quod attinet ad huius legis præcepta ſit
prima Concluſio. in lege noua ſolum hæc
2. continentur præcepta moralia, item fidei,
ſpei, charitatis, & denique præcepta Sacra-
mentorum; ita D. Thom. 1. 2. quæſt. 108. art.
1. & 2. in corpore, item quodlib. 4. art 13.
& receotiores Theologi ibid. Caſſalius qua-
dripart. Iuſtitiæ 1. p. lib 3. cap. 17. §. nos igi-
tur. Salmeiron in acta Apoſtol. tract. 61. §.
2. differentia. Valent. 2. p. diſp. 7. quæſt.
8. punct. 2. Sotus 2. de Iuſt. quæſt. 9. art. 1.
Suar. de legibus lib. 10. cap. 2. Vnde ex illis
tribus præceptorum generibus, quæ in lege
veteri fuiſſe diximus moralia, cæremonialia,
& indicialia, ſolum duo priora ſuo modo in
lege noua reperiuntur: nam iudicialia Chri-
ſtus Dominus omnino prætermiſit, imò cum
illa antiqua cæremonialia in quatuor membra
diuiderentur, ſacramenta, ſacrificia, ſacra,
& obſeruantias: ſolum de duobus primis Do-
minus præcepta tradidit. Rationem aſſignat
D. Thom. citato art. 2. in corpore, quia lex
noua quæ gratiæ lex eſt ſolum præcipere, vel
prohibere debuit, per quæ in gratiam intro-
ducimur, & quæ pertinent ad rectum gratiæ
vſum; & quia gratiam non ex nobis, ſed ſo-
lum per Chriſtum conſequi poſſumus, ideo
ipſe immaculatum ſacrificium ſui ſanctiſſimi
corporis, reliquaque ſacramenta inſtituit per
quæ gratiam conſequi poſſemus. Deiode
quia rectus gratiæ vſus per Charitatis opera
exercetur, quæ ſecuodum quod ſunt de ne-
ceſſitate virtutis, pertinent ad moralia præ-
cepta, ideo ad perfectum huius legis ſtatum
ea ſufficiunt præcepta diuina, quæ nobis cre-
denda, ſperanda, & amanda proponunt:
& quæ ſacramenta oſtendunt, per quæ ad
gratiam introducimur, & denique moralia
quæ ad rectum, neceſſariumque gratiæ vſum
conducunt. Hinc fit, vt cæremoniales deter-
mioationes in ordine ad cultum Dei, & iudi-
ciales, quæ in ordine ad proximum conſti-
tuuntur in lege noua, de iure diuino non ſint,
quia ſecundum ſe ſumptæ non ſunt de neceſ-

A ſitate interioris gratiæ, per quam lex noua à
veteri diſcriminatur.

2. addo rationem, ſcilicet quantum ad iu-
dicialia, Chriſtus Dominus ea non tradidit 3.
quia iudicialia præcepta ad politicum popu-
li regimen ordinata ſunt: & Chriſtus Do-
minus temporale regnum ſibi debitum non
aſſumpſit, nec in vita, quia in montem ſolus
aufugit Ioan. 6. quando ſenſit ſe in regem à
populo cooptari: item Pilato dixit, *regnum
meum non eſt de hoc mundo*, Ioan. 18. nec in
morte, quia inclinato capite, quaſi regis ti-
tulum cruci ſuperimpoſitum deteſtatus ex-
pirauit. Deinde quando Deus legem poſiti-
uam vni tantum populo, nempe Hebræo
præſcripſit, mirum non eſt, ſi iudicialia
B præcepta ad politicum regimen neceſſaria
edoceret. Verum quando nouam legem vni-
uerſo orbi prædicandam, obſeruandamque
tradidit; Cuius politica gubernatio pro na-
tionum, ac regnorum diuerſitate diuerſa eſſe
ſolet, nullam politici regiminis ſecularem re-
gulam dedit, quam obſeruari neceſſe eſſet, ad
ſpiritualem verò totius Eccleſiæ adminiſtra-
tionem, ſui Vicarium in terris reliquit, qui
Eccleſiaſticis conſtitutionibus gregem ſibi
commiſſum iuſtè poſſet moderari. Cui &
poteſtatem conceſſit, vt ritus in ſacris, &
obſeruantiis, ſi qui neceſſarii eſſent ad ſacra-
menta rite, ſolemniterque peragenda ordi-
naret: vt ſuo loco dicetur, quæ rationes pro-
bant nulla alia præcepta præter ſuperius di-
C cta, congruenter à Chriſto in lege noua diui-
nitus fuiſſe introducta; oſtendeodum tamen
nunc eſt, quantum, ſeu qua ratiooe Chriſtia-
ni ab his præceptis obligentur. Deinde quan-
do hæc obligatio cæpit, & quandiu durabit,
& quidem de præceptis moralibus iam ſuprà
diximus, ceſſaſſe non quatenus naturalia ſunt,
ſed quatenus ex vi legis antiquæ nouam ali-
quam, & poſitiuam obligandi vim obtinue-
rint, nunc vero addo quam nouam iuri na-
turali addiderint obligationem.

2. Concluſio. Chriſtus Dominus præcep-
ta moralia non minuit, neque auxit, ita ta- 4.
men innouauit, expoſuit, & confirmauit,
vt nouam & poſitiuam obligationem illa ob-
ſeruandi inuexerit: hæc concluſio eſt conſe-
quens ad ea, quæ diximus de lege veteri ſect.
8. & conformis doctrinæ Clementis Rom.
D lib. 6. conſtit. cap. 23. item Auguſtini tom.
4. de ſermone Domini in monte lib. 1. cap. 1.
vbi ait, *dedit minora præcepta populo, quem
adhuc timore alligari oportebat, & per
filium ſuum maiore populo quem charitate
iam liberari conuenerat*, defenditur à Sua-
rio citato cap. 2. num. 13. & ſequentibus.
Salas 1. 2. tract. 14. diſp. 24 lect. 2. num. 10.
& Caſſalio citato, quamuis ſit contra Vaſq.
diſp. 83. cap. 3. num. 20 quoad 2. partem,
quia de 1. nemo dubitat: Et ex doctrina tra-
dita de natura & eſſentia iuris naturalis om-
nino immutabilis ſatis patet; quod enim ne-
ceſſarium & immutabile eſt; neque augeri
poteſt, neque minui: ſolum de 2. eſt contro-
uerſia inter Theologos. Noſtra tamen reſo-
lutio oſtenditur 1. ex 5. Matthæi, vbi Chriſtus
Dominus comparans legem moralem, quam

edocebat, cum ea legis veteris oſtendit ſuam multò eſſe perfectiorem, non quia quatenùs naturalis eſt, diuerſa ſit, ſed quia illam perfectiori modo expoſuit, vt falſas Phariſæorum opiniones circa prædictæ legis intelligentiam confutaret, & quæ per ignorantiam latebant ſuæ declarationis expreſſione innoteſcerent, quod quidem ſignificant Domini verba. *Ego autem dico vobis.* Vnde optime notauit. D. Thom. 2. 2. quæſt. 108. art. 3. & 4. in corpore, & ad 1. ex Auguſtino citato in lege morali multa à Chriſto Domino fuiſſe explicata, quæ ad exactam illius obſeruationem neceſſaria videbantur: item alia conſuluiſſe, quæ ad perfectionem vitæ ſpiritualis pertinerent, vt ex cap. 5. Matth. manifeſte conſtat.

2. ex Ioannis 13. vbi ait Chriſtus Dominus *mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos*, ſed hoc mandatum traditum erat in lege veteri Leuit. 19. quod non latuit legis peritum, qui Matth. 22. Domino reſpondit, mandatum in lege magnum eſſe. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut te ipſum*. ergo nouum dicitur, quia nouo modo obſeruandum eſt, vt docet Cyrill. lib. 9. in Ioan. c. 23 & Aug. tract 65. in Ioan. *Innouat*, inquit, *audientem, vel potius obedientem, non omnis, ſed iſta dilectio, quam Dominus mandat, & vt à carnali dilectione diſtingueret, addidit ſicut dilexit nos*, ſimiliter D Thom. & Caiet. hic Lyran. addit propter differentiam noui & veteris teſtamenti, nouum dici hoc præceptum. Clarius ad noſtrum inſtitutum exponit Barcadius tom. 4. lib. 3. cap. 20. dicens, *mandatum nouum do vobis*, hoc eſt, *mandatum dilectionis renouo præcipio vt vos inuicem diligatis, ſicut ego dilexi vos*.

3. ex prædictis teſtimoniis hanc rationem deduco. Chriſtus Dominus ſuam interpoſuit authoritatem legiſlatiuam, cum dixit. *Ego autem*, &c. *mandatum nouum*, &c. Item nouo & perfectiori modo declarauit legem naturalem obſeruandam: ergo voluit Chriſtianos obligare, vt iuxta hanc ſuam legis naturalis interpretationem illam obſeruarent: ſed ſuperiori quæſtione agendo de æquitate iam oſtendimus, quando ius naturale certis poſitiuæ legis declarationibus continetur, iuri naturali ſuperaddi ius poſitiuum, ratione cuius lex in materia præcepti naturalis æquitatis capax eſſe poteſt, ergo neceſſario dicendum eſt in legis moralis præceptis Chriſtum Dominum nouam iuris poſitiui diuini obligationem addidiſſe, quamuis nec nouum præceptum, neque nouam circunſtantiam, aut determinationem temporis vel loci in obſeruatione illius adiunxerit. Confirmatur hæc ratio, quia vt idem Vaſques cap. 3. docet ex D. Auguſtino lib. 16. de Ciuitate cap. 26. doctrina moralis præceptorum in veteri lege imperfecta, & inchoata tanquam fuit, in noua eſt perfecta & conſummata, & *ita Euangelica*, inquit, *præcepta fuerunt in lege veteri ſicut arbor in ſemine*. Quis ergo dicat idem eſſe omnino ſemen, & arborem, quæ in illius virtute continetur,

A ſimiliter igitur præcepta moralia prout in noua lege exponuntur, formaliter, & ſecundum obligationem poſitiuam legi annexam eadem dici non poſſunt, dixi formaliter, quaſi materialiter ſpectetur ius naturale, vnde ſumptum non dubitamus eſſe idem.

3. Concluſio, fidei, ſpei & charitatis ſupernaturalis præcepta addita ſunt in lege 5.
gratiæ à Chriſto Domino etiam ſecundum ſubſtantiam obiecti explicite, credendi ſperandi & amandi. Hæc aſſertio eſt Caſſali, vbi ſuprà, qui ideo ait nouam legem nominari, legem fidei, ſicut vetus dicitur à D. Paulo lex factorum propter multitudinem præceptorum quibus illa nitebatur. Oſtendit 1. ex variis ſacræ paginæ locis Marc vlt. B num. 16. *qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalus erit, qui verò non crediderit condemnabitur* Item ex eo D. Ioannis monito, Epiſtola 1. cap. 3. verſ. 23. *Hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius.* Tertull. contra Prax. cap. 28. & Auguſtinus tom. 9. ad hunc locum ex Græco fonte tranſtulerunt, *vt credamus nomini eius.* Lorinus Iuſtinianus omneſque interpretes ad literam aſſerunt hic legis nouę ſummam ad duo præcepta fidei, & charitatis reduci. Oecumenius addit præceptum fidei complecti omnia, quę Chriſtus Dominus nobis credenda edocuit, & ſpeciatim Salmeiron diſp. 24. in Ioan. 1. Epiſtolam §. *ſequitur*, ait, *hoc præceptum complectitur myſteria Trinitatis, & incarnatio-* C *nis, &c.* Id fides explicita de his non erat neceſſaria ante legem gratiæ neceſſitate præcepti: vt ſuppono ex iis, quæ diximus ad titulum primum diſp. 1. ergo additum eſt præceptum fidei in ſubſtantia obiecti explicite credendi, & conſequenter ſperandi, & amandi ſupernaturali amore, quia ſi Deus credendus eſt, vt trinus in perſonis, ita ſimiliter vt trinus ſperandus, & diligendus. 2. omnes fideles tenentur ex neceſſitate præcepti credere ea, quæ ſunt in ſymbolo ſaltem ſecundùm ſubſtantiam: ſed hoc præceptum ſecundum hos omnes articulos neque fuit in lege naturę, neque in lege veri; ergo. Maior communiter aſſeritur à Theologicis in 3. diſp. 25. D. Thom. 1. 2. quæſt. 76. art. 2. in corpore, & latius 2. 2. quæſt. 2. art. 5. 6. 7. & 8. item recentiores ibid. & probatum eſt ſuprà. Vbi minor ſatis confirmat manet. 3. quia D. Th. D 1. 2 quæſt 18. art. 1. in corpore ait, *ea præcipi in lege noua, quæ ad gratiæ introductionem, rectumque illius vſum neceſſaria cenſentur*, ſed huiuſmodi ſunt præcepta fidei, ſpei, & charitatis, eo modo quo à Chriſto Domino per nouam myſteriorum reuelationem aucta ſunt; ergo tanquam peculiaria præcepta legis gratiæ habenda, &c.

Huic concluſioni videtur contradicere, Suar. cap. 2. citato num. 6. & 9. quatenùs ait quamuis in lege noua plura fidei myſteria reuelata ſint, & expreſſius, ac generalior reuelatio eorum, quam quæ in lege veteri & naturali facta eſt: & conſequenter in lege noua ſit obligatio credendi explicite plura myſteria, quam antea; nihilominùs tamen probabiliter dici poſſe illud præceptum con-

naturale interiori gratiæ & diuinæ reuelationi, quia quamuis reuelatio & prædicatio talis doctrinæ ſit ex voluntaria diſpoſitione Dei, atque adeo de iure diuino poſitiuo; obligatio credendi, quę inde ſequitur, non videtur mere poſitiua, ſed intrinſeca, & ex natura rei ſequitur ex talis doctrinæ propoſitione, Deique reuelatione. Deinde numero 7. proponit inſtantiam contra ſuam doctrinam; nempe quia nunc non ſolum eſt obligatio credendi myſteria fidei: ſed audiendi etiam, & addiſcendi ipſam fidem. Ad quam inſtantiam reſpondet num. 8. negando aſſumptum, quia ſi ſermo ſit de hominibus nondum credentibus in Chriſtum, iſti non ſunt capaces obligationis prouenientis ex præcepto ſupernaturali: ergo nulla obligatio procedit ex parte audientium.

Verum hanc doctrinam idem Suarius de fide diſp. 13. ſect. 1. aliquantulum temperauit, ſeu magis declarauit: nam in primis num. 9. inter obligationes poſitiuas pręcepti fidei ponit hanc audiendi, & addiſcendi ipſam fidem, quam obligationem dicit eſſe maxime ſupernaturalem; & non poſſe in homine inchoari, donec Deus ſua gratia illum illuminare incipiat, & excitare, ſiue exterius hominum interuentu, ſiue interius per illuminationem & inſpirationem. Etenim per publicam famam Euangelicæ veritatis, inſtigante etiam interius Spiritu ſancto, poteſt interior dubitatio mentem ſubire, quæ hominem obliget ad inquirendam illam veritatem. Deinde cum nullus ſit infidelis, qui etiam in naturalibus aliquos non habeat errores, & dubitationem circa diuinum cultum, & morum honeſtatem rectamque viuendi rationem non poterit non ſentire conſcientiæ remorſus, & excitantem Dei gratiam experiri per ſanctam cogitationem. Vnde incipere poteſt obligatio ad inquirendam veritatem, & ſi in eo euentu fecerit, quod in ſe eſt, magis ac magis à Deo illuminabitur, quouſque ad ſufficientem fidei propoſitionem perueniat, per quam iam ad credendum obligetur, cum ergo totius iſte diſcurſus ſit Suar. & num. 11. addat potuiſſe à Deo hominem obligari ad hoc præceptum ſupernaturale, & credendi, & audiendi, neceſſario ſequitur illum etiam antequam credat eſſe talis præcepti capacem.

Præterea numero 3. aſſerit Præceptum fidei eſſe ſecundùm ſuam ſubſtantiam iuris diuini, partim naturalis, partim ſupernaturalis. Verum non eſt intelligendum, quod præceptum fidei ſit iuris naturalis ſimpliciter & abſolute ſumpti. Quia licet ratio naturalis dictet credendum eſſe Deo dicenti, & illum neque falli, neque fallere poſſe; tamen quando loquimur de præcepto fidei, non loquimur de actu, ad quem lumen naturale noſtri intellectus neceſſitatur ſaltem quoad ſpeciem actus; quales ſunt actus, qui verſantur circa obiectum, quod lumini naturali euidens repræſentatur, cuius modi eſt illud nempe, quod Deus dicit: eſt verum, & fide dignum: hoc enim obiectum eſt euidens, ſed de actu fidei, qui liber eſt, piamque, voluntaris affectionem requirit, & neque in obiecto, neque

E in ratione motiua, videlicet diuina reuelatione, ſeu Dei authoritate reuelata euidentiam ſupponit: imò illam excludit ab obiecto, quatenùs de fide creditur, vt dixi in ſuperiori titulo; de hoc ergo actu fidei procedit præceptum fidei, quatenùs ex diuina authoritate ineuidenti in obiectum etiam obſcurum & ineuidens fertur. Deinde licet hoc præceptum implere, rationi naturali conſentáneum ſit, ideóque dixit Auguſtinus de prædeſtinatione ſanctorum cap. 7. *poſſe habere fidem naturæ eſt hominum*, addidit tamen, *habere autem gratiæ eſt fidelium*; quia ſine auxiliari gratia Dei adimpleri non poteſt. Ideoque non imponitur tale præceptum homini in ſtatu puræ naturæ conſtituto, ſed iam ordinato ad ſupernaturalem finem: præ- B cepta verò quæ aliqua ex parte iuris naturalis ſunt abſolute ſumpti, reſpiciunt hominem ex ea parte ad finem tantum naturalem ordinatum.

Dicendum igitur exiſtimo præceptum fidei 6. eſſe de iure diuino poſitiuo ſupernaturali in omni rigore & proprietate loquendi. Atque adeò abſolute, & ſimpliciter: quamuis ex ſuppoſitione, & reſpectiue aliquo modo dici poſſit de iure naturali, vt dixi in 1. diſp. q. vltima ſect. 3. Nam quod de iure diuino ſit patet, quia illius author proximus & immediatus eſt Deus; Quod dicatur poſitiuum abſolute ſuadetur, quia à voluntate Dei illud hominibus imponentis dependet; item augeri poteſt ac minui pro ratione obiectorum, quæ credi iubentur: quod eſt contra C rationem iuris naturalis, quod immutabile eſt, & per Dei voluntatem non augetur, neque minuitur, tandem quod ſupernaturale cenſeatur ſic probo quia hoc præceptum eſt de actu ſupernaturali, qui ſine ſupernaturali Dei auxilio non habetur, & homini ad ſupernaturalem finem ordinato imponitur: nec refert quod connaturale ſit ſtatui gratiæ, item quod homines naturaliter teneantur Deo obedire, vt abſolute naturale exiſtimetur: nam cum inſtitutio illius à Dei voluntate pendeat, neceſſario iuris poſitiui eſſentialem differentiam participat. Confirmatur primo, quia quamuis connaturale ſit hominibus per leges humanas gubernari, & ſubditi teneantur ſuis principibus obedire ex iure naturali, iuſtaſque leges obſeruare: hoc non tollit quo minus ipſæ verum & rigoroſum ius D poſitiuum à voluntate principium dependens conſtituant, contra quod faciunt ſubditi, non ſolum ſi leges obſeruare noluerint, ſed etiamſi quando promulgantur, ipſi audire detrectent, & craſſam, ſeu affectatam ignorantiam prætexant, vt ſuo loco dicetur: ſimiliter ergo quando Chriſtus Dominus legem nouam condidit, omnique creaturæ prædicandam propoſuit, omnes homines ad illam tum audiendam, tum recipiendam obligauit ex eodem iure poſitiuo diuino, in quo lex gratiæ fundatur. Confirmatur 2. poſita inſtitutione legis nouæ ſi Chriſtus Dominus illam vt omnino neceſſariam ad ſalutem obſeruari non iuberet, qui illam non admitteret, & non crederet, in eâ tantum ſaluari poſſe, non

peccaret, quia ſolum illius præcepta veluti, conſilia reciperentur; ergo ſimiliter quamnis reuelatæ ſint aliquæ veritates fidei, & propoſitæ, niſi eſſet præceptum perdiſcendi, & credendi poſitiue hæc myſteria, ex iure naturali nemo teneretur circa illa poſitiuum aſſenſum elicere; quia tamen omnes obligarentur ſaltem quoad ſpeciem ad credendum, ſeu obligarentur ex præcepto negatiuo, ideſt, ad non diſſentiendum rebus ſufficienter reuelatis, & propoſitis; ideo ex ſuppoſitione & reſpectiuè hoc præceptum credendi ex parte rectè dicitur à Suario de iure naturali.

7. 4. conclusio in lege noua nulla alia ſunt præcepta cæremonialia de iure diuino poſitiuo, niſi quæ ad ſacramenta ſpectant: hæc eſt Theologorum communis, & expreſſe traditur à D. Thom. proxime citato Suar. lib. 10. cap. 2. Soto lib. 2. de Iuſt. & iure q. 9. a. 6. Couar. in 4. decret. p. 2. cap. 6. §. 10. ad initium. Ratio huius concluſionis eſt illa, D. Thom. ſemel, atque iterum inculcata & in probatione 3. concluſionis 3. loco adducta; videlicet quia ad introductionem gratiæ, rectumque illius vſum, ſola neceſſaria erant ſacramenta à Chriſto Domino inſtituta. Deinde in tractatione de ſingulis ſacramentis oſtendi ſolet, quomodo in illis præceptum detur de iure diuino poſitiuo, quæ nunc, latius perſequi non oportet. ſolum aduertendum eſt cùm Euchariſtiæ ſacramentum pariter ſacrificium ſit, idcirco non diſtingui ab auctoribus præceptum huius ſacrificii à præceptis ſacramentorum. Cur autem Chriſtus Dominus de his ſacramentis determinatas leges præbuerit, appoſite docuit Auguſt. lib. 19. contrà Fauſtum cap. 11. vbi ait. *In nullum autem nomen religionis ſeu verum ius falſum coagulari homines poſſunt niſi in aliquo ſignaculorum, vel ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur; quorum ſacramentorum vis valet plurimum*, &c. Vnde Trid. ſeſſ. 7. cap. 3. cum de primo omnium gratiarum, & ſacramentorum fonte nempe Euchariſtia loqueretur, illud appellauit *Symbolum vnius illius corporis, cuius ipſe caput extitit: cuique nos tanquam membra arctiſſima fidei, ſpei, & charitatis connexione aſtrictos eſſe voluit.* Ergo neceſſarium omnino fuit, vt ſubſtantia diuini cultus firma & ſtabilis ſemper in Eccleſia permaneret, in eaque omnes illius fideles conuenirent: certa hac de re ſigna inſtitui, legeſque decerni, *per quas videmus*, vt Auguſt. verbis vtar Epiſtola 118. cap. 1. *Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum leni iugo ſuo nos ſubdidiſſe, & ſarcina leui: Vnde Sacramentis numero pauciſſimis obſeruatione facillimis, ſignificatione præſtantiſſimis ſocietatem noui populi colligauit.*

8. 5 Conclusio in materia horum præceptorum non ſolum præcipiuntur actus externi, ſed etiam interni; ita D. Thom. 1. 2. q. 108. art. 1. ex D. Auguſt. Valent. diſp. 7. q. 8. punct. 2. Soto vbi ſuprà art. 2. Suar. num. 18. Medin. & Thomiſtæ recentiores ad art. citatum D. Thom. Salas diſp. 24. ſect. 2. num. 11. Probatur 1. Ex Matth. 5. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum:* nam Phariſæi externorum tantummodò operum honeſtatem curabant, vt notat Barrad. tom. 2. lib. 7. cap. 14. in fine, ideoque Chriſtus Dominus ſepulchra dealbata illos dictitauit, quia interiores animorum affectus vitiis corruptos ſuggillabat; atque adeo exteriorem iuſtitiam interiori concordem exoptabat. Vnde illam in noua lege maxima requiſiuit. 2. id circo lex noua dicitur, lex fidei, lex ſpiritus, & vitæ, quia actus virtutum Theologicarum interiores. Fidei videlicet, Spei, & Charitatis depoſcit: omneſque interiores animæ motus ordinat, & perficit, in quibus rectitudo apud Deum principaliter conſiſtit. *Homo enim videt ea, quæ parent, Deus autem intuetur cor.* 1. Reg. 16. num. 7. Cæterum hi actus interni dupliciter præcipiuntur, vel prohibentur. 1. directè & per ſe, quia in illis præcepti materia completur, & hac ratione præcipiuntur actus fidei ſpei, & charitatis, item actus aliarum virtutum moralium, V. G. pœnitentiæ, & his contrarii actus prohibentur. 2. indirectè, & ratione aliorum, nempe externorum: Et hoc modo quamuis præcepta Sacramentorum de actibus externis per ſe 1. procedant, quia tamen requiritur, vt humano, moralique modo fiant, ſecundariò & indirectè etiam actus interni cadunt ſub materia horum præceptorum.

Supereſt ad perfectam difficultatis in hoc 9.
titulo contentæ declarationem ſcire quando lex noua ſuam inducere cæpit obligationem, & quandiu obligabit; & quidem de primo ſatis conſtat ex iis, quæ diximus de tempore, quo lex vetus eſſe deſiit; tunc enim cæpit nouæ legis obligatio, quando lex vetus finem fecit obligandi, nempe poſt paſſionem & mortem Chriſti Domini. Vbi plures pro hac ſententia adduximus, quam etiam Salas citatus ſectione 4. num. 2. In multis locis à D. Thom. traditam fuiſſe oſtendit, quam ipſe, & alii quos refert, meritò ſubſequuntur, quamobrem nihil iis, quæ ſupra diximus neceſſariò addendum iudico; ſolum addo inquiri à D. Thom. 1. 2. quæſt. 106. art. 3. cur hæc lex noua in mundi primordio data non fuerit: cuius difficultatis tres aſſignat rationes. 1. & præcipua eſt quia abundantia, & perfectio gratiæ Spiritus ſancti, à qua lex gratiæ indicta à Deo, non ſcripta denominatur, *dari non debuit antequam impedimentum peccati ab humano genere tolleretur, conſummata redemptione per Chriſtum* Iuxta illud Ioan. 7. *Nondum erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.*

Obiicies 1. cum Suar. lib. 10. cap. 4. num. 8. 10.
& ſequent. vbi ait legis nouę obligationem non incæpiſſe ante diem Pentecoſtes; ſed ab hoc die homines cæpiſſe obligari, neque omnes ſimul, ſed ſucceſſu temporis, 1. Iudæos, deinde Gentiles; Et hos non ſimul, ſed ſucceſſiue, prout Euangelium paulatim promulgabatur: quod ſic probat: nullum præceptum poſitiuum huius legis aſſignari poteſt, quod poſt Chriſti mortem cæperit obligare, ergo multo-

multo-minus tota lex. Probatur antecedens, quia ſi aliqnod obligaret, eſſet pręceptum Baptiſmi, qui eſt ianua ad Eccleſiam; ſed hoc eſt falſum; quia præceptum non obligat ante ipſius debitam promulgationem ergo, &c. Reſpondeo tamen negando antecedens, quia præceptum credendi; & recipiendi Chriſtum Dominum, tanquam Dei filium in rigore loquendo naturale non eſt, vt ſupra oſtendimus; & tamen etiam ante Chriſti paſſionem peccabant, qui in illum non credebant, vt ipſe Dominus dixit, Ioan. 15. num. 22. *ſi non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberet:* ad probationem neganda eſt minor: eſt enim clara ſententia oppoſita Auguſt. libro primo de Anima, & eius origine cap. 9. qui niſi exiſtimaret Baptiſmi præceptum, poſt Chriſti paſſionem obligare, oon tantum laboraret in expedienda illa difficultate, quando, & quomodo baptizatus fuit bonus latro, ne dicatur ſine Baptiſmo Salnatus; tres enim hac in re adhibet ſolutiones vt ex eis quilibet vnam eligat. Primam cum Cypriao. bonum latronem fuiſſe proprio ſanguine baptizatum; *tanto namque*, ait Auguſt. *pendere appenſum eſt, tantumque valuit apud eum qui hec nouit appendere, quod confeſſus, eſt Dominum crucifixum quantum ſi fuiſſet pro Domino crucifixus.* Secundum dicit ſanctum latronem, *Aqua illa, quæ de vulnere lateris Chriſti emicuit tanquam, ſacratiſſimo Baptiſme fuiſſe perfuſum.* 3. quia nemo conuincet illum antea Baptizatum non fuiſſe. 4 obiter fortaſſe expeditiorem addo, illum in tempore, qno adhuc præceptum Baptiſmi non vrgebat, ad Chriſti gratiam per contritionem & delectioně peruenisſe, ſeque in illa ad mortem vſque in cruce de fidei, ſpei, & charitatis actibus bene meritum conſeruaſſe, & his ſe veluti Baptiſmo flaminis perpurgaſſe.

11. Ad probationem minoris in argumento Suarii dico ad legě diuinam neceſſariam non eſſe ſolemnem aliquā promulgarionem intra certum tempus, quaſi ante illud lex diuina vim non habeat obligandi; vt ſect. 7. ſatis oſtendimus. Alia vero euulgatio nouæ legis ſufficiĕs, vt io hominū notitiam veniret, non defuit viuĕte etiam Chriſto Domino, & dicĕte Apoſtolis Matth. 10. n. 27. *quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta*, in quo capite mentio fit miſſionis Apoſtolorum, quos ſeruator Dominus per ciuitates Iſrael euangelii prædicandi cauſa dimiſit. Et quāuis iuſſerit ne ad vrbes paganorum ſeu Samaritanorum accederent, non ideo fecit, quaſi lex Euangelica omnibus euulganda non eſſet, ſed quia Iudæis, quibus promiſſus Meſſias fuerat Euangelicæ legis author, priusquam gentibus nuntiari debuit, vt optime notauit Paulus ad Rom. 1. n. 16. *Non enim erubeſco Euangelium. Virtus Dei eſt in ſalutem omni credenti Iudeo primū, & Greco*, id eſt Gentili, vbi in Euangelio prius prædicādo Iudæis. Iuſtinian. in hoc loco Pauli cum Aug. & Chryſoſt non gratiæ excellentiam, ſed ordinem agnoſcit, qui ordo ille eſt, quem in Euāgelii prædicatione ſuis Dominus Apoſtolis præſcripſit: vt actorum 1. habetur. *Eritis* A *mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudea, & Samaria vſque ad vltimum terræ*; prius enim iuſſit, vt Hieroſolimis, & in vniuerſa Iudea & Samaria; poſtea vero in toto orbe prædicarent.

Obiicies 2. ſi lex noua poſt Chriſti mortem ſtatim inciperet, illico omnes homines tam Iudæos. quam Gentiles toto orbe diffuſos obligaret; ſed hoc videtur incredibile, ergo, &c. maioris ſequelam oſtendit Suar. n. 10. quia non eſt maior ratio cur hos potius quam illos obligaret, ſi nulla alia ſucceſſiuæ promulgationis ſolemnitate indigeret. Minorem confirmat idĕ Doctor n. 15. & ſeq. vſq, ad finem ſect. quia lex noua non fuit promulgata gentibus ante illam reuelationem factam D. Petro Actor. 10. imò neque Iudæos obligari ait, qui apud exteras nationes diſperſi vagabantur, B quia ad eos Euangelii notitia peruenire non potuit. Reſpondeo tamen diſtinguendo antecedens de obligatione & per ſe, & per accidens, item de promulgatione certo tempore definita, & cum aliquali ſolemnitate. Atque de euulgatione abſolute neceſſaria, & ſufficienti tempore facta per ſe ad obligandum.

Vnde dico 1. poſt Chriſti mortem in Iudæorum Ciuitatibus lege noua per ſe omnes illarum habitatores cæpiſſe obligari; per accidens vero excuſati poterant aliqni, qui ſine ipſorū culpa ſufficientem legis notitiam non haberent. Ratio eſt quia, vt diximus, ſufficienter per Chriſtum Dominum, & per Apoſtolos ad prædicandum miſſos, huius legis notitia ad Hebræos homines, tum Iudæos, tum Gentiles in Iudæorum ciuitatibus commoran- C tes potuit peruenire, quæ illos ad legem euangelicam ſuſcipiendam obligaret. Et quamuis in eo principio non tam exacte omnia legis præcepta illis innoteſcerent, ſatis erat quoad præcepta fidei tenerentur; item ad moralia eo modo, quo à Chriſto Domino tradita ſunt. Denique ad Baptiſmum de cuios obligatione ipſis conſtare iam potuit ex verbis Chriſti Domini, *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire regnum Dei* Ioan. 3. tunc enim Chriſtus Dominus Baptiſmi Sacramentum inſtituit, licet illius præcepto non niſi poſt ſuam paſſionem voluerit obligare: præſertim cum Chriſti Baptiſma ſuo longe excellentius Ioannes D Baptiſta prædixerit, vt omnes Euangeliſtæ teſtantur. Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. Ioan. 1. neque clarius hoc dici poterat, quam D. Thom. 3. part. quæſtione 66. art. 2. in corpore explicauit, nam cum de Baptiſmo loqueretur, addit. *Neceſſitas vtendi hoc Sacramento indicta eſt hominibus poſt paſſionem, & reſurrectionem Domini.* 12.

Dico 2. vbi primum poſt euulgationem Euangelii inter Iudæos ſufficiens elapſum eſt tempus, quo illius fama totum orbem peruadere potuit, omnes omnium homines cenſentur per ſe obligati ad illius obſeruationem, quamuis per accidens ex ignorantia inuincibili ij maiori ex parte pro tunc excuſarentur. Probatur, quia ad rationem legis ſatis eſt, quod proponatur alicui communitati cum intentione obligandi eos, ad quos 13.

illius notitia peruenit, ſicut verbi gratia, quando in curia Romana, in campo Forę, vel in valuis Baſilicæ ſancti Petri lex aliqua proponitur, vt obliget totam Eccleſiam: neque opus eſt vt maiori parti Communitatis innoteſcat, ad hoc vt obligare incipiat. Vnde quovis modo naturali, vel ſupernaturali, & quocunque tempore ad notitiam cuiuſque hominis peruenerit ſufficiens legis Euangelicæ notitia, illico ad illius obſeruationem intelligitur omnino obligari. Et quando tantum temporis eſt elapſum, quantum ſufficiens erat, vt toto orbe lex euulgaretur, per accidens eſt, quod illius notitia ad aliquos non accedat, & ſic per accidens non obligarentur. Quod verò ante Cornelij Baptiſmum nullus Gentilis etiam ſufficienter inſtructus, & in Iudæa commoratus non obligaretur ad obſeruationem legis nouæ per ſe, & proprie, mihi nullo modo videtur aſſerendum. Tum quia eſt contra communem Patrum & Theologorum ſententiam, quos ſect. 7. concluſ. 1. & 2. & 3. retulimus, tum quia ex rationibus ibidem traditis facile poteſt conuinci.

14. Tandem quæſiuimus quandio lex noua obligabit? in qua difficultate indubitatum eſt, inter DD. Catholicos legem nouam perpetuò duraturam, & poſita promiſſione diuina nec augeri poſſe, nec minui: ſed in eodem vigore inuariabilem permanſuram, quouſque prædeſtinatorum numerus à Deo prædefinitus compleatur. Ita D. Thom. 1. 2. q. 106. art. 4. in corpore, & Theologi communiter. Probatur primo ex Matth. 16. *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Certum verò eſt Chriſtum Dominum loquutum fuiſſe de hac Eccleſia, quam ipſe inſtaurauit, & Petro, ſucceſſoribuſque ſanctiſſimis, Euangelii legibus tradidit gubernandam; cuius ſtabilitatem, immobilemque firmitatem Petra, ſeu rupes, à qua nomen Petrus accepit, manifeſte demonſtrat, vt docet Epiphan. in Ancorato ad initium; item hæreſ. 59. Origen. homil. 5. in Exod. Cyrill. in cap. 1. Ioan. Chryſoſt. homil. 4. de Verbis Eſai. & alii quam plures. 2. Quia ideo æternum dicitur Chriſti regnum, nempe Eccleſia legis nouæ cap. 2. Danielis. *In diebus regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non diſsipabitur.* ita enim locum interpretatur Auguſt. tract. 115. in Ioan. Tertull. & Cyprianus in libris aduerſus Iudæos, Bernard. ſerm. 3. ſuper miſſus eſt, & fere omnes Patres antiqui, quos citant recentiores, Pereira, Maldonatus, Cornelius, & Sanctius ad hunc locum Danielis. 3. quia eadem ratione nouum teſtamentum dicitur æternum, vt patet in conſecratione calicis, in qua additur particula *æternum*, quæ ab Euangeliſtis non ponitur, quamuis à Chriſto Domino dictam ex Eccleſiæ traditione oſtendit Innocent. III. in capite Cum Marthæ de Celebrat. Miſſarum, item à D. Paulo ad Hebræos 13. & Apocalypſis 14. Euangelium æternum nominatur.

15. Obiicies nomen hoc *æternum*, in ſcriptura ſacra aliquando non ſignificat æternam durationem, neque perpetuitatem vſque ad mundi finem, vt facile probatur de lege veteri, quæ etiam æterna perhibetur Pſalm. 104. *Statuit illud Iacob in præceptum, & Iſrael in teſtamentum æternum,* & tamen iam à Chriſti paſſione ceſſauit. Reſpondeo primò ſacram paginam diuerſo modo loqui de perpetuitate legis nouæ, atque duratione legis veteris, vt optime notauit Auguſt. quæſt. 124. in Exodum, loquens de Sacerdotio Chriſti cum quo pari paſſu lex Euangelica decurrit, vt conſtat ex cap. *translato Sacerdotio* de Conſtit. & ex iis verbis colligit Auguſt. *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum*, Pſalm. 109. quod ſane ſignificauit Daniel in loco ſupracitato adiungens numero 44. *& regnum eius alteri populo non tradetur.* Vnde cap. 7. numero 14. loquens Daniel de eodem regno, ait, *poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius quod non corrumpetur.* Secundo reſpondeo ex D. Auguſt. quæſtione 31. & 43. in Geneſ. item 124. in Exodo & D. Thom. 1. 2. quæſt. 103. art. 3. ad 1. legem veterem dici perpetuam, & æternam, non ratione ſui, ſed ratione legis nouæ per illam figuratæ. Vel deoique perpetua dicebatur, quia licet per extrinſecas cauſas, & rerum mutationem variari deberet ſucceſſu temporis: tamen ſuapte natura cum ad ius diuinum pertineret, inuariabilis erat, quouſque tali modo impleretur, vt iam illius veritas ſubſiſtere nequiuiſſet, & ex Dei propoſito, ſuo tempore defeciſſet, de quo vide Abul. in c. 12. Exod. & noſtrum Pereira ibid. item in 13. & 17. cap. Geneſ. latius diſſerentem.

Cæterum pro legis nouæ immutabilitate vltra prædicta ſcripturæ ſacræ teſtimonia duas rationes aſſigno: prima eſt quia ſicut lex naturalis in hominum cordibus, à naturæ authore eſt indita, prius quam externis tabulis ſcripta videretur, & per ſe non requirit externa ſigna, quia intus naturale rationis rectæ dictamen hominem ad honeſtum dirigit Ita lex noua à Chriſto ſeruatore hominum cordibus impreſſa non in tabulis ſcripta relioquitur, vt ſect. 4. cum D. Paulo, ex Hieremia notauimus, & D. Thom. ex inſtituto oſtendit 1. 2. quæſt 106. art. 1. Vnde Auguſt. lib. 15. contra Fauſtum cap. 4. ita Eccleſiam alloquitur Chriſti ſponſam. *Tu es Epiſtola Apoſtolorum ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.* Quæ verba D. Auguſt & Paul. 2. ad Corinth. 3. accepit: certum enim eſt Chriſtum Dominum nihil ſcripſiſſe præter illam adulteræ ſenteotiam digito in terra exaratam, vt notauit Salmeiron tom. 1. prolog. 24. nam Epiſtola illa ad Agabarum, cuius meminit Euſebius lib. 1. Hiſtoriæ, Apocripha cenſetur à Gelaſio in Concilio Romano 7. ſeptuaginta Epiſcoporum. Iam verò figmentum illud paganorum relatum ab Auguſt. lib. 1. de conſenſu Euang. cap. 10. Chriſtum Dominum ad Petrum & Paulos libros aliquot ſcriptos reliquiſſe, qui vniuerſam artis magicæ do-

ctrinæ continent & impium& ſano iudicio indignum debet iudicari.

a. ratio eſt, quia duobus modis poteſt lex ceſſare, vel negatiue illam auferendo, vel poſitiue inſtituendo alteram, quæ illam excludat, vt lex noua veterem antiquauit. 1. modo lex noua finiri non poteſt: Etenim Eccleſia militans ſine lege Dei permanere non poteſt, quia de ratione Eccleſiæ eſt, vt ſit viſibilis, & externis ſignis ſuam profiteatur fidem, vt optime oſtendit Bellarm. tom. 1. de Eccleſia milit. lib. 3. cap. 18. ad finem, in quorum quidem ſignorum conſenſu vnitur. 2. modo repugnat perfectiooi legis nouæ deficere: quia nulla alia lex perfectius in ſtatu viæ hominem vnire poteſt cum Deo, quàm hæc, quæ per ootitiam fidei, & ſpiritus ſancti gratiam efficaciſſimis ſacramentorum mediis obtentam, & ipſam gratiam ex opere operato cauſantibus nos Deo coniungit. Tandem ex parte legiſlatoris expectari nequit lex oon ſolum perfectior, ſed neque æqualiter perfecta, cum nullus homo, vel Angelus Chriſto Domino legis nouæ legiſlatori poſſit æqoipatari.

De ſpeciebus humanarum legum.

QVÆSTIO V.

Aßignantur diſcrimina Iuris Diuini ac humani.

SECTIO I.

HVcuſque egimus de legibus, quæ ad diuinum ius ſpectabant, quæ quia in veteri, nouoque teſtamento reperiuntur, definiri ſolet à Canoniſtis ius diuinum vt author eſt Caniſius Nouiomagnus io ſumma tit. 2. *Ius diuinum eſt, quod legibus veteris, & noui teſtamenti continetur*, quia tamen, vt rectè monet Hoſtienſis in ſumma de Pœnitent. & remiſſ. §. cui confitendum verſ. 3. Præſumptuoſum eſt dicere Eccleſiam Dei per ſola Biblia regi poſſe; ex iiſdem ſacris litteris tanquam ex veritatis diuinæ fontibus ſacri Canones promanarunt, iuxta cap. qualiter 2 de Accuſat. qui etiam cauſa fuit, cur aliquando ius Canonicum diuinum late ſumptum diceretur, vt ſect. 4 præcedentis quæſtionis notauimus: cum tamen propriiſſime loquendo ius huma-
1. num ſit. Cæterum ad diſtinctionem iuris humani, & diuini agnoſcendam, Salmeiron in acta Apoſtolorum tract. 61. tres conditiones in diuino requirit, & ſex diſcrimina inter vtrumque aſſignat. Conditiones ſunt, 1. vt lex de iure diuino ſit iuſta, 2. vt ſit à Deo, 3. vt ab eo immediate immediatione ſuppoſiti, & immediatione virtutis procedat: Ex his tamen duæ priores communes ſunt omnibus legibus, quia lex, quæ iuſta non eſt, veram legis non ſortitur rationem, vt ſequenti diſputatione dicetur. Præterea in ſect. 2. oſtendimus omnes leges ab æterna Dei lege deriuari, & à Deo Reges accipere, quod *regnent, & legum conditores iuxta decer-*

II.

A *nant*. Prouerb. 8. Sola igitur tertia rectè intellecta diuinum ius ab humano ſeiungit, atque adeo ſic debet explicari, vt ius diuinum illud eſſe cenſeatur, quod à diuinæ voluntatis, & authoritatis diſpoſitione tantum dependeat.

Hinc iam quinque differentiæ oriuntur. a.
Prima & præcipua eſt, quod ius diuinum à diuinæ, humanum ab humanæ voluntatis, & anthoritatis diſpoſitione dependet, neque ſatis eſt quod iuriſdictio, poteſtas, ſeu authoritas à Deo detur, vt leges ab illa procedentes à diuina authoritate dependere dicantur; ſed oportet vt ab eadem authoritate Dei, ipſiuſque voluntatis diſpoſitione tantum immediate deriuetur. Verbi Gratia, Iu-
B riſdictio & Poteſtas D. Petro, & reliquis Chriſti Vicariis conceſſa de iure diuino eſt, quia immediate à Deo proceſſit, vt optime deducit Anacletus Papa Epiſtola 1. ex Matth. 16. *Apoſtoli*, ait, *hoc ſtatuerunt iuſſione ſaluatoris, vt maiores & difficiliores quæſtiones ſemper ad ſedem referantur Apoſtolicam, ſuper quam Chriſtus vniuerſam ſtatuit Eccleſiam, dicente ipſo ad Petrum Principem Apoſtolorum: tu es Petrus, &c.* & tamen leges, quæ ab hac poteſtate Vicariis Chriſti conceſſa dimanant, proprie loquendo iuris humani ſunt, & humana nituntur authoritate: Eccleſiaſtica quidem, quæ ſolum late diuina nominatur, vt contra diſtinguitur à Ciuili. Secundam differentiam aſ-
C ſignat Salmeiron, nimirum quia ius diuinum non deſcendit ad particularia præſertim in nouo teſtamento. Verum hoc diſcrimen eſt omnino accidentarium: Nam lex vetus tota diuini iuris erat propriiſſime, vt probauimus ſuprà; Et tamen ad minutiſſima præcepta deſcendebat. Præterea etiam in particularibus circa materias, & formas Sacramentorum diuinum ius in nouo teſtamento verſatur, quã obrem ad tertiam differentiam venio, quæ in noſtro ordine eſt ſecunda: idcirco enim vnam minus aſſignauimus, quàm Salmeiron.

Conſiſtit ergo ſecunda differentia in eo, quod ius diuinum, nec canonico iuri, neque ciuili cedit, imò ſi alterutrum illi contrarietur, iniuriæ potius, quàm iuris nomen ſubibit: humanum vero ſemper diuino ſubordinatur, quoniam non ius, ſed iniuſtum eſt, quod op-
D ponitur diuino iuri. Vnde veræ legis obiectum eſſe nequit. Hanc differentiam quinto loco ponit Salmeiron; aptius tamen in 2. illam collocamus; quia proximior videtur primæ, & ab illa cæteræ deducuntur. Probatur 1. ex cap. non licet, diſt. 10. quod ſumitur ex 6. Synodo Romana, in qua Symachus de ſuprema poteſtate ſeculari ciuiles leges condendi. *Non licet*, inquit, *Imperatori, vel cuiquam veritatem cuſtodienti contra diuina mandata præſumere, nec quicquam quod Euangelicis Propheticis, aut Apoſtolis rebus obuiet, agere*. Idem habetur cap. I. Imperatorum diſt. 10. 2. idem de iure Canonico oſtenditur ex Innocent. I. in cap. quis neſciat diſt. 11. & cap. conſuetudinem, & cap. in his eadem diſt. Videri poteſt de hac re latius Aug. Epiſt. 118. ad Ianuarium, Bernard lib. de Præcep. & diſ-

penſatione. 3. etiam ratione probatur, quia omnis humana iuriſdictio, & authoritas diuinæ ſubditur authoritati & iuriſdictioni, ergo ſimiliter leges, quæ ab humano iure procedunt, cedere debent legibus, quæ à diuino promanarint.

Hinc colliguntur tres aliæ differentiæ nempe quod humana poteſtas Canonica, vel Ciuilis diuinum ius immutare non valet, item nec in eo diſpenſare, nec denique aliquam in illo facere exceptionem; ita D. Thom. 1. a. quæſt. 88. art. 10. ad 2. Alexand. III. in Concilio Lateranenſi, prout refertur in cap. ſuper eo, de Vſuris, Bernardus citatus, Cyprianus, Gregorius, & alii Patres, quos refert, & ſequitur Salmeiron vbi ſupra. At ius humanum ab alio item humano maioris, vel ſimilis poteſtatis mutari poteſt, diſpenſari, & exceptionem pati modo explicando in diſp. 6. de B cauſa efficiente conſtitutionis. Ratio, & Probatio horum diſcriminum ſumitur ex præcedenti, quia diuinum ius humano non cedit, & vt bene aduertit Innocentius III. in cap. inter alia de ſentent. Excommun. Vnde ius procedit, iuris quoque interpretatio procedit: Ergo à fortiori cum ius diuinum à Dei authoritate, & iuriſdictione immediate prodeat ab eodem mutatio, diſpenſatio, & exceptio eiuſdem iuris debet proficiſci, de quo latius infra dicemus. Hoc igitur diuinum ius cognoſcitur aut diuina ſcriptura, aut traditione, aut euidenti, & neceſſaria deductione ex ſacris ſcripturis, aut denique ex aſſignatis proprietatibus, per quas ab humano diſcriminatur.

Iuris humani diuiſio, & Canonici natura expenditur.

SECTIO II.

1. IVs humanum in canonicum, & ciuile ſubdiuiditur. Canonicum definitur à Daniele Venatorio in ſua Analyſi methodica, *quod decretis Pontificum, ſtatutiſque conciliorum conſtat, normam rectè viuendi oſtendens Eccleſiaſtica authoritate, & iuriſdictione fundatur*; ſicut ciuile ſeculari, & ciuili nititur hoc ius canonicum: proximiùs accedit ad diuinum, vt notat Bald. in l. 1. ff. quemadm. teſtam. aperiantur, & in l. finali Cod. de iure de D lib. circa finem; ius Ciuile remotius eſt à Diuino: Præterea Eccleſiaſtici iuris Conſtitutiones Canones perhibentur; iuris vero Cæſarei ſanctiones leges quadam nominis proprietate ſolent dictitari. Ita tamen vt ſicut *canon* legiſtis eſt familiare verbum, neque ſolum pro annua collatione & præſtatione ſumitur, vt patet ex lege finali de collatione fundor. patrimon. & l. vnica Cod. de collatio. donato & multis aliis, quæ videri poſſunt apud Briſſon. de Verborum ſignificatione libro tertio. verbo *canon*, ſed etiam pro lege ſeculari vſurpatur: nam canonibus ſoluere idem eſt, quod legibus ſoluere, & canonis gratiam facere, idem importat, quod legis facere gratiam, ſeu diſpenſare, vt docet Mendoſius in Rubrica de Conſtit. n. 5. tom. 1. repet. cum Bald. in l. Princeps, ff. de

A legib. & Abbate in cap. etſi neceſſe in fine de donat. inter vir. & vxor. Ita etiam lex pro canone, ſeu Eccleſiaſtico decreto accipitur, vt Author eſt Sangrinus in cap. 1 de Conſtit. num 34. tom. 2. repet. Et probatur ex cap. lex eſt, diſt. 1. & ex cap. Nicæna diſt. 31. ibi, *poſuit leges, quas canones vocamus, &c.* de Eccleſiaſticis textus loquebatur, quas tamen leges vocauit, licet maiori cum proprietate canones dicantur. Cæterum etſi hæc nomina, decretum, ſtatutum, & conſtitutio æque de Eccleſiaſticis, atque de ſecularibus ſanctionibus prædicentur; Controuerſia eſt inter iuris-peritos quid veniat nomine conſtitutionis, quæ ſequenti concluſione dirimetur.

Prima Concluſio, Conſtitotio propriiſſime ſtricte, & rigoroſe accipitur pro Principis 1.
B ſtatuto; late tamen, minuſque rigoroſe, ſed cum aliqua proprietate pro qualibet ſanctione, ſeu determinatione vniuerſaliter præceptiua, & obligatoria vſurpatur. Concluſio duas habet partes. Primam tradit Abbas, & Hoſtienſ. in ſumma Ioan. Mona. in Rubrica de Conſtit. in 6. Bart. in Rubrica Cod. de legibus, vbi ait, etiam pueros hoc non ignorare, & merito: nam nullus author, quem viderim, illam partem negat. Probatur ex cap. conſtitutio diſt. 2. Inſtit. de Iure natural, Gentium & ciuili, §. ſed quod Principi, & l. 1 ff. de legib. & Conſtit. Princip. Ibi *hæ ſunt, quæ conſtitutiones appellantur*. De 2. eſt tota dubitatio, vtrum ſcilicet ita late ſignificet Conſtitutio ſtatutum congregationis, vel inferioris à Principe, vt C impropria ſit talis ſignificatio. Etenim Abbas negat aliis legibus, quam à principibus conſtitutionis nomen cum proprietate accommodari: quem ſequitur Boſchus Papienſis in Rubrica de Conſt. tom. 1. repet. num 33. Burgos ibid. num. 66. Riminaldus ibid. n. 51. Mendoſius in append ce repetit. in Rubrica de Conſtit. n. 14. & Barbatius, quantum ad Eccleſiaſticam conſtitutionem; nam de Ciuili noſtram 2. concluſionis partem tuetur, quam etiam tenent Archidiac. Imul. Decius, & alii antiquiores in Rubrica de Conſtit. quos ſequuntur Ferret. tom. 1. repet. eodem titulo n. 7. Coſcius ibid. n. 7. Andreas ab Exea. n. 123. & ſequent.

D Probatur hæc ſecunda pars 1. ex cap. lex eſt conſtitutio populi diſt. 1. vbi non ſolum lex Principis dicitur conſtitutio, ſed lex populi. 1. ſub Rubrica de Conſtit. continentur textus, qui loquuntur de Statutis inferiorum à Principe, vt in cap. cum omnis, & in cap. cum M. Ferrarienſis; ergo etiam ſtatuta inferiorum propriè dicuntur conſtitutiones; nam alioqui perperam ab hoc titulo continerentur, nec ſatisfacit reſponſio Abbatis ſatis eſſe ſi improprie conſtitutiones dicantur, vt ſub eodem titulo collocentur. Etenim verba legis, quantum fieri poteſt, proprie accipienda ſunt, vt patet ex l. 69. non aliter, ff. de leg. 3. l. 1. vtilitatem, §. ſi is qui nauem, ff. de execut. action. 3. in prælu dio diſtinctionis tertiæ, Conſtitutio diuiditur in ciuilem, & Eccleſiaſticam, & in cap.

regula eadem diſtinct. eadem Conſtitutio (A) Eccleſiaſtica, quæ dicitur canon, alia eſt ſummi Pontificis, alia legatorum. alia Epiſcoporum, &c. ergo non ſolum Papæ canon conſtitutio cenſetur. 4. in cap. conſuetndo, §. cum itaque diſt. 1. aſſeritur conſuetndinem in ſcriptis relatam conſtitutionem vocati, ſiue ius; ſed non eſt dicendum quod hic textus loquatur impropriè, & conſtitutionis vocabulo abutatur: ergo nono ſola Principis ſtatuta dicenda ſunt conſtitutiones. Vltimo Verbalia debent ſignificare actum ſui verbi: ſed actus verbi Conſtituo conuenit non ſolum Principi ſupremo, ſed etiam inferioribus habentibus poteſtatem legem condendi, vt habetur in l. 2. neceſſarium, ff. de orig. Iuris, §. *Deinde cum eſſet in ciuitate*, &c. Ibi. *ſibique iura conſtitueret, & §. Deinde, quia difficile*, & ibi, *quidquid conſtituiſſet obſernabatur, idque ius appellabatur.*

3. Aduertendum tamen eſt, quandò mentio ſit de Conſtitutione, neque eſt aliquod indicium, ex quo colligatur, de qua conſtitutione ſermo ſit; In hoc dubio intelligendum eſt agi de conſtitutione Principis tanquam de digniori, & maxime propria. Confirmatur primo ex eo quod docet Bart. in 1. Rubrica Cod. col. 1. verſu *venio ad 2. partem.* vbi aſſerit appellatione Codicis venire Codicem Iuſtiniani: quamuis proprie Codices dicantur Gregoriani, Hermogeniaoi, & Theodoſiani. 2. ſtatutum cuiuſliber Ciuitatis vere, & proprie appellatur ius ciuile per l. 9. omnes Populi, ff. de Iuſt. & Iure: & tamen ſi in aliqua diſpoſitione mentio fiat de Iure ſimpliciter, nec appareat de qno iure diſponens loquatur, intelligendus eſt de iure Romanorum, vt dicitur in §. ſed quotiens Inſtit. de Iure natur. Gent. & Ciuil. Speculat. in titulo Cod. de Appellat. § nunc tractemus, verſ. cæterum. Ang. in l. ſi pater, ff. quando mulier tutoris officio fnngi poteſt. Roſellus io tractatu de Concil. col. 197. & Baldus in l. 4. quicunque Cod. de ſeruis fugitiuis, verſus finem, ait, *ſi pater habens filiam, & filium inſtituat eos in eo, quod eos de iure tangit, intelligendum eſſe de iure Romanorum tam filium, quam filiam æqualiter inſtitui, etiamſi de ſtatuto municipali filia tantum dotari deberet.* Addunt Ioan. And. Guilielmos de Suza, Ang. Car- (D) dinal. Alberti Cæpolla, & alii, quos refert Andreas ab Exea in Rubrica de Conſtit. tom. 2. repetit. num. 157. ſi partes compromittant in aliquem, vt de inre pronuntiet, de iure Romanorum intelligi debere. Pro eadem ſententia citatur ab eodem Andræa Bal. in Conſ. 399. in volumine Capitulorum in 3. p. Verſu *præterea* dein. in Concil. 171. inter illuſtrem, p. 2. Sed priori loco falſo citatur, & in poſteriori diuerſus eſt caſus: quia quando Princeps cum communitate Sauilliani conuenit, vt in ſucceſſionibus abinteſtato ſeruentur iura, non erat conditum ſtatutum quod nulla fœmina nnpta mouere poſſet quæſtionem fratri, vel nepotibus, propter ſucceſſionem patris, vnde optime reſoluit (A) Baldus, *quia ſi Princeps in eo ſtatuto non conſentit appellatione Iuris, tale ſtatutum venire nequibat*, abhuc enim non erat ſtatutum, quando facta ſuit printipis cum Communitate Conuentio.

Quamobrem in materia compromiſſi, imo in qualibet diſpoſitione, in loco, in qno illa viget, non ſolum ius commune, ſed etiam particulare, cuiuſcunque regni, ſeu Reip. appellatione Iuris per ſufficientem coniecturam intelligitur; etiam quando per hoc particulare commune corrigitur; ita Baldus in l. 31. *illa inſtituto ad finem* Cod. de Hæred. Inſtituen. & in L Iuſtitia iuta finem, ff. de Iuſt. & Iure. Petr. de Anch. in cap. canonum ſtatuta de Conſtitut. verſu, *ſed occurrit iuxta prædicta.* num. 274. Alexand. in l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim. Abbas in Rubrica de Conſuetudioe, vbi etiam Rochus de Curte in quæſt. vltima, idem Abbas in cap. Cu- (B) mana de Elect. ſuper gloſſa in verbo de iure Immola poſt Anton. de But. in cap. Quintauallis de Iureiurando. verſu *ſolum circa prædicta.* Cornel. in Concil. 124. Ardica 1. *aſpectu* in 2. part. colum. vltima. Iaſon, Caccialupus & Ioannes Ciotus in l. omnes populi, ff. de Iuſt. & Iure. Idem Iaſon in l. præſcriptioni Cod ſi. contra ius, vel vtilitatem, & in l. de quibus, ff. de legibus Felin in cap. ius general. diſt. 1. & in cap. licet canſam de probat, & denique facit Bartolus in l. Hæredes me, §. cum ita, ff ad Trebel. num. 4. Probant 1. quia etiam dicitur obſeruari ius commune, qnando obſeruatur ius municipale; quia ius commune iubet ſtatuta municipalia obſeruari. 2. quia compromittentes, ſeu (C) diſponentes non renuntiant iuri ſico; ſed non minus, imo magis ſuum eſt ius municipale, quam commune, ergo iuris nomine vtrumque intelligere cenſentur, niſi aliud expreſſe ſignificent.

Hinc colligitur illum, qni renunciat omni 5. conſtitutionis auxilio, intelligi renuntiare tam conſtitutionibus Principum, & communibus, quàm particularibus, & inferiorum à Principe, ſicut qui renunciat minori auxilio, renuntiat auxilio Romani Iuris & municipalis, ita Cornel. in Concil 124. in 2. p. colum. vltima. Baldus in l. ſed & ſiquis, ff. ſiquis caut. §. quæſitum colnm. vltima verſu, *quæro vlterius*, non eſt tamen negandum ex (D) ſubiecta materia nomen conſtitutionis aliquando trahi ad decretum Principis; aliquando vero ad ſtatutum inferioris, quod pendet ex particnlaribus circumſtantiis, de quibus videri poſſunt Iaſon in Concil. 149. *Præſens quæſtio*, in 2. p. Franciſcus de Curte Senior in Conſil. 46. ſuper controuerſia colum. vltima. Gozadinus Concil. 90. Barbat. in Concil. 26. *ſapienter ſcripſit, &c.* colum. 13. in prima parte: exiſtimauit enim iuris appellatione venire etiam ius priuatum, ſeu perſonale. Verum hoc ex coniecturata mente diſponentis, vel promittentis innoteſcere poteſt. Ex iis, quæ ſeqnenti diſput. quæſtione prima dicemus tractando illud dubium, an omnis vera, & propria conſtitutio reſpicere debeat bonum commune, inde

enim conſtabit an conſtitutio perſonalis abſolute loquendo propria conſtitutio nominetur.

6. Relicta tamen conſtitutione perſonali particularis perſonæ & priuata ad particularem Diæceſim ſpectante Generalis conſtitutio diuiditur adhuc in Apoſtolicam, & Conſiliarem. *Apoſtolica eſt, quæ à ſummo Pontifice Chriſti Vicario emanauit. Concilians eſt, quæ in generali concilio ſtabilita fuit.* Inter quas hoc agnoſcit diſcrimen Marcheſanus in praxi commiſſionum, Part. 1 de commiſſione appellat in Romana curia cap 5. num. 511. & p. 2. de commiſſione aperitionis oris, & 5. vnico. num. 94. Videlicet, quia conſtitutio Apoſtolica, etiamſi derogetur per clauſulam, *nonobſtantibus*, non derogatur Conciliaris, quia hæc cenſetur habere tacitam clauſulam derogatoriam ad reſcripta, adeo vt reſcriptum obtentum contra conciliarem conſtitutionem, debeat habere clauſulam, quæ ſpecialem concilii mentionem faciat; nam generalis illa non ſufficit, ita Archidiac. in cap. 1. de Conſtit. in fine, Verſiculo, *vel dic plenius*. Felinus in cap nonnulli de Reſcriptis num 3. Addit Marcheſanus primo loco citatus Papam ſi occurrat, & velit poſſe ad libitum conciliis derogare, quod in decretis fidei neutiquam verum eſt: quamobrem qua ratione limitandum ſit, dicetur diſputat. 6. & quod attinet ad decreta fidei dixi diſp. 1. quæſt 4. ſect 3.

Verum Marcheſani doctrina de conſtitutione conciliari omnino vera eſt. In cuius confirmationem vide Caputaquen deciſione 176. item 268. parte 1. vbi multa iura & doctores refert, qui hanc veritatem propugnant. Et tom. 1. Deciſionum Nouiſſimarum Rom. Rotæ deciſ. 113. in cauſa Oliſipouenſi decimarum de Bellem Idem vt certiſſimum ſupponitur, & declaratur, conſtitutionem capitis, *nuper* de Decimis in 6. eſſe conciliarem, & toto num. 2. late probatur, quia facta eſt in concilio generali Lateran. ſub Innocent. III. Ibidem late impugnatur & reprobatur opinio Abbatis in cap. 1. de Pactis, & in cap. 1. de ſponſalibus. Propoſ. Ripæ Mantuan Felyn. & Alciati aſſerentium conſtitutionem tantum conciliarem reputandam, quando dicitur de ea, ex tali conſil vel trahit originem à concilio vt in cap. 1. de Iudicus, de pactis, & de ſponſalibus. Quia Dictio *ex* denotat cauſam proximam; quando vero dicitur talis Papæ, vel aliàs trahit originem à tali Papa, cenſendam eſſe Papalem conſtitutionem. Cæterum hæc regula ſine dubio ibid. falſitatis conuincitur quam plurimis exemplis in contrarium adductis, quæ ibid. per totam deciſ. videri poſſunt: nam varia modo eduntur generalium Conciliorum decreta: quandoque enim eduntur ſub nomine Concilii tantum, quandoque tantum ſub nomine Pontificis, aliquando ſub nomine vtriuſque; vt ex multis iuribus probant Famaguſtan. tract. de Concil. in verſ. diſpoſitio, §. videndum; Pet. Cameracen. de poteſtate Eccleſ cap. 3 quæſt. 1. Verſ. 2. *quæritur*. Feltien. de Concil. cap. 21. in principio. Quocunque igitur modo proponatur decretum alicuius A generalis œcumenicique Concilii pro conciliari conſtitutione, ſemper habente clauſuſulam derogatoriam, iudicanda eſt.

7. Diſtinguunt tamen Canoniſtæ varias adhuc iuris canonici ſpecies, vt teſtatur Benedictus Lapræ in regulis, concluſione 2. quod accepit ex gloſſa Verbo *omnes* diſt. 3. in principio, videlicet Canones, Decreta, Decretales, Epiſtolas, Dogmata, Maodata, Interdicta, Sanctiones. *Canon dicitur illud, quod in vniuerſali concilio ſtatuitur.* cap. altercationis de Bigam. *Decretum eſt quod ſummus Pontifex de Cardinalium ſuorum concilio ad nullius conſultationem decernit. Decretalis Epiſtola, quam vel ſolus Papa, vel cum Cardinalium concilio decernit.* cap. hoc ad nos B diſt. 59. cap. ſi Romanorum diſt 19. *Dogma proprie eſt illud, quod tanquam fidei doctrina definitur.* cap. qui Epiſcopus diſt. 23. *Mandatum eſt, quod morum doctrinam continet*, cap. his igitur, diſt. 13. *Interdictum prohibitio eſt, nulla adiecta* pœna, cap. interdixit diſt. 32. *Sanctio prohibitioni pœnam adiungit.* Hoc non tollit hæc vocabula nonnunquam ab authoribus confundi, aliudque pro alio vſurpari Vnde hæc ſpecierum diſtinctio materialis eſt potius, quam philoſophica, aut omnino rigoroſa.

8. Similis dubitatio agitari ſolet de proprietate illius legis Eccleſiaſticæ, quæ dicitur Canon, Vtrum ſcilicet generales tantum, & conciliares conſtitutiones comprehendat: an vero ad Synodales ab Epiſcopis, vel à C Prouinciali concilio ſancitas extendatur. 1. Sententia eſſe hoc nomen Canon ſolum dici cum proprietate de conſtitutione generali, & conciliari: ita docet Bald. in cap. 1. *Canonum ſtatuta* col. 1. de Conſtit. Ibide Ferret. tom. 2 reper. in idem cap. *Canonum ſtatuta* num. 3 Burgos ibid. num 22. Mandoſius ibid num 9 Cardinal. in Clement. 1. quæſt. 26. de Priuilegiis Vnde probatur 1. quia in prædicta Clem *religioſi* fit diſtinctio inter abſolutionem à religioſis datam excommunicatis à Canone, & à ſententiis per ſtatuta Prouincialia, vel Synodalia pronunciatis: ergo manifeſte colligitur quod hæc ſtatuta non dicuntur Canones in proprietate ſermonis. 2. in cap. *cum veniſſent* de eo qui mittitur in poſſeſſionem, cauſa rei ſeruandæ. D *Legatus cauſam commiſit iudicibus ſecundum ius, & bonam terræ conſuetudinem terminandam.* Sed conſuetudo loci ſtatuti municipalis vim obtinet: ergo facit diſtinctionem inter ius Canonum generalium, & ſtatutorum particularium.

2. opinio eſt Felyn. in citatum cap. *Canonum ſtatuta*, qui cum Cald. in conſ. 19. *Abbas habet priuilegium* titulo de regularibus & in concil 16. *An canonis appellat.* ad noſtrum titulum diſtinguit de materia odioſa, & fauorabili. Nam *in fauorabili canonis appellatio extenditur*, inquit, *ad conſtitutionem ſynodalem in; od oſa reſtringitur ad generalem.* Vnde colligit quod Abbas habens poteſtatem abſoluendi a excommunicatione communi à canone impoſita, poteſt etiam abſoluere ab excommunicatione impoſita ab

ſtatuto ordinis , ſeu Capituli per Clem. ci-A tatam , in qua ſtatuta prouincialia cum Canonibus numerantur , & eodem modo prohibetur religioſis abſolutio excommunicationis communis impoſita à Canone , atque ab ſtatuto prouinciali. Verum hanc diſtinctionem optimè impugnat Riminaldus in cap. *canonum* citatum tom. 2. repet. num. 36. cum Ripa ibid. relato ; nam deficit in vtroque membro. Etenim ſi canonis appellatione venit quælibet Eccleſiaſtica conſtitutio, iuxtà latam ſignificationem cum proprietate, ſaoe etiam in materia odioſa canon dicetur conſtitutio Epiſcopi ; quia etiam in materia odioſa lata ſit interpretatio , quando proprietas , & vis verborum hoc poſtulat, l. 26. cum lege , ff. qui teſtam. facere poſſunr, vt optime norat Retious & alit cum Gloſſa; quoniam verbum *inteſtabilis* late ſignificat B cum qui nec teſtari , nec teſtificare poteſt, nec ſibi teſtimnnium reddi , quia tamen hæc ſignificatio eſt propria , & ex vi vocabuli etiam in materia odioſa , & pœnali per hoc vocabulum illa ttia ſignificanrur , ita Decius concil. 128. in fine , & 344. in princ. Cald. conſ. 1. de Conſang. & affin. Crauetta conſil. 118. num. 52. Vnde ſtatutum pœnale , & odioſum generaliter etiam & late intelligi docet Gloſſa in cap. Cum Chriſtianos de Hæret. in 6. Alex. in Auth. ex teſt. Cod. de collat. & in l. ſciendum , ff. qui ſatis, d. cog. ſi vero appellatione Canonis in proprietate ſermonis non veniat , niſi conſtitutio vniuerſalis ; quamuis materia ſit fauorabilis, extendi non poteſt ad impropriam ſignificationem ſtatuti Epiſcopalis , quæ dinerſæ aſt qualitatis à C conſtitutione vniuerſali : de 3. vera ſententia ſit

9. 2. Concluſio. Canonis appellatione ſtricte venit conſtitutio generalis ; late , ſed cum proprietate ſignificati venir etiam Epiſcopalis, ſeu Synodalis. De prima parte huius concluſionis , nemo dubitat. 2. de qua eſt tota controuerſia , renent expreſſe Decius ſuprà eitarus cap. *canonum ſtatuta.* Mantuan. ibid. Ripa in Rubrica de Conſtit. col. 28. Andr. ab exea tom. 2. repetit. cap. *canonum* num. 38. Sangrinus ibid. num. 34. Bottæus in tract. de Synodo Epiſcop. num. 109. Panor. Cardin. Imol. Bellam. Berous , & alii qui docent canonum ſtatuta de qnibus loquitur textus 1. D de Conſtit. comprehendere omnes conſtitutiones Eccleſiaſticas , quia omnes ſunt regulæ ad recte , regnlareque viuendum, ſiue conſiliares ſint , ſiue Apoſtolicæ ; ſiue à ſummo Pontifice , ſiue à quolibet Epiſcopo emanent, & tunc illa particula , *omnes* , in textus exponenda eſt reſpectiuè, vt comprehendar omnes ſubditns. Et ſicut canon generalis non comprehendir infideles , neque ipſum Papam , quia illi ſunt extra finem iudicii canonici , hic ſuprà illud , vt norarunt Hortienſ. Abb. & raliqui , ita Synodalis non axtenditur ad incolas alterius Diocefis , ſi ergo Canon hoc loco ſignificat conſtitutiones tantum generales non particulares alicuius Diœceſis, ne dicamus impr oprie & abuſiue accipi in hoc s. cap. dicendum omnino eſt canonis nomine

II.

A ſimpliciter prolato venire cum proprietate omnem Eccleſiaſticam conſtitutionem , & hoc eſt primum argumentum pro ſecunda concluſionis parte , nam s. probarione non indiget , quia canon aliqnam conſtitutionem Eccleſiaſticam ſignificat , ergo ad minimum generalem , & conciliarem ſignificabit.

2. probatur illa 2, pars ſicut verba intelligi debent iuxta conditionem perſonę , per legem 1. 2. plenum, §. equiti, ff. de Vſu & habitat. ita ſecundum qualitatem loci interpretanda ſunt , quia valet argumentum de perſona ad locum l. 1. hoc edictum, §. officius , & l. 2. cum vterque , ff. ne quis eum qui in, &c. ergo canoois appellatione venit conſtitutio Epiſcopi quæ in loco ſeruatur , & illos reſpectiue obligat, ex cap. *canonum ſtatuta* , ad quos Synodalis conſtitutio ſpectar. B 3. in cap. 1. & 2. diſt. 3 Canon dicitur regula; ſed talis eſt conſtitutio Epiſcopi in ſua diœceſi ergo 4. in c. 3. eadem diſt. 3. conſtitutio Concilii Prouincialis dicitur canon , ergo etiā conſtitutio Epiſcopi. 5. cap. de libellis diſt 20. ita habetur. *Sanctorum Patrum ſtatuta apud nos canonum nomine præ titulantur.* Sed Leo 4. in hoc cap. non ſolum loquurus fuerat ſuprà de Conſtitutionibus conciliaribus , & Apoſtolicis , ſed etiam de ſancti Hieronymi, Aug & Iſidori dictis , per quæ iudicia Eccleſiaſtica regulari deberent , ergo nomine canonis venit omne ſtatutum , per quod cauſa Eccleſiaſtica determinatur, qualis eſt Conſtitutio Epiſcopi.

Ad 1. pro 1. ſententia Ripa citatus , & Ri- .sn. minaldus, vbi ſuprà num. 28. exiſtimant illam C partem *tamen vel à ſententijs*, &c. eſſe exceptionem regulæ : non illius partem ; nimirum excipi ab excommunicatione incurrenda religioſos , qui à ſententiis per ſtatuta Synodalia promulgatis facultatem obtinent abſolnendi excommunicatos à canone. Verum hæc interpretatio eſt omnino contra verum Clement. intellectum, vt patet ex gloſſa, Cardinali , Decio , & aliis ibid. item Andr. ab exea vbi ſup. num 7 Bald. & Ferretto citatis; quia loquitur textus aperte de excommunicatione , quæ à ſententiis per ſtatuta Synodalia promulgatis proceſſit à qua ne religioſi abſolnant excommunicationis pœna interdicit. Simili modo loquendi vtitur Bonifacius D VIII. in cap. vt animarum, ibi , *ſententijs per ſtatuta quorumcunque ordinariorum prolatis.* Dicendum igitur exiſtimo eſſe partem regulæ , & non exceptionem ab illa, & quamuis exceptiones intermittantur; hoc non tollit claram loci expoſitionem communiſſime receptam. Neque inde probatur ſtatuta Synodalia non venire in proprietate ſermonis nomine canonis : quia aliquando canon in rigoroſa ſignificatione ſolum pro generali ſtatuto accipitur , & ne crederent religioſi propter materiam odioſam reſtringi debere Clement. decretum ad rigoroſum ſignificatum , non vero extendi ad latum maioris charitaris gratiæ, ſpeciatim meminit excommunicationis ortę à ſententiis per Synodalia ſtatuta promulgatis. Imò ideo ſeparatim pro duas exceptiones hæc 2. pars regulæ

collocatur, quia iam in altera parte canonis nomine tota regula continebatur : & ſolum per maiorem expreſſionem, ob rationem aſſignatam adiungitur, vt Decius in reſponſione prima immerito impugnatus ab Andrea Ferretto Riminaldn, & aliis adnotauit, neque enim verba ſuperflua ſunt, quæ ad neceſſariam textus declarationem conducunt.

Ad 5. eadem fere reſponſio accommodari poteſt: nam licet ſub Iuris vocabulo, ius non ſcriprum, nempe conſuetudo ſubintelligi poſſet, quia illa vim legis haber. l. 32. de quibus §. inueterata. l. 35. ſed & ea, ff. de legibus, qoia tamen conſuetudinis appellatio nnn continet ſtaturum, vt rradir Vigelius in Methodo Iuris Controu. lib. 1 cap. 3. Reg. 2. ex Richard. in addition. ad Vill. c. 177. poretat ſub nomine iuris rigoroſe ſumpri noo intelligi, præſertim cum alligaretur conſuetudo contraria iuri, qua ratione potius iniuriæ, quam iuris nomen ſortiri poterat per l. 2. Cod. de Conſuetud. & per l. 33. diorurna, ff. de legibus. Qnamobrem optime notari debet illud, *ſecundum bonam terræ conſuetudinem*. Non enim dicitur ſimpliciter *ſecundum conſuetudinem*, ſed *ſecundum bonam*, quia ille qui conſuetudinem allegabat iuri contrariam illius rationabilirarem probare tenebatur. Etenim conſuetudo errore potius, quàm ratione inttroducta reprobatur per legem 3. ſuppellectile §. fin. ff. de ſupell. leg. 11a Abbas. Barbar. & alii ad citatum caput. *cum veniſſent*. Luculentius, Bellarm.
11. ibid. num. 10. § 1. *quæritur*, ſundamentum ſecundæ ſententiæ iam ibi impugnatum eſt.

Vtrum particularia reſponſa Pontificum in decretalibus Epiſtolis; Item decreta in regulis Cancellariæ ad conſtitutiones pertineant generales.

SECTIO III.

1. TRiplex eſt conſtiturionum genus de quibus in controuerſiam vocare pnſſumus, an pertineant ad cooſtitutiones generales, non enim hoc ſatis declaratur in ea diuiſione canonnm, qnam ſubiungit Gratianus in cap. regula diſt. 3. Ptimum apparer in Epiſtolis Pontificum, quæ ſunt reſponſa ad interrogarionem, & inſtantiam particulariom perſonarum 2. in regulis Cancellariæ. 3. in reſponſis Cardinalium in exponendis ſacrorum Conciliorum canonibus. Verbi Gratia Trident. & aliorum. De 1. & 2. in hac ſectione dicemus : de 3. in ſequenti. Circa primum Franciſcus Marius in deciſion. Delphinat. q. 167. Aſſetit Epiſtolam decretalem Papæ, ita facete ius in illa cauſa, vt non ſaciat vniuerſale in omnibus ſimilibus nam quæſt. 1380. air, *licet Epiſtola Principis babeat vim legis, quando emanat conſiſtorialiter, & in materia indifferenti : ſecus ſi in certa cauſa particulari*, citatque Ioan. Fabrum, & Ang. Aret. Inſt. de Iure nat. Gent. & ciuili &c. Citatur pro eadem ſeoteotia Abbas in cap. tuæ

A de ſponſal. n. 3. Alexand. ibid. n. 15. Præpoſ. n. 4. vernm ſi rectè intelligantur, alia eſt illorum mens, quæ infrà declarabitnr. Quamobrem hæc ſententia, quod attinet ad Chriſti Vicarium, eſt omnino falſa. nam Epiſtola ſummi Ponrificis, etiam in particulari reſponſo ad inſtantiam, vel interrogationem vnius perſonæ ius officit. Probatur primn, quia liber decretalium his ſingularibus reſponſis ſcater, quæ pro generalibus conſtitutionibus in eo congeruntur, vt pater ex cap. ex litteris, & cap. ex parte hoc titul. 2. quia ita declarauir Nicolaus Primus in cap. ſi Romanorum in fine diſt. 19. dicens. *Decretales Epiſtolas, quas Beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab vrbe Roma dederunt venerabiliter fore ſuſcipiendas, & cuſtodiendas.* Item Gratianus diſt. 2. in principio air. *Decretales Epiſtolæ canonibus conciliorum pari iure exæquantur.* Denique idem cnnfirmat In-
B nocentius III. in cap. ea mulra decreto, & votired. & Gelaſius Papa in cap. licet 16. q. 3. ibi. *Quæ inter fratrem & Coepiſcopum noſtrum Conſtantinum Anuſcanæ Eccleſiæ Sacerdotem, & inter nunties directos ab Anconitano Pontifice decreuimus, per vos impleri cupimus.* Plures textus reperies in glnſſa huius cap. Verbo *formam*, & hæc eſt cnmmuniſſima Iuriſcnnſultotum npinio in iiſdem locis, & Felyn. in Rubric. de Conſtit. cum Rom. Concil. 26. Archid. & Dominicus in cap. Ignoraoria diſt. 38.

Limitanda eſt tamen hæc ſententia cum Paulo de Caſtro ad l. t. ff. de Conſtit. Princip. num. 5. Baptiſta de ſancto Blaſio tom.
C 1. repet. in Rubrica Decreti num. 17. *dummodo in corpore iuris tales Epiſtolæ inueniantur*: nam ſi extra illnd circumſerantur, & poſt illud editæ non ſint, nec legis generalis vim, neque authoritarem retinere hi authores merito aſſeuerant. Et quamuis hanc limitationem Suarius lib. 4. de legibus cap. 1. num. 4. Vaſques t. 2. diſp. 157. cap. 5. n. 37. Salas ibid. rract. 14. diſp. 2. ſect. 8. num. 42. reiiciant. optime tamen probatur ex Procemio Gregoriauo poſt principinm. Item ex procemio 6. in fine ibi. *Nullas alias præter illas, quæ inſeruntur & ſpecialiter reſtruntur in eo decretales, aut conſtitutiones à quibuſcunque noſtris prædeceſſoribus Romanis Pontificibus poſt editionem dicti volumi-*
D *nis promulgatas recepturi vlterius, aut pro decretalibus habituri.* Corcnrdat lex 2. *tanta* Cod. de iure veter. enuil. §. hæ iraque leges. Neque obſtant textus ſuprà citati ex decreto aſſumpti; nam multæ poſt illam decretalem Nicolai Primi; imo & poſt totam compilarionem Decreti Gratiani, factæ ſunt Gregnrii, & Boniſacii VIII. compilationes, in quarnm procemiis antiquæ decretales extra corpus iuris euaganres excludnntur tanquam contratiæ, dubiæ, obſcutæ, vel ſuperfluæ: Et confirmatur ex Baldo, qui in cap. in cauſis, de ſentent. & re iudicat. ait, *Situationem in volumine ſtatutorum eſſe de eſſentia ſtatuti*, quod intelligi debet eſſe verum de antiquis ſtaturis; nam poteſt aliquod extrauagans autbenticum ſtatutum promulgari,

quod extra corpus ſtatutorum ſit. Neque ratio, quam Suarius numero 7. adducit, quidquam conuincit. Videlicet non poſſe per ius limitari poteſtatem pontificiam; quia non inficiamur poſſe Pontificem de nouo facere extrauagantem, quæ extra corpus iuris ſit, & obliget omnes fideles. Solum enim loquimur de illis Epiſtolis, quæ ante compilationes Gregorii, & Bonifacii emanarunt.

3. Obiicies 1. cap. tuæ, de ſponſalibus, & alia, in quibus Pontifices reſpondent in materia iuris diuini, & naturalis; nam quando aliqua in ſimilibus materiis Papæ definiunt, ius nouum non inducunt, ſed naturale, ſeu diuinum tantum interpretantur. Vnde in his definitionibus, neque error neque mutatio B eſſe poteſt: ergo quodcunque reſponſum in decretali Epiſtola fuerit inuentum etiam ante compilationes Gregorii & Bonifacii in materia iuris diuini, & naturalis allegari poteſt, etiamſi inſertum non ſit in corpore iuris. Reſpondeo in his declarationibus Pontifices nihil aliud facere, quàm authenticè declarare id, quod antea erat de iure diuino, vel naturali, vt in cap. *tuæ* citato docent Panormitanus. Alex. Præpoſ. & alii ſuprà citati, qui ſolum negant in his, quæ ſunt de Iure diuino, vel naturali Pontifices non introducere nouas leges: non vero per particularia reſponſa in Epiſtolis decretalibus non poſſe conſtituere ius generale. Quia verò eædem declarationes etiam authenticæ, partim obſcuræ, partim ſuperfluæ viſæ ſunt, quas Gregorius, C & Bonifacius antiquarunt; illæ merito à iudiciis excluduntur. Præterea etiam quando Pontifex declarat ius naturale, vel diuinum, licet non poſſit errare in definitionibus ad fidem, & bonos mores ſpectantibus; tamen Pontificis definitiones, & declarationes, quia verbis conſtare poſſunt dubiis, & in diuerſos ſenſus diſtorqueri; Iam hac ratione error, vel mutatio eſſe poteſt non in iure naturali, vel diuino, ſed in interpretatione, & ſenſu eiuſdem Pontificiæ declarationis: propter quod obiici poteſt, & repudiari reſponſio obſcura, vel dubia quæ errandi anſam præbet. Cum igitur Gregorius & Bonifacius hæc pontificia reſponſa dubia, obſcura, & ſuperflua ad ſuum vſque tempus emanantia à corpore Iuris excluſerint, non iniuria cum approbatis in generali iure non computantur, ne in iudiciis plus obſcuritatis afferant, D quàm vtilitatis. Præſertim cum aliqua ex his reſponſis ſibi videantur contraria, non quia Pontifices ſibi in definiendo iure, ſed in facto iudicando aduerſentur; Erroremque non iuris, ſed facti contineant, qua de re vide Couar. 2. parte quarti cap. 7. §. 3. num. 15. Canon. lib. 6. cap 8. ad 3. de locis. Bellarm. lib. 4 de Roman. Pontif. cap. 13.

4. Obiicies 2. Caput Paſtoralis de fide inſtrumentorum; in quo ſecundum decretalem dubiam extra corpus iuris inuentam, illi tamen conſonam iubetur iudex cauſam determinare. Reſpondeo cum Abbate in Proœmio Gregor. ad finem, prædictum textum intelligi, & habere locum nunc in decretalibus poſt compilationem 6. emanantibus.

A Ratio eſt, quia illud caput emanauit ab Innocentio III. qui præceſſit Gregorium IX. & conſequenter ante compilationem quinque librorum Decretalium; quamobrem iam nunc locum non habet, niſi reſpectu decretalium, quæ allegari poſſunt, tanquam promanantes poſt primam & ſecundam compilationem; Et hoc modo procedit illius capitis doctrina, quæ noſtram ſententiam confirmat. Etenim ſi allegata decretalis ſit diſſona iuri communi Principem conſulendum textus decernit, neque vult vt contra ius commune, vel etiam præter ius, vt exponit gloſſa verbo *diſſona*, per decretalem dubiam, ſententia à Iudici feratur, concordat cum l. 5. cum prolatis ff. de re iudicata, iuxta doctrinam Bartoli & aliorum ad citatam legem; quibus adde Alex. Præpoſ. Felin. Barbat. & alios, qui referuntur in additione ad citatum Bartoli locum, littera A.

Probatur præcedens doctrina duplici ratione. Primam tradit Riminaldus in cap. Canonum ſtatuta de Conſtit. & Pegna diſputatione de authoritate Extrauag. in fine directorii, num 14. §. *Rurſus*: nam per perſonam ſtatuentis eſt metienda lex generaliſne ſit, an particularis ex cap. vltim. de Conſtit. in 6. ſed ſummus Pontifex generalem habet iuriſdictionem in omnes Chriſti fideles per textum in cap. cuncta per mundum 9. quæſt. 3. qui ex verbis Domini deducitur. *Paſce oues meas*, vt diſp. 6. dicemus ergo quamuis reſponſio ſit ad particularem locum, vel perſonam illius ius comparatione omnium caſuum ſimilium, vt omnino generale habendum. 2. vbi eſt eadem ratio, idem ius conſtitui debet per legem 27. idem, & l. 32. de quibus, ff de legibus Et probatur quia caſus ſimiles in lege ſub eadem ratione communi continentur; ſed quando Pontifex in caſu ſingulari cauſam decidit, vel ſecundum ius commune illam determinat, vel ius nouum condit, ergo ne perſonarum acceptor ſit, ſed omnes vniformi regula moderetur in ſingulari reſponſo, vel legem, vel legis interpretationem dabit generalem. Quod autem dicimus de reſponſo in Epiſtola intelligendum eſt etiam in ſententia ſiue definitiua, ſiue interlocutoria, in qua de Pontificis elata determinatione, ac definitione conſter, aut interpretando antiquum ius, illudque ad ſingularem cauſæ euentum accommodando, aut nouum conſtituendo. Dummodò non tanquam particularis perſona ſuam ſententiam exponat; vel ſi ex poteſtate faciat, non ſit per modum priuilegii, conceſſionis, ſeu ſpecialis diſpenſationis; vt patet ex cap. in cauſis de ſentent. & re iudicata, & ſequenti ſectione magis innoteſcet. Hæc de Epiſtula Principis Eccleſiaſtici, an idem dicendum ſit de ſeculari in ſectione vltima dicemus.

2. dubium cernitur in regulis Cancellariæ; Vtrum tanquam generales conſtitutiones ab omnibus debeant obſeruari? Pro parte negatiua nimirum, quod hæ regulæ non ius generale, ſed tantum particulare indu- 5.

cant, ſtat Anchar. conſil. 198. *efficacibus* num. 1. & 2. Zabarel. conſil. 99. *Dico quod acceptatio* in fine Romanus conſil, 160. *In propoſito caſu.* Iaſ. in l. 1. ff ſi cert. pet. num. 2. Belanzinus in cap. ex parte de feudis, colum. 3. Decius in cap. 1. de Conſtit. in 2. lectura num. 4. Salas 1. 2. tract. 14. diſp. 22. ſect. 1. num. 7. Suadetur primo qualitas odioſa diſpoſitioni illam qualificat, vt optime ad rem noſtram oſtendit textus, §. ſed ius quidem Ciuile inſtit. de iure nat. gent. &c. ſed illa qualitas *Cancellariæ*, quæ adiungitur regulis, illas reſtringit ad locum, quem concernunt, & ad quem ordinantur; ergo particulare illius loci ius tantummodò efficiunt. Confirmatur minor, quia ideo dicuntur regulæ quia inſtitutæ ſunt vt officiales Cancellariæ per illas inſtruerentur de litteris in curia expediendis, vt habetur in Regulis Ioan. XXII. Benedicti & aliorum. Vnde quamuis Nicolaus V. aliquid ipſis addiderit ad iudicia pertinens, hoc tamen reſpicit actuio in curià exequendum: ergo cum principalis intentio Pootificum fuerit Cancellariæ negotiis formam dare, certum videtur legem vniuerſalem condere noluiſſe. Quod verò hæc ſola ſit intentio ſummorum Pontificum, patet; quia ſi vellent vt hæ regulæ vniuerſaliter legarent extra curiam, id viderent, & ſuam hac in re mentem exponerent: hoc enim neceſſarium eſt, vt lex ſit generalis, vt probatur ex cap. primo, noſtri tituli, & aliis ibid. allegatis concinit: L. 61. *neque Dorotheum* Cod. de Decurionibus.

2. Regulis Cancellariæ deſunt conditiones aliquæ omnino neceſſariæ ad rationem legis generalis. Prima eſt, vt ſit modo aliquo perpetua, & non limitata ad vitam inſtituentis, vt dicemus diſp. 4. Sed Regulæ Cancellariæ ſolùm ad vitam Pontificis permanent, vt conſtat ex proœmio illarum ibi *ſuo tempore duraturis, &c.* ergo ius vniuerſale non conſtituont. Secunda conditio ad legem requiſita eſt promulgatio, vnde vt lex generaliter obliget, generaliter debet promulgari, vt etiam dicemus in eadem 4. diſputat. ſed leges Cancellariæ noo promulgantur, niſi in Rumana Curia, igitur ibi tantum ligant: nam aliàs obligarent ignorantes, quod eſt maximum abſurdum, & contra cap. cognoſcentes de Conſtit. & cap. vt animarum, eodem titulo: & concordat authent. vt factæ conſtitut. Confirmatur, quia ignorantia iuris neminem excuſat, capite ignorantia de Regulis Iuris in 6. cum l. 1. error eſt l. 12. conſtitutiones Cod. de Iuris, & facti Ignorantia, & tamen ignorantia Regularum Cancellariæ excuſat omnino, ſicut ignorantia extrauagantium, vt docet Panormitanus in cap. Paſtoralis, de fide inſtrum. & Baldus in cap. in cauſis de ſentent. & re iudicata, ergo non conſtituunt vniuerſale ius.

3. quia hæc eſt legis generalis virtus, vt ſententiam contra ſe latam faciat ipſo iure nullam, & de ſe ſine alia prohibitione actum prohibitum irritare poſſit. Primum probatur ex l. 32. cum prolaris, ff. de re iudic. & cap. cum inter de ſentent. & re iudicata in

A fine. Secundum patet quia lex generalis de ſe ius dat ſine noua principis conceſſione, vt actus quem irritat, tanquam nullus iodicetur; ſed ſententia contra regulam Cancellariæ etiam allegatam, non tamen productam valet, vt ſuſe probar Felyo. in cap. 1. de ſent. & re iudicata, & ita obſeruari in Rota docet Ludouicus Gomeſ. qui eiuſdem auditor ſuit, in proœmio Regularum Cancellariæ quæſt. 2. §. *quarto pro iſta*, & præterea vt actus prohibitus in Regul. Cancellariæ irritetur, eſt regulæ prohibentis impetratio, allegatio, in actis productio, & regiſtratio, vt notat Felyn. citatus, & ex regula 26. conſtat iuxta gloſſam Alphonſi, quam tradit Ko Kier ad dictam regulam, num. 6. & ſequitur num. 14. cum Decio l. 1. num. 74. ff. ſi certum petatur.

B Pro parte tamen affirmante videlicet in 6.
Regulis Cancellariæ ius generale cootineri propugnant præſtantiſſimi Iuriſconſulti, & Rotæ auditores, aſſeruntque in multis caſibus ita eſſe Rota deciſum, quales ſunt Nicolaus Milis in Repertorio, Verbo lex §. Felyn. in cap. 2. de Reſcrip. & in cap. quod ſuper his de fide inſtrum. col. 3. concluſione ſecunda, Franciſcus Patauinus in Præludiis extrau. & alii, per eadem opinione citatur à Ludouico Gomeſ. vbi ſuprà §. *quarto pro iſta parte non deſunt.* Decius in cap. Sanctæ Mariæ de Conſtit. Verum ibi de Regula Cancellariæ loquitur tanquam de diſpoſitione generali in Cancellaria obſeruanda, noo tanquam vera conſtitutione, & iure generali extra curiam in iudiciis exequendo, niſi in bulla ſub plumbo, à ſummo Pontifice obtineatur, qua ratione C regula in reſcriptum tranſit. Ita explicat Decius in l. 1. col. vltima, ff ſi cert. petatur, quare ſibi contrarius non eſt. Verius prædictam ſententiam tenent Ripa lib. 2. interpret. cap. 2. de Reſcriptis. Io. Andreas in Regula *nemo poteſt*, de regul. nouel. Bar. Caſſaneus Concil. 10. *viſo proceſſu* col. 5. Nicolaus Euerardus in tractatu de locis legalibus ſol. 11. col. 2. Gloſſator concilii Baſilienſis, titulo de Reſeruationibus in fine, Verbo *regulas*, Nicolaus Boerius in tract. leg. quæſt. 1. Videturque ſententia Nauarri lib. 1. Conciliorum de Conſtit. conſil. 2. num. 19. & expreſſe docet Chochiur in titulum de regul cancel. num. 17. & denique, vt alios D omittam, ita definitum fuit in parlamento Toloſano, vt conſtat ex deciſ. 444. *Item fuit quæſitum an regulæ, &c.*

Probatur primo ex prima ratione in præcedentis dubii reſolutione tacta, quæ legis generalitatem ex Iuriſdictione inſtituentis metiebatur: neque enim dubium eſt ſummum Pontificem eſſe harum regularum authorem, qui Iuriſdictionem haber generalem. Quam rationem confirmat Ludouicus Gomes quæſt. 2. citata, §. conſiderata etiam perſona ex deciſione Rotæ, quæ incipit *Dubitaui tempore feriarum*, quam adducit Gudiel. Caſſiodorus plotimiſque rationibus corroborat.

2. extentio legis colligitur ab extentione materiæ ipſius; ideo odioſa materia legem

Digitized by Google

reſtringit, fauorabilis ampliat, ſecundum regul *odioſa*, de Regul. in 6. ſed materia Regularum Cancellariæ extenditur ad omnes perſonas, quæ ſummo Pontifici ſubiiciuntur; ergo illæ ſunt conſtitutiones generales. Minor propoſitio oſtenditur, quia beneficia, diſpenſationes & reliquæ gratiæ, ſuper quibus regulæ diſponunt ab hominibus toto orbe diffuſis poſſidentur: ergo ad omnes pertinet diſpoſitio, quæ circa huiuſmodi beneficia verſatur, & in regulis cancellariæ continetur.

3. quia illud Verbum *Cancellariæ* non limitat regulas ad curiæ locum quaſi in alio ſuam non oſtendant obligandi vim; ſed ſolum demonſtrat de quibus regulis Pontifex loquatur: nam cum diuerſæ ſint regularum ſpecies ad diuerſas materias ſpectantes, vt diximus in cap. regula diſt. 3 & notant DD. poſt Dyn. de Regulis Iuris, appoſita eſt illa particula, vt hæ regulæ ab aliis diſtinguerentur, quod non tollit quominus regula ſit generalis, vt ex lege 56. inſula, ff de acquirend. rerum domin demonſtratur, & paſſim Iuriſconſulti ad legum diſtinctionem alias conſulares, alias tribunitias; item Senatuſconſultum; aliud Macedonianum, aliud Tertullianum, alia aliis modis nominarunt. Confirmatur quia ius prætorium proculdubio eſt generale; ita enim habetur l. 35. in honorariis. ff de act. & oblig. cui non obſtat ita perhiberi à prætorio, in quo Magiſtratus ius dicebant, ergo ſimiliter nominantur regulæ Cancellariæ; quia in ea publicantur, & regiſtrantur, & bona illarum pars literis in Cancellaria expediendis inſeruit: & quamuis aliæ plures ad forum contentioſum, & iudicia pertineant, & nullum expediendis litteris modum præſcribant: omnes tamen denominationem accipiunt à locu, in quo regiſtrantur, & ab eo quod per eas frequentius fit; vt alias contingit, iuxta gloſſam in Clementina 1. de Reſcrip. in verbo *præſidente*, & in l. vnica de Bapt. Virg. Verbo ſponſam.

7. Hanc partem affirmantem ita docet eſſe communem Ludouicus Gomes, vbi ſupra, vt vtramque componere, & concordare contendat. Nam in fine quæſtionis ait, Primam ſententiam negantem Regulas Cancellariæ eſſe conſtitutiones generales, veram eſſe dicit, ſi loquatur de illis regulis, quæ non ſunt de dandis; quia illæ reſpiciunt expeditionem in Cancellaria faciendam, ideoque ad certum locum vel effectum reſtringuntur, huiuſmodi verò non ſunt omnes regulæ iudiciales, & imitantes, quæ ſunt de dandis, & impetratæ allegari poſſunt, ac extra curiam ad determinatione cauſarum inſeruire. 2. vero opinionē ſimiliter verā eſſe in regulis, quæ non concernunt negotia in Cancellaria tantum expedienda, vt ſunt de dandis: nam cum hæ ſoleant imperrari, & cum impetrationis gratia ſub plumbo fidem faciant extra curiam, poſſintque allegari, merito generale ius cenſebitur, & hoc modo ait Gomeſius ſuam opinionem temperaſſe aliquos ex citatis authoribus pro ſecunda ſententia, ſpeciatim Patauinum & Felynum, vbi ſuprà, & eandem poſtea ſecutus eſt Maſcardus tom. 1. de Probat. concluſione 217.

8. Mihi tamen adhuc hæc diſtinctio non omnino ſatisfacit; nam ſi loquamur de iure generali formaliter accepto, & de conſtitutione, ſeu lege vniuerſali iuxta modum, & formam vulgarem, & communem, nullo modo ad generale ius formaliter, vel ad conſtitutiones vniuerſales communi, & vulgari modo acceptas iudico cancellariæ regulas pertinere. Dico, *ius generale formaliter*, quia obiectiue, ſeu materialiter dici poterunt ius generale: nam licet materia & ubiectum harum regularum magna ex parte generale ſit, reſpectu perſonarum, ad quas dirigitur, & ſine exceptione in omnibus exequanda generalis diſpoſitio tradatur: forma tam & conditio ſpecifica illarum à communi iure & conſtitutione vniuerſali eſt maxime diuerſa, quia in ſe formaliter continent limitationem durationis, & nullam omnino promulgationem in rigore requirunt: cum tamen generalis conſtitutio aliqua ratione perpetua & promulgata eſſe debeat, vt diſp. 4. dicemus. Aſſumpti prima partem nemo negat, cum ſolum ad vitam Pontificis prædictæ Regulæ durare dicantur, conſtatque ex proœmio. In quo ubiter notandus Ludouicus Gomeſius qui quæſt illa ſecunda § *nonobſtat etiam*, aſſerit illam regulam 26. quæ nunc eſt 28. in regulis Vrbani VIII. & diſponit, has regulas nullam fidem facturas niſi ex fonte Cancellariæ & mandato Vice-cancellarii, iuxta formam ibi traditam concedantur, ſemper fixam & ſtabilem eſſe, neque cum Pontificis morte expirare. Quod minime verum credo: nam de omnibus regulis omnino procedunt illa verba proœmii, ſuo tempore duraturis: & quamuis non ſoleant Pontifices hanc regulam immutare, tamen illa de ſe non magis perpetua eſt, quam reliquæ, quòd vero illa diſpoſitio materialis perpetuitatem habere poſſit per extrauagantem aliquam (quod idem Gomeſ ſignificat ex alia noua & perpetua conſtitutione prouenit: non ex prædictæ regulæ virtute cum inſtituente interitura.

2. partem aſſumpti confirmo; nam idem Ludouicus Gomeſ § 4. *pro iſta parte*, in fine cum Gloſſatore Alphonſo aſſerit ante publicationem regularum in noua creatione Pontificis ex puncto aſſumptionis ſuæ Pontificem regulis virtutem ſui effectus faciendi tribuere. Vnde ſi vacaret beneficium poſt Pontificis aſſumptionem, & ante regularum publicationem ait tale beneficium non cadere ſub expectatiuis prædeceſſoris, quia per regulas Cancellariæ omnes expectatiuæ cenſerentur reuocatæ, & ita deciſum fuiſſe ſuo tempore in Rota triplicans votis teſtatur, in vna cauſa Romana Canonicatus Sanctæ Mariæ Maioris anno 1538. Vnde iam ex prædictæ cauſæ deciſione non eſſe neceſſariam publicationem regularum, vt illæ ſuum effectum ſortiantur, ſi quidem ante illam decretum irritans expectatiuam reuocauit, & receptionem beneficii omnino nullam reddidit. Idem deciſum reperio 1. p. deciſ. Rotæ deciſ. 469. num. 2. &

latius ſecunda parte, decif. 256. num. 1. in nuiſſimis. Cum igitur communis forma, & modus vulgaris generalis conſtitutionis, ſeu legis perpetuitatem & publicationem aliquam, neceſſario requirant, vt aſſerit Arhid. in cap. donatum prima quæſt. 7. & legiſtæ communiter in l. edicta Cod. de edendo, ibi *perpetui edicti* Theologique cum Alenſi 3. parte quæſt 16 num. 4. D. Thom 1. 2 quæſt. 90. art. 4. ſequitur in regulis Cancellariæ vulgarem formam, & modum communem iuris generalis non eſſe: hoc enim tribus rationibus pro prima ſententia negante meo iudicio conuincitur.

9. Verum ob authoritatem ſapientiſſimè tribunalis de Rota in quo publice deciſum, & ab auditoribus præclariſſimis in propriis elucubrationibus teſtatum regulas Cancellariæ ad generale ius reduci, ſaltem illas quæ continent decretum irritans, & ſunt de dandis; Cogimur aſſerere hoc ius generale regularum Cancellariæ nouo quodam modo & forma introductum ex ſummi Pontificis beneplacito, & hoc ſolum probant tres rationes pro ſecunda ſententia affirmatiua adductæ. Etenim prima de generali inſtituentis Iuriſdictione non ſufficit, quando ex ipſa legis forma oppoſitum deducitur, vt patet in priuilegiis, quæ priuatæ leges ſunt, & tamen à Principe generalem habente Iuriſdictionem dantur, & quamuis regula Cancellariæ nullius priuatæ perſonę priuilegium ſit; tamen ſicut priuilegii forma repugnat cum generali lege, quia ad determinatam perſonam, ſeu familiam, ſpeciatim dirigitur; ita forma regulæ Cancellariæ, quia ex intentione ſanctiſſimi Domini etiamſi de dandis ſit, reſtringitur ad Curiam, & reſpicit illius negotium; neque extra illam ſine ſpeciali impetratione, & bulla fidem facit, aut obligationem inducit, item ad certum tempus limitatur, & denique publicatione ſimpliciter, & abſolute non indiget, vt ſuum effectum habere incipiat, ſine dubio maxime differt à vulgari forma, & communi modo legis generalis.

10. 2. ratio ſumpta ex materiæ extentione, oſtendit aliquam generalitatem in regulis Cancellariæ inueniri, ſatiam cuius omnes illarum diſpoſitionibus ſtare obligantur, per ſe tamen non ſufficit vt ius generale modo vulgari conſtituat; nam mandatum Principis quod morte illius expirat, ad omnes vniuerſaliter extendi poteſt, & tamen nemo dicet illud ad ius generale, & propriam legis formam reduci. Tandem tertia ratio tantum probat illam particulam demonſtratiuam, ſeu determinatiuam earum regularum nempe *Cancellariæ* poſſe ſtare cum aliqua vniuerſalitate, non vero conuincit conditiones talium regularum, quæ per illud verbum indicantur, poſſe reperiri in iure generali ſecundum formam communem illius: licet aliud de noua conſtituat. Neque ſine fundamento ſed optima ratione ducti ſummi Pontifices hanc noui iuris generalis formam inuexere: nam cum huiuſmodi regulæ pertineant ad regimen Cancellariæ Pontificiæ, expeditionem literarum, prouiſionem beneficiorum, & ſimilium, pro mutatione temporum aliquando illas mutari expediet, vt habemus in capite non debet de Conſang. & Affinit. ibi. *non debet reprehenſibile iudicari ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandoque varientur humana. Præſertim tum vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas id expoſcit; quoniam ipſe Deus ex ipſis, quæ in veteri teſtamento ſtatuerat nonnulla mutauit in nouo*; Concinitque lex 16. cum quæritur, ff. de adminiſtrat. & pericul. Tutorum & l. 27. in cauſæ, ff. de Procurat. Ideo conueniens fuit, vt hæ regulę ſolum ad vitam vnius cuiuſque Pontificis promulgarentur. Vnde deducitur optima ratio, cur iidem Pontifices decreuerint, vt hæ regulæ extra curiam non nihi impetratę in bulla ſub plumbo in iudiciis allegatæ fidem facerent, nam cum perpetuę non ſint, ſed cum conditoribus pereant, ad maiorem certitudinem illarum quia in incerto vagantur, vt omnibus innoteſcant, neceſſarium fuit vt prius impetrarentur cum maioribus certitudinis indiciis extra curiam, quam in Curia. Sufficit enim in Curia, quod dentur à regente Cancellariæ cum ſubſcriptione duorum abbreuiatorum: & decretum hoc in vigeſima ſexta regula de impetratione regularum ſemper ab omnibus Pontificibus immutatum relinquitur.

Concludimus igitur regulas Cancellariæ eſſe ius quidem generale, verum non eiuſdem formæ, neque communis & vulgaris modi, quo ius generale antiquum fuit inſtitutum quia ſine impetratione extra tribunal Cancellariæ non facit fidem; omnes tamen obligat, vt ipſius diſpoſitioni acquieſcant. perpetuitatem non habet, nec publicatione ſimpliciter indiget pro eo tempore, quo ſuum poteſt effectum præſtare. Verum ſemper publicatio neceſſaria eſt, vt intelligatur, quid Pontifex de eo iure, & regiminis forma ſtatuerit, ſi enim Pontifex crearetur, & antequam regulæ promulgarentur interiret, pro tempore, & Pontificatu illo nullius effectus eſſent regulæ, & eodem modo procederetur in iure, ac ſi nihil in materia illarum diſpoſitum foret. Vnde expectatiuæ prædeceſſoris pro tempore non cenſerentur reuocatæ. Verum de hoc latius in titulo de Reſcriptis. 11.

Neque huic reſolutioni aduerſantur rationes pro prima ſententia adductæ, nam duæ priores ex dictis ſoluentur facile; ſolum enim oſtendunt non eſſe regulas Cancellariæ ius generale eiuſdem ſpeciei, & formæ, quo antiquum, & vulgari modo eſt inſtitutum, non verò conuincunt non poſſe ex voluntate Principis ius inſtitui generale ad tempus: imo hoc in terminis de his regulis docet Gemin. in conſil. 93. quod incipit *Clemens* 7. &c. & probatur quia in extentione legis voluntas inſtituentis attenditur per cap. à nobis fuit, & in Clementina prima de vita, & honeſt Cleric. & denique in Extrauag. *Ad regimen* Benedicti, videmus generalitatem ad omnes enim ſpectabat, & tamen fuit temporalis.

lis 3. ratio etiam non impedit iuris etiam propriã generalitatẽ, in Extrauagãtibus, quæ perpetuitatẽ regulariter, & promulgationẽ requirunt, & formã iuris generalis communem ſeruant; & tamen ſententia lata contra extrauagãtem non eſt nulla ipſo iure. vt tenet Felynus, & Doctores Canoniſtæ communiter in cap. 1. de ſentent. & re iudicata, & cap. paſtoralis de fide inſtrum. Et concordant Legiſtæ in l. 32. cũ prolatis de re iudicat. Et ratio eſt optima, quia cum extrauagantes extra corpus iuris minus notæ ſint, neq; tam obuiæ iudicibus: ſed multæ errantes, & incertæ circunferãtur, ne toties de ſententiarum valore dubitaretur, merito ſententia contra extrauagantem lata, tanquam nulla non repudiatur. Quod ergo in extrauagantibus admittimus, quæ generales conſtitutiones eſſe poſſint, non eſt cur in regulis cancellariæ non admittamus.

Vtrùm reſponſa congregationis Cardinalium ſuper dubijs, Tridentini ius faciant generale.

SECTIO IV.

1. IN explicatione huius dubii variæ quoque circunferuntur opiniones: 1. eſt Emanuelis Roiny tom. 1. quæſt. regular. q. 11. a. 2. Cepolæ in praxi Epiſcop. Verbo *Anthor*. 1. p Garcia in proœmio tract. de benef. In eandem videtur inclinare Nauar. lib. 3. Conſil. de religioſis domibus, conſil 2. n. 4. quatenus ait congregationi illuſtriſſimorum Cardinalium cõmiſſam eſſe poteſtatem ad decidẽdas quæſtiones, non facti, ſed iuris ad ſacrum concilium Tridentinum pertinentes. Clarius prædicti AA. loquuntur, quia ſimpliciter aſſerunt declarationes Cardinalium in Trident. authenticas, & congregationis ſigillo firmatas tam in iudiciis, quàm extra illa eſſe obligatorias inſtar Decretorum, ſeu Canonum, quos declarant, cuius rei exemplum adducit Emanuel in Diœceſi Burgenſi fuiſſe iuuenem ætatis ſexdecim annorum ad dignitatem in Eccleſia collegiata admiſſum, iuxta quandam Cardinalium declarationem. Cum enim Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12. requirat ætatem 22. annorũ in admittendis ad dignitates, & canonicatus, declarauit Illuſtriſſimorum Congregatio hoc eſſe intelligendum in Eccleſiis cathedralibus, non in Collegiatis. Suadetur hæc ſententia 1. ex commiſſione, quæ in bulla 7. Sixti quinti edicta anno 1588 prædictæ congregationi facta eſt, cuius hæc ſunt verba. *Cardinalibus vero præfectis interpretationi, & executioni concilij Tridentini, ſi quando in his, quæ de morũ reformatione, diſciplina, ac moderatione, & Eccleſiaſticis iudicijs & alijs, quæ humana ſtatuta ſunt, dubietas ac difficultas emerſerit, interpretandi facultatem (nobis tamen conſultis) impartimur, &c.* Vnde ſic arguo. Declaratio authentica & vera huius congregationis fit ex commiſſione ſummi Pontificis: ſed ad hunc pertinet propriiſſime leges Eccleſiaſticas interpretari, & in quo ſenſu obſeruandæ

A ſint declarare, cum omniu in fidelium obligatione: ergo declarationes prædictæ congregationis, tanquam Pontificiæ omnino in vtroque foro ſunt obſeruandæ.

2. ad illum pertinet interpretatio conſtitutionis, ad quem eiuſdem inſtitutio ſpectat, vt patet ex cap. inter alia de ſentent. Excom & cap. ſicut 11. q. 1. § ex his omnibus, item ex l. finali C. de legatis, & diſp. 6. latius dicetur: ſed non ſolũ per ſe poteſt ſummus Pontifex conſtitutionem facere, verum etiam poteſt illam faciendam committere Cardinalium Congregationi, vt cum ipſius approbatione, & confirmatione eodemmodo obliget, ac ſi ab ipſo ſolo inſtitueretur. Imo Abbas, & multi alii in Rubrica de Conſtit. hinc deducunt etymologiam conſtitutionis, quia de aliorum ſapien-

B tum conſilio ſtatuitur, vnde conciliaris conſtitutio omnium eſt præſtantiſſima: ergo ad cõgregationem Cardinalium ex commiſſione Pontificis ſpectare poterit interpretatio conſtitutionis in vtroque foro obligantis: ſed hac ratione facta eſt commiſſio Cardinalibus Trident. declarantibus: ergo huiuſmodi declarationes proprium, & vniuerſale ius conſtituunt obligans in vtroque foro. Confirmatur quia declaratio prædicta à nullo poteſt immutari, vel corrigi: nam à ſententia lata à Cardinalium cætu appellari non poteſt, ſicut neque à ſententia Senatorum, vt habetur in cap. Eccleſia 16. quæſt. 1. & concinit l. 1. ff. à quibus appellari non licet; præſertim quando authoritate Pontificis confirmatur; ſed declaratio iſta eſt veluti ſententia declaratoria

C iuris ex obligatione obſeruandi: ergo eodem modo tenentur omnes illam obſeruare atque ipſam iuris conſtitutionem, iuxta cap. finali de Conſtit.

3. Declaratio Cardinalium prædicta vel eſt tantum probabilis, & doctrinalis, vel etiam neceſſaria & authoritatiua. Non 1. quia alioqui non diſtingueretur ab expoſitione magiſtrali cuiuſcumque doctoris: nam ſacros canones à Doctoribus poſſe interpretari dubitari non poteſt, idemque de quibuſcunque Conciliorum decretis diſp 6 fusè oſtendimus; neque ad hoc Illuſtriſſimi Cardinales ſacrorum Canonum periti indigebant ſummi Pontificis cõmiſſione ſpeciali authoritate, ergo ſignum eſt, quod vltra doctrinalem de expoſitionem authoritatiuam vim illorum declarationes contineant, vt conſtituant ius generale. Iam enim

D in reſolutione primi dubii oſtendimus reſponſionem Pontificiam in caſu particulari generalem eſſe conſtitutionem ad omnes ſimiles, & eiuſdem rationis caſus.

4. ſi quid deeſſet ad hoc, vt declarationes prædictæ tanquã generales conſtitutiones ab omnibus obſeruarentur, eſſet promulgatio, quæ conditio eſt omnino requiſita, vt lex ſuum obligationis effectũ efficiat, vt habetur in cap. ad hæc de Poſtulat Prælat. item authent. vt factæ nouæ conſtitut. alleg 5. ſed hæc in declarationibus antiquarũ conſtitutionum, quæ promulgatæ ſunt, & recepta nullam aliam ſolemnitatem depoſcit, quam vt in in notitiam veniant quocunque modo ipſæ declarationes, ergo nihil ipſis deeſt, vt conſti-

turiones generales habeantur. Minorem probat Raph. Ful. conſil. 148. in fine, quatenus ait, *declarationem nihil noui iuris inducere, & ſe habere quaſi qui ab ſpicis grana excutit.* Cardinal. in Clem. Conſtitutionem de elect. §. 1. & per legem 21. hæredes, ff. de teſt. § ſed ſi notam, ibid. Bald. item in cap. cum dilecti de accuſat. & in cap. 1. de ſumma Trinitate in 6. & confirmatur, quia declarationes à principio ipſis legibus inſunt iuxta l. 40. ita fidei, ff. de iure fiſci. Vnde Verbum *declaramus* non eſt inductiuum noui iuris, vt docet Cardinal. in Clem. ſi Romanus in principio de Præb. & Clem. 1. §. finali de rebus. Eccleſ. non alien. item Mantica in deciſionibus, deciſ. 375. num. 2. Cardin. Tuſch. Verbo *Declaratio*, concluſione 86. cum multis aliis.

2. Nihilominus 2. ſententia negat in his declarationibus maiorem eſſe anthoritatem, quàm doctrinalem; quamuis hæc magna ſit, ideoq; faciat opinionem maxime probabilem, & in praxi communiter tenendam; cum quo ſtat, quod hæ declarationes neque in foro interiori neque in exteriori obligent per modum legis generalis, ſed inſtar communis, & receptiſſimæ ſententiæ. Vnde ſi quis ſolido nixus fundamento in iudicio aut extra illud oppoſitum ſequeretur, id circo damnandũ non eſſet. Huius ſententiæ Authores tacito nomine refert Emanuel Roiny vbi ſuprà: in eandem inclinate videntur Salas 1. 2. tract. 14. diſp. 2. ſect. 9. n. 53. cum Suario, quatenùs aſſerunt interpretationem legis promulgatione indigere, vt legis generalis vim habeat: cum igitur declarationes prædictæ per modum legis vniuerſalis non promulgentur, ſequitur in eorum ſententia ad conſtitutiones generales nõ pertinere. Suar. ſane hanc quæſtionem tetigit in particulari, ſed ſummi Pontificis definitioni determinandam remiſit. Probatur ergo 1. quia nulla lex, vel decretum Pontificis iubet vt declarationes Illuſtriſſimæ congregationis circa Tridentinum tanquam generales leges obſeruentur; ergo ſignum eſt intentionẽ ſummi Pontificis in ea Congregatione inſtituenda fuiſſe ad tollendos ſcrupulos, qui ſuboriebantur de his, quæ in ſacro concilio ſtatuuntur; non vero vt tot leges efficiat, quot reſpõſa ab hac congregatione emanarunt; patet conſequentia, quia ſi plus vellet ſummus Pontifex has declarationes authenticas permitteret typis mandari, & ad omnium manus, & cognitionem venire; cuius oppoſitum experimur, non ſolum enim non promulgantur, ſed neque nimis euulgari permittuntur.

2. credendum eſt in legibus pro tota Eccleſia faciendis in materia grauiſſima de morum reformatione, diſciplina, & moderatione, item de Eccleſiaſticis iudiciis, circa quam materiam hæ declarationes verſantur, ſummum Pontificem maiorem facturam conſultationem, vt ſuam illis approbationem, legiſlatiuamque authoritatẽ concederet; ergo ſolum illas approbat, tanquam optimas expoſitiones in praxi regulariter tenendas, quandiu ſolidiora non produntur iudicia, quæ oppoſitũ veriſimilius eſſe manifeſtent. Confirmatur quia inter hæc Cardinalium reſponſa varia circumferuntur in A Codicibus manuſcriptis diligentiſſime ex propriis originalibus tranſſumpta, quarũ alia aliis aduerſantur; qualia videntur apud Suar. in 3. p. tom. 4. de Pœnit diſp. 12. ſect. 5. n. 6. & 7. & quamuis dicere aliquis poſſet priorẽ declarationem per poſteriorem corrigi, tamen correctio legum, quantũ fieri poteſt, ſemper eſt vitanda per legem 27. Sancimus Cod. de teſt. & l. 32. præcipimus Cod. de Appellat. maximè in reſponſis, & declarationibus non promulgatis, ſed priuatim habitis, & ab Illuſtriſſima congregatione obtentis. Et licet de authoritate declarandi ſacrum Concilium congregationi data conſtet ex commiſſione in 1. ſententia adducta: non tamen ſatis conſtat an hæc authoritas extendatur ad reuocandas priores declarationes.

Hæc ſunt præcipua vtriuſq; opinionis fundamenta, B valida quidẽ; verum illis non ſuccũbo, quia neutra ſententia mihi omnino placet; quãuis enim vtraque aliquid veritatis contineat, neutra ſatis expedit difficultatẽ, quod dum ſummi Pontificis clariorẽ non habemus deciſionẽ, duabus propoſitionibus enodabo.

1. propoſitio. Reſp. Congregationis Cardinaliũ in dubiis ſacri Concilii Tridentini, modũ & formã conſtitutionis vniuerſalis nõ habet, & communiter per ſe ius nouũ non inducit generale, etiam quatenus declaratiua eſt iuris conſtituti. Hanc propoſitionẽ ſane probant argumenta proxime adducta pro 2. ſentẽtia, cuius AA. ſi nihil amplius vellent, proculdubio ipſorũ opinioni ſubſcriberẽ. Et quidem Suar. & Salas ita interpretandos exiſtimo, quãuis enim Suarius quæſtionẽ reliquerit indeciſam; ex ipſius doctrina de neceſſaria legis promul- 3.
C gatione, hoc tantũ colligitur, nullã interpretationẽ legis, quæ habeat rationẽ legis generalis declaratiuæ ſine promulgatione ad perfectũ legis ſtatum peruenire. Vnde cum declarationes Trident. à congregatione Cardinalium emanantes non ſolũ inſtar generaliũ legum promulgari non ſoleant; ſed neque nimis euulgari permittantur, ſequitur illas adhuc ad legis, ſeu conſtitutionis generalis formã, ſtatũque minime peruenire; neque ſufficit quod 1. ſententia in 4 argumento aſſerebat ſatis eſſe promulgationẽ decretorũ. & Canonum, quæ declarantur: nam licet declarationes legibus inſint, quando ſunt manifeſtæ, & notæ ſaltem Iuriſperitis, ideoq; tunc ius nouũ nõ inducãt. Tamen quando ſunt de maxime dubiis & etiã
D inter doctos controuerſis, de quibus ſedes Apoſtolica conſulitur, vt declaratio authentica ſit obligatoria, & in eodẽ ſtatu maneat cũ lege quã declarat, promulgatione indiget: vt enim accipiat legis formã, à qua oritur obligatio, oportet, vt legis habeat conditiones vt iuſta ſit, à legitima poteſtate procedens, & ſufficiẽter promulgata, vt optime notat Suar. lib. 6. de legibus cap. 1. n. 3. cum multis aliis & infra idem latius oſtendam, cum de interpretatione conſtitutionis diſſeruero.

2. propoſitio. Præterea reſponſio Congregationis, quamuis conſtitutio Pontificia non ſit, etiam quatenus declaratiua, eſt tamen quædam particularis ſententia, & introductio ad conſtitutionem faciendam,

Digitized by Google

quæ ſi authenticè exhibeatur in vtroque foro obligat illum, qui eam vt authenticam recognoſcit Et cum hæ declarationes formam particularis ſententiæ imitētur per ſe generalem obligationem non inducent. Hanc propoſitionem argumenta 1. ſententiæ mihi perſuadent. & vt iudico, hoc tantum conuincunt vt conſideranti facile patebit: nam commiſſio facta congregatione ad decidenda dubia Tridentini, & facultas conceſſa ad interpretandum illud cum maiori authoritate, quam Doctores communiter facere poſſunt, non vrget ad hoc vt dicamus has declarationes eſſe Conſtitutiones generales: non enim ipſi Congregationi committitur poteſtas legislatiua, quæ vniuerſalis eſt; ſed iudicatiua & particularis ſententiæ deciſiua, quod manifeſtius fiet probando ſingulas partes huius propoſitionis. Prima quod hæc declaratio ſit ſententia quædam, & introductio ad faciendam conſtitutionem, ſuadetur exemplo Romanorum, à quibus olim deſignati erant Iuriſconſulti, vt iuridica authoritate leges interpretarentur, & circa illas dubia occurrentia deciderent: quorum tamen reſponſa legis vim non habuere, antequam à Iuſtiniano in Digeſtis diſpoſita vt leges generales fuerunt promulgatæ. Eodem igitur modo hæc Cardinalium reſponſa mihi videntur quædam legum primordia, vt ſummus Pontifex conſiderata illarum approbatione, tanquam generales leges declaret, & promulgare faciat vel vſu, & aſſuetudine ad legum ſtatum formamque perueniant, iuxta cap. cum dilectus de conſuetudine adiuncta lege 23. minime, & l. 37. ſi de interpretatione, ff. de legib.

2. pars propoſitionis eſt declarationes iſtas authenticas obligationem in vtroque foro inducere, cuicunque exhibeantur quam ſic oſtendo, quia non ſolum declaratio promulgata, & ad formā legis reducta obligationem inducit, ſed etiam illa, quæ doctrinalis eſt ad eum venire poteſt probabilitatis gradum, vt omnino obliget in vtroque foro, & qui in praxi aliter faciendum conſuleret, temeritatis damnandus iudicetur: ſi enim expoſitio legis ſit communiſſima omnium interpretum conſenſu recepta, regulariter loquendo legem ſeruandi in eo ſenſu obligationem inducit, vt bene notat Suarius citatus num. 6 Etenim communis opinio in virtute, & efficacia obligandi æquiparatur legi, vt docent Lancel Galiatus in repetit, legis Centurio n. 291. ff. de Vulgari, & pupillari. Auguſt. Berous, conſ. 91. *Viso diligenter* lib. 2. col 7. num. 16. & 17. Grat. in concluſion. 77. *Duo principaliter* lib. 2. col. 1. num. 4. & vim habere conſuetudinis aſſerit Bal in cap. ne innitaris col. 2. ad medium, & alii quos ſequuntur Villalob. in tract commu. opinionum, verbo *communis opinio* n. 107. & Sebaſt. Medices de legib. & Sat p. 2 quæſt. 16. n. 7. ergo à fortiori expoſitio, quæ non ſolum doctrinalis eſt, ſed authoritatiua in hoc ſenſu nimirum authoritate ſummi Pontificis ex Cardinalium conſilio roborata obligationem inducit, illam in praxi tenendam regulariter loquendo, veluti executiua ſententia, quæ appellationē non admittit,

A & hoc ſane confirmant tria priora argumenta pro prima ſententia. Verum hoc addendum ſupereſt, vt ſi quando aliqua contradictio inter eas inueniatur, vel diſſonantia clara cum iure communi, vti poſſimus remedio cap. paſtoralis de fide inſt. proponendo ſummo Pontifici eam contrarietatem, vel notam cum recepto iure repugnantiā Denique hanc partem probant quam plures decisiones Rotæ, vt videre eſt in nouis deciſionibus. 1. p. deciſ. 482. in fine, & 750. in principio, & 2. part. deciſ. 315 Rogabis quando iudicanda ſit authentica Cardinalium reſponſio. Reſpondeo ſi per breue ſummi Pontificis, vel per monitorium Auditoris de camera, vel per Epiſtolam alicuius Cardinalis ex ſacræ Congre-
B gationis adiunctis totius Congregationis nomine, vel denique citatis partibus per tranſumptum ex regiſtris ipſius Congregationis ſecretarii ſigillo obſignatum

3. pars propoſitionis 2. erat, quod prædictæ reſponſiones particularis ſententiæ formam 6
imitentur & conſequenter obligationem non induant generalem, hæc ſequitur ex præcedentibus; nam hæc reſponſa Cardinalium obligant, ſi authētice præſententur, quia præter argumenta pro prima opinione, quæ ſaltem hoc oſtendunt, ita determinauit ſummus Pontifex, vt conſtat ex duabus reſponſionibus eiuſdem Congregationis relatis à Garcia in proœmio tractatus de benefic quarum prima ita habet, *eadem ratio habenda eſt de his, quæ*
C *ſcribuntur à Cardinalibus ſanctæ Congregationis Concilij Tridentini nomine ipſius congregata, ac ſi à Papa ſcripta eſſent*. 2. vero hæc ſunt verba. *Decreta & literæ Congregationis Concilij, ſemotis litibus, ſunt executioni demādanda, nec ſuper his ſententia, nec decretum aliquod eſt faciendum*, & addit Garcia, *ſuper earum executione Papa dat breue, & Auditor Cameræ monitorium easque Rota ſine controuerſia ſequitur, & obſeruat*. Deinde ex alio capite oſtenditur non obligare per modū generalis conſtitutionis; ergo ſaltem vt particularis ſententia ex vi declarationis authenticæ exhibitæ omnino eſt exequenda.

Confirmatur, quia nouum non eſt ſummum Pontificem aliquando cauſam aliquam ita decidere: atq; adeo ita diſpenſatiue, ac particulariter aliquid ſtatuere, vt nequeat regulā tradere generalē, quæ ad caſus ſimiles trahatur,
D vt patet ex cap. in cauſis de ſentent. & re iudicata & per DD. ibid. communiter. Cuius rei plura poſſem exēpla adducere, ſed dices reſponſionem vnā Cardinalium non ſolū vnum caſum decidere vnique negotio inſeruire, ſed ad multos eiuſdē rationis poſſe applicari, ergo iam eodē modo ſe habebit, atque extrauagans conſtitutio; neganda tamen eſt conſequentia, quia, vt iam diximus, hæc deciſio congregationis non obligat, niſi authentica præſentetur ſiue in vno, ſiue in pluribus caſibus, qui ſint, in re omnino ſimiles: ſi enim alio modo in notitiam veniat, fidem non facit, neque obligationem inducit. In quo à Conſtitutione generali maxime diſtinguitur: nec enim vbi promulgatione ſufficienti, publicatur, quouis modo innoteſcat, obligare cenſetur, quin authentica

oſtendatur. Er Ratio eſt, quia reſponſio Congregationis non iubetur, vt lex promulgati, imò nec permittitur typis mandari, & cùm aliqua promulgatio ſit omnino neceſſaria ad perfectum legis ſtatum, vt omninò obliget reſponſio congregationis, opus eſt, vt in omni caſu authentica oſtendatur.

Vnde etiam prouenit quod ex natura rei non repugnet duas reſponſiones huiuſmodi ſibi aduerſari, quia cum neutra ſit generalis conſtitutio, neque definitio data ex cathedra à ſummo Pontifice, ſed à congregatione Cardinalium, Papa conſulto, & approbante ex particulari ſententia Cardinalium reſponſiones; Vna poteſt aliam corrigere, etiam ſi dubium ſit in materia iuris diuini, quod duplici textu confirmo. Primo ex cap. licet de ſponſal. duorum, in quo Alexander tertius declarat primum matrimonium ratum non diſſolui per aliud ſecundum conſummatum, & addidit *Quamuis aliter à prædeceſſoribus noſtris ſit aliquando iudicatum*, nota verbum *iudicatum*, quod particularis ſententiæ, priuatæque opinionis iudicium importat. Secundo ex Innocent. III. in cap. *quanto* de diuortiis. Vbi determinat Pontifex matrimonium inter fideles, catholicoſque contractum per Apoſtaſiam à fide alterius coniugis non diſolui, & adiungit. *Licet quidam prædeceſſor noſter ſenſiſſe aliter videatur*; quod dictum eſt propter Cæleſtinum III. qui contrarium reſoluerat, eratque Cæleſtini reſolutio in cap. laodabilem de Conuerſ Infidelium, in antiquis decretalibus, vt in hoc cap *quanto*, notat gloſſa, quod cap. in noſtris decretalibus illam non habet reſolutionem, quæ tamen adhuc inueoitur in Collect. Ant. Auguſt. collect. 2. titulo 23. cap. 2. cum ergo in vtroque loco materia eſſet de iure diuino, nempe indiſſolubilitas matrimonii rati: neceſſario dicere debemus vtrumque Pontificem, ſecundum priuatam ſententiam locutum, neque in hoc legem interpretatiuam vniverſalem conſtituere voluiſſe ita Couar. 2. p. 4. cap. 7. § 3. num. 15. Cano. lib. 6. de locis cap. 8. ad 3. Bellarm. lib. 4. de Roman. Pontifice cap. 13. ad initium.

Exponuntur diuerſæ ſpecies legum ad ciuile ius pertinentes.

SECTIO V.

1. EXplicatis ſpeciebus legum, quæ in primo iuris humani membro reperiuntur, cuiuſmodi eſt Canonicum ad alterum nimirum ciuile gradum facimus, cuius varias ſpecies numerauit D. Thom. 1. 2. quæſt. 95. art. 4. & interpretes ibidem. Valent. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 2. Legiſtæ cum Pompoo. in l. 2. neceſſarium, ff de origine Iuris, Papinianus in l. 7. ius autem ciuile, ff. de Iuſt. & Iure, Iuliano in l. 10. neque leges. ff. de legib. cum Vlpiano io l. 23. diuturnæ, ff. de legib. & in l. 6. ius Ciuile, ff. de Inſtit. & Iure, Denique cum Iuſtiniano §. ius autem Inſtit. A de Iure naturali gent. & ciuil. §. ſcriptum autem eodem titulo Sebaſt Medic. tract. de legibus & Stat. p. 1. quæſt. 6. Manutius de legibus Romanorum, cuius librum Prateus in ſuo lexico adducit. Er quamuis ius ciuile dicatur, *quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit*. l. 9. omnes populi de Iuſtit. & iure tamen ex textibus & Doctoribus citatis pro omni iure, quod à ſeculari poteſtate conſtituitur, communiter vſurpatur. Verum quia Iuris communior & principalior pars eſt Romanorum, ius hoc per Antonomaſiam commune, & ciuile ſolet appellari, §. ſed ius quidem Inſtit. de iure naturali, &c. huius diuerſas ſpecies numerauimus in Commentatione Gratiani diſt. 1. nimirum Plebiſcita, Senatuſconſulta, Principum conſtitutiones & Reſponſa prudentum, quibus adiungi de- B bent edicta Prætorum, quorum ius honorarium, ad Prætorum honorem dicebatur, quia Prætores quædam edicta in albo proponebant, quæ à populo approbata vim legis habebant, vt patet ex §. Prætorum Inſtit. de iure natural. Gent. & Ciuil. lege 7. ius autem §. ius Prætorium, ff. de Inſtit. & iure. l. neceſſarium §. eodem tempore, ff. de origine Iuris his aonumerari debent edicta Ædilium, quia ius honorarium diuidebatur in ius prætorium, & ædilitium. Patet ex lib. 21. ff. titulo 1. de ædilitio edicto, & addit Omphal. lib. 3. de vſurpat. leg. cap. 22. edicto iuris ciuilis adiuuandi, interpretandi ſupplendique cauſa à Prætore proponi ſolita; ſed cum Prætores nimia ſuæ authoritatis inſolentia, item gratia. & ſordibus corrupti C varie ius dicere cepiſſent; cautum eſt lege Cornelia, ne aliter ius dicere, quàm ſcripto iure poſſent.

Quæ legum varietas, quo pacto temporis decurſu ſucceſſit breuiſſime expediam. Nam olim populos ſine illis legibus ſolo Principum arbitrio gubernari aſſerit Iuſtinus libro primo Hiſtoriæ, & ſpeciatim de Romanis hoc ſcripſit Pomp. in l. 2. neceſſarium de Origine Iuris addunt vero alii rerum Romanarum Hiſtoriographi, Romanum populum à Romulum primum in tres partes diniſum, quas tribus appellauit, ſingulisque præfectos ſingulos præfecit, quos idcircò Tribunos appellauit. Deinde tribus ſingulas in decem curias D partitus eſt & triginta numeratæ ſunt, quarum præfectos Curiones dixit: Rurſus curias in decurias diſtribuit, & in trecentas accreuere. totidem decuriones earum præfectos qui quidem populi Romani ſuffragiis viritim miſſis creabantur Præterea idem Romulus, & cæteri ſubſequentes Reges ad Tarquinium vſque leges aliquas tulerunt, accedentibus curiarum calculis, quas Sextus Papirius vir ex præcipuis vnus in libro conſcripſit, quod propterea ius ciuile Papirianum fuit nuncupatum Verum has leges exactis regibus Tribunitia lex antiquauit: Vnde iterum incerto iure & conſuetudine magis, quam lege ſcripta Romanus populus vtebatur, quouſque tres in Græciam legati miſſi ſunt, qui leges Solonis & Draconis legiſlatorum Athenienſium ad optimum 2.

Reipubl. regimen ſpectantes in decem tabu- A
lis ligneis attulerunt, has Romani proceres
in tabulis eburoeis, vel vt alii volunt, æneis
conſcriptas pro roſtris propoſuere, quia ta-
men in his legibus aliquid corrigi, & aliquid
ſuppleri neceſſarium fuit, decem electi ſunt
viri, qui ſummum habeotes ius, illas corrigere
poſſent, & interpretari, quorum meminit
Gratianus in cap. *fuerunt* diſt 7. & quia duas
alias tabulas ad alias decem addiderunt; Om-
nes hæ leges duodecim tabularum nomen
acceperunt.

In his legibus interpretandis conſulti pru-
dentes reſponſa dabant: eodemque tempo-
re, iuxta Pomponium in l. 2. neceſſarium, ff.
de origine Iuris; actiones iuris introductæ
ſunt, vt in cauſis ſuum quiſque ius tueri ſci-
ret; harum vero actionum interpretatio ad
Collegium Puntificum ſpectabat. Cæterum B
cum Appius Claudius io formam has legis
actiones redegiſſet, Gneus Flauius eius ſcriba,
huic libro nihil de ſuo præter nomen indidit,
& ius Flaoium dictum eſt, ſicut & ius Ælia-
num, liber ille quem de aliis actionibos Sex-
tus Ælius elucubraoit. Poſtea verò plebs à
patribus diſcedens leges, etiam Tribuno ir-
rogante conſtituit, quæ plebiſcita dicebantur,
ad quæ licet primum non tenerentur Sena-
tores poſt legem Horatiam & Hortenſiam
Senatores cum vniuerſo populo plebiſcitis
cæperunt obligari. Ex his eſt lex Aquilia vt
patet ex l 1. ff. ad legem Aquiliam; notat
autem Iuſtinianus Inſtit. de Iure oaturali,
Gent & ciuili §. *conſtat* popolum à plebe
differre, quia plebis appellatione veniunt ci-
ues ſine patriciis & Senatoribus; popoli veto
nomine ciues comprehendi vniuerſos. C

Verum quia Reipub. adminiſtratio penes
Senatores erat, poteſtas legiſlatina ad eos
tantom redacta, cæteros à ferendis legibus
excluſit: ſiue ob ciuium multitudinem, vt
docet Pomponius vbi ſuprà, §. deinde, &
Iuſtinianus Inſtit. §. cooſtat de Iure natu-
rali, Gentium & ciuili ſiue Imperatorum aſtu-
tia, vt ſignificat Cornelius Tacitus libro pri-
mo & Suetonius in Cæſare & Tiberio, pro-
babilioſque iudicat Azor tom. 1. lib. 5. cap. 1.
quæſt. 4. Indeque Senatorum leges Senatuſ-
conſulta fuerunt nominata, quia tamen ali-
quando neceſſe erat vt conſules ab vrbe pro-
ficiſcerentur alicuius negotii cauſa, ne ſine
gubernatoribus remaneret, duo creati ſunt
Prætores, vnus dicebatur Vrbanus, qui ci- D
uium cauſas audiebat, alter peregrinus ad
quem peregrinorum negotia ſpectabant.
Vterque edicta populo approbanda in albo
proponere cunſueuit, quæ vim legis habe-
bant, & huiuſmodi eſt lex 35. in honorariis
de actioo. & oblig Creari etiam ſunt ma-
giſtratus, qui edendorum ludorum ædiumque
curam haberent, indeque ædiles dicti
ſunt; horum meminit Tertullian. ſumpto
teſtimoniu ex legibus 12. Tabularum lib.
ſuo tertio de legibus, his verbis. *Suntque
ædiles curatores vrbis annonæ, ludorum-
que ſolemnium; illiſque ad honoris amplio-
ris gradus is primus aſcenſus, &c.* Plu-
tarchus in Mario ait. *Duo erant ordines
ædilium; vnus in quo ipſi ædiles in iure
dicendo, ſellis incuruos pedes habentibus
vtebantur, & hic nomen magiſtratus re-
tinebat; Alterum magiſtratum popularem
appellabant.* Ab his ædilibus edicta ædi-
litia proceſſerunt, ff de ædilitio edicto.
Præterea populus omnem ſuam poteſta-
tem etiam Legiſlatiuam in Imperatorem
tranſtulit; Indeque Imperatorum placita,
ſeu iuſſa, conſtitutiones principum dictæ
ſunt. l. 2. neceſſarium, §. nouiſſime, &
§ cum placuiſſet, ff. de orig. Iuris, lege pri-
ma ff. de Conſtit. Principum, l. vnica. ff.
de offic. Præſ. Præt. lege prima §. ſed in
hoc Codice de veteri iure enucleando In-
ſtit. §. ſed & quod Principi de Iure natur.
Gent. & ciuil.

Verum cum Imperator tempore belli, &
B pacis in vrbe, & extra illam, pluribus grauiſ-
ſimiſque diſtraheretur curis, neque legibus
interpretandis, iuriſque difficultatibus de-
cidendis animarum appellare poſſet, ſapien-
tes viros Iuriſconſultos elegit, quibus au-
thoritatem conceſſit, leges interpretandi;
& vniuerſi Iuris dubia dicidendi. Vnde
illorum reſponſa pro legibus habebantur
Inſtit. §. reſponſa de Iure naturali. &c. l.
ſecunda neceſſarium, ff. de Origine Iuris
§. his legibus latis, & cap. reſponſa diſt. 2.
Ita proceſſit Romanorum ius vſque ad Iu-
ſtiniani Imperium, qui conquiſitis diligen-
tiſſime ſapientioribus ſui temporis Iuriſcon-
ſultis, aliis imperauit, vt principum pla-
cita in vnum volumem cogerent & facta
eſt primo cumpilario Codicis; aliis iuſſit, vt
eodem modo reſponſa prudentum collige-
C rent ex qua collectione Pandectæ, ſeu di-
geſta dicuntur, lege ſecunda, tanta Cod.
de veteri Iure enucleando; aliis denique
præcepit, vt inſtitutiooum libros compo-
nerent in quibus Iuris alumni prima illius
perdiſcerent rudimenta. Codicem verò bis
edere fecit. Prior editio noo extat, poſte-
tiori vtimur. Id circo vocatur Codex repe-
titæ prælectionis. Codice de emendatione
Codicis, §. ſupradictis, & §. ſequenti. Huic
additæ ſunt nouellæ conſtitutiones, quas
Iuſtinianus ſine dubio inſeri iuſſiſſet, ſi edi-
tæ eſſent quando Codex componebatur,
ſed ſunt ipſo Codice recentiures ex his Au-
thenticum in nouem collationes diſtinctum
coaleſcit. Incertus eſt author, qui nouellas
D collegit, & quicunque ille ſit non ſemper
temporum, & nunquam materialem ordi-
nem ſeruauit. Præterea neque omnes, ne-
que ſolas Iuſtiniani Conſtitutiones compila-
uit, ſed quaſdam etiam Iuſtiniani, Iunioris
& Tiberii, noonullaſque præfectorum præ-
torio formas adiunxit. Nouellæ conſtitu-
tiones dicuntur, quæ poſt veteres Conſti-
tutiones in vnum volumen redactæ eoo-
duntur. Denique accedit Ius Feudorum,
quod ex moribus Longobardicis, & qui-
buſdam Imperatorum, præſertim germano-
rum Conſtitutionibus conſtat, quæ extra-
uagantes de Feudis perhibentur. Vulgo
duo libri Feudales circunferuntur, ſed
optima eſt Cuiatii editio in quinque libros

diſtributa : his acceſſerunt Conſtitutiones A Federici à Federico II. Imperatore in fauorem Eccleſiæ emanantes ſub vnico titulo contentę. Item extrauagantes Henrici ſub duplici titulo comprehenſæ læſæ maieſtatis & rebellionis. Denique de pace Conſtantiæ, quæ irrita fuit inter Federicum Imperatorem & Henricum eius filium & quoſdam populos Lombardiæ, Marchiæ & Romandiolæ, item nobiles Alemaniæ.

4. Rurſus denominantur prædictæ leges primo & præcipue ab authoribus à quibus proceſſerunt; nam prætetquam quod velut in ſpecies ſubalternas diuiduntur ob dictam rationem in Plebiſcita, Senatuſconſulta, Reſponſa prudentum, Principum placita, & Prætorum edicta; ſubdiuiduntur adhuc item in leges Iuris Papiriani, Flauii, & Æliani: Deinde B Senatuſconſultum Macedonianum, Velleïanum, Tertullianum, & ſimilia ſubdiuiditur; & eodem modo dicuntur particulares leges ab authoribus, Hortenſia, Papia, Iulia, Falcidia, Aquilia, & ſimiles, quas omnes reperiès in catagolo Manutii de Romanorum legibus quem catalogum in Lexico Iuris Prateius ad finem adiunxit, item in Briſſonii dictionario Verbis *lex*, & *Senatuſconſultum*. Et ſi velis ſcire quomodo cum hoc iure ciuili canonicum in illa prima diuiſione conueniat; Reſpondeo Epiſtolas decretales eſſe velut Principum placita, ſeu conſtitutiones, & ab authoribus nomenclationem accipere; nam in quinque libris ſunt decretales Epiſtolæ, C quæ à Gregorio nono compilatæ Decretales Gregorii nominantur, & in 6. Clementinæ dicuntur à Clemente quinto illarum authore, quamuis à Ioanne 22. in vnum volumen redactæ ſint.

Conſtitutiones Epiſcopales ſunt veluti ius prætorium; & ſacrorum Conciliorum decreta, quaſi Senatuſconſulta. Sola plebiſcita in canonicis legibus locum non obtinent, & merito quia poteſtas ferendi leges Eccleſiaſticas, ſicut nunquam in populo fuit, ita non potuit ab illo dimanare, & conſequenter ius Eccleſiaſticum condere nequiuit, atque adeo nec denominare.

2. internoſcuntur etiam leges, & conſtitutiones per ordinem ad populos & gentes, ad quas feruntur. Vnde diuiduntur in communes, & municipales, leges iuris communis pro Romanorum legibus accipiuntur, quia fere D vniuerſus orbis Chriſtianus eorum iure vtitur, aliter ius commune accipitur. l. 9. omnes populi, ff. de Iuſt. & Iure. Inſt. §. 1. de Iure natur. gent. & nempe pro iure naturali, & gentium. Aliterque Inſtit. de milit. totam in principio, & §. ſed hactenus; nimirum prout opponitur iuri priuato, ſeu priuilegio. Municipale ius diuiditur. V G. in Saxonicum, Gallicum, Luſitanum, Hiſpanum, Italicum, & ſimilia. 3. denique denominationem accipiunt leges à Materia, quam præcipiunt, & de qua agunt, ita diſtinguuntur leges Iuliæ per materiæ appendicem. Verbi gratia, lex Iulia de adulteriis, lex Iulia ambitus, lex Iulia de annona, lex Iulia repetundarum, & plures aliæ. Item lex Cornelia de ſicariis, & veneficiis. Lex Cornelia de falſi. & hac ratione varii vtriuſque iuris rituli leges tam ciuiles, quam canonicas pro ratione materiæ diſcriminant, vna tantum hac in re supereſt difficultas, quæ in ſequenti ſectione expedietur.

Vtrum reſponſa Principis ſecularis in ſingularibus euentis legis vim habeant generalis in ſuo ſtatu obſeruandæ.

SECT. VI.

PEr reſponſa Principis ſecularis intelligo Epiſtolam ſeu reſcriptum ad conſulationis reſponſionem datum, vel ſententiam definitiuam eiuſdem in determinatione alicuius dubii inter partes prolatam. Vtroque modo prima ſententia abſolute negatiua exprimitur l. 2. Cod. de legib. vbi definit Imperator Theodoſ. *Quæ ex relationibus, vel ſuggeſtionibus indicantium, vel conſultatione in commune florentiſſimorum ſacri noſtri Palatii procerum auditorium introducto negotio ſtatuimus, vel quibuslibet corporibus, aut legatis, aut Prouinciæ, vel ciuitati, vel curiæ donanimus, nec generalia iura ſint: ſed leges faciant iis dumtaxat negotiis, atque perſonis, pro quibus fuerint promulgata.* Eandem ſequitur Bartol. ad. l. citatam, qui in hoc diſtinguit particulares Epiſtolas, & reſponſa Pontificis & Imperatoris, quod per illa Pontifex, non vero Imperator leges conſtituat generales: ſequitur Paul de Caſtro ad l. 1. ff. de conſt. princ. Dec. in rubr. de reſcripr. col. 1. & confirmant quia à lege Principis non licet appellare l. 1. ff. à quibus appell. &c. ſed à reſcripto Principis ad eundem prouocatio admittitur in l. 1. ff. de appellat. ergo Principis reſcriptum legem non conſtituit vniuerſalem, & ratio pro hac opinione eſſe poteſt quia in priuatæ ſententiæ definitione, & in particulari reſponſo Princeps potius perſonam agit particularis iudicis, ſeu iuris-conſulti quam Principis definientis ius aliquod omnibus commune.

2. ſententia affirmatiua ita à diuerſis DD. admittitur vt diuerſas in ea limitationes adhibeant. Ipſam ponit Couar. in 4. decret. p. 2. cap. 7. §. 4. n. 1c. Vaſq. 1. 2. diſp. 157. cap. 5. n. 39. cum Marco Burgen. proœmio legum Tauri n. 452. Felin. in rubr. de reſcrip. n. 1. Archidiac. & Dominic. in c. ignorantiam 28. diſt. & in cap. in cauſis de ſent. & re Iud. Roman. in conſ. 260. col. 1. Hi aſſerunt Principis reſponſionem, vel ſententiam declaratiuam alicuius legis quam interpretatur, vim legis habere vniuerſalis, non ita verò quando ſimpliciter Princeps ius dicit priuatis perſonis, vel ſingularibus negotiis, non declarando ſuam mentem in hoc quod velit facere communem legem 2. limitationem adducit Bald. in l. 2. C. de leg. videlicet ſententiam Principis in caſu particulari, ſiue diſpoſitiua iuris ſit, ſiue de-

claratiua, condere vniuerſale ius, dummodo definitiua ſit non interlocutoria. 3. limitationem tradit Felin. in rubr. de reſcrip. Salas 1. 2. tract. 14. diſp. 2. ſect. 8. n. 48. cum Rebuff. de cuius mente infrà, vt de qualibet ſententia ſupremi Principis etiam interlocutoria dicamus legem eſſe vniuerſalem & in priuato negotio; id tamen minimè dicendum de ſententiis inferiorum & habentium poteſtatem condendi leges; & addit exemplum in Duce Venetorum, quem in particulari reſponſo, vel ſententia legem non efficere arbitratur: omnes has limitationes excogitarunt prædicti AA. vt concilient prædictam l. 2. citatam pro ſententia negante cum alijs, quas ſtatim citabimus pro affirmante Verum nulla ex his limitationibus neceſſaria eſt; imò omnes falſam continent doctrinam, vt ſequentibus concluſionibus declarabo.

Concluſio: ſententia, vel reſponſio Prin- B
3. cipis in particulari caſu, ſiuè ſit declaratiua iuris, ſiuè conſtitutiua ſeu deciſiua etiam interlocutoria legis vim obtinet generalis per hanc concluſionem ita approbatur ſententia affirmatiua, vt duæ priores limitationes excludantur & ſic tres habet partes quas omnes admittit Iaſon l. 1. ff. de conſtit. princ. n. 1. Oroſius ibidem n. 22. Ludou. Gomes in proœm. reg. Cancel. §. 4. *pro iſta* Angel. in l. 20. Item veniunt, §. cæterum, ff. de petit. hæred. Ioan. de Plat. l. neque Dorotheum lib. 10. Rebuff. in proem. conſ. reg. Gloſſ. 2. Ioann. Andr. in rubr. de reſcript. Nauarr. conſ. 30. de præben. cum multis aliis, Sanch. lib. 2. de matrim. diſp. 14. n. 4. Suar. lib. 3. de leg. c. 15. n. 12 & ſeq. Pro- C tota concluſio de ſententia, vel reſponſione in particulari negotio declaratiua, definitiua & interlocutoria ex l. 1. de conſtitut. princ. ibi. *Quodcunque Imperator per Epiſtolam, vel ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decernit, vel de plano interlocutus eſt legem eſſe conſtat* & l. 1. & vlt. C. de legib. nam in 1. dicitur. *Principes cenſuerunt, vt ea quæ in certis negotijs ſtatuta ſunt, ſimilium quoque cauſarum facta componerent* & clarius vlt. *ſi Imperialis maieſtas cauſam cognitionaliter examinauerit & partibus cominus conſtitutis ſententiam dixerit, omnes omnino iudices, qui ſub noſtro imperio ſunt ſciant hoc eſſe legem non ſolum illi cauſa pro qua producta eſt, ſed omnibus ſimilibus.*

In particulari verò de reſcriptu Principum ad magiſtratuum de re dubia datum; quale eſt illud l. 11. verum §. Ex facto. ff. de minor. Probatur ex l. 1. ff. de legib. inſtitut. de Iur. nat. gent. & §. ſed & quod veſ. *quodcunque ergo*. Vnde iuris conſulti frequenter in ſuis reſpôſis ad hæc reſcripta recurrunt hoc modo: Imperator reſcripſit, vt patet in l. 3. teſtium, §. ideoque ff. de teſtib. & l. fin. ff. de admin. rer. ad Ciuit. pert. Quare meritò Rebuff. citatus ait ſic factas fuiſſe omnes leges codicis, reſpondente Imperatore ad petitionem alicuius & ius conſtituente & in probationem huius veritatis multas ll. & DD. refert: & quidem de ſententia ſpeciatim oſtendit l. 12. non poſſunt ff. de legib.

A reddens huius rei optimam rationem his verbis. *Non poſſunt omnes articuli ſingulatim, aut legibus, aut ſenatus-conſultis comprehendi, ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilem procedere & ita ius dicere debet.* Ergo quando Princeps inter partes quarum cauſam cognouit, ſententiam tulit, non opus eſt, vt in ſingulis declaret ſe velle, vt ad euentus ſimiles ea ſententia applicetur, cum iam de omnibus id docuerit in lege citata. Nam ſi ſententia eſt declaratiua Iuris, certum eſt, quod Princeps, qui omnibus idem eſſe debet, non exponit ſenſum legis vno modo reſpectu vnius perſonæ & caſus; alioque modo reſpectu alterius, quando pares & omnino ſimiles ſunt.

Quod verò non ſolum in ſententia declaratiua iuris, ſed etiam in definitiua & deciſiua dubii inter partes litigantes idem dicendum ſit ita oſtenditur: ſicut Princeps eodem modo interpretatur ſuas leges reſpectu omnium perſonarum ad quas pertinent; ita & eodem modo vult vt dubia omnino ſimilia æquali ſententia decidantur, ſiue deciſio fiat per declarationem legis à Principe denuo interpretatæ, ſiue per nouam extentionem vel noui Iuris conſtitutionem: & ſine dubio hoc manifeſtè conuincit l. vlt. C. de legib. citat. vt benè exponit Gloſ. quia ſi ſolum attenderet ad interpretationem iuris, non requireret lex quod Princeps ad præſentiam partium cauſam examinauerit, & quod non ſolum de iure, ſed & de facto iudicaret; concordatque lex 1. tit. citata qui loquitur de ſententiis quæ certa & particularia negotia concernunt. Præterea quod & in ſententia interlocutoria idem dicendum ſit ex verbis l. 1. ff. de conſtit. Princip. conſtat ibi, *vel de plano interlocutus eſt, legem eſſe conſtat*. Quod benè exponit Gloſſa vt ſit ſententia interlocutoria in negotio particulari generalis conſtitutio, quando Princeps accepit plenam cauſæ cognitionem: ſecùs ſi cauſæ cognitionem non accepit; quia tunc ſignificat ſe nolle generalem legem condere, neque pro Tribunali decidere, ſed priuatam opinionem oſtendere: & ſic declaranda eſt. l. 3. leges vt C. de leg. quæ videtur contraria, iuxta Gloſ. Accurſi in l. 1. proxime citata verbo *decreuit* Ratio vero quia eſſe ſen- D tentiam interlocutoriam mediatamque reſpectu cauſæ principalis, non tollit, quominus habeat definitionem Principis, quantum ad illud, quod per eam proximè ſtatuitur & deciſio in eo puncto interlocutionis eſt vltima; ergo eodem modo, quo punctum cauſæ principalis dubia intermedia à Principe, cum cognitione cauſæ decidi poſſunt. Quanquam negare non poſſumus quòd in ſententia declaratiua iuris & definitiua cauſæ principalis frequentius, & facilius cognoſcitur intentio Principis ex Tribunali, & de poteſtate decidentis cauſam; vt Suar. citatus notauit n. 14 & 15. quod fortaſſe attendentes AA. 1. & 2. limitationis coacti ſunt vniuerſalem de hac re tradere doctrinam, quam legibus & rationibus im-

pugnamus. Hinc etiam colliges quomodo A accipienda ſit additio ad gloſ. citata legis primæ, ff. conſtit. Principe Bart & per Cyn. in l. leges Cod. de legib. ait enim ſenten- tiam interlocutoriam, ſi inſerta ſit in corpore iuris, pro lege generali vſurpari, ſecus verò ſi extra illud verſetur: nam ſi hæc diſtinctio plus aliquid requirit in ſententia interlocutoria, quam in definitiua principali, & declaratiua Iuris, admittenda non eſt: nam etiam de aliis requirimus quod in corpore iuris ſit ea ratione, qua ſuprà in ſect. 3. de Epiſtol. & ſententia Pontificis expoſuimus videlicet de ſententiis, & epiſtolis quæ ante tempus compilationis, ff. Cod. & Inſtit. emanarunt; & in nullo ex his voluminibus B reperitur, iuxta l. 2. *tanta* C. de Iur. veter. enucleando, § has itaque leges.

2. concluſio, Princeps non ſupremus ha-
4. bens tamen poteſtatem leges ferendi conformiter ad illam poteſtatem per Epiſtolam, vel ſententiam legem efficere poteſt generalem, ſicut de ſupremo dictum eſt: ita Iaſ. num. 16 & Angel. pro prima concluſione citat: Vaſques num. 45. Suar. num. 20. & ſequent. vterque vbi ſupra. Probatur quia ſi Magiſtratus, Princeps, ſeu Reſpub. habet poteſtatem faciendi aliquas leges quamuis ſupremam non habeat poteſtatem, qualem habet Imperator præterit eaſdem leges eadem authoritate interpretari & declarare; in quo nimirum ſenſu illas ediderit; non enim maior requiritur poteſtas ad interpre- C tandum authoritatiuè, quàm ad ferendam legem de nouo, ergo iam ſententia declaratiua Iuris Principem omnino ſupremum non ſemper requirit. Deinde ſicut Princeps inferior ſupponitur cum poteſtate ad aliquid vniuerſaliter ſtatuendum per verba generalia, quia plures caſus, & negotia eiuſdem rationis comprehendat, ità ſedens pro Tribunali & inter partes cauſam dubiam perfectè examinans in particulari negotio definitiuam ſententiam proferens legem condit vniuerſalem ad caſus omnino ſimiles pro ratione ſuæ poteſtatis, vltra quam ſententia generaliter intellecta non extenditur. Denique idem oſtendi poteſt de interlocutione non excedente poteſtatem legiſlatiuam Principis inferioris; & ratio eſt quia extenſio particularis deciſionis ad faciendam legem D vniuerſalem non fundatur in dignitate ſuprema Imperatoris, ſed in poteſtate legiſlatiua, qua vti poteſt Princeps non ſupremus intra ſuos limites, & ad hoc facit l. 12. non poſſunt, ff. de legib. & l. 2. Cod. de leg. 261. *Principes cenſuerunt*; non enim dicit *ſupremi*, ſed abſolute *Principes*, id eſt habentes poteſtatem legiſlatiuam.

Obiicies cum Rebuffo propria concluſione citato gloſſ & aliis, ad l. 1. ff. de feriis verbo *derogare*, Prætores potuiſſe ferre edicta, quæ vere leges erant vniuerſales, non tamen ius generale facere per ſententiam, aut Epiſtolam, vt probatur ex §. Prætorum quoque edicta Inſtit. de Iur. nat. gent. & ciuil. Nam poſtquam retulit textus varios modos, quibus principes poterat legem condere; De Prætore ſolum per edicta legem ferre ſignificauit. R. concedendum cum Iaſ ad citatam legem num. 23. & aliis id eſſe verum in Prætore, cuius poteſtas legiſlatiua ita limitabatur; neque enim ille ex ſe illam habebat: negando tamen hanc doctrinam extendi ad Reges, Principes, ſeu Reſpub. quando illi, vel hæ non agnoſcunt ſuperiorem, etſi ſuprema Imperii non præfulgeant dignitate, quoniam ex ſua ſufficienter habent poſſe legem condere vniuerſalem, quæ poteſtas à ſuperiore non limitat. Imò etiam in Prætore, quod attinet ad deciſionem Iuris in declaratione ſui edicti, vel in negotio dubio illius ius concernente non video legem, quæ nos obliget ad limitandam Prætoris poteſtatem, vt edictum facere, & non interpretari potuiſſet, & Pin. §. Prætorum citato probat Prætorem legem condere vniuerſalem per edictum, quia erat modus vſitatus promulgandi ipſius legem; quod non tollit poteſtatem illud authoritatiuè interpretandi. Principes verò per reſponſionem in Epiſtola, vel per ſententiam legem frequenter producebant, & in hoc à Prætoribus in iure dicendo differebant.

3. concluſio: Princeps, ſiue ſupremus, ſiue
infertor in reſponſis, vel ſententiis, quæ 5.
conceſſionem continent, vel modum beneficii, ſeu priuilegii reſpiciunt, & denique quando in ſpeciali occaſione temporis, loci, aliarumque circumſtantiarum particularium hæc reſponſa, vel ſententiæ feruntur; le- C gem generalem non introducunt. Hanc tenent, non modo AA. primæ ſententiæ, ſed omnes Iuriſtæ communiter in l. 1. ff. de Conſtit. princ. l. 157. priuilegia quædam l. 69. in omnibus cauſis, ff. de reg. Iur. L. leges in fin. C. de legib. l. 3. ætatem in fine de cenſib. cap. ſanè de priuil. cap. non exemplo 26. quæſt. 2. cap. priuilegium, & cap. quod alicui de reg. Iur. in 6 vbi dicitur, *quod alicui gratioſè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum*, quæ regula continet optimam rationem primæ partis: nam ſi legem generalem efficeret particularis conceſſio, iam ſpecialis gratiæ & priuilegii rationem amitteret, quod dicitur priuata lex non communis. 2. pars de particularibus circumſtantiis, quæ indicant reſponſum, & ſententiam Principis ius genera- D le non efficere declaratur, nam ſi ex modo loquendi, aliisve iudiciis colligitur principem, vt priuatam perſonam reſponſum dare, cauſamque decidere ſatis colligitur, nolle regulam communem ſtatuere. Denique ſi reſponſio, vel ſententia à iure communi exorbitat, vel aliquantulum recedit, communem legem non facit l. 184. quod contra rationem, ff. de reg. iur. cap. quæ à iure communi exorbitant, eodem tit. in 6. cum aliis text. quos Iuriſt. ibidem in confirmationem communiter adducunt; & probatur quia particularis deciſio in vno caſu non derogat conſtitutionem vniuerſalem de reliquis, argumento cap. 7. ſtatutum de elect. &c. in 6.

In ſenſu huius concluſionis intelligendus 6.
eſt tex. in l. 2. Cod. de leg. citat. pro prima ſententia: ſic enim illum expoſuit gloſ. &

DD. pro 1. coucluſ. adducti: hac enim ratione cohæret cum legibus ibidem relatis eademque doctrina in principe ſeculari procedit, quam de Eccleſ. tradidimus. Ad confirmationem Reſpondeo tunc licitam eſſe prouocationem à reſcripto Principis ad eundem, quãdo reſcriptum eſt ſurreptitium, quia falſa cauſa motus Princeps reſcripſit, vt videtur in reſcripto Imperatoris adducto in leg. 1. ff. à quibus appel. non lic. Nos verò loquimur de reſponſione & ſententia in rei veritate, & iuſtitia fundata: nam alioquin & Principis decretum generale iniuſtum à vera ratione legis deficit, vt infra dicemus. Ad rationem ſuperadditam dico non ſemper in reſponſione, vel ſententia particulari Principem agere priuatam perſonam. quia LL. & rationes adductæ in confirmationem noſtræ ſententiæ oppoſitum non perſuadent, & quando ex ipſius Epiſtolæ & ſententiæ forma, & circumſtantiis deducitur illum loqui, vt priuatam perſonam libenter admittimus, iuxta doctrinam 3. concluſionis, per Epiſtolam, & ſententiam particularem ius non conſtitui generale.

7. Tandem tria ex tradita doctrina deducuntur corollaria: primum caſus ad quos extenditur ſententia, ſeu reſponſio Principis inſtar legis vniuerſalis debere eſſe omnino ſimiles; nam ſi aliqua diſſimilitudo interſit, illos non comprehendit. Probatur ex l. 1. C. de leg. ibi *ſimilium quoque cauſarum*, & l. fin. eod. tit. ibi, *ſed & omnibus ſimilibus*. Vnde meritò dixit Otoſ. ad l. non poſſunt, ff. de leg. non eſſe in Iure Ciuili latius argumentum, nec infirmius, quam quod à ſimili depromitur, quia data modica diſſimilitudine facile declinatur. 2. eſt ſi Princeps in reſponſo, vel ſententia definitiua alicuius dubij interpretetur non ius ſuum, ſed æquitatem naturalem eodem modo illius deciſioni ſtandum. Huius corollarij doctrina & ſi minus probetur à Suar. lib. 3. de leg. cap. 15 num. 16. Salaſ. diſp. 2. citat. ſect. 8. n. 49. traditur tamen à Vaſq. diſp. 157. c. 5. n. 46. quia ſicut Princeps, quando facit ius nouum per generalem conſtitutionem, in ſola ratione naturali fundatur, cuius æquitatem conſiderat, vt conſtitutio iuſta, & vera ſit lex, ita quando in ſententia dubium declarat nixus ratione naturali tantum, eius æquitatem reſpicit, eandem obligationem inducit. Quæ ratio Vaſq. in noſtram ſententiam iam trahit, vt deſerat limitationem ſuprapoſitam, vt ſolum interpretando ius ſententia Principis faciat legem communem. Si enim intelligit ius poſitiuum, vel naturale; omnis conſtitutio interpretatio dici poteſt etiam iuris naturalis in hoc ſenſu; quatenus vt iuſta ſit in ratione, & æquitate naturali debet fundari, & iam neceſſaria non erit limitatio quia ſententia particularis, vel conformari debet cum iure poſitiuo, & tunc erit declaratiua; vel illud de nouo faciet, & tunc erit iuris quidem naturalis declaratiua, ſed ſimpliciter, & abſolutè dicitur hæc conſtitutiua potius quam declaratiua.

8. Oppones ſententia de ſe ſemper videtur eſſe declaratiua, quia ſemper cadit in factum præteritum, & ius acquiſitum, & præexiſtens

A inter partes litigantes cum dublo ad quodnam tale ius pertineat, ergo illud non conſtituitur à ſententia, ſed ſupponitur Reſp. hoc ius ſiue accipiatur pro facultate aliquid obtinendi, ſiue pro lege, & regula quæ ſtat pro parte potiori ſemper quidem procedere, & ſententiam ſupra illud cadere. Verùm quia aliquando eſt ius conſtitutum poſitiuum, & tunc ſententia ſupra illud cadens propriíſſime dicitur declaratiua; aliquando verò caſus in iure poſitiuo non eſt deciſus, & licet ſupponatur ratio, & æquitas naturalis in cuius ſententia dici poteſt declaratiua; tamen quia nullum ſupponitur ius poſitiuum, potius conſtitutiua, quam declaratiua cenſetur ſententia, quæ talem caſum determinat, quia nouum conſtituit ius poſitiuum, quod antea non

B erat: hoc ius ſupponebant antiqua prudentum reſponſa, quæ poſtea authoritate Principis in leges communes euaſerunt.

3. corollarium eſt hæc reſponſa Principum aliqua indigere promulgatione, vt ad perfectum legis communis ſtatum perueniant: nam ſicut lex communis & poſtquam lata eſt à Principe antequam promulgetur obligationẽ non inducit, ita à fortiori particularis ſententia, quæ formaliter lex communis non eſt, quia reſpicit caſum particularem, ſed extenſiue beneficio iuris, & per declarationem factam à Principe in legibus citatis ſine promulgatione legis vniuerſalis obligationem non inducet: quæ verò promulgatio neceſſaria ſit diſp. 4. dicetur. Hoc tamen interim certiſſimum ſit, ſi ſententia Principis authentica offeratur iudici in caſu omnino ſimili, quæ manifeſtum non contineat errorem, iudicem ſe-

C cundum illam omnino iudicaturum: vel ſi errorem contineat, Principem conſulendum ſecundùm communem doctrinam Batt. & aliorum ad l. 32. cum prolatis de re iudic. 9.

Exponuntur textus ad cauſam finalem conſtitutionum ſpectantes.

COMMENTATIO III.

CAuſas conſtitutionis aggredimur expli- 1.
candas & à finali ipſo etiam textu duce
exordimur: nam licet finis habeat nomencla-
D tionem; prima tamen eſt in cauſando: ab ipſa
enim per intentionem mouetur cauſa efficiẽs,
vt in effectu producendo cauſam formalem
cum materiali coniungat, & ſic in harum
cauſarum concurſu finis præcedit per inten-
tionem mouendo. quia verò Ariſtoteles 2.
de anim. cap. 4. finem diuiſit in finem cu-
ius, & finem cui; *& finis cuius*, eſt cuius 2.
gratia mouetur, & quem reſpicit in operan-
do cauſa efficiens; *finis cui* dicitur cui ille prior
finis procuratur, vt ſanitas ægroto Vtrum-
que in noſtris textibus agnoſcemus. Nam ſi
ſummam capitis 21. & 13. legas, quid reſpi-
ciat efficiens conſtitutionem facile inuenies
nempè, *Conſtitutio reſpicit futura non præ-* 3.
terita, niſi in ea de præteritis caueatur, item
vt ſontes emendet, & ignorantes non caſti-

get, vt vtriſque commune bonum procuretur, atque adeo vterque ſimilis viſitur, ſemper enim bonum alicui deſideratur. In capitis 6. ſumma vterque etiam finis manifeſtè apparet, cum dicitur, *non valet conſtitutio Collegij in damnum aliquorum & commodum aliorum, ſine rationabili cauſa.* Iam verò in 4. diſt. ſic incipit. Gratian. *Cauſa verò conſtitutionis legum eſt humanam coercere audaciam; & nocendi facultatem refrenare.* Cauſam intellige finalem, quæ legiſlatorem mouet, & cuius gratia conſtitutiones ſancit, quod proſequitur in duobus capitibus in ſecundo quæ *finem cuius fini cui*, optime copulauit: nam cum conditiones cauſæ finalis numeraret, ad quas legiſlator reſpicere debet, & quæ illum ad conſtituendam legem iure commouent, tandem concluſit, *nullo priuato commodo ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta*, ideſt, vt conſtituno pro *fine cui*, non priuatam alicuius perſonæ commoditatem, ſed communem alicuius populi, ſeu communitatis vtilitatem haberet; ſed iam ad ſpecialem capitum explanationem veniamus, quæ ſunt 2. 6 & 13. de Conſtitut. & in tota diſtinctione 4. decreti ſex capita.

In cap. ſecundum cognoſcentes, & 13. finale de Conſtit.

NOTATIO I.

Cap. 2. Cognoſcentes de conſtit.

PRæcipuus ſecundi, & finalis capitis ſcopus eſt declarare conſtitutionem non ad præteritos, ſed ad futuros actus reſpicere niſi nominatim in ea de præteritis mentio fiat, in vtroque cap. hoc ſpeciatim oſtendamus,
1. in cap. cognoſcentes, quod ſumptum eſt ex regiſtro Gregorii, ſic Pontifex ab optima huius reſolutionis ratione incipit, *Iuſtitia docet, vt actio, quæ culpa caret, pœnam non incurrat, ſed actio ante conſtitutionem exercita immunis eſt culpæ, qua per conſtitutionem cauetur: ſciri enim non poterat conſtitutio, quæ nondum erat lata*; ergo exercens actionem in conſtitutione prohibitam, ſicut inuincibili ignorantia liberatur à culpa, ita à pœna pariter abſoluitur. Vnde egregie Bald. hic ait, *nouum ſtatutum futuris dat formam, non præteritis calumniam: nè iuſta ignorantia puniatur.* Hoc ergò decretum cum ſua limitatione expreſſum habetur in l. 7. leges C de legib. & conſt. l. fin. §. vltimo C. de legit. hæred. authent. de inſtrument. cautel. & fid. §. hæc autem Auth. de nuptiis §. *duo ergo* ad finem Auth. de hæred. ab inteſt. §. final. collat. 9 Item L. 6. lib 2. tit. 1. nouæ compil. cum ibi notatis ab Azcenedo, qui etiam videri poteſt in l. 9. tit. 15. lib. 4. num. 1. & in l. 9. tit. 3. lib 5 num. 2. concordat etiam procemium fori leg. cum gloſſ. 9. ordinaria & lege 10. tit. 2. lib. 3. ibique Didac. Peres in gloſſ. 1. Rationem non aliam aſſignare poſſumus magis à priori, quam quæ in textu datur: Nam Conſtitutio ſeu lex regula eſt rectæ operationis: ſed regula ſupponi debet ad operationem, quam dirigit: ergo non reſpicit operationem præteritam antecedentem, ſed futuram & ſubſequentem.

Præter hoc præcipuum dictum, alia no- 2.
tantur à gloſſ. primum, quod nullus debet ſine culpa puniri, quia quod eſt legitime factum, pœnam non meretur: vt habetur l. 4. Gracchus C. de leg. Iul de adult. & peccata ſuos debent tenere authores: vt probatur ex capite quæſiuit, De iis, quæ fiunt à Mar. part. capit. & cap. Romana de ſent. excommun. in 6 Concinit l. 22. ſancimus C. de pœn. & nemo priuatur iure ſuo ſine culpa ex capite ſatis peruerſum 56. diſt. & cap. Inuentum 16. quæſtiune vltima & cap. conquerente de reſtit. ſpol. Aduertenda tamen duo ſunt, vt textus, qui contra hanc doctrinam à gloſſaque, & ab expoſitoribus præſentis capitis adducuntur, facile explicentur. Primum cum eadem gloſſ. 1. Panorm. num. 2. Bald. num. 4. & multis aliis ſi aliquando incurritur pœna ſine culpa: non tamen ſine cauſa: tum ratione materiæ, tum ratione publicæ vtilitatis, vt in l. 12. proſpexit, ff. qui, & à quib. & Gloſ. has cauſas duobus carminibus complectitur. Verum his ſuperſedeo, quia ad titulum de pœnis ſpectant, lib. 5. ſecundum aduertit Bald. non incurri pœnam ſine culpa vel propria, vel aliena;
quando verò innocens ob alterius delictum 3.
& iuſta de cauſa puniatur, non eſt huius loci explicare, interim vide regulam ſine culpa de reg. int. in 6. & commentatores cum gloſ. ibidem. Felyn. in cap. ex inſinuatione, num. 4. de Simon Additionem margin ad Abbat. in cap. referente de delict. pueror. num. 3. Simancl. de Catholic. Inſtit. cap. 9. à num. 4. & latè cap. 29. à num. 1. Couar. lib. 2. Var. reſol. cap. 8. num. 1. Legiſtæ communiter in l. 22. ſancimus Cod. de pœn. Caſtr. de Iuſt. hæretic. punit. lib 2. cap. 10. & 11. Iulium Cler. lib. 5. § fin. quæſt. 86. 2. num. 1. Anton. Gomol. de delict cap. 2. num. 13. Portoloſſin tract. de conſort. cap. 37. numero 4. Anton. Cordou. in lege ſi quis à liber. §. idem reſcripſit num. 6. ff. de liber. agnoſcen Rolan. Conſ. 74. ex optimo principio volum. 3. Menoch. Conſ. 99. tom. 1. à n. 208. Andr. ab Exea. ad cap. cognoſcentes de conſtit. num. 33. Theolog. cum D. Thom. 2. 2. quæſt. 108. art. 4. Tertiam notat Ant. Burg. num. primo tom. 1 repet. in hoc textu nomine rei hominem intelligi probat ex lege omnia, §. vltimo, ff. de leg. 2. Bartol. in l. cui eorum, §. affinitatis, ff de poſtul. Archidiac. in cap. ante omnia 40. diſt Dominic. in cap. ſi vir
de cognatione ſpirituali; ego tamen dico ap- 4.
poſite vocabulum rei in textu fuiſſe collocatum, vt tam ad hominem quàm ad illius actum poſſet referri, culpa enim in actu eſt formaliter, in hominis voluntate ſubiectiuè in ipſo homine tanquam in perſona qui ab actu malo malus denominatur.

4. notatur à gloſſ. & commentatoribus in hoc textu videlicet quod decretum non liget ignorantes. Verum nos de hac re in vltima commentatione & diſput. huius tituli late tractabimus. Denique in fine capitis dicitur

prohibitos poſt promulgàtionem precepti ſuf-
ficientem , debere puniri , ſi contra conſtitu-
tionem faciant. Et addit Bald. num. 3. *Etiam*
ſi pœnam ignorent, dummodo delicti qualita-
te cognita peccauerint. Ratio eſt quia eo ipſo
in pœnam conſentit, qui ſe delinquere nouit
l. 1. ff. de poſtul §. Beſtias. Deinde quia præ-
5. ſumitur quis ſcire pœnam, quando nouit cul-
pam. Deoique quia pœna annexa eſt culpæ, &
neceſſariò illam conſequitur, vt docet D. Th.
1. 2. quæſt. 73. a. 8. in fine corporis.

Cap. 13 Quoniam de conſtit.

In cap. quoniam finali conſtitutio contine-
tur declaratoria alterius, quam idem Grego-
rius huius cap. 7. author fecerat, & quem in
capit. *ſtatuimus* reperiturque infra de maio-
6. tit. & obedient. Decreuerat enim vt in Ec-
cleſ ſanctæ Mariæ maioris de Vrbe Presbyte-
ri priorem & locum & portionem obtine-
rent. Deinde ſequerentur Diacon. poſtea ſub-
diaconi, & ſic de cæteris, vt in digniori reſpe-
ctu conſtituti præcederent, & loco, & por-
tione potiori, etiamſi poſterius admitteren-
tur. Hanc ergo conſtitutionem declarauit,
non trahi ad præterita, ſed tantum futura
reſpicere. Cum hoc ſit proprium Conſtitu-
tionis, quæ nominatim ſe ad præterita non
extendit; vt denotat etiam cap. 1. de poſtula-
tionibus prælator. in 6. ibi *de catero* capit. di-
lectus, vt lite pendente oihil &c. Clement.
Vt hi qui de ætat. æqualit. & ibi gloſ. verbo
impoſterum, & cap. 2. de conſtit. in 6. verbo
commiſerint, eſt hæc doctrina euidens quando
aliqua conſtitutio, ſeu lex facit per prohibi-
tionem quod actus aliquis ſit delictum, quod
antea non eſſet V. G. portare arma noctu, vt
aduertit Bart. io l. omnes populi ff. de iuſt. &
iur. n. 44. adducens l. habemus in fine C. de
teſtam. & § fin. in auth. de ſanct. Epiſcop. &
probatur quia malitia actus de ſe indifferentis
tota dependet ex lege prohibente: ſupponitur
enim tantum malus, quia prohibitus: ergo im-
poſſibile eſt, vt malus pro præterito tempore
ſine prohibitione cenſeatur.

Additur in hoc eodem textu limitatio, quæ
7. non viſitur in cap *Cognoſcentes* nimirum, *ni-*
ſi conſtitutio nominatim de preteritis memi
nerit, cuius exemplum optimum eſt caput
dilectus ſupra citatus, & caput ad audientiam
2. de reſcript. Concordat ius ciuile in doctrinæ
limitatione in l. 7. leges C. de legib l. 18. San-
cernus C. de ſacroſ. Eccleſ. l. vltim. in fin. C.
eod. tit. l. 27. de vſuris C. de vſur. Auth in
medio litis non fieri & § ſuper hoc autem.
Ratio eſt, quia ſi lex ſpeciatim de præteritis
diſponat, ad illa extendi debet quia iam ex
legiſlatoris mente de extenſione conſtat; quo-
modo autem id iuſtè fieri intelligatur: dice-
mus quęſt. 2. ſequentis diſp. 7. hoc vnum mo-
neo nunquam legiſlatorem facere poſſe vt
actus qui antea malus non fuit, quia à ſe erat
indifferens, & prohibitio legis adhuc non
erat, poſita prohibitione malus euadat, ille
idemne qui præteriit. Probatur quia ille actus
iudicandus eſt ſecundum ius præteritum non
ſecundum præſens, & eo tempore quo fuit,
non verò quando non eſt. Etenim quod de
præſenti non eſt, nec bonum, nec malum
eſſe poteſt. Hinc etiam prouenit vt liceat ve-

A teres leges allegare ad præteritæ cauſæ deci-
8. ſionem etiamſi, hoc tempore lex noua corre-
ctoria prodierit; quia quando hæc ad cauſam
præteritam non extenditur cauſa ſecundum
ius antiquum deciditur, iuxta Bald. in l. fin.
ff. de falſ. gloſ. in cap. nouit de iudiciis verbo
quicunque. Tandem ex eodem principio naſ-
citur quod conſtitutio declaratiua iuris natu-
ralis ad præterita ſemper trahatur, quia ius
naturale ſemper eſt ſecundum ſe idem immu-
tabileque, & ita oſtenditur in cap. cum tu, de
vſur. quod eſt declaratiuum iuris naturalis
prohibentis vſuras. In hoc etiam textu notan-
dum eſt, illum ab ipſa ratione principium
ducere, in qua ratione duo præſupponit cer-
tiſſima, primum per Conſtitutionem ſedis
B Apoſtolicæ omnes obligari: qua de re bona
Gloſſa verbo *aſtringit*, & nos de hac re com-
mentatione & diſputatione 7. latiùs agemus.
Secundum in conſtitutionibus, quantum fieri
poteſt, obſcuritatem & ambiguitatem vitan-
dam, oe leges ad illaqueandam conſcientiam
potiùs quam frænandam peccandi licentiam
producantur, vt notat gloſ. verbo *ambiguum*
citans diuerſa iura, ſi tamen contingat legis
verba eſſe ambigua, ea potiùs accipienda eſt
ſignificatio, quæ vitio caret, l. 19. in ambi-
gua, ff. de legib. l. 3. in ambiguo, ff. de reb.
dub. & l. 67. quoties, ff. de reg Iur. Id verò
conſulitur vitio carere quod magis conſonum
eſt iuri oaturali & poſitiuo, vt conſtat ex
capite vltimo in fine diſp. 14.

C

In cap. 6. Cum omnes, de conſtitut.

NOTATIO II.

Cap. 6. cum omnes de conſtit.

CErtum eſt huius textus reſolutionem eò
tendere, vt duorum inæqualiter ſtatu-
torum quæ Cretenti Eccleſiæ Canonici con-
diderant, ad parem iuſtitiæ æquitatem re-
1. ducatur, qnod duplici medio propoſito iu-
bet Innoc. III. Archiepiſcopo Senonenſi, &
Epiſcopo Trecenſi, vt executioni mandetur,
vel reducendo omnes Canooicos ad anti-
quam ſuæ Eccleſiæ conſuetudinem in præ-
bendarum fructibus percipiendis. vel ad no-
uam conſtitutionem, quæ Canonicos omnes
ex æquo comprehendat, & pares faciat
D vnius Capituli fratres, qui cum partes ſint
vnius corporis, oon debeut diuerſo iure cen-
ſeri, nempe iure vſurpationis & canonicæ
diſpoſitionis. iuxtà cap. cognouimus 1. quæ-
ſtione 2. cap. cum in tua, de decimis. cap. ex
parte & cap quia circa de priuil. & concinit
l. 77. cum pater § euictis, ff. de legatis 2. l. 3.
ea vero, § ſocietas l. 52. cum duobus §. Pa-
pinian. ff. pro ſocio.

2. Vt tamen huius reſolutionis veritas ſub-
ſiſtat & amplius innoteſcat, duo intellectus
huic textui ſolent adhiberi; vtrumque pro-
bant Anton. de Rutio in princi & Hoſtien.
num. 71. & ſequent. Ferret. num. 2. Primus
eſt communis, & in eo caſus, ita formatur,
vt Canonici Trecenſes ex antiqua ſuæ Ec-
cleſiæ conſuetudine ſui beneficii redditus,
tam in abſentia, quàm præſentia percipe-

rent, qua poſita nihilominus duo ſtatuta ſanxere Primum, vt Canonici impoſterum recipiendi non niſi in præſentia fructus ſuos facerent, cum antiqui, etiam abſentes eoſdem cogerent. Secundum cum ſingulæ præbendæ vineas ſingulas ſibi annexas haberent, decreuerunt, vt ipſi dum viuerent, vineas ſuas poſſiderent, & vineæ præbendarum vacantium non tranſirent ad ſucceſſores; ſed prouentus earum inter ſuperſtites antiquos diuiderentur. Quod cum ſummus Pontifex cognouerit vſurpans Catonis authoritatem, videlicet, *patere legem quam ipſe tulerit*, *iubet*, vt pares omnino fiant Canonici, iuxta antiquam conſuetudinem, recipiantque fructus tam in præſentia, quam in abſentia, vel potius per nouam conſtitutionem reſpectu Trecenſis Eccleſiæ, iuri conformem communi, ſolum præſentes Canonici fructus faciant, & Vineæ, ſimiliter ſui præbendis annexæ relinquantur. Ita exponunt hunc textum præter Butr. & Hoſtien. citatos, Panorm. Card. Zabar. Bellarmin. num. 4. cum Innocentio, Ioann. de Anan. col 2. Decius in princip. Felin. num. 3. Bald. num. 4. Alexan. de Neu. Imol. Anchar. Io. Andr. Ferret. Andr. ab Exea. & recentiones communiter ad initium impoſitionis huius textus quem retinere videtur Gloſ. verbo conſtitutum.

3 2. intellectus ſupponit antiquam conſuetudinem Eccleſiæ Trecenſis conformem fuiſſe iuri communi: videlicet, quod non perciperent fructus in abſentia. Deinde verò in primo ſtatuto Canonicos decreuiſſe vt ipſi in poſterum præſentes, & abſentes; qui verò de nouo ſuccederent ſolum in præſentia, non verò in abſentia fructus facerent; quare Pontifex mandauit, vt antiqui legem paterentur, quam pro nouis ſuccedentibus tulerunt, & omnes æqualiter iuxta antiquam conſuetudinem ſeu rationabilem inſtitutionem in re communi probatam, in abſentia fructus amitterent. Hunc ſenſum tenent Hoſtien. & Ant. Butr. citat & magis probat Ant. Burg. hoc loco num. 5. Et verior videtur Ferreto num. 2. quamuis communem defendat num. 3. illud etiam ſignificat gloſ. in propoſitione caſus vbi ait Canonicos feciſſe ſtatutum, *vt ipſi tam in præſentia quam in abſentia redditus ſuos perciperent integraliter*. Vt probetur hæc expoſitisquam ſatis probabilem iudico, notanda ſunt illa verba textus, *cum omnes in hoc conſueuerunt eſſe pares*. Nam in primo ſenſu illud hoc refertur ad conſuetudinem Eccleſiæ de percipiendis fructibus in abſentia, quod eſt remotius: in ſenſu 2. ad proximius, nempè ad illam partem ſtatuti refertur quæ erat, vt noui Canonici abſentes fructus non perciperent.

Quod ergo ad hæc proxima hoc dictum referri debeat ſic oſtendo, primo quia vt præcedenti notatione oſtendimus, in ambigua legis interpretatione ea magis probanda expoſitio quæ vitio caret, & magis conformis eſt iuri communi, neque in eo reddit abſurdum intellectum, vt docet Burgos hic num 39. cum Abbat. in cap. Eccleſ. veſtra de reſcript. Dominic. in cap. 1. de poſtulat. prælat Gloſ. verbo *copia* in cap. ſtatutum de reſcript. in 6.

A ſed ſi referamus illa verba ad remota non ad proxima, redditur abſonus intellectus, & contra ius iuri communi, quia conſuetudo de fructibus percipiendis in abſentia diminuit diuinum cultum, & eſt contra ius commune; & Pontifex illi faueret in noſtri textus reſolutione quæſt. 2. non tam benè accommodatur reſponſio Pontificis, eiuſdem rationi ſumptæ ex legis authoritate ibi *patere legem*. Nam ſi lex Canonicorum ſolum fuit, vt noui in abſentia fructus non facerent, quomodo Pontifex vult, vt antiqui de nouo illam obſeruent, ſi iubet obſeruari Eccleſiaſtic. conſuetudinem, quæ iuxta primam expoſitionem erat, etiam in abſentia fructus percipere. 3. quia ſi conſuetudo erat vt Canonici in abſentia fructus integros lucrarentur, ſanè antiqui non erant cogendi ad reſidentiam, vt fructus

B facerent; ſed ſolum Canonici poſteà recipiendi, qui in huiuſmodi poſſeſſione non erant; ſtatutumque de nouo factum futura reſpicere deberet non præterita: vt proxima notatione oſtendimus. Immeritoque Pontifex reuocauit ſtatutum vtile ſeruitio Eccleſiæ, & Iuri 4 conſonum, vt patet ex cap. cum ad hoc capite ad audientiam, & toto tit. de cleric. non reſiden. & optimus textus eſt in Clem. vt hi qui de ætate, & qualitat. Confirmatur primo quia conſuetudo oneroſa Eccleſiaſt. eſt reprobanda iuxta cap. primum de conſuetudine: ſed hæc conſuetudo, quod Canonici in abſentia fructus lucrentur, eſt oneroſa Eccleſiæ; quia eius miniſterium eo grauius redditur quoad minorem numerum redigit Eccleſiæ miniſtros; ergo, &c. Confirmatur 2. quia

C diminutio cultus diuini eſt ratio ſufficiens propter quam ſtatutum inualidum cenſetur; vt probatur in cap. ex parte huius tituli cap. final. de reſcript l. 3. de quibus ff. de leg. ergo ſimiliter conſuetudo quæ eundem Dei cultum diminuit non valebit, cauſa irrationabilitatis: nam conſuetudo irrationabilis ius non inducit, vt patet ex cap. vltimo de conſuetudine. Alia argumenta videri poſſunt apud Antonium Burg. in hoc capite num. 26. & ſeqq.

Etſi efficaces ſint rationes quæ hunc ſecundum intellectum probabilem reddunt, deſerenda non eſt prior & communior expoſitio, quæ in reſponſione ad præcedentia argumenta amplius confirmabitur. Vnde ad

D primum conceſſa maiori. neganda eſt minor propoſitio: neque enim eſt contra ius, conſuetudinem inducere ius, & valere ad hoc, vt abſentes Canonici fructus lucrentur ex Gloſ. 1. in cap. ad audientiam declaratio non reſid & Gloſ. in verbo fructibus cap. fin. de reſcript. in 6. & ideò infert Abbas quod hodie inoleuit hæc generalis conſuetudo in ſimplicibus beneficiis quæ approbatur à Gloſ. verbo de iure, & Cardinal. colum. penult. in princ. in cap. gratia de reſcript. in 6. & in clem. Gratiæ eodem titulo, fuetur que Innocentius in cap. dudum, & cap. iam dudum vbi Panormitan. & latius in capite extirpandæ §. quia verò col. 17. de præbend. Feder. de Sen Conſ 146. de iur. communi. Silua tract. de benef. 4. parte quæſt. 2. Garc. parte 3. c. 2. num. 1 & ſeq. vbi habes Rotæ deciſiones, &

& Illuſtriſſimorum Cardinalium declarationes: quæ doctrina intelligi debet iuxta limitationem Hoſtienſ. & Alexandri de Næuo numero 64. dummodo abſens alterum ſui loco ſubſtituat, ſi Eccleſia patiatur defectum in miniſtris, ne conſuetudo Eccleſiæ onerosa ſit, vt Doctores communiter docent in cap. primum de conſuetud. teſte Felyno ibidem, colum. 20. qua de re ſuo loco latius diſputandum. Interim videri poteſt Ferret. citatus numero quarto & ſequentibus. Andr. ab Exea. hoc titulo numero 18. & ſequentibus, & alij citati, qui varios aſſignant caſus in quibus hæc conſuetudo non præualet. Deinde negamus eſſe abſonam illam priorem declarationem, in qua tot & tam præclari Doctores conuenerunt, & quæ conformis eſt Iuri communi, quod conſuetudini rationabili, & ſine graui Eccleſiæ onere non derogat, quare mirum non eſt ſi Pontifex velit, vt vel iuxta illam in percipiendis fructibus omnes Canonici ſint pares, etiam abſentes vel ſecundum inſtitutionem de nouo omnes pariter comprehendentem nullus in abſentia fructus lucretur: ex qua reſolutione per diſiunctiuam particulam, vel confirmatur prior ſenſus, quia in poſteriore nequit verificari, ſi enim ea conſuetudo eſſet in Canonicis, quæ à Iure communi præſcribitur de non percipiendis fructibus in abſentia aut non debeat Pontifex adiungere, vt pares eſſent ſecundum inſtitutionem impoſterum obſeruandam quæ iam obſeruabatur: aut non per diſiunctionem *vel* ſed per coniunctionem *&* loqui oportebat ſi quidem vnum, non duo in reſponſione Pontificis continebantur per diſiunctionem.

6\. Ad ſecundum reſpondeo optimè cohærere Pontificis reſponſionem cum ipſius ratione: nam cum duobus modis pares eſſe poſſent Canonici, vel ſi conſuetudinis præſcripto Iure de percipiendis fructibus in abſentia noui vterentur; vel ſi antiqui nouam inſtitutionem, quam aliis fecerant, ipſi etiam pati vellent, æquiſſimè imperat, vt vel conſuetudinis iure non excludantur noui, vel nouum ſtatutum, quod tulerant, patiantur antiqui; quod cum ſit in Eccleſiæ fauorem, rationabile appellauit. Rectè ergo cohæret Pontificis reſolutio cum Catoniano. Veriloquio, & iure Cæſareo lege 1. ff. quod quiſque iuris: & vbi etiam Catonis ſcientia adducitur à Gloſſ. ibidem, eandem ſententiam frequenter vſurpatam ab Alexandro Seuero Sampr. in eiuſdem vita narrant. Idem habetur in practica diſpoſitione legum 10. ſed ſi hac §. primo, digeſt. de in ius vocand. vbi Paul. de Caſtr. ait, *quo vinculo ligaui te, eodem me ligaui*. Nam in eo textu dicitur quod vendens ſeruam iſto pacto ne

A proſtituatur, & ſi proſtituatur ab emptore, ſit libera, euenit, quod ſoluitur emptio, & reuertitur ad dominum primum vendentem, qui proſtituit eam & libera euaſit; quia, vt textus dicit quo vinculo ligauit alterum, eodem ligauit ſemetipſum. Item eadem eſt diſpoſitia lege 44. cum in eo eſſet vbi Gloſſa verb. eadem primæ: in confirmationem eiuſdem adducit plures alias leges, quæ ibi videri poſſunt: idem ſtatuit Alphonſus in l. 15. in fine, & l. 16. in princip. titulo primo partit. 1. vbi Gloſſ. Gregor. Lop. plures aliàs leges adducit ad hanc, quas etiam omitto; quia infra tractantes de cauſa efficiente legis examinari debent, ſanè ſententia eſt naturali principio ſacræ paginæ firmato maxime conſentaneum. *Quod tibi non vis alteri ne feceris*, & habetur in cap. B 1. diſtinct. 1.

Tertium argumentum cum ſuis confirmationibus petit, cur Pontifex ſtatuta 7.
Canonicorum reuocauit, ſeu nullius eſſe vigoris declarauit Gloſſ. verbo *conſtitutum*, multas congerit rationes. In hoc Authores omnes conueniunt, quod, vel iniuſta, vel nulla faciunt illa ſtatuta. Imò hinc occaſionem capiunt interpretes, vt quærant hoc loco vtrum ſtatutum iniuſtum ipſo iure ſit nullum, an verò per viam appellationis, ſeu querelæ veniat reuocandum, quod dubium diſputatione ſubſequenti expendetur. Rationes, quas gloſſ. & interpretes aſſignant, cur neutrum ſtatutum à Canonicis factum voluerit, hæ C ſunt. Prima, quia erat in præiudicium aliorum. Secunda, quia malo zelo factum; nempe quia ficto zelo palliata erat lucri cupiditas. Tertia, quia contra antiquam Eccleſiæ conſuetudinem ferebatur. Quarta, quia conſtitutio non erat communis omnibus, ideſt in commune bonum ordinata. Quinta, quia æquales eiuſdem Collegij perſonæ diuerſo iure per vtrumque ſtatutum cenſebantur. Sexta, quod ſucceſſores prædeceſſoribus æquales, illis minus haberent. Septima, quia ſine conſenſu Epiſcopi, hæc ſtatuta à capitulo proceſſerunt. Octaua, quia in iis quæ ſunt communia pluribus, non vt ad vnam communitatem pertinent, ſufficit conſenſus D maioris partis, at quando agitur de particularium vtilitate, omnes debent conſentire, tunc enim procedit illa regula, *quod omnes tangit*, & de Regul. Iur. in ſexto.

Verum ex his rationibus tertia, ſexta, ſeptima & octaua, parum efficaces ſunt: 8.
Nam tertia ideo non vrget, quia vt donat Ferret. hic numero 7. cum Hoſtien. Innocent. Panorm. Cardinal. Imol. Anton, & Bald. Canonici poſſent facere ſtatutum de reſidendo contra antiquam conſuetudinem Eccleſiæ, quod tamen foret omnibus commune, vt probatur ex capite tenere diſtinct. 31. vbi Archidiac,

& Dominic docent valere ſtatutum ar-
ctans Clericos ad continuam reſidentiam.
Probatur primo ex Abbate, in capite, cum
acceſſiſſent hoc titulo in quinto notab.
vbi ait ſtatuentes poſſe recedere ab ſtatu-
to confirmato per Pontificem, & redire
ad ius priſtinum, ſine confirmantis facul-
tate, ſi ius in fauorem ſtatuentium ce-
deret. Secundo, ex Anton. in cap. ſta-
tuimus, culum. 1. de tranſact. quod licet
Prælatus inferior non poſſit tranſigere ſi-
ne conſenſu Epiſcopi per caput de cæte-
ro eiuſdem tituli; ſolus tamen poteſt quan-
do agitur de iure Eccleſiæ iam deperdito.
Tertio, quia Alexander de Næuo hîc nu-
mero 13. hanc rationem ex capite cum
conſuetudinis, de conſuetudine optimè de-
ducit. In eo enim manifeſtè ſupponitur
fieri poſſe conſtitutionem à Canonicis de
conſenſu Epiſcopi contra antiquam con-
ſuetudinem.

Sexta ratio etiam in rigore non pro-
9. cedit, vt probat Andreas ab Exea numero
67. & alii cum Abbate notabili. Reſp.
vbi ait Canonicos propriè loquendo non
dici ſucceſſores, ſed largo modo ſecun-
dum legem decimam meminiſſe de officio
proconſul. & leg. quia alioquin con-
tractus prædeceſſoris ſucceſſorem obli-
garet contra cap. vltimum, ne Prælat.
vic. ſuas, &c. Item ſi committeretur cau-
ſa cuidam Canonico, illo mortuo ſuc-
ceſſor cauſam ſuſcipere poſſet contra cap.
quoniam de officiis de leg. & Gloſſa in
cap. ſtatutum verbo Canonici de reſcrip.
in ſexto. Tandem in cap. relatum 2. de
teſtament. dicitur quod bona Canonici
Collegio ipſius Canonici applicentur: er-
go non habet ſucceſſorem, hæc tamen
probatio in Etymologia nominis funda-
ta parum mihi videtur firma, quia in hoc
textu Canonici dicuntur habere ſucceſ-
ſores, & in capite quod ſicut infrà de
elect. ſicut de Proconſule dicit citata lex
meminiſſe, & Gloſſa ibidem ſucceſſoris
vocem Canonico & Proconſuli accom-
modat: Cur ergo impropriam loquutio-
nem eſſe dicemus, cum non ſolum, qui
in bonis ſuccedunt, ſed etiam quoad di-
gnitates, officia & Præbendas certas, &
deſtinatas admittantur propriæ ſuccede-
re dicantur. Vnde Anchar. in cap. di-
lecto de præbendis auſus eſt affirmare
cauſam delegatam prædeceſſori ad ſuc-
10. ceſſorem Canonicum tranſire, quod ſa-
ne, vt benè notauit Burgoſ. in præſenti
capite, numero 81. Verum non erit quàn-
do in reſcripto per quod cauſa delega-
tur, nomen Proprium talis Canonici præ-
ceſſit. Verbi Gratia, Petrus, quia conſi-
deratio habetur certæ perſonæ non offi-
cii, ſeu dignitatis. Reiecta ergo proba-
tione, quæ ad quæſtionem de vocabulo
difficultatem reducit, melius Alexander de
de Næuo hic numero tertio citato, cum
Ioanne de Imol. & aliis illam rationem

A excludit, quia nouum non eſt ſucceſſo-
rem minus habere, quàm prædeceſſo-
rem, vt ſi fortè aliquis eſt grauatas de
reſtituenda hæreditate poſt mortem: Nam
hæres grauati minus habebit in bonis quàm
habebat ipſe grauatus, imò aliquando hæ-
res poteſt plus habere, quam habebat te-
ſtator, vt patet in l. 10. reperitur, ff. ad
legem falcid.

Item ſeptima, etiamſi ab Innocentio
Hoſtienſ. & aliis apponatur, in textu ta-
men non habet fundamentum; nam cum
Legiſlator non formet dubium ſuper hac
re, ſupponitur, quod habilia concurrant
in reliquis, non verò in iis, quæ ab ipſo
in tex. adnotantur: ita Dec. hîc in 2. lectu-
ra, & Andreas ab Exea hic num. 2. Probatur
ex diuerſis textibus: ergo cum in noſtro
B textu non dicatur, quod ſine conſenſu
Epiſcopi factum ſit ſtatutum, potius ſup-
poni debet oppoſitum. Octaua ratio etiam
ſi veram doctrinam contineat, nimirum
In his quæ ſunt communia pluribus, 11.
*vt ſingulis, non valet quod à maiori
parte fit; niſi omnes conſentiant*, vt pa-
tet ex l. 11. per fundum digeſt. de ſer-
uit. ruſtic. præd. & per Oldrad. in con-
ſilio 34. *quia talis eſt*, Dec. Felin. Bal.
Anton. Alexand. & ferè omnes interpre-
tes huius textus. Boet. deciſio. 5. *quod
duo ſunt*, per totam 1. parte deciſ. Dy-
num in cap. *quod omnes tangit* de regu-
lis Iuris in ſexto. Deinde in his quæ
pertinent ad plures, quatenus plures
ſunt, vnamque communitatem conſti-
tuunt, valet quod fit à maiori parte,
C vt patet ex Gloſſ. verbo tractatus in cap.
1. de reb. Eccleſiaſtic. non alien. &
concinit lex 19 quod maior digeſt.
ad municip. & ſequuntur Auctores pro-
ximè citati ad hunc textum: in cuius
etiam veritatis confirmationem plura re-
fert Mattheus de Afflictis in deciſ. Nea-
pol. deciſ. 1. colum. 2. Quam doctrinam
latius confirmare huius loci non eſt, ne-
que aſſignare aliquos caſus in quibus
illa non procedat: pertinet enim ad ti-
tulum 9. libro 3. de iis quæ fiunt à
maiori parte capituli. Non tamen ſo-
la iſta doctrina per ſe videtur obſtare,
quominus valeret ſtatutum à Canonicis
communi omnium approbatione factum,
D & conſequenter ratio, quæ ab illa peri-
tur, ſufficiens non eſt; Et manifeſte
oſtenditur primo, quia non eſt dubium col-
legium poſſe facere ſtatutum ſuper his,
quæ ad ſe ſpectant, vt probat Vi-
cianus hîc cum Compoſtel. ex lege 1.
§. 2. digeſt. quod cuiuſcunque & ſpe-
ciatim ſuper reſidentia canonici cum
Epiſcopo ſtatuere poſſunt quod ad debi-
tum Eccleſiæ ſeruitium expedit; vt pro-
bat Ferrett. hic numero 19. cum Ab-
bate Federic. Imol. Felin. ex variis tex-
tibus; ergo quicquid ſtatuerent ſuper
reſidentia Eccleſiæ ad percipiendos fru-

ctus à Canonicis impoſterum recipiendis, ſiue vt ſinguli, ſiue vt plures conſiderentur, quando omnes conuenirent, proculdubio ex tradita doctrina valeret ſtatutum. Imò ſi aliqui contradicerent cum ad illos non tangeret, vt ſinguli, quia erant ea lege immunes adhuc conſtitutio ſtaret.

11. Secundo quia, vt bene aduertit Dec. hoc loco in 1. lect. col. 2. non eſt inconueniens quod Canonici antiquiores eſſent melioris conditionis, quam qui de nouo reciperentur, & cap. final de conſuetud. in 6. ſicut Ioann. Andr. Anton. Butr. & Imol. hîc docent valere Vniuerſitatis ſtatutum per quod iuberetur, vt Scholaſtici matriculandi ſoluerent quinque iulios quamuis primi ante ſtatuti promulgationem minùs ſoluiſſent. Tertio, quia in receptis Canonicis, iam tractatur de iure quæſito. in recipiendis de nouo iure quærendo: hoc verò ſecundum ius facilius tollitur ſeu impeditur per legem 6. qui autem in princ. ff. quæ in fraud. cred. vt adnotauit gloſ. in regula delictum de reg. iur. in 6. Ergo ex ea preciſe ratione quod Canonici, vt ſingulatim, vel coniunctim conſiderentur in his ſtatutis faciendis non arguitur illorum iniuſtitia.

13. Superſunt ergo aliæ qoatuor rationes prima, ſecunda, quarta & quinta, ita inter ſe connexæ, vt ſeorſim accipi vix poſſint, quin vna ſecum alteram trahat: nam malus Canonicorum zelus, & auaritia innotuit, ex eo quod fructus vinearum, quæ annexæ erant præbendis vacaturis inter ſe diuidere, alioſque defraudare, non ſine iniuſtitia decreuerunt. Ideoque ſtatutum in ipſorum commodum, aliorumque diſpendium ordinabatur, non in commune bonum; diuerſumque ius inducebat reſpectu perſonarum eiuſdem collegii, quas eadem lege dirigi æquitatis, & æqualitatis ratio perſuadet: quamuis enim haberent Canonici arbitrium inſtituendi, non aliud pro ſe, aliud pro aliis ſtatuere debebant, vt probat Bald. hic numero 21. Ex leg. cum in eo, ff. de pact. & lege ſi tibi mandauero, ff. mandati: & licet ex prima inſtitutione, vel ex introducta conſuetudine Canonicorum præbendas inæquales eſſe non repugnet, vt proxime dicebam: in hoc tamen rationabilem conſuetudinem, vel inſtitutionem per auaritiam zeli prætextu palliatam immutare non licet quod Hoſtienſ. Cardinal. Ioan. Andr. Innocent. Butr. & alios mouit, vt dicerent ſi hoc ſtatutum ab Epiſcopo, & capitulo factum non Canonicis, ſed Eccleſiæ abſentium redditus applicandos decerneret à Pontifice, vt illicitum, ſeu inualidum minimè declarandum fore; quod probabilitate non caret; nam quamuis Papa recurrat ad æqualitatem Canonicorum, & ad æquitatem iuris, vt legem paterentur, quam facerent, reſpondet Bald. numero 23. quod ſi ceſſaret auaritia, iſta æquitas, ſeu æqualitas, neceſſaria non eſſet, ſed contingens; cu-

A ius tranſgreſſio non inducit peccatum per legem Iuſtè, ff. de aquir. poſſ. lege qui authore, ff de reg. Iur. lege 1. Codice qui admitti ad bon. poſ. poſſunt: Abbas, tamen, & Imol. hic oppoſitum tuentur quos ſequitur Ferret. hoc loco numero 16. & nituntur inæqualitate quam pro ratione adducit Pontifex. Mihi tamen videtur vtrumque probabile, neque certum quid definiri poſſe: nam remota auaritia ſine iniuria Pontifex poſſet confirmare ſtatutum vel reuocare, quia in neutro viſitur æquitas neceſſaria, quæ cum iuſtitia coincidit, vt bene notauit Bald. proxime citatus. Vnde tota res ad Pontificis arbitrium reduceretur. B

14. Hinc iam patet quid dicendum ſit ad tertium argumentum: reuocauit enim Pontifex vtrumque ſtatutum iniquum, quod non in bonum commune; ſed in emolumentum ſtatutientium detrimentumque aliorum, ſine rationabili cauſa fuerat ordinatum. Ad primam confirmationem: reſpondeo illam conſuetudinem, eo modo, quo propoſita fuit Pontifici, rationabilem iudicandam; quia alioquin Pontifex illam contra commune ius non confirmaret. Ad ſecundam, ſimiliter conceſſo antecedente, declarandum eſt conſequens, & ſi velit conſuetudinem, quæ cultum diuinum debitum, neceſſariumque ad commodum Eccleſiæ ſeruitium diminuit, non valere, C neque verum ius inducere, concedenda eſt conſequentia: ſed talis non erat conſuetudo, quam in noſtro textu Pontifex approbauit. Si autem ſignificet illud conſequens, conſuetudinem, quæ diminuit cultum diuinum non neceſſarium ad debita Eccleſiæ miniſteria perfectè adimplenda, ob aliud rationabile bonum introductam non valere, neganda eſt conſequantia ob doctrinam tactam; reſponſione ad primum nempe valere conſuetudinem percipiendi fructus in abſentia etiam non ſubſtituto Vicario in abſentis locum, dummodò non ſit magnum præiudicium Eccleſiæ, vt tenet Abb. in cap. relatum de Cleric. non reſid. & cap. Extirpandæ, §. qui verò de Præbend. Ratio eſt quia vt docuit Alexander de Næuo hic numero 64. ex Innocent. in cap. Iamdudum de Præbend. Quilibet D Clericus deſeruit Eccleſiæ generali. Et olim ſine aliquo ſeruitio ſpeciali ſeu perſonali dabantur redditus Eccleſiæ Clericis indigentibus, vt habetur in cap. Videntes 12. quæſt. 1.

Explicantur duo dubia vnum de ratione, alterum de reſolutione eiuſdem textus.

NOTATIO III.

DVæ ſuperſunt difficultates huius capitis propriè & neceſſariò expediendę. Prima circa rationem in qua noſter textus concordat cum Cæſareo iure, vt in reſponſione ad ſecundum Notatione proxima, vidimus. Rogo igitur quo modo in omnibus euentis accummodari debeat hæc regula Catoniana, *vnus*
1. *quiſque debet vti eodem iure, quod in alium ſtatuit, ſeu impetrauit.* Quam regulam ſapientis eſſe dixit textus & Catonem intellexit, Romanorum more vſus, qui virum quemlibet ſapientia rerumque experientia præſtantem Catonem nominabant, teſte Plutarcho in vita Marci Catonis Senioris; Et meritò ille proprio nomine non refertur, quia maximè dubitatur an illa diſticha, quæ Catoni adſcribuntur, illius ſint. Alciat. lib. 4. pareg cap. 13 negat, illum libellum Catonis eſſe, quia ſtylus ſapit Theodoſianum ſecundum; & Probi Grammatici fuiſſe coniectatur. Neque nouum eſt ſapientum teſtimonia in vtroque iure citari, vt hîc aduertunt communiter interpretes cum Abbate, Butrio Alexandro, & aliis. Immo & poetarum: Nam in capite Quemadmodum de iure-iurando vulgare adducitnt carmen, *Turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes.* Addit Alex. numero 8. ex Baldo potiori iure authoritatibus Philoſophorum in textibus allegari, quia Iuriſprudentia morali philoſophiæ connectitur: ideoque Iuriſconſulti interdum citant Hipocratem vt in l. 11. *ſeptimo menſe*, ff. de ſtat. homin. & Ariſtotelem vt l. 36. ſi patet de ſolut. & liberat. de hac ergo regula ſit

2. Secunda concluſio, vt ius ſtatutum vel Impetratum ab aliquo, in authorem vel in impetrantem retorqueatur, oportet vt aliquem habeat effectum. Probatur quia verba accipienda ſunt cum effectu, vt patet ex d. l. 1. ff. quod quiſque iuris §. hæc verba & in cap. Relatum de clericis non reſident ibi: *cum igitur verba accipienda ſint cum effectu*, vbi gloſſ. plures vtriuſque iuris textus adducit. Ratio eſt quia ſola interior voluntas in exteriori foro non iudicatur, neque cogitationis pœnam quis patitur per legem 18. Cogitationis, ff. de pœnis: & quamuis vulgo dici ſoleat in maleficiis voluntatem ſpectari, non exitum, vt habetur in lege final. ſi ad l. Cornel. de ſicar. hoc ita accipere debemus, vt non ſpectetur exitus ſine voluntate, non verò vt voluntas ſine exitu, id eſt effectus in hominum iudicio puniatur eo quod non procedit de interioribus tantum hominum iudicium.

Secunda concluſio, iſte effectus non oportet, vt ſit vſus ſtatuti facti vel impetrati; ſed
3. ſufficit quod qui fecit vel impetrauit, eo vti

A poſſit: hac ratione conciliatur dicta lex 1. cum l. tertia, ſi quis iniquum eodem titulo in qua dicitur quod ſi quis impetrauit ius iniquum aduerſus aliquem licet non vtatur ipſo, cogitur eodem iure, neque eſt locus pœnitentiæ, vt optimè notat Gloſſ. 3. verb. licet vſus. Et ratio eſt quia qui ſtatuit, vel impetrauit, non ſolùm voluit ſtatuere, vel impetrare, ſed iam reuera ius tulit, vel obtinuit cum effectu. vnde ſi quis obtinuit, quod creditoribus per decem annus ſoluere non teneatur, tenetur vti eodem iure, etiamſi ſtatim renuntiaret impetrationi: ita docet Gulielm. de Guneo ad legem in ſecunda quæſtione. Bald. & Paul. de Caſtro quos ſequitur Alex. de Neuo in noſtrum cap. cum omnes numero 51. quod intelligit idem author, vt ſi
B impetrauerit, reſcriptum ad certum iudicem, illud coram eo iudice iam ſit præſentatum; quia ante præſentationem non poteſt impetrans conueniri coram illo, quia alis iudex nullum habuit iuriſdictionis exercitium, neque ex reſcripti acceptione iudex eſt conſtitutus, vt ita dicam in actu exercito. Ita præter Alex. docet Bald. in lege 3. ſi quis, ff. quod quiſque iur. verb. *impetrauerit*, cum Innocent. Hoſtien. & aliis in cap. ex conqueſtione de reſtitut. ſpoliat. Probatque Paul. Caſtrenſ. ad eandem l. 3. *ſi quis* ex multis textibus, numero 5. quos referre non expedit.

Limitat hanc concluſionem Alex. citat. numero 52. cum Innocentio, vt non procedat quando ius impetratum vel ſtatutum factum eſt nullum. Et hinc numero 50.
C reddit rationem cur in noſtro textu Pontifex non iuſſit ſimpliciter vt obſeruaretur ſtatutum de non percipiendis fructibus in abſentia, quia ſtatutum erat iniquum in ſe, & quando tale eſt, non retorquetur in authorem. Verùm neque limitatio vera eſt, neque illatio, non limitatio quia l. ſi quis iniquum ſolum requirit, vt impetretur, vel ſtatuatur ius iniquum cum effectu non facti, ſed iuris, vt optimè notauit Bartol. ad legem 1. quod quiſque iuris §. *hæc autem verba*, hoc eſt vt de facto ſtatutum ſit factum, & ius dictum, vel impetratum ad vſum: hic eſt effectus tantum requiſitus in l. 1. quia vt ipſe ait, ſola impetratio, ſequuta conceſſione delictum eſt conſummatum.
D Idem indubitanter tenendum docet Iaſon ad lege tertiam, ſi quis, citatam contra Alberic. numero 11. cum & Doctores communiter ad legem primam eodem titulo §. Hæc verba. Neque illatio bona eſt, quia Canonici ſimpliciter ius iniquum ſtatuerunt: ſed in l. 3. *ſi quis*, decernitur vt qui tale ius ſtatuit vel impetrauit, etiam ſi eo non vtatur in ipſum retorqueatur, ergo, &c. Dein illud ſtatutum aliquem ſortitum eſt ſuæ iniquitatis effectum, & aliquem habuit vſum, cum hac de cauſa datus eſt ad Sedem apoſtolicam recurſus: ſed nemo dubitat quando ius ſtatutum ſeu impetratum aliquem ſortitur effectum, in authorem ſeu impetrantem retorqueri: ergo non recta aſ-

ſignatur cauſa cur Pontifex ſimpliciter non imperauit ſtatutum obſeruari, ex eo quod non valeret; ſed vera ratio eſt quia noluit Pontifex antiquæ conſuetudini derogare, quam rationabilem indicauit, vt ſupra dictum eſt. Aliam ſtatim aſſignabo in concluſione ſequenti.

5. 5. concluſio, qui obtinet ius iniquum eo non poſtulante, vel etiamſi poſtulauerit, non eſt qui opponat, vel petat, vt eodem vtatur impetrans, ad illud per iudicem non cogitur: huius concluſionis prima pars habetur expreſſa in lege 5. citata ibi, *Cæterum ſi ipſe non poſtulante, non coërcetur*, ſcilicet iure impetrato, Verbi Gratia, ſi princeps motu proprio conceſſit ne quis à creditoribus per decem annos conueniretur; ipſe nihilominus eodem tempore ſuos poſſet debitores conuenire: ita omnes Doctores hoc loco. Secunda pars eruitur ex eadem l. 5. ibi *non ſolum eo poſtulante, qui ab eo læſus eſt; ſed omni, qui quandoque experitur*. In quibus verbis ſupponitur quod ab aliquo opponi & peti debet, vt impetrato coërceatur iure. Ratio huius ſecundæ partis eſt quia Iudex ſuum officium impartiri non debet, niſi ſit petitus l. 5. §. ſin autem, ff. de damnat. infect. Gloſſ. cum text. in l. ſi quando Cod. de teſt. plures leges & AA. vide apud Maſcard. quæſtione 5. num. 86. hinc Innocent. eruit tertiam rationem quam aſſignat, ob quam Pontifex non iuſſit abſolutè ſtatutum à Canonicis factum obſeruari, nempe quia hoc non petebatur: nam iudex non poteſt ſupplere commodum priuati, niſi quando cauſa concernit fauorem Eccleſiæ, vt docet Innocent. in cap. ad noſtram 2. de iureiur. Vnde ſoluetur obiectio Hoſtienſis, cui non placet hæc ratio Innocentii, etenim caput *cum veniſſent* de inſtitutionibus, vt notat Alexand. de Næuo citato numero 51. cum Cardinali pro Hoſtienſi contra Innnocentii rationem non facit, quia ne fiat Eccleſiæ præiudicium, in eiuſdem fauorem ſupplere poteſt Pontifex partium petitionem: ideo dixit Papa in eo textu. *Ad petitionem Eboracenſis Eccleſiæ, vel per nos ipſos ſuper hoc Archidiaconatui conſulimus*. At in conſuetudine prædicta, iam vt ſupponimus, nullum Eccleſiæ præiudicium viſebatur. Tandem Cardinal. Butioo & Alex. cum eis aſſerunt Pontificem ſolum adduxiſſe eam rationem in textu ad oſtendendam iniquitatem ſtatuentium, & quod ſtandum non eſſet conſtitutione in ea forma à Canonicis introducta.

6. Sed rogabis an quando aliquis impetrauit ius aduerſus vnum, poſſit cogi ab altero tertio, vt eodem iure vtatur. Reſpondet affirmatiue Antonius Fabius in rational. in pandect. cum aliis antiquioribus quos refert Gloſſ. Marginalis in ea verba, l. 5. *ſed omni, quia quandoque experitur*, & fundatur in eo ſigno vniuerſali videlicet, *omni*: Melius tamen negatiuè quæſtionem ſoluunt Bartol. Bald. Paul. de Caſtro, Ludouic. Alexand. Cyn. Pay. & alii communiter quos refert Iaſon, §. hæc pœna

A in citata lege ſi quis iniquum, vbi punctum latius diſputat, & tandem à ſententia communi recedit. Nos verò communem ſic confirmamus. Primo, ex generali regula *res inter alios acta*, Codice per totum hunc titulum. Secundo, lege 1. ff. quod quiſque iuris ibi, *Aduerſario poſtulante*. iuxta quam partem intelligi debet illud ſignum vniuerſale: ſi enim contra omnes fuit ius impetratum, omnes cogere poſſunt eodem vti impetrantem, etiamſi contra vnum tantum illo iure vteretur. Tertio, quia pœna egredi non debet delictum, lege 22. Sancimus Codice de pœnis, &c. ergo ſolum ille contra quem ius impetratum eſt, cogere poteſt impetrantem B eodem vti non vero alter. Quarto. Ablatiui abſoluti in iure reſoluuntur in conditionem lege 109. à teſtatore, ff. de conditione & demonſtr. & ſic *aduerſario poſtulante*, idem eſt, *ac ſi aduerſarius poſtulauerit*: ſed conditio debet impleri in forma & perſona ſpecialiter determinata, lege 44. qui hæredi in principio & l. 55. Mæuius, ff. de condit. & demonſtr. ergo qui aduerſarii non ſunt reſpectu iuris impetrati, non habent ius petendi, vt eodem iure coerceatur. Tandem in huius confirmationem vide optimum textum in lege 7. Fulcinius exiſtimat, §. quid ſi aduerſus, ff. quibus ex cauſis in poſſ. & alia argumenta apud Gin. in lege 7. ratas Codice de reſcindend. vend.

C Obiicies tamen primo, reſolutionem dictæ legis 7. *ratas*, vbi deciditur perfectam venditionem per impetratum reſcriptum reſcindi non debere; quia ſi hoc alicui concedatur, eadem lege ille poterit conueniri ab alio. Iaſon vim magnam facit in hac lege. verum Gloſſ. verb. *conueniamini* quatuor ſolutiones, adducit quarum prima, tertia, & quarta, facile hîc poſſunt accommodari. Secunda ab illa meritò reiicitur. Ego tamen facilius legem expedio, exponendo illam de iure ſeu reſcripto impetrato ad reſcindendam venditionem perfectam, cum quolibet, quia ſi tale reſcriptum particulare in ſuum fauorem aliquis obtineret, licet eo non vteretur, ſed paratum haberet ad vtendum quando voluiſſet (facta apud iudicem præſentatione, vt diximus, ſi ad D certum fuit (impetratum) omnes poſſent illum cogere, vt eadem lege vteretur, & ſic nullam ratam venditionem firmam facere potuiſſet. Colligo hanc ſolutionem ex verbis legis, ibi, *Eadem lege conueniamini quam vobis fieri poſtulatis*, quibus ſuadetur aliquos poſtulaſſe priuatam legem non ad caſum particularem, ſed ad quamlibet venditionem, vt ſi milites peterent hoc priuilegium aduerſus mercatores; quia ab eis decipi facile poſſent; reſpondet Princeps hoc priuilegium nihil illis profuturum, quia eadem lege vti cogerentur; & ex proprio motu à principe concedi iniquum ius (quomodo conueniri non poſſent obtinentes) principem non decebat. Atque adeo vtrumque inconueniens eſſet vel iniquum ius à principe motu proprio concedi, vel inutile & noxium ab impetrantibus 7.

optari. Vnde Bald & Salyc. hoc mudo legem
hanc ſummarunt, *conceſſò vno inconuenien-
ti, ſequitur aliud.*

Obiicit 1. Iaſon, cum Rapha, ſi iudex in-
cidat in edictum, ſententiam particularem
pruferendo, ab omnibus poteſt conueniri,
vt eadem vtatur in caſu ſimili: & tamen non
tulit ſententiam contra omnes: ergo teſpun-
deo iudicem hoc edicto teneri, & à quolibet
poſſe conueniri, quia quamuis illius ſenten-
tia non faciat ius commune, tamen illam
proſerre tenetur conformiter ad ius commu-
ne litigantibus, quod ipſe interpretatur in ta-
li caſu ſic procedere: Vnde eodem iure com-
muni ſic explicaro per ipſius ſententiam vti
cogitur à quocumque, omnes enim ſibi fecit
aduerſarios qui in ſimili caſu contra ipſum
litigare potuiſſent, & contra ſe protulit ſen-
tentiam, hoc iure inſtructus Nathan in alie-
no caſu parabolæ circumloquio Dauidem de
adulterio & homicidio ipſius iudicio conui-
cit 2. Reg. cap. 12 & ita rex magis erubuit,
nec ſe à peccato excuſauit, vt notauit Abul.
ad dictum caput 12. quæſt 1. *Et quia ſen-
tentiauit*, Lyrani verbis vtor, *ſecundùm le-
gem, quæ habetur Exod. 22. ſcilicet quod
pro furto ouis reddatur quadruplum, & ſic
factum ei eſt, quia pro morte Vriæ mortui
ſunt quatuor filij eius ſcilicet pro filijs Beth-
ſabee, Abſalon, Amon, & Adonias:* quia
ius veritate conſtat quæ non niſi ex ratione
æſtimatur. At ratio vera reſpectu cuiuſcum-
que ſemper vna, & eadem eſt, ideoque
iura non in ſingulas perſonas, ſed genera-
liter conſtituuntur, vt habetur lege 8. Iura, ff.
de leg.

9. Ex hac doctrina infert aliqua corollaria
Alexander de Næuo citatus numero 53.
Primum, cum Baldo in l. ſuper Chirogra
phariis Cod. ſi certum petatur, ſi iudex in-
ſtrumentum nun ſolemne admittat, quoad
probationem, punietur non ſolum quia
facit litem ſuam, ſed etiam ex edicto quod
quiſque iuris. Etenim ſi inſtrumentum in
alia cauſa producitur contra eum, non po-
terit opponere, quod non ſit ſolemne. In-
fert ſecundum cum Angeſt. ad l. 1. ff. quod
quiſque iuris, ſi doctor conſuluit in aliqua
cauſa, quod in alia eius conſilium produci-
tur contra ipſum, & cogitur ad illud. Ve-
rum hoc Paul. de Caſtr. & Alexand. hic op-
timè declararunt; quando nimirum conſi-
lium eſt deciſiuum, & vim habet ſententiæ.
Vt ſi ſtatutum vel teſtamentum diſponat
quod cauſa committatur conſilio ſapientis,
& iudex teneatur, illud conſilium ſequi:
aliàs non tenetur conſulens vti eodem iure.
Tertium, cum Bartolo in l. 1. quod quiſque
iuris Bal. & aliis, ſi magiſtratus fecit homi-
nem occidi, vbi minori pœna puniri deberet,
vt ſi pro vulnere capite damnauit, ſi poſtea
aliquem iniuſtè vulneret, in mortis pœnam
incurret: alia corollaria ſimilia videri poſſunt
apud DD. in citatam. l. 1. & apud Bald. in
Rubric. Cod. de pœna. Iud. qui male iud. &
Salyc. in l. finalem eodem titulo, alioſque
ibidem

10. 4. concluſio, edicti *quod quiſque iuris*

A pœnam incurrit magiſtratus doloſe iudicans
remoto tamen dolo, ſi aliter ſententiam pro-
nuntiet quàm oportet, propter imperitiam
aſſeſſoris, illius edicti pœna ſulus punitur
aſſeſſor. rota habetur in l. 2. hoc edicto in
eodem tit. ita gloſſ. Bartol Bald. Iaſon. Paul.
de Caſtro, Salyc. Alex. & ferè omnes Do-
ctores ibidem. Aliqui tamen RR. cum An-
tonio Fab. in rational. ad hanc legem, Aſ-
ſeſſoris imperitiam cauſantes illum ab edicti
pœna vendicare conantur, atque Faber illa
vltima verba legis, *ſed ipſi aſſeſſori*, eſſe ab
imperito interprete ſuperaddita; Verùm ſiue
hoc dicat de Paulo, cuius eſt illa lex 2. ſiue
de aliquo ex antiquis diſpoſitoribus edicti,
B ipſe potius dum tam iniquam ſententiam tu-
lit, de primis doctoribus ciuilis iuris, qui in
hac expoſitione conueniunt, edicti pœna mul-
ctatus omnibus hac in re interpres videbi-
tur imperitus; quod ex probatione conclu-
ſionis amplius innoteſcet. Nam hoc edicto
punitur dolus ius dicentis, vt nemo negat.
Hîc verò dolus imputari non poteſt ius di-
centi ex conſilio aſſeſſoris cuius peritiæ con-
fiſus iuſtè iudicare arbitrabatur: cum igitur
in magiſtratu ita iudicante ceſſet dolus, ceſ-
ſat edicti pœna, quia ceſſat iniuria, quæ num-
quam fit ſine animo iniuriæ irrogandæ. l. 3.
illud relatum, §. itaque de iniur. & famoſ.
lib. Contra verò Aſſeſſor doluſè ſe geſſit,
dum ſe iuriſperitum ſimulauit, vt notat An-
gelus hoc loco, vel ſaltem in lata culpa fuit,
C quia vt bene notat Paulus de Caſtro vbi ſu-
pra poſt gloſſ Bartol Salyc. & alios citatos
Aſſeſſor non debet conſilium dare, nec acce-
ptare officium, ſi non ſentiebat ſe peritum,
ſua igitur aſſertione temeraria ſibi præiudi-
cauit, vt edicti pœna mulctaretur.

Duas limitationes prædictæ concluſioni
appoſitas inuenio, quarum vnam recipio,
alteram excludo. Prima, quam admitto eſt
ſecundum Alex. Ludouic. Romanum, &
Iaſonem ad citatam legem, & iuxta doctri-
nam Bartol in l. in bonorum, ff. de bono-
rum poſſeſſ. ad finem Bald. Salyc & aliorum
in l. iuris ignorantia Cod. qui admit. nem-
pe vt intelligatur præcedens concluſio, ſi ma-
giſtratus nun ſit iuriſperitus; nam ſi tam aſ- 12.
ſeſſur, quàm magiſtratus ſint iuriſperiti, &
communicato conſilio ius iniquum (quod
nouum dicitur in edicto) decernant; vter-
D què tenebitur. Probatur primo, quia ſi Ma-
giſtratus eſt iuriſperitus, & ſciens, pru-
denſque iniquum decernit, cum dolo facit;
ſi verò per imperitiam, in qua appareat cul-
pa lata, iudicauit, tenetur ſicut aſſeſſor, qui
imprudenter conſilium dedit. Nec dicas in l.
2 hoc edicto, ff. quod quiſque iuris, non in
Magiſtratu, ſed in aſſeſſore imprudentiam
requiri in dando conſilio: ergu non ſufficit
imprudentia Magiſtratus etiam iuriſperiti.
Reſpondetur in edicto ſecundum leg. 1. non
exprimi dolum in Magiſtratu ius dicente, ſed
abſolutè dici. *Qui Magiſtratum poteſtatem-
uè habebit, ſi quid in aliquem noui iuris ſta-
tuerit, ipſe quandoque aduerſario poſtulante
eodem iure vti debet*, quando igitur poſtea
Iuriſconſultus in l. 2. edictum limitauit do-

lum requirens, de illiterato ex aſſeſſoris conſilio iudicante intelligi debet; in hoc enim requirit dolum, non in iuriſperito, in quo ſufficit per latam culpam ius iniquum dicere. Et concinit gloſ. in l. final ff. quod quiſque iuris, verb. excepit: item Bartol ad l. 1. *ſi dolo malo*, ff. ſi is qui teſtam. lib. eſſe iuſſ. & num. 1. Vtrumque enim caſum comprehendit Paulus in illa l. 2. & dolum & latam culpam; dolum imperito Magiſtratu de induſtria inique iudicante; & latam culpam, vel aſſeſſoris, vel periti Magiſtratus per imprudentiam ius iniquum pariter dicentium. Probatur ſecundo, ex l. 1. *ſi dolo malo*, proximè citata ibi, *ſed culpa dolo proxima do-*
13. *lum repræſentat* cum Bart ibidem citato: ergo quamuis requiratur dolus in illa l. 2. *hoc edicto* ille debet eſſe dolus præſumptus, qualis cenſetur imperitia in doctore & iuriſperito: confirmatur ex l. 32. quod Nerua, ff. depoſiti, in qua Celſus cum Nerua definit latiorem culpam pro dolo reputari. Et latiorem culpam Gloſſa exponit, idem eſſe atque latam, cuius finis eſt non intelligere quod omnes intelligunt, & probat ex l. lata, ff. de verbor. ſignificatione; ſiue ergo tribuatur dolo præſumpto, ſiue latæ culpæ Magiſtratus iuriſperitus per imprudentiam iniquum ius dicens in pœnam incidit edicti. Et ſimiliter imperitus Magiſtratus, qui cum de loci conſuetudine aſſeſſorem habere deberet, aſſeſſore inconſulto per imperitiam ius diceret. Etenim huic ſimiliter, vel lata culpa, vel præſumptus dolus edicti reum facit. Ita Alex. ad l. 2. citatam cum multis aliis in fine commentarii relatis, quamuis potius latæ culpæ, quam dolo tribuendum cenſeat, quod de perito Magiſtratu, vel imperito aſſeſſoris conſilium negligente ducuimus.

Alteram limitationem ponit Alber. hic ſci-
14. licet, *ſi imperitus magiſtratus aſſeſſorem eligat ignorantem*, edicto teneri credit. Verùm Bartol. Fulgoſ. Iaſon ad citatam l. 2 cum Gloſ. ab omnibus communiter approbata oppoſitum tuentur Nam quamuis aliam pœnam incurrat, videlicet quod faciat litem ſuam, aliaſque in ſyndicatu imponendas, non tamen ſpeciatim ad edicti pœnam tenetur. Quia in hac culpa, cui ſpeciatim pœna edicti imponitur, nec dolus in eo præſumitur, neque lata culpa, cum iuriſperitus non ſit, & aſſeſſoris conſilio acquieſcat, quem quia minori cum delectu ſibi adiunxit, non ſatis expertum aliis pœnis ſubiicitur: & aſſeſſor, vt dictum eſt, edicti iure tenetur. Alios caſus enumerat lex 3. & 4. huius tituli in quibus aliæ perſonæ per hoc edictum vti eodem iure obligantur; nempè procurator, tutor, fideiuſſor, pater, quos vide in dictis legibus vbi habentur expreſſi, neque in illis noſtri eſt inſtituti amplius immorari.

15. Secunda difficultas circa reſponſionem Pontificis eſt, in illa alternatiua diſiunctione reſponſionis, in qua iubet, vt pares fiant omnes Canonici, *vel ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ*, *vel ſecundùm rationabilem inſtitutionem in poſterum obſeruandam*; cuiuſnam erat electio, capituli-ne, an Iudicum

A quibus cauſa committebatur, nempe Archiepiſcopo Senonenſi, & Epiſcopo Trecenſi. Et ſanè iuxta doctrinam à DD. communiter receptam in cap. à crapula de vita & honeſt. Cleric. item Gloſ. Bart. & aliorum in l. 23. Lucio ff. de legat. 2. & l. 1. §. expilatores ff. de effract. & expil. dicendum videtur electionem pertinere ad Iudices; nam ad illos verba diriguntur. Quando enim verba ad Iudicem referuntur, illius eſt electio Ioan. de Imol. ait priorem partem alternatiuæ habere locum in Canonicis, qui recepti ſunt poſt conſtitutionem Capituli tempore querelæ ad Papam deductæ: poſteriorem verò partem intelligi de illis, qui nondum erant admiſſi ad Canonicatus, ſed in poſterum reciperentur: & addit hanc eſſe expoſitionem communem. Verùm meritò reiicitur hæc ſententia ab Alex.
B de Næuo, ad hunc textum num. 12. vt literæ repugnantem. Primò, quia Pontifex iubet, vt omnes Canonici pares fiant in percipiendis fructibus in abſentia, vel præſentia & in vineis, quæ præbendis annexæ erant; neque diſtinguit de receptis, vel recipiendis, ergo vim facit textui, qui eam diſtinctionem admittit. 2. quia alternatiua diſpoſitio verificatur in vno tantum membro, & non requirit vtrumque, & notat Geminian. conſil. 8. num. 7. Verſ. *Vel dicit quod ſufficit.* Ægid. Conſil. 2. num. 7. Ioan. de Anan. conſil. 46. num 5. Romanus conſil. 273. in principio Bald. conſil. 410. num. 3. lib. 2. ſed poſita declaratione Ioannis de Imola vtraque pars diſpoſitionis exequutioni mandatur; ergo declaratio repugnat diſpoſitioni alternatiuæ: quoniam in
C illius ſententia per coniunctionem, *&*, non per diſiunctionem *vel*, Pontifex reſpondere deberet.

Quamobrem reiecto hoc reſpondendi mo- 16.
do aliiſque improbabilibus, duos alios ſatis probabiles inculco. Primus eſt veræ alternatiuæ electionẽ eſſe iudicum ad quos verba diriguntur, vt iuxta iuris diſpoſitionem ſententiam ferant; & ſi inueniant conſuetudinẽ fuiſſe rationabiliter introductam ſine Eccleſiæ grauamine, & abſque diuini cultus diminutione iuxta illam omnes Canonicos in percipiendis fructibus exæquent. Si verò è contra irrationabilis conſuetudo ſit, vel etiam rationabilis iure præſcripta non fuerit ſecundùm rationabilem inſtitutionem iuri communi con-
D formem, omnes Canonicos in præbendis aſſuetis faciant æquales; eademque ratione ſolum in præſentia fructus percipiant. Ita Cardinalis quem ſequitur Alex. citatus. Probatur hæc opinio, primo quia Pontifex ita voluit fauere iuſtitiæ partium, vt Eccleſiæ ſeruitio, & iuris communis diſpoſitioni non derogaret; quorum vtrumque illius alternatiuæ reſponſione præſtitiſſe conſtat, quam ad iudices dirigit, quia ipſis hanc cauſam diiudicare commiſit. 2. quia illa oppoſitio rationabilis inſtitutionis, innuit, Pontificem irrationalem conſuetudinem velle excludere, & vt iudices hoc diligenter aduertant, prouidè admonere.

Alter reſpondendi modus vel æque vel magis probabilis eſt; Alternatiuæ electionem Canonicis dari, ita vt Iudicibus Papa com-

mittat vno vel altero modo à Canonicis electo omnes æquiparari debere Ita Ioan. Andr. quem etiam ſequitur Alex. de Neuo num 12. Hoc oſtendo primo ex optima regula Abbatis in cap. *prout nobis* de dolo & contumac. nu. 2. vbi ait. *Quando multa remedia à iure in-*
7. *troducuntur alternatiuè, licet verba non concernant partem ſed iudicem, nihilominus ex quo concernunt vtilitatem priuatam, optio eligendi non datur Iudici ſed parti.* Et hac ratione docet limitari illam alteram regulam Doct. & Gloſ. in cap. à crapula citato & cap. fraternitatis 34. diſt & cap. ſicut de Iudæis & l. quicumque Cod. de ſeruis fug. *quando verba ad Iudicem diriguntur alternatiuè electionem iudici conuenire*; niſi videlicet priuatam partis vtilitatem concernant, quia tunc non iudici, ſed parti datur optio. Abbatem ſequitur Ant. de Burgoſ. in cap. paſtoralis de reſcript. num. 45. Sed reſponſio alternatiua in noſtro textu concernit priuatam Canonicorum vtilitatem: ergo etſi illius verba ad iudicem dirigantur, canonicorum erit electio. 2. In alternatiua debitorum dubia debitor habet optionem non creditor, vt patet ex l. 10. plerumque, ff. de iure dot. in fine. Vnde eſt quod ſemper in alternatiua debitorum quod minimum eſt: ſub obligationem cadit, ita Bartol. in l. qui ſtipulatur de ſolut. num. 1. Caſtrenſ. Conſ. 129. *Vltra ea quæ* lib. 2. & 461. *viſo inſtrumento* lib 1. Fulgoſ. conſil. 80. *teſtator in teſtam.* numero 3. ſed Canonici erant quaſi debitores in ea cauſa, ergo minima obligatio ab eis eligi poterat, qualis erat habere alios canonicos ſibi æquales, conſeruando ſuam conſuetudinem de percipiendis fructibus in abſentia. Et quia Pontifex intellexit hanc proculdubio à canonicis eligendam, ab illa incæpit in reſponſione. 3. quia niſi ſupponeretur probata à nouis canonicis qui conquerebantur apud Pontificem, conſuetudo de percipiendis fructibus in abſentia, & annexione vinearum, non procederet Pontifex ad definitiuam ſententiam, qua omnes pares fecit omnino: ergo ſi erat ſufficienter probata apud Pontificem, ſuperfluum erat rurſus committere iudicibus, vt de conſuetudinis rationabilitate cognoſcerent, & ideo alternatiuæ eis iudicibus optionem facere; ergo ſimpliciter dicendum dictam electionem in canonicorum arbitrio fuiſſe relictam; de æqualitateque omnino facienda, & per Iudices exequutioni demandanda, propter conſuetudinem rationabilem iam probatam à Pontifice definitiuam ſententiam proferri.

Exponitur caput. 1. & 2. diſtinctionis. 4.

NOTATIO. IV.

Cap. 1. diſt. 4.

ADuertit Geminianus in principio huius diſtinctionis 4. enumeratis ſpeciebus legum, & conſtitutionum, ad earumdem cauſas inueſtigandas Gratianum deſcendere. Et quidem appoſitè ad inſtitutum noſtræ A doctrinæ ordinem à cauſa finali exorditur. Vnde primum caput dupliciter Geminianus reſumit. 1. *ponit finem ad quem facta ſunt leges.* 2. ſpeciatim hunc finem declarat. *Lex improbos metu pœnæ refrenat à malo iuſtis defenſionem miniſtrans.* Quibus verbis breui & numero tres Gloſſæ primæ rationes complexus eſt, & totam capitis doctrinam exhauſit; quæ à S. Iſidor. lib. 5. cap. 20. Etymolog. accipitur. Eam tamen prius & elegantius D. Auguſt. Epiſt. ad Macedonium, Epiſtola 54. his verbis expoſuerat. *Non inutiliter metu legum humana coercetur audacia, & vt tuta ſit inter improbos innocentia; & in ipſis improbis, dum formidato ſupplicio frænatur facultas, inuocato Deo ſanetur voluntas* ita legendum non *ſanetur infirmitas* vt apud Turtecrem. hic & Se- B baſtianum Medices ad cap. ſequens minus caſtigarè habetur. Non potuit textus noſter luculentius commentari. Concinit l. 1. ff. de iuſtit & iure item l. 1. & 2. ff. de & Senat. l. 1. ff. de veter. iur. Enucle. l. 1. cod ad l. Iuliam repetund. l. 1. ſi quis in tantam cod. vbi audacia in malam partem accipitur, ſicut & in noſtro textu & in clem. 1. de offic. ordinar. & in cap. inquit 16. q. 1. vt Geminianus notauit, & Præpoſitus Cardinalis ad hunc text. quandoque in bonam partem accipitur audacia vt in cap. audacter 8. qu. 1.

Vt vero clarius appareat hæc finis concordia in vtroque iure & ratione confirmetur Theologica, ſciendum eſt ius tam canonicum, quam ciuile hominis commune bonam humanamque felicitatem tanquam ge- 2.
C neralem hominum finem intendere: quamuis diuerſo modo, vt infra declarabimus: ad hoc enim inſtitutum eſt ius, vt humanum genus in politica, humanaque rectè operandi felicitate conſtituatur: ita D. Thom. 1. 2. quæſt. 90. artic. 2. & quæſt. 95. artic. 1. vbi D. Thom. hoc ratione ſic probat. *Homini naturaliter ineſt quædam aptitudo ad virtutem: ſed ipſa virtutis perfectio neceſſe eſt quod homini adueniat per aliquem diſciplinam: hanc autem diſciplinam vtrumque ius præſtat; nam vt in virtute homines perficiat ab indebitis delectationibus abſtrahit. Et quamuis ad eos*, ait idem Doctor, *qui proni ſunt ad actus virtutis ex bona diſpoſitione naturæ, vel conſuetudine, vel magis di-*
D *uino munere, ſufficit diſciplina paterna, quæ eſt per monitiones: quia tamen alij inueniuntur proterui, & ad vitia proni qui verbis de facili moneri non poſſunt; neceſſarium fuit quod per vim, & metum cohiberentur à malo; vt ſic male facere deſiſtentes, & aliis quietam vitam redderent, & ipſi tandem per huiuſmodi aſſuetudinem ad hoc perducerentur.* Hanc rationem habemus in prooemio decretalium. Vbi nonnihil de legum vtilitate & neceſſitate attingitur, quæ ex hoc fine deducitur.

2. idem oſtenditur ex Ariſtot. 1. Ethic. ca. 1. vbi ait Ethicam, quia commenſurat hominum mores pro fine habere humanam felicitatem: ſed hoc idem facit vtrumque

ſtis: nam canonicum ideo dicitur regula cap. 1. & 2. diſt. 3. & de ciuili dicitur in l. 1. de veter. iur enuel. & in authent. hæc conſtitutio innouat in princ. col. 8. quod *legum auctoritas diuinas & humanas res bene diſponit; & quod medicamenta morbis hoc exhibent leges negotijs humanis*. Ergo vtrumque ius communis boni humanæque fœlicitatis finem intendit: hanc vtriuſque iuris in fine conuenientiam latius oſtendit Fortunius Garcia tom. 1. tract de vltimo fine iuris canon. num. 1. & ſeq. Vnde hæc tertia eruitur ſequens ratio.

Ius canonicum maximè conſiderat ſalutem animæ æternam, vt habetur in cap. quamuis & cap. cum contingat de iure-iur. ibi *ſine periculo ſalutis æternæ* & in multis aliis. Et probatur inſuper quia Christus Dominus legiſlator noſter & æternæ ſaluris auctor, hoc intuitu ſuas oues Petro eius Vicario commiſit, vt eas ad æternam felicitatem dirigeret; ergo leges Petri & ſucceſſorum ad eandem ſalutem tendere neceſſe eſt ad quam ſibi fuit conceſſa poteſtas: ſed ad ſalutem æternam conſequendam, recta & boneſta operatio Euangelicæ legi conformis medium eſt neceſſarium: ergo hanc rectam & boneſtam operationem reſpicere debent leges canonicæ, tanquam huius vitæ humanam fælicitatem, quæ ad illam æternam & vltimam ordinatur. Et hoc manifeſtè oſtendunt non ſolum citata iura, ſed clarius præmium 6. ibi *vt ſcandala remoueamus ab ipſis*, & cap. 2. de conſtitut. in 6. quod incipit, *vt animarum periculis obuietur*. Conſtat igitur, quod lex naturalis, & canonica dirigit homines ad vitam rectè ducendam; nec aliter vrget, quam vt conueniat fini æternæ ſalutis; cui etiam lex ciuilis recta cohæret, vt videre eſt in authent. vt hi qui obligatas col. 6. vbi ciuilis legiſlator maximè curat, ne ſubditi in peccatum incidant; item authent. Quomodo oporteat Epiſcopos in principio col. 1. & illuſtrius authent. Vt clerici apud. pro. Epiſcop. in fin. ibi *cum oporteat talia Eccleſiaſtica examinari, & emendari animas delinquentium per Eccleſiaſticam mulctam, ſecundùm ſacras & diuinas regulas quas etiam noſtræ ſequi non dedignantur leges*. Verum quomodo hanc fœlicitatem, humanam ius canonicum & ciuile reſpiciant dicemus ſequenti diſput quæſtione prima, ſectione quinta.

Cap. 2 erit autem diſt. 4.

Io capite *erit autem* Gratianus cum Iſidoro lib. 5. cap. 20. ad particulares conditiones huius finis, quas legiſlator reſpicere debet accuratè deſcendit. Hæc ſunt prima
3. *vt boneſta & iuſta ſit: boneſta*, quia in legibus non modo iuris æqualitas; ſed etiam actionis honeſtas attenditur, vt patet in cap. Pooo 35. quæſtiooe tertia. *Iuſta* verò quia alioqui lex ſuo obiecto, quod ius ſeu bonum & æquum dicitur, conformis noo erit cap. Ius generale, diſtinctione prima, neque ad hoc neceſſe eſt, vt ſit in materia Iuſtitiæ rigoroſæ; ſed ſatis eſt, ſi ſit io alterius virtutis materia legis præceptum, verbi gratia de ieiunio, &c. Secunda, *poſſibilitas*: nam lex

A impoſſibilis ſuum nequit ſortiri effectum præcipuum, qualis eſt obligatio, quia nemo poteſt ad impoſſibile obligari de regul. iur. in 6. & l. 1. §. ſi id quod de action. & oblig. l. 145. impoſſibilium nulla eſt obligatio. ff. de regul. iur. l. 35. ſi ſtipulet ff. de verbor. obligat. l. final. ff. Quæ ſent. ſine appell. cum multis aliis textib. qui incitatis regulis adducuntur. Tertia, *cum ratione naturali conueniat*; nam ratio eſt legis anima quare *ſibi non conſtat lex, quæ ratione non conſtiterit* cap. conſuetudo, diſt. 1. *& quod ratione caret, extirpari neceſſe eſt*, cap. Corepiſcopi diſt. 68. Vnde pro lege ratio allegatur, quia ratio naturalis quaſi anima ſeparata, deficiente lege poſitiua ſubſiſtit, ideoque pro illa merito refertur. cap. fruſtra diſt. 8.
B & cap. ſi Romanorum diſt. 19.

4. legis conditio eſt, *vt eam patria conſuetudo patiatur*, quia etſi contra conſuetudinem lex rationabilis fieri poſſit l. 2. Cod. quæ ſit longa conſuetudo l. 32. diuturna, ff. de leg tamen conſuetudo poſt legem continuata contra illam præualet, eique reſiſtit, vt vidimus in cap. cum omnes de conſtit. & concordat l. 32. de quibus, ff. de leg. l. 4. conſtitutiones, ff de conſtitutionibus princip. item lib 2. feudor. titulo 1. § legum autem: Et habemus infra §. leges & cap. ſtatuimus hac diſtinctione 5. *vt ſit loco temporique conueniens*. Nam cum lex in bonum commune referri debeat, vt in vltima conditione oſtenditur, & neque omnia neque eadem diuerſis temporibus & locis conue-
C niant, vt legiſlator has circumſtantias loci, & temporis animaduertat, neceſſe eſt; quædam enim in vno loco vel tempore ſtatuentur, quæ in alio minimè recipientur. Nam *alia alijs conueniunt locis*, vt in cap. 1. & final. diſt. 31. cernitur & cap. neceſſe eſt, diſt. 29. & *omnia ſuis temporibus agi oportet*, vt dicit caput ſi Eccleſia, § quod autem 22. q. 4. 6. conditio eſt *neceſſitas*; quia ſi adſit neceſſitas, lex bonæ erit operationis iuuamen, ſi abſit potius cenſebitur grauamen. Vnde Gregor. in cap. 2. diſt 29. ait. *Regula ſanctorum patrum pro tempore loco & perſona & negotio inſtante neceſſitate tradita ſunt*; quia vero lex ſine neceſſitate inutilis iudicatur, vt magis declararet Gratianus hanc neceſſitatem, addit legi *vtilitatem*. Etenim inutilitas ſeu noo neceſſitas legem alioqui bo-
D nam poterit vitiare, quando eam perpetuò comitatur. Hac enim de cauſa docet Dynus Muxellanus, *vtile per inutile vitiari*, in Reg. Iur. Pontific. reg. 37. *vtile non debet*, & quando enim inutile ab vtili in aliquo actu ſeparari non valet, totus actus vitiatur, vt probatur ex l 1. § item quæritur, & § Trebatius, ff. de aqua quotid. & æſtiu. aliiſque text. item Gloſſ. verbo *inutile* in addit. ad l. 14. per ſeruum §. 1. ff. de vſu & habitatione: & fundatur hæc veritas in Philoſophico axiomate, *malum ex quocunque defectu; bonum non niſi ex integra cauſa*. Si ergo in cauſa finali ſtatuti vtilitas non appareat, tamque inutile omnino abiici debet ex cap. omnia talia, diſt. 12. aliiſque texti-

bus quos ibi adducit Gloſſ verbo cauſæ.
7. Eſt *claritas.* Ius enim obſcuritatem odit
vt in cap. pura 3. q. 9. cap. quia Epiſcopus
5. diſt. 23. & l. 3. non intelligitur, ff. de iure
fiſci in principio & §. *quando autem* in fine;
hinc eſt quod obſcurè dictum pro non dicto
habetur, & obſcure ſcriptum pro non ſcrip-
to. 1. oſtendit caput in præſentia de probat.
vbi Gloſ. verb. *Verbum dubium*, Præter
alia ait, *qui probat clarè & apertè debet
probare; quod ſi non faciat non prodeſt talis
probatio.* Vt patet ex cap. cum tu de teſtib.
& notat Pacius in l. penult. Cod. de pact.
conuent. & habetur in l. 11. de ætate, ff. de
interogationib. in iure faciendis & 2. pro-
batur ex l. 2. de his quæ pro non ſcrip. hab.
verum habet Gloſ. in cap. ſi teſtes, § in teſti-
bus verb. ſimpliciter. Quamobrem obſcuram
conuentionem pro non facta haberi, & ob-
ſcuram citationem pro nulla reputari pro-
bat Maſcard. concluſ. 1129. num. 4. & 5.
ergo ſimiliter lex obſcura, ex qua obligatio
apertè non colligitur, non obligare cenſebi-
tur 8. tandem *vt pro communi bono feratur*
alioqui non recta neque regia, ſed iniqua
lex cenſetur & tyrannica, vt monet Turre-
crem hac diſt. in § præterea cap. 2. cum
Bartolo in tract. de tyran. qu. 1. & Bal. in
l. decernimus Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.
de qua conditione dicemus late in diſput.
ſequenti q 1.

Has conditiones à legiſlatore inſpiciendas
6. tamquam ferendarum legum cauſam fina-
lem, & rationem motiuam non ita pulchrè
in vna conſtitutione collegit Ius ciuile, ſpar-
ſim tamen in variis legibus tradidit in l. 1. ff de
iuſt & iure l. 1. & 2. l. 16. ius ſingulare l. 25. nulla
l 40 ergo ff de legib. l. 1. ff. ſolut matr. & l. 1 ff.
de vſucap hanc etiam legum communem ne-
ceſſitatem & vtilitatem reſpicere aſſeuerant Iu-
ſtinianus Auguſtus l. vnica de nouo cod. fa-
ciendo, §. 1. & 2. & Iuſtinianus pius l. vnica
etiam de Iuſt. cod de confirmando. Et deinde
Flauius Iuſtinianus l. ſimiliter vnica de emenda-
tione codicis Iuſtinian neque aliud oſten-
dunt Theodoſius & Valentinianus in l. 8.
humanum eſſe item Valentinianus, & Mar-
tianus in l. 91 leges ſacratiſſimæ cod. de le-
gib. & conſt. priores de publica vtilitate &
neceſſitate legum, poſteriores de earumdem
claritate, rectaquè interpretatione tractan-
tes. Accedit Alphonſus rex l. 4. tit. 1. par. 1.
cum Gloſſ. fin. & l. 8. & 18. cod. titul.
cum Gloſſ. ibidem. Item l. 2. tit. 2. par. 1. l. 2.
tit. 1. par. 2. concordat etiam l. 2. tit. 6. lib.
1. legum fori ibique Alphonſus de Montal-
uo Gloſ. 3. & l. 2. tit. 4. lib. 1. ordinam ibi-
que Didacus Perez. Gloſ. 2. & l. 11. tit 9. lib.
6. eiuſdem ordinam. Tandem concinit l. 1.
tit 1. l. 2. nouæ recompilat. Et Gloſ. Alphonſi
de Azeuedo ibidem qui inter alia merito
celebrat Rebuſi Apoſtrophen to. 1. conſtitut.
Franciæ tit de conſtitut. in procem. Gloſ.
nom. 56. Vbi in legum conditores inuehitur,
qui in ſuis ſtatutis promulgandis ad illas
conditiones non attendunt *ſed*, vt ipſe ait,
*aliquando ipſi leues appetitus, & metus
probant : & lex ſic parum penſata &*

A *ſenſata ſine pedibus ambulat; ſine ani-
ma viuit, ſine capite loquitur, ſine ratio-
ne manet.*

Geminianus, Præpoſitus aliique inter- 7.
pretes laborant in conciliandis his octo con-
ditionibus numeratis cum illis tribus cap.
conſuetudo diſt. 1. Vide ſi quod religioni
congruat, diſciplinæ conueniat, ſaluti pro-
ficiat. Si enim hæ tres qualitates in lege
ſpectatæ ſufficiant vt illa optima iudicetur,
ſanè ſuperuacaneæ ſunt aliæ in hoc cap. aſſi-
gnatæ. Verum in illis tribus implicitè conti-
nentur, quæ explicatius in his octo expo-
nuntur. Etenim vt ſtatutum religioni con-
ueniat neceſſario honeſtum, iuſtumque
eſſe debet item oportet vt congruat diſci-
plinæ, & poſſibilitatem rationi, & conſue-
tudini pro loco & tempore conuenien-
B tem contineat. Vt vero saluti proficiat vti-
litatem communi bono neceſſariam habere
neceſſe D. Thom. 1. 2. quæſt. 95. artic. 5.
neceſſitatem in lege eſſe dicit, quæ mala re-
moueat, Vtilitatem verò quæ bonorum con-
ſequutionem intendat. Verum quia ſequen-
ti diſp. de his qualitatibus legis quate-
nus ad finalem cauſam pertinent latius
agendum, reliquas de re difficultates in illam
remitto.

*Exponitur cap. 3. in iſtis & cap. 4. ſta-
tuimus diſt. 4.*

NOTATIO. V.

C QVem finem communis boni, hominum- *Cap 3. diſt. 4.*
que vitæ rectè inſtituendæ principes in
condendis legibus intendunt, iudices in de-
cidendis cauſis reſpicere tenentur, & non
ex proprio arbitrio, ſed legum ac conſtitu-
tionum præſcripto iudicare. Idcirco Gratia-
nus cum D. Auguſto in lib. de vera religio-
ne cap. 31. præſens caput *in iſtis* ſubiecit in
quo aſſerit, quando leges primo inſtituun-
tur opponi quidem poſſe incommoda, quæ
ex earum obſeruatione proueniunt; & de illis
habita conſultatione deliberare; at poſtquam
ſtatutæ promulgatæ, receptæque ſunt, illis
ſtandum, & ſecundum illas cauſarum liti-
gaa à iudicibus dirimenda; ita communi con-
D ſenſu interpretes omnes cum Gloſſa textum
exponunt. Auguſt. concinit Ambroſ in pſal.
20. verſicul. *Miſerationes tuæ Domine*, qui
refertur in cap. iudicet 3. quæſt. 7. §. *Bo-
nus index nihil ex arbitrio ſuo facit, &
domeſticæ propoſito voluntatis : ſed iuxta
leges, & iura pronuntiat, ſtatutis iuris
obtemperat*, & concordat ius ciuile in l. 3.
leges vt generales & in l. 5. non dubium
eſt Cod. de leg. & conſtitut. l. 11. ſubtilita-
tis C. de iudiciis authent. à Zenone de iu-
dicibus, § omnis autem collat. 6. l. 13. nam
iudex cod. de ſent. & intel. omn. & vbi
Gloſſa 5. verbo, *ſed legibus*, plures alias le-
ges refert ad idem oſtendendum quibus
adde iura quæ in 2. parte explicationis ad
cap. *canonum ſtatuta* de conſtit. citauimus
concordat etiam l. 16. tit. par. 1. & Gloſ. 4.

ibidem alia iura citat; item Gloſſ. i. Didaci Per. in l. a tit. 7. lib. 5. ordine. Vnde Salomon in repet. §. reſponſa inſt. de iure nat. & in fine ait. Iudex non debet eſſe iuris nouator, ſed religioſiſſimus obſeruator: de qua re vide Nauar. in rubic. de iudiciis, §. 17. n. 71. Alex. lib 6. conſiliorum 225. *Ponderatis* num. 50. Federic. de Senis conſil. 21. *Nunquid hæres* n. 3. quatenus aſſerunt Iudices teneri iudicare ſecundum ſtatuta, & legi humanæ ſuam conſcientiam ſubmittere; quod intelligi debet quando de iniuſtitia illius ſibi maniſeſtè non conſtat.

2. Duo tamen hîc aduertenda ſunt 1. ſi iudex appellationis diuerſa habeat ſtatuta, ſtylum, forum & conſuetudinem diuerſam ab ſtatutis, ſtylo, foro & conſuetudine alterius à quo appellatur, illum teneri alterius modum, terminos, ſtatuta & conſuetudinem obſeruare, quia ei ſuccedit vt confirmator vel infirmator, iuxta authent. *Vt cum* de appell. cog in princ. coll. 8. & Gloſ. in cap. *illud* diſt. 12. Innoc. in rubric. de conſtitut. Bald. in tit. de pac. conſt. §. in cauſis col. 1. & in cap. ad noſtram de appellat. Præpoſit in rubric. eiuſdem tit. Dom. de Rota in rub. de appel. deciſion. 50. Bald. deciſ. 469. a. hanc obligationem reſpectu inferioris iudicis eſſe intelligendam non comparatione ſupremi principis Eccleſiaſtici, vel ſæcularis in legibus poſitiuis ſuæ iuriſdictionis quas cum innouare poſſint vel abnegare vt ſibi iuſtum pro temporum diuerſitate viſum fuerit, ſic etiam non tenentur ſecundum ipſas; ſed iuxta propriam conſcientiam iudicare: de quo etiamſi alibi dicendum latius, interim, videri poſſunt in huius veritatis confirmationem Bart. Cyn. & Bal. in lege vnica cod. vt quæ deſunt adux. & Innocen. in cap. eum in veteri de electione. Felin. in cap. paſtoralis, §. quis vero numero 53. de officio de leg. Decius conſil 463. numero 55. Iaſon in legem 2. ff. de in lit. iur. Ang. Aretin. & ibidem Iaſon Inſtit. de actionibus Curt. Sen. in conſil. 65. Bened. Capr. concluſione 32. num. 13.

Rationem pro noſtri textus deciſione tradit D. Thom. 5. 2. quæſt. 60. artic. 6. in corpore, Caiet. & reliqui Thom. ibidem quos ſequitur Turrecrem. hic q. 3. & Sebaſtianus Medices in cap. *erit autem* huius diſtinctionis num. 73. probat ergo D. Thom. *quia iudicium in l. aliud eſt quam quodam determinatio eius quod iuſtum eſt: fit autem aliquid iuſtum dupliciter vno modo ex ipſa natura rei, quod dicitur ius naturale: alio modo ex quodam condicto inter homines, quod dicitur ius poſitiuum; leges autem ſcribuntur ad vtriuſque iuris declarationem.* Vnde tamdem concludit. *Ideo neceſſe eſt vt iudicium fiat ſecundum legis ſcripturam; alioqnin iudicium deficeret vel à iuſto naturali, vel à iuſto poſitiuo.* Cuius rationis vis in eo ſita eſt; quia iudicium tantum ad iniquitatem declinat, quantum à

A iuſto deuiat: ſed legis obiectum eſt ius ſeu iuſtum; ergo iudicium cum lege debet conformari, ne à vero iure deflectat.

In ſequenti, §. *leges* tangit Gratianus aliqua, quæ minus conueniunt ad præſentem commentationem & diſputationem, obiter tamen expedienda ſunt. Ait igitur leges tunc inſtitui quando promulgantur, & curroborari quando illis ſubditi vtuntur: ſicut quando in diſſuetudinem veniunt per non vſum, abrogantur; concordat cum l. 35. de quibus, ff de leg. 35. ſed & ea, ff eod. l. 3. leges cod. quæ ſit longa conſuetudo, & aliis, quia vero de promulgatione ad legem neceſſaria agemus diſp. 4. de cauſa materiali conſtitut. & de abrogatione per non vſum dicemus in tit. 3.
B de conſuetudine, nihil in præſenti de his attingam; ſolum aduerto, cum Gloſſa abrogari idem eſſe ac legem omnino tollere: Derogare verò partem legis detrahere, vt patet ex l. in. derogatur, ff. de verb. ſignificat.

In cap. *ſtatuimus*, exemplum adducitur præcedentis doctrinæ de abrogatione legis per non vſum: cum enim Teleſphorus decreuerit, vt clerici ieiunium à quinquageſima inciperent, eoque tempore frequentius orationi vacarent, ſequè à delitiis omnino abducerent, quo illi quià reliqua plebe ſeparati, & in ſortem Domini vocati erant, cæteris vitæ exemplo prælucerent: nihilominus quinquageſimæ ieiunium de conſuetudine fuit abrogatum. Huic capiti opponitur Concilii Aurelianenſis decretum cap. 26. quod habetur in text. 4.
C *Sacerdotibus* de conſecrat. diſt. 3. vbi dicitur *Sacerdotibus omnibus eſt decretum vt ante paſchæ ſolemnitatem non quinquageſima, ſed quadrageſima teneatur.* Vt vtromque textum conciliet Gloſſ verbum *ſtatuimus* in noſtro textu declarant, id eſt *abrogamus vel conſulimus.* At miror ſanè in Gloſſam verbum *ſtatuere* in contraria ſignificatione pro abrogare tam impropriè accepiſſe, ſiue pro conſulere, quod Archidiac. & multis videtur probabile, & eadem Gloſſa in cap, Sacerdotibus repetit.

Quod ergo *ſtatuere* non debeat accipi pro abrogare, ipſa etiam Grammatica conuincit. 5.
Deinde quod neque pro conſulere in noſtro textu vſurpetur. Probatur primo, quia Teleſphones fuit primus Pontifex, qui quadra-
D geſimale ieiunium apoſtolica traditione, pioquè totius Eccleſiæ vſu receptum edito decreto ſtabiliuit; vt teſtatur Euſeb. in Chronico. & noſter Iacobus Gordonus in Chronologia, anno 154. Et quamuis Baron. tom. 5. anno 136. dicat hoc præceptum ex annorum computatione Sixto potius adſcribendum videri tamen communem noſtram eſſe opinionem inficiari non auder, & anno 154. ait ſe in libro de Romanis Pontific. hæc legiſſe de Teleſphoro. *Hic conſtituit vt ſeptem hebdomadas ante paſcha ieiunium celebraretur*, quod ſanè conuenit cum noſtro textu qui habetur in Epiſtola eiuſdem Teleſphor. tom. 1. Epiſtol. ſummorum Pontif. Verùm ſiue ſtatutum antea inceperit, ſiue non, certum eſt eodem modo referri præceptum quadrageſimæ,

quando omnibus fidelibus non ſolum de conſilio, ſed de præcepto indictum eſt; quo decretum quinquageſimæ ſolis Clericis præſcriptum narratur: ergo verbum *ſtatuimus* in noſtro textu non tantum conſilii, ſed præcepti obligationem inducit. Secundo, idem oſtenditur ex ratione in text aſſignata: cum enim ſit Clericorum peculiaris, indicat manifeſtè peculiare præceptum Clericis impoſitum non conſilium, quod omnibus poterat eſſe commune. Tertio, quia non rectè io exemplum adduceretur à Gratiano caſus præſens. Nam Gratianus voluit oſtendere leges, & conſtitutiones per non vſum abrogari; ſi ergo hæc non erat lex, nec conſtitutio propriè ſumpta, ſed quoddam Pontificis conſilium deſuetudine antiquatum, ineptum ſanè proferret exemplum Gratianus.

Dicendum ergo eſt verbum *ſtatuimus* verè præceptum Clericis impoſitum de quinquageſimæ ieiunio importare, & quia eos voluit à communi ſecularium grege in fugiendis delicus adducere, commune ieiunium à principio auxit quo intelligerent ſe abſtinentia ſectanda reliquis præire debere. Abſtinebant enim à vino quondam Sacerdotes, vt conſtat ex Leuit. 10. numero 9. Et Nazarei, vt habetur Numer. 6. num. 3. Idem de Rechabitis filiis Ionadab. tradidit Ierem. 35. num. 6. rationem ex Philo Hebræo lib. 2. de Monarch. Doctor Mendoſa in 1. Reg. cap. 1. verſ. 17. num. 6. concinne, & eleganter, vt aſſolet, his verbis collegit. *Vt à rebus humanis longius recedentes diuinis impenſius deſeruirent, rati non poſſe Deo vacare, qui vino indulgerent*, triſtem illorum ſortem deplorat Eſai. cap. 5. num. 11. *Qui conſurgunt manè ad ebrietatem ſectandam*; Et matutini temporis occaſionem pulchrè notauit Ambroſ. lib. de Helia cap. 15. *Non immerito inquit va illis qui mane ebrietatis potum requirunt, quos conueniebat Deo laudes referre, & preuenire orationi*. Quod in omnibus Eccleſiaſtici ordinis miniſtris requirens Teleſphorus Quinquageſimæ ieiunio ante reliquos fideles iuſſit præparari. Quia tamen hoc ſtatutum minus vſu receptum ſenſit Concilium Aurelianenſe primum illud ad quadrageſimæ vſitatum ieiunium reduxit. Et hinc iam optimum exemplum eſſe videtur, quod Gratianus adducit ad ſui inſtituti confirmationem, videlicet; quod conſtitutiones deſuetudine abrogantur, hanc enim Teleſphori ſi vſus reciperet, & in Eccleſia recepta Concilium inueniret, numquam profectò illam reuocaret. Noſtram ſententiam tenet Gemi- nian. Præpoſ. Turrecrem. cum aliis hoc loco.

Explicatur cap. 5. Quadrageſima, & cap. 6. denique diſtinctionis 4.

NOTATIO VI.

Cap 5. Quadrageſima. diſt. 4.

PErſiſtit in eodem exemplo ſuperioris capitis Gratianus illudque authoritate D.
1. Ambroſii confirmat, cuius eſt præſens textus qui ex ſermone ſexageſimæ deſumitur, inter alios manuſcriptos reperto D. Ambroſii nomenclatione prænotatos, qui in Vaticana & Mediolanenſi Bibliotheca Monaſterii ſancti Ambroſii aſſeruantur. Et iuxta ſuperiorem doctrinam non intelligas hanc vnius ſeptimanæ additionem à Teleſphoro quadrageſimæ factam ad ſæculares extendi, ſed ad clericos tantùm pertinere, ex Epiſtola Teleſphori citata conſtat, & ex reuocatione Concilii Aurelianenſis in cap. ſacerdotib. de conſecrat. diſt. 3. vbi hac de cauſa ſacerdotum ſpecialem facit mentionem, quia ad clericos nominatim Teleſphori præceptum de quinquageſimæ ieiunio tantum ſpectabat.

Cap 6. Denique eiuſdem diſt. 5.

Idem amplius confirmatur in cap. Denique ſacerdotes ex Beati Gregorii teſtimonio in Epiſtola quædam ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum, ſumptumque eſt ex quarta parte Iuonis cap. 29. Voluit enim Gregorius vt omnes in Eccleſiaſtici gradus dignitate conſtituti ieiunium à quinquageſima inciperent, vt ſicut ſtatus excellentia, ita virtutis exemplo anteirent. Merito tamen aliquis dubitabit habita temporum ratione, quo pacto hæc inter ſe cohæreant. Nam concilium Aurelianenſe celebratum eſt anno 507. vt notæ in idem concilium tom. 2. oſtendunt, traditque Iacobus Gordonus in Chronol. & Bzoui. in hiſtoriæ Eccleſiaſticæ annalibus; Gregorius verò primus, cuius eſt iſte textus, creatus fuit Pontifex anno 590. cur igitur facto illo decreto Concil. antea octoginta tribus annis adhuc Gregorius obligat clerum ad quinquageſimæ ieiunium. Non vidi qui hanc attingeret difficultatem. Reſpondeo tamen 1. Illud Concilium non eſſe generale, ſed tantum prouinciale; atque adeo nihil mirum ſi in Gallia tantum eius decreta ſeruarentur. Gregorius verò aliud pro Anglicana Eccleſia decernere potuit, quia forſitan in maiori parte vniuerſalis Eccleſiæ Teleſphori præceptum vigebat. 2. hoc eſſe potius Gregorii conſilium, quam præceptum, quo Anglicanos hortabatur, quod ſanè videtur ſignificare illa verba, *Propoſitum ieiunandi ſuſcipiant*; ſi enim ad hoc propoſitum obſeruandum Anglicanæ Eccleſiæ clericos tantum hortatur, ſaoè mandatoris opera non fugitur, vt habetur in in l. 20. ob hæc ff. de procurat. l. 2. §. vltimo, ff. mandati, l. 7. ſi filius-familias in fin. de tut. l. 10. idemque, §. ſi quis l. 12. ſi vero non remunerandi, §. cum quidam & aliis multis ſimilibus, neque multum alienus eſt ab hac ſecunda ſolutione Gratianus, quam ex aliorum probabili ſententia tradit in fine diſtinctionis, vt oſtendat hoc quinquageſimæ ieiunium & reliqua io eodem capite ſtatim declaranda de conſilio potiùs quàm de præcepto exhortationis gratia fuiſſe conſcripta, quod ſi non ad Teleſphori decretum, ſaltem ad Gregorii præſcriptum referri poteſt. 2.

Verùm ſicut Gratianus hoc magis ex aliorum opinione quam ex propria retulit, ita ego primam ſolutionem iudico aptiorem. Primo, propter illam regulam quam mente

tenendam

tenendam Gemmianus hic num. 18. maximè commendat poſt Anchar. & Laur. Videlicet nunquam intelligi legem eſſe conſilii, quando id non exprimitur manifeſtè, vel niſi ratio, ſeu materia legis id euidenter poſtulat: nam conſilium à propria legis ratiooe deficit, quia obligationem non inducit. Secundo, idem probatur ex ſolicitudine Pontificis circa id quod ſequitur in eodem capite, quæ oſtendit illum de præceptis agere, non de conſiliis. Nam dubium ſe præbuit Gregorius in reſolutione illius quæſtionis. quæ ſecunda eſt huius capitis vtrùm ſæcularium conſuetudo permittenda eſſet, qua diebus dominicis quadrageſimalis ieiunii conuiuari ſplendidius, & ad mediam vſque noctem carnibus ſuffarcinari conſueuerant, arbitrati ſe non aliter ſequentis ſeptimanæ abſtinentiam poſſe ſuperare. Neque dubitabat Pontifex de iure neque, quod contra rationem foret talis conſuetudo: ſed timebat ſcandalum, vel ſchiſma, ne homines ventri & ganeæ dediti, ſi preceptum gulæ obſiſteret, in deterius prolaberentur. Similis hortatio fuit illa Boniſacij in cap.
3. quampio, 1. quæſt. 2. & ſanè, vt aduertit Præpoſitus hîc num. 3. legiſlatoris prudentia eſt minora mala diſſimulare, quando ex illorum prohibitione timet maiora vniuerſim mala prouenire poſſe: textum hac de re habes optimum. cum Gloſſa per illuſtri in cap commeſſationes diſt 44. verb. cum multitudine

Quamobrem reſpondet Gregorius in noſtro textu illam commeſſationum ingluuiem conſiderata hominum diſpoſitione ac ineuitabili abuſu, venia eſſe dignam. in quo non eredas illum intemperantiæ culpā tollere, ſed pœnæ veniam condonare, impunitatemque multitudini concedere debacchanti; nam vt appoſite Plautus in Amph. actu 2. ſcen 2.

Bacchæ Bacchanti ſiue bis aduerſarier.
Ex inſana inſaniorem facies, feriet ſæpius,
Si obſequare, vna reſoluas plaga.

Toleratur igitur non tollitur intemperantiæ culpa, ne maius malum prorumpat. Vnde Præpoſitus hîc n. 5. & Turrecrem. n 3. aduertunt cum Hug. Archidiac & aliis triſariàm poſſe aliquem ſuæ conſcientiæ iudicio relinqui
4. quando actus eſt indifferens, & illius omiſſio, neque ex legis neceſſitate ſui exercitii obligationem infert, ſed ſine peccato fieri, vel omitti poteſt, ita procedit caſus capitis, vt cū propria, § oportet 33. q. 3 2. quando timetur ſcādalum vt cum multitudo eſt in culpa; ſeu in cauſa. Vt in noſtro textu, & in cap. quoties 1. q. 7 & cap. non poteſt 23 q. 4 3. quando deficit iudicium: ſiue quia perſona iudicari nequit, vt in §. hinc etiam ante cap ſio diſt. 17. & cap. nunc autem diſt. 21. ſiue quia crimen occultum eſt, vt in cap. habuiſſe diſt. 33. cap. conſuluiſti 2. q 5 & cap. ſi duo 35. q. 6. At quomodo ad hoc probandum inſeruit teſtimonium Salomonis Prouerb. c. 30 n 33 Non enim nimium emungere videretur, qui tam immoderatā edacitatis intēperiem reſecaret.

Vt quam aptè cohæreat Salomonis authoritas cum capitis diſcurſu appareat notandum, vbi in noſtra vulgata habetur. *Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum lac ex-*

A *primit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit ſanguinem.* Ex Hebræo legitur. *Emunctor lactis educit butyrum; Emunctor naſi elicit ſanguinem*: concinunt Septuaginta Interpretes, *Mulge lac & erit butyrum; ſi autem expreſſeris nares, exibit ſanguis* Denique hanc poſteram ſententiæ partem cum Chaldæo ita Aquila tranſcripſit *De expreſſione furoris exibit ſanguis.* Prætermiſſis ergo aliis expoſitionibus partim minus accommodatis, partim probabilibus quas ingenioſe pariter ac erudite exponit Pater Salazar ad hunc locum, illam cæteris præfero, quam idem author num. 256. approbauit Ita enim ſignificauit ſubditos benignius premere ne-
B ceſſarium, eoſdem verò opprimere perniciosum eſſe. vt duo genera hominum diſtinxerit, qui correptionis ſeueritate indigerent; alterum facile & mite, alterum acre, refractarium ac indignabundum & vnicuique ſuam ſimilitudinem aptauit, Mites vberibus, iracundi naribus æquiparantur: nam bonus ac mites licet fortius aliquando vrgeas ſemper ſui fructus effluunt dulcedine; contra verò improbi & ad omnia ſcelera nati, ſi illorum flagitia ſeuere nimia ſimul velis corrigere in dominos inſiliunt: ſeditiones, ſchiſmata, ſanguiniſque effuſiones meditantur: ita vt in minorib. diſſimulare principibus expediat, quo maiora declinent

Cæterum in poſtrema capitis parte tria alia continentur Pontificis monita ſeu præcepta 1.
C vt quibus diebus carnium eſus interdicitur, ab ouis, lacticiniis, ac reliquis, quæ à carnibus originem ducunt ſementinam, ſimiliter abſtineatur 2 Lautitiem, in conquirenda exquiſitorum piſcium varietate, pretioſiora vina, opiparaque ennuiuia Chriſtianum hominem dedecere hoc præſertim tempore, quo carnis abſtinentia luxuriæ fomitē conatur extinguere. 3. vt moderato vtantur vino: nam qui ebrietati fœnum laxat, quæcumque poſtea eius delirans animus turpiter deſiderat, libenter admittit, vt patet ex ſequentis diſtinctionis cap. ad eius, & cap interrogat. diſt 2. ſiue igitur hæc monita ſint, ſiue præcepta iubentis, vt potius dicendū exiſtimo, præſertim de primo; in hoc tamen, & in reliquis attendenda eſt loci conſuetudo ſi enim deſuetudine ſint abrogata trāſgreſſores violati humani præcepti poſi-
D tiui reos non conſtituent Dico poſitiui, quia in eadē materia quicquid eſt naturalis iuris, immutabile eſt, nec per contrariū abuſū derogatur: vt ſequens diſtinctio ad initiū manifeſtat. De materia huius capitis nihil occurrit in iure ciuili præter id quod de permiſſione legis dicitur l. legis virtus, ff de leg. item de ieiunio in 3. & 4. tit. 3 p 1. cum Gloſſis à quibus alia iura canonica referūtur, quæ in tit 46 de obſeruatione ieiuniorum lib. 3. latius expēdentur.

De cauſa finali & ratione motiua Conſtitutionum.

DISP. III.

MEtito à finali cauſa cum Canonibus proximè declaratis conſtitutionum cauſas

expoſituri exordimur. Illa enim, authnre D. A Thnm. 1. 2. quæſt. 1. artic. 2. in corp & cum Ariſtot. 5 Met. Lect. 2. in fin. eſt cauſando omnium prima, efficientemque cauſam primo ad agendum mouet. Vnde etiam ratio motiua dicitur propter quam agens operatur, & ſane quod attinet ad finem diuini iuris, conſtar eſſe Dei gloriam & noſtram ſalutem, iuxta illud Ioann. 20. in fine. Hæc ſcripta ſunt eſt credatis quia Ieſus eſt filius Dei: idem docet Paul. ad Rom. 15. numero. 4. de hac re ſatis erit quod diximus diſp. 2. quæſt. 4. ſect. 4. de fine igitur humani iuris agendum: cæterum inter finis diuiſiones, & varias, quæ videri poſſunt apud Suares tom. 1. Metaph. diſp. 23. ſect. 2. illa eſt celeberrima qua in proximum, eſt remotum paticularem & vniuerſalem finis diſtingui ſolet, nititurquè Ariſtotelis doctrina 2. Metaph. cap. 2. vbi ait in fi- B nibus in infinitum non procedi, ſignum ergo eſt quod aliquis ſit vltimus & remotus, præter quem alij ſint proximiores, & magis ſpeciales V. G. humana felicitas eſt vniuerſalis hominum finis in hac vita, quem omnes in ſuis operationibus intendunt. Nihilominùs tamen non ſemper hunc apprehendunt, neque ab eo mouentur ad agendum; ſed alios peculiares fines ſibi proponunt, vt mercator lucrum, aulicus honorem, ſcolaſticus diſciplinam, hac ratione in legibus & conſtitutionibus, hanc duplicem cauſæ finalis rationem conſiderare poſſumus: alteram vniuerſalem
2. & communiſſimam, quæ in omnibus repetitur, & ad quam omnes tendunt, alteram particularem, quæ in ſingulis conſideratur, & pro conſtitutionum diuerſitate diſtinguitur. De vtraque agemus in diſputatione præ- C ſenti, primumque de fine vniuerſali & communiſſimo omnium conſtitutionum ad quem pertinent illæ conditiones quas cum Gratiano in cap. erit autem diſt. 4. & notatione 4. ad octo reduximus In quibus ſpect ita doctrine commoditate inverſo ordine abilla, quæ eſt octaua apud Gratianum, videlicet, vt conſtiturio ſit propter aliquod communitatis bonum commune exordiemur, & retroacti vſque ad primam omnes percurremus.

Vtrùm omnis lex ſeu conſtitutio reſpicere debeat bonum commune.

QVÆSTIO I.

DVplicem continet difficultatem præſens controuerſia. Prima eſt an lex ſemper ad aliquam communitatem ferri debeat, nempe Ciuitatem, Regnum, Prouinciam vel ſaltem Congregationem, ſeu Collegium. Secunda, vtrum legis finis neceſſario ſit bonum huius communitatis. Et in hac ſecunda rurſus inquirere poſſumus, vtrum in odium vel fauorem priuatæ perſonæ vera lex ferri queat Denique an ius ciuile & canonicum eumdem finem idemque commune bonum intendaot.

De ratione legis propriè ſumptæ eſt, vt ad communitatem feratur.

SECT. I.

NEmo inficiatur legem dicere habitudinem intrinſecam & neceſſariam ad eum vel ad eos quibus imponitur. Quò D. Paul. ad Rom 3. num. 19. reſpexit cum dixit. *Scimus quoniam quæcunque lex, ijs, qui in lege ſunt, loquitur:* ſolum controuerſia eſſe poteſt an de ratione legis propriè ſumpta ſit vt ad plures alicuius communitatis perſonas dirigatur. Et ſane pars negatiua his nititur fundamentis. 1. quia Iſidorus lib. 5. Ethymolog. vt refertur in cap. ius publicum diſt. 1. diuiſit ius in publicum & priuatum, quam di- 1.
B uiſionem ab Vlpiano accepit in l. 1. §. huius ſtudii, ff. de iuſtitia & iure, vbi ait; *Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones, publicum & priuatũ; publicum quod communem vtilitatem reſpicit; priuatum quod ad ſingulorum vtilitatem ſpectat.* idemque confirmat communis diuiſio Canoniſtarum cum Gloſſ. in cap. 1. de conſtitut. quæ Canones in generales & perſonales partitur & l. 1. ff de legib. vbi lex dicitur commune præceptum, aſſerit Gloſſa illam non eſſe legis definitionem, ſed deſcriptionem, quia non conuenit omni legi: & qood aliqua lex eſt quæ non eſt communis. Denique eadem diuiſiu manifeſtè traditur in l. 1. ff. de conſtitut. princip Vbi conſtitutiones illæ per quas princeps alicui ob merita indulſit, vel ſpecialiter pœnam irrogauit, leges dicuntur, cum tamen pro particularibus per- C ſonis rogentur, adeo vt neque ad exemplum trahi poſſint per l. 13. quod vero, ff de leg.

2. ſi ius ciuile euoluamus, quamplures occurrent leges pro priuata perſonarum vtilitate conſcripta V G. l. 61. neque Dorotheum l. 63. Doctitii Cod. de Decurion. lib. 10, l. 6. ſi quis filio §. initum ibi. *quis fuerit*, ff de iniuſto rupto, & l 5. amiſſione, § qui deficiunt, ff de capitis diminut. l 14. venditor, §. ſi conſtat. ibi, *ſi quis voluerit*, ff. communia prædiorum. Idem cernitur in edicto de minori bene relato in l. 1. ff. de minoribus & in Senatuſconſ Velleiann quod refert l. 1. per totum titulum, ff ad Velleianum. Tandem innumeræ penè conſtitutiones in fauorem perſonarum miſerabilium paſſim reperientur in vtro- D que iure quas prætermitto. 3. ſententiæ pro priuato litigantium commodo latæ ſunt; idcirco quæ ad ſimiles caſus non trahuntur, vt in rubr. res inter alios acta & in cap penult. de ſent. & re iudicata & l. 63. ſæpe, ff de re iudicata, & tamen leges aliquando reputantur per l. final. Cod. de leg. ergo propria lex priuatam reſpicere poteſt vtilitatem: neque hoc mirum videri debet, cum etiam particularis contrahentium diſpoſitio lex contractus appelletur l. 23. contractus, ibi; legem enim contractus dedit ff. de regul. iur. authent. de noptiis §. diſponat ibi, & erit lex.

Quarto, ratione idem probatur. Quia lex fertur magis propriè ad perſonam veram quam ad fictam: ſed vna ſingularis eſt per-

Digitized by Google

ſona vera, communitas eſt perſona ficta; ergo magis propriè fertur pro ſingulari perſona, Confirmatur primo, quia de ratione Conſtitutionis eſt vt ſit regula humanæ operationis, quod igitur certam operationem moderetur in vno vel in pluribus per accidens eſt. Confirmatur ſecundo, ſpectare poterit ad commune bonum vt pro ſingulari perſona conſtitutio fiat: ſed hoc videtur tantum requiri ab Iſidoro, in cap. Erit autem ibi nullo priuato commodo, quem ſequitur D. Thom. 1. 2. quæſtione 90. art. 2. in fine corporis vbi ait. *Quodcumque aliud præceptum de particulari opere non habeat rationem legis, niſi ſecundum ordinem ad bonum commune*: expreſsè tueri videtur hanc ſententiam Paul. de Caſtr. ad l. 1. ff. de leg. numero 2. vbi ait ſe vidiſſe in ſtatutis Florentiæ vnum, *in cuiuſdam Notarij fauorem, propter quoddam commune: & quod ipſe & omnes ſui deſcendentes maſculi haberent tale priuilegium, & immunitatem à communi*, Iaſon numero 8. & ſequent. Felin. in cap. cum omnes de conſtitut. num. 6. vbi plures alios antiquiores referunt.

2. Hæc quæſtio alicui videbitur eſſe de vocabulo cum Suares de leg. lib. 1. cap. 6. numero 8. Verùm optimè notauit Vaſques 1. 2. diſputat. 151. cap. 3. numero 16. quantum de re illa difficultas procedat. Nam quod præceptum multis imponatur in communitate viuentibus, vel vni non minus expedit, quam habere rationem legis, & conſequenter perpetuitatem; vel habere rationem mandati, quod morte mandantis, vel mandatarii expirat, iuxta inſtit. mand. §. rectè quoque verſ. Item ſi adhuc l. 26. inter cauſas, ff. mandati l. 15. mandatum Codice eodem titulo Abb. in cap. mandato de procurat. Rota in nouis deciſ. 349. Rebuff. in concord. ſuper verbo ſui Pontificatus. Felinus in cap. relatum de offic. deleg. vet. nota quod ſicut. Imol. in l. qui aliena §. is qui verſ. item nota, ff. de acquir. hæred. Soc. in reg. 254. & communiter apud Summiſtas, verbo mandatum. Et ratio deſumitur ex intrinſeco diſcrimine inter præceptum ad ſingularem perſonam, & legem: nam lex fertur à principe per iuriſdictionem à communitate acceptam, & refertur ad particulares eiuſdem communitatis; at cum communitas perſeueret, ad cuius directionem promulgatur, lex perennare cenſetur. At præceptum ad ſingularis perſonæ directionem datum, vt cum eo pereat neceſſe eſt; & cum a principe vt curam habente peculiaris perſonæ imponatur, pereunte principe, illius cura, & regimen finitur.

3. Vera igitur ſententia eſt de ratione legis eſſe, vt non pro ſingulari perſona, ſed pluribus in aliqua communitate degentibus proferatur. Vaſques vbi ſupra cap. 2. numero 5. exiſtimat S. Iſidorum in cap. erit autem & D. Thom. ex eodem hanc veritatem oſtendere in illis verbis, *nullo priuato commodo, ſed pro communi vtilitate, &c.* Verùm his verbis obſcure ſanè id ſignificant, & magis videntur difficultatem in ſequenti ſectione expediendam definire, noſtramque reſolutionem præſentem potius ſupponere. Suadetur igitur primo ex l. 1. ff. de legibus, vbi lex dicitur commune præceptum, tum quia authoritate communi, tum etiam quia communitati, & pro communi vtilitate ſancitur, vt exponit Iaſon cum Fulgoſio; quod verò Gloſſ. hoc loco ait hîc non contineri legis definitionem quia non conuenit omni legi, falſum eſt: nam aliàs etiam deſcriptio legis ibidem non contineretur, quod illa concedit, æque enim recurrere debet cum definito definitio atque deſcriptio, vt Logicorum regula docet. Item l. 8. ita habetur, *Iura non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur*, & l. 2. Demoſthenes ibidem, l. 2. & 3. Codice de legibus: & conſonat cap. licet de regular. vbi leges generales dicuntur & cap. duæ ſunt 19. quæſtione 2. vbi aſſeritur Canones & decreta à Patribus edita publicas leges eſſe, hanc ſententiam tuentur Suar. vbi ſuprà numero 8. Vaſques cap. 3. numero 10. cum Gomeſio Ludouico Lupo, Marco Burgenſi & aliis ab eo citatis Salas prima, ſecundæ tractat 14. diſputat. 1. ſect. 7. numero 43. Neque obſtant Canoniſtæ Caſtrenſ. Iaſon. Felin. cum multis ab eiſdem relatis, vt in reſponſione vltimi argumenti in oppoſitum propalabo.

Secundò ratione probatur ex natura conſtitutionis, quæ in regula & menſura humanæ operationis conſiſtit circa materiam & medium virtutis; illa enim oſtendit medium in virtutis operatione ſeruandum. Vnde Ariſtoteles 5. Ethic. cap. 1. docuit à lege iuſtum & legitimum præſcribi, & definiri, vt notauit D. Thom. 1. 2. quæſtione 9. artic. 2. in corpore: ſed hæc regula de ſe eſt vniuerſalis, non verò ad ſingularem perſonam determinata, ergo de natura legis, & conſtitutionis eſt, vt ad communitatem dirigatur; quamuis igitur aliquod præceptum particulare propter ſimilitudinem ad Generale, & commune impropriè, & per analogiam regula, & communiter lex & conſtitutio vocetur; eius tamen propriam non participat naturam quæ conſiſtit in hoc quod eſt generaliter ſine limitatione vel exceptione medium virtutis iuſtumque legitimum deſignare. Tertio, idem conuincit illa perpetuitas, quæ tanquam paſſio ſemper legis naturam conſequitur, vt ſupra notauimus, & cum præceptum particulare vltrà imperantis ſeu imperatæ perſonæ vitam non prorogetur, deficiente proprietate, deficit legis & conſtitutionis natura. Immo tam propria eſt hæc perpetuitas veræ legis, vt temporale præceptum communitati impoſitum ob hanc rationem propria non cenſeatur lex, vt ſequenti quæſt. dicemus. Quarto, ſuadetur inductione facta de aliis legibus naturali nimirum & poſitiua diuina, quæ non niſi generaliter feruntur, naturalis ad omnes homines, ſicut & poſitiua, Euangelica, & Chriſtiana; ſcripta vero & vetus ad populum Iſraëliticum, & ad omnes etiam gentiles, qui eidem populo adiungi libere præoptarent. Quin etiam præceptum Adæ impoſitum pro innocentiæ ſtatu de non

edendo arboris vetitæ fructu ipſi tanquam
capiti datum quidem, ſed ad Euam & ad
poſteros ſpectaſſe Suar. vbi ſuprà numero
9. aſſeuerat ; & quamuis hoc de poſteris
4. incertum, & inexplicabile iudicet Bened.
Pereir. in Geneſ. lib. 4. cap 3. diſputatione
de præcepto date Adæ, quæſtione 2. id ſa-
tis probari exiſtimo ex generali forma præ-
cepti ſine limitatione promulgati : & ex pœ-
na, quam omnes incurrimus. Si enim ſatis
fuit tranſgredi præceptum in capite, & in
communis parentis voluntate ad mortis
pœnam ſubeundam ; à fortiori, ſi quiſquam
ex poſteris abſque peccaro Adami illam le-
gem violaret eidem pœnæ ſubiaceret Et
fauet D. Thom. prima part. quæſtiooe 100.
art. 2. vbi ait regulariter loquendo poſteros
Adami, ſi ille non peccaſſet, haud naſcituros
in gratia confirmatos. *Quod pueri in ſua na-
tiuitate non habuiſſent plus perfectionis
quam eorum parentes in ſtatu generationis.*
Vnde ad primum ait illos potuiſſe in eo ſta-
tu peccare. Cum igitur ex altera parte ra-
tiones imponendi hanc legem ab eodem
Pereira aſſignatæ eodem modo in tota Ada-
mi progenie procederent, nempe in ſeruitu-
tis, obedientiæ, ac ſubiectionis argumentum
dicendum videtur illud præceptum ad omnes
fuiſſe directum, quod ſane indicat D. Am-
broſ. lib. de parad. cap. 5. ibi *pluralitatem
oſtendit non ſeruaturos.* Clarius Tertullian.
aduerſus Iudæos cap. 2. vbi in hac primor-
diali lege omnium præceptorum matrice
totum Moyſi datum Decalogum contineri
arbitratur ; quem ad omnes pertinere, vt
potè naturalis iuris præcepta continentem
nulli eſt integrum dubitare, alios Patres, pro
hac ſententia citauimus diſp. 2. quæſtione 4.
ſect. 3.

5. Ad primum in oppoſitum reſpondeo non
diuidi ius io publicum & priuatum quaſi pu-
blicum ſolum ſit commune, bonumque com-
munitatis reſpiciat & ſolum communitati
imponatur : nam hoc etiam habet priuatum
ius; ſed diſcrimen inter hæc iura ex fine pro-
ximo deduci. Etenim ius publicum immedia-
te communitatis bonum intendit : ius pri-
uatum particularium perſonarum vtilitatem
reſpicit immediate : quamuis vlterius etiam
in commune bonum referatur ; & vtrumque
toti communitati proponitur, & ad commu-
mune bonum dirigitur ſiue proxime, ſiue
remote, quod vt melius intelligatur aduer-
tendum eſt cum Anguiano tract. de leg. lib.
3. controuerſ. 1. numero 23. & ſequentibus.
dupliciter accipi poſſe bonum commune
publicum, & priuatum. Primo, quatenus pri-
mario communitati deſeruit, & ſecundario
illius membris, ex quibus componitur : in
qua conſideratione dominium boni, ſeu iu-
ris non eſt in perſonis particularibus, ſed in
communitate ex §. ſacræ, & §. vniuerſitatis
inſtit. de rerum diuiſione. Secondo, quando
econtra primo reſpicit particulares perſonas
& deinde communitatem, cuius illæ perſo-
næ ſunt membra : nam particulares perſo-
nas ſua re male oon vti primario ad illas
ſpectat, ſecundario ad communem vtilita-

A tem reipublicæ, cuius partes ſunt, vt patet
& §. final. inſtit de his qui ſunt ſui vel alieni,
ex verbi gratia Sacerdotia, Magiſtratus,
repulſio violentiæ, calumniarum, & falſita-
rum inter litigantes pertinent ad bonum
commune publicum primario l 3. vt vim l.
5. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iur. §. hu-
ius ſtudii inſtit. eodem titulo ; eadem tamen
ſecundario ad particularium perſonarum
bonum etiam pertinent, quatenus commu-
nitatis partes ſunt. Deinde augmentum, &
conſeruatio patrimoniorum, ſubditorum di-
uitiæ, minorum tutela, & id genus alia ad
priuatum bonum ſpectantia, primo reſpi-
ciunt vtilitatem perſonarum, & conſequen-
ter ad bonum communitatis ordinantur,
quia bonum partium etiam eſt bonum totius:
nam partes in toto continentur per regulam
B io toto de regul. ior. in 6. Probatur ex
aothent. vt Iudices ſine §. conſiderauimus
collat. 9. l. 1. ff. ſolut. matrim. l 1. & per to-
tum ff. ad Senat. Macedon & multis aliis,
& hoc bonum priuatum cum communi
coincidit, quia generaliter ad omnes perſonas
communitatis pertinet. Aliud eſſe poteſt
bonum priuatum ſpectans primo ad particu-
larem vtilitatem perſonæ ſingularis ; vt
emolumentum quod ex priuilegio, teſta-
mento, donatione, vel alio contractu, qui
Petro, aut Paulo defertur ; quando igitur
Iſidor. vel Vlpian. diuidunt ius in publi-
cum & priuatum, uon accipiunt hoc ius
priuatum pro ſingulari ad indiuiduam per-
ſonam ſpectante ; ſed pro priuatu, quod
cum communi concidit, vt dictum eſt, &
C ſolum diſtinguuntur illa duo iura per finem
proximum, à quo & ſpecificationem & de-
nominationem abſolutam mutuantur. Illa
verò alia diuiſio legum vel conſtitutionum
in generales & perſonales per citata iura,
nobis oon officit, quia non ita ad particu-
lares perſonas leges particulares pertinent,
vt non præcipiant aliquid communitati, obli-
gando illius membra ad ſeruandum pri-
uilegium, vel quodlibet aliud ius particu-
laris perſonæ, ſeu familiæ : hac enim ratio-
ne exiſtimo, etiam priuilegia, ſeu indulta 6.
perpetua leges cum addito perſonales dici
poſſe, vt latius dicetur ad titul. 33 de pri-
uileg. lib. 5. Et probatur euidenter ex citata
l. 1. ff. de conſtit. cum enim l. C loqoeren-
D tur de conſtitutione particulari aſſeuerantur
dixit, *legem eſſe conſtat.*

Anguianus vbi ſuprà numero 35. cum Bar-
tol. Caſt. & Gloſſ ad citatam l. 1 limitat
hanc doctrinam ad conſtitutiones perſona-
les, quæ inſertæ ſunt in corpore iuris : nam
aliæ quæ in eodem ſtatu extra corpus iuris re-
linquuntur, vim legis non habere affirmant.
Verùm neque limitatio vera eſt, neque mens
Gloſſæ cum Bartolo ſatis ab authore exponi-
tur, non eſt vera quia lex illa prima diſtinguit
leges inter generales, & perſonales : Et ſi per-
ſonales in corpore iuris inſeruntur iam gene-
rales cenſentur, vt optimè notauit Gloſſa ad
dictā l. 1. verb. perſonales, id eſt, quæ iuris cor-
pore non clauduntur : aliàs ſemper eſt gene-
ralis lex, vt Cod. de nouo Cod facien. l. 1. in fi-

Digitized by Google

ne aliud ergo eſt eſſe legem perſonalem, aliud A eſſe legem generalem, ad hoc ſecundum requirit Gloſſ. cum Bartol. interloquutionem inſertam eſſe in corpore iuris ad primum non ita; nos verò dicimus, & probamus ex ea l. 1. conſtitutiones perſonales legis vim habere, non tamen abſolutè dicimus eſſe generales, vt trahi debeant ad exemplum. & ad caſus ſimiles extendi, ſi ſint particularia indulta & priuilegia: quia tamen in ipſis generaliter omnibus præcipitur, vt ea priuilegia eiſdem perſonis ſeruentur non ſolum vim perſonæ, ſed communitati etiam feruntur. Et quamuis perſonarum ſingulare bonum immediatè reſpiciant, quod com:oune non coincidit, ſecundariò etiam referuntur ad vtilitatē communem; quia ad hanc etiam pertinet, vt inſignes perſonæ de republica bene merita ſingularibus beneficiis donentur. Vtrum verò B ad generalem legem requiratur, vt principis ſententia interloquutoria, vel definitiua in corpore iuris inſeratur, diximus ſuperiori diſp. quæſt. 4. ſect. 5.

Ad ſecundum patet reſponſio ex dictis: nam etiamſi multæ leges priuatam perſonarum vtilitatem immediatè reſpiciant, vlterius ad communem ordinantur, & licet in eis particulares perſonæ nominentur, vt in ll. neque Dorotheum & Doctiti non ſingulis ſeorſim feruntur, ſed omnibus ſimiliter eiuſdem communitatis, modo iam declarato. Ad tertium reſpondeo ſententias particulares à principe latas, & eoulgatas debita ac ſufficienti promulgatione leges eſſe generales ad ſimiles caſus reſpectu omnium perſonarum, vt iam ſupradictum eſt. Neque ad hoc requiritur, vt inſerantur in corpore iuris, vt Anguianus n. C 58. & ſequent. exigit, quamuis rectè moneat non eſſe conſtituendum diſcrimen inter ſententiam interloquutoriam & definitiuam; ſi vtraque eodē tenore conſtet; quis enim dubitabit Extrauagantes extra corpus iuris ſufficienter promulgatas tanquam leges generales obſeruandas; ſi verò ſententiæ ſint particularium cauſarum definitiuæ abſque illa de mandato principis promulgatione, quamuis à regio Senatu procedant vim legis minimè obtinere arbitramur: Quare ad partes tantum quarum intereſt pertinebunt Quod additur in eodē argumento de legib. quas, vt à contrahentibus contractibus inferuntur magis proprio nomine conditiones dixeris, quam leges: quare metaphorica eſt loquendi forma; tracta vt D credo, ex obligatione, quam ſibi contrahentes mutuo imponunt cum ſimilitudine ad illam, quam legiſlatores ſubditis per ſtatuta inducunt. Ita Decius & alii communiter ad leges citatas.

7. Ad 4. Dico leges non ferri ad communitatem quaſi à ficta perſona communitatis debeant obſeruari; ſed quia ſine exceptione omnibus, & ſingulis proponuntur obſeruandæ. Dupliciter tamen hoc contingere poteſt. Primo, ſi proponatur conſtitutio omnibus collectiue, ſed coniunctim. Secundo collectiuè & diſtributiuè. Primo modo procedunt conſtitutiones circa actus publicos, qui à tota communitate fieri debent; quæ ſinguA los obligant, vt plures in vnum corpus adunatos. Secundo modo tenentur omnes collectiuè & diſtributiuè, quando quatenus illius communitatis partes, vt ſinguli obligentur, quia actiones, quæ præcipiuntur ab omnibus, vt à ſingulis expetuntur: neque communitas eſt perſona ficta, quatenùs ex membris, quæ veræ perſonæ ſunt, coniunctim acceptis coaleſcit, quamuis, quatenus vt vna perſona ſolum conſideratur, ficta meritò cenſeatur. Ad primam confirmationem concedo legem eſſe regulam humanæ operationis, nego tamen quod ex hoc inferebatur per accidens eſſe ad rationem & naturam legis, quod vnius, vel plurium operationes dirigat. Nam in hoc differt lex ſeu Conſtitutio à præcepto, quod illa plures neceſſariò reſpiciat, ideoque dicitur præ- B ceptum commune: nam præceptum indifferenter ſe habet ad ſingulare; & commune, non ita lex quæ de ſua intrinſeca ratione 8. aliquas habet conditiones, quas præceptum in præciſa ſui conceptus ratione non requirit. Vnde Suares lib. 1. de leg. cap. 6. numero 16. legem à præcepto diſtinxit non ſolum in ratione morali, vt eſt quoddam arte factum certis conditionibus neceſſariò conſtans, ſed etiam in entitate veluti Phyſica, quia actus prudentiæ nempe legiſlatio à qua procedit lex, ſuam habet ſpecialem rationem honeſtatis diſtinctam ab ea à qua priuatum & ſingolare præceptum procedit. Quod ita accipiendum credo, vt non conſtituatur aliqua virtus noua, & diſtincta à virtute, quæ legalis iuſtitia perhibetur, de qua in diſputatione prima dictum ſatis. Secunda confirmatio ſo- C lum confirmat quod de legibus perſonalibus diximus, ita enim Iſidor. & D. Thom. ibidem citati exponuntur; non ita tamen perſonalis conſtitutio accipienda eſt, vt vni ſolum imponatur obſeruanda, ſed toti communitati, ne aliquis contraueniat prædictæ conſtitutioni, quæ etiamſi immediate ad vnius tantum perſonæ, ſeu familiæ vtilitatem referatur ad bonum etiam commune remote ordinatur. Neque exemplum Caſtrenſis aliud oſtendit Immo Iaſon & Felinus cum reliquis quos adducunt, ſolum aſſerunt ex cauſa iuſta, quæ bonum commune ſaltem remote reſpiciat, poſſe fieri ſtatutum in fauorem ſeu præiudicium certæ perſonæ, ſeu familiæ; quod in ſuapte natura perpetim libenter admittimus: D vt in ſect. 4. latius explicabitur.

Quæ communitas requiratur ad conſtitutionem pro illa faciendam.

SECTIO II.

NOn loquor de communitate hominum naturali, quę potius conuenientia in rationali natura cenſetur, quia hæc per accidens eſt ad obligationem legis naturalis, quæ ſoli Adamo promulgata, eodem modo illum obligabat, ac ſi cum multis pariter in mundo conuiueret; quamuis enim hæc lex naturalis de ſe habeat reſpicere totam na-

turam, vni tantum æque benè promulga-
tur, ſicut in vno tota illius perfectio eſſentia-
lis conſeruatur. Quæſtio procedit de mora-
li myſticaque communitate per coniunctio-
nem in vnum corpus collegii, familiæ, ciui-
tatis, vel prouinciæ: ad cuius reſolutionem
duo ſupponere oportet: primum eſt ad ali-
quam vniuerſitatem ſeu communitatem tres
ad mininum requiri: nam licet ſocietatem
2. duo faciant, ad Collegium tres omnino re-
quiruntur, vt patet ex l. 85. Neratius, ff. de
verbor. ſignific. gloſſ. in cap. 1. de electione,
ſicut populum decem homines conſtituunt,
vt in cap. vnio 10. quæſt. 3. & turbam plures
quam decem aut quindecim ex l. 4. prætor ait,
cuius §. 1. ff. vt bonorum raptor, &c. Neque
obſtat quod in vno conſeruetur Collegium, ſi
reliquis pereuntibus vnus tantum ſuperſit, vt
probatur ex l. 7. ſicut municipum, § in decu-
rionibus, ff. de negot. geſtis: & ratio eſt quia
3. ex illo Philoſophorum veriloquio plura re-
quiruntur ad productionem rei, quàm ad
conſeruationem.

2. Ad communitatem non ſufficere homi-
num multitudinem diſſolutam, ſed requiri vt
aliquo inter ſe fœderis vinculo copulentur?
Vnumque corpus myſticum efficiant, vt
patet ex cap. dilecta, de exceſſ. prælat. iuncta
magiſtrali gloſſ. verb. nec ſint vnum. Et con-
cinit, l. 1. ff. Quodcunque vniuerſitatis, & l.
27. Ciuitas, ff. de reb. credit. quam ſocieta-
tem ſemper in ciuitate omnino Ariſtoteles
requiſiuit: nam lib. 1. & cap. 1. de repub. ait,
omnem ciuitatem ſocietate quadam contineri.
Item lib. 3. cap. 6. *Ciuitas eſt gentium, Vi-
corumque in vita abſoluta, & quæ ſit ſeipſa
contenta communio.* Vnde iam colliges in-
ter communitates aliam eſſe perfectam,
quæ capax eſt politicæ gubernationis & in
ſuo ordine ſe ipſa contenta eſt; qualis eſt
iſta quam Ariſtoteles deſcripſit & D. Thom.
1. 2. quæſt. 90. art. 2. alia imperfecta, quæ
incapax eſt gubernationis politicæ, Verbi
Gratia, priuata domus cui licet præſit pater-
familias, & in ea plures perſonæ ſint, nem-
pe coniuges, filii & ſerui, tamen iſta com-
munitas ſibi ſufficiens non eſt, & perſonæ
quæ in ea congregantur, non ſunt principalia
membra à ſe inuicem independentia, & in
vita abſoluta ad vnum corpus myſticum
componendum coniuncta: ſed alia aliis ſub-
iiciuntur, & aliqua ratione omnes ſub
vnius dominio contenta: ideoque huius
communitatis caput in hos ſuæ familiæ ſub-
ditos poteſtatem non habet iuriſdictionis,
ſed tantum dominatiuam; quæ pro diuerſi-
tate perſonarum, quæ in ea familia conti-
nentur, diuerſa cenſetur. Nam alio modo
ſe habet erga vxorem, alio erga filios, alio
iure ſub ſe coërcet famulos, alio ſeruos,
atque adeo horum membrorum vnio non
conſtituit vnum corpus cum vniformi po-
teſtate & iuriſdictione in membra vnifor-
mi inter ſe vinculo coëuntia, vnamque fictam
perſonam ex ea ſocietate reſultantem con-
ſtituentia; Hinc eſt quod familia maximè
5. differt ab vniuerſitate, quæ eſt communi-
tas perfecta, vt videri poteſt apud Iuriſtas

A ad Rubr. quod cuiuſque vniuerſitatis Ol-
drad. Conſ. 315. circa illud Anchar. conſil.
358. Ex narratis numero 17. Roman. conſil.
400. *Quæritur an ſtatutum*, numero 4.
Barthol. in Extrauag. ad regimen verbo
communitas. Et facile patebit conſideranti,
& diſcurrenti per leges, quæ oſtendunt
quid nomine familiæ in iure intelligatur;
eſt enim vna domus l. 1. §. ſi vir. ff. ad Sil-
lan. eiuſque nomine veniunt omnes qui
ſub eadem claue continentur, l. 17. quid ſit,
de ædil. Edicto. Nempe liberi. l. 40. dete-
ſtatio de verb. ſignific. item omnes in ſer-
uitio ſunt eiuſdem domus l. 25. ædiles, §.
familiæ, l. 31. ſi nolit, §. quod in procura-
B tore de ædilitio edicto. Notandum tamen
eſt non facere communitatem imperfectam
abſolutè eſſe alterius partem; nam licet qua-
tenus eſt membrum alterius communitatis
reſpectiuè imperfecta dicatur, & cum aliis
membris alteram vniuerſitatem, ſeu com-
munitatem conficiat, nihilominus ſi per ſe
ſumpta, eſt ſufficiens ad politicum regimen
abſolutè perfecta dicitur, quod euidens eſt
in qualibet ciuitate, comparatione ſui regni
ſeu prouinciæ. Denique non officit perfe-
ctæ communitati perſonas eſſe loco diſſitas.
Nam ſolum vniuerſitates locales certis terræ
finibus clauduntur. Perſonales enim quales
ſunt religioſorum communitates, item con-
fraternitates, diuerſorum regnorum, na-
tionumque perſonis eiuſdem ſocietatis, vel
C religionis vinculo vnitis in locis licet, maximè
diſtantibus conſtare non repugnat.

His præſuppoſitis noſtra concluſio ſit.
Communitas abſolutè perfecta, licet reſpe- 4.
ctiuè imperfecta, legum, ſeu ſtatutorum
peculiarium capax eſt, non ita tamen com-
munitas abſolutè imperfecta, hæc ſequitur
ex doctrina tradita in duobus præſuppoſitis
expreſsè traditur à Suar lib. 1. de legib. cap.
6. numero 21. & ſequentibus. Salas 12. tract.
14. diſput. 1. ſect. 7. numero 46. cum D.
Thom. 1. 2. quæſtione 90. art. 3. ad 3. Scot.
de iuſt. lib. 5. quæſtione 1. art. in fin. Ra-
tio deſumitur ex dictis: Nam regulæ per-
petuæ communitati præſcriptæ talem de-
bent ſuponere communitatem, quæ ſuffi-
ciens ſit ad ſe conſeruandam; Vnde membris
conſtare debet eodem vniformique ſocieta-
tis vinculo confœderatis, ſucceſſione perpe-
D tua conſtantibus. Nam alioqui communitas
perpetuitatem non habens conſtitutionis
ſuapte natura perpetuæ omnino incapax
eſt, quia iuſtum legitimum, quod conſtitu-
tio illa reſpiceret, cum defectiuum eſſet,
quam non habet perpetuitatem, conſtitu-
tioni dare non valebit: ſed communitas
abſolutè perfecta etiamſi ſit reſpectiuè im-
perfecta, quæ non eſt pars maioris commu-
nitatis, Verbi Gratia, Ciuitas vnius regni,
Collegium vnius ciuitatis, ſufficiens eſt ad
ſe conſeruandum: non ita verò imperfe-
cta abſolutè, qualis eſt particularis domus,
familia, cuius membra ſine vniformi fœde-
re coniuncta mutuum ſibi ad perpetuæ con-
ſeruationis iuuamen præſtare non poſſunt
ergo, &c.

5. Ex hac tamen reſolutione non inferas non poſſe fieri ſtatutum qood ad certam partem ciuitaris dirigatur, illamque tantum obliget eo quod præceptum commune ciuitatis Vniuerſitati ooo eſt, ſed parti, quæ quat. talis, imperfecta cenſetur, & conſequenter incapax ſtatuti perpetui: quam illationem cum Angelo facit Iaſon ad l. 1 ff. de legib. n. 2. verum paulo inferius ex ioxta cauſa tale ſtatutum veram & juſtam eſſe legem docet idem Iaſon nomero 8. & poſſe fieri non eſt dubiom: quia aliquando ſufficiens cauſa & caſus occurrere poteſt, propter quem certa ciuitatis pars, vel certa prouiociæ ciuitas obligetur pet legem, quæ ad alias partes eiuſdem ciuitatis, aliavè oppida eiuſdem prouinciæ non extendatur. Nam ratio ſeruitii, vel iodigentiæ certi loci legem in ea parte vel in eo oppido non in reliquis depoſcet. Vnde quando dico ferri legem pro aliqua communitate perfecta, intelligendum id eſt, pro vniuerſitate tota, ſed noo totaliter, ſed accommodatè iuxta exigentiam conſtitutionis, neqoe enim omnes leges ad omnes perſonarum ſtatos officia; & qualitates ſpectant, quod ex diuerſis illarum titulis in vtroque iure deducitur, vt in ciliot de officio prætoris de tutoribus, de procuratoribus, de ſeruis manumittendis. In canonico de officio iudicis delegati, de regularibus, de hæreticis, &c. ſicut igitur diuerſæ leges pro eadem tota communitate feruntur ſecodùm diuerſitatem perſonarum in officio, io genere in religionis profeſſione vel ſtatu, ita etiam pro ratione locorum diuerſa fieri poſſunt ſtarotapto tota ooo totalitet vniuerſitate promulganda.

Vtrum commune bonum ſit conditio omninò neceſſaria in cauſa finali conſtitutionis.

SECT. III.

1. PArs affirmatiua tam certa eſt quam à ſacræ Theologiæ & vtriuſque iuris doctoribus recepta: eam tradit D. Thom. 1.2. quæſt. 90. artic. 2. ibique Caietan. Med. Canrad. & cæteri Theologi, quos citant & ſequuntor Valent. diſp. 7. quæſt. 1. punct. 2. § 4. & poſtremo Suar. libro 1. de leg. cap. 7. Vaſq. 1. 2. diſp. 151. cap. 2. Salas diſp. 1. ſect. 8. Turrecre. Archidiacon. Geminian. Præpoſ. Sebaſtian Medices & cæteri canoniſtæ in cap. erit autem diſt. 4. Andr. ab Exea cap. 1. de conſtiuut. numero 119. concluſ. 4. teferens Panormitan. Cald. Imol. & Angel. de Clauaſio, & teneor idem Bartol. Bald. Fogoſ. Iaſon. Angel. aliiqoe legiſtæ ad l. 1. ff. de leg. Alex. ad l. 4. ff. de iure iuran. colum. 5. quos cæteri RR. ſequontor. Probatur à D. Thom. quia conſtitutio ſeo lex regula eſt quæ vt rectè humanas operationes dirigat, eas ad duos hominum fines maxime principales & inter ſe ſubotdinatos deducit qui ſunt in politicis humana fœlicitas, in ſpiritualibus æterna beatirudo: ſed neuter ex his finibus in priuato alicuius perſonæ creatæ bono conſiſtit, ergo in communi bono neceſſario conſtituitur; & commoniter ad illud lex humanas dirigit operationes. Minor ſuadetur quia bonum partis, vt pote imperfectum ordinator ad ſuum totum perſiciendum, non vero totum ad partem vt patet ex cap. final. de ſponſal. & cap. quæ contra diſt. 8.

2. idem ſuadetur. Nam poteſtas legiſlatiua vel eſt data immediatè à Deo vt viſitur in poteſtate ſpirituali Petro Chriſti Vicario, eiuſque ſucceſſoribus coocceſſa, vel immediatè ab ipſis hominibus, vt patet in poteſtate ſæculari, & pote temporali; ſed vtroque modo conceſſa eſt hæc poteſtas propter commune bonum; ergo. Et probatur maior de ſpirituali poteſtate euidenter: nam ideò Prælati dicuntur paſtores mioiſtri, & diſpenſatores, quia in paſcendo grege Chriſti, ipſius intentioni io ſuo miniſterio, ac diſpeoſatione debent conformari, ita vt animam prooue deponant, ſicut ille princeps paſtorum ſuam pro omnium hominum ſalute profudit. De temporali etiam patet ad commune bonum datam eſſe, non enim populus in principem tranſtulit poteſtatem legiſlatiuam ad priuatum illius commodum. Vnde optimè Xenophon lib. 3. in memora. Socrat. dixit, *Rex eligitur non vt ſe ſe molliter curet, ſed vt per ipſum ij, qui elegerunt, benè beateque agant*: Ammianus vero Marcellious lib. 25. ait, *nihil aliud imperium ſapientes definiunt, niſi curam alienæ ſalutis.* Iuſtinianuſque l. vnica C. de caducitat. tollend. dixit, *Quod communiter omnibus prodeſt hoc nec priuatæ noſtræ vtilitati præferendum eſſe cenſemus: noſtrum eſſe proprium ſubditorum commodum imperialiter exiſtimantes*, & in hoc Rex à Tyranno diſtinguitur, teſte Ariſtotele 8. Politicorum cap. 10. *Tyrannus ſuum ipſius commodum ſpectat & quærit*; at rex ſubditorum quod diſcrimen multi poſtea tradiderunt, quod refert & ſequitur Anguianus lib. 3. de leg. controuerſ. 1. numero 12. pro quo etiam facit Concil. Toletan. 8. cap. 10.

Verum quia dupliciter huiuſmodi finis intendi poteſt à lege, primò ex intentiooe ferentis legem: 2. ex intrinſeca ordinatione ipſius legis, quæ in eo quo decernit ad communnem vtilitatem ordioatur. Hac eoim ratiooe Theologi cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 141 artic. 6. ad 1. duplicem diſtingount: vna eſt ioteotio operis, altera intentio operantis; quæ poſtrema quamuis extrinſeca ſit, aliquando ab intrinſeca operis intentione non ſeparatur, quando videlicet operans ad eumdem finem actionem dirigit, quem ipſa ſuapte natura reſpicit aliquando verò hæ intentiones ad diuerſos fines diſtrahuntur. Nam vt bene notat D. Thom. citat. *Ædificationis finis eſt domus: ſed ædificatoris finis quandoque eſt lucrum*: Hoc poſito Anguianus vbi ſupra numero 13. citat Bart in l. ambitioſa, ff. de decret. ab ordin. facieod. Archidiac. & Cardioal. Sanxi in cap. erit autem diſt. 4. Couar. io cap. quamuis pactum 2.

1. p. §. 1. num. 16. Nauar. in cap inter verba Coral. 4. num. 298. quos omnes ait in ea eſſe opinione vt credant ſufficere legiſlatoris intentionem vel commune bonum, quamuis lex in illud non ſeratur ad hoc vt eadem lex propter bonum commune eſſe exiſtimetur. Verum ſi Autores in prædictis locis vel nihil de hac re attingunt, vel ſi aliquid delibant, longè alia eſt eorum mens, vt legenti per palam euadet: quicquid enim ſit de his vel aliis Authoribus præſens difficultas hoc modo expedienda.

Quando finis legiſlatoris non coincidit cum fine legis, & intentione ferentis legem non deſumitur ſufficiens ordinatio conſtitutionis ad bonum commune, ſicut ex iniqua legiſlatoris ordinatione recta legis intentio in commune bonum intrinſecè non præuertitur, nec immutatur. hæc reſolutio expreſſa eſt D. Auguſtini ſententia libro 1. de libero arbitrio cap. 5. vbi ait. *Ipſa lex quæ tuendi populi cauſa lata eſt, nullius libidinis argui poteſt: ſi quidem ille qui tulit ſi Dei iuſſu tulit, ideſt quod præcepit æternæ iuſtitia expers omnino libidinis id agere potuit. Si autem ille cum aliqua libidine hoc ſtatuit, non ex eo fit, vt ei legi cum libidine obtemperare neceſſe ſit, quia bona lex & non bono ferri poteſt.* Idem tenet Suarez. libro 1. de legib. cap. 7. numero 9. & Anguian. vbi ſupra Probatur primò, quia ordo legis ſuapte natura vtilis ad bonum commune non tollitur per extrinſecam deordinationem ad malum finem: ergo cum optima legis ordinatione ad vtilitatem communem ſtare poteſt praua regentis & ordinantis intentio cum qua non tenentur conformari, qui obtemperat legi. 2. mala intentio extrinſeca legiſlatoris preciſé ſumpta ſolùm facit illum perſonaliter malè operantem, non à malitia proueniente à lege de ſe mala, ſed à circunſtantia finis ad quem extrinſecè à legiſlatore ordinatur. Exemplis hoc explicatur V. G. in iudicem qui homicidam & latronem ſecundùm leges mortis reum capite damnauit, ex odio particularis perſonæ. Nam licet iſte iudex contrà charitatem peccauerit, tamen ex mala intentione qua actum iuſtitiæ exercuit, non peccauit contrà iuſtitiam: iuſtam enim & ſecundum leges ſententiam tulit; ſimiliter miniſter ſacramenti quando ex praua intentione illud ritè miniſtrat non omittendo aliquid quod ad illus ſubſtantiam ſpectet; ipſius miniſtri peccatum ſacramenti valorem non tollit, ſimiliter ergo legiſlatoris praua intentio ſubſtantialem legis vtilitatem intrinſecam non impedit: cum bono enim legis regimine ſtare poteſt malus regentis affectus.

3. Obiicies. 1. circunſtantia extrinſeci finis mali totum actum vitiat & denominat ſimpliciter malum. Quo ſenſu dixit Ambroſius libro 1. officiorum cap. 30. *Affectus tuus operi tuo nomen imponit.* Chryſoſtom. Homil. 19. imperfecti in Matth. (ſi illius opus eſt) *Voluntatem indicari bonam, vel malam ex propoſito.* Et denique Auguſtin. in præfatione pſalm. 31. *Bonum opus intentio facit.* Quod à fortiori dicetur de malo: ergo voluntas, qua princeps legem ſtatuit, bona iudicari non poteſt, ſi in malum finem ab eo dirigitur, & conſequenter ſufficit deordinatio legislatoris ad hoc, vt lex communem deponat vtilitatem. Reſpondeo tamen primo cum D. Thom. 1.2. quæſt. 19. artic. 7. & qu. 2. de malo ad 2. actum bonum internum non amittere propriam bonitatem, quam ex obiecto ſortitur propter relationem extrinſecam ad malum finem. Et reddit D. Thom. proximè citatus rationem his verbis. *Illud quod conſequitur ſpeciem alicuius, ſemper ineſt ei. Cum ergo actus hominis ſpeciem conſequatur ex ratione obiecti, ſecundum quam eſt bonus, vel malus: actus ſic ſpecificatus in bono nunquam poteſt eſſe malus: nec ſpecificatus in malo vnquam poteſt eſſe bonus, contigit tamen actui ſecundùm ſe bono adiungi aliquem alium actum malum, ſecundum aliquem ordinem, & ſecundum illum actum malum bonus aliquando dicitur maleficari.* Statimque affert exempla eleemoſynæ & actum dilectionis Dei, qui ſi ad inanem gloriam referantur, vitiari cenſentur ex circumſtantia extrinſeca, quia bonum ex quocumque defectu, malum non niſi ex integra cauſa proficiſcitur, vt Dionyſ. lib. 4. de diuin. nomin. part. 4. aſſeuerat. Quamuis ergo voluntas eligens legem bonam & iuſtam, & mala eſſe poſſit extrinſecè, & inutilis perſonalis reſpectu legiſlatoris dirigentis illam in malum finem per alium actum, illam intrinſecè bonam & vtilem conſeruari non repugnat. Reſpondeo 2. quando lex dicitur bona, honeſta & ad commune bonum ordinata intelligitur materialiter, & obiectiuè ſecundum ſe conſiderata, non formaliter comparatione perſonæ inordinatum finem ſibi conſtituentis: quamuis ergo illa voluntas decernens aliquid faciendum intrinſecè aliquam participet malitiam ex fine operantis ab eo formaliter intento, hoc non impedit materialem conuenientiam illius voluntatis cum ſuo obiecto ſeparatam à formali inordinatione legiſlatoris. Vnde licet conſiderando actum in genere moris ſpectari debeat finis operantis ex quo bonitatem, vel malitiam mutuatur, ex l. 40. *Verum* ibi *cauſam enim faciendi*, ff. de furtis, conſiderando tamen naturam actus ab intentione operantis, præciſam ſuam vel conuenientiam, vel diſconuenientiam omnino immutabilem ſortitur; & ſecundum hanc conſtitutio aliqua bono communi conueniens, vel diſconueniens reputatur. Hinc etiam fit vt, quantumuis princeps ordinet ad commune bonum legem illi omnino diſſonam & repugnantem, ſubditi in eo euentu ad legis obſeruantiam non teneantur niſi de hoc dubitauerint, aut detur ſcandalum, quod vitari debeat, vel aliud ſimile incommodum de quo latius infra q. 4. ſect. 4.

Obiicies 2. priuilegia, & diſpenſationes principis erga certas perſonas ſuaptè natura non reſpiciunt commune bonum, ſed priuatum earumdem perſonarum, & ad plurimum ſolum à legiſlatore ad communem vti- 4.

litatem referuntur, teſte D. Thom 1. 2. qu. 97. artic. 4. ad 1. ergo hæ propriè leges non erunt contrà id quod ſuperiori ſectione ſtatuimus. Totum concedit Anguian. lib. 3. controu. 1. num. 14. & n. 21. & ſeq. vbi pro ſua ſententia citat Fortunium Grac. lib. 1. § huius ſtudii, ff. de iuſt. & iur. item Archidiac. ad cap. erit autem diſt. 4. Verum hi Autores non negant, immo admittunt leges propriiſſimas in priuatam vtilitatem immediatè & proximè ordinari: ſed ſolum volunt omnes leges principaliter in commune bonum, tamquam finem vtiliorem, & primo intentum prioritate dignitatis & excellentiæ; bonum enim commune tamquam dignius intenditur, etiam quando priuatum immediatius procuratur. Quamobrem ad argumentum negamus leges perſonales ſeu priuilegia non reſpicere principaliter bonum communitatis: quod enim aliquam immunitatem habeat pars digniſſima, vel aliquam diſpenſationem ad totius commodum principaliter refertur, quia totum in ea parte principaliter honoratur & ita explicari debet Gloſſ. §. vltimo inſtit. de iuſtit. & iur & l. 1. ff. de iuſt. & iur. § huius ſtudii, quæ non aſſerit aliquas leges ſecundario in bonum commune ordinari. Etenim verbum ſecundario non ſignificat minus principaliter, ſed non ita imediatè quia leges aliquæ magis immediatè feruntur in priuatum bonum.

Imo quia negare nequit Chriſtophorus de Anguiano leges propriiſſimas in priuatum bonum obligari immediatè, illud diſtinguit in priuatum quod coincidit cum communi & in priuatum omninò ſeparatum, ſeiunctumque à communi. Et ad hoc 2. priuilegium, non legem ordinari aſſeuerat. ponit exemplum V. G. lucrum, quod ex teſtamento vel donatione perſonæ priuatæ, puta Petro vel Paulo defertur. Verum meo iudicio nullum particulare bonum aſſignari poteſt omnino ſeparatum à communi, neque commune omnino ſeiunctum à particulari, ad quod decretum permanens alicuius communitatis referatur. Nam omne commodum partis neceſſario in totius vtilitatem redundat, cuius illa eſt pars: quis enim negabit ex ſingulorum membrorum præſtantia aptaque proportione totius corporis elegantiam conſurgere? ergo etiam bonum illud ad quod refertur priuilegium certæ perſonæ ad communitatis dignitatem & vtilitatem confert, cuius illa eſt pars. Rurſus commune bonum, etiam ſi ad nullius certæ perſonæ commodum determinetur, ſeu limitetur, ſi tamen bonum eſt communitatis ſingulorum, bonum attingere neceſſe eſt, quatenus totius partes ſunt Non enim minus impoſſibile eſt cōmunitatem hominum eſſe ſine particularibus hominibus, quam commune bonū ſine participatione illius & vtilitate aliquæ particularium perſonarum. Exemplum quod affertur, non eſt ad rem: quia non loquimur de teſtamento, neque de contractu; ſed de conſtitutione perſonali, ſeu priuilegio; quod dicimus eſſe vere legem, quando pro aliqua familia in perpetuum promulgatur reliquaſque habeat legis conditiones: quæ quidem conſtitutio etiamſi in particularis perſonæ vtilitatem ordinetur immediatè principaliter commune bonum reſpicit. Hanc ſententiam ſequitur Felin. in cap. cum omnes de conſtit. num. 6. concluſ. 3. cum Alber Ioan. de platea, Bald. Angel. Ancharan. ab eo citatis Iaſon. in l. 1. ff. de leg. num. 9 aliiſque ibidem.

Vtrùm cum præiudicio odioque perſonæ particularis lex propter commune bonum ſuſtineatur.

SECT. IV.

NEutiquam ſuſtineri legem in particularis perſonæ odium latam, etiamſi bonum commune reſpiciat, ſequitur manifeſtè Ancharan. conſil. 155. cuius meminit in cap. 1. de conſtitut. quæſt. 11. verſic. ego quæro in q. & Gaſp. de Calderin. conſil. 12. n. 4. Colleg. Bonon. conſil. 13. poſt med. verſ. Nec obſtant quæ duo Concilia referunt & ſequuntur Alex. conſil. 211. ad finem libro 2. Socc. conſil. 272. numero 8. libro 2. Ripa lib. 1. reſponſ. cap. 11. numero 4. Felin. in cap. Eccleſ. ſanct. Mar. de conſtit. num. 104. Abb. in reper. eiuſd. cap. numero 31. Caccialup. in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. num. 94. Iaſon. in l. ciuitas, ff. de reb. creditis numero 10. & in l. 1. num. 8. ad finem, ff. de leg. Roland. conſil. 22. num. 19. lib. 2. Roman. conſil 151. numero 3. Couar. regul. poſſeſſor par. 2. § 4. n. 8. Et videtur ſententia communiſſima. 1.

Probatur 1. à veriloquio iuriſtarum ab iniquitate legis appellari non poſſe, vt ſentit Bartol. in l. omnes populi citat, numero 53. & l. final. numero 3. ff. de appella recip. Bal. proœmi. ff. numero 11 & patet ex l. 244. ſi qua pœna, ff. de verbor. ſignificat. cum Gloſ. ibidem verbo de pœna n. 3. ſed ſi fiat ſtatutum in odium certæ perſonæ, ab eo poteſt appellari per l. 1. §. ſolent, ff. quando appell. ſit l. 1. & l. 5. qui grauatos C. de cenſib. lib. 11. l. 17. ſi priuatus, ff. qui & à quib. & tenent Angel. & Alex. in l. 2. ff. quod quiſque iur Caccialup. in l. omnes populi num. 170. Decius in cap. conſuluit 3. n. 4. de appellat. Alex. conſ. 190. num. 14. lib. 2. Iaſon. conſ. 161. ad finem lib. 2. Bertrand. conſil. 1. dub. 7. numero 25. par. lib. 3. Rip. reſp. lib. 1. cap. 9. n. 8. & cap. 22. n 4 Crauet. de antiq. tempor. par 4. ſect. vltim. n. 22. & alii, ergo lex in odium particularis perſonæ inualida erit, & minimè toleranda etiamſi generabilibus terminis proferantur: ſi enim oſtendatur quod termini generales ad certam perſonam limitentur in cuius odium ſtatutum fertur, contrà illud opponi poteſt exceptio doli per illuſtrem l. 3. §. vltimo, ff. de except. doli cum Gloſ. ibidem cuius rationem optim.im aſſignat. Dec. in c. cum omnes de conſtitut. in 2. lectura notab. 4. Nam princeps faciens ſtatutum in tertii præiudicium præſumitur circumuentus & 2.

male informatus, cum eius intentio non ſit A tertio præindicare per cap. ſuper eo de offic. deleg. & l. 2. prætor ait § ſiquis à principe, ff ne quid in loc public. & à mala informatione principis prouocatio datur per l. 1. §. quæſitum, ff de appellat. & l.1.ff. quando appell. ſit: & tenent Roman. in conſil. 521. num. 1. Soccin. conſ 191. lib. 2. Marſil. in l. vnica numeto 159. C de appell Decius in cap. intimaſti, colum. vltima de appellat. & denique Grammat. deciſ. 35 num. 3. aliique ab eodem telati.

3. 2. Idem ſuadetur, quia verba conſtitutionis debent eſſe generalia, non ſolom in ſignificatu, ſed etiam in effectu, ſed vt docet Bald in cap. cum ordinem, de reſcriptionibus poſt Ioannem Monachum ab eo B citatum, verba legis generalia dici poſſunt quando non verificantur, niſi in vno indiuiduo, vel in duobus, vel in tribus. Nam etiamſi de vno loquuntur DD. intelligendi ſunt non taxatiuè: ſed exemplificatiuè vnde multi ex citatis DD. loquuntur in numero plurali, vt Claud. in l. 1 numero 3. Iaſon. num. 6. ff. de leg. Beto in cap. cum omnes de Conſtitut. num. 13. *Ibi contrà vnum vel plures* Roland. conſil 99. num. 11. lib Rip. Craoet & alii ſupra citati: ergo nulla ratione ſuſtineri debet lex contrà priuatam perſonam, vel priuatas perſonas lata. Confir-

4. matur 1. ex optima regula Anchar ſuprà citati V G Non tam attendendas eſſe perſonas ad quas leges diriguntur, quam illas, C ad quas legum effectus porriguntur ex illuſtri l. 77. cum patet, §. donationis, ff. de legat. 2. ibi *Non enim quæri oportet cum quo de ſupremis quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur.* Quæ ſane regula magni facienda eſt in hac noſtra diſp. de cauſa finali conſtitutionem, & memori mente retinenda; ergo cum in effectu lex illa in præiudiciũm alicuius, vel aliquarum perſonarum lata ad has tantum perſonas io effectu reſtringantur, vt omnino inutilis reiicienda. Confirmatur 2. licet ſtatutum generale cogens affines, vel coniunctos ad compromittendum valeat, ſi certam tamen io particulari perſonam cogat ad compromittendum, non ſubſiſtit argum l. 6. totiens, §.

5. ſi cui, ff. de pollicitation. & ſequitur Bald. in 1. conſtitutione codic §. quibus in fine; D ergo conſtitutio in certæ perſonæ præiudicium non valet, eique non ſolum per appellationem, ſed per contradictionem reſiſtitur, vt poſt Vincent tradit Ioan Andr. in capite cum omnes, colum. 2. ad fin. Abb. ibidem numero 2 in 3. notab. Imol numero 19. Felin. num. 2. Decius numero 5. Mantic. numero 12. Barbat. oumero 24. in fin. Bartol. poſt Dynum in lege, vltima numero tertio, ff de appellat. recip. Caccialup. in d. l. omnes populi, num 170.

6. Nihilominus tamen dicendum exiſtimo. ex rationabili cauſa, qualis eſt commune bonum conſtitutionem validam & bonam in certæ perſonæ præiudicium ferri poſſe. Exempli gratia, ſi in aliqua communicate eſt vna vel altera perſona quæ magna frumenti copia abundet, alii eius communitatis niſi ad ſuæ familiæ annuam ſuſtentationem cum plurimum triticum colligant in eo caſu ſi communitas ſtatutum faciat, ne quis granum extrahat ab eiuſdem communitatis territorio, validum erit, & iuſtum; licet non ſine aliquarum perſonarum præiudicio promulgetur. Hanc ſententiam tenent expreſsè Bald in l. 1. ff. de legib in princip Fugoſ. ibidem nu. 1. Iaſon num. 9. Claud numero 4. 10. & 11. Angel. in l impetrata C. ſententiam reſcindi non poſſe; vbi teſtatur ſea DD ita conſuluiſſe, & plures tearus adducens Butr. in cap cum omnes de conſtitut. numero 21. Imol ibidem numero. 20. Felin. numero 2. multos referens Bert. ad rubr. de conſtit. n 38. Dec in cap conſuluit 3. de appella. numero 5 Ferdin. Loal in l. filiusfamilias, §. Diui, numero 146. ff de legat 1. Curt. conſil 129. numero 11. Roland. conſ 99 n. 40. & ſequent. Bald. conſ. 404. libro 5. per totum maxime in fine; Alex conſil. 190. citato vbi AA contrarium opinantes declarat eos non loqui in cauſa publicæ vtilitatis Tuſch. verbo ſtatutum concluſione 4 0. numero 8 & ſequ. Vaſq 12. diſp. 151. cap. 3. numero 11. Suar. lib 1 de leg cap. 7. numero 16, vbi hanc quæſtionem leuiter tetigit Anguian tract. de leg. lib 3 controu. 2. numero 18. & ſequent. adducens varia Gloſſæ loca.

Probatur 1. ex cap. ſcias 7. quæſt. 1. ibi *Plurimorum vtilitas vnius vtilitati aut voluntati præferenda eſt*, concordatque l. 65. Actione §. Labeo, ff pro ſocio ibi, *ſemper enim non id, quod priuatim inter eſt vnius ex ſocijs, ſeruari ſolet, ſed quod ſocietati expedit.* Gloſſ. ibidem & in l ff ſolut matrim. cum Dyn. & Bart. ibidem. Vnde prima formatur ratio, quia ſtatutum quod ſecundùm ſe bonum commune importat, etiamſi hoc non ſine, partis præiudicio eueniat, conſeruatio totius partis conſeruationi praualet, quod exemplo manus oſtenditur, quæ ad tuendum caput vnde totius conſeruatio dependet, ſe ictibus ſolet obiicere 2. ea l. 14. venditor, ſi conſtat, ff communia prædior. & vbi ob conſuetudinem loci dominus prædii ſoluto pretio cogitur ſinere lapides erui ex lapidicina in ipſius prædio ſita, quia vero ſtatutum conſuetudini æquiparatur, notat Bartol. ad citatum, §. ſi conſtat; per conſuetudinem vel ſtatutum poſſe aliquem cogi ad vendendum res ſuas: ratio eſt quia publica vtilitas, quæ conſuetudinem rationabilem fecit, etiam iuſtam ſtatuti cauſam dedit. Addit vero Bart. ſtatutum generaliter fieri debere, nempe per generalia verba non ſpeciatim contrà aliquos: & probat ex l. final. ſi ad l. Iuliam, de annona l. nemo C de Iudæis l. item verberatum ff. de rei vendica. & l. 2. C. de Epiſc. audien. & ratio eſt ne videatur potius intendi particularium perſonarum detrimentum, quam communitatis emolumentum; hoc tamen non tollit, poſſe aliquando in vtilitatem communem nomen perſonæ in ſtatuto, vel lege aſſignari, in cuius odium lex conſtituitur vt patet ex l. 6, damnato C. de hæreticis, vbi

in odium Neſtorii ſtatuitur vt omnes ſectæ Neſtorianæ homines Neſtorii Symoniani vocentur. Etenim ipſa hæretici hominis, nominiſque infamia in Chriſtianæ Eccleſiæ authoritatem vtilitatemque vertebatur.

Hinc ad argumenta in oppoſitum facilis eſt reſponſio: nam Autores in oppoſitum adducti maiori ex parte loquuntur de ſtatuto quod directè in certæ perſonæ præiudicium ſine rationabili cauſa, qualis eſt communis vtilitas, verteretur; quomodo eos declarauit Alex. citatus ad 1. ergo neganda eſt
7. maior quando cauſa appellationis non eſt friuola: nam ſi rationabilis ſit, & bene fundata poſſe ab iniquitate ſtatuti non modo appellari, ſed etiam querelari, & de nullitate actus agi docent communiter canoniſtæ cum Abbate in cap. cum omnes de conſtitut. notab. 5. ita Andreas ab Exea ibidem numero 87. Burgoſ. numero 85. & ita exponi debent textus in oppoſitum adducti; adducunt tamen ſupradicti Auctores alia in huiuſmodi appellatione vel querela obſeruanda de quibus diſputat. vltima dicendum, vbi agendum qua ratione impediri poſſit obligationis effectus à lege inducendus, vbi hæc impedimenta latius explicabo vt in proprio luco. Ad minorem ſimiliter dicimus non habere locum appellationem, quando ſtatutum ex rationabili cauſa communis vtilitatis contrà certam perſonam efficitur. Dum omnino tamen vtilitas communis clara ſit & manifeſta, non dubia: & talis credendus eſt ille caſus de quo agit Iaſon. conſil. 120. in 4. par. ad finem vbi reſoluit collegium medicorum in ſtatuto, quod fecit ne in eo niſi ciues admitterentur contrà priuatam perſonam, paulo ante præſentatam, motum eſſe; ad eam conſtitutionem faciendam: potiuſque ad præſentati odium, quàm ad Collegii commodum ſtatutum illud ordinari.

Ad 2. Reſpondeo diſtringuendo maiorem, & ſi velit conſtitutionem aliquam effectum generalem habituram, concedenda eſt: omnis enim conſtitutio hunc effectum habere debet generalem, nempe commune bonum quod intendit, item omnes ligare quantum illa exigit & ad ſui obſeruationem compellere: neque obſtat commune bonum eſſe cauſam finalem conſtitutionis, & pariter effectum: nam ſanitas artis medicæ finis & effectus eſſe oſetur. Si vero maior ſignificet omnem conſtitutionem æquè ad omnes perſonas generaliter pertinere; neque in alicuius præiudicium cedere, ex quo commune bonum ab ea intentum promanat, neganda eſt, quia oppoſitum oſtendimus ex l. 6. damnato C. de hæretic. & oſtendit Iaſon citat. ad l. 1. ff. de leg per l. 6. amiſſione, § deficiuot, ff. de cap. minut. Notandum tamen eſt hoc commune bonum quando ex alicuius præiudicio oritur, vt iuſtum æquumque ſit, aliquem commu-
8. nis boni neceſſitatem ſecum inuoluere debere. Nam ſine vrgenti neceſſitate communi, cum præiudicio certæ perſonæ, bona communitatis augere manifeſta iniuſtitia eſt. Et hoc modo procedit conſilium Petri de Ancha-

A ran. initio ſectionis citati de tributo impoſito à magiſtratibus Spoletanis, vt omnis qui ad molendum extra ciuitatem exiret, ad portam certum quid ſolueret: niſi ad molendina ciuitatis iret. Nam hoc ſtatutum etiamſi verbis generalibus in ſignificatu, & in effectu proferatur; atque in communem ciuitatis vtilitatem ſit, tamen hæc vtilitas ſine neceſſitate in præiudicium Epiſcopi Spoletani cedebat, & ex illius detrimento ciuitas ſuum emolumentum comparabat. Nam cum Epiſcopus molendina haberet extra ciuitatem ex largitione Regis Vngariæ donata, illo ſtatuto nil aliud ciuitas intendebat, quàm vt ab illius molendinis ad molendina ciuitatis ſtru-
B mentum diuerteretur; quod omnibus ferè citatis Auctoribus pro prima ſententia manifeſta videtur iniuſtitia: & in hanc partem tanquam magis communem inclinat deciſ. 50. n. 14. p. 2. in nouiſſimis ſuper cauſa Bononien. iuris Macinandi decima nona aprilis 1577. ad fauorem dominorum de Sancto Petro iudicata.

Vtrum idem bonum eumdemque finem ciuile ius ac canonicum reſpiciat.

SECTIO V.

QVia finis per ſuam bonitatem mouet, ideoque finem & bonum idem eſſe ſup- 1.
C ponit Ariſtoteles 2. Phyſic. cap. 3. text. 31. & 1. Ethic cap. 1. & fælicitas hominis commune bonum cenſentur & finis vltimus, ideo de bono communi ſimul, & fine vltimo, & principali vtriuſque iuris vna eademque quæſtio excitatur. Vt ergo difficultatis punctum clarius innoreſcat duo tamquam certa ſuppuno. 1. ius ciuile quatenus egreditur à ſæculari poteſtate à naturalique tantum lumine rationis deducitur, fælicitatem ſupernaturalem tum vitæ præſentis tum futuræ tanquam finem intendere nequit. Nam huius vitæ beatitudo ſupernaturalis præcipuè in charitate ſupernaturalique Dei amore cum aliarum virtutum exercitio conſiſtit, vt eum canon. docet Vaſq. 1. 2. diſp. 12. cap. 3. numero 13. Salas poſt alios tract. 2. diſp. 2. ſect. 6. numero, 62. iuxta illud Pauli 1. ad Timo-
D theum 1. numero 5. *Finis præcepti charitas de corde puro, & de conſcientia bona & fide non ficta.* Alterius verò vitæ fælicitas in clara Dei viſione vel eiuſmodi dilectione ſupernaturali, iuxta diuerſas Theologorum opiniones in 4. diſtinct. 49. & 12. quæſt. 3. & 4. ſita eſt, ſed nulla ex his beatitudinib naturali tantum lumine poteſt cognoſci: ergo neque intendi. Nam agens per intellectum non intendit finem ignotum, neque à bono allicitur, quod neſcit. Voluntas enim vti cæca, non niſi præuia boni repræſentati cognitione ad operandum mouetur. Deinde poteſtas regiminis ſæcularis à qua ius ciuile emanat, naturali ratione ducta eſt natural & naturaliter à Deo data, ergo non poteſt ... dere niſi tantum finem naturalem, ne extra ſuæ iuriſdictionis limites egrediatur.

2. Poteſtas legiſlatiua ciuilis ſecundum
2. ſe conſiderata in ſtatu pure naturali non habet pro intrinſeco fine per ſe principaliter intento fœlicitatem naturalem vitæ futuræ, immo neque præſentis, prout ad ſigulas perſonas pertinet, ſed quatenus membra ſunt communitatis: cuius fœlicitatem ipſa per ſe primò intendit. Vt ſcilicet ea communitas in pace & iuſtitia permaneat, eaque bonorum affluentia abundet, quæ ad illius felicem conſeruationem requiritur. Eſt manifeſta ſententia Ariſtotelis libro 5. Ethicor. capite 1. vbi ait *Ea iuſta dicimus, quæ felicitatem, eiuſque partes ciuili ſocietati & efficiunt & conſeruant*. Iuſta vocat Philoſophus legitima iuris obiecta. Idem docuit D. Thom. multis in locis 1. 2. præſertim quæſt. 95. artic. 1. & 4. quæſt. 96. artic. 2. & 3. & quæſt. 99. art. 3. vbi ſæpiſſimè inculcat humanæ legis finem eſſe fœlicitatem, & commune reipublicæ bonum, quo in pace, iuſtitia morum probitate, bonorum affluentia conſeruetur. Et quamuis in explicandi modo Autores differant, in re idem ſentiunt communiter. Nam Benedictus Bonius in tract. de cenſib. numero 1. huius iuris Cæſarei finem in reipublicæ recta gubernatione, ciuilique politia conſtituit Petr. Lanauderius tract. de priuileg. Doctorum numero 163 in bono publico Ioan. Coraſ. tract de iure ciuili in artic. redig. cap. 21. ad finem in iuſtitiæ protectione legitimaque in rebus & cauſis ciuium conſeruatione collocaui. Qui omnes naturalem fœlicitatem reipublicę & commune bonum per certa aliqua bona explicarunt.

Probatur hoc ſecundum præſuppoſitum. Poteſtas condendi ciuiles leges quæ reſultat ex corpore myſtico communitatis moraliter vnitæ, & in ſe ordinatæ cum recta partium membrorum diſpoſitione, eſt veluti quædam proprietas ſeu naturalis facultas ad bonum eiuſdem communitatis ordinata: ſed bonum huius corporis terminos huius vitæ non tranſilit; ergo hæc eadem poteſtas ſuis legibus vltra huius vitæ bonum extendi nequit: atque adeo alterius vitæ fœlicitatem per ſe non intendit, & præterea cum in ſingulis membris non ſit hæc poteſtas naturalis, ſed ex toto corpore oriatur, neque per ſe primo fœlicitatem etiam huius vitæ ad particulares perſonas pertinentem intendit: ſed principaliter & pro totius corporis felicem ſtatum, & ſecundario partium ipſius, quatenus membra ſunt, ex quibus tota communitas coaleſcit. In tantum igitur priuatam membrorum vtilitatem fœlicitatemque procurat, in quantum ad commune bonum inſeruit, in quo tamquam in ſuo fine principali, & vltimo conquieſcit. Confirmatur. Ad naturalem felicitatem vniuſcuiuſque hominis, vt eſt particularis perſona vltra illam poteſtatem politicam communi bono neceſſariam, requiritur morum integritas cum debito ordine ad Deum, quantum naturali rationis lumine agnoſci poteſt: hæc verò integritas non in ſolis actibus cernitur externis, ſed maximè in internis, quos ciuilis poteſtas parum curat, & ad illos dirigendos impotens & inefficax eſt,

A ergo per ſe non intendit hæc poteſtas legiſlatiua naturalem fælicitatem, quæ ad ſingulas perſonas pertinet.

His poſitis, tota difficultas eſt vtrum ciuilis poteſtas, prout in Chriſtiano principe reperitur, eamdem felicitatem æternam, quam canonica tanquam finem intendat ad quem vtrumque ius vti ad proprium & principalem finem referatur. In quo ſenſu partem quæſtionis affirmantem tuetur Fortunius Garcia de vltimo fine iuris Canon. & ciuilis numero 3. 6. 8. & ſequent. vt illum expoſuit Nauarr. de finib. human. actuum, numero 29. ad finem. Et conciliat illius ſententiam cum communi opinionē quæ oppoſitum tenet. Nimirum ius ciuile dirigere hominem in bonum publicum honeſtum, non curando animæ vtilitatem, ſeu moralem integritatem
B ius verò Canonicum dirigere hominem in vtilitatem animæ, vitando eius periculum, iuxta cap. 2. de conſtitut. in 6. ibi vt animarum periculis caueatur, vt ibidem notat Domin. Et ſequitur Abb. in proœmio Gregor. col. 10. poſt Cardinalem: hanc ergo communem ſententiam explicat Nauarr. ſpectato iure ciuili ſecundùm ſe, non prout ab Imperatore Chriſtiano in æternam dirigitur felicitatem: idem tamen Nauarr. in relectione cap. Nouit de iudiciis notab. 3 num. 90. ſententiam Fortunii abſolutè reiecit, & ſuam hac in re mentem expoſuit; quem locum, vt credo, Suares non vidit, quia in lib. 3 de leg. cap 11. vbi hanc difficultatem tetigit Nauarr. in hoc loco non citauit, immo de illius ſententia maximè dubitauit: meam
C ego duplici aſſertione expono.

Prima ius ciuile per extrinſecam directionem principis Chriſtiani: immo & intrinſecè per 4.
conſortium vel auxilium iuris Canonici cum quo coniungitur, & à quo vt ſic dicam canonizatur, felicitatem ſupernaturalem huius, vitæ, & futuræ reſpicere poteſt. Ita interpretor ſententiam Nauarr. in priori loco citati cum Suar. vbi ſupra num. 11. quamuis hic Doctor cum illo expoſtulet, quia ad ſuam ſententiam confirmandam leges Codicis adduxerit, in materia ſpirituali, & ad æternam felicitatem ordinatas, quæ, vt ipſe ait vel nunquam leges fuerunt, vel ſi fuiſſent veræ leges, ſolum pontificia authoritate nitebātur. At Suar. expoſtulationi locus non eſt, ſi Na-
D uarr. opinio in priori loco declarata in ſenſu noſtræ concluſionis exponatur. Nam leges à Nauarr. citatæ ſunt. Inſcriptio ff & Cod In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti: Item l. 1. & 2. & l. inter claras cum his, quæ ei inſeruntur ex epiſtola Iuſtiniani de ſumma Trinitat. & Deinde tituli de Epiſcopis & Cleric. Item de Epiſcopis audient, & ſimiles, quas negare eſſe veras ſanctiones, nullus ſane iuris Canonici fauor eſt. Nam idem Suar lib. 4. cap. 11. fatetur poteſtatem eccleſiaſticam in ſui auxilium brachij ſæcularis potentiam inuocare, illiuſque conſortio vti in ſpiritualis iuriſdictionis exercitio. & manifeſtè habetur in cap. 1. de nou. oper. nunciat. ibi *ſicut leges non dedignantur ſacros Canones imitari, ita & ſacrorum ſtatuta Canonum principium conſtitutio-*

conſtitutionibus adiuuantur, & cap. 1. de ſen-
tent. & re iudica. *Sententia contra leges,
Canonesve prolata, licet non ſit appellatione
ſuſpenſa, non poteſt tamen ſubſiſtere ipſo iure*
5. cap. vbi non eſt de deſponſar. impub. cap.
cum nobis ad homine de Iudic. & aliis. Con-
ſtat igitur ius canonicum à ciuili adiuuari, vel
per generalem regulam quod leges ciuiles ob-
ſeruentur in foro canonico vbi canones nil
diſponunt, & illæ Eccleſiaſtico vſui accom-
modatæ ſint, vel per ſpecialem legum aliqua-
rum approbationem, ſeu canonizationem, vt
in cap. 1. & 2. de cauſ. poſſeſſ. & cap. in pri-
mis §. glorioſus 2. q. 1. ita aduertit gloſ. ver-
bo *capitali* ibid. Ad huiuſmodi verò appro-
bationem non ſatis eſt legem aliquam ciuilem
eſſe in decreto authentico Gratiani, quia ille
non habuit iuriſdictionem, vt vim legi ciuili
conferret; ſed neceſſe eſt, vt authoritate
Pontificis ſit approbata, ita Abb. in cap. vt
ſuper eo primo de teſtibus numero 4. ibidem
Felin. num. 3. & in cap. 2. de reſcript. num.
29. & 43. Ripa ibidem num. 30. Rebuff. in
tract. nomination. quæſt. 5. num. 15. Gutier.
lib. 1. canonic. quæſt. cap. 21. num 32. & ſeq.
vbi alios refert Baptiſta de ſancto Blaſio in
repet. in rubr. decreti num. 8. & ſequent.
cum aliis; Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 18.
num. 21. Sebaſtian. Medices de legib. prima
part. quæſt. 3. num. 9. Menoc. de adipiſcend.
poſſeſſ. remed. 4. num. 842.

Hinc probatur aſſertio quia Princeps Chri-
ſtianus leges ſuas in fœlicitatem æternam
ſuorum ſubditorum dirigere poteſt, immo
etiam debet eas in ſupernaturalem finem
referre, vt ſtudioſè & meritoriè apud Deum
operetur. Quamobrem D. Auguſt. de Ciui-
tate Dei libro 5. cap. 24. Principes illos fe-
lices dicit, *ſi ſuam poteſtatem ad Dei cul-
tum maximè dilatandum maieſtati eius fa-
mulam faciunt*, ergo ius ciuile in ſupernatura-
lem finem dirigi poteſt à Chriſtiano legiſla-
tore; præſertim, quando illud eſt in fauorem
animæ, Eccleſiæ authoritatem, de conſenſu
ſummi Pontificis tacito, vel expreſſo. Quæ
directio ciuilis iuris non ſolum eſt extrinſeca,
ex parte legiſlatoris; ſed etiam intrinſeca ex
parte legis, quando ſæcularis poteſtas cum
Eccleſiaſtica coniungitur, vel in adiutorium
euocatur, vt videre eſt in principio naſcentis
Eccleſiæ, cùm illius authoritas, & ſpiritualis
poteſtas tyrannorum perſequutionibus pre-
meretur: tunc enim illa æqui bonique con-
ſulebat tales leges fieri à principe, Imperato-
reque Chriſtiano, quales ſummus Pontifex in
fidei Chriſtianæ augmentum, & ſanctæ Ec-
cleſiæ immunitatem decerni voluiſſet: Cum-
que per ſe tantum ad illarum obſeruationem
populos cogere nequiuiſſet, neque ſua libe-
ra vti poteſtate, in auxilium, & conſortium
Chriſtianos principes euocabat. Et quemad-
modum in cauſis Phyſicis vna cauſa ignobi-
lior in natura & in ordine concurrens cum
altera nobiliori eleuatur ad productionem
effectus ſupra ſuam naturam: Verbi Gratia
phantaſma corporeum eleuatum ab intellectu
agente ad productionem ſpeciei intelligibilis
ſpiritualis concurrit: Et intellectus cum lumi-

A ne Gloriæ viſionem Dei elicit ſupernaturalem:
Ita in moralibus poteſtas ſæcularis in Chri-
ſtiano Principe concurrens cum Eccleſiaſtica,
ab illaque in conſortium aſſumpta eleuatur ad
faciendum ius, quod in finem ſupernatura-
lem refertur, non modò per extrinſecam di-
rectionem; ſed per ſuam naturam, quia ſem-
per in Eccleſiaſtica poteſtate tanquam in
principali cauſa fundatur, quæ ſæcularem in
ſui conſortium & auxilium ſæpè euocauit, vt
egregie Leo Pontifex epiſt. 75. ad Leonem
Auguſtum ſcribens declarauit. *Debes incun-
ctanter aduertere regiam poteſtatem tibi non
ſolum ad mundi regimen, ſed ad Eccleſiæ præ-
ſidium eſſe collatam.*

Secunda Aſſertio: Ius ciuile prout à ſola po- 6.
teſtate ſæculari dimanat, etiamſi à principe
Chriſtiano extrinſecè ad ſupernaturalem fi-
B nem dirigatur, ſemper in ſe & per ſe ſump-
tum diuerſum habet finem à iure canonico:
hæc eſt communis iuxta doctrinam Nauarr.
poſteriori loco citatam & ſecundùm mentem
Authorum quos pro ſecundo præſuppoſito
retulimus, traditur à DD. cum gloſſ. verb. de-
bent in cap. cum contingat de iureiurand.
cap. final. de præſcript. cap. licet de iureiu-
rand. in 6. & ſimilib. Et tuentur Cardetin.
atque Panormitan. in proœmio Gregor. Andr.
Sic. in cap. In præſentia colum. 3. de probat.
Item alii citati à Nauarr. de finib. human. act.
notab. 3. num. 29. §. eſt item alia. Accedunt
Theologi cum D. Thom. 1.2. quæſt. 99. artic.
3. & lib. 1. de regimine principis, cap. 14. Suares
ſupra relatus num. 6. & ſequent. Probat Mi-
chael Vlcurun. in tract. da regimin. mundi
quæſt. 1. n. 3. 8. & 18. in cap. Quoniam diſt.
C 10. cap. cum ad verum diſt. 96. Ratio eſt quia
ius canonicum reſpicit bonum animæ ſuper-
naturalemque fœlicitatem, tum præſentis, tum
æternæ vitæ non ita tamen ius ciuile per ſe &
in ſe conſideratum: quod ita probo. Nam ius
ciuile per extrinſecam directionem Chriſtiani
Principis cum à ſola poteſtate ſæculari egre-
diatur, quæ naturalis & temporalis eſt, non
mutat naturam ſuam, neque canonizatur, aut
euehitur ad ſtatum altioris ordinis, quàm ſit
poteſtas à qua procedit, ergo cum iſta eadem
ſit in principe Ethnico & Chriſtiano; & in
hoc etiam diuerſemode ſe habente eadem ſic
dirigendo, vel non dirigendo leges ſuas ad fi-
nem ſupernaturalem; ſequitur, quòd ſi illa
ex ſe non refertur in fœlicitatem æternam,
D neque ad ſupernaturalem huius vitæ beati-
tudinem per extrinſecam principis directio-
nem, illam in ſe habitudinem intrinſecè non
conſequi: ſed Canonicum ius ab ſpeciali po-
teſtate in ſupernaturalem finem ordinata di-
manet: vt ſexta diſputatione oſtendemus,
ergo ius Canonicum ad illum finem ſimiliter
per ſe ordinatur, atque adeò diuerſum habet
finem, atque ius ciuile ſecundum ſe ſumptum.
Magis confirmabitur hæc doctrina ex infra
dicendis diſp. ſequenti de diuerſitate mate-
riæ vtriuſque iuris quæſt. 1. ſect. vltima.

Quæ claritas, vtilitas & conuenientia temporis, & loci in conſtitutione requiratur.

QVÆSTIO II.

SI quidem ab vltima conditione, vt pote
communiſſima, ex iis quas Gratianus in
cauſa finali Conſtitutionis exigit, initium
fecimus ad eas quæ proximè inuerſo ordi-
ne ſequuntur, gradum faciemus Et tres in
hac quæſtione expendemus, & in prima
ſectione de claritate & vtilitate, in ſecunda &
tertia de conoeniétia temporis: quod verò at-
tinet ad loci conuenientiam nihil peculiare
dicendum occurrit, hoc ſolum monemus in
hac re vtendum foro, & ſcænæ ſeruiendum;
nam ei qui verbi gratia in Eccleſiaſtico foro
ſæcularem legem illi minus conuenientem
inuexerit, merito illud Horatianum dixerim
in art Poët. in princip. *Sed nunc non erat
hic locus & fortaſſe cupreſſum ſcis ſimulare*,
cùm foro non vtatur.

Quomodo tamen lex locum reſpiciat dice-
mus in diſputatione vltima, cum de effectu
legis agentes, quando, & quas perſonas le-
ges loci obligent, oſtendemus.

Quam clara eſſe debeat conſtitutio, & quid in obſcura faciendum.

SECT. I.

QVod attinet ad legis claritatem Fortuna-
tianus 2. Rhetoricorũ tredecim inquirẽ-
da eſſe, in qualibet lege roganda aſſeueret, ab
1. hac conditiore exorditur. *Primò*, inquit, *cum
verba ſcripti excutimus, id eſt, cum quærimus
an obſcura ſit lex, an minus plana* Iſocrates in
Panathenaico idem cõmendat. *Leges ſint co
gnitu faciles*, Demoſthenes aduerſus Leprinẽ
monet leges pauciſſimas, ſimplices, perſpicuas
omnibuſque manifeſtas eſſe debere. Sed fa-
ceſſant Ethnicorum monita, humana diuinis
cedant oracula. Nam Dominus ad Moyſen
Deuter. 17 ſic ait, *Deſcribe omnia verba legis
huius planè, & lucide*. In Hebræo eſt in illis
verbis planè & lucide, *explicando bene*; Ideo
que ſimiliter vertit Onchelus, *explicando pul-
chrè*. Vbi Hieronymus Oleaſt in legiſlatores
vertitur, vt à Domino exemplum capiant,
Pulchrè, ait, *locus iſte docet legislatores non
confuſè, neque obſcurè, & apertè leges & ſta-
tuta ſua populo proponere*, & nec diſſimile
credit Vgo Victor. in hoc loco, illud quod
Abacuc 2. Deus iuſſit *ſcribe viſum. Et explana
eum ſuper tabulas, vt percurrat qui legerit
eum*. Et literalis expoſitio eſt, vt tam per-
ſpicuè viſionem ſcriberet, vt à quouis etiam
non admodum perito ſine hæſitatione legere-
tur, ideoque teſte Hieronymo hîc illam vi-
ſionem nullis ænigmatum figuris prophetarũ
more, ſed grandioribus literis voluit explana-
ri. Et cum Dominus vellet vt viſio perſpicuè
A proponeret ſuper tabulas, imperat exarari, nõ
in charta (vt exponit Gaſpar Sanchez hîc nu-
mero 19.) quæ aliquando plicatur, & quod
exaratum eſt, inuoluit & celat, ob eamdem-
què rationem addit idem auctor in more po-
ſitum fuiſſe apud antiquos, vt decreta publica
in locis frequentiſſimis quo omnibus mani-
feſtaria euaderent, in tabulis ſolita ſuſ-
pendi.

At ſi qua obſcuritas præter opinionem 2.
legi obrepat, quid faciendum ſit, duæ iuris
Pontificij regulæ monent. Prima eſt 11. de re-
gul iuris 10 6. *cum ſunt partium iura obſcura,
reo fauendum potius quam actori*. Quæ ſum-
pta eſt l 16. fauorabiliores ff. eod tit. *fauora-
biliores rei quàm actores habentur*. Et pro-
B batur per textus notatos in prædictis regulis.
Rationem redit Decius, ad hanc regulam ci-
uilis iuris numero 2. quia officium Iudicis
magis exuberat ad abſoluendum, quàm ad
condemnandum: hinc enim eſt quod, licet
abſens non condemnetur in criminalibus
per l. 5. abſentem in criminibus ff. de pœnis &
Gloſſ. Primam ibid. quæ alias ll. citat ſi ta-
men apparet de innocentia abſentis, abſolui
poteſt, vt notat Anton. Butr. poſt Ioan. Andr.
in cap. veniens col. 1. de accuſat. & ſequitur
Bartol Veron. conſil. 12. colum. vltima ad
initium alias rationes aſſignat Gloſſ videlicet
quia actor impetit, reus defendit Item quia
nullus præſumitur obligatus vel obnoxius in
authen. Quibus mod. Natur. efficiantur ſui §.
natura ſi quidem col 6. Denique quia reus
C in iudicio pugnat pro libertate. Aduertendi
tamen ſunt duo caſus celebriores, in qui- 3.
bus hæc regula non procedit: primo, ſi cauſæ
ſint fauorabiles, nimirum dotis, fiſci, liberta-
tis, matrimonii & teſtamenti præualere cauſæ
fauorem in actore contra fauorem rei. Vt
notat Dynus in l. in pari, ff de regul. iur.
idem Dynus, Decius, & Cagnolus in l. fa-
uorabiliores Gloſſ ad regul. cum ſunt par-
tium. Secundo, vt non valeat in præparatoriis
iudicii, ſed in fine, ſeu deciſione cauſæ, vt
iidem Authores teſtantur: nam in iudicio-
rum principiis magis faciendum actori, vt
per Bartol & communem Doctorum opinio-
nem habetur ex l. de die, & l. ſi quis inten-
tione, ff de iudiciis. In mediis verò cauſæ
non fauorabilis æqualis eſt fauor rei & acto-
D ris; niſi ſint probationes faciendæ: hæc
enim cum reſpiciant deciſionem cauſæ,
ideo in eis eſt reus in fauore præferendus,
vt docet Cagnol. cum Decio, Bald. Alex.
Iaſon. quos citat & ſequitur ad regul. fauo-
rabiliores citatam, numero 5. hæc doctrina
ad Conſtitutionem obſcuram tranſlata fa-
cit, vt ſubditis per legem obligatis potiùs
faueatur tanquam reis, & quantum conſtitu-
tio patitur, minùs obligentur.

Secunda Regula eſt 30. eodem titulo in
obſcuris minimum eſt ſequendum, quæ 4.
ſumpta eſt ex leg 9. ſemper in obſcuris
quod nimirum eſt ſequimur, ff. de regul.
iur. Gloſſ. regulæ Canonicæ ponit exem-
plum in cap. ex parte de cenſib. ſed contra
illam obiicit Decius in regula 9. l. ſemper,
ff. de regul. iur. celebrem illam l. Titia §.

ſinali cum Bartol. commuunique Doctorum ſententia, quos ſtatim referam, aſſerentium in legatis piis Eccleſiæ non procedere hanc regulam, vt in obſcuris minimum ſatisſaciat. Verum idem Decius citatus uumero 5. & ſequentibus, oppoſitum exiſtimat. Nam in omnibus tam piis quam non piis, idem dicendum credit, quem ſequitur Tiraquell. in priuileg. 25. piæ cauſæ, reſerens Imol. ſibi contrarium in leg. ſi ita ſit ſcriptum, ff. de leg. 1. Iaſon ibidem colum. final. Barbat. in cap. iudicante, ff de teſtameur. colum. 9. Bald. Nouell in tractat. de dote in ſexta parte priuileg 73. quibus adde quæ idem tradit in repet. l. primæ, ff ſoluto matrimonio, numero 341. hanc etiam opinionem deſendit noſter Molin. tom. 1. de iuſtit. diſp. 198. § verum vero, qui præ reliquis illam efficacius probare contendit. Primo, igitur quia non eſt admittenda exceptio ſine ſun- B damento in textu: ſed hoc nullum eſt, quia in §. illo finali l. Titia non iubetur templo aurea ſtatua perſolui, ſed argentea; de ærea autem tacuit, qoia quamuis minoris adhuc pretii foret in eo templo non ætea, ſed aurea & argentea ſigna tantum reperiti conſtar ex textu. Legata verò ſecundum conſuetudinem loci accipienda eſſe ſtatuit l. 15. nummis, ff. de leg tertio. Secundo quia in cap. ex parte de cenſibus Pontiſex decteuir, vt rotum Diuo Iacobo dubium per menſuram ttitici minimam redderetur Tertio, quia in dubio melior eſt conditio poſſideutis, ſcilicet etiam quando debitum eſt pium hæres poſſeſſor cenſetur bonorum deſuncti ergo ſi non conſter de voluntate teſtatoris pro poſſeſſoris iure, quam pro legato pio dubium reſoluitur.

Non eſt tamen à communi ſententia recedendum, quam vt explicemus, & quomodo cap. ex parte citatum cum l. Titia cohæreat, oſtendamus, ſciendum eſt hanc regulam Pontificiam in ſubſidium veritatis indagandæ, quæ alioqui lateret, inqoirentem concedi. Vnde tria inſpicienda ſunt ante huius regulæ vſum. Primum, vt attendatur prius quod actum ſit, quam quod dictum, vt notat Decius in l. ſemper in obſcuris, ff. de reg. numero primo, & latius confirmat ex variis textibus Cagnol. ibidem præſertim ex leg. tertia Cod. Plus valet quod agitur, & l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regulis iuris: prius ergo inſpiciendum eſt quid facere intendat Legiſlator in lege vel D teſtator in teſtamento: Etſi de voluntatis intentione conſtare nequeat, & verba dubia ſunt & obſcura. Secundum, conſiderari debet, quod veriſſimilius apparet, vt idem Decius numero primo & Cagnol numero 6 cum Azone, Dyn. Ioann. Ardr. & Soccin. aduertunt, quam veriſſimilitudinem ex multis indiciis coniectantut, io quibus non lubet immorari. Tertium, quod attenditur conſuetudo eſt vſuſque regionis, ex citatis Doctoribus & per Curt. in tract. de conſuetudine ſuper cap. final. quæſtione 12. colum. 4. quibus inſpectis. ſi adhuc obſcura manet, lex, teſtamentum,

II.

A ſeu contractus procedit noſtra regula, vt intelligatur Legiſlator minimum iubere, teſtator mioimum legare contrahentes minimum ſe obligare, & prætermiſſis aliis reſtrictionibus huius regulæ in aliis materiis de quibus videri poteſt Azon. de reb. dub. Ioann. Fab. inſtit. de leg. in §. generaliter Bertol. in l. quidam hęredem, ff. de vino tritic. oleoque, Iaſon. in leg. ita ſtipulatus ff. de verb. ſignification. colum. 7. & 8. Alex. Concil. 21. viſis his lib. 2. Socci n conſ. 96. in 2. dub. tomo 2. Cor. concil. 244. videtur prima colum. 2. Felyn. luculenter cap. inter cæteras colum. 4. de reſcript. quod attinet ad legata pia duas pono propoſitiones quæ communem ſenteotiam dilucidabunt.

Prima in legatis piis quæ in honorem 5.
Dei cedunt, eique immediate deſeruiunt, B vt in calice, paramentis altaris, templi ornatu, & ſimilibus fauor piæ cauſæ in dubiis omoino præſerendus ſauori hæredis poſſidentis, & à communi regula non comprehenditur caſus in quo Dei honor, & religio legatarii loco ſubſtituuntur, ita Barthol. in leg. Titia §. vltimo, ff. de auro & argent. leg. ibidem Gloſſ. idem Bartol. conſil. 59. Illud in medium colum. 9. lib. 2. Nicol. de Neapol. quem tefert & ſequitur Roman. in aoth. ſimiliter Codice ad legem falcid. in 22. ſpeciali & ſingular. 155. & ſequentibus Panormitan. Ancharan. & Imol. in cap. iodicante de teſtament. Bald. in l. ſi quis ad declinand. colum. penult. C Cod. de Epiſcop. & Cleric. & in l. ſi nondum Cod. de furt. Ludouic. Gozad. conſil 60. numero 15. Soccin. Sen. Conſ. 247. numero 6. tom. Ioann. Cephal conſ. 144. numero 23. & 28. Angel. conſ. 392. numero 4. & conſil. 393. in fine Barbat. in cap. indicante de teſtam. numero 8. qui licet pro oppoſita ſententia citetur, ſibi contrarius non eſt vt inſra explicabitur. Couarr. in relect. ad idem cap. Cagnol. in regula ſemper io obſcur. ff. de regul. numero 11. Mantic. de coniectur. & vltim. voluntar. lib. 6. titulo 3. numero 34. & eſt communiſſima ſeotentia iuxta prædictos Authores.

Probatur primò ex illa l. Titia § final. Seia. ff. de auru & argent. legato. vbi habetur. *Ab hæredibus meis volo iubeoque fieri ſignum Dei ex libris centum in illa ſacra æde quæſitum eſt cum in eo templo non niſi* D *area aut argentea tantum ſint dona: hæredes Seia vtrum ex auro, an ex argento ſignum ponere compellendi ſint, an æreum? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, argenteum ponendum.* In qua lege *Ærea* legendum non aurea oſtenditur non ſolum ex caſtigationibus Noloandri, & Pãdectis Florentinis, ſed etiam ex ipſa ratione coniecturali; neque enim legimus apud authorem fide dignum remplum aliquod apud antiquos ſuiſſe, in quo aurea & argentea tantum Idola ceroereotur, cum frequentius ex ære, & per pauca ex argento conflari ſolerent: ſi enim cm celebris fuit aurea Æſculapii barba & vituli, aurei Iſraëlitici populi; ſane ſi qua forent

aurea deorum ſimulacra, in veteribus ſcriptorum hiſtotiis illorum mentio fieret, non eſt igitur veriſſimile quod in eo templo cuius lex Titia meminit, aurea tantum & argentea ſigna viſerentur: quamobrem omnino æreа, non aurea legendum, hac verò lectione ſuppoſita optimè infertur rextum, demonſtrare noſtram concluſionem, vt Antonius Gomes fatetur in l. 23. titulo 9. partit. 6. Er paret: nam ſi Iutiſconſultus iuſſir ſignum argenteum in templo poni legatum dubium in honotem Dei relictum pro maiori non pro minori accipiendum; aureum vero ideo dari non iuſſit, quia aurea ſimulacra offerri ſolita non erant, & in hoc inſpici debuit quod plerumque fieri conſueuit, & intra hanc latitudinem legatum melius adiudicari.

Probatur ſecundo ab Angelo citat. per legem 55. Deo nobis, Codice de Epiſc. & Cletic. vbi Iuſtinianus ſic air, *omnia pro honore ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ ad Dei placitum fieri properamus, legibus inſtituere, & opere adimplere deſideramus.* Vnde inſtitutio quæ alioquin propter incertitudinem perſonarum nulla erat, ſtaruit, *pietatis intuitu valere & non eſſe reſpuendam.* vt oſtendit l. 48 ſi quis ad declinandum Cod. de Epiſcop. & Cleric. & ſimiliter decernit de legato in l. 28. *nulli literæ* eodem titulo, ergo etiamſi legatum dubium in reliquis pro minori accipiatur, in pio quod in Dei honorem cedit pro maioti interpretandum. Nam ſumma quidem eſt ratio, quæ pro religione facit, vt deducit Cardinal Mantic. citatus ex l. ſunt perſonæ in fin. de religioſ. & ſumpt. funer. ergo ſi legatum relictum perſonis coniunctis latè interpretatur, vt fatetur Decius Concil. 69. numero 5. Cornel. Concil. 103. numero 5. per l. Aurel. §. Titius, ff. de libet. legat. & l. ſi ſeruos plurimum, ff. de legatis primo cum aliis, à fortiori idem de legato in Dei cultum relicto aſſerendum.

6. Secunda propoſitio legata pia etiam Eccleſiæ relicta, ſi in vtilitatem perſonarum Eccleſiaſticarum veniant, quando dubia ſunt & incerta, non eſt cogendus hæres ad maius perſoluendum: ita gloſſ. a. in cap indicante de teſtam. Imola & Barbat. quos immerito ſibi contrarios credidir Tiraquell. quia has duas noſtras propoſitiones non diſtinxir, vt in Barb egregiè notauit Cagnol. qui idem manifeſtè defendit. Et iu huius propoſitionis ſenſu recipienda eſt opinio Decii, Iaſon. Bald. Nouel. Tiraq. & Molin. vbi ſuprà, & ſuſtinenda. Probatur primo ex cap. ex parte de cenſib. vbi ſummus Pontifex iubet votum per incertam menſuram tritici perſoluendum, non de maiori ſed de minori intelligendum, & addit optimam rationem ex qua accipienda eſt diſtinctio inter legata pia, quorum aliqua latius, aliqua ſtrictius interpretanda. *Quoniam inquit cum huiuſmodi vota gratuita fuerint ab initio benignius ſunt à viris Eccleſiaſticis exigenda, ne tanquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare*: quæ ſanè ratio non militat in legato, quod totum immediate in tem-

A pli ornatum, & in Dei honorem expenditur: Non enim in eo perſonæ Eccleſiaſticæ quidquam lucrari cenſentur. Secundo, quia l. Titia quæ excipit à communi regula legatum in Dei honorem collocandum, & in illius cultum omnino conſumendum, non ſine vi ad omnia legata pia trahitur: nam ad caſus ſimilium legatorum tantummodò debet extendi. Tertio, quia etiamſi ea lex hanc extentionem de ſe admitteret, illam ſummus Pontifex per cap. ex parte citatum excluſit ne viri Eccleſiaſtici lucri gratia rigidi exactores viderentur. Tres rationes in oppoſitum adductæ ita hanc ſecundam propoſitionem confirmant, vt primam nullatenus infirment. Ex tradita igitur regula in obſcuris & ita explicata colligenda eſt doctrina, quæ conſtitutioni obſcuræ debet ac-
B commodari, quamuis in ſequenti diſpoſitione, quæſtione 3. dicetur quomodo & quando extendi debeat, vel reſtringi.

Quæ vtilitas in conſtitutione requiratur.

SECTIO II.

Ex dictis ſuperiori quæſtione conſtat conſtitutionem inutilem, ſeu incommodam communi bono legis, ſeu conſtitutionis 1.
proprio nomine dignam non eſſe conſequenter neque eſſe ſeruandam, ſed abiiciendam, vt patet ex capite Chorepiſcopi, diſt 68. & cap. omnia diſt. 12. quamobrem in hoc omnes non modo Iuriſperiti, ſed etiam Theologi conueniunt, quos refert & ſequitur Sa-
C las 12. tract. 14. diſp. 1. ſect. 8. numero 48. & 49. Notandum tamen etiamſi lex in caſu aliquo particulari inutilis ſit, ceſſetque illius finis in eo, non idcirco ſemper abiiciendam, vt bene aduertit Vaſques 1. 2. diſp 151. cap. 4. & Med. ibidem quæſtione 90. artic. 2 ad 4. Ratio eſt quia leges non reſpiciunt, neque reſpicere poſſunt ad omnes ſingulos caſus, ſed ad eos qui frequentius fiunt per l. non poſſunt & ſimiles, ff de legib. aliquæ tamen difficultates hac in re ſunt expediendæ. Prima, vtrum ſi conſtitutio ex vna parte videatur vtilis bono communi ex alia noxia & magis inutilis & incommoda, vel neque vtilis, neque inutilis, pro lege habenda ſit. Reſpondet Sotus de iuſtit. & iur. lib. 3. quæſtione 4. artic. 5.
D ad 1. hanc conſtitutionem eſſe tolerandam & ſeruandam, idemque docet Caſtr. de leg. pœnal. lib. 1. cap. 1. col. 4. quamuis pro oppoſita parte citetur à Menchaca illuſtrium controuerſ. lib 1 cap. 50. numero 2. & ſeq. quam partem ipſe tuetur, & ait remoto ſcandalo, & cognita manifeſtè maiori legis inutilitate in caſu proprio non eſſe ſeruādam hanc legem quandoquidem plus incommodi, quam commodi bono communi afferre videtur: vel nullam prorſus vtilitatem cognitam & exploratam inducit, quæ ſententia Menchacæ omnino vera eſt, illamque ſequitur Salas citatus 2.
n. 52. Eãdem ſequi tenetur Sanchez tom. 1 in Decal lib. 1. c. 10. n. 32. & 33. aſſerens cum Suar. Henriq. Saa, & aliis rationabiliter dubitan-

tem de lege vel de actu in lege contenro ad illam obſcruandam noo teneri : ſed exiſtimare poſſe legem noo eſſe vel talem actum ſub ea lege non comprehendi. Etenim quando vel nulla eſt legis vtiliras, vel maior eſt ius inutilitas, rationabiliter de legis exiſtentia dubieatur.

Vnde primo probatur noſtra reſolutio, nam qui maniſeſtè videt conſtitutionem plus incommodi quam commodi afferre rationabile habet ſundamentum vt eredat eſſe nullam ; nam vt in contextu diximus vtilitas per maiorem ioutilitatem vitiatur : ſed iuxta prædictam opinionem in rationabili dubio de lege ſoluitur eios obligatio : ergo quando plus inutilis, quam vtilis apparet ad illam ſubditus non tenetur. Dices ſaltem in eo caſu in quo vtilis iudicatur negatiuè, quia nimirum nullam affert vtilitatem ; non poſitiue, quia nil detrimenti apportar, parendi ſaltem honeſtas commoda exiſtimabitur ; ex eaque obtemperandi oeceſſitas colligetur. Vrgeo tamen, quando Conſtitutio eſt inutilis negatiue ſemper ſuum poſitinom inuehit detrimentum, quia ſine cauſa imminuit libertatem, vt bene cum Menchaca docet Sallas numero 50. Nam leges hominom vitas conſtringunt l. 9. leges ſanctiſſimæ Cod. de leg. atque adeo ooerant libertatem l. 1. §. onerandæ, ff. qoarum rerum actio non datur. Probatur ſecundo, quia cap. erit autem diſt. 4. poſitiuam requirit vtilitatem, nam illa vtilitas, quæ in parendi honeſtate etiam ſine vlla rei exeqoendæ vtilitate conſpicitur, ad obedientiæ perfectionem, & religioſum ſtatum ſpectat, propter quem actus præceptus honeſtus eſſe poreſt, qui ſine alia vtilitate, quàm obediendi, religioſum conſtringit ; de quo in præſenti noo diſputamus : ſed de eo euenru, in quo aliqua huneſtatis perſectio ſub ſuſceptæ obligationis voro non eaderet, neque eoim lex humana poſitiua omnem honeſtatis rationem & perfectionem præſcribit vt infra ſequenti diſputatione dicemus.

Secunda difficultas eſt, vtrum Conſtitutio quæ nune inutilis ſit, poſt aliquod tempus vtilis fiat, valida putetur. Reſpondet Menchaca citatus numero 10. Modò inualidam,
3. poſtea cum vtilitare valorem aſſumere. At non firmatur tractu temporis, quod de iure ab inirio non ſubſiſtit de regul. iur. 6. ergo lex. quæ primum valida non fuit, ſine noua Legiſlatoris voluntate apto tempore vires non reſumit. Quamobrem melius reſponder Salas nomero 52. Etiam inepto tempore quo conſtitutio deceroirur, validam eſſe reſpectu temporis commodi futuri, quod intellige, dummodò non pro ſemper neque ſtatim ex declaratione ſtatuentis obligationem inducat. Ratio eſt quia non oporter, vt lex quæ ſemper obligat & vires ſuas conſeruat, pro omni tempore intelligatur obligare, ſed rantum pro apto ex cap. erit autem ibi, *temporique conuenieus.*

Tertia difficultas eſt vtrum neceſſitas
4. coincidat cum vtilitate conſtitutionis D. Th. 1. 2. quæſtione 95. art. 5. aſſerit legem neceſ-

A ſariam dici, quatenùs mala remouet ; & vtilem, quateous bona facere iubet ; vnde videtor vtilitatem à neceſſirate diſtiuguere. Verùm hæc diſtinctio D. Thom. non deber ita generaliter accipi, vt ſolum ad remouenda mala neceſſariam legem eſſe exiſtimemus : Nam hoc modo ſolum inſeruire poteſt præceptis oegatiuis, hæc enim mala prohibent. Vnde eum conditiones legis, quas Gratianus numerat eum Iſidoro non aliæ aliis, ſed omnes omnibus conſtiturionibus debeant conuenire ; non eſt io hac conditione ea neceſſitas intelligenda, quæ accommadatur ſolis legibus, quæ formam habet præcepti negatiui ; & neceſſitatem abſolutam ſecum inuoluunt : quando actus
B ſuapte natura malos neceſſariò prohibent, Verbi Gratia, odium Dei, vel proximi mendacium dicere, idolum adorare, & ſimilia.

Alia igitur intelligenda eſt neceſſitas non ram abſoluta & magis vniuarſalis de qua loquitur textus. *erit autem* quæ nimirum abſtrahat ab abſoluta, & non abſoluta, hæc vero cum vtilitate coniungitur. Ratio eſt primo quia ſemper pro lege ſtare deber neceſſiras aliqua non contra illam ; nam neceſſitas legi oppoſita præuelet, & de illicito ſacit licitum. Potius enim ſubiicitur lex neceſſitati, quàm neceſſiras legi de quare vide Doctores cum gloſſ. ad cap. quod non eſt de regul. iur. io 6. & cap. quando de conſuetud. Iaſoo in l. ſi ex toto
C de legar. primo numero 18. Felin. in cap. querelam de iure-iurando numero 10. & ſequentibus. Bald. in Diuus Pius, ff. de petit. hered. io 2. notab. Petr. Gerard. ſingular. 100. verb. neceſſitas. Marſil. in l. 1. § præterea numero 87. ff. de quæſtion. Tuſchum verb. neceſſitas concluſ. 19. cum multis quæ refert. Secundo, quia vtilitas in lege mini- 5.
me reperitur ſine vlla omino neceſſitate. Erenim ſi abſque certa conſtitutione æque benè commune bonum habeatur inutilis eſt lex, quæ hominum viras ſine neceſſitate conſtringit, quando verò conſtitutio ſacit vt bonum commune facilius, certiuſque poſſit obtineri, iam eum hac vtilitate conſtitutionis aliqua neceſſitas connectitur : ſi non abſoluta, & ſimpliciter, ſaltem ſecuodum quid, & quæ dieitur ad bene eſſe. Neque mirum eſt legem humanam ſiue Eccle-
D ſiam, ſiue ſecularem non eſſe abſolute ac ſimpliciter neceſſariam etiam ſuppoſita hominum creatione, cum neque diuina, quæ in poſitiuo iure conſiſtit à naturali contra diuiſo, illam habeat neceſſitatem, vt latius ex D. Th. Suar. lib. 1. de leg. cap. 3. num. 15. & ſeq. deducit : nam ex quatuor rationibus quas D Th. 1. 2. quæſt. 91. artic. 4. aſſignat, hoc manifeſtè coouincitur. Et quia Suar. eas largo diſcurſu expendit, qui ſolum ad Theologicam ſpeculationem inſeruit, ad illum huius ſpeculationis curioſum remitto indagatorem, nobis ſufficiat dicere ad noſtri inſtituti probationem ſolam legem naturalem, ſuppoſita hominum creatione abſolute, & ſimpliciter 6.
neceſſariam fore ; quia homini congenita eſt, illiuſque productionem neceſſariò con-

ſequitur, vt diſput. prima dictum eſt. At quælibet alia lex poſitiua ſiue diuina, ſiue humana ex libera voluntatis diſpuſitione dependet, vnde etiam creato homini noo neceſſario præſcribitur. Et quamuis homini à Deo ad finem ſupernaturalem ordinaro lex aliqua ſupernaturalis poſitiua tequiratur, quæ ſupernaturalia diuinæ gratiæ media diſponat, tamen quod hæc, vel illa ſit, Dei arbitrio ſedet.

Vtrum conſtitutio de ſe futuri temporis perpetuitatem requirat.

SECT. III.

1. DE conueoientia temporis ad conſtitutionem requiſita plura excitari poſſunt dubia. Ptimum vtrùm perpetuam temporis exigat ſuceeſſionem. Partem negantem ſequitur Gloſſ. 1. in cap. 1. de conſtitutionibus affirmans nonnullos Canooes temporales eſſe, & videtur oſtendi primo ex cap. 1. diſt. 29. & Extrauag. ad regimen de præbendis. Seeundo, ex regulis Cancellariæ quæ conſtitutiones ſunt Pontificiæ, & tamen non ſunt perpetuæ. Tertio, quia hanc perpetuitatem neque Gratianus, neque D. Thom. ad legem vel conſtitutionem requirunt, & ita tenet Ludouic. Gomeſ. quæſt 2. ad regul. Cancellariæ ad 2. in §. 4. pro iſta, idem latius probat Geminian. Conſil. 93. *Clemens Septimus* num. 5. ex cap. non eſt vero bis de ſponſal. Clementina Cupientes §. 1. de pœnis cap. ex literis de conſtitut. & cap. vltimo in fine de reſcript. io 6.

2. Prima concluſio, omnis lex vel Conſtitutio propriè ſumpta aliquam temporis indeterminati perpetuitatem poſtulat. Ita Abbas in cap. A nobis 1. de ſentent. excommunieat. numero 12. item in cap. irrefragabili, § cæterum & Anton. ibidem de offic. deleg. vbi notat delegationem ab homine per mortem delegantis expirare re integra, non tamen delegatiooem à iure quia lex non moritur. Cardinal in cap perpendimus eodem titulo Archidiacon. in eap. donatum 1. quæſt. 7. Nauart. in Manual. cap. 27. num. 74. Bartol. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, Felin. lib. 11. controuerſ. eap. 32. Couarr. in eap. alma part. 1. §. 10. numeto 2. Tuſchus verb. lex concluſ. 266. Silueſt. verb. maodarum quęſt. 1. Menoch. lib. 1. de Iudic. arbitrar. quæſt. 69. Cordub. in regol. Sanct. Franciſc. cap. 10. quæſt. 3. punct. 1. partic. 3. & alii quos adducit & ſequitur Sanches de matrim. lib. 8. diſp. 28. quæſt. 2. num. 47. Vaſques 12. diſp. 151. cap. 3. num 16. Suar. lib 1. de leg. eap. 10. num. 7. & ſeq. Salas 12. tract. 14. diſp. 1. ſect. 9. num. 62. Probatur primo à Panormit. citato ex cap. vltimo de offic. legati vbi habetur *legatorum ſedis Apoſtolicæ ſtatuta edita in prouincia ſibi commiſſa durent tanquam perpetua.* Secundo, idem deducitur ex cap. vt animarum de conſtitot. in 6. & cap. à nobis de ſentent. excommunicat. ex quibus colligitur diſcrimen inter ſententiam generalem ab homine, & definitionem à iure ſeu à lege promanantem, quod diſcrimen ſumitur ex perpetuitate legis ferentis morte noo interitoræ. euios oppoſitam conditionem in generali ſententia ab homine lata DD. agooſcunt; & ſane præter hane nulla aſſignari poterit diſtinctio ſaltem à priori & ſeeundum ſe inter hæc duo decretorum genera à iure vel ab homine procedentia. Hinc etiam petenda eſt iuxta communiſſimam Iuſtiniani opinionem diuerſitas inter mandatum & ſtatutum, quod illud per modum præcepti perſonalis morte mandati expiret, hoc verò de ſua ratione habeat interminati temporis diuturnitatem quam diuerſitatem latè proſequitur Suar. vbi ſupra, confirmaturqoe exemplo Bullæ in Cœna Domini, quæ eum primum pro vno tantum anno obligaret, ideoque à legis propria ratione deficeret, à tempore Gregorö XIII. cæpit in perpetuum obligare, vnde eius cenſuræ à iure latæ cenſentur, & ipſa iam iode legis formam accepit, vt docet Nauarr. cit. num. 50. & 73. Ioſeph. Ludouie. deciſ. Luc. 39. num. 20. Arſminos Tepanus 1. variarum iuris titulo de procurat. ad negotia & de mandato com multis ab eo relatis.

3. Concordat ius ciuile in l. 5. Ariani C. de hæret. & ibi *cunctis quoque legibus*, , *quæ contra eos cæteroſque, qui noſtræ fidei refragantur olim diuerſiſque temporibus latæ ſunt, ſemper viridi obſeruantia valituris*, l. 3. edita ff. de edendo, ibi. *Prout edicti perpetui monet authoritas*, item §. inſtit. de perpetuis & tempor. action. ibi *actiones quæ ex lege Senatuſque conſultis, ſiue ex ſacris Conſtitutionibus proficiſcuntur, perpetuo ſolere antiquitùs competere*. In his textibus & aliis ſimilibus ſatis oſtenditur legis & Conſtitutionis perpetuitas, quæ tamen quia non eadem nec eodem modo in omnibus legibus reperitur, hoc ſequenti aſſertione enucleatius exponendum.

Seconda concluſio, perpetua legum, ſeu conſtitutionum duratio, pro illarum diuerſitate diuerſa eſſe ſolet: hanc exprimont aliqui ex citatis pro prima eonclufiooe, præſertim Suar. & Salas: neque aliter oſtendi poteſt, quàm diſcurſu facto per legem naturalem & poſitiuam, diuinam & humanam, Eeeleſiaſticam & ſeeularem, & in primis in lege naturali, hoc luce clarius apparet ex prædictæ legis immutabilitate de qua Gratianus diſt. 5. & oos cum eo diſputatione ſequente diſſeremus. Nam lex naturalis præcipit, quæ iuxta exigentiam rationis rectæ neceſſariò agenda ſunt, & prohibet, quæ intrinſece & ex obiecto mala eeoſentur, at quæ neceſſaria ſunt & ex obiecto intrinſecam continent malitiam, perpetuam immorabilitatem ſortiuntur. Deiode in lege diuina poſitiua, quatenus æterna nominatur; nullus eſt dubitandi locus: nulla enim maior perpetuitas quam quæ æternitate menſuratur, lex vero diuina poſitiua temporalis, quæ in veterem ac nouam diuiditur; vel negatiuam, vel poſitiuam perpetuitatem ſecum detulit. Etenim vetos lex etiamſi non irreuocabilem habuerit durationem, ſed data ſit eum hac termini pręſcriptione, donec veniret ſemen, vt loquitur Paulus 3. ad Galat.

hæc deſignatio futuræ ceſſationis nullo certi temporis ſpatio fuit definita, ſed tradita Iſraelitico populo indefinite, quouſque à noua lege reuocaretur. quæ negatiuæ perpetuitatis duratio ſufficit Nam quæcunque lex ſemper hanc ſecum inuoluit, vt perſeueret, niſi per aliam legem à poteſtate habente æqualem, vel maiorem iuriſdictionem abrogetur. Iam vero lex noua poſitiua perpetuitate perennabit, quamdiu humanum genus huius lucis vſura perfruetur: neque enim Christi legem vſque ad mundi conſummationem mutandam eſſe fides docet tradiditque D. Thom. 1. 2. quæſtione 106. artic. 4. ex illo Matth. 24. non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Vbi per hanc generationem, fidelium progeniem Chriſti Eccleſiam Chryſoſ. Theophyl. Euthy. Hieronym. quos refert & ſequitur Maldonat. verſ. 34. perpetuo duraturam interpretantur.

De lege poſitiua humana in vtroque foro tam Pontificio quam Cæſareo hoc ipſum demonſtro, nempe illius perpetuitatem nunc maiorem nunc minorem pro temporum & negotiorum exigentia nullis vnquam deſignati temporis limitibus circumſcribi; ſed indefinitè euolgari ſolitas humas conſtitutiones; vt ex vtroque iure ſatis conſtat; quamobrem ſi poſitiuam non habent perpetuitatem ſaltem negatiuam præ ſe ferunt, quæ in hoc conſiſtit, vt nullus determinati temporis terminus definiatur. Ratio vero cur aliqua ſaltem perpetuitas negatiua humanis conſtitutionibus ineſſe debeat ex triplici principio peti poteſt: primo ex parte ferentis legem: 2. ex parte eorum ad quos fertur: 3. ex parte materiæ de qua præcipitur. Quod attinet ad primum poteſtas legiſlatoris ſi eſt ſæcularis cum à communitate proceſſit, & à principe per communitatis authoritatem ſibi conceſſam conſtitutio fiat, non debet principis vita, ſed ipſius communitatis perpetuitate conſtitutionis duratio menſurari quando ad bonum reipublicæ regimen, quod cum ipſa permanere oportet, huiuſmodi conſtitutiones ſtatuuntur: ſi verò poteſtas legiſlatoris ſit Eccleſiaſtica cum hæc à Chriſto Domino dimanauerit, qui reſurgens ex mortuis iam non moritur, & vult vt ſui vicarii legibus cuncti obediant, quaſi à ſe latis; ſicque perpetua Eccleſiæ ſuæ gubernatio vſque ad mundi finem perſeueret, dubitari non poteſt has conſtitutiones Eccleſiaſticas ex hoc principio perpetuas cenſeri. 2. ex parte ſubditorum idem oſtenditur, nam communitas non moritur, ſed de ſe interminabilis durationis ſucceſſionem inuoluit: ergo præcepta quæ ad bonum illius regimen neceſſaria ſunt, & per quæ vnumquodque ipſius communitatis membrum independenter à principis vita obligatur, ſine limitatione ferri perpetua eſſe, & per modum ſtabilis conſtitutionis produci debent, atque non modo præſentes, ſed etiam futuros, vbi primum inter huius communitatis membra numerati fuerint ſub illis comprehendi neceſſe eſt Nam alioqui non ſine magna reipublicæ perturbatione, & incommodo ad ſin-

A gulorum principum mutationem leges mutarentur. 3. ex parte rei præceptæ; nam leges ſeu conſtitutiones ſunt regulæ & menſuræ operationum per quas reſpublica dirigitur, ſed in vnaquaque republica maximè commendatur morum rectitudo & vniformitas ſtabilis: ergo cum ſine legum perpetuitate hæc conſeruari nequeat, bonam communitatis inſtitutionem in honeſtis, perpetuiſque legibus fundari oportebit

Hinc iam facile erit argumenta in oppoſitum adducta diſſoluere. Nam ad 1. reſp. in eo cap. 10. diſt. 29. ſolum dici quoſdam canones ex cauſa, perſona, & tempore intelligendos eſſe; quia temporis conuenientia ad conſtitutionem omnino eſt neceſſaria; ad quod non requiritur vt lex vel conſtitutio cum B limitatione temporis feratur, ſed quia non omnia omnibus temporibus conueniunt, etiamſi lex ſemper obliget, non ſemper pro omni tempore operis exequutionem præcipit; & aliquando propter rerum mutationem poterit reuocari, vel in eo diſpenſari in extrauaganti ad regimen, concedimus eſſe definitam temporis durationem: videlicet quamdiu vixerit Benedictus XII qui illam tulit, & deinde fatemur hoc præceptum ſeu regulam reſeruationis ampliſſimam circa beneficia & præbendas conſtitutionis nomine ex peculiari pontificis voluntate inſigniri, non quia communem iuris formam ſeruet quod indefinitè abſque vlla temporis certi deſignatione euulgari ſolet, ſed quia in reliquis præter perpetuitatem voluit, vt haberet firmiſſimæ conſtitutionis robur, & legis efficaciam, quod ſane facere potuit. Nam cum hæc perpetuitatis C conditio à principis voluntate prodeat, neque inſeparabilis ſit ab aliis veræ legis conditionibus, poteſt ſine illa princeps legem ſtatuere: in quo caſu in toto rigore, & ſimpliciter lex non dicetur, ſed per quamdam veluti diſpenſationem, à communi iuris conditione exorbitantem; ſicut de regulis Cancellariæ diximus diſp. 2. quæſt. 5. aptiſſimum huius rei exemplum ex ſacra Theologia poteſt mutuari. Etenim beatitudo de ſua ratione perpetuitatem exigit; hoc tamen non tollit poſſe in tranſitu à Deo ex peculiari diſpenſatione alicui ſancto communicari eſſentiæ diuinæ viſionem, in qua beatitudo formalis conſiſtit, vt de Moyſe & D. Paulo præſtantiſſimi Theolo- D gi cum D. Thom. 1. par. quæſt. 12. artic. 11. ad 2. ex D. Auguſt. ibidem citato aſſeuerant eodemque modo quamuis lex de ſe poſtulet perpetuitatem ſine certi temporis determinatione, & præceptum non ita etiamſi ad communitatem feratur; nihilominus ex principis voluntate hæc legis conditio, cæteris relictis, poterit aliquando à conſtitutione ſeparari.

Ad 2. de regulis cancellariæ quid dicendum ſit latè tradidimus quæſt. illa 5. citata. Ad 3. Reſp. Gratianum illam conditionem ſignificaſſe quando in lege requiſiuit, vt tempori conueniret Clarius a D. Thom exprimitur 1. 2. quæſt 4 artic. 3. ad 2 ibi: *præcepta iudicialia ab hominibus inſtituta habent perpetuam obligationem, manente illo ſtatu regiminis*. Ludouici & Geminiani oppo-

ſicam opininnem nnn curn, cum ſit contrà communem DD. quns in cnnclusione 1. retulimus. Neque in citatis capitibus à Gemiiano aliquid cnntrà traditam doctrioam decernitur. Nam in cap. non eſt vnbis de ſpnnſalibus, exemplu Regis Angliæ parer per cenſuram Eccleſiaſticam cnmpellitur vxorem filio ſuo teſtituere, quam iniuſtè detinuit, nec coniuges maritali iure vti permiſerit quæ particularis Regem Angliæ ſententia in pnntificiam conſtirutionem tranſiit generalem, & perpetuam ſimilibus caſibus applicandam. In Clem. cupientes, §. t. de pœn. ſimiliter generale decretum, & de ſe perpetuum continetur, vt legenti patebit. In cap. ex literis de conſtitut. etiam generalitet ac in perpetuum dicitur pœuam ſimpliciter appnſitam prnpter eonrumaciam perpetuam nou eſſe, ſed ſi contumax reſipiſcere, ac ſatisfacere vnluerit, ad communionem ſublata cenſura benigne recipiendum. Denique in cap. vltimo de reſcript. in 6. conſtiiutio habetur, qua emendantur præteritæ indulgentiæ ſuper clericnrum reſidentia, quæ erant diſſolutionis occaſio, & indicat Bunifacius VIII. ſimiles indulgentias, quæ clericis vagandi anſam præbent, à ſe ſuiſque ſucceſſoribus concedi licitè nnn debere in quo & ſi nee ſibi, nec aliis poteſtatem eas cnncedendi ademit, neque hanc conſtitutionem teuocandi, illam tamen perpetnam eſſe optanit. Vnde iam colligo euidenter nullius textus patrocinin Geminiani ſententiam defendi.

Quomodo conſtitutio ad futuri temporis negotia referatur.

SECT. IV.

QVa ratione conſtitutin tum ſequentibus tum præcedentibus negotiis debeat accommodari difficultas eſt quotidiana, vt ait Battol. ad l. omnes populi numero 39. & non minus vtilis quàm dubia: & pertinet ad cnnuenientiam ſeu differentiam temporis in conſtitutinne ſpectandam Illam io hac ſectione qunmodo ad furura in ſequentibus, quomodo ad præterita ſe haheat exponam: licer enim tres ſint tempotis differentiæ præteriti, præſentis & futuri, de præterito & futurn tantum memini quia præſentis non niſi momentum habetur. Vode præſentia negotia in diſpoſitione legum contenta cum futuris communiter cnmputantur, idenque de ipſis & de futuris hîc agendum. Et ſane iam ex declaratiene capite cngnoſcentes, & capite qunniam de cnnſtitut liquet conſtitutinnem de ſui natura futura reſpicere, nunc qunmodn hoc limitandum & ampliandum ſit per ſequentes cnnclnſinnes declarabitur.

Prima conclusio etiam ſi verba cnnſtitu-
1. tionis ſint de præterito vel de præſenti futura negotia reſpiciunt regulariter loquendn: ita Bartol. citatus num. 64. & in l. ſi ita num. 2. ff. de auro & arg. leg. num. 2. Caſtrenſ. conſil. 315. ſup. an qund quæritur lib. 1. num.

A num. 3. 7. & in fin. Bald. Imol. in l. cum tale §. penult. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. cum in 2. in fine, ff. de iniuſto teſtamenro Angel. cnnſil. 382. in fin Cardinal. Tuſch. litera l. concluſ. 264. num . & litera V. concluſ. 114. nnmero 1. Calderin. conſil. de cunſtit. per rotum Geminian conſil. 18. num. 2. & ptobatur ex natura legis ſeu conſtitutionis, quæ eſt futuris negotiis nnrmam dare: ſi ergo ſpecialiter non caueatur ne in futuris procedat vel peculiaris ratin non vetat, ad futura extendetur. Vnde ſi ſtatutum procedat de remiſſione delictorum & per verba de præſenti, vel de præterito prnferatur ad futura nnn trahitur: quia optima ratio vetat talem exteotinnem. Nimi-
B rum, *ne occaſio delinquendi detur*, per l. 6. meminerir C. vnde vi ibi *ne inde iniuriarum naſcatur occaſio, vnde iura naſcuntur*, ita oostram cnnclusionem diſtingunt Bartol. & Geminian. vbi ſuprà Caſtrenſ. citatus num 15. Felin in cap. final. de conſtitur n. 13. cum aliis probation. per l. cum lex ff. de legib. & l. 2. cum eo tempore C. de generali abſolutinne: quando tamen conſtitutio continet non delictorum remiſſionem, ſed negotiorum diſpoſitionem etiam cum verbis prætert vel præſentis trahitur ad futura Nam lex ſemper loqoitur vt probat Bartol. ex l. Arriani C. de hæret. & cnnfirmat latiſſimè a.
Alexand. in l. ff. de cnnſtitur. princip. & cnnſ. 50. item 8n. vnlum 1. conſil. 214. vnlum. 2. Bald. in l. 1. C. de legib. Paul. de Caſtr.
C conſ. 143. volum. 2. Aretin. conſil. 190. Barba cnnſ 21. volum. 1. & conſil. 38. 30. 49. volum 2. felyn. in cap. 2. de reſcrip. Oldrad. conſil. 14. Cardinal. conſil. 72. in & 7. dubio Præpoſ. in cap. erit autem diſtinct. 4. & alii quos refert Poma; in additione ad Bartol. citatum numero 64. in fin. verbn *ſemper loquitur*, ergo quamdiu nnn reuocatur, ſemper ſortitur ſuum effectum.

Vnde infert Bartol. ſi cnnſtitutio dicat, *quicumque eſt vel fuit obligatus per publicum inſtrumentum, poſſit perſonaliter capi & detineri*, habere locum in eo qui incidit in obligationem puſt factam conſtitutionem & ita non modo ad præſentes & præteritas ſed etiam ad futuras obligationes extenditur. Probatur ex l. 1. de condition. ex lege
D ibi *quoties obligatio lege noua introducta eſt*. Quia eſt cum verbum præſentis temporis ſit, porrigitur ad futura, ideoque Gloſ. ibidem explicar illud eſt, pro erit. Confirmatur per l. 7. iuris geotium, §. finali, in antiquis l & ſuum, ff de pactis item per nmnes cndices authent. quæ incipiunt, *hodie*, nam omni die qua talis lex legitur quamdiu non reuocatur, poteſt dici illud *hodie*, & ſic ſemper lex loqui cenſetur: excipit Cardinal. Tuſch. litera V. concluſ 114. numero 9. caſum in quo priuilegium cnncederetur de annullandis alienatiobus factis, hoc enim priuilegium exiſtimat ad futuras alienationes non extendi; & refert Angel. Aretin. conſ. 72. num. 12. quicquid tamen ſit de priuata lege de qua hîc nnn diſputamus noſtra concluſio de cnnſtitutione cnmmuni, & lege ge-

Digitized by Google

netali procedit contrà quam prædicta excep-
tio nihil concludit.
2 concluſio Quando verba conſtitutionis
3. dubia ſunt circa temporis differentiam &
æquè præteritis ac futuris negotiis poſſunt
accommodari, ad futura tantum extendi de-
bent: hæc ſequitur ex doctrina tradita à Gloſ.
in cap. 2. noſtri tituli verb. *admiſerint*, &
in cap. vnicum de cleric. non reſiden. verb.
receperit. Nam cum verba receperit & com-
miſerint dubia ſint, & vel de præterito vel de
futuro intelligi poſſint, ad futura tantum illa
cum communi ſententia Gloſſ. extendit. Con-
cordat Gloſ. in l. cum tale, §. penultimo
verb. dixerunt, ff. de condit. & demonſtrat.
eamdem concluſionem expreſſè tradunt Abb.
in cap. final notab. 4. de conſtitut. Bartol.
in l. omnes populi citatam in 6. princ quæſt.
3. verb iuxta præmiſſa Bal. in l. leges col 3.
C. de leg. quos refert & ſequitur Decius
in cap final. de conſtitut. num. 11. Idem te-
net Innoc. in cap. ſignificauerunt de teſt.
referens Cardinalem, & tuetur Imol. colum.
9. ad citatum caput finale, Felin. ibidem num.
1. Crotus in prædictam l. omnes populi Sa-
licet in l. teſtium C. de teſtib. Cynus in l.
cum tale §. finali, ff. de condition. & de-
monſt. ar. quibus adſtipulatur Anguian. lib. 5.
de leg. controuer. 3. num. 2. Nauar. in cap ſi
quando except. 21 num. 1. Probatur ex Gloſ.
2. in cap. ad hæc de reſcript. ex qua hanc
regulam deducit Abb. nempe *ad euitandas
abſurditates, & odio reſtringenda per ver-
bum ſubiunctiui, quandoque importari præ
teritum, quandoque futurum, prout ſubie-
ctæ materiæ magis expedierit*; ſed natura
conſtitutionis de ſe habet reſpicere futura;
ergo ſolum ad illa extenditur. In noſtro ca-
ſu, conſequentia eſt euidens. Nam niſi ma
teria, vel aliud manifeſtum indicium tra-
hat conſtitutionis verbum ſubiunctiuum ad
præterita, vt reuera non trahit quando
conſtitutio eſt dubia, & æqualiter futuris
& præteritis accommodatur, quo pacto no-
ſtra concluſio procedit propter conſtitutio-
nis naturam ad futura tantum porrigitur
ſubiunctiuum.

Obiicies, vbi eſt eadem ratio, eadem vide-
4. tur eſſe legis diſpoſitio; ſed quando verbum
ſubiunctiui æqualiter accommodari poteſt
præterito & futuro propter dubiam conſti-
tutionis materiam eadem ratio eſt vt de præ-
terito & futuro intelligatur, ergo in eo caſu
non debet ſolum ad futurum extendi, ſed
etiam ad præteritum Maior in hac ſpeciali
difficultate defenditur ab Iaſone in l. poſ-
ſideri, §. ex pluribus, numero 24 ff. de ac-
quirend. poſſeſſ. Alex de Imol. conſil. 140.
volum. 2. Anton. de Butr. in cap. vltimo de
conſtitut. Felin in cap. ad hæc colum. 1. verb.
Adde etiam illis Ludouic Gomeſ in re-
gul. Cancellar. de publicand quæſt 6 nu-
mero 3. & Roman. conſil 333 vbi reſoluit
quando in decreto dicitur quod qui pro Ec-
cleſiæ vniuerſalis negotiis annum in conſi-
lio laborauerint, certa gaudeant prærogati-
uatiua, non ſolum intelligendum eſſe de iis
qui poſt decretum, ſed etiam de illis qui

A ante decretum laborauerint. Et rationem
reddit, quia verbum quod de præterito &
futuro intelligi poteſt, quale eſt illud labo-
rauerint, quando eſt par ratio ad vtrumque
tempus extenditur. Et probat ex l. cum pa-
ter § cum fidei tuæ 1. ff. de legat. 2. & l. ver-
bum erit ff de verbor. ſignificat. l. verbum
oportebit eod. tit. l. ſi vxori vltima, §. cum
ita ff. de auro & argen. leg. l quod in te-
rum de legat. 2. l. Plotiana, ff. de iure co-
dicill. ſimiliter Bald in l qui Romæ in princip.
de verb. oblig. aſſerit ſi ſtatutum dicat, quod
qui habuerit concordiam, intra octo dies
à die citationis abſoluatur, concordiam habi-
tam ante ſtatutum valere, atque ita ſe conſul-
B tum reſpondiſſe aſſeuerat.

Non equidem difficultate caret præpo-
ſita obiecto. Ad illam tamen reſpondeo 1.
negando maiorem vniuerſaliter loquendo,
& præciſè: ſola enim identitas rationis præ-
ciſè ſumpta non ſufficit, vt ſemper eadem
legis diſpoſitio ſecundùm legiſlatoris men-
tem intelligatur, ita Anguianus citatus nu-
mero 4. cum Syluest. verb. dubium in prin-
cip. Nauar in cap ſi quid autem numero
12. de pœnit. diſt. 7 Et ratio eſt quia ratio
legis & mens legiſlatoris inter ſe differunt, vt
optimè colligit Decius in cap 2. requiſitis, nu-
mero 6. de appellat ex doctrina Bartol. in l. 5.
3. §. final. ff de legit tut. dum ait aliquam
tutelam eſſe legitimam ex ratione legis duo-
decim tabul. non tamen ex mente legiſlatoris
& ſic diſcrimen conſtituit inter rationem le-
C gis & mentem legiſlatoris. Additque Decius
hoc eſſe maxime notandum, quia idem Bart.
in l. cum mulier, ff ſolut. matrim. dicit
quod mens, & ratio idem ſunt: ne tamen
Bartolus ſibi contrarius ſit, illum interpretor
de ratione ex intentione, & mente legiſla-
toris applicata V. G. imponitur certa pœ-
na delicto propter illius ſcandalum: con-
ſtitutio pœnam imponens in poſterum de-
linquenti non trahitur ad præteritum; quam-
uis ratio ſcandali antea præceſſerit: ita am-
pliat deciſionem capitis quoniam de conſti-
tutionibus Felin. ibid. in princip. vt conſti-
tutio non extendatur ad præteritam, etiamſi
ratio conſtitutionis illam præceſſerit, quan-
do id non exprimit, refertque Salyc. & Bald.
in l. teſtium C. de teſtib. per illum textum
D verum de ratione legis in ſequenti quæſtione
latius dicendum.

Reſp. 2. quicquid ſit de maiori, negando
minorem; quoniam quando talis non eſt ma-
teria, quæ propter identitatem rationis tra-
hat conſtitutionem ad præteritum, non pro-
cedit eadem ratio de præterito, atque de
futuro: nam licet eadem ratio quaſi mate-
rialiter accepta vtrobique reperiatur, non
tamen eadem ratio formaliter; id eſt prout
ſubſtat legiſlatoris intentioni & per illam
applicatur, quia quando ita dubia eſt mate-
ria, iam ex communi iure conſtat legiſlato-
ris mentem ad futura tantum porrigi debe-
re ex textibus ad notationem cap. 2. & finalis
huius tituli adductis: Vnde Autores ipſi qui
in oppoſitum citantur, fermè intelligendi ſunt
de identitate rationis in tali materia, quæ ad

præteritum conſtitutionem trahat. Nam fe- A rè omnes nituntur eo principio quod in probarione 2. concluſionis aſſumpſimus ſubiectam conſtitutionis materiam pru ſui exigentia trahere verbum ſubiunctiui iodifferens de ſe ad præteritum vel futurum ad alterutrum, aut ad vtrumque: de qua materia dicemus ſectione ſequenti: hinc ad Romani con-
6. ſilium reſpondet Decius in cap. quoniam in hoc tit. numero 12. rationis paritatem in materia remunerationis concilii decretum ad præteritum etiam extendere, quia vbi de remuneratione agitur, lata debet fieri interpretatio, vt cum Gulielmo de Cuoio docet Alex. in l. 3. in princ. ff. quod quiſque iuris; & erat beneficium principis quod late interpretatur ex cap. cum dilecti, de donat. Vnde ratio in tali materia poſtulabat vt vbi æqualis B eſt labor, æqualis daretur remuneratio per text. in cap. ſcite debet diſt. 76. & cap. 1. de ſepult. & dignum eſt vt qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam, vt probatur ex cap. recolentes de ſtatu monach. ſimiliter proceſſit concilium Baldi etenim ſubiecta ſtatuti materia de abſolutione propter concordiam antea habitam tractum habet ad poſterius, & ad præteritum poſtulat extendi: & cum hoc tantum probent leges citatæ, non eſt cur in ſingulis exponendis immoremur.

Inſtabis, ſola identitas rationis antiquæ ſufficit, vt conſtitutio ad præterita trahatur, vt notat Gloſ. ad verbum cenſemus clement. 1. de conceſſ. præbendæ, quam Abb. & DD. communiter recipiunt, vt teſtatur Nauar in cap. ſi quando excepr. 21. num. 3. ergo di- C cendum eſt in pari ratione conſtitutionem æquè conuenientem futuro & præterito ad vtrumque referri. Ad hanc inſtantiam reſpondet Felin. ſed illius reſponſionem refellit Nauarr. citatus & duas alias affert, vt dicit Anguianus nihilo meliores, ipſe verò reſpondet prædictam Gloſſam non fundari in ſola paritate rationis antiquæ, ſed præterea adiunxiſſe alteram coniecturam, ex qua ſimiliter & eadem ratione antiqua colligit Clementinam ad præteritum porrigendam; coniecturam vero ait fuiſſe illud verbum in textu expreſſum, videlicet *cenſemus*: cuius naturalis ſignificatio ſententiam ſecundum ius prolatam importat, ac proinde indicat ibi ius nouum non conſtitui. Verum quod An- D guianus ait de verbo *cenſere* minus firmum eſt, & manifeſtè contrà l. 111. cenſere de verbor. ſignificatione in qua cenſere idem eſt ac ſtatuere ſeu præcipere & patet in l. 3. ſenatus cenſuit, ff. de edendo l. 35. ſenatus cenſuit, ff. de donationibus mortis cauſa & l. 13 ſi collectaneus, ff. de manumiſſ. vendicata in fin. & in multis aliis quas refert Briſſon de verbor ſignificat. verb. *cenſere*. Et quamuis Rebuff. ad l. cenſere citatam addat etiam accipi pro ſententiæ prolatione, & exiſtimatione, tamen prior & principalior ſignificatio eſt pro iubere, deliberare & ſtatuere, vt docet Gloſſ. in prædict. clement. & altera clem. vnica deprobat.

Quamobrem prædictæ inſtantiæ melius ſatisfieri poteſt ex doctrina Felin. ad cap. vltimum noſtri tit. numero 5. vbi ait etiamſi ios declaratiuum alterius antiqui vtatur verbo quod de ſe videatur nouum condere, ſi tamen reuera declaratiuum ſit, antiquam rationem ad præteritum trahere conſtitutionem & hoc modo procedere clemen. vnicam de conceſſion. præbend. quæ cum non contineat ius nouum, ſed declarationem antiqui, licet verbum *cenſemus* in ſua præcipua ſignificatione nouam inducere conſtitutionem videatur, tamen ſola declaratio noua eſt, ideoque ad præterita porrigitur; nam optimè notat Felin. numero 1. aliud eſſe declarare & interpretari ius antiquum iam conditum, aliud moueri ex ratione, quæ antiqua eſt. & in noua conſtitutione pro fundamento condendæ legis vſurpatur: & nos loquimur de identitate rationis in hoc 2. euentu, in quo nudè ſumitur, & hac ratione non ſufficit, vt ad præteritum conſtitutionem noceat, ſufficiet tamen, ſi cum iure declaratiuo ſimiliter coniungatur.

3. Concluſio quando noua conſtitutio extendi nequit ad certa futura ſine præteritorum 7.
præiudicio, cum quibus futura neceſſario connectuntur, niſi ſpecialem de præteritis faciat mentionem, ad futura cum his neceſſario connexa porrigi non valet. Hanc exprimit Anguianus de leg. lib. 5. controuerſ. 2. num. 2. poſt Ioann. Crottum in l. omnes populi, ff. de iuſtit & iur. numero 142. Alex. ibidem numero 4. Abb. in cap. paſtor. § verum de appellat. Felin. alioſque DD. communiter in cap. quoniam de conſtitut. Pro eadem plures allegat Nauar. in cap. ſi quando de reſcript excep. 21. numero 8. & probat eorum ſententiam in ſenſu noſtræ concluſionis explicatam in confutatione contrariorum ſequenti numero 4. denique Rota volum. 3. deciſ. 818. numero 1. ſequitur ex præcedentibus, quia ſi per generalia legis nouæ verba, futura cum præteritis neceſſariò coniuncta intelligerentur, iam talis lex ad præterita ſe extenderet, quin & de illis caueret contrà expreſſam deciſionem capitis quoniam citati. Probatur 1. ex Gloſſ in clement vnicam de teſtam verb deputatio, vbi declarat præſentem conſtitutionem clementis ad præterita extendi in hoc quod religioſos teſtamentorum exequutores non ſolum deputandos, ſed iam deputatos comprehendat. Verum addit hoc intelligi debere in negotiis gerendis, quæ neceſſariam connexionem non habent cum antea geſtis, non verò in illis quæ licet futura ſint cum iam præteritis & peractis exequutionibus, neceſſario coniunguntur; optimeque probat ex illis verbis textus *volumus præſcindere materiam delinquendi* Nam circa negotia, quæ iam geſta ſunt, præſcindi nequit materia delinquendi.

Probatur 2. quia principis conſtitutio intelligi non debet cum alicuius præiudicio in ea non expreſſo, ſiue conſtitutio ſit lex generalis & communis, ſiue priuata & principis beneficium fauorabile latam aliàs recipiens interpretationem: ergo noua conſtitutio præteritis præiudicare non valet quando

Digitized by Google

de illis non cauet; & communiter neque de A ſuturis, quæ cum illis neceſſario connectuntur & ſine illorum pæiudicio in ea lege non poſſunt comprehendi. Antecedens probarut ex capite. ſuper eo de offic. deleg. cap. paſtoralis, de priuileg. cap. quamuis de reſcrip. concord. l. 2. prætor ait, §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loco publ. cum multis aliis citatis à Gloſſ. ibidem verb. ſic conceditur. Et exponit Gloſſ. textum de generali, vel ſimplici conceſſione, ſine tertii præiudicio interpretandum, tenetque Cardinal. qui declarans Gloſſ. ſingularem clem. 1. de immunitat. Eccleſ. verb. *pro infectis* ait Romanum Pontificem in his quæ ſunt iuris poſitiui, poſſe quidem facta pro infectis B habere, vt non ſolum habeantur infecta ex tempore quo illa quaſſat, ſed etiam ex tempore quo facta fuerunt. Id tamen intelligendum eſſe quatenus id in tertii præiudicium non redundaret Bartol. in l. vltima C. ſi contrà ius Decius & Anaoias quos citat Nauar. except. 21. numero 17. & multo plures citat Anguianus vbi ſupra numero 6. in eiuſdem antecedentis confirmationem, quos prætermitto.

Limitant hanc noſtram concluſionem recentiores legiſtæ ſequentes Crottum in re-
8. pet. ad l. omnes populi de iuſtit. & iur. n. 140. Felin. in cap. Quoniam de conſtitut. numero 11. vbi plures refert. Dominic. in cap. final. de elect. in 6. numero 8. Abb. in clem. 2. de ætat. & qualitate verb. *imposterum* cum Gloſſ. ibidem & ſatis communi ſententia aſſerente non procedere noſtram C concluſionem in executione ſeu perfectione alicuius actus; qui licet de præterito ſit exequutionem & complementum ſeu perfectionem poſtulat de futuro. In hoc enim euentu aſſerit prædicta opinio, etiamſi præiudicetur actibus præteritis comprehendi perfectiones & exequutiones futuras. Duo huius rei ſubiiciamus exempla 1. de exequutione de futuro orta ex actu præcedente in clemen. illa 2. citata: nam ibi iubetur ne canonici in poſterum vocem in capitulo habeant, etiam concedentibus cæteris, niſi in ſubdiaconatus ordine fuerint conſtituti. Vbi vides electionem faciendam à Canonicis ante conſtitutionem nouam præbendas obtinentibus de cætero impediti, niſi ſubdiaconatu fuerint initiati, & ita cum præiudicio canonicæ dignitatis antea habitæ executio de futuro pro- D hibetur. 2. ſumitur ex cap. vltimo de elect. in 6. in quo confirmationes electionum repentinæ & celeres, nullis vocatis, qui ſe opponere voluerint nec diſcuſſo negotio irritatæ ac inanes decernuntur. Vbi apparet præteritæ electionis perfectionem, nempe confirmationem noua conſtitutione comprehendi cum præteriti actus præiudicio. Plura alia exempla videri poſſunt apud Crottum & Felin. citatos.

Verum hæc limitatio vel falſa eſt, vel ſi in aliquo ſenſu veritatem continet, prædictæ concluſioni non nocet; ita Decius in capite
6. quoniam de conſtitut. numero 60. poſt Ioan. Imol. Nauar. in cap. ſi quando de reſcript. except. 21. numero 41. & ſequent. vſque ad 46. Anguian. vbi ſupra numero 11. & alii ſtatim citandi, eſſe falſam oſtendo 1. quia repugnat euidenter traditæ deciſioni in cap. quoniam de conſtitut. Nam perceptio portionis maioribus deferenda, & ſeruitia conſueta à minoribus exhibenda, ſunt effectus qui à cauſa de præterito dependent; & tamen conſtitutio ſuper illis facta & ab hac finali conſtitutione declarata, nulla ratione ad præterita dicitur extendi, ſed ſolum ad futura: quamobrem declarante Gregorio nono illam conſtitutionem capite ſtatuimus de maioritate & obedientia, de loco canonicis dignioribus habendo in choro, ſeu capitulo & in portione recipienda cum præcedentia 1. preſbyterorum, 2. diaconorum, 3. ſubdiaconorum, etiamſi digniores in gradu poſterius ad canonicatum accedant, reſolutio capitis quoniam oſtendit Pontificem in ea conſtitutione legis naturam non immutaſſe, & ideo antiquis canonicis noluiſſe præiudicare, neque executiones de futuro cum actus præteriti præiudicio cauere. 2. quia ad actum præteritum etiam perfectum ratione formæ & pendentem ratione effectus lex noua ſimpliciter loquens non porrigitur, vt optimè probat Bartol. in l. omnes populi de iuſt. & iur. numero 44. ex l. iubemus C. de teſtib. & l. final ff. de curatore furioſo in fin l. 1. item in fine ff. de rei vxor. actio. & aliis, Panormitan. in cap. Quoniam citatum colum. penult & DD. communiter ibidem: ergo effectus de futuro neceſſario connexus cum actu perfecto de præterito noua conſtitutione ſimpliciter loquens non comprehenditur; & à fortiori neque ad perfectionem ſeu complementum præteriti actus noua conſtitutio extenditur: exempli gratia ſi lex noua irritet teſtamenta, quæ careant certa ſolemnitate ſeu forma, non extendetur ad teſtamenta iam facta, etiam ſi teſtator ſuperuixerit, & reficiendi habuerit opportunitatem: ita habetur in l. 39. iubemus C. de teſt. ibi. *Quæ in poſterum tantum modo obſeruari cenſemus, vt quæ teſtamenta poſt hanc nouellam noſtri numinis legem conficiuntur, hæc cum tali obſeruatione procedant.* In quibus verbis nota illa priora verba *quæ in poſterum* per ſequentia declarari, vt ſignificaret, iam factis teſtamentis præiudicare noluiſſe imperatorem; ſed legis naturæ futuris negotiis formam danti ſe accommodaſſe.

Si tamen limitatio prædicta ita intelligeretur, vt ſignificaret, conſtitutionem, quæ prohibet de nouo vſum, & exercitium alicuius rei, non modo ad rei futuræ, ſed etiam præteritæ vſum futurum extendi, quando nullum præiudicium fit rei præteritæ, neque cum illa habet neceſſariam connexionem, illam libenter admitterem. ſed in hoc euentu neque concluſioni noſtræ hæc explicatio nocet, neque illam limitat; nos enim loquimur de vſu vel executione futura, quæ ſine præiudicio actus præteriti prohiberi non poteſt, & cum eo neceſſario coniungitur exemplum aſſigno ex Cle-

men. 2. de vita & honeſtat. cletic. in qua
cleticis virgatarum veſtium vſus interdici-
tur, & Gloſſa ait hanc conſtitutionem etiam
veſtium antea factatum vſum comprehen-
dete, non tamen idcirco ad præterita exten-
di; aliud enim eſt res præterita, aliud vſus
rei præteritæ futurus, qui cum ea neceſſa-
rio connexus non eſt, neque illi per ſe & di-
rectè præiudicat, quam doctinam, vt te-
ceptiſſimam tradunt Cardinal. Panormitan.
Imol. Anton. Andr. ſic Felin. Deci. Domin.
& Alexan. quos refert & ſequitur Nauarr.
vbi ſuprà numero 45. & ita intelligendi ſunt
iſti & fere omnes reliqui DD. qui citantur
à Felin. pro limitatione aſſigoata quomodo
nobis non aduerſantur. Immo & idem Fe-
lio. in numero 11. citato in duabus declara-
tionibus & veluti ſub limitationibus fallen-
tiæ 45. recepir & ſequentibus in camdem
ſententiam trahitur, vel inuitus.

Ad duo exempla ſupra aſſignata teſpon-
deo in 1. ſatis apertè indicari conſtitutionem
ex Clementis legiſlatoris arbitrio ad præte-
rita extendi dum ait, *ſunt mancipati offi-*
cijs, vel mancipabuntur in poſterum, vt be-
ne notarunt Imol. Decius, Nauarr. quos ſe-
quitur Anguianus vbi ſuprà numero 15.
quando verò Gloſſ. io eamdem clem. verb.
in poſterum dicit illam non reſpicere præ-
terita, intelligenda eſt de voce in capitulo à
Canonicis iam præſtita, non vero de ipſis
canonicis iam inſtitutis reſpectu vocis præ-
ſtandæ, de quibus niſi expreſsè meminiſſet
neque etiam illorum vocem præſtandam com-
plecteretur. Ad 2. exemplum reſpondeo 1.
cum Geminiano io idem caput fioale de
elect. in 6. numero 8. etiamſi electiu facta
eſſet, quando ſuperuenit illa conſtitutio Bo-
nifacii confirmationem illius poſtea facien-
dam comprehendi, quia conſtitotio proce-
dit generaliter de quacumque electione ce-
lebrata confirmanda, qualis eſt illa, quæ li-
cet facta ſit, non tameo eſt confirmata. Et mo-
ueor ad hoc potiſſimum non ſolum per illud
verbum celebrata, ſed etiam quia cum con-
ſtitutio hæc ſic præſumptiua fraudis & ad
obuiandum fraudulentæ confirmationi indu-
cta quæ fraus in celebratæ iam electionis
repentina confirmatione eſſe præſumitur, in
illa, conſtitutio ſuum effectum primum ob-
tinebit.

Reſpondeo 2. non eſſe expreſſam men-
tem pontificis an de electione facta con-
ſtitutio procedat: nam verbum *celebrata*
dubium eſt & de futura electione celebra-
ta intelligi poteſt; nam celebrata dicitur ele-
ctio de præterito, reſpectu coofirmationis
de futuro. Et ex doctrina ſequenti ſectione
tradenda, attenta legis natura in his verbis
dubiis futura non præterita intelliguntur: ſi
enim Pontifex vellet compreheodere factam
electionem, diſtingueret de celebrata & cele-
branda, vt in 1. exemplo canonicotum qui
mancipati vel mancipandi erant in poſterum,
videre eſt. Quamobrem Geminiani opinio
iuxta hanc ſolutionem deſerenda, nec iura
quæ ab ipſo citantur, id ſatis probant vt ſin-
gula expendenti erit manifeſtum. Alii textus

A qui afferuntur à Felin. in caput quoniam de
conſtitut. numero 11. extradita doctrina poſ-
ſunt explicari: nullus enim eſt qui limitatio-
nem illam coofirmet, niſi in eo ſenſu in quo
noſtræ concluſioni noo nocet, & conſequen-
ter illam limitare non valet. Videri poſſunt
deciſiones horom textuum conformes ad no-
ſtram doctrinam in Nauarr. capite ſi quan-
do, de reſcrip. except. 21. à numero 40 vſque
ad 57.

4. concluſio quando conſtitutio conce-
dit exceptionem, vel illam tollit, licet ex-
ceptio concernat coottactum ante conſti-
tutionem celebratum; ad illam nihilominus
vt ſimpliciter futuram, trahitur conſtitu-
B tio quæ negat, vel concedit exceptionem:
ita Bartol. in legem omnes populi, quem ſe-
quitur Crottus ibidem numero 141. Panor- 10.
mitan. Anton. Imol. in cap. final. de conſti-
tut. quos refert & ſectatur Felin. ibidem nu-
mero 12. & DD. communiter à quibos ſine
ſufficienti fuodamento recedit Angoian. ci-
tatus numero 16. Nam quod ait per huius
concluſionis doctrinam præcedentem limita-
ri ſi te textu ſufficienti ex ſequentibus reiici-
tur. Probatur igitur 1. ex l. 18. teſtium C. de
teſtam. in qua iubet imperator ne audiantur
debitores, qui cum in ſcriptis à ſe debita re-
tuliſſent, omnem debiti ſolutioneio, vel par-
tem ſine ſcriptis feciſſe affirmarent, niſi
quinque teſtes probatæ exiſtimationis viros
producerent, qui factæ ſolutioni adeſſent, &
C addit text. *his ſcilicet qui iam ſine ſcriptis de-*
bitum vel partem eius ſoluerint, à præſenti
ſanctione merito excipiendis. In quibus ver-
bis excipiuntur antiqui debitores qui totum
debitum, vel illius partem perſoluerint,
quam exceptionem Imperator ſuperuaca-
neam putaret, niſi crederet illam legem an-
tiquos etiam debitores comprehendere, qui
nec totum, neque partem debiti perſoluiſſent:
vel ſaltem id in dubium verteretur. Nam
ſi quis debitor diceret ſe iam ſoluiſſe ante
conſtitutam legem ſine ſcriptis: alter nimi-
rum creditor replicare poſſet ſuperuenientem
legem quinque probatiſſimos teſtes ſibi ad
hoc probandum neceſſarios fore, qui factæ
ſolutioni ſe interfuiſſe teſtarentur. Et cum
Imperator ſolutiones ſine ſcriptis faciendas
in futurum tantummodò vellet prohibere,
D & factis non præiudicare; etiamſi debita
contracta eſſent ante hanc legem omnes, &
ſolas in totum futuras ſolutiones compre-
heodit. Vnde in eadem lege vides conce-
di exceptionem debitori, qui ante illam debi-
tum totum vel partem iam ſoluit & ne-
gari illi, qui debitum integrum conſeruauit,
quamuis illud autem legem contraxerit.

2. Probarur ex l. penultima C. de vſu-
ris iuncta l. 26 eos §. ſuper vſuratum eod.
tit. vbi decernitur præcedentem ſanctionem
de modo vſurarum taxato procedere in om-
nibus exactionibus futuris vſurarum, etiam-
ſi ſtipulationes, per quas vſuræ exiguntur,
illam antecederent. Quare ex tempore pro-
mulgatæ legis ad modum in illa aſſignatum
vſuras moderari debere, & tanquam praua in-
interpretatio ibidem damnatur, illa quæ
ad

Digitized by Google

ad vſuras etiam futuros procedentes ex ſtipulationibus legem antecedentibus, non extendi ſanctionem declararet, ergo exceptio futura orta ex contractu anteeedente legem, in eadem comprehenditur. Reſpondet Angianus numero 20. *Stipulationes præteritas vſurarum in dictis iuribus improbari non vt cumque, ſed tanquam iuri naturali contrarias. Et quia conſuetudo, qua eædemmet ſtipulationes inuantur tamquam irritabilis per illum textum reijcitur*; ideo omnes *illas ſtipulationes quæ ampliores vſuras requirebant quam taxatæ ſunt; per legem ſub eadem comprehendi & ad taxationem reducuntur.* Verùm hæc ſolutio non ſatisfacit. Primo, quia non reddit rationem cur hæc lex penultima declaratiua præcedentis, vt prauam interpretationem reſpuat, illam, quæ vſuras ex ſtipulationibus anteeedentibus legem ortas modum taxatum excedentes non comprehendi arbitrabatur: ſi enim illa interpretatio erat iniqua, ergò iuſta & vera eſt quæ in ea lege penultima continetur. Secunda ratio aſſignata in æquitate iuris naturalis fundata æquè procedit de vſuris excedentibus æquitatem ante legem acceptis, ergo ſi illam tantùm lex reſpiceret, iuberet, omnes reſtitui & actionem contra huiuſmodi accipientes concederet, veluti iniquos alienæ pecuniæ poſſeſſores. Et tamen ſolummodò voluit, vt ex tempore latæ legis 26 eos Codice de vſuris amplioris ſtipulationes moderarentur; ergo ſignum eſt nouum hac in re ius decerni ab Imperatore, in ratione quidem & æquitate naturali fundatum, & ne legem à ſua natura extraheret ſubſequentes tantum vſuras voluit moderari, quas in ſequenti lege penultima etiam ab ſtipulationibus factis ante legem ortas intelligendas eſſe declarauit.

11\. Probatur tertio, nouum ſtatutum vt maritus vxore præmortua dotis dimidietatem lucretur, etiam dotem vxoris ductæ ante ſtatutum, & mortuæ poſt illud comprehendit, vt docet Bartol in lege omnes populi, ff. de iuſtit. & iur numero 4. Rayner. ibidem numero 63. ſuæ repet. Baptiſt. de Sancto Seuerino numero 83. in repet. ad eandem legem, & Legiſtæ communiter, vt teſtatur Imola in cap final. de conſtitution. numero 14. & ſequitur Ancharan. conſil. 225. ſed in hoc caſu ex contractu antecedente ſtatutum oritur exceptiò marito conceſſa per illud idem ſtatutum, ergo quando lex noua dat exceptionem, ad futuras omnes extenditur, etiamſi ex contractibus legem anteeodentibus oriantur. Maiorem negat Anguianus citatus numero 21. cum Crotto & Felino, ſed præter Authores citatos illam confirmat Nauar. in cap. ſi quando exception. 21. numero 50. Et optimè oſtenditur primo ex gloſſ. ſingulari cum text. Clement. 2. de vita & honeſtat. vbi habetur quod Conſtitutio prohibens vſum futurum includere etiam vſum rei præteritæ, vt tenet Bald. in leg. omnes populi colum. 8. dicens ſtatutum prohibens fœminis certa veſtium genera, comprehendere illas veſtes quæ ante ſtatutum factæ fuerunt, quod ſequitur Felin. cum aliis numero 11. Secundo, ex eadem gloſſ ab omnibus recepta & text. in cap. 1. de iniuriis in 6 vbi excommunicantur concedentes vel extendentes pignorationes, vel repræſalias ad Clericos, & intelliguntur hîc comprehenſi qui etiam antea conceſſas extendunt. Tertio, ex gloſſ. in Clement. 1. de teſtament. in qua religioſis etiam exemptis teſtamentorum executoribus præcipitur, vt de ſua exequutione ordinariis rationem reddant, & intelligitur omnis exequutio futura, etiamſi exequutores ante conſtitutionem eſſe cœperint, dummodò inſeparabilis non ſit ab exequutione præterita, ſed cum illa neceſſario coniuncta: ita Cardinal. Domin. Alexand. in cap. ex antiquis diſt. 54 Anton. Felin. vbi proximè & reliqui Doctores communiter in cap. final. de conſtitut.

Quando conſtitutio ad præterita expreſſe ſignificata extendatur.

SECTIO V.

Diximus de Conſtitutione, prout ſecundum ſuam naturam futuris negotiis formam dat: quæſtio ſupereſt difficilior, 1. quandò ad præterita expreſſè vel tacitè ſignificata trahatur: nam vix à Theologis attingitur hæc difficultas, & à Iuris peritis magna opinionum varietate tractatur. Ante illius deciſionem duo ſupponere oportet. Primum triſariàm ſe habere conſtitutionem: primo, ſi futurorum tantum meminerit. Secundo, ſi præteritorum ſimul faciat mentionem expreſſam. Tertio, ſi ſimpliciter loquatur, & ſolum tacitè, & interpretatiuè ad præterita trahi poſſit. De primo caſu ſatis dictum in ſuperiori ſectione, & nonnihil de tertio attigimus ob connexionem doctrinæ. Superſunt tamen aliquot dubia de ſecundo, item de tertio. Secundum præſuppoſitum eſt, aliqua repetiri iura, in quibus de præteritis ſpecialis & expreſſa mentio ſit: verbi gratia in cap. literis, ad finem de probationibus cap. quia in omnibus de vſur. cap. aqua de conſecrat. Eccleſiæ in Clemen. Dudum §. nos autem de ſepultur. leg. penultima, Codice de ſacroſanct. Eccleſ. ad fin. lege vltima de pactis. lege final. Codice de tranſact. leg. vltima, Codice de donat. Aliæ ſunt leges, & Canones in quibus tacita & interpretatiua tantum de præteritis eſt conſideratio, de quibus in ſequenti ſectione dicam. Nunc ſolum exponam, quæ præterita intelligantur in lege comprehendi, quando de illis expreſſè meminerit conſtitutio.

Vnica concluſio, quando conſtitutio præteritorum expreſſam facit mentionem;

non extenditur ad deciſa, vel quæ'ibet pendentia, niſi de ipſis expreſſe caueatur, ita Bartol. in leg. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. numero 40. Abbas Ancharan. Angel. Imol. Butr. Alexand & alii quos refert & ſequitur Decius in cap. vltimo de conſtitut. numero 14. & ſequentibus. Crot. ad legem omnes populi, citatam, concluſione 10. numero 148. Felyn. ad cap. final. de conſtitut. colum. 1. in medio, vbi ait eſſe omnium doctrinam; tres partes habet concluſio. Probatur prima, de cauſis præteritis deciſion. Primo, ex leg. 16. cauſas Codice de tranſact. ibique Bartol. Caſtrenſ. Iaſon. & Doctores communiter. Ratio eſt quia, vt ait gloſſ. non eſt intentio principis ſopitas lites per ſententiam, vel tranſactionem ſuſcitare; ita etiam gloſſ. in l. ſancimus de ſacroſanct. Eccleſiaſtic. & in cap. audita de reſtitut. ſpoliat. verb. *occaſione ipſarum* in cap. licet canon. de elect. in 6. & in Clem. diſpendioſam de Iudæis. Secundo; Per verba generalia non intelligitur, nec præſumitur voluiſſe Legislatorem quæſtiones deciſas reuocare, vt oſtendit Felin. citatus per cap. ex tua de filiis preſbyter. Bartol. in l. final. per ipſam Codicis ſententiam reſcindi non poſſe, &c. Gloſſ. ibidem Panormitan. in Clement. dudum, § nos etenim de ſepultur. Vbi habetur quod lex irritans pacta præterita, non intelligitur de pactis ſuper quibus emanaſſet ſententia & confirmatio apoſtolica. Idemque dicendum ſi ſolum ſententia præceſſiſſet per Cardinal. ibidem quæſtione

3. 7. Tertio effectus cauſari per ſtatutum reuocatum non reuocantur: hinc enim eſt quod excommunicatus per legem antiquam, etiamſi poſtea lex reuocetur, abſolutione indiget, ſecundùm Abbatem in cap. non debet de conſang. & affinitat. Hæc verò deciſa intelliguntur ab Angel. conſil. 53. numero 4 & conſil. 382. prope finem. Alexand. conſil. 199. numero 4. lib. 6. Tuſch. verbo lex, concluſione 265. numero 14. & 15. cum Caſtrenſi conſil. 169. numero 7. lib. 2. Benedic. de Capra reg. 6. numero 3. Bartol. Felin. aliiſque ſuprà citatis ſiue cauſæ per ſententiam, quæ tranſiret in rem iudicatam ſiue tranſactione, iuramento, ſolutione, aut quocumque modo ſopitis litibus deciderentur.

Secunda pars de cauſis pendentibus oſtenditur ex cap. 1. & vltimo, vt lite pendente & facit text. ex multiplici de decim. conſentit authentica in medio litis non fieri ſacras formas, &c. Et leg. 1. & 2. Codice vt litis pendent. & Doctores ibidem communiter Bartol. ſuper authent. vt cum de appellatione cognoſc. §. 1. Et ratio eſt non ſolum illa pro prima parte adducta, ſed altera quæ vtramque partem confirmat. Nam conſtitutio diſponens circa præterita eſt odioſa, & contra ius commune; ergo quantum illius verba pati poſſunt, omnino reſtringenda ſunt: ergo non ad deciſa & lite pendentia ſunt extendenda: ita Tuſch. in litera leg. concluſion. 165. numero tertio. cum Alexandro conſil. 199. lib. 6. numero 4.

A vbi dicit eſſe ſententiam communem Et confirmatur quia vt in diſputation. 4 dicemus agentes de interpretatione conſtitutionis, lex reuocatoria iuris communis ſemper venit reſtingenda Sed lex quæ trahitur ad præterita, eſt reuocatoria iuris communis; ergo, &c. Verum diuerſimodè hæc doctrina ad authoribus explicatur. Nam Antonius de Burgos in cap. cognoſcentes de conſtitut. aſſerit conſtitutionem nouam circa ordinatoria iudicii, & modum procedendi ad pendentia extendi; etiamſi illorum nullam facerent mentionem, & quamuis non extendatur ad acta cauſæ; & citat pro hac ſententia Felyn. in cap. quoniam de conſtitution. numero 10. & dicit

B eſſe communem opinionem, probatque ex Gloſſa in cap. licet Canon. in verb. *de cætero*, de elect. in 6. & gloſſ. in Clement. Diſpendioſam, ad finem de iudiciis. Confirmat primo, quia alia ſunt acta cauſæ pendentia, alia acta iudicii, per Clement. ſæpè verbu *defenſione*, de verborum ſignification. acta cauſæ ſunt probationes atteſtationes & reliqua cauſam reſpicientia, & cauſæ merita. Et in iſtis propriè examinatio conſiſtit non in actis iudicii, quæ ad ordinem procedendi ſpectant. Sed authent. quæ citatur, vt cum de appellation. cognition. collat. 9. loquitur de examinatione actorum cauſæ ibi, *appellationis cauſam examinari*, ergo acta iudicii non comprehendit.

C Cæterum neque Authenticam ſatis declarauit Burgos, neque verum eſt illam eſſe opinionem communem. Primum ſatis oſtenditur ex verbis authenticæ, quæ etiam de actis ad modum procedendi in iudiciis manifeſtè procedit, ibi. *Hoc eodem videlicet obſeruando & in retractandis ampliſſimæ prætorianæ ſententiis, & in ſuggeſtionibus Iudicum, quando vtræque partes omnibus allegationibus ſuis renuntiauerint, & iudices per relationes ſuas, quid diſponi debeat, interrogauerint.* Quis enim non videt in his modum procedendi in iudiciis inuolui, circa interrogationem Iudicum, partiumque relationem vel ſupplicationem, nempe quod referant aut ſupplicent, ſic vel ſic, vni, duobus, vel tribus 4.

D iudicibus. Secundum probatur quia quando communis opinio aſſerit legem, quæ extenditur expreſsè ad præterita complecti etiam pendentia, ſecundùm modum procedendi, loquitur, non de proceſſu, iam facto, ſed de illo qui reſtat, qui reſpectu legis promulgatæ potius futurus eſt quam præteritus; iuxta Gloſſa in Clement. 4. vt hi qui de ætat. & qualit. & Clement. 1. de teſtamentis. Et ita proceſſus pendentes in tantum cenſentur præteriti in quantum pertinent ad cauſas, quæ in iudicio pendent, nam ſimpliciter futuri ſunt; ita ſententiam communem declarauit Felin. numero 10. citatus cum Angelo conſil. 211. Gloſſ. citata in cap. licet Canon Abb. in cap. Venerab. de iudiciis col. 2. & idem tenet Imol. in cap.

quoniam de conſtitut. numero 14. cum Bartol. Cin & aliis multis, quos citat: & confirmatur ex l. 2. C. de iuram. calum. & ſimilib.

5. Dico igitur pendentia in cauſa principali ſiue ante, ſiue poſt appellationem non intelligi nomine præteritorum in noua conſtitutione præterita concernente. Quod procedit quando in pendentibus cauſis iam fuiſſet omnino concluſum, vt docet Benedic. de Capra regul. 6. numero 9. cum Goſfred. & Ioann. Andr. Compoſtell. in cap. cognoſcentes de conſtitut. gloſſ. in l. Leges Codice de leg. Bartol. in l. omnes populi de iuſtit. & iur. Et id manifeſtè dicitur in authent. vt cum de appellat. cognit. Immo idem dicendum, etiamſi ſolum in cauſa principali negotium eſſet concluſum, affirmat Cardinal. Florent. in dictum caput quoniam de conſtitut. Bald in l. omnes populi. Verùm oppones quod hoc non colligitur ex auth. citata quæ copulatiuè loquitur, de concluſione, & relatione: Sed bene occurrit Imol. quamuis enim ex eo textu id non probetur, ex alio oſtendere poſſumus, videlicet, quia poſt concluſionem cauſæ iam negotium dicitur finitum, vt habetur in l. ſi aduerſus in fin. de reſtitut. & integr.

6. & concordat leg 1. §. final. ad Ter. Si verò non fuerit in cauſa conclusum, tunc conſtitutio quæ præterita continet, trahitur ad pendentia, vt ex authentica citata deducitur, & à fortiori ſi noua conſtitutio reſpiciat modum procedendi, & ordinandi ſeu præparandi cauſas: nam in hoc euentu manifeſtè comprehenduntur pendentes & in initiis conſtitutæ. Et hæc eſt ſententia Hoſtienſis quem ſequitur Gloſſ. in cap. licet canon. verb. de cætero de elect. in 6 & gloſſ. final. in Clemen. ſecunda de iudic. cum Imol Bart. Bald. quos refert & ſequitur Felin. in cap. quoniam de conſtitut. num. 10 Nauarr. in cap. ſi quando de reſcript. excep. 21. num 49. cum Archidiac. Suza. Dominic. Alex. Decio & aliis ab eo citatis

Rogabis vtrum hoc verum ſit ſiue conſtitutio, ſeu decretum motu proprio, & ex certa ſcientia emanet, ſiue ad impetrationem alicuius & inſtantiam partis? Reſpondeo præcedentem doctrinam ſolum admitti debere in lege motu proprio, vel ex certa ſcientia emanante Nam aliàs conſtitutio quæ emanauit ad impetrationem, & inſtantiam partis, quamuis de præteritis meminerit, non traheretur ad pendentia aliqua in ipſa cauſa. Et hoc oſtendit authentica in medio litis §. ſi verò & § ſi cauſam: & ſequitur Benedic. de Capra citat. numero 15. poſt Compoſtell. in cap. cognoſcentes & Ioann. Andr. & Imol & Nicol. in cap. quoniam de conſtit. quomodo intelligo procedere gloſſ. in cap licet canon. cum Hoſtienſi proximè relatam. Ratio eſt, quia conſtitutiones quæ ad præterita referuntur, calumnioſæ & iniquæ præſumuntur per legem penult. Cod. de Decurio lib. 10. hæc verò præſumptio in conſtitutione ad impetrationem particularis perſonæ promanante locum habet, non in illa quæ ex motu proprio & certa ſcientia à principe euulgatur. Proprius enim principis motus & certitudo omnem calumniæ ac iniuſtitiæ tollit præſumptionem.

Tertia Concluſionis pars erat, niſi Conſtitutio expreſſe de deciſis & pendentibus ſpecialem faceret mentionem. Et quod attinet ad deciſa, id exprimit vtraque Gloſſ. canonica in Clement. 1. de immunitat. Eccleſiaſtic. Ciuilis in leg. 16. cauſas Codice de tranſact. & Doctores communiter in cap. quoniam noſtri tituli, & duobus modis id contingere poteſt ex Felino ibidem Colum. 3. Primo, ſi lex noua diceret, vt omnia geſta in iis de quibus diſponit pro infectis habeantur. Secundo, ſi in noua conſtitutione exprimeretur illam ad præterita etiam deciſa extendi. Ita Cardinal. Abb. Ancharan. Imol. Ioann de Anan. & alii relati à Felin. vbi ſuprà. Ratio eſt quia in vtroque Legiſlator ea, quæ in contrarium facta erant noua conſtitutione irritauit, & in ſui patrimonii bonis hoc contingiſſe ait Petr. de Ancharan. in cap canonum de conſtit. verſ. ex cauſa etiam nam cum ſuæ patriæ homines calamitatibus oppreſſi cogerentur poſſeſſiones ſuas paruo pretio vendere, vt ſe à captiuitate redimerent triginta annis elapſis lex ſtatuta eſt, vt reſtituto emptoribus pretio omnes contractus pro infectis haberetur. Reſtringit hanc doctrinam Bartol. in final. l. Codice ſi contra ius, vel vtil. publ. per leg quoties de precibus imper. offer. vt non procedat in reſcripto, ſed in conſtitutione generali; ſed melius Abb. quem ſequitur Felynus citat. colum. 4. verſus finem Benedic. de Capra regul. 6. numero 6. poſt Nicolaum in cap. Quoniam, de conſtitut & communior ſententia, videlicet quando ſubeſt iuſta cauſa, non ſolum per Conſtitutionem, ſed per reſcriptum deciſa irritentur, & contractus pro infectis habeantur, quia iuſta cauſa ius alterius tolli non repugnat, vt Gloſſa in leg. 16. cauſas citatas, aſſeruit per eamdem legem cum qua conuenit cap. quæ in Eccleſiarum de Conſtitution. Neque obſtat lex quoties citata, quia ſolum ex ea colligitur non valere reſcriptum per quod iniuſtè debitor vel creditor iure ſuo defraudaretur.

Maius dubium eſt an quando lex noua ad præterita etiam deciſa extenditur, intelligi debeant deciſa etiam de iure iam quæſito alteri. Mihi ſanè placet opinio Felyn. vbi ſuprà colum. 4. poſt Cardinal. in cap. ad petitionem de accuſat. & Ioann. de Annan. ibidem colum. 7. videlicet ne fiat præiudicium ei, cui per deciſionem eſt quæſitum ius maximè ex cauſa oneroſa quando eſt iam. Et probatur quia numquam præſumitur princeps velle ius tollere quæſitum cum tertii præiudicio, niſi quando habita notitia ipſius iuris, notis verbis & clauſulis vteretur, quibus de plenitudine poteſtatis ad omnium deciſorum derogationem moueri ſignificat. 7.

net Roman. conſil. 65. Alexand. conſil. 7. colnm. 2. libro ſecundo. Capra vbi ſupra numero 28. Suares lib. 3. cap. 14. numero 11. de legib. Azor. tom 1. lib. 5 cap. 16. qnæſtione 13 quem ſequitur Salas 12. tract. 14 diſp. 21. ſect. 7. numero 17. Denique Rota volum. 2. Deciſ 144. numero 2. auth. de filiis ante dotalia inſtrum. nat. §. 1. colum. 3. ibi, *Cum omnibus manifeſtum ſit, ea quæ adiecta ſunt per interpretationem, in illis valere, in quibus interpretatis legibus ſit locus*, item auth. de raptor. § final. in fin. ibi, *tamquam ſi lex noſtra ab initio cum tali interpretatione promulgata fuiſſet*. Item leg. quinta. Non dubium Cod. de legibus. Concordat cap. cum tu, de vſuris, item prnœm. Clem. in verb. de cætero. Idem deducitur ex cap. vt lex 27. quęſtione 1. Vbi cenſetur nullum matrimonium quod Clericus in ſacris vel religioſus profeſſus contrahere intendit; quia tamen aliqui dubitant an in hoc textu ius ſtatuatur nouum, an declaretur antiquum, licet ſecundum probabilius videatur: Clarius adhuc huius rei exemplum habetur in cap. final. de ſponſal. in quo ſecundum matrimonium ratum eſt & conſummatum declaratur nullum propter primum: quod quamuis fuerit ratum tantummodò, indiſſolubile tamen permanet & conſummato præfertur. Vbi Alexand. de Næuo cum Cader. Hoſt. & Butr. ait numero 23. concluſ. 6. ait. *Quamuis ſummus Pontifex ex miſericordia quaſi & ex diſpenſatione tolerauerit conſuetudinem Mutinenſis Eccleſiæ in præteritis & ſolum de futuris ita diſpoſuerit, vt ſignificat illud aduerbium de cætero ſecundum Abb. ibidem tamen in hoc textu extendit cum declaratorius ſit ad præterita ſuapte natura extendi debere*, accedit caput Gaudemus de diuortiis ſecundo ratione ſuadetur concluſio; Quia conſtitutio declaratoria ſupponit regulam antiquam, quam interpretatur oſtendens quam obligationem illa induceret: ſed regula antiqua toto tempore antecedenti poſt ſuam inſtitutionem obligauit; ergo declaratoria ad illud tempus præteritum extenditur: nam quamuis ſit præteritum reſpectu conſtitutionis declarantis, tale non eſt comparatione, iuris declarati ad quod extenditur. Tandem hanc doctrinam Felin. citat dilatat que etiam in caſu in quo lex noua verbo aliquo ad nouum condendum ius apto vteretur, & probat ex gloſſ. ſingul. in clem. 1. de conceſſ. præbendæ verb. cenſemus.

Quia tamen ſunt actus nonnulli, in quibus præcedentis concluſionis doctrina non procedit, in aſſertione addidi, *regulariter*, prius, qui ab Autboribus aſſerttur eſt in quo ipſe Legiſlator ſuam mentem exponeret verbo addito, quod conſtitutionem
3. iam ſpeciatim traheret ad futura: cuiuſinodi eſſet. *De cætero, Deinceps Edicto*, & ſimilibus ita Felyn. citat. numero quinto poſt. Butr. Imol. in cap. quoniam de conſtitut. colum 6. Benedic. de Capr. citat. numero 21. Anguianus de legibus lib. 5.

A controuerſ. 5. numero ſecundo Probatur ex cap. à quia de conſecrat. Eccleſiaſt. & altar. cum gloſſ. ibidem verb. *de cætero*, cap. vnico de poſtul. prælat. in 6. & cap. vnico de Cleric. non reſiden. in 6. & ratio eſt quia ſicut de natura legis eſt reſpicere tantum futura, & tamen ex mente Legislatoris expreſſa ad præterita porrigitur, ita declaratoria conſtitutio, quæ ſuapte natura ad præterita trahitur, ex Legislatoris intentione manifeſta ſolum reſpicit futura. Et ſane in ſenſu noſtræ quæſtionis hæc limitatio excludi poteſt, vt reuera illam excludit Decius in cap. Quoniam numero 49. quia nos loquimur de conſtitutione ſimpliciter loquente, & limitatio ſupponit conſtitutionem declaratiuam ad futura, verbi expreſſione reſtringi. Authores verò quia concluſionem accipiunt in
B tota ſua latitudine, quocumque modo ſe habeat prædictam merito adhibent limitationem. Alia ratione motus eam Decius non admiſit, quia ſcilicet non intellexit quomodo conſtitutio declaratoria eſſet, & ad præterita non traheretur. Vnde ad iura ſupra citata ait ea magis confirmando ſeu annullando quam declarando procedere.

Secundus caſus eſt quando conſtitutio declaratoria alicuius iuris communem ob- 4.
ſeruantiam rationabilem in contrarium reperiret, ita gloſſ. in cap. vnico de poſtulat. prælat. in ſexto verb. *de cætero*, & ibi Domin. Item cap. vnico de Cleric non reſid. in 6. Butr. in cap. quoniam de conſtitut. colum. 2. & in cap final. de ſponſal.
C Duor. colum. vltima Ioann. de Anan. ibidem colum. 4. cum gloſſ. Angel. conſil 51. Imol. in clem. ſtatutum colum. 3. quos ſequitur Felyn. citatus numero 6. Capr. numero 22. Alexander de Næuo in cap. final. de ſponſal. duor. numero 24. Decius vbi ſupra numero 50. cum Cardinal. & Abb. ibidem relatis, dico obſeruantiam inuentam debere eſſe rationabilem, quia ſi irrationabilis ſit, & peccatum nutrire videatur, conſtitutio declaratoria ad præterita porrigetur. & irrationabilis obſeruantia in contrarium peccatum nutriens non obſtabit, quia conſuetudo debet eſſe rationabilis ex cap. final de conſtitut. cap Denique diſt. 4. cum aliis à gloſſ adductis verb. *conſuetudine*, & ita expreſſe dicitur in Clem. ſi vna de rebus Eccleſ. non alienan. ibi, *Irri-*
D *tum eſſe decernimus & inane contraria quauis conſuetudine non obſtante*. Et ratio eſt quia irrationabilis conſuetudo non validat actum neque excuſat à culpa cognita conſuetudinis irrationabilitate, vt poſt Nicol. docet Benedic. de Capra regul 6. numero 25. & alii citati.

Conſuetudinis verò & obſeruantiæ rationabilitatem probabilem faciet Doctorum boni nominis opinio qui illam confirmabant, antequam conſtitutio declaratiua iuris antiqui adueniret: In eo enim euentu docet Felin. numero 7. cum Paulo de Leazar Cardinal. Imol. & aliis actus præteritos per conſuetudinem DD. authoritate defenſam ce-

lebtatos nouæ conſtitutionis adnentu non irritari, ſed illos rantum, qni conſuetudine poſtea progrediente fulciuntur. Econtra verò quando conſuetudo nullo Doctorum patrocinio ſubnititur actus præteriti, tamquam irrationabili conſuetudine fundati per ſuperuenientem conſtitutionem irritantur, ita Abb. Domin. & Ioann. de Anan. quos ſequitur Felyn. numero 8. Et probatur ex cap. inter dilectos de exceſſib. prælat. vbi Innocent. III. contra Clericum qui ſe de vſura conſuetudine à Galliæ Clericis introducta excuſabat, talem deteſtatus corruptelam, ait, *cum illis magis plectibilis ſit offenſa per quos ad excuſandas excuſationes in culpis delinquendi auctoritas vſurpatur.*

Exceptio igitur in ſecundo caſu, ita explicata ratione oſtenditur, quia lex, quamuis futuris negotiis ſuaptè natura formam tribuat, poterit nihilominus per conſuetudinem futuram antiquari, & reſpectu futuri temporis vim ſuam amittere; ſimiliter ergo conſtitutio declaratoria, etiamſi de ſe ad præterita referatur, non illa comprehendet in quibus obſeruantiam in contrarium rationabilemque conſuetudinem Doctorum opinione confirmatam inuenerit. Antecedens probatur in cap. Denique §. hæc. & ſi legibus diſt. 4. Gloſſ. in cap. 1. de treg. & pace cum ſimilibus. Confirmatur, quia non magis de ſe habet conſtitutio declaratoria reſpicere præterita, quam habet illa conſtitutio, quæ ſpeciatim de præteritis meminit. Sed hæc non extenditur ad præterita diuturnitate temporis comprobata, vt docet Angel. conſil. 53. colum. vltima, & licet Felyous in cap. quoniam de conſtitut. colum 6. in medio de hac doctrina dubitet, quando præterita non ſint deciſa & effectui mancipata, illique neque conteſtem, neque contradictorem ſe inueoire dicat, Decins tamen Angelo adſtipulatur. Et probat per leg. qua in prouincia, §. Diuus, ff. de ritu nuptiar. ibi, *monemur temporis diuturnitate*, & in authent. de non alienand. in §. alienationis colum. 2. ibi, *quod itaque iam præterijt, relinquimus: nam tanta documenta tempore longo facta nunc commouere multa erit tergiuerſationis*: Et in authen. de Armeniis, §. hæc igitur omnia ibi. *Nam antiquiora perſcrutari & ad ſuperiora tempora aſcendere confuſionis magis quam Legislatoris eſt.* Et concordat bonus textus in cap. contingit de tranſact. ad illa verba, *ſi fuerit aliquot annis obſeruata.*

Oppones in cap. 1. de poſtul. prælat. in 6. cum ſummus Pontifex, certam poſtulandi formam irritam & inanem declararet, ne præteritas electiones infirmare videretur addidit illud aduerbium, *de cætero*, & tamen obſeruantia antiqua multum iudicio, vſuque recepta illam eligendi formam retinebat, ergo lex declaratoria contra antiquam communemque obſeruantiam in oppoſitum præualet, niſi adhibeat reſtrictionem, vt apparet in verb. *de cætero*; & conſequenter exceptio ſecundi caſus non ſubſiſtit. Reſpondeo primo cum Felino in cap.
A quoniam colum. 7. numero 6. in fin. illud aduerbium *de cætero*, ad maiorem expreſſionem fuiſſe appoſitum io citato cap. 1. Vnde nequit inferri argumentum à contrario ſenſu, vt ſi non adhiberetur illud verbum, traheretur conſtitutio ad præterita: nam ex illa illatione abſurdus ſenſus contra alia iura reſultaret, nempe contra l. Barbarus, ff. de offic. prætoris, & contra l. 29. Iubemos, Codice de teſtament. Reſpondeo ſecundo, com Ioann. de Anan. in cap. nimis primum de exceſſ. prælat. aliquando in lege verba exprimi, quæ aliás iotelligebaotur ad euitandam illius ſiniſtram interpretationem: quod præſertim in caſu illius capitis contingere potuit: non enim ſatis conſtabat an obſeruantia antiqua de il-
B la eligendi forma ſufficienti rationabilitate niteretur: & ſaltem id vocari poſſet in dubium, niſi aduerbium illud adderetur.

3. Eueotus eſt in quo conſtitutio decla- 5.
ratoria reperit cauſas per ſententiam omnino deciſas & ſopitas illarum lites, ad has enim non extenditur etiam ſi declaratio nouæ legis errorem iuris humani in ſententia lata manifeſtet. Ita Ioaon. Andr. Butr. Imol. Vincent. in cap. quoniam de conſtit. quos ſequitur Felin. ibid. numero. 7 colum 8. in fin. Dominic in cap. ex antiq. col. 3. & in cap. humanum genus diſt. 1. colum. 3. Benedic. de capr. regul. 6. num. 28. probant ex l. 3. Barbarius ff. de offic. prætor. & l. 29. iubemus C. de teſtam. Item per illud, quod notar Innoc. in cap. nihil de elect. etenim iudex ſecundum ſcriptas leges debet iudicare. Verum huius exceptionis confir-
C matio patet ex probatione concluſionis in Prima parte, ſectione proxima. Nam ſi conſtitutio quæ expreſsè de præteritis cauet ad cauſas deciſas non extenditur, multo minùs illa quæ ſimpliciter loquitur ad eaſdem porrigi non debet.

Dixi ad cauſas omnino deciſas; quia ſi adhuc per appellationem pendeant, ſub conſtitutione declaratoria comprehendentur, ita Felin. vbi ſupra cum reliquis citatis. Probatur per authent. de filijs ante dotal. inſtrumenta natis ad finem: & ita æſtimat Bartol. Concinit cap. cum cauſa de ſentent. & re iudic. vbi Summus Pootifex declarat cauſam in 1. & 2. inſtantia deciſam, ſed adhuc in-
D terpoſita appellatione pendentem male iudicatam eſſe dicit, quare ſententias præteritas ſpreta canonum forma, procedentes omnino eſſe reuocandas. Et rationem reddit, *quod licet vſus & conſuetudinis non minima ſit auctoritas, numquam tamen veritati aut legi præiudicat.* Intellige cum Gloſſ. ibid. & DD. communiter, niſi conſuetudo ſit rationabilis, & legitimè præſcripta, qualis illa non erat. Ergo pari modo ſi pendente per appellatioonem cauſa euulgetur per conſtitutionem declaratoriam veritas iuris antiqui, ex quo malè intellecto præterita ſententia promananit, merito ſuperueniente declaratione hæc ſententia reuocabitur & veritatem iudex appellationis amplectetur. Nam vt optime Auguſt. l. 3. de baptiſmo contrà Donatiſt. cap. 6. *Veritate*

Digitized by Google

manifeſtata cedat conſuetudo veritati. Et habetur in cap. veritate diſt. 8. ibique Gloſſ. 1. alios textus refert, in quibus oſtenditur opinioni veritatem ſemper præferendam. Vt ergo cauſa à conſtitutione declaratoria non comprehendatur, oportet vt omnino deciſa ſit & in rem iudicatam ſopitis litibus tranſierit; quicquid in contrarium dicat Decius in cap. quoniam de conſtitut. n. 52.

6. Addidi tandem in hoc caſu tertio exceptionem procedere, etiamſi conſtitutio declaclaratoria deciſæ ſententiæ errorem intolerabilem in iure humano oſtenderet, non in iure diuino; quia ſi error veteris opinionis fuerit in iure diuino V. G. in materia ſacramenti ſententia lata per nouam conſtitutionem, quæ errorem declarat, neceſſario venit reuocanda. Exempli gratia in Ethiopia error fuiſſe dicitur communi vſu receptus, vt in aqua paſſis vuis tincta Chriſti ſanguis conſecraretur, quem errorem noſtræ Societatis PP. Deo adiuuante ſuſtulerunt, & ex ſacra pagina œcumeniciſque conciliis ſub ea materia ſacramentum non fieri oſtenderunt, & communiter ipſos numquam in ea materia Chriſti ſanguinem conſecraſſe, nam ſacramenti materia iure diuino determinata immutari non poteſt. Confirmaturque ex cap. veniens de preſbyt. non baptizat. vbi preſbyter non ſecundum formam Euangelii baptizatus rite baptizari, & ad ordines promoueri iubetur. Quando tamen error eſt in humano iure, in cauſa omnino deciſa, ex eodem ſecundùm citatos Doctores toleratur.

7. 3. concluſio quando noua conſtitutio procedit confirmando trahitur ad præterita: eaſdemque limitationes & extenſiones admittit quas conſtitutio confirmata recipiebat; ita Ioann. de Belnis quem ſequitur Bartol. in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iur. Felin. in cap. quoniam de conſtit. num. 15. col. 15. in medio Benedict de Capra regul. 6. num. 41. ſequut. Hoſtien. Bero. in cap. nulli num. 87. de reb. Eccleſ Nauarr. in Miſcellan. 70. num. 4 Probatur à Benedicto ex cap. 1. de tranſlat. Epiſc Verùm quamuis ibi de confirmatione ſermo ſit, nihil de noſtræ concluſionis puncto attingitur. Melius probatur. 1. cum Felin. ex cap. 1. de tranſact. ibi *ſola pactorum inter vos nunc habitorum pagina validum perpetuumque robur obtineat.* Et concordat. l. 3. bene à Zenone Cod. de quadriennij præſcript. verſus finem, ibi *nullo alio confirmationis tempore expectando*, vt caſtigatior tranſlatio retinet, & l. ſi quis argumentum C. de donationibus 1. ratione quia confirmatio eſt præcedentis actus ratificatio, & iuris quæſiti corroboratio, teſte Geminiano conſ. 128. num. 3. Decio & aliis in rubric. de confirm. vtil. & inutil. Ideoque per confirmationem omnia quæ ſunt in confirmato cenſentur repetita, vt docet Bald. conſ. 331. Signorol. conſ. 61. Dinus conſil. 51. ergo neceſſariò trahitur, ad præterita confirmatio enim eſſe non poteſt niſi præextiterit id ad quod trahitur confirmatio.

Hinc colliges 1. quod quando conſtitutio alteram præcedentem confirmat, non immutat extendendo amplius vel limitando, ſed intra eoſdem limites contentam relinquit, ita Decius citatus Roman. conſil. 371. Alex. conſil. 122. lib. 4. num. 21. Ruin. conſ. 158. numero 16. lib. 1. Vnde etiam optimè infert Signorol. 138. num. 13. ſi princeps confirmet ſtatuta contraria quorum vnum alteri derogat; ita procedit confirmatio vt derogationem prioris conſtitutionis per poſteriorem non tollat: ſicut enim antea poſterior lex priorem ſuſtulit, ita confirmatio, quæ ſuper vtramque cadit, ne ſibi contradicat in antiquiori conſtitutione nihil operatur: ſolum aduertendum eſt, quando confirmatio fit à principe, qui diuerſam vel ampliorem iuſdictionem ſortitur, nouum quoddam robur conſtitutioni impertiri, quod inſtar conſtitutionis de nouo factæ nouam recipit extentionem V. G ſi ſummus Pontifex laicorum ſtatuta confirmauerit, pontificia remanent & canonica, quæ antea ciuilia tantum erant, & a foro ſæcularia ad Eccleſiaſticum extenduntur: ita Alexand. conſilia 123. libro 4. num. 17. Roman. conſil. 37. verb. cenſeantur; Abb. conſil. 77. lib. 2. colum. penult. in princip. de qua re latius diſp. 6.

II.

Colliges 2. quando actus præteritus fuit nullus, confirmationem in noua conſtitutione non trahi ad præterita. immò nihil operari ſi confirmatio fit in forma communi, & non ex certa ſcientia principis, vel per incertum tenorem actus præteriti princeps informatus præſumatur: ita Oldrad. conſil. 237. in fin. numero 8. Bald. conſil. 110. libro 1. Anchar. conſ. 389. numero 6. Caſtrenſ. conſ. 84. colum. 2. Alex. conſ. 59 num. 9. lib. 1. & alii quos ſequitur Cardinal. Tuſch lit. C. concluſ. 708. numero 1. & ſequentibus. Ratio eſt quia confirmatio præteritum ius corroborat, & nouum non concedit quando in communi forma producitur: ergo ſi actus nullo antea iure nitebatur, nullo etiam iure ſubniti confirmationem oportet Si tamen Princeps ex certa ſcientia noua conſtitutione actum præteritum confirmauerit, ſeu informatus præſumatur ex verbis conſtitutionis illum confirmantis, tunc ſanè actui nouum valorem impertiri ſentimus cum Oldrad. conſil. 257. numero 12. Geminian. conſil. 32. circa finem Guid. conſi. 134. numero 4. & probatur quia confirmatio principis ex certa ſcientia dicitur noua conceſſio, & præteritit innouatio, capite 1. & capite veniens, & Gloſſ. ibi verb. *confirmamus* de tranſact. Nar. conſil. 636. numero 172. & conſil. 647. numero 12. Roland. à Valle conſ. 2 numero 170. lib. 1. & latius lib. 3. conſ. 1. num. 58. & ſeq. Molin de primoge. lib. 2. cap. 7. num. 7. & ſequent. 9.

Quando tamen princeps hac ratione confimat ex certa ſcientia actum præteritum ex aliquo capite nullum, eique valorem de nouo concedit, meritò ait Felin. vbi ſupra cum Bal. in l leges C. de leg. colum. vltima actum præteritum trahi ad tempus confirmationis, quia tunc ſcnſetur validè fieri quando per confirmationem ad valorem reducitur. Idemque de informatione dicendum cenſet. Nam

hæc ſi cauſam non habeat antiquiorem, & ſufficientem vt actus præteritus infirmetur, quando de nouo actus infirmatur ad tempus ſuæ infirmationis reuocatur. Probatur cum eod Bald citato & Petro de Anchar. in rep. cap 1. de tranſact. per l. 4. obſeruare, ff. de offic. proconſul. vbi dicitur ſi proconſul antequàm ingrediatur prouinciam legato ſuo iuriſdictionem mandauerit & ingreſſus prouinciam, in eadem voluntate fuerit, *credendum eſt videri legatum habere iuriſdictionem non exinde ex quo mandata eſt, ſed ex quo prouinciam proconſul ingreſſus eſt*. Item ex l. 29. ſi quis priore, ff. ad ſenatus-conſul. Treb ad quam legem hæc eſt Bartol. ſumma. *Si confirmatum non poteſt confirmari, agitur ex confirmante non ex confirmato*. Vnde in hoc caſu neque confirmatio ad præterita trahitur, sed ad vtriuſque tempora actus præteriti reducuntur.

11. 4. concluſio quando conſtitutio ſimpliciter loquens aliquid de nouo præcipit, vel prohibet ad præterita regulariter non extenditur, neque pœna per eam impoſita ad actum præteritum porrigitur hæc expreſsè habetur in cap. 2. & vltimo noſtri tituli, iuxta interpretationem omnium DD. ibidem, ſatiſque probatur, ex iis quæ in 1 notatione Commentationis 3. ad hanc diſputationem præcedentis tradidimus. Et confirmatur quia præceptum qua tale eſt non datur de actu præterito, ſed de futuro; quia ſicut nemo poteſt ad impoſſibile obligari, ita neque ad præteritum actum faciendum, vel non faciendum ſed lex quæ conſtitutiua eſt, præceptum quoddam dicitur ergò impoſſibile eſt vt ad præteritum actum porrigatur. Obiicies hinc ſequi legem declaratiuam propriè legem non eſſe, ſed quandam veluti doctrinam & expoſitionem veteris legis quam declarat. Reſpondeo negando illationem quia illa lex declaratiua etiam inducit præceptum obligans ad ſequendam ipſius interpretationem in omnibus actibus futuris & iudiciis ſubſequentibus, & præterea quia illius declaratio cadit ſuper regulam præteritam antecedenter obligantem & actus quos dirigebat regula declarata, lex declarans extenditur propter veteris iuris præceptum antiquum, vt ſupra iam tetigi concluſione 2. Vnde inſero quando conſtitutio antiqua abrogatur in futurum, non ad præteritum abrogationem extendi, quia vſque ad tempus ſuæ reuocationis valere cenſetur. Caſus habetur expreſſus in l. 7. legem Anaſtaſij C. de naturalib. liber. cuius ſumma ex Baldo hæc eſt. *Lex quæ caſſatur, intelligitur caſſari quoad futura, non quoad præterita*. Neque diuerſa ratio eſt in derogatione priuilegiorum vt bene aduertit Franc. de Curt iunior. conſ. 108. circa controuerſiam col. 3. & Andr. ab Exea in cap. cognoſcentes de conſtitut. num. 21. ſicut enim lex præterita derogatur ne in futurum obliget, ita conſtitutio derogans priuilegiis, intelligitur de præteritis reſpectu futuræ obſeruantiæ, non verò de priuilegiis futuris. Probatur primo euidenter quia priuilegia futura adhuc non ſunt; ſed quod non eſt, abrogari nequit: ergo ſi reuera abrogantur

A priuilegia; præterita non futura intelliguntur. 2. qui poteſtatem habet priuilegia derogandi, non eſt exiſtimandus ſibi poteſtatem adimere ad ea concedenda, aut ligare ſibi, vel alteri in eadem poteſtate conſtituendo manus eorum diſpenſatiuas, ergò quando priuilegiis derogat, de præteritis non de futuris eſt interpretanda derogatio.

Dixi in concluſione regulariter, quia in aliquibus euentis conſtitutio noui iuris inductiua ad præterita extenditur, etiam quando ſimpliciter loquitur. hi verò caſus vel ſunt exceptiones à generali regula in concluſione tradita, vel potius particulares deciſiones, quæ oſtendunt in quo ſenſu noſtra aſſertio ſit accipienda. Illos ſpeciatim oportet recenſere.

B Primus eſt, quando noua conſtitutio addit vel minuit pœnam delicti ex cauſa quia 12.
ſcilicet hæc pœna magis conueniens eſt quàm illa antiqua, quæ non erat ipſo iure impoſita; tunc enim comprehenditur delictum præteritum ante hanc conſtitutionem factum. Ratio eſt quoniam attenditur tempus ſententiæ punientis ita Gloſſ. in authent. vt indices ſine quo ſuffrag. §. opinionem Bartol. Ant. Innoc. Ioan. de Imol. quos ſequuntur Felin. in cap. quoniam de conſtitut. numero 14. & Benedic. de Capra regularum 6. numero 45. Et ſuadetur ex l. penult. ff. ſi ex noxal cauſa agatur. In qua ſeruus tempore ſeruitutis delinquens & accuſatus tempore libertatis non vt ſeruus ſed vt liber punitur, quia in delictis publicis puniendis tempus ſententiæ attenditur, quo pœna congruentior debeat infligi. Dico in publicis, quia quando agitur de priuatis iniuriis & criminibus conditio perſonæ ſpectatur tempore commiſſi delicti, non vero tempore ſententiæ iuſtam pœnam illaturæ, vt bene notat Gloſſ. ad citatam legem penultimam, verb. *vindicta*, & ſic melius hanc legem concordat cum l. 1. ff. de pœn. Dico etiam quando noua conſtitutio pœnam congruentiorem delicto imponeret quàm antiqua, quia ita procedit prædictus caſus iuxta Abba. & Anchatan. quos ſequitur Felin. citatis. ſi enim pœna tempore commiſſi delicti ſtatuta congruentior delicto videatur, & ſine cauſa minuitur per nouam conſtitutionem illa antiqua infligenda. & ratio eſt quia trahi delicti pœnam ad tempus ſententiæ eſt interpretatio ex æquitate, quæ in maiori pœnæ congruentia fundatur. & hæc ceſſat quando antiqua magis conueniens cenſetur; quemadmodum ſi pœna ipſo iure per antiquam conſtitutionem impoſita eſt; non verò per ſententiam imponi debet taxatio pœnæ ad tempus ſententiæ trahi nequit, vt optimè adnotarunt Ioan. Andr. & Domin. in cap. final de elect. in 6. cuius rei exemplum deſumi poteſt ex cap. exigit, de cenſib. in 6 In quo ipſo iure pœna infligitur delinquentibus, *nulla eis in hoc dantium remiſsione, liberalitate ſeu gratia valitura*. Et ratio eſt quia quando pœna ipſo iure imponitur, ſecum affert executionis ius & multum differt pœna impoſita ab imponenda: nam illa vt minuatur per nouam conſtitutionem oporteret vt pro infecta ſeu non impoſita haberetur, & non executioni mandata: quod

C, D

repngnat, qnando illa ipſo iore incurrirur, vt ſupra dicebam de excommunicaro per antiquum ſtatutum. Ad eundem caſum reducitur ille de quo Barr. & Bal. in l. cum lex ff. de legib. quando ſtaturum nouum pœnam remiſit. V. G. vt quicumque ſuerit Bannitus certam ſoluens ſummam, è banno exear; ad banniros de præterito rtahitur ne occaſio detur delinquendi, vt ſectione 4. dictum eſt.

13. 2. caſus eſt quando conſtitutio noua ſimpliciter loquens procedir concedendo, vel auferendo excepriouem, ad prærerìtos contractos, quos ipſa exceptio concernit, etiam extenditur. hic caſus ſatis probatus eſt in 4. concluſione ſect. 4. vbi diximus conſtitutionem ad huiuſmodi exceptiones tanquam ad ſimplicitet ſuturas trahi; etiamſi contractus præteritos reſpicerent: exempli gratia diſponit ſtatutum, vt ad præſcriprionem decennij poſſeſſio ſufficiat. ſi quis per decem annos poſt ſtatutum in ſuarum rerum poſſeſſione perſeueret, in omnibus etiam ante ſtaturum habitis præſcriptionem obtinebit. Prætetea diſponat ſtatutum de certis debitis, vt via executionis à creditoribus exigantur, ſine vlla exceptione, niſi ſolutionis iam ſactæ; illius generis debita etiam ante ſtatutum contracta in eo comprehenſa cenſentur. r. exemplum ſuadetur ex l penult. C. de vſucap. 2. ex l. 18. teſtium C de teſtam.

14. 3. caſus eſt quando conſtitutio diſponit de actu ſucceſſiuo qui plures habet partes V. G. de ordinatoriis iudicii, de rationibus edendis, de adminiſtrationibus, & ſimilibus: nam etiamſi ſimpliciter loquatur, & poſt actum inchoatum, & imperfectum emanet ad illum, trahitur quoad partes futuras non quoad præteritas, niſi cum præteritis neceſſariam habeant connexionem. Ita patet ex Gloſ. ex cap. licet Canon verb. de cætero de elect. in 6 & in Clem. 1. de teſtam. & eſt communis DD. ſententia cum Bart. in l. omnes populi quos ſequitur Benedict. de Capta, tom. 1. regularum 6. num. 53. Et concinit expreſſa Iuſtiniani deciſio in l. 17. contractus C. de fid. inſtrum. his verbis. *Quæ tam in poſtea conficiendis inſtrumentis quàm in his, quæ iam ſcripta, nondum autem abſoluta ſunt, locum habere præcipimus, niſi iam ſuper his tranſactum ſit vel iudicatum, &c.* & l. 2. cum & Iudices C. de iureiuran. propter calumniam. Ibi *neceſſarium duximus præſentem legem ponere per quam ſancimus in omnibus litibus quæ fuerint poſt præſentem legem inchoatæ*, vt Gloſſ. 1. notauit. Amplior huius caſus probario à concluſione 3. ſectionis 4. petenda eſt. ex cuius doctrina alii caſus ſimiles deciduntur, quos fuſius explicat Benedict. citatus à num. 58. vſque ad 79.

15. 5. concluſio, quando conſtitutio ſimpliciter loquens partim antiquum ius declarat, partim nouum inducit, tunc ſecundùm eam partem, quæ declaratoria eſt ad præterita, ſecundum illam, quæ aliquid innouat ad futura modo ſuperius explicato porrigetur. Huius probatio ex dictis manifeſtaria euadit. Eius exemplum credit Suarez in l. 3. de leg. cap. 14. n. 4. eſſe cap. Quantæ de ſenten. excommunica.

A Vbi excommunicatur, qui cum videat percutere clericum, & poſſit obuiare, percutientem tamen non prohibeat. Verùm hic textus claram iuris interpretationem continet, vt paret ex verb *interpretamur*, ſeu vt in Vaticana tranſcriptione eſt. *interpretans* rationem cuius interpretationis dolus, & fauor præſumitur in eo, qui adeſt, poteſtque obuiare delicto & non obuiat. ita Abb hic num. 4. cum Bart. in l. is qui opem ff. de furr. Et l. non ſolum §. ſi mandato, ff de iniuriis. ſolum ergo oſtendit hic textus iuris præſumptionem, & interpretationem, & nullom de nouo inducit ius, niſi eo modo, quo omnis conſtitutio declaratiua nouam affert de iure expoſitionem. Vnde ad delictum præteritum trahi potuiſſe hunc textum non dubito. quare ſi Suarius de aliis legibus declaratiuis ad præteritum extendi affirmat, non video cur, huic Canoni ſimilem extenſionem denegauit. Aptius exemplum noſtræ concluſionis eſt Clem. Prima de vſur. in qua ſummus Pontifex iniquitatem ſtatutorum exigentium vſuras & compellentium quoſlibet populos ad eaſdem, declarat eſſe contra diuina iura, & de nouo excommunicantur qui de cætero ſimilia fecerint ſtatuta, vel ſacta non deleuerint ita Capra regula 6. num 82. cum Gloſſ. ad dictam Clem. Anton. in cap quoniam de conſt & DD. communiter. Aduertere tandem oportet qood 16.
in reliquis diſpoſitionibus præterquam conſtitutionum & legum ſimpliciter prolata diſpoſitio concernit præſentia & præterita non futura. Ita Felin. in cap. quoniam de Conſtitut. num 56. colum 55. Grott in repert. ad l. omnes populi ff de iuſtit. & iur. num. 150.
C ſuadetur per cap. ad audientiam 2. de Eccleſ ædifican. vel repar. in quo Vrbanus 3. optimè reſpondet Canonicorum Collegio quod nondum eſt de iure, priuilegium deferri non poſſe. Et cap. final. de reſcript Apoſtolicæ literæ ad futuras controuerſias non trahuntur. neque cum per illas quis prouidetur de beneficio vacaturo ad beneficium poſt datam ipſarum creatum literæ extenduntur: vt Clem. vltima de reſcript. deciditur. Concordat l. 7. ſi ita ff de auro & argen. & legat. in qua legatum ſimpliciter & indefinitè prolatum ad tempus teſtamenti refertur, vt ibidem Bartol. & reliqui notarunt cum Gloſſ verb. *non futurum*, & l. 69. Rutilia. Boſſa de contrahend. empt. vbi ſic habetur in ſumma Bart. *verba*
D *contractus referuntur ad tempus contractus.* Ad quod maximè faciunt Innoc Anton & Panorm in cap. quantu de Cenſib. vbi aſſerunt in conſiderando monetæ æſtimatione tempus attendi quo contractus fuit celebratus, non quo promiſſio dilata fuit: quod idem tenuit Oldrad. conſil. 31. Thema tale. quidam & Alber. Gaſtr. & Gyn. in l. non modus C. de ſeruit. & aqua. cuius hæc licet, *prædia quibus debetur ſeruitus aquæ, fuerint aucta, non tamen augetur modus aquæ deducendæ à principio limitatus*. Plures diſpoſitiones ſimiles vide apud Felin. & Crott. citatos.

De ratione conſtitutionis.

QVÆSTIO III.

PRoximè accedunt duæ aliæ conſtitutionis ſeu legis conditiones ex numeratis à Gratiano capite erit autem lex, diſtinct. 4. Vt ſit ſecundum patriæ conſuetudinem, & ſecundùm rationem. Ex quibus primam omnino prætermitto quia difficultates ad illam ſpectantes in tit. 4. de conſuetudine expendentur. Alteram huius diſp. maximè propriam hoc loco proſequimur. Nam cùm ratio conſtitutionis ad illius cauſam finalem pertineat, de illa nunc agere apta doctrinæ diſpoſitio ſuo iure depoſcit, de illa ſcite oportet quid ſit, quomodo ad legem ſeu conſtitutionem ſe habeat, quam neceſſe ſit in illa tacitè vel expreſsè contineri & tandem an illa ceſſante conſtitutio ceſſare æſtimetur.

Quid ſit ratio in conſtitutione, & quanta illius neceſſitas.

SECT. III.

1. PLurimi ex iuriſperitis in conſtitutione cauſam à ratione differre affirmant ſumpta occaſione à Clem. dudum, §. nos autem de ſepultur. vbi textus hæc duo, diſtinguit hoc modo. *Ex aliqua ratione vel cauſa vrgente*, & ita Paul. Eleaz in eandem Clem. ver. In ſtudiis Cardin Floren. ibidem colum. in 3. oppoſit Imol. colum. 12. Ioan. And. in cap. cum Dilecti de Accuſat. colum. 2. vnde Ioann. Monach. in cap. final. de iuram. calum. in 6. ait cauſam eſſe animi impulſum ad aliquid agendum. Rationem verò eſſe ordinem gerendorum ex cauſa venientium. Ex hac diſtinctione colligit cauſam abſque ratione poſſe reperiri; non è contra rationem eſſe ſine cauſa Probat ex l. 1. §. ſexum, ff. de poſtulan. Vbi dum Vlpian. fœminas prohibet pro aliis poſtulare ratione legis adiungit, *ratio quidē prohibendi eſt ne contra pudicitiam ſexui congruentem alienis cauſis ſe immiſceant*. ſtatim verò addit. *Origo verò introducta eſt à Carfania impudentiſſima fœmina, quæ inuerecundè poſtulans, & Magiſtratum inquietans cauſam dedit edicto.* Vbi vides cauſam huius legis in Carfania fuiſſe, rationem verò in omnibus fœminis militare.

Aliter legis rationem deſcripſit Bald. in l. omnes populi colum. 7. num. 63. ff. de iuſtit. & iur. nimirum, *ratio eſt vrgens diſputatio vel euidens demonſtratio*. In cuius confirmationem adducit l. 1. §. veteres ff. de acquir. poſſeſſ & l. 20. non omnium ff. de legib. Verùm neutra probat inſtitutum, ſolum enim in illo §. *veteres*, eſt quædam gloſſa in qua Ioannis reſponſio ad certum quæſitum adducitur. Et pro ratione quæſiti redditur *vrgens diſputatio*, quæ reſponſio non ſignificet rationem legis eſſe vrgentem diſputationem, ſed rationis interrogationem eſſe difficilem, & ad an-

A guſtias redigere reſpondentem. quod ad rem non facit. Idem Bal. vbi ſupra num. 64. ſubdit, *ratio eſt quidam motus animi viſum acuens, veraque à falſis diſtinguens*. Vel *eſt mentis motus in his, quæ dicuntur, decernere vel conuertere valens.* In huius probationem refert l. final. C. de indicta viduitate tollen. & l. 7. his ſolis C. de reuocand. donat. Verùm in his legibus nihil peculiare munio de ratione legis expoſitum, ſed ſolum illæ leges adduci poſſunt in exemplum, vt ſexcentæ aliæ ſimiles in quibus recta legiſlatoris ratio in diſcernendo apparet. Ex his tandem infert Tyraquell. tract. ceſſante cauſa, & num. 6. cauſam eſſe de præterito ac præſenti; rationem verò de futuro referens Bartol. Bellarm. & Salyc.

B Prima aſſertio: licet ratio, & cauſa in conſtitutione nunc pro eodem, nunc pro diuerſis ſignificatis vſurpentur quatenus cauſa ſignificat finem, qui legiſlatorem mouet ad conſtitutionem ferendam, & eſt propriiſſima cauſa vna ex quatuor, quæ à Philoſophis numerari ſolent; non diſtinguitur à ratione motiua, quæ vera & propria ratio conſtitutionis cenſetur. Primam partem aſſertionis ſequuntur Ioann. Monach. And. & Cardinal. Flor. vbi ſupra; item Hoſt. in cap. cum dilecti de accuſat. verb. ex cauſa Bartol. in l. de monſtr. §. quod autem col. 1. ff. de conſtitut. & demonſtr. Luc. Pen. in l 1. C. de his qui non implet. ſtipend. & lib. 10. col. 2. Henric. Boich. in cap. Forus §. cauſa de verbor. obligat. qui varios modos exponunt quibus cauſa accipitur. Sicut ergo nomen cauſæ diuerſimodè ſumitur, ita non ſemper cum germana rationis ſignificatione coincidit, vt cernitur in l. illa prima de poſtulando. Inquam Gloſſ. verb. *cauſam* Optimè diſtinguit cauſam finalem legis, quæ idem eſt atque ratio quæ legiſlatorem mouet, à cauſa, quæ eſt veluti occaſio, quam habuit princeps, & qua etiam impulſus fuit, vt rationem generalem, & permanentem conſideraret propter quam conſtitutionem conderet. Quamuis igitur impudentia vnius fœminæ edicto anſam præbuit, illa tamen finalis ratio legis non fuit, neque propria cauſa, ſed tantùm occaſio. Hæc verò fœmina non Carfania, vt habetur in contextu, neque Calfurnia, vt Gloſſa dicit, ſed Caia Affrania fuit Licynii Bructionis vxor, de qua Valer. Max. lib. 8. cap. 3. exemplo 2 ſic ſcribit: *Inuſitatis foro latratibus aſſiduè tribunalia exercendo ad muliebris calumniæ notiſſimum exemplum euaſit, adeò vt pro crimine improbis fœminarum moribus Caiæ Affraniæ nomen obijciatur.* 2.

C

D

Vnde iam ſecundæ partis probationem deduco, nempè cauſam finalem legis, & rationem ipſius omnino idem eſſe; quæ ratio ſicut in ſpeculatione veritatis falſa à veris diſcernit, ita in actione iuſtitiæ, & honeſtatis iuſta ab iniuſtis, honeſta à turpibus diſcriminat. Vnde Philoſophi dicere ſolent, idem efficere principium in ſpeculatiuis quod finis agit in practicis. ſicut enim ex veritate principiorum concluſionis veritas colligitur ita ex fine actionis iuſtitia & honeſtas comparatur. Hanc igi-

rur aſſertionis ſecundam partem tenent Anchatan conſil. 254. ſtatuto cauetur num. 4. Fulgoſ. conſil. 77. ſuppoſito ſtatuto num. 2. Lap. alleg. 102. In Ciuitate Florentiæ, num 15. ad fin. Federic de Sen. conſil. 4. num. 5. Cardinal Tuſch. l. R. concluſ 30. num. 4. & concluſ 32. num. 3. cum aliis. Couarr. variar. reſolut. lib. 1. cap. 10. num. 2. poſt D. Thom. 1. 2. quæſt. 1. artic. 1. ad 1. & artic. 4. in corpore, item quæſt. 18. artic. 6. in corpore: vbi illum ſequuntur II. Nau. in cap. inter verba n. quæſt. 3 Corollar. 4 Gurtier. pract. quæſt. lib 3. quæſt. 17. num. 115. Primò ſuadetur ex l 1. de negotiis geſtis, in cuius ſumma ita Bart. *Lex iſta ponit cauſas huius edicti*, quæ quidem cauſæ ad rationem motiuam ſeu finalem pertinent, non quatenùs ad abſentes reſtringuntur, quamuis enim in abſentia illius cuius negotium geritur frequentius, & efficacius prædictæ rationes militent, quia tamen inter præſentes datur etiam actio negotiorum geſtorum, bene notauit Gloſſa verb. *abſentiam*. Abſentes dediſſe cauſam ſeu occaſionem impulſiuam legis condendæ, ſed finalem eſſe magis vniuerſalem, & ad præſentes etiam extendi.

3. 2. probatur ex l. 25. ff de iure dot. In qua ſtipulatio de dote reddenda mulieri, vt de ea teſtari poſſit, virum obligat dotem reddere, etſi illa inteſtata moriatur, quia etiam ſi deficeret cauſa reddendi dotem occaſionalis, & impulſiua quæ erat de dote teſtari, non tamen defuit cauſa finalis & ratio motiua in contractu, videlicet mulierem non tranſtuliſſe dominium ſuæ dotis, neque illam à ſe alienaſſe, vt ex Gloſſ. verb. cauſam à Baldo aliiſque DD. ad hanc legem communiter conſtat. 3. quia DD. quando de cauſa finali legis & de ratione propriè ſumpta ipſius ſermocinantur, his duobus vocabulis promiſcuè vtuntur. ita Decius in cap. cum ceſſante de appellat. col 1. vbi ait cauſam pro ratione tunc accipi quando dicimus, ceſſante cauſa ceſſare effectum. Item Imol. in cap. tranſlationem, de renunt. col. 6. num. 4. docet cauſam finalem legis propriam ipſius eſſe rationem. Et allegat Bartol. in l. 2. §. final. ff. de donat. cui adde Bald. expreſſius id aſſerentem in cap. monaſt de vita & honeſtat. Cleric. Aret. conſil. 161 Verùm eſt quod colum. 3. Pau. Pariſ. conſil. 32. potiſſima dubitatio colum. 5. num. 53. lib. 1. Alex. conſil. 75. Viderctor num. 3. & ſeq. lib. 5.

Conſtat ergo ex dictis rationem in conſtitutione eſſe cauſam finalem ipſius, & conſequenter rationem legis tam pertinere ad futurum ſeu præteritum, quàm pertineat ipſa finalis cauſa. Quando igitur DD. ſuprà citati

4. dixerunt cauſam legis eſſe de præterito, rationem verò de futuro: intelligendi ſunt de cauſa, quæ idem eſt ac occaſio. quæque de præterito fuit, & anſam legiſlatori dedit condendæ legis, quod tamen non tollit etiam rationem finalem legis poſſe eſſe de præterito, & ad illud ea de cauſa legem trahi, vt quæſtione proxima dictum eſt. Quamobrem illud diſcrimen abſolutè ſumptum inter cauſam & rationem legis à veritate abhorret, ſicut ne- A que etiam verum eſt quod aſſerunt nonnulli, legis rationem cum interpretatione ipſius coincidere, idemque omnino eſſe Ita Bartol. in l cum mulier ff. ſolut. matrim. Et alii Iuriſperiti communiter qui docent mentem & rationem idem eſſe in lege, quia ratio legis anima cenſetur. Sicut enim homo ex corpore & anima conſtat, ita conſtitutio verbis & ſenſu quoniam verba corporis inſtar ſunt, & mens ſeu ratio animæ locum tenet, vt tradit Abb. conſil. 1. num. 7. lib. 1. Alex. conſil. 52. circa hanc num. 15. lib. 4. quod eſt Barbatiæ. Item Bald. in l. quamuis C. de fideicommiſſ. & in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iur. & in l. ſcire oportet ff. de excuſat. tutor. Roger. tract. de iur. interpretat. quæſt. 1. num 16. Stephan. Federic. de interpretat. leg part. 1. num. 2. Georg. Nata tract. de ſtat. quæſt. 4. num. 146. Tiraquell. leg. ſi vnquam C. de re- B uocand. donat. num. 45. At licet comparationem admittam, ſententiam non probo quæ legis rationem cum interpretatione illius confundit.

5. 2. Aſſertio: finalis ratio conſtitutionis non eſt idem atque interpretatio ipſius, ſeu intentio Conſtituentis Exprimitur à Decio in cap. ſecundo quæris, de appellat. num 6. vbi citat Bartol in l. 3. tutela §. ſi parens, ff. de legitim. tutor. dum ait aliquam tutelam eſſe de ratione legis duodecim tabularum, non tamen ex mente ipſius. Item Suarez lib. 4. de legib. cap. 20. num. 10. & lib. 6. cap. 1. num. 7. Probatur primò quia in qualibet conſtitutione tria conſiderari poſſunt inter ſe diſtincta. Primùm verba; 2. ſignificatio verborum C intenta à principe. 3. ratio propter quam ad legem ſeu conſtitutionem ferendam mouetur. Primum habet ſe veluti materia conſtitutionis. 2. inſtar eſt formæ intrinſecæ moralis, eo modo quo forma moralis intrinſeca eſſe prudentum arbitrio exiſtimatur. 3 veluti forma extrinſeca per modum obiecti ſe habet. Et in hoc conſiſtit finalis ratio conſtitutionis, quæ principem ad ferendam legem mouet; non vt occaſio, ſed vt vera cauſa finalis & ratio motiua, in qua conſtitutionis rectitudo fundatur. hinc 2. idem probatur: Nam ſtante obiectiua legis ratione, antequam princeps per illam moueatur ad conſtitutionem decernendam, adhuc non eſt lex & multominùs legis interpretatio ſeu principis intentio per legis verba ſignificata, ergo hæc ratio ab intentione & ſignificatione conſtitutionis di- D ſtinguitur. 3. quia ratio non ſemper expreſſa eſt in conſtitutione, vt ſtatim dicemus: ſed ſignificatio & intentio principis ſemper exprimitur, mediantibus verborum & ſcriptorum ſignis: ergo ratio & interpretatio conſtitutionis non eſt idem.

6. Oppones: de eſſentia legis & conſtitutionis eſt vt ſecundum rationem fiat, ſi enim irrationabilis ſit, lex non erit, iuxta caput erit autem diſt. 4. ergo ratio legis eſt anima & forma ipſius, quam princeps intendit. Nam ſicut agens naturale intendit formam ſubiecto introducere: ita agens intellectuale formam rei intellectæ exprimere. Et legiſlator cum ſit agens intellectuale in conſtitutione

tanquam mentis arteſacto rationem quaſi for- mam intendit. Reſp. hoc argumentum tantum oſtendere rationem eſſe conſtitutionis formam extrinſecam, ad quam princeps tanquam ad finem reſpicit, & propter quam legem & conſtitutionem facit, non verò eſſe neceſſario formam intrinſecam ipſius. Et quamuis à nonnullis authoribus appelletur, ratio legis anima ipſius, quia ſine ratione lex non ſubſiſtit, vt ſtatim dicetur, tamen cum extrinſecè tantum & obiectiuè hanc vim, efficaciamque legi communicet, & illam præcedat, ab eadem diſtingui neceſſe eſt. Quod vt magis innoteſcat, notanda eſt duplex ratio, quæ in conſtitutione facienda interuenit. Prima reperitur, & ſupponitur in materia actus quem conſtitutio dirigit: V.G. conuenientia & iuſtitia actionis præceptæ ſeu malitia, & iniuſtitia prohibitæ. 2. eſt ipſum lumen intellectuale in principiis per ſe notis, vel per diſcurſum illam conuenientiam & malitiam actuum diſcernens. Et licet vtraque ratio ad legem omnino neceſſaria ſit, neutra tamen ſe habet vt forma illius ſuo modo intrinſeca. Nam prima eſt ratio obiectiua propter quam lex fertur, non tamen ipſam formaliter conſtituit, quia iam ſupra diſputatione 1. diximus legem in actu intellectus formaliter conſiſtere. 2. eſt ratio manifeſtatiua prioris conuenientiæ, ſcilicet in actu præcipiendo, & malitiæ in prohibendo inuentæ, & conſequenter directiua voluntatis, per quam ſe determinat legiſlator ad conſtitutionem ſtatuendam. Vnde ſatis pro comperto eſt vtramque rationem præcedere ad conſtitutionis decretum.

7. Suppoſita igitur hac doctrina, de 2. tituli parte, quàm neceſſaria ſit ratio in conſtitutione, parua aut nulla ſupereſt difficultas, ſi loquamur de hac ratione obiectiua conſtitutionis. Nam ſicut nemo negabit omnino neceſſarium eſſe obiectum, ad quod conſtitutio referatur, ita inficiari nullus poteſt huius rationis neceſſitatem. Quamobrem quando Iuriſperiti legem ſine ratione ſubſiſtere æſtimarunt, de alia proculdubio loquebantur diſtincta ab obiecto legis præcepto, aut vetito excluſo, vel admiſſo. quæ ratio eſſet illud præcipiendi, aut vetandi, excludendi. vel admittendi. Præterea quando alij è contra nullam legem ſine ratione perſiſtere crediderunt, etiam mihi certum eſt, illos non ita deſipere, vt de expreſſa ratione in lege declarata id affirmatint. Nam magna eſſet legum & conſtitutionum ignorantia in omnibus rei præceptæ, vel prohibitæ diſtinctam rationem aſſignare, etenim vt habetur in l. 20. *Non omnium quæ à maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt*, ff. de leg. quæ lex non ſolum ſui rationem non reddit, ſed neque in multis aliis aſſignari poſſe aſſerit manifeſtam rationem. Vnde iam patet quomodo obiecta conſtitutionum à ratione diſtinguantur, quare de ratione à conſtitutione diſtincta quam neceſſaria ſit ad legem ſequenti ſectione expediendum.

Vtrum vera conſtitutio ſine alia ratione tacita vel expreſſa præter principis voluntatem ſubſiſtat.

SECT. II.

PArtem affirmantem ſequuntur Innocent. in cap. irrefragabili de offic. ordinat. & in rubr. de conſuetud. Abb. in cap. ſi quando de reſcript. num. 4. & alii in 4. argumento citandi Baldus & alii legiſtæ in l. 20. non omnium ff. de leg. item ad l. 12. proſpexit ff. qui & à quibus, vbi ita habetur, *quod quidem per quam durum eſt, ſed ita reſcripta lex eſt*, concinit cap. ſcriptum 6. quæſt. 3. & cap. ad audientiam de præſcription. Anchar. in Clem. 1. de elect. in princip. Felin. in cap. ſi quando colum. 8. num. 11. de reſcrip. Tyraquell. in præfat. retract. num. 76. Decius in rubr. de conſtitut. ſect. 1. & num. 11. Probatur 1. ex citatis ll. l. non omnium & l. 12. proſpexit. 2. ex l. 1. § initium ff. de poſtulando; in qua pueros perfectis ſeptemdecim annis minores Prætor prohibet poſtulare. Et reddit rationem Vlpianus, *quia moderatam hanc ætatem ratus eſt ad procedendum in publicum*. Gloſ. verb. *ratus*, expendens Et cum ea nobiles Iuriſperiti dicant eſſe mirabilem rationem, quæ tamen in ſolam prætoris voluntatem refunditur. Et citatur ſimilis text. inſtit. qui & à quibus manumit. licet ad finem. Eadem ratio reddenda iudicatur de omnibus quæ ſunt de poſitiua iuſtitia. Vt de vſucap. de præſcript. quæ tanto tempore non maiori, vel minori ſunt inductæ. Ita Gloſſ. multa ſunt quæ ideo mala, & rationi diſſona reputantur, quia à principe ſunt prohibita, plura ideò rectæ rationi conſona rationem induunt honeſtatis, & iuſtitiæ, quia iuſſa ſunt, & in eorum executione, obſeruantiæ, ac obedientiæ actus exercentur: ſed in his nulla alia antecedens ratio, ante principis voluntatem reperitur: ergo hæc aliquando per ſe ſufficit ad veram conſtitutionem, neque alia exigenda eſt ratio Huic ratiocinationi concinit l. 1. ff. de conſtit. princ. ibi. *Quod principi placuit, legis habet vigorem*. Vt ſignificetur hoc vnum ſufficere in lege, quæ contra ius faſque manifeſtè non eſt, principi placuiſſe. Idem habetur inſtit. de iur. nat. Gent. & § ſed & quod principi placuit. Neque diſſentit Ariſtoteles, qui lib. 5. Ethicorum cap. 7. aſſerit iuſtum ciuile eſſe, quod à principio nil refert, ſic vel aliter fiat, vt indicaret ciuilis iuris æqualitatem ad ſolum legiſlatoris arbitrium referendam.

4. Vbi agitur de iuſtitia poſitiua, ſufficit in lege vel ſtatuto voluntas pro ratione: ergo &c. antecedens eſt Felin. in cap. ſi quando de reſcript. num. 12. §. vbi verò, referens Cardinal. Imol. Bald. Angel. Archidiac. & alios quod confirmat. 1. quia conſuetudo dicitur rationabilis, eo ipſo quod ciuibus placet, & non reperitur: prohibita ergo neceſſaria non eſt alia ratio ad conſtitutionem quàm placere principi: Etenim neceſſitas rationis ad con-

ſtitutionem

Digitized by Google

ſtitutionem maior non eſt quam ad conſue-tudinem inducendam. 2. quia iuxta gloſſ. t. inſin in cap. Ius Generale 1. diſt. rigor iuris inducit aliquid contra naturalem æquitatem & ſufficit ita eſſe ſcriptum, vt ibid. late Domnic. poſt Bartol. defendit. 3. quia vt docet Angel. in l iuſtitia, ff de iuſtit & iur. poſt. medium. In hoc differt naturalis iuſtitia à poſitiua, quia naturalis habet vrgentem rationem, poſitiua procedit ex mera voluntate ius ſtatuentis. Et ſanè ſi loquamur de alia ratione diſtincta ab ubiectiua, idem videtur ſentire Suar. de leg. lib 6. cap. 2. num. 19. vbi ait: *Electio inter ea quæ rationabilia ſunt, ſæpe non habet rationem, & ideo non ſemper eſt inueſtiganda.*

2\. Dicendum tamen exiſtimo conſtitutionem ſola principis voluntate ſubnixa, & cuius nulla alia ſit ratio vel expreſſa vel tacita quam legiſlatoris arbitrium, vera conſtitutionis natura deſtitui? Et à tyrannide potius quam à vera legem ferentis poteſtate proficiſci. Ita D. Thom. 1. 2. quæſt. 90. art. 1. ad 3. & quæſt. 92 artic 1. ad 4 Sot. lib. 1. de iuſt. quæſt. 1. artic. 1. § ad quæſt. & ad 3. item quæſt. 5. artic. 2. in fine, ita intelligi debet Gratian. in cap. erit aut lex 4. diſt. quando neceſſario requirit vt lex ſit ſecundum rationem, à qua ita dependet, vt eloquii parens Philip. t. dixerit, *lex nihil eſt aliud niſi recta, & à numine deorum ratio*, vt Ethnicus loquitur, verius diceret recta à diuino numine ratio. Eandem ſententiam tuetur Ferdinand. Menchaca lib. 1 controuerſ. illuſtr. cap. 50. Menoch. de Iudicib. arbitr. lib. 2. caſu 82. num. 14. Anguian. de leg. lib. 1. controuerſ. 5. num. 6. Probatur 1. ex Gloſſ. in cap. ſi quando de reſcript. verb. rationabilem. hinc enim ait optimum dici argumentum, de omnibus eſſe rationem reddendam. *Nam quod ratione caret, extirpare neceſſe eſt*, vt habetur in cap. Corepiſcopi diſtinct 68. Additque ead. Gloſſ hinc prouenire quod *Prælatus paratus eſſe debeat reddere rationem omni poſcenti*. Et probat ex Gratiano cap. Ecce quod ſacrarum diſt. 36. quamuis ibi ſermo ſit de doctrina, quæ in prælato ſemper debuit prælucere.

2\. omnis vera & propria conſtitutio ſeu lex iuſta humana à lege æterna & diuina deriuatur, vt in diſp. 1. quæſt. 4. ſect. 2. oſtendimus: ergo omnis lex cum illa lege diuina conformatur, ſed hæc conformitas eſt ratio quædam tacita, & interpretatiuè ſaltem contenta in omni iuſta conſtitutione, ergo nulla iuſta eſſe poteſt, quæ ſola principis voluntate fundetur. Et confirmatur, omni iuſtum & rectum in rebus humanis ſecundum rectæ rationis regulam exiſtimandum eſt, & ſpeciatim in legibus: hoc docet Auguſt. lib. 1. de libero arbitr. quem ſequitur Sot. de iuſtit. lib. 1. quæſt. 5. artic. 2. conſtitutiones humanas in tantum habere virtutem legis in quantum participant rationem iuſtitiæ, ergo ſemper conſtitutio hac ratione ſubnititur. 3. Princeps in lege iuſta ferenda bonum commune reſpicere debet, illiuſque legis interuentu aliquo modo illud iuuare, vt quæſt. 1. huius diſputationis oſtenſum relinquitur: igitur hæc ratio ad minimum quæ vniuerſim ad omnes leges extenditur, deficere nequit in conſtitutione.

3\. Porro igitur quod nemo rationis particeps poteſt iuſtæ conſtitutioni rationem denegare, explicandum eſt quibus modis in conſtitutione, hæc ratio appareat: duobus nimirum 1. expreſsè quando legiſlator conſtitutionis, quam facit rationem reddit. Pono exemplum in l. 12. ff. de relig & ſumpt. funer. In qua *Prætor ait qui funeris cauſa ſumptus factus erit, eius recuperandi nomine, in eum ad quem ea res pertinet, iudicium dabo.* Cuius edicti rationem luculentius proſequitur Vlpianus his verbis. *Hoc edictum iuſta ex cauſa propoſitum eſt, vt qui funerauit, proſequatur id quod impendit.* Item in cap. in literis de offic. & poteſt. iud. deleg. Alexander 3. ait. *Ex quo iudex delegatus per ſe vel per alium ſententiam exequutioni mandauit, vel mandari præcepit eius auctoritas & iuriſdictio ceſſat*; rationem pontifex ſubiungit, *quia ſcil. eſt officio ſuo functus.* Data enim ad illum tantummodo effectum iuriſdictio, eo præſtito vlterius vacat: plures tam Pontificii quam Cæſarij iuris textus reperies paſſim in quibus ratio expreſsè ſubnectitur. 2. modo interpretatiuè ſolùm & implicitè ratio in conſtitutionibus inuenitur, & hoc frequentius accidit, tunc verò non eodem modo ratio eruitur. Nam aliquando pro diuerſitate interpretantium diuerſa educitur ratio: aliquando omnes in vna ratione conſtitutionis aſſignanda conueniunt. In quo caſu paria ſunt rationem in lege exprimi, & vnam tantum poſſe aſſignari, quia hæc habetur pro expreſſa vt tenet Caſtrenſ. conſil. 251. viſa quadam ſecuritate per totum lib. 1. & 256. colum. 2. ver. iis non obſtantibus lib 1 & Alex conſil. 119. ſuper 1. n. 1. lib. 7. quos ſequitur Tuſch. lit. R. concluſ. 31. num. 6 & 17. Quando verò in conſtitutione ratio non exprimitur ea eſt accipienda quæ à prudentibus ſumeretur, vt docet Alex. conſil. 32. clariſſimè numero 8. lib. 7. 4.

5\. Ad argumenta in oppoſitum, Reſp. illas duas leges nempe l. non omnium & l. proſpexit noſtræ reſolutioni non aduerſari. Nam l. non omnium ſolum ſtatuit aliqua eſſe maiorum decreta quorum rationem non percipimus vt in exemplis à Gloſſa 1. adductis cernitur. V. G. cur magis hoc quam illud tempus in integrum reſtitutioni, appellationi, vſucapioni præſcriptum ſit: quare ſeptem non ſex vel octo teſtes ad teſtamenti ſolemnitatem requirantur, & ſimilia in quibus principis determinationi ſtandum dicitur, non quod leges de his præſcriptæ ratione careant, eam enim poſſent reddere principes qui leges condiderunt: ſed admonemur ne nimium in his ſoliciti ſimus rationem inquirendo, quod notaui Bald. in l Gallus § ſi eius colum. 2. ff. de liber. & poſthum. & poſt eum Iaſon. conſil. 158 ſpectabilis paulo ante finem lib. 2. Decius conſil. 563 duo dubia col. final. quos ſequitur Tyraquell. de retract. in præfat. num. 76. & hoc modo interpretandi ſunt, vt plurimum authores pro parte affirmante citati ſecundùm l. 21. & ideo ff. de legibus,

quæ eſt quaſi quædam expoſitio præcedentis legis, non omnium. Itaque ſenſus vtriuſque legis eſt, non eſſe cuiuſcumque in vnaquaque lege arcanam, & latentem rationem aſſequi, quare in perſcrutandis huiuſmodi Conſtitutionum cauſis nos non plus æquo diſcruciati oportere, cum ſufficiat principem optima ratione ductum exiſtimare. Ita Menoch. de iudicib. arbitrar. caſu 82. num. 4. poſt Lancelott. in l. filium quam num. 90. C. famil. erciſc. Anton. Gammar. in tract. extenſionum num. 84 Cotarius in l. omnium & in Commentarius de iure ciuili in artem redigendo par. 1. cap. 4 vbi ait legem proſpexit ratione non carere, quamquam omnibus cognita & perſpecta non ſit, ac ob id dura videatur. qui B verò legis huius optimam rationem cognoſcere velit, Menoch. citatum conſulat cum Iaſon. in l. ex facto num 13 in fin. ff. de vulgat. & aliis.

Ad 2. reſpondeo non ideo dici illam eſſe optimam ratinnem, quaſi illa ſola legiſlatoris voluntas ſufficiat ad legem conſtituendam; aliam enim habuit prætor qua motus l. 1. citatam ff. de poſtulando promulgauit quam cum non aſſequamur, ipſius rationabili iudicio confiſi, alteram inueſtigare minimè cutamus Imò ex eadem lege noſtra confirmatur ſententia. Nam verbum *ratus* prætoris opinionem rationi conſentaneam ſignificat, non meram voluntatem ſolo ſui arbitrii vſu ductam, atque adeo ad intelligentiæ potiùs quam ad voluntatis actum legis ratio ſpectare cenſetur. Vnde tantum abeſt vt in ea lege edicti cauſam oeget Vlpianus vt ab ea lex exordiatur his verbis. C *Hunc titulum prætor propoſuit habendæ rationis cauſa, &c* vt Bart. ibid notauit Præterea in iis euentis in quibus certum tempus præſcribitur, non plus nec minus, illa etiam ratio reddi poteſt in eo termino præſcripto recta deliberantis iudicii trutina iuſti legitimi æquilibrium eſſe conjectantur, itaut ſi plus, aut minus adderetur in exceſſum, vel defectum inclinaret: quamobrem in his euentis vlterius procedi nequit rationem inueſtigando: cum habeant ſe veluti prima principia quæ ex terminis nota, ex aliis neutiquam deducuntur: V.G. omne totum eſt maius ſua parte: ratio enim totius, & ratio partis cognitæ & penetratæ claro mentis intuitu, hanc illo neceſſario minorem eſſe oſtendunt. Similiter rationabilis determinatio temporis, vel loci à lege præſcripti comparata cum certo negotio D excluſo, vel admiſſo per legem. adiuncta poteſtate legiſlatoris terminum definiẽtis, quoddam veluti primum principium ſtatuunt, cuius rationem vlterius inquirere ſuperuacaneum putatur.

Ad 3. neganda eſt minor propoſitio. Nam antequam Princeps aliquid prohibeat quod de ſe malum non eſt, vel iubeat, quod ſecundum ſe eſt indifferens, ſi conſtitutio, quam ferre deliberat, iuſta, & valida eſt, ſemper recto rationis dictamini per aliam rationem demonſtrabili, vel ex ſe noto conformatur, ab eoque determinatur, & propter rationem in eo conteptam conſtitutionem ſancit. Vnde
6. nunquam ſola principis voluntas pro legis A adæquata ratione aſſignatur. Nam tanquam tyrannicum carmen illud exploditur. Sic volo ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. C nime fauent iura citata in l. 1. & in ... rum enim ſenſus eſt. Quod bono principi placuit, à ratione alienum non eſſe Etenim placitum non indicat nudam principis voluntatem, ſed prout in ratione conſiſtit. vt ait D. Thom. 1. 2. quæſt. 15 artic. 1. ad 1. ex Ariſtotele 3 de anima, textu 42. & idem innuit, quod conſenſus, quem D. Auguſt. 12. de Trinitate cap. 12. attribuit rationi ſecundum quod in ea voluntas concluditur, teſte D. Thom. ibidem & artic. 4. in corpore. Neque diſſentit Vlpianus in l. 1. ff de pactis, vbi placitum cum conſenſu permiſcet, vt oſtendat voluntatis determinationem in deliberata ratione fundatam illo verbo ſignificari, neque ſolum voluntatis electionem, ſed intelligentiæ rationem includere.

Ad 4. reſpondeo antecedens eſſe verum in eo ſenſu in quo ſupra ad 2. explicaui legem 1. ff. de poſtulando. *Neque enim Felin. & alii AA quos citat, aliud volunt, quàm non oportere in iure poſitiuo aliam rationem reddere quam principis rectè ſentientis rectaque imperantis voluntatem. Ad primam confirmationem, conceſſo antecedente, diſtinguendum eſt conſequens. Etſi velit non eſſe neceſſariam rationem abſolutè loquendo ſpectata lege ſecundum ſe & prout à legiſlatore fertur, neganda eſt conſequentia; ob rationes ſuperiùs aſſignatas. Si intelligatur non eſſe neceſſarium in lege rationem aliquam contineri, vel manifeſtè deduci, concedenda. Hoc C enim tantum ex rationabilitate conſuetudinis communi ciuium approbatione receptæ conuincitur, vt in aliqua ratione fundetur, quamuis non ita manifeſta ſit, neque omnibus obuia. Et quando alia non appareat à cõmuni vſu probari & non eſſe prohibitum. Ad ſecundam dicendum iuris rigorem aliqnando poſſe naturali æquitati obſiſtere, non tamen ſine ratione, quia non idem eſt æquitas naturalis, & ius ſeu ratio naturalis Nam æquitas naturalis poſtulat vt vnuſquiſque ſeruum, quando velit, poſſit libertate donare: Verùm natura, his ratio dictat in nonnullis euentis ad commune bonum, & ne impunitas peccandi licentiam ſubroget, ſerui manumiſſionem certo tempore, certaque occaſione interdicendam eſſe. Hinc ad 3. nego antecedens. Et D enim diſcrimen inter naturale ius & poſitiuũ eſt quia ratio illius eſt omnino neceſſaria, & ideo dicitur vrgens, at huius ratio non niſi per determinationem legiſlatoris applicata obligationem inducit. Suarii citati doctrina iam datam interpretationem, vt credo, non reſpuit,

Vtrum ceſſet ratio, lege ceſſante; vel è contra conſtitutio ceſſante ratione intercidat.

SECT. III.

DVplex ſub hoc titulo continetur difficultas. De prima quæ facilior eſt, graues

AA. exiſtimatunt opinionem nulla lege, ſed tantum ratione fulcitam prorſus excludendam. Archidiaconum faciunt huius ſententiæ aurigam in cap. nolite 11. quæſt. 3. num. 5. Ibidem Vicol. idem videtur ſentire quem ſequuntur Ant. de Butr. in cap. tua nos, col. 2. de vſur. Mantic. in cap. 1. de conſtitut. nu. 11. in fin & aliqui iuriſperiti ad l. 19. illam C. de collatio. Gomeſ. in regul. de annal. poſſeſſ. 52. circa medium Cephal. conſ. 166. teſtatur, 1. col. 4. num. 19. & alii. Probatur primo per l. 19. illam, citata ibi. *Eo quod nulla conſtitutio ſuper huiuſmodi collatione poſita eſſet.* Et authen. de triennal. & ſemiſſ. §. conſideremus, l. diſſentientis C. de repu. & concinit cap. illa ne ſed vacandum ibi, *cum nuſquam inueniatur cautum iure,* & ſimilibus textibus ex quibus illud verbiloquium Iuriſperitorum promanauit. Erubeſcimus ſine lege loqui & a. ex l. 2. C. de veter. iur. enucl. §. ſed quia diuinæ. Vbi decernitur. ſi quod negotium occurrit quod lege noo decidatur, illud noſtro arbitrio dirimere non licere, ſed ad principem eſſe recurrendum. 3. quooiam aliàs iudicibus datur anſa, vt caſum non eſſe in lege expreſſum arbitrari, & ſua ratione decepti ad temere ac inique iudicaodum moueantur. a.

Vera tamen ſententia aſtruit, quamuis poſitiua lex ſeu conſtitutio ceſſet, vel deſideretur: rationem ſuo pondere ſubnixam firmiter iohærere, & de ſe ſufficere, vt ea ductus iudex poſſit arbitrari; & cauſam ſecundum illam dirimere Ita habet expreſsè Iaſon in l. 19. illam, C. de collat. nom. 10. poſt Bald. Gyn. Iacob. de Raueo. And. Deiſer. & hoc ſane vult Felin. in c. 1. de conſtit. col. penult. num. 54 in fin. Anton. Corſet. in ſuis ſing. verb. opinio ſing. Incipiente, vbi Duct. no. 2. Purpurat. in l. 1. ff. ſi certum petat. num. 137. Ioann Bolognet. ibidem nu. 42. Neuizan. in ſyl. nup. lib. 5. n. 10. Gloſ. in cap. ex eo de elect. in 6. in verb. *rationis,* & in cap. conſuetudo diſt. 50. verb. *Cum deficit lex.* Suadetur 1. ex l. 7. *Cum ratio naturalis quaſi lex quædam,* ff. de bonis damnatorum, item l. 13. ſcire oportet, § ſufficit ibi, *ex ipſa naturali iuſtitia* ff de excuſat. tutor. concordat cap. finale de tranſact. cap. ex eo citato cum alus à gloſ. ibidem adductis. 2. quod in ratiooe naturali conſiſtat, lex dicitur, vt habetur in cap. conſuetudo 5. Porro ſi ratione diſtinct. 1. ergo deficiente iure poſitiuo ratio ſuum ius dictare non deſinit: Immò cùm illud quouis iure poſitiuo prius ſit, priorem ſuo iure locum nanciſcitur. Et ſicut ars quaſi quædam naturæ æmulatrix, eo dignior exiſtimatur quo magis ad naturam accedit, ita lex poſitiua quo rationi confirmior, eo iuſtior omnium opinione euadit. 3. quia ratio ſe habet veluti legis anima, vt docet Bald. in l. ſi quis ſeruo, Cod. de furtis, quem ſequitur Iaſon. in l. de quibus, ff. de legibus numero 5. Dec. in cap. 1. requiris de appell. num. 2. Dyn. io cap. vltimo de regul. iur. in 6. Gyn. in l. non dubium Cod. de leg. col. vlt verſ. 1. quæro Bartol. ibid. col. 2, verſic. 2. dubium idem Bartol Imol. Rapha Cumenſis Paul. Caſtrenſ. Alex. & alii in l.

A cum mulier, ff ſoluto matrim. quos ſequitur Tiraquell. Ceſſante cauſa numero 138. & alii, quos citauimus ſectione 1. Et ſanè non ſicut materialis anima brutorum à corpore dependens, ſed vt ſpiritualis, & rationalis hominum animus qui à corpore minimè dependet, ita ratio à lege poſitiui iuris ſeiuncta eſſe non deſinit, quippe quæ non à lege, ſed lex ab ipſa vim ſeu vitam mutuatur.

Neque rationes quæ in oppoſitum adducuntur, quidquam cooniucunt, ſi de lege poſitiua tantummodo procedant: Nam vbi viua ratio viget, legem quærere intelligendi infirmitas reputatur ab Iaſone citato poſt Angel. conſ. 317. In quæſtione vertente inter illuſtres & col. 3. & conſil. 274. ſuper quo conſi- B lium col. vlt & Bald. in l. teſtium. C. de teſtib. col. vlt. num. 21. Vnde ad 1 Reſp leges allegari, quia in rebus dubiis quando vtrinq; rationum pondera offeruntur, atque adeu vacillante iudicio iuſtitiæ æqualitas & boni communis Scopus non omnibus peræque perſpectus eſt: recta ratio prætenſa lege quaſi face illuleſcit; certum enim eſt legiſlatorem, bonumque principem in illam firmo mentis obtutu collimaſſe, & cum ferè omnes cauſæ in regulis generalibus, vel in ſimilibus deciſionibus contineantur, merito erubeſcit Iuriſconſultus in alicuius negotii iudicio à lege penitus abſtinere, cum vel inſcientiæ, vel arrogantiæ arguatur, qui ſuo ſolum rationis arbitrio duci præſumat. Deinde in caſu à legibus prætermiſſo, qui ratione oritur abſque C lege ratio naturalis lex eſt, ita reſpondet Cornel. in conſil. 256. viſo puncto & lib. 1. colum. 4. n. 4 Iaſon. vbi ſupra & alii. Vnde ad 2. dic ad principem recurrendum in magni momenti negotiis, quando lege deficiente mens etiā ratione vacillat, & certum tenere neſcit. Ad 3. Reſpondeo nequicquam gnarus legum arbitros à vera ratione errandi occaſionem accipere poſſe.

Obiicies l. 65. ſi verò, ff ſolut. matrim §. de viro, cuius ſumma ex Bartolo ita ſe habet, *prouiſio legis contra ius commune non extenditur vltra illud, quod lex exprimit: licet ſit eadem ratio,* nam iſta lex ſolum de marito iuſſit, vt ſi ſeruum dotalem de vxoris conſenſu, cuius negotium gerebat, manumittat mulieri, & illius hæredi reſtituat ea, quæ tanquam patronus de 3. D liberti bonis cōſequitur, & cum hæc diſpoſitio fauorē dotis, publicamque vtilitatem reſpiciat, etiamſi hæc ratio æque militet in marito, & in ſocero: quia tamen lex de ſocero id non diſpoſuit, lege deficiente ratio nihil viget, neque actionem contra ſocerum concedit, ergo ceſſante lege ratio ceſſat Reſp. 1. quando Bartolus dixit in ſumma legis eſſe eandem rationem in ſocero & in viro, intellexiſſe rationem remotam, & generalem nempe dotis fauorem, ne aliquid iuris ad illam pertinens vxor amittat, non vero rationem proximam & immediatam propter quam de viro ſtatuit lex, quod de ſocero prætermiſit: nam Bartol. ibid. § de viro n. 2 ait, *non eſt eadem æquitas in ſocero, quæ eſt in viro; ſed quare non ſit hic non dicitur* Sentit ergo Bartol. diuerſam eſſe æquitatem, quamuis in lege non exprimatur.

Ea verò eſſe poteſt quia vir facilius ab vxore conſenſum extorquebit ad manumiſsionem ſerui dotalis, quam ſocer, & ad virum pertinet vxoris negotium gerere potiùs quam ad
4. ſocerum. 2. cum eodem Bartol. Bal. Caſtren. & aliis dic quando lex prouidet de remedio aliquo contra ius commune, non extendi de vno caſu ad alterum ſimilem, vel de vna perſona ad alteram diuerſam; qualis eſt ſocer comparatus viro. iuxta l. quod verò & l. ius ſingulare ff. de ll. item l. præcipimus in fin. C. de appellat. cap. quæ à iure de regul. iur. in 6. ſed de iure communi contra eum qui manumittit voluntate alterius nulla datur actio per l. naturalis in fin. de præſcript. verbis. ergo quamuis lex ſi vero §. de iur. ſocerum excludat, id nouum non eſt: cùm illa diſpoſitio de viro à communi iure recedat, quæ ad ſocerum extendi non debet.

5. Inſtabis, Gloſſa ad l. ſi conſtante ſoluto matrim. verb mariti. In ſocero etiam admittit, id quod ſolum de viro in ea lege ſtatuitur; vt ſcilicet propter inopiam viri etiam conſtante matrimonio, dos exigi poſſit, ſi facultates viri ad dotis reſtitutionem non ſufficiant: & tamen talis deciſio à iure communi exorbitat: quoniam quando ius exorbitans cauſam fauorabilem reſpicit ſine dubio extenſionem recipit, ob ſimilitudinem rationis, vt docet Bartol. ad citatam l. num. 41. Alex. l. miles num. 3. de re iudic. Ripa ad l. ſi conſtante ff. ſoluto matrim. num 56. Hier Vereus in l. ex facto num. 161. ff. de vulgar. &c. Et habetur in l. illud C. de ſacroſanct. Eccleſ. & l. hoc modo. ff. de condit. & demonſtrat ergo in viro & in ſocero militat eadem ratio. Reſpondeo tamen cum Barboſ. ad l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim. tom. 2. num. 87 In l. citata, *ſi conſtante*, agi de dote, eiuſque conſeruatione, quæ cum ſit cauſa maximè fauorabilis, diſpoſitionem de viro ad ſocerum extendit. At in l. ſi verò §. de viro, non agitur de re dotali. nam ſeruus manumiſſus dotalis eſſe deſiit per l. *64*. & ſic ff. ſolut. matrim neque ius patroni, & quæ propter illud acquiruntur à viro, loco rei dotalis, ſubrogantur. Nam ſi dotis loco aduenirent, peti non poſſent niſi ſoluto matrimonio, res enim dotalis conſtante matrimonio non petitur per l. 2. ff ſolut. matrim. & tamen ea quæ vir acquirit, quatenus patronus, ante matrimonij ſolutionem petuntur, vt tradit l. 66. hæc actio eod. tit. & Bartol. Imol. Cuman. & alij ibidem adnotarunt.

6. Denique quod dotis loco ſubrogatur tamquam dotis augmentum petitur per actionem de dote ex l. 31 ſi marito, ff. ſolut. matrim. At quæ maritus iure patroni acquirit non niſi per condictionem ex l. Iulia peti poſſunt, vt bene deducitur ex l. *66*. hæc actio eod. tit. & l. vnica, ff. de condit. ex l. iuxta Bartol. in l. ſi conſtante citata num. 28 Crott. ibidem in 2. lectione num. 74. Cuiac. lib. 2. obſeru. cap. 34. & notat Barboſ. citatus n. 88. Cum ergo materia legis, *ſi verò*, non ſit dos, neque aliquid dotis loco ſubrogatum, ſed ius patroni ex manumiſſione mariti proueniens, id quod lex ſtatuit in viro non ex-

A tenditur ad ſocerum, quia non eſt eadem æquitas, vt ex Bart. in prima ſolutione diximus.

Vrgebis adhuc: diſpoſitio legis, *ſi verò*, quamuis non ſit de re dotali inducta eſt ad dotis vxoriſque fauorem. vt ait Imol. ibidem, §. de viro col. 2. ergo adhuc extendi debet ad ſocerum; quia eadem cauſa comparatione ſoceri perſeuerat. Reſpondet Barboſa citatus num. 88. negando conſequentiam, quia illam cauſam impulſiuam eſſe dicit, immediatam verò & proximam legis confirmationem, ad rem dotalem non relatam, neque ad aliam illius loco ſubrogatam Verùm hæc ſane ſolutio non extricat inſtantiæ nodum. Primò, quia
B rogo cur dotis & vxoris fauor cauſa ſit impulſiua non finalis? 2. quia confirmatio legis Iuliæ habita ex hac lege Vlpiana non eſt cauſa immediata, propter quam Vlpianus, & ante illum lex Iulia caſum de ſocero prætermiſit. Si verò in confirmatione recurratur ad obiectiuam rationem, tanquam ad proximam & immediatam cauſam, quæ non eſt dos, neque aliquid eius loco ſubrogatum, ſed vtilitas ex iurepatronatus proueniens; eadem ſane cauſa immediata, eademque ratio obiectiua manet in caſu, & diſpoſitione, reſpectu mariti quæ eſt reſpectu ſoceri. Dicendum ergo eum eadem ratione obiectiua, quæ eſt vtilitas Iuriſpatronatus, ſtare maiorem conuenientiam, vt potius in viro, quàm in ſocero, ita diſponeret lex, & hanc eſſe diuerſam æquitatem ad quam tanquam ad cauſam finalem proximam reſpexit legiſlator. conue-
C nientiam verò & diuerſam æquitatem in viro ſupra aſſignauimus; quia nimirum vir facilius, & frequentius vxoris conſenſum obtinebit, vt dotalem ſeruum manumittat, & ad illum pertinet conſtante matrimonio dotis vſum & adminiſtrationem habere, leges verò reſpiciunt ad ea, quæ frequentius vſu veniunt. ex l. 3 & l 10. neque leges ff de leg. notauitque Aleiat. lib. 2. diſpunct. cap. 8. & cum hæc conuenientia maior in viro inuenta non neceſſaria ſit, ſed arbitraria, illam potuit reſpicere Princeps ad vxoris fauorem, & alteram in caſu de ſocero minorem omittere, quam conſiderationem habuiſſe Vlpianum in eo § de viro ex illius verbis colligo, quia caſus de ſocero dicitur ab Vlpiano omiſſus à Labeone At vbi eſt eadem ratio caſus omiſſus 7.
non eſt, vt docet Crauett. conſil. 183. num. 3.
D Deinde quia ita concludit Vlpianus. *In quibus igitur caſibus lex deficit, non erit neque vtilis actio danda*. Redditque rationem Gloſſ. verb. non erit, *quia hic non ſuggerit æquitas dari*. Prius enim fuiſſe exiſtimo in ſocero æqualem rationem, ſeu æquitatem defeciſſe, quàm legem, & actionis conceſſionem, quod optimè probant illa verba l. 1. C. de latina liberta. toll. in princip. *Quod autem ex ipſa rationabile eſt hoc in ius perfectum deducitur*. Conſtat ergo ex ceſſatione legis non neceſſario ceſſare eius rationem, ſeu cauſam finalem. Et confirmatur ex Gloſſ. in cap nouit, de Iudiciis verb. quicumque concordante cum l. 8. cas ff. de capit. minut. vbi optima huius rei cauſa aſſignatur: quia ciuilis ratio

naturalia iura corrumpere non poteſt.

De 2. difficultate an ceſſante ratione ſeu cauſa finali, lex & conſtitutio ceſſare putetur. Aliqui quos refert Tiraquell ceſſante cauſa par 1 num. 165. negarunt abſolute, aſſerunt enim niſi lex id exprimat, etiam ceſſante cauſa illam non ceſſare: quia ſemper eius manet auctoritas, qua fundatur, vt ſumitur ex l. 32. de quibus, ff. de legibus ibi. *Nam cum ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneant quàm quòd iudicio populi receptæ ſunt.* Cui concinit cap. vltimum de offic. legat. iuxta 2. notationem in Gloſſ. t. quod ſublata cauſa effectus permaneat ſimilis Gloſſ. eſt in cap. poſt tranſlationem in verb. ceſſante de renunt. inter hos tamen Authores magna eſt varietas, & diuerſitas in modo explicandi ac limitandi ſuam ſententiam quod lex non ceſſet ceſſante cauſa: Nam Ioan. Andr. poſt Hug. in cap. poſt tranſlat. citatum col. vltima Henr. Boich. in cap. etſi Chriſtus colum. final de iure iurand. & alii dicunt non ceſſare legem niſi interueniat neceſſitas, vtilitas, pietas, contraria conſuetudo, ſeu conſtitutio Cardin. Florent. in eod. loco col. 2 § cæterum ait cauſas neceſſitatis, vtilitatis, pietatis, in aliquo particulari caſu, potius diſpenſationem legis indicare, quam illius diſpoſitionem ceſſare oſtendant per conſuetudinem verò vel conſtitutionem contrà naturam reuocari legem, non verò ex ceſſatione rationis ſeu cauſæ deficere. Aliter loquuntur hac in re Bart. Bald. Innoc. Anton. Panormit. & Bellamer. quorum diuerſas hac in re declarationes fusè, & eruditè, ſed confusè recenſet Alciat. n 168. & ſequent. quin de eorum opinionibus iudicium ferat, nec ſuam ſatis mentem aperiat Deinde quia partim loquuntur de ceſſationem legis in caſu particulari, partim in vniuerſali & in totum, aliqui de ceſſatione proueniente ex parte materiæ conſtitutionis, alii de ceſſatione quæ potius dicitur abrogatio, & quæſtiones maximè diuerſas permiſcent, huiuſque præſentis modum cum aliis confundunt; ego rem enucleatius exponam, & quæ in aliis diſputationibus tractanda ſunt, illic ita relinquam.

Et in primis in hac difficultate non loquimur de ceſſatione legis ex defectu cauſæ extrinſecæ efficientis, vel per mutationem voluntatis contrariamque diſpoſitionem abrogantis præteritam, vel in totum, vel in partem; item cum certi perſona, aut in particulari caſu diſpenſantis. Nam hæc puncta ad diſputationem de cauſa efficiente legem ſpectant. Præterea nobis ſermo non eſt de ceſſatione legis in particulari euentu, ſeu actu propter circumſtantias temporis, loci vel perſonæ, eiuſque diſpoſitiones occurrentes, quia in hoc dubio difficultates duæ inuoluuntur in diſputat. 7. expediendæ. prima an liceat aliquando ſubdito contrà legem vniuerſaliter obligantem in aliquo particulari euentu operari. 2. quando vti liceat Epychia in legis vſu ac conſtitutionis executione. Solum igitur in dubium vocamus de conſtitutione vniuerſim accepta, vtrum ceſſante ratione ſeu cauſa finali expreſſa, vel tacita conſtitutio in totum ceſſare putetur. Cui vt ſatisfaciam

A prætermiſſis variis hac de re ſententiis, tria aduertere oportet.

Primum rationem legis biſariam ceſſare poſſe, primò contrariè, per mutationem obiecti ipſius: V. G. quod ante erat iuſtum & honeſtum, nunc turpe & iniuſtum ex circumſtantiarum mutatione redditur; ſeu quando id quod ante facile erat, ita difficile fit, vt nunc moraliter impoſſibile iudicetur & quod bono communi vtile, prorſus inutile cenſeatur. 2. negatiuè quando in tota legis materia non reperitur iam ratio propter quam inſtituta eſt, quamuis hac ratione ſublata legis materia, honeſtatem, iuſtitiam, ſeu poſſibilitatem non amittat, vnde poſſet præcipi. 2 rationem conſtitutionis, in duplici materia verſari, aut in honeſta per ſe & continente actum virtutis, vt præceptum ieiunii ſeu orationis; aut in materia de ſe indifferenti, vt certas merces non extrahere, veſtibus ſericis non vti, &c. quæ de ſe bonitatem intrinſecam, ſeu malitiam non oſtendunt. 3 rationem ſeu cauſam finalem, aut in lege expreſſam vnam, vel plures contineri, aut tacitè tantum ex legis interpretatione, & aliis circumſtantiis deduci; & hoc 2. modo, aliquando vna eademque ratio ab omnibus colligitur: aliquando verò alius aliam colligit & conſtitutionis propria finalis ratio in opinione verſatur. his ergo omnibus modis quomodo verum ſit ceſſante ratione ſeu cauſa finali conſtitutio ceſſet ſequentibus aſſertionibus exponam. 9.

Prima aſſertio: ceſſante ratione ſeu cauſa finali contrariè propter mutationem materiæ ex honeſta, iuſta vtili, in turpem, iniuſtam, inutilem ceſſat ipſo facto conſtitutio nulla expectata principis, vel oppoſitæ conſuetudinis reuocatione Hanc tenent Salas 12. tract. 14. diſp. 11. ſect. 3. n. 32 eamque fere omnes tanquam veram ſupponunt, teſte Suario lib. 6 de legib. cap. 9. n. 3. eamque exprimit Bald. in cap. etſi Chriſtus de iure-iuran. col. vltima, vbi ait ſi ceſſante ratione ſequitur abſurditas, aut conſtitutio manet contra legem naturalem, ceſſare ipſam conſtitutionem, probatque ex cap. quemadmodum de iure iurand. & ex l. milites agrorum de re milit. item Bellamet. in cap. poſt tranſlationem col. 5. & omnes, qui legem iniuſtam impoſſibilem, & bono communi inutilem ipſo iure nullam eſſe arbitrantur cum Gratiano in cap erit autem diſt. 4. Probatur nam ex prædicta mutatione, ceſſante cauſa finali contrariè lex manet iniqua, & dicitur iniuſta & inutilis, ergo amittit legis naturam, obligandique efficaciam. Nam lex de ſua intrinſeca ratione habet reſpicere bonum commune, vt ſuprà probauimus. Et ſequenti quæſtione oſtendemus neceſſario eſſe de re poſſibili iuſta & honeſta non eſt ergo neceſſe vt reuocetur ſi quidem illa per ſe ipſam eſſe deſinit, & amittit obligandi vim: nemo enim ad impoſſibile, vel ad iniuſtum poteſt obligari, immo neque ad inutile, quia poteſtas ferendi leges ea de cauſa reipublicæ, aut principi data eſt vt in eis ſtatuendis communem reſpiceret vtilitatem. 10.

2. aſſertio: quando ratio adæquata negatiuè ceſſat, quæ erat in lege expreſſa, & 11.

tanquam finalis cauſa aſſignata, ſiue conſtitutionis, vel legis materia per ſe honeſta ſit, ſiue indifferens conſtitutio etiam ante principis reuocationem ceſſabit: ita Panormitan. in cap. quia plerique de immunitat. Eccleſ. num. 37. quæſt. 1. probatque ex l. non dubium C. de legibus & cap. vltimo de regul. iur. in 6. l. cum pater. §. dulciſſimis, ff. de legat. 2. aliiſque textibus & ex Bart. in l. item quæro §. qui impleto ff. locat. Idem tenent Bald. in cap. etſi Chriſtus col. vltim. de iure iurand. Imol. Hoſtien. Buttio ibidem cum aliis quos ipſi citant ad illa verba textus. *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.* Quæ ſic exponunt cum Gloſ. vt ceſſante ratione ſeu cauſa finali prohibitionis generaliter ceſſet prohibitio; & nunquàm diſcedendum à ratione expreſſa in conſtitutione oſtendit Bald. in l. final. ff. de diuort. l. in eo iure §. deinde, ff. de ritu nuptiar. l. 1. §. non autem omne, ff. de flumin. l. ita autem in princip. ff. de administrat. tut. Decius in cap. quoniam de probat. num. 61. citans Card. Domin. & alios. Idem latè oſtendit Gloſſ. in cap. poſt tranſlationem, de renuntiat. verb. *ceſſante*, cum cap. cum ceſſante de appell. quibus concordat l. 3. ſi pater tuus C. de hæred. inſtitut. & l. ſi generaliter C. de Epiſcop. & Cleric. Conarr. in titulum de teſtam. in cap. cum eſſes num. 9. vbi refert cap. citatum etſi Chriſtus. Et Clem. ad noſtram de hæret. Nauarr. in rubr. de iudiciis num. 73. & ſeq. Sallas vbi ſupra num. 14. cum Azot. & aliis.

Duo præſertim puncta hæc aſſertio complectitur ſpeciatim confirmanda, primùm C etiam quando materia conſtitutionis eſt per ſe honeſta, non tamen de iure naturali obligatoria, ſed ex poſitiuo ceſſante generali ratione & finali cauſa legis, illam ceſſare cui opponitur Suar. citatus, quippe qui quamuis concluſionem admittat in actu indifferenti num. 11. in per ſe honeſto contradicit num. 9. ſequutus Sotum de iuſt. lib. 1. quæſt. 6. artic. 8. & lib. 3. artic. 4. ad primum. Addit tamen Sotus abnuente Suar. num. 12. conſtitutionem generali cauſa ceſſante in omni euentu, & materia quæ non ſit contra ius naturæ, neque mutetur contrariæ, non amittere obligandi vim, antequàm à principe, vel conſuetudine reuocetur, quod eſt alterum punctum aſſertionis à nobis confirmandum: Videlicet D neceſſariam non eſſe aliquam ſpecialem principis reuocationem.

Primum ergo ſuadetur primo ex vtriuſque iuris concordia, canonici in cap. etſi Chriſtus de iure-iurand. cap. poſt tranſlationem de renuntiat. cap. cum ceſſante de appellat. cap. quod pro remedio 1. quæſtione 7. cap. ſtatuimus in §. econtra & ſequenti capite Neophitus diſt. 61. cap. quoniam de probat. ſecundum communem Doctorum interpretationem quorum plures iam citauimus, nec minus ciuile ius in eandem veritatem confirmandam conſpirauit. Nam in l. 6 adigere §. quamuis, ff. de iure patronat. exponitur lex imponens pœnam patrono, qui libertum iurare coëgerit, non ſuſcepturum liberos, non eſſe intelligendam in liberto caſtrato. Et ratio redditur ibidem. A *Intelligendum eſt de his legem ſentire, qui liberos tollere poſſunt*, quæ ratio, quia in caſtratis ceſſat, etiam in patronis pœna ceſſauit; Deinde l. 9. milites, ff. de re militari, militibus prohibetur in prouincia, in qua militat, prædia comparare. Deinde l. 13. milites agrum eodem titulo. Redditur ratio cur milites agrum acquirere nequeant, domum vero in agro comparare poſſint. Ea vero eſt, quia in comparatione domus ceſſat ratio propter quam prædia comparare prohibentur, *ſcilicet ne ſtudio culturæ à militia ſua auocentur*, alia iura videri poſſunt apud Bartol. in l. 2. ſi cum filius, ff. de donat. §. vltimo, quæſt. 2. num. 3. cum notatione Alex. ibidem.

12. Secundo lex non obligat vltra intentionem, B voluntatemque legiſlatoris, ſed intentio legiſlatoris non eſt actum imperare vel vetare, ceſſante ratione finali, adæquata conſtitutionis: ergo hac ceſſante omnino deficit conſtitutio. Conſequentia eſt euidens: maior etiam manifeſte conuincitur non ſolum quia in iure poſitiuo voluntas ſtatuentis omnino neceſſaria eſt ad illud conſtituendum, ſed quia vniuerſim actus agentium non operantur vltra illorum intentionem, vt oſtendit Nauarr. in Rub. de iudiciis, numero 74. ex l. non omnium, ff. ſi certum petatur, cap. final. de præb. & aliis textibus Minorem probo, quando ratio expreſſa in l. eſt vnica, cauſa finalis mouens legiſlatorem ad actum imperandum vel vetandum, actus non præcipitur, vel reiicitur, propter ſuam bonitatem abſolutam, C ſed propter reſpectiuam: quatenus medium vtile, ſeu neceſſarium ad illum finem aſſequendum à legiſlatore iudicatur: hoc enim eſt velle vnum propter aliud tanquam cauſam finalem adæquatam, ſed ceſſante poſſibilitate finem aſſequendi ceſſat medii vtilitas, ſeu neceſſitas ad finis aſſequutionem, ergo ceſſante ratione legis quæ cauſa erat finalis, adæquata ceſſat intentio legiſlatoris in prohibitione vel præceptione actus ad illum finem ordinati. Confirmatur eadem minor in qua omnis huius argumenti vis ſita eſt. Nam ratio legis multum valet ad legiſlatoris mentem inueſtigandam, vt docet Suar. lib. 6. de leg. cap. 1. numero 19. cum Bald. Decio, Tiraquell. & aliis, quibus addo optimum textum ex D. Hieronym. in cap. primum ad D Galat. relatum in cap. Marcion 1. quæſt. 1. ibi *Nec putemus in verbis ſcripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medulla, non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis.* In quibus verbis ſignificat Hieronym. Euangelij ſenſum ac medullam à ratione deducendam, in illaque radicari. Sublata igitur ratione tanquam radice, & finali cauſa conſtitutionis in qua ſtatuentis intentio fundatur, conſtitutionem omnino corruere neceſſe eſt. Confirmatur 2. quia cauſa finalis ſignificat principalem intentionem in diſpoſitionibus contrahentium, vt cum Decio, Panſio, Rolan. & aliis tradit Mantica tom. 1. de tacit. & ambig. conuent. lib. 30. tit. 12. num. 6. & 7. Ergo ſimiliter in conſtitutionibus principum. Eſt enim par ratio.

Dices cum Soto & Suar. cap. 9. citato, quando actus præceptus eſt per ſe honeſtus, vt ieiunium præter rationem in lege expreſſam, & finem extrinſecum, ſemper eſſe aliquam rationem, & finem intrinſecum nempe honeſtatem actus, quæ ceſſante illo alio fine ſemper manet; ergo cum hæc honeſtas præcipiatur quando diu illa manet, præceptum non deficit, quia vt ait D. Thom. 1. 2. quæſt. 100. artic. 9. ad ſecundum, *aliud eſt quod legiſlator intendit præcipere, aliud ad quod intendit præcipere: Vnde ſicut præceptum de ſe obligat ad primum & non ad ſecundum, ita è contrario quandiu durat primum, ſi in eo perſeuerat ratio ſufficiens præcepti, durat præceptum.* Sed contra, & eſt tertia probatio ſpeciatim procedens de actu per ſe honeſto in conſtitutione præcepto: honeſtas actus per ſe non neceſſaria ex iure naturali, nihil facit ad inducendam obligationem iuris poſitiui, niſi adueniente voluntate & intentione legiſlatoris; ergo niſi legiſlator ſignificet illam per ſe tanquam partialem, vel totalem cauſam ſuæ conſtitutionis, finalem nulla ratione ex poſitiuo iure obligationem inducit; ſed noſtra controuerſia non eſt, niſi quando conſtitutio rationem adæquatam, tanquam finalem cauſam exprimit, etiamſi ſit finis extrinſecus, quem tantum intendit princeps, & ad illius aſſequutionem honeſtatem actus præcepti dirigit: & in hoc ſenſu negat Suar. numero 9. ceſſare legem, *deficiente, inquit, vniuerſaliter quocumque fine extrinſeco, etiamſi in illo genere fuerit adæquatus, reſpectu intentionis legiſlatoris & fortaſſe ita ſpectatus quod ſine illo legem non tuliſſet*: ergo cum vltra intentionem ſtatuentis obligatio obſeruandi conſtitutionem non egrediatur honeſtas, actus nihil conducit ad inducendam obligationem, ſi quidem per ſe non eſt intenta.

13. Augetur argumenti vis ad hominem primo, quia idem doctor aſſerit numero 11. ſi actus præceptus ſit indifferens, & deficiat illa ratio propter quam à legiſlatore fuit præſcriptus, conſequenter qui inutilis reddatur comparatione finis intenti legem ceſſare; etiamſi aliàs, actus adhuc maneat vtilis propter alias rationes, alioſque fines, ad quos legiſlatoris intentio non extenditur. Et rationem reddit, quia illa vtilitas ad alios fines non intentos eſt per accidens, ac materialis, quippe quæ ſub intentionem principis non caderet: nam alio intuitu, & ſub alia commodi conſideratione in alium finem actus imperatur, quæ vtilitas ceſſauit, & omnis alia quæ remanet non ſufficit ob ſignatam rationem: ſed eodemmodo ſe habet honeſtas in actu, qui per ſe non intenditur, niſi in quantum inſeruit ad finem, ita in eo genere adæquatum intentioni ſtatuentis, vt aliàs conſtitutionem non conderet; ergo ſimiliter tanquam materialis, & per accidens cenſebitur, & conſequenter minus ſufficiens ad inducendam obligationem iuris poſitiui, quia ſub intentionem legiſlatoris non cadit. Secundo amplius confirmatur, obiectum indifferens, quodcumque ſit adueniente principis voluntate induit honeſtatem, & ſtudioſam terminare poteſt electionem, quæ ad obedientiæ, vel obſeruantiæ virtutem pertineat: quamuis ergo finis extrinſecus etiam, adæquatus deficeret poſt latam legem, adhuc in executione huius actus honeſtas meriti capax & in illius obiecto commoda legis materia reperitur: ſicut in actu per ſe honeſto qui licet in obiectum per ſe honeſtum tendat, non eſt in obligatione, niſi ipſius honeſtas à lege imperetur: quando igitur per ſe non intenditur, ſed expreſsè & adæquatè propter aliud, eo fine ceſſante eius vtilitas eodem modo deficit, eaque reſpectiua honeſtas, quæ principis intuitum terminabat. Vel ergo non ceſſat lex in materia indifferenti, ceſſante cauſa finali, vel ſi tenera ceſſat, idem dicendum eſt in materia per ſe honeſta. Tandem vrgeo, adduco que exemplum eiuſdem Doctoris num. 10 vbi ait ceſſante fine, & cauſa præcepti ab homine impoſiti ex obedientia ceſſat obligatio eius, etiam ſi actus præceptus, ſit aliàs intrinſecè honeſtus vt ieiunium, vel oratio. Vt ſi ſuperior iubeat orare, vel ieiunare per menſem, & conſtet propter talem neceſſitatem ſeu occaſionem, fuiſſe impoſitum, ceſſante neceſſitate ante menſem præceptum creditur ceſſare, quia nimirum tota præcipiendi ratio eſt finis extrinſecus, non honeſtas actus, qui præſupponitur; cuius ſignum eſt, quia tranſgreſſio talis præcepti non eſt intemperantia, ſed inobedientia. Atqui hoc idem viſitur in lege, quod de præcepto traditur; ergo idem de illa dicendum: quod enim illud præceptũ generalis non ſit conſtitutio, neque permanens lex, non tollit paritatẽ rationis in eo, quod vtrobique ratio, & cauſa adæquata legem vel præceptũ regulet, ipſique modum tribuat in reſtrictione vel extenſione, duratione, ſeu ceſſatione. Dices diſparitatem inter vtrumque in eo eſſe, quod lex conſtituat medium virtutis, quando actum per ſe honeſtum perſcribit, etiamſi cauſam adæquatam exprimat. Et ita iam per ſe intenditur finis honeſtatis in actu, at præceptum ex ſola obedientia, ſolum propter finem extrinſecum præſcribitur. Non tamen ſatisfacies, quia quando illud medium virtutis non eſt honeſtas per ſe in actu requiſita ex iure naturali, ſi ſub adæquatu reſpectu intentionis legiſlatoris non cadit, ſed vltra, vel extra illum manet; aſſignare medium virtutis non eſt obligare ad exercitium illius, & non minus medium obedientiæ aſſignatur in præcepto, quam quodlibet aliud alterius virtutis, nempe temperantiæ in lege de ieiunio: cuius adæquatam rationem, ſi dicamus generaliter ceſſare, legem quoque deficere, eodemmodo quo præceptum, neceſſe eſt. Neque contra hanc doctrinam aliquid docuit D. Thom. citatus 1. 2. quæſtione 100. artic. 9. ad 2. Ibi enim diſtinguit finem præcepti à præcepto: Vtrùm verò ceſſante fine præceptum ceſſet. D. Thom. ſignificauit illis vltimis verbis, *ſi in eo perſeuerat ratio ſufficiens præcepti, perſeuerat præceptum*, in quibus noſtram ſententiam oſtendit. Clarius tamen 1. 2. quæſt. 8. artic. 2. & 3. in corpore

manifeſtè docet ea, quæ ſunt ad finem, in quantum hoc modo ſe habent non eſſe volita propter ſe; ſed quatenus ad finem ordinantur: quo ceſſante deficit ratio bonitatis in medio, per quam terminatur actum voluntatis, ſed ita ſe habet honeſtas in actu præcepto volita propter cauſam finalem in lege expreſſam, ergo ex ſententia D. Thom. illa cauſa ceſſante, præceptum omnino ceſſat.

Secundum punctum concluſionis, videlicet non opus eſſe principis reuocatione, vel contraria conſuetudine, ſed ipſo facto conſtitutionem ceſſare, ratione finali ceſſante, ex primo euidenter deducitur contra Sotum ſupra citatum. Primo, quia omnes authores qui illud pronunciatum admittunt in cauſa finali legis, de peculiari quodam deſitionis modo loquuntur diuerſo ab aliis: nimirum non expectata legis abrogatione, neque oppoſita conſuetudine, & in hoc ſenſu interpretantur omnia iura citata. Etenim aliter expoſita nihil de nouo decreuiſſent, & ſuperuacanea eſſet eorum doctrina. Nam ceſſante vel non ceſſante ratione, nemo dubitat poſſe conſtitutionem à principe vel à rationabili conſuetudine antiquari, & illius obligationem tolli. Secundo caſus, ad quem non extenditur voluntas legiſlatoris, ſeipſo excluſus eſt, neque indiget alio abrogationis vel excluſionis modo: ſed in primo puncto oſtendimus principis intentionem non extendi ad actum præceptum propter cauſam finalem adæquata, quando illam iam non eſt, ergo caſus hic ſe ipſo excluditur. Et confirmatur quia ſicut à principio ſi illa ratio non eſſet propter quam adæquatus actus præcipitur, conſtitutio non obligaret, ita neque poſtea ceſſante eadem ratione. Conſequentia ex eo probatur: quia legiſlatoris intentio actum non præcipit, niſi præciſè ex ſuppoſitione, quod illa finalis cauſa ſubſiſtat, quæ ratio militat tam in principio, quàm poſtea.

Tertio, vel neceſſarium eſſet principis decretum expectare per modum reuocationis, vel inſtar authenticæ declarationis. Primo modo iam diximus, ceſſationem legis per ſe & per reuocationem principis conſtituere diuerſos modos, per quos lex vim obligandi amittat; & alterutrum ſufficientem eſſe omnium opinione conſtat. Et patet quia in ceſſatione rationis non ſolum negatiuè, ſed etiam contrariè viſitur modus ceſſandæ legis per ſe independenter ab altero, qui eſt omnino ſufficiens: ergo non eſt per ſe neceſſarium decretum principis ad reuocationem legis. ſed illa poteſt per ſe ceſſare. Secundus modus inſtar authenticæ declarationis, etiam neceſſarius non eſt, quoniam neque ex natura rei, neque ex poſitiuo iure illa reuocatio authentica exigitur; ſufficit enim quod publicè & manifeſtè conſtet in republica cauſam finalem in lege expreſſam vniuerſim ceſſare, & cum effectu lex ipſa per ſe eſſe deſinat, etiam in ordine ad prudentialiter, & honeſtè operandum contra antiquam legis diſpoſitionem: ſolum enim illa declaratio authentica neceſſaria foret, quando dubium prudentiale interueniret, an reuera ratio generaliter ceſſaret, ſi tamen omni dubitatione ſublata, rationis deſitio omnibus eſſet in confeſſo, certa etiam eſſet legis ceſſatio.

14 Oppones, lex imponens pœnam ipſo facto, non obligat ad inferendam, vel exequendam pœnam ante ſententiam iudicis commiſſum delictum, & ſatis probatum declarantis: ergo ſimiliter quamuis ex ceſſatione rationis lex ceſſare debeat, expectanda eſt principis declaratio, vt in exequutione contra legis antiquæ diſpoſitionem quilibet operetur. Confirmatur quia etiamſi lex per decretum principis reuocetur, vt reuocatio iuridica ſit, liceatque ſubditis contra reuocatam legem operari, omnino neceſſaria eſt reuocantis legis promulgatio, ergo eadem ratione, etiamſi lex per ſe deſinat ceſſante ratione, vt in executione illius obligatio ceſſet huius ceſſionis promulgationem expectare oportebit. Reſpondeo tamen eſſe diuerſam rationem, inter pœnam ipſo facto impoſitam & cauſam finalem in lege expreſſam; Nam fauor de iure debitus reo poſtulat vt illi non infligatur pœna, antequàm de culpa conuincatur. Vnde commiſſi criminis declaratio ſupplicii inflictionem neceſſariò præcedit: pœna enim eſt quidpiam violentum ab extrinſeco, non aliter, quàm iuſtitiæ æquitas poſcit, inferendum. At ratio legis & cauſa finalis adæquata ipſius, ex natura rei, & quaſi ab intrinſeco connexionem habet neceſſariam cum actu à lege præcepto, vel prohibito, vt iam expoſuimus. Vnde nulla alia indiget declaratione legis ceſſatio, quàm illa per quam euidenter conſtet, illius cauſam generalem prorſus defeciſſe, neque alia promulgatione opus eſt, vt in confirmatione requiritur, quam illa prima, per quam innotuit lex & illius ratio expreſſa, quæ legis fundamentum eſſe declaratur. Et ſicut ratio per ſe deficit, ita legis obligatio, quæ non aliter ſub intentionem venit legiſlatoris, quippe qui actus honeſtatem per ſe non extendit, ſed reſpectiuè ad prædictam cauſam.

15 Tertia Aſſertio, etiamſi cauſa non ſit expreſſa in conſtitutione, ſi vnica, communi Doctores conſenſu ex ipſius contextu, rectaque interpretatione deducatur; illa vniuerſim ceſſante ſolum negatiuè conſtitutio procul dubio ceſſabit: hæc ex duabus præcedentibus manifeſtè colligitur. Probatur primo, quia ratio vnica legis quando poteſt aſſignari, licet expreſſa non ſit idem, operatur ac ſi expreſſa eſſet, vt tenet Alexand. conſil. 48. ſuper exactione numero 4. lib. 1. & conſ. 34. viſis & ponderatis, numero 8. lib. 5. Barbat. inter conſilia Alexand. conſil. 52. circa hanc numero 15. Caſtrenſ. conſil. 83. in princip. lib. 2. Roman. conſil. 32. numero 1. & latius conſil. 404. in caſu propoſitæ, numero 4 & plures citati ibidem, in additione Mandoſii, verb. *arguere*, Gloſſ. in l. 15. quamuis ſimiliter Codice de fid. commiſſ. ibidemque Bald. Paul. Caſtr. Raphaël Fulgoſ. Philipp. Cor. item Bald. in l. maximum vitium Cod. de liber. præter. colum. 3. & in l. quoties colum. 1. & l. final. Codice de natural. liber.

Digitized by Google

Denique in authent. quas actiones, colum 2. quæſt. 1. Codice de Sacroſanct. Eccleſ. Iaſon. ibidem, colum. 6. Panorm. in cap. vltimo de reſcript. colum. tertia & in cap. cum inter vniuerſas, colum. 2. cap. nihil, colum 5. de elect. & conſil. 75 quidam deceſſit colum. 4. multo plures refert & ſequitur Tiraquell. tract. ceſſante cauſa limitat. 21. num. 9. Secundo, quia ratio tacita in qua omnes conueniunt, reuera ratio eſt & maximè obſeruanda, ſi eſt finalis, vt notat Bald. in l. 1. Codice quæ ſit longa conſuetudo colum. 2 iuxta l. 13. milites. ff. de re militari, & l. 4. ita autem ff. de adminiſtr. tut.

16. 4. Aſſertio, quando ratio vel finalis cauſa legis eſt multiplex, etiamſi vna ceſſet lex, adhuc in ſuo robore permanebit: ita Cardinal. Florent. in cap. ex parte ad finem de Cleric. coniug. Imol. ibidem & in cap. cum apoſtolica de his quæ fin. à Prælat. ſine conſ. capit. colum 5. Anton. ibidem col. final. Bellamer. in cap. poſt translat. de renunt. colum. 5. Panormitan. in cap. cum nuntius colum. 1. de teſtibus, & in cap. quoniam colum. 3. de iure patronat. in cap. iuuenis colum. vltim. de ſponſal. Franciſc. Aretin. in cap. primo de probat. & conſ. 41. diligenter & maturè penſata colum. 2. & conſ. 50. copioſè & eleganter colum. 2 Alexand. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. colum. 3. Barbat. in l. 2. ff de verb. obligat. colum. 11. Soc. Iunior. conſil. 30. inſpectis his colum 11. numero 40 lib 1. Decius in cap. ex literis de conſtitut. colum. 5. verſu. non obſtat textus. Put. deciſ. 69 numero 4. lib. 2. Salas t. 2. tract. 14 diſp. 9. ſect. 3. numero 34. cum Azor. Caſtrenſ & aliis. Probatur primo ex l. 1. liberorum § 1. ff de his, qui notant infam cuius hæc eſt ſumma *Quando aliquid prohibetur propter plures rationes, ſufficit quod vna ratio prohibens vigeat, licet aliæ ceſſent.* Et ita Bartol. Bald. Paul. Alberic. & alii ibidem l. 28. tutor. §. quæ tutoribus, ff. de excuſationib. l. 2. ſextum decimum §. quia item Senio, alias §. corporis debilitas, ff. de vacation. & l. 2. quod ait prætor §. exercitum, ff. de his qui notantur infam. auth. de nupt. §. ſi verò etiam cum Gloſſ. Accurſii ibidem, verbo confuſionem auth. de inſtrum. caut. & fide. §. ſed & ſi quis §. ſi verò nullus & § vltimo. Concinit cap. Quæris de ætate & qualitate cap primum, item cap. niſi cum pridem §. pro delectu de renunciat. plures tex. & authores in huius aſſertionis confirmationem, vide apud Tiraquell. tract. ceſſante cauſa limitat prima numero 2.

2. Ratione ſuadetur, quando ſunt plures cauſæ finales vna deficiente non deficit vtilitas & honeſtas in actu præcepto vel prohibito: quia reſpicere poteſt alteram permanentem cauſam. Et propter illam præcipi ſeu vetari V. G. in ieiunio, quamuis omnes haberent carnem ſpiritui ſubiectam, & propter hanc rationem ieiunio non indigerent; tamen propter ſatisfactionem prò peccatis, expeditioremque potentiarum vſum in orandi exercitio, lex ieiunii perſeueraret. Deinde circumciſio inſtituta eſt in remedium peccati originalis & ad diſtinguendum Dei populum; qui duo fines ita ſe habent, vt etiamſi primus ceſſaret in ſantificatis in vtero, in antiqua lege adhuc propter ſecundum circumciſionis lex obligabat. Duo tamen hîc aduertenda ſunt. 1. quando plures cauſæ finales ita copulantur in lege, vt vnam per ſe efficiant, neque ſeorſim cohærere poſſint, oportera vt ſimul concurrant: ita enim deciſum eſt in Rota par. 1. deciſ. 589. in fin. cum communi DD. ſententia in cap. ceſſante de appellat. & in l. dedi, ff. de cond. ob cauſam: hos AA. citat & ſequitur Villalogue deciſ. 3. num. 9. Item Tiraquell. tract. ceſſante cauſa limita. 22. num. 12. & ob text. in ea p. quoniam frequenter, §. porro & §. ſi autem vt lite non conteſtat. quem Panorm. in §. porro, in fine ait eſſe ſingularem, vt oſtendatur quando plures cauſæ per ſe vnam integrant, vnius ceſſationem ſufficere, vt effectus deficiat. 2. aduertendum eſt de ceſſatione rationis finalis expreſſæ, ſeu tacitæ, quæ vim habet expreſſæ non facile, aut temere iudicandum: neque enim tam facile eſt cauſam finalem ab impulſiua diſcriminare, vt illa ceſſante legis obligatione ſoluamur: quò ſpectat illud Auguſt de vera religione cap. 31. quod refertur in cap. in iſtis diſt. 4. *Leges cum fuerint inſtitutæ & firmatæ, non licet iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas.* Quamobrem vt minor hac in re nobis ſit errandi occaſio, operæ-pretium erit aliquot examinare indicia, quibus cauſa conſtitutionis impulſiua à finali diſcernatur. 17.

Quibus indicijs ratio finalis Conſtitutionis ab impulſiua diſcriminetur.

SECT. IV.

Aliqua in primis ante quæſtionis deciſionem ſupponere oportet. 1. mihi non probari illum loquendi modum Raphaël. Comenſis in l. legatis ff de legat. 2. in priori lectura, illam eſſe cauſam alicuius rei, quæ ſola cauſa eſt, non autem ſi ſimul ſit cauſa cum alia; & in 2. lectura ex eod. text. docet, cauſam finalem non dici, quæ ſola non eſt. Et probatur ex l. 51. ita. Vulneratus ff. ad legem Aquiliam. Verum ex ead. lege oppoſitum potius deducitur. Nam poſtquam ſtatuit Vlpian. Vtrumque ſerui occiſorem teneri lege Aquilia, & qui prius vulnus lethale ſeruo inflixit certiſſimè poſt dies aliquot moriturο, & qui poſterius alio ictu ſimiliter mortifero citius interemit, cauſarum partialium adducit exemplum, quarum vna per ſe ſolâ non ſufficit, & tamen omnes cauſæ reputantur, & inſolidum de damnu tenentur: V. G. quando plures trahentes trabem furandi cauſa ſuſtulerunt, quorum ſinguli illam portare nequiuiſſent, *furti actione*, ait textus, *omnes teneri exiſtimantur*; quamuis ſubtili quadam ratione, & in aliquo vno ſenſu dici poſſit neminem eam ſuſtuliſſe; quia nullus fuit cauſa totalis, vt Philoſophi loquuntur. Non igitur textus quem Raphael adducit, illi fauet, & ex alio capite à receptis vna loquendi forma Philoſophis & Theo-

logis maximè familiari recedit, qui plures A cauſas finales ſimol ita concurrere poſſe autumanr, vt vna quæque per ſe ad effectum cauſandum ſufficiat, vt docet D. Thom. 1. 2. quæſt. 12. artic. 3. in corpore, cnmmentatores ibidem tract. primo. Salas diſp. 8. ſect. 2. numero 15 cum Ocham Vaſquez & Azor. neque minus voanimi couſenſu Iuriſpetiti, qui huiuſmodi cauſas à ſe inuicem independentes admittuot, quos in concluſione quarta, proximæ ſectionis adduximus.

2. 2. Non eſſe vniuerſim, oeque abſolute verum quod ait Mantica de tract. & ambig. conuention lib. 3. titulo 12. num. 15. cauſam finalem pertinere ad obiectum intellectus & ex Bald. in l. prima Cod. de falſ. cauſ. adiect. leg. hoc aſſertum accepit; quod etiamſi io aliquo ſenſu admitti poſſit, Verbi Gratia, B in aſſenſu diſcurſiuo, quo intellectus concluſioni aſſentitur propter præmiſſas; iudicat enim hominem eſſe admiratiuum, quia omne animal rationale eſt admiratiuum, & omnis homo eſt animal rationale; nam ratio motiua, propter quam intellectus aſſentitur, concluſioni in illis duobus principiis continetur, vnde aliquo modo habent rationem finis; quia tamen potius dicuntur principia, ex quibus intellectus concluſionem deducit. finis vero idem eſt atque bonum iuxta Ariſtotelem 2. Phyſicorum cap. 3. tex. 31. & primo Ethic cap 1. quem ſequuntur reliqui Philoſophi; & bonum non oiſi voluntatis obiectum cenſetur: ſequitur neque vniuerſim, neque abſoluè & propriè loquendo, finem obiectum eſſe intellectus.

3. 3. efficiens cauſa eſt quidem inter reliquas C præcipua in conferendo exiſtentiam effectui per realem influxum, in quo ſenſu, illam appellat Bal. coof. 439. colum. 1. lib. 3. potentiſſimum principium ſuper omnes cauſas: neque ad hoc probandum vtar textibus quos refert Maotica tom. 1. de tract. & ambig. conuention. tom. 1. lib. 3. tit. 12. numero 19. ſed euidenti ratione, nam ex quatuor cauſarum generibus, quæ à Philoſophis agnoſcuntur, materia & forma communicando ſe, cauſant ſe inuicem, vel compoſitum; neutra tamen alteri confert exiſtentiam, vel compoſitos, aut in effectu reale aliquid producunt; ſed à cauſa efficiente totum eſſe accipitur, vt receptior Philoſophorum ſententia ſecundo Phyſicorum tuetur. Deinde cauſa finalis in- D tentionaliter tantum monet, & excitat efficientem; & realiter noo influit in effectum oiſi per eandem efficientis cauſalitatem, nempe actionem. Hoc tamen non tollit cauſam finalem omnium cauſarum originem, fontemque haberi, & principium in intentiooe primum, licet in exequutione ſit vltimum, quæ quidem ex Philoſophis Iuriſperiti tanquam, veriſſima mutuantur. Barb. conſ. 30. alias 19. colum. penolt. lib 2. Bald. in l. cam quam, Cod. de fideicommiſſ. colum. 1. & alii quos refert Mantica citatus oumero 16. & Tiraquell. in tracta. ceſſante cauſa limitat. 1. numero 6. Couarr. Variat. reſolut. lib. 1. cap. 20. num 2. & alii quos citauimus ſect. 1. in 2. part. 1. concluſionis.

4. Cauſam finalem eam eſſe, quæ ab agente præcipue conſideratur, ipſumque præcipue mouet, & in quam ipſius intentio, velut in ſcopum collimat, Cauſam vero impulſiuam repræſentatam in mente agentis, illum etiam impellere ad agendum. ideo enim impulſiua dicitur, potius tamen agentem manu ducit, & diſponit, vt finalem intendat, quam vt ipſa ab agente intendatur, & propter ipſam agens operetur. Exemplum habemus in l. 1. §. ſexum, ff de poſtulat. iuxta Bartol. doctrinam ibi & in l. 2. § vltimo ff. de donat. & in l. demonſtratio § quod autem oum. 18. de condition. & demonſtrat. id tamen declarabitur Theologico exemplo. Ad hoc vt intellectus noſter aſſentiatur obiecto fidei diuinæ, præcedunt aliqua motiua naturalia V: G. conuenientia rationis naturalis miracula, quæ in confirmationem illius veritatis producuntur, & alia quæ motiua fidei dicuntur, non quia ipſis noſtra fides nitatur, vel propter illa aſſenſu fidei diuinæ illud quod credendum proponitur, verum eſſe iudicemus; cum enim illa media partim naturalia ſiot, partim fallibilia, continere nequeunt rationem formalem motiuam actus fidei diuinæ ſupernaturalis, & infallibilis, ſunt ergo illæ rationes naturales quædam manuductio, qua intellectus noſter in obſcuro fidei diuinæ aſſenſu eliciendo iuuatur Similiter dicendum de cauſa impulſiua, & finali in conſtitutione: nam licet cauſa impulſiua iuuet & impellat legiſlatorem ad conſtitutionem ferendam, illa tamen non eſt ratio, propter quam conſtitutio fit, neque in illam velut in ſcopum dirigitur intentio ſtatuentis.

His poſitis inquirimus nunc quibus indiciis cauſa finalis in conſtitutione ab impulſiua poterit internoſci. Et quia hac de re diuerſa ab Auctorib. traduntur indicia, ſequentibus concluſionibus certa ab incertis ſeparabo.

1. Concluſio. Eſt maoifeſta petitio principij, quando ad diſtinguendam cauſam finalem ab impulſiua, illa dicitur finalis ex cuius radice oritur obligatio, & qua poſita in eſſe conſenſus ponitur diſponentis. Hæc aſſertio excludit modum quendam inutilem diſtinguendi cauſam finalem ab impulſiua, quem tamen tradiderunt Bald. in l. 1. C. de falſis cauſis adductis leg. item. in l. 1. C. quando non petent. patribus & Barb. citatus quos ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 24. num. 11. Mantica de tacit. Et ambig. conuent. tom 1. lib. 3. tit. 12. num. 22. probatur. omnes conueniunt in illo communi proloquio, ceſſante cauſa finali ceſſare legem, in qua illa continetur, ergo quando inquirimus quomodo in legis diſpoſitione cognoſci poſſit an cauſa ſit finalis, vel impulſiua, manifeſte petitur principium, ſi dicatur nimirum illam eſſe finalem, ex qua ſequitur effectus proprius cauſæ finalis videlicet obligatio; & qua poſita conſenſus diſponentis neceſſario deducitor, quod idem eſt atque ea poſita effectum non ceſſare, ſed nos notitiam effectus ceſſantis, vel non ceſſantis non poſſumus ſuppoonere, quia illum inquirimus, & ex cauſæ finalis efficacia ſeu virtute colligere 5.

contendimus, ergo ſi cauſam ex hoc effectu cognoſcere volumus, in circulum inutilem prolabimur. Confirmatur quando duo æquè ſunt ignota, vnius cognitio ex alterius cognitione nequit deduci: nam ſecundùm rectam logicorum regulam ab Ariſtotele acceptam, & in eo principio fundatam propter quod vnum quodque tale, & illud magis: præmiſſæ neceſſario ſunt concluſione notiores, cum enim hæc concluſio propter illas cognoſcatur, illæ magis cognitæ ſupponi debent: ſed obligationis effectus & voluntas, intentioque legiſlatoris obligatiooem inducens cauſantur à ratione finali, neque vnum ſupponitur notius alio in hoc indicio aſſignato: nam nos volumus cognoſcere ceſſationem legis ex cauſa finali ceſſante, ergo ad cognitionem cauſæ finalis non rectè recurritur ad effectum, quia quando vnum ex alio per diſcurſiuam cognitionem aſſequimur, alterum prius, magiſque cognitum neceſſario eſt ſupponendum.

Propter eandem rationem illud tanquam inutile indicium cauſæ finalis reiicit Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa limit. 1. num. 37. ſi quis dicat cum Ioan. Monach. in cap. cupientes de reſcript in 6. colum. 2. numero 4. illam dici cauſam finalem, quando diſponens non erat aliàs idem facturus. Illam verò impulſiuam quando ea non vrgente idem facturus putetur. Nam ſi diſponens hoc declaret, id ipſum eſt cauſam finalem oſtendere & conceptis verbis exprimere, vt docet Alberic. in l. Generali Cod. de Epiſcop. & Cleric. col 2. ſi verò diſponens id non exprimat ſane non minus ignotum, immo magis obſcurum indicium remanet. Etenim ſi ex diſpoſitione non expiſcamur, quid de facto diſponens intendat, quomodo ſcire poſſumus quid faceret, ſublata diſpoſitionis ratione? Illud etiam indicium œdipo indiget teſte eodem Tiraquell, numero 38 quod docent Cyn. Salyc. & alii ad citatam legem General. nempe cauſam impulſiuam remotam eſſe, potiuſque occaſionem nuncupari, finalem verò proximam, & immediatam cenſeri. Nam de hoc ipſo dubitatur, quænam cauſam remota & occaſio ſit, quæ verò proxima & immediata exiſtimanda.

6. Secunda concluſio, cauſa quæ ex principio conſtitutionis ſumitur, niſi conſtet de manifeſtè oppoſita ſtatuentis voluntate ibidem expreſſa, finalis eſſe præſumitur: ita deciſum in rota part. prima deciſ 457. numero primo, & nouiſſimè in deciſ. 531. apud Ludouiſium Dominum noſtrum, Gregorium XV. per l. primam. ff. ad Macedon l. finalem cum gloſſ. ibidem Bart Bald. Angel. Imol. ff de hæred. inſtituend. eandem teneot Anchar. conſil. 159. numero 1. Cardinal. Florent. in cap. ex parte ad finem de Cleri. coniug. Ioann. de Auan. inter conſil. Caſtrenſ. conſil. 261. lib. 2. num. 2. Roman. conſil. 16. num. 4. & conſil. 180. numero 6. Alexand. conſil. 7. numero 5. lib. 2. & conſil. 36. num. 3. lib. 5. & conſil. 88. num 6 lib 6. Soccin. ſen. conſil. 67. num. 10. lib. 1. & conſ. 153. num. 27. lib. 2. Decius conſil. 111 num. 2. & conſil. 334. num. 2. Soccin. Iunior. conſil. 21. num. 2. lib. 1. & conſil. 8. lib. 2. numero 24. Surd. lib. 2. deciſ. 339. num.
A 4. & conſil. 210. numero 28. alii plures quos vide apud Tiraquell. citatum numero 64. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 24. numero 5. Guttier. pract. quæſt. lib 3. quæſt. 17. num. 115. Probatur primo à Roma: cuiato ex l 134 Titia §. idem reſpondit, ff de verbor. oblig. & l. 4. Item quia § idem Iuliano, ff. de pactis, hæc eſt Bart. ſumma. *Quæ in præfationibus dicuntur in ſequentibus repetita intelliguntur*, qui textus quamuis de ſtipulationibus procedat, inde argumentum ſumitur ad conſtitutiones aliaſque diſpoſitiones, vt ex præfationibus earum cauſam continentibus obligatio in contextu diſpoſita colligatur, & ſecundum eam cauſam, vel amplietur, vel arctetur. Secundo voluntas & intentio diſponentis ex prooemio diſpoſitionis educitur, ſed hæc intentio reſpicit cauſam finalem
B & iuxta illam conſtringitur, vel dilatatur, ergo ſi ea in prima ſtatim legis fronte collocatur finalis merito præſumitur: minor & conſequentiæ: ſunt manifeſtæ maiorem confirmat Bartol. & Bald. ex. l. 9. regula § ſi quis, ff. de iuris & fact. ignoran. cuius doctrinam Bartol. ſic reſumit, *ſi præfatio legis eſt generalis licet lex ſit ſpecialis, generaliter intelligitur: idem etiamſi lex eſt ſpecialis; ratio tamen eſt generalis, quod generaliter eſt intelligenda*. Eadem maior ſuadetur ex l. 8 cum hi in princ. ff de tranſact ibidemque Bartol. & Raynut. Concinit. cap. ex multa § 1. *quæſiuiſti* de voto ibique Panormitan. colum 2. iuncto cap. antecedenti eodem titulo, facitque ad idem cap. *vbi periculum* ne Clerici vel Monac. in
C 6. & Ioan. Andr. ibidem. Tertio, tandem concluſio ſuadetur; cauſa finalis primum principium eſt in intentione, vt ſupra aduertimus & poſt D. Thom. docet Rodulph. Agricola de dialect inuent lib. 1. cap. 14. Bald in l. auia Cod de iure dotium colum. vltima. Couarr. variar reſolut. lib. 1. cap. 20. num. 2. ergo quando in principio diſpoſitionis cauſa collocatur, ſatis ſignificat diſponens ſuam intentionem in eam cauſam veluti ſcopum ſuæ voluntatis collineare. Bene tamen aduertit Tiraquell limitat. prima citata numero 66. cum Barbat. hanc vim & efficaciam cauſæ non accipi ex præfationis natura, ſed ex ipſamet cauſæ virtute quæ in præfatione conſtitutionis continetur. Et probatur quia aliquando hæc cauſa non in principio, ſed in fine diſpoſitionis proponitur, vt habet text. in l. 77.
D cum pater de legat. 2. §. dulciſſimis, vt notat ibidem gloſſ.

Tertia concluſio, ratio naturalis pro cauſa in conſtitutione expreſſa, vel communi Doctorum conſenſu ac interpretatione ſignificata finalis eſt exiſtimanda, ita Bartol. Imol Roman. Bald Iacob. à ſancto Georg. Panormitan. & alii quos ſequitur Tiraquell. in tract. *ceſſante cauſa* limitat. prima numero 44. & 67. Probatur primo ex lege prima §. *In primo* Cod. de caducit. tollend. ibi, *naturali ratione ſubnixum*, quod oſtendit fundamentalem eſſe rationem cauſamque finalem, vnde Bald. ibidem in princip. ait, *Ea quæ ſunt naturali ratione ſubnixa, debere intacta & illibata cuſtodiri*, Secundo ex l. 7. cum ratio, ff de 7.

bonis damnat. In qua naturalis ratio lex quædam tacita perhibetur, in quo ſignificatur huius cauſæ neceſſitas, & efficacia; ſicut enim lex obiectum, ſeu obiectum legis eſt finis, vt ſupra diximus ſuo modo intrinſecus in quem ſi dirigatur principis intentio eligendo obiectum propter ſuam honeſtatem; quamdiu illa honeſtas in obiecto perſeuerat, etiam ceſſante quauis alia ratione, lex in ſuo permanet vigore; ita ratio naturalis in lege expreſſa, vel manifeſtè deducta ex lege pars quædam conſtitutionis eſt, à qua totius legis obligatio omnino dependet; atque adeo rationem finalis cauſæ ſortitur. Ad cuius argumenti confirmationem pertinent alii textus qui oſtendunt quantum in poſitiuo iure naturalis ratio præualeat. Vide l. 1. §. ſi id quod, ff de obligat. & action. l. 4 itaque, ff ad legem Aquil. l. t. in princip ff de pact. gloſſ ibid l 1. ff. de minorib. l. 1. ff de legat. præſtan. l. 26. ſi non ſortem ff. de conduct. indebiti §. libertus in princip. & in fin. concordat Caput *ratio nulla* de præbendis cap. conſuetudo diſt. prima præter alia vera quæ videri poſſunt apud Tiraquell. citarum num. 67. & ſequent Tertio quando legiſlator rationem naturalem, vel exprimit, vel innuit, non indicat fundamentum ex ſuo arbitrio dependens, neque honeſtatem, ſeu rectitudinem de ſe indifferentem, ſed rationem, quæ ſeruatis eiſdem circunſtantiis eadem immutabilis perſeuerat; eum ad ius naturale pertineat: ergo illam cauſam tanquam finalem à diſpoſitione conſtitutionis inſeparabilem intendit.

Quarta conclusio, quando cauſa pertinet
3. ad commune bonum, vel ad fauorem, verbi gratia, dotis aut alterius piæ cauſæ, finalis in conſtitutione præſumitur, verbi gratia in fauorem condemnati ſtatutum eſt, vt poſſit à grauamine appellare, ipſum grauamen eſt cauſa finalis, qua ceſſante, ceſſat appellatio cap. cum ceſſante de appellat. cap. magnæ de voto cum ll. infrà citandis Concluſionem ita explicatam defendunt Alber. in l. generaliter Cod. de Epiſt. & Cleric. col. 2. Bellam. in cap. *etſi Chriſtus*, de iure-iurand colum. 3. Imol. in l 2 §. vltim ff. de donat. paulopoſt princip. & ſane de cauſa pertinente ad commune bonum ſequitur ex ſupradictis in prima quæſtione huius diſpoſitionis: nam bonum commune generalis eſt finis, ſine quo lex in ſua perfecta ratione non permanet. Ergo quando pro particulari cauſa aliquid indicatur quod ad communē vtilitatem ſpectet, non ad aliam quam finalem pertinebit. Et hoc ſane oſtenditur exemplo l. 2. negotiandi cum aliis citatis à Gloſſ. verb. *aſpectus*, nemo enim negabit illam in iis legibus eſſe cauſam finalem, *ne ſcilicet publicus deformetur aſpectus.* De cauſa verò fauorabili, & pia; de qua maior poſſet eſſe dubitatio, noſtram aſſertionem defendunt præter citatos Barr. Roman. Rapb. Com. Caſtr. & Imol. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. Ruyn conſil. 137. verbis vtriuſque teſtamenti in 10. lib. 2. Alex. in addition. Bartol. citat. Bald. in l. dictam legem Cod. de conditio. ob cauſ. col. 2. Pyn. & Salye. in l. generaliter Cod. de Epiſcop. & Cleric. Anton. in cap. poſt

A tranſlat. de renunciat. colum. 4. Collectar. ibidem colum 1. Guil. Dur. in ſpect. lib. 2. partic. 2. de diſput. & allegat. num. 12 Probatur primo. Illa præſumi debet finalis cauſa, quæ ſecundùm rationem iuris finalis habetur, ſed cauſa pia & fauorabilis ſecundùm iuris rationem finalis creditur, ergo Maior eſt manifeſta, & traditur à Gutrier pract. quæſt. q. 17. num. 115. cum Bartol Bald. & aliis. Probat Tiraquell. citatus numero 33. per l. eam quam Cod de fideic. & l. ſi pater Cod. de hæred. inſtituen. minorem oſtendo cum eodem Bartol. ex l. 32. cum, is §. mulier, ff. de cond. indebit cuius hæc eſt compendiaria ſententia. *Quando à pietate cauſatur error, ceſſat repetitio indebiti ſoluti*, & reddit ra-
B tionem contextus, *ſublata enim falſa opinione relinquitur pietatis cauſa, ex qua ſolutum repeti non poteſt*, quia ſcilicet cauſa pia, tanquam finalis ex interpretatione iuris intelligitur perſeuerare. Secundo. de cauſa fauorabili ſuadetur concluſio ex l. 4. ambitioſa §. ſed. etſi ſalarium. Vbi licet ambitioſa decurionum decreta in largitionibus faciendis, debitiſque de ærario publico remittendis reſcindi iubeantur; ſalaria tamen magiſtris, mediciſque aſſignata neutiquam reprobantur, quippe quæ cauſas reſpiciant fauorabiles, & communi bono per-vtiles; & communiter ex iuris ratione finales & permanentes iuxta l. 8. decurionibus, ff de decur. & l. 1, Cod. de decurionib. ſi adhuc rationem in-
C quiras, cur ex iuris interpretatione cauſa pia, & fauorabilis finalis præſumatur; Reſpondeo quia communem reipublicæ vtilitatem ſpeciali quadam ratione concernunt; & ſpeciatim ad bonum commune ac publicum ſpectant. Ideoque à Bellamet. & Imol. pro prima concluſionis parte citatis æquiparantur cauſa pia & fauorabilis, cauſæ ad commodum reipublicæ pertinenti, ſed finis totius iuris poſitiui eſt commune bonum: ergo ex iuris interpretatione rectè deducitur cauſam fauorabilem piamque finalem præſumi. 9.

Confirmatur prædicta ratio primo, quia in aliis diſpoſitionibus, quæ proximè & immediatè reſpiciunt alicuius perſonæ vtilitatem verbi gratia in teſtamentis, ſeu donationibus quando cauſa oppoſita tendit in commodum ipſius concedentis vel alicuius tertii; finalis
D præſumitur; quando vero ad accipientis vtilitatem ſpectat, & alioqui neceſſaria non eſt, impulſiua indicatur: vt eſt receptiſſima ſententia, quam tenet Gloſſ in l. ſi mulier Cod. de iure dot. per eundem text. Bart Bald. Angel. Salycet. ibidem Alex. in l. vltimam, ff de condict ob cauſam colum. 2. Iaſon. 10 l. ſi pecuniam eodem tit. colum. 6. Cyn. cum aliis in l. general. in fin. Cod. de Epiſcop. & Cleric. Alberic ibidem colum. 2. Raphael. Comenſ. Paul. de Caſtrenſ. in l. 2. § final. ff. de donat. Cardinal. Alexand. in cap verum de condit. appoſ. colum. 2. & alii in qua confirmanda non moror, quia ad alias diſpoſitiones pertinet diuerſas à diſpoſitione conſtitutionum, ſeu legum; ſuppoſita tamen illa doctrina omnium ferè conſenſu probata, ſequitur in conſtitutione ferenda cum princeps,

ceps neque ſuum, neque alterius particularis commodum intendat, ſed ſolum commune bonum modo ſuperius explicato, illud reſpicere debet tanquam finem totius iuris poſitiui generalem: ergo cauſæ quæ ob peculiarem rationem ad hoc bonum reducuntur; quales ſunt cauſæ fauorabiles, ac piæ inter finales erunt computandæ.

10. Secondo è contra cauſæ in gratiis, & priuilegiis contentæ in dubiis impulſiuæ non finales præſumuntur, vt docent Bald. & Philip. Franc. in cap. decet, de regul. iur. in 6. & DD. communiter. ad l. 2. ſi cum §. Titio finali, ff. de donat. cum gloſſ. ibidem. Et ratio eſt, quia particulare accipientis commodum reſpiciunt immediatè, non commune bonum. Vnde licet aliqui ad fauorem videantur referri, in huiuſmodi cauſis illa ratio non militat, quæ in aliis ad commune bonum ſpectantibus conſideratur, vt finales potius, quam impulſiuæ exiſtimentur. Verum quidem eſt in reſcriptis ad beneficia & aliis gratioſis cauſam impulſiuam vim habere finalis, vt reſcripta vitiet, & ea ceſſante literas gratiæ faciat ceſſare, iuxta multorum ſententiam in cap. poſtulaſti de reſcript. ſaltem quando cauſa impulſiua trahit gratiam ad alium Caſum in literis non expreſſum, vt notat Decius ad citatum text notab. 4. veruntamen de hoc puncto ad titulum de reſcriptis latius differendum.

11. Quinta concluſio, quando cauſa diſpoſitionis æque latè patet atque ipſa diſpoſitio in conſtitutione, teſtamento, vel donatione, influitque in omnem illius effectum, finalis eſt exiſtimanda, ita Bartol. in l. demonſtratio §. quod aut ff. de condit. & demonſtr. in tertia quæſt. idem Bartol. ad l. primam Cod. de falſis cauſ. adiect. colum. 3. Salyc ibidem in fin. Imol. ad l. ſi cum §. Titio, ff de donat. & in l. vltima colum. 2. ff. de hæred. inſtituend. Bald ad l. primam numero 15. ff. ſolut. matrimon. & in l. generaliter Cod. de Epiſcop. & Cleric. Cornel. conſil 35. o. 2. lib. 3. & conſil. 253. n. 8. lib 4. Soccin. Iun conſil. 73. n 26. lib. 3. & conſil. 1. n. 54 lib. 4 Cranett. conſil. 192. num. 21. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 17. num. 15. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 12 n. 25. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 24. num. 12. Tyraquell. tract. ceſſante cauſa limit. 1. num. 36. Probatur primo ex l. 2. Cod de falſis cauſ. adiect. leg. l. 72. cum tale §. falſam cauſam de condit. & demonſtrat. l. 52. Damus, l. 65 in ſumma §. quod ob rem, ff. de condit. indebit. cum cap. cum ceſſante de appell. cap. poſt tranſlat. de renunt. cap. & ſi Chriſtus de iure-iurand.

Secundo ratione ſuadetur; nam quando cauſa æquè latè patet atque diſpoſitio, illique cohæret, dicitur omnino neceſſaria, quia aliter diſponens, vel non faceret, vel non eodem modo faceret, ſuamque intentionem limitat, extendit, aut coarctat ad extentionem cauſæ finalis. Dices hoc verum eſſe in cauſa de futuro, non verò in cauſa de præterito; quia ſufficit illam fuiſſe; immo neque oportere ſemper, vt fuerit, quod ex leg 52. *damus* citata probatur; quam Bartol. ita reſumit. *Datum ob cauſam de præterito non obligatoriam non repetitur, datum verò ob cauſam de futuro, cauſa non ſequuto repetitur.* Vrgeo tamen quia iuxta gloſſ. verb. *pecuniæ* intelligitur ille, qui dedit ob cauſam præteritam, non illam intendiſſe, vt finalem; ſed ab ea motum, ſeu impulſum; finalem verò cauſam fuiſſe, ſuam liberalitatem oſtendere, quandò verò aliquis ob rem futuram dat, intelligitur illam intendere; & ideo ita diſpoſitioni cohæret cauſa, vt illa omnino neceſſaria ad futurum effectum reputetur. Vnde Bald. ad legem citatam addit; *quamuis cauſa ſit de præterito, ſi tamen aliàs daturus non eſſet, idque ex verbis donantis conſtat; finalis eſt non impulſiua, vt patet ex l. vltima de hæred. inſtit.* idemque inculcat in l. repetendi Cod. de condict. ob cauſam, & deinde etiamſi cauſa ſit de futuro impulſiua eſſe poteſt, V.G. ſi incommodum recipientis cauſa apponatur, oſtenditque Bald. poſt Petr. ex l Titio centum, ff de condit. & demonſt.

Tertio ſola cauſa finalis eſt, quæ regulam diſpoſitioni tribuit, nunc illam ſtringendo nunc ampliando, vt patet in l. prima ff. de condict. cauſa data, l. 5. ita autem, ff. de adminiſtr. & pericul. tut. &c. Et ratio eſt quia cauſa finalis ad inſtar eſt conditionis, ſine qua ſicut diſpoſitio non ſubſiſtit, ita nec ſine finali cauſa; & ideo vtraque diſpoſitioni cohærere dicitur: Et ſicut neceſſe eſt purificare conditionem, ita & cauſam, vt docet Calderin. in conſil. 56. de tranſlat. Prælat. primo ab aliis iuris peritis ſubſcripto, Bald. conſ. 402. *Colligamus ſtatutum* lib 1. Rutio conſ. 1. in facto ſanctæ matris, &c. Et hæc eſt ratio in conſtitutione vel lege illam reſtringens, vel extendens, nempe finalis ſecundum lap. alleg. 102. In Ciuitat. Florent num. 15. & ſeq Aretin. conſil 161. *Verum eſt quod Comicus eſt.* Decius conſil. 379 num. 5. & conſil. 64. num. 6. Cranett. conſil. 227. num. 4. Alex conſil. 16. viſo themate num. 12. lib. 6. & conſ. 59. Attentis verbis num. 3. lib. 3. Geminian. conſil. 37. num. 6. & conſ. 39. num. 2. Ancharan. conſil. 304. num. 2. Exprimiturque in l. 21. ſi is qui animo, ff. de acquir. poſſeſſ. ibidem gloſſ. verb. *amittere*, Dyn. Alber. Angel Caſtr. & alii, item in l. 2. cancellauerat. ff de his quæ in teſtam. debent Bartol. ibidem, quam plureſque text ſimiles inuenies apud Tyraquell. in tract. ceſſante cauſa part. prima num. 143. & ſeq. Et iuxtà hanc doctrinam veriſſimum eſt illud proloquium à Iuriſconſultis paſſim vſurpatum; *Vbi eſt eadem ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio.* Quod confirmatur ex l. 7. his ſolis Cod. de reuoc. donat. l. 32. illud quæſitum, ff. ad legem Aquil l. 108. à Titio. ff. de verb. obligat. concordantque cap. tranſlato de conſtit. & cap. inter corporalia de tranſlat. prelat. ergo certiſſimum eſt quotieſcumque cauſa cum diſpoſitione comparata æque latè patet, & in omnem illius effectum influit, illam eſſe finalē; hoc enim manifeſtè conuincit dependentia effectus à tali cauſa. Hinc ſequitur quando conſtitutio eſt generalis, cauſa vero particularis, hanc impulſiuā eſſe iudicandā, vt notant Ioan,

Andr. Domin. & Philipp. Franc. in cap. quoniam verb. *Dominorum* de immunitat Eccleſ. Felyn. in cap nuncius, colum. 1. de teſtibus Iaſon. in auth quas rationes colum. 4. Cod. de Sacroſanct Eccleſ. cum aliis quos ſequitur Tyraquell ceſſante cauſa limit. prima numero 62.

13. Sexta concluſio, quando diſpoſitio conſtitutionis ſub forma conditionali cauſam continet, ipſam finalem crede. Hanc probat Bartol. ad leg. 2. §. vltimo, ff. de donat. per hunc text. & per legem *cedere diem*, de verbor ſignificat. l. qui hæredi in fine, ff. de condit. & demonſtr. l. demonſtratio §. quod autem eodem tit. item Salyc. Caſtrenſ. Raphael Comenſis ad citatam l. 2. Iacub. à ſancto Georg. in leg. vltim. colum. 2. Cod. de edict. Diu. Adrian. tollen. Ludouic. Bologn. in l. damus, ff. de condition. indeb. Bellam. in cap poſt tranſtationem colum. 4. de renunciat. Menoch. tom. 4. conſ. 331. num. 71. qui omnes tenent in omni diſpoſitione, cuius cauſa per modum conditionis apponitur, pro finali ſine dubio habendam; præter quam in caſibus notatis in l. 1. Cod. de inſtit. & ſubſtit. qui ad conditionem teſtamenti non ſtatuti ſpectant, quare in ſtatuto cauſa inſtar conditionis appoſita finalis ſemper præſumitur. Ratio eſt, quia conditionis forma ſolemnitatem indicat non leuem, vt docet Bald. in auth. matri & auiæ colum. 1. quando mulier tutelæ officio fungatur. Alex. Franciſ. Aret. & Iaſon. in l. 2. ff. de vulgar. & pupill ſubſtit. aliique, quos refert Tiraquell. retract. tit. 2. § 2 gloſ. 1. numero 3. Item ſtatuentis intentionem declarat, illamque non aliter neque alio modo diſponere voluiſſe, aut effectum intendiſſe, oſtendit, vt patet ex l. 52. damus l. 65. In ſumma §. quod ob rem ff. de condit. indeb. iuxta communem DD. interpretationem, ſed vt ſupra iam probatum manet, nulla eſt conſtitutionis obligatio, niſi ea ratione & modo. quo ſub legiſlatoris intentionem cadit ergo, &c.

7. concluſio, quando non ſatis conſtat de
14. qualitate cauſæ ex conſtitutionis contextu, ſi per verbum in gerundio, vel per dictionem *quia* ſeu *pro* cauſa ſignificetur, finalis eſſe regulariter præſumitur. Prima pars de vi ſignificandi in gerundio explicatur per l. 1. ff. de dolo malo, in qua *dolum malum*, ſeruis quidem ita definit, *machinationem quamdam alterius decipiendi cauſâ*, & infra Labeo definit, *eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitum.* Vbi vides malum exponi per cauſam finalem cum gerundiis coniunctam. Similia exempla habes in l. 1. ff. ad l. Cornel. de ſicar. in princip & in l. 7 is qui cum telo C. eodem tit. & l. 1. §. ſi pupillis, ff de tutel. & ration. diſtrah. &c. vt optimè notat Bartol. in tract. ad Extrauag. *Ad reprimendum* numero 12. & ſequitur verb. *ne ex eorum abſentia* Eamdem gerundii ſignificationem agnoſcit Bald. in leg. id quod pauperibus, colum. 1. Cod. de Epiſcop. & Cleric. Alexand. in addit. Bartol. ad leg. ſecundam §. vltimo, ff. de

A donation. Salycet in leg. Cod. de his qui Latr. occult. Angel. Aretin. in rubr. inſtit. de action. Cornel. conſil. 9. in cauſa vinente, colum. ſecunda lib. 4. & conſil. 145. *licet in hac* colum. 3. lib. 4. Dec. in cap. exceptionem colum. 5. de exception. Probatur primo à nonnullis, quia gerundii ſignificatio conditionem inuoluit: ſed ex præcedenti concluſione cauſa continens modum conditionalem finalis præſumitur, ergo etiam illa, quæ per gerundium profertur. Verum hæc ratio non eſt vniuerſalis; quia gerundium tunc ſolum inuoluit conditionem cauſalem vel cauſam conditionalem, quando cum verbis futuri temporis B coniungitur, vt notant Bartol. in leg. 1. quæſtione 8. ff. de condition. & demonſtr. & in l. ſi tu ex parte ad finem, ff. de acquit. hæred. Franciſc. Aretin. ibidem Bald. in leg. Falſus, Cod. de furtis, &c. colum. 3. & alii, ex proximè citatis. Secundo generalior eſt illa ratio, quia gerundium importat quamdam neceſſitatem, vt ait Bald. in rubr. ff. de edend. cum gloſſ. ibidem; Odofr. ad rubr. Cod. eodem titulo quam neceſſitatem cauſatiuam appellat Angel. in l. prima ff. de liber. & poſthum. cum igitur cauſa neceſſaria ſit finalis, non impulſiua, ſequitur cauſam per gerundium expoſitam finalem cenſeri. Quia tamen Maria. Soecin. C ſen. in cap. primo de mutui petit. ait illam non eſſe proprietatem à gerundio inſeparabilem; & adſtipulantur alii quos referunt Alexand. Iaſon. in rubr. Cod. de edendo numero 6. & Aleſand. ibidem numero 5. qui addit illam gloſſ. de Gerundii neceſſitate ineuitabili communiter reprehendi: Quis enim illam vim gerundio contulit? Ideo tertio probo hac ratione, quia in interpretatione verborum Iuris ſtandum eſt communi, receptaque DD. explicatione, ſed gerundium ex Bartol. gloſſ & receptiori DD. intellectu ad illas leges ſupra citatas quando continet legis rationem, pro finali habetur, ergo hoc nobis ſufficiens indicium eſt, vt in qualibet conſtitutione illius cauſam in dubio finalem arbitremur.

Secunda concluſionis pars, de dictione *Quia* quamuis repugnet Imol. in l. 2. ff. de donat. §. final. colum. 1. traditur tamen à D Bald. qui in cap. quia propter de elect. colum. 4. numero 26. ait. *Quia dictio eſt redditiua cauſæ vt notatur, ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi is qui animo, & quando apponitur à lege præſumitur finalis, vt notatur, ff. de condit. & demonſtrat. l. cum tale, §. finali.* Idem tenet Cardinal. Florent in cap quia propter citato, & in cap. quia circa in fin. de conſang & affinitat. quos ſequitur Tiraquell. vbi ſupra limitat. 1. numero 83. Et ratio eſt quia nulla dictio in ſuo germano ſignificatu magis importat finalis cauſæ intentionem quàm hæc; non eſt tamen negandum hanc dictionem *quia* aliquando ſolam cauſam impulſiuam indicare, vt in l. 17. demonſtratio. §. quod autem, ff. de condit. & demonſtr Vnde immerito Angelus Gratus induction. verbo *quia*. Ex hac lege probauit hoc aduerbium

cauſam finalem etiam ſignificare : nam ſi A id vetum eſſet, lex illa legatum excluderet ceſſante illa cauſa finali : cum tamen illud admittat, vt ex §. quod autem citato patet. De dictione *Pro* idem Bald. vbi ſupra numero 28. ait non ſignificare cauſam temotam, ſed immediatam & proximam, nempe finalem, vt Mantica magis declarat tom. 1. libro tertio titul. 12. numero 32. de tacit. & ambig. conuent. & probat ex leg. penultim. §. vltimo, ff. de aliment. leg. ibi *pro alimentis*, & leg. ſi quis pro redemptione Cod. de donat. cum gloſſ. in l. Dominus Ethico in verb. *pro quibus*, ff. de pecul. legat. Alexand. in conſil. 131. numero 6. lib. 7. & Dec. in conſil. 46. numero 1. B & conſil 350. numero ſecundo, cum aliis quos refert Angelus Gratus inductione verbo *pro* numero 2. vbi bene aduertit numero 3. aliquando dictam propoſitionem cauſam impulſiuam denotare, vt docent Doctores ad leg vnicam Cod. de ſenten. quæ pro eo quod & cum aliis Iuriſtis, quos ibidem refert Gratus, quæ cauſa fuit, cur in concluſione addidi illam particulam *regulariter*, vt oſtenderem has dictiones aliquando ſolam afferre ſecum cauſam impulſiuam.

Hæc ſunt indicia, quæ poſt diligentem inquiſitionem in antiquis & recentioribus boni nominis authoribus reperi, quorum interuentu cauſa finalis ab impulſiua diſcerni queat, quibus perſpectis, ſi adhuc in dubio maneat, qualitas cauſæ in conſtitutione, lege ac ſtatuto; vel quia hæc ſigna in diuerſas partes trahantur, vel quia C non ita exprimuntur; difficultas eſt an perſiſtente hac ambiguitate cauſam finalem præſumere debeamus. Affirmant multi præſertim, quando cauſa apponitur in lege Acur. Bald. Cyn. Cepol. Cardinal. Florent. Angel. Imol. Cardinal. Alexand. Philipp. Franc. Iacob. à Sancto Georgio Dec. Soccin. Iun. & alii, quos refert Tiraquell. citatus numero 21. item 29. & 30. limita. 21. numero 9. Paul. conſil. 314. numero 2. Gutier. lib. 3. pract. quæſtion. quæſtione 17. numero 115. cum aliis ab eo relatis; Menoch. tom 3. conſil. 271. numero 57. poſt Bartol. & alios. Mol. tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 173. colum. 9. & de cauſa in diſpenſatione aliiſve gratiis contenta, idem tenet Abb. in cap. quia circa de conſang. numero D 6. Præpoſ. ibidem numero 4. Alexand. de Neuo numero 6. nullo tamen ſatis firmo nituntur fundamento.

Octaua igitur & vltima concluſio, quando ex indiciis aſſignatis non colligitur an
5. cauſa finalis ſit vel impulſiua; ſtante hoc dubio in conſtitutione & lege, cauſa præſumi debet impulſiua, ita gloſſ. vltima in leg. 2. ff. de donat. & in l. ſi mulier Cod. de iure dot. Caſtrenſ. in leg. final. ff. de condit. ob cauſam Angel. Aretin. in §. illis autem inſtit. de teſtament. milit. Soccin. ſen. conſil. 83. in fin. lib. 3. quos ſequitur Menoch. ſibi ſanè contrarius tom. 2. conſil 106. 11. A numero 92. Euerardus loco *à ceſſatione rationis poſt me* Bertach. in repert. litter. C. verb cauſa impulſiua Dyn. Iacob. Aretin. Collect. & multi qui pro ſententia oppoſita ſupra citati ſunt, & ſibi contrarios refert Tyraquell. numero 48. & 49. quales ſunt Accurt. Cardinal. Florent. Philipp. Franc. & Cyn. Idem tuetur Sanch. de matrimon. lib. 8. diſputation. 22. numero 20. tam in legibus quàm in donationibus, gratiis, ac diſpenſationibus referens alios, quos prætermitto. Probatur primo, quia in dubiis pro validitate actuum ſolet interpretatio fieri, iuxta leg. 13. quotiens, ff. de reb. dub. vbi ſic habetur *quoties in actionibus, aut in ex-* B *ceptionibus ambigua oratio eſt, commodiſſimum eſt id accipi, quo res de qua agitur, magis valeat, quam pereat*, cum aliis ſimilibus adductis à gloſſ. 2. ibidem; concinitque gloſſ. in cap. Abbate de verbor. ſignific. Panormitan. Angel. Soccin. Dec. Paris Iun. Bertrand. & alii quos ſequitur Riminald. tom. 3. conſil. 275. numero 15. ergo in dubio an ex defectu cauſæ, lex adhuc obliget, ea cauſa eſt intelligenda, quæ legem adhuc valere permittat: ſed talis eſt impulſiua non finalis, ergo in dubio præſumitur impulſiua.

Secundo, quando certi ſumus de lege & cauſa illius, dubitamuſque an illa cauſa talis naturæ ſit, vt ipſa ceſſante, ceſſet legis obligatio, illi, qui ſe eximere vult à legis obligatione incumbit probare cauſam eſſe finalem: 16.
quamdiu ergo id facere non poteſt, & res dubia manet, præſumptio & poſſeſſio pro lege ſtat, & illi omnino parendum quia lex C eſt certa excuſatio dubia: ita Medina 1. 2. quæſtione 68. artic. 6. ad finem propoſitione tertia. Couarr. lib. 2. Variar. reſolut. cap. 12. numero 4. dicens eſſe ab omnibus receptum Gonſal. in regul. 8. Cancellar gloſ. 8. numero 72. Euerard. loco ab exceptione ad regul. numero 21. Tyraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. numero 211. Sanch. in Decalog. lib. 1. cap. 10. numero 34. qui multos referunt ex antiquioribus, & gloſſam in diuerſis locis. Denique noſtram reſolutionem abſque tergiuerſationis effugio expreſſit gloſſ. vltima in leg. ſecunda ſi cum filius-famil. ff. de donat. vbi ait, *In dubio autem præſumam non finalem*, & probat manifeſta deciſione leg. 13. ſed ſi mors §. final ff. de donat. inter vir & vxor. item per ll. D alias ab eadem Gloſſ citatas.

Quæ poſſibilitas, iuſtitia & honeſtas in conſtitutione requiratur.

QVÆSTIO IV.

HÆ conſtitutionis, ac legis conditiones, ex aſſignatis à Gratiano in cap. erit autem lex diſt. 4. ſupererant explicandæ, quæ quidem quamuis ad cauſam materialem conſtitutionis pertineant; Etenim conſtitutionis materia poſſibilis, iuſta & honeſta eſſe debet : quia tamen non mi-

nus in ratione, cauſaque finali, vt potè conſtitutionis fundamento poſtulantur: attendi enim debet cauſæ finalis poſsibilitas, iuſtitia & honeſtas, ne materia præcepti ab eis conditionibus deficiat: & deinde ne explicatis cæteris conditionibus hæc ad ſequentem diſputationem interrupto illarum ordine remitterentur, in hac quæſtione quatenùs neceſſariæ ſint in vtraque cauſa expendemus: quod enim de finali dicemus materiali ſuo modo aptandum, ne eadem in ſequenti diſputatione repeti neceſſe ſit. Primum ergo de impoſsibilitate agendum. Deinde de iuſtitia ſimul & honeſtate: nam cum iuſtitia, nunc accipiatur vt virtus generalis, quæ ſignificat quamlibet honeſtatem; nunc ſpecialis virtus, quæ reddit vnicuique ſuum modo explicato in quæſtione prima, diſputatione prima; hoc loco illam in latiori ſignificatu vſurpamus, vt nomine iuſtitiæ quamlibet honeſtatem intelligamus.

Quæ impoſsibilitas cum cauſa finali conſtitutionis repugnet.

SECTIO I.

1. NEceſſariam eſſe poſſibilitatem in conſtitutione, vel lege præter iura, quæ in commentario capitis, erit autem, adduximus, alia etiam id manifeſtè oſtendunt cap. non eſt 15. quæſt. primo cap. Nabuchodonozor 23. quæſtione quarta, cap à nobis de ſentent. excommunicat. conciuit ius ciuile in l. 14. quia ad certum, ff. locat. leg. 29. Gallus, § ſi eius, de liber. & poſthum. iuxta ſubtilem gloſſ. & Doctorum interpretationem & l. 1. §. dies autem iuſtos, ff quando appellandum ſit. Et ratio eſt, quoniam nemo ad impoſſibile poteſt obligari; qua enim ratione facere quis tenebitur, quod fieri vel non fieri in ſua poteſtate non habet, ideoque Deus impoſſibile non præcepit, iuxta Tridentinum Seſſio. 6. cap. 11. & Canone 18. Quamobrem de præceptis Domini Ioannes Epiſtol. 1. cap. 5. *& præcepta eius grauia non ſunt*, & ad hunc ſenſum Baſil. Hilar, & alii PP. interpretantur verſiculum 95. pſalm. 118. *latum mandatum tuum nimis*, vt non modo non impoſsibile, ſed nec difficile, adiuuante diuina gratia, ſit exiſtimandum, qua de re Auguſt. lib. de nat. & gratia cap 43. & 69. ſerm. 109. de tempore D. Hieronym. ad Damaſ. in expoſit. Symbul. & alii PP. exponentes illud Matth. 11. verſ. 30. *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*: ſæpe aduertunt. Vnde cum leges humanæ, vt rectè ſe habeant, à diuina debeant deriuari, Impoſsibilia nullo modo ſunt præcipienda, ad quæ nemo actari poteſt., vt notauit Bald. in leg. ſi pupilli §. videamus, numero 4. ff. de negot. geſt. & in l. deceſſerit num. 1. ff. qui ſatis date cogant.

Verùm ex alio capite aliquam de impoſsibilibus obligationem induci poſſe 2.
oſtendunt primo, quia Ariſtoteles libro primo Magnorum Moralium cap. 16. poſt princip. dixit. *Voluntas namque eorum etiam eſt quæ fieri non poſſunt.* Idemque ait lib. 3. Ethicorum cap. ſecundo. prope medium: Vbi vero voluntas & conſenſus interuenit, interuenire poteſt obligatio, vt patet ex leg. 19. haber, §. contractus, ff. de verborum ſignificat. & conſequenter præceptum obligationem inducens. Deinde tam diuino quàm humano iure ad aliqua impoſsibilia videmur obligari, vt ex diuino iure ſuadetur: Primo, quia homo obligatur ad credendum, quæ ſunt ſuper rationem naturalem, euiuſmodi ſunt Deum eſſe trinum, Filium Dei humanam aſſumpſiſſe naturam, in Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento celebrando veram fieri tranſſubſtantiationem panis in corpus, & vini in ſanguinem Chriſti Domini, & tamen per vires naturales homo non poteſt has veritates infallibili cognitione aſſequi, neque actum fidei elicere. Ergo ad impoſsibile aliquo ſenſu datur obligatio. Confirmatur quia ſunt homines aliquot qui inter Gentiles viuunt, ad quos Euangelii notitia non peruenit, & de myſteriis fidei ſufficienter inſtrui non poſſunt: & tamen ad credendum obligantur: atteſtante D. Paul. ad Hebræos 11. *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo*: ergo hi homines inter duo impoſsibilia conſtituuntur, tum quia non poſſunt placere Deo, niſi actum fidei exercendo: tum quia credere illa eſt impoſsibile, quæ penitùs ignorantur. Secundo de Pœnitentia Dei præceptum habemus iuxta communem TT. ſententiam cum D. Thom. 3. part. quæſtione 84. artic. 5. dicente Domino Lucæ 13. numero 5. *Si Pœnitentiam non egeritis, omnes ſimiliter peribitis.* Sed ex eodem Diui Thom. 3. part. quæſtione 85. artic. ſecundo in corpore. *ſpecialis ratio actus pœnitentiæ eſt ſcilicet operari circa deſtructionem peccati præteriti*, qui affectus declaratur his verbis vellem non peccaſſe quod tamen eſt impoſſibile, quia fieri nequit, peccatum præteritum non fuiſſe, ergo ad impoſsibile volendum ex iure diuino obligamur.

Idem oſtenditur ex iure humano, primò in leg. 9. ſi quis demum §. Iulianus, aliàs ſi quis fundum, ff. locati, in qua conuentio caſum fortuitum continens valet, cui tamen humana mens prouidere non valet, iuxta leg. 4. quæ fortuitis Cod. de pignoritia act. leg. finali de præſcript. trig. ann. l. 2. §. ſi eo, ff. de adminiſtr. rer. ad ciu. pert. ergo conuentio cum obligatione ad impoſsibile valet. Secundo, ſi quis pro alio promittit, illum ratum aliquid habiturum, & voluiſſet ſe obligare caſum proprium faciendo, partemque oppoſitam indemnem ſeruando: ſane non ſatisfaceret, etiamſi ex parte ſua faceret quantum poſſet, vt ille alius ratificaret, ſuamque datam fidē liberaret, vt late

probat Dec. in l. impoſsibilium, ff. de regul. iur. Cagnol. ibidem cum Fulgoſ. Alex. Soccin. Rip. & alii à quibus multa in huius textus confirmationem adducuntur. Et tamen in poteſtate fideiuſſoris non eſt alterius voluntatem mutare, & ad ratificandum cogere; quia, verbi gratia, fugit, & facta omni diligentia illum inuenire nequiuit; ergo obligabitur ad pluſquam poſſibile Tertio aliquando contingit aliquem in ius vocari, vt certa die compareat, qui tamen legitima impoſsibilitate detentus, V. G. infirmitatis, vel alterius, punitur tanquam contumax & præcepti contemptor, vt patet ex cap. cum dilecti de dolo & contumacia, adiuncta l. 59. ſi mandato, ff. mandati, § Paulus reſpondit. Tandem 4 in l. 1. ff. de condit. inſt l. 3. ff. de condition. & demonſtrat. §. impoſsibilis inſtit. de hered. inſtit. l. 3. titulo 4. pat. 6. cum multis aliis, conditiones impoſsibiles vltimis diſpoſitionibus adiunctæ pro non ſcriptis habentur, quam veritatem præter antiquos iuris interpretes latè exponunt Cardinal. Mantica lib. 3. de coniectut tit. 10. numero 7. Couarr. in 4. pat. 2. cap. 3. ad finem, Anton. Gomeſ lib. 1. variar. cap. 12. numero 66 Coſta lib. 1. ſelect. cap. 8. & ſequent. Spino, de teſtam. Gloſſ. 13. principali ex numero 134. Sarmiento lib. 2 ſelect. cap. 1. & ſequent. Idem de conditionibus impoſsibilibus conſenſui matrimoniali additis late oſtendit Sanch. cum multis aliis lib. 5. de matrim diſp. 4. per totum: ergo ſimiliter cauſa finalis legi adiecta etiam ſi impoſsibilis ſit, legem alioqui de actu poſſibili prolatam non deſtruet, ſed ipſa cauſa pro non appoſita iudicabitur.

3. Ad expediendas has difficultates aduertere oportet impoſſibilitatem multis modis accipi à DD. Triplicem diſtinguit gloſ. in cap. nemo poteſt de regul. iur. Cagnol. & alii in l. 145 impoſſibilium, ff de regul. iur. videlicet impoſſibilitatem naturæ, iuris & facti Impoſſibile naturale eſt quod natura fieri non concedit iuxta l 39 ſi ſtipulor, ff. de verbor. obligat. verbi gratia, hominem in cælum aſcendere, vt habetur l. 7. impoſsibilis, ff. de verb. obligation. vel promittere Saluſtianos hortos qui ſunt Auguſti ſecundum l. 39. cum ſeruus, alias, Apud Iulianum §. finali delegat. 1 Nam naturale ius docet, vt ſuum tantummodo aliquis dare vel promittere poſsit. Impoſsibilitas iuris eſt quod leges fieri prohibent per eandem l. 39. ſi ſtipulor. & ſumi poteſt exemplum ex cap. Abbati diſt. 54. ex cap. vltimo de pactis rap. ſane 2. quæſt. 3. & ex l. 83. inter ſtipulantem, ff. de verb. obligat. § ſacram. quæ ita ſe habet. *Item ſacram, vel religioſam, aut vſibus publicis in perpetuum relictam inutiliter ſtipulor.* impoſsibilitas de facto à Bart. l. 1. ff. de condit. inſtit. numero 7. & Angel. Aretin. §. impoſsibilis inſtit. de hæred. inſtit num. 7. potius difficultas quam impoſsibilitas appellatur, vt eſt impoſsibile pauperi virgini centum millia aureorum habere ad dotem: in hac enim acquirenda dote difficultas eſt de facto quæ ad impoſſibilitatem reducitur, non naturæ, neque iuris, ſed de facto. Exemplum habes in l. 137.

A continuus §. illud inſcipiendum ff de verbor obligation. adde l. 125. nepos. Proculo, ff de verbor. ſignificat. cap. Catinenſis Eccleſ diſt. 61 & Ariſtot. lib. 1. de cælo comment 111. & Phyſicorum 6. comment. 9. His quartã addunt impoſſibilitatem Bartol. vbi ſupra n. 6. & Angelus citatus num. 5. nempe perplexitatis, quorum exempla ex Bartol. habentur in l. ſi Titius & in l ſi quis de condit. inſtit. hoc impoſſibile ſibi inuicem petimentia inducit: vt ſi quis teſtator dicat ſicut in l. ſi Titius citata. *Seius hæres eſto ſi Titius hæres erit, & Titius hæres eſto, ſi Seius hæres erit.* Hæc tamen impoſſibilitas vel ad naturæ aut iuris repugnantiam reducitur in eo principio fundatam: Verbi Gratia idem non poteſt ſimul eſſe, & non eſſe, vel nulla eſt Nam in predicto caſu, aut vnuſquiſque hæres B alterum excludit ſimul, & includit, & eſt implicatio, & impoſsibilitas naturæ: aut neuter alterum excludit, ſed vterque includitur, & nulla eſt impoſsibilitas: quomodo autem vterque, vel alteruter hæreditatem adire debeat, hoc loco non eſt diſcutiendum. Alteram verò affert impoſsibilitatem Tuſch. in litt. I concluſ. 52. cum Bald cons. 24. numero 2. lib. 1. & conſil 274 in princip. lib. 3. nempe illa in cuius poſsibilitas oppoſita eſt contra bonos mores, vnde impoſsibile dicitur in hoc ſenſu, quod eſt, contra bonos mores Verùm hæc impoſſibilitas in eo genere impoſſibilitatis continetur, quæ eſt de iure, vt ait Bartol. citat. num. 5 & expreſſe dicitur in l. 15 filius ff. de condit inſtitut.

C Vt tamen hæc impoſsibilium capita ad methodum theologicam reducam, & quæſtionis reſolutioni inſeruiant. Impoſſibilitatem 4.
diuido in naturalem, & moralem Naturalis coincidit cum primo membro diuiſionis proximè traditæ; & rurſùs ſubdiuidi poteſt in Logicam, ſeu Mathematicam, & in Phyſicam cum D. Thom. quæſtione 6. de potentia artic. 1. ad 2. Impoſsibibitas Logica, ſeu Mathematica eſt, quæ in ſe contradictionem claudit, & eſt contra formalem rationem rei: conſiderat enim Logicus & Mathematicus res ſecundum formalia principia, vt ait D. Thom. citatus, huiuſmodi verò impoſsibilia etiam per ordinem ad omnipotentiam Dei retinent implicationem contradictionis, ideoque non defectu omnipotentiæ, ſed ex repugnantia D rei fieri nequeunt à Deo. Impoſsibilitas Phyſica eſt quæ reſpectu cauſarum naturalium inferiorumque agentium repugnantiam inuoluit, vt vacuum in mundo, hominis reſurrectio, viſus cæco reſtitutus; cordis humani ſecreta intueri, voluntatemque immutare: ad hos enim effectus & ſimiles non eſt in cauſis naturalibus potentia; Ideo impoſsibiles ſunt Phyſice loquendo, non Logicè, quia à Deo fieri non repugnat. Impoſsibilitas moralis, aut eſt de iure aut de facto: de vtraque meminit D. Thom. in 4. d. 34. quæſtione 1. artic. ſecundo ad quartum: illa de iure iam ſupra eſt explicata. Quæ vero eſt de facto adhuc duplex cenſetur, teſte Suar. tom 1. de Gratia lib 1 c. 24.

numero 5. cum D. Hieron. in Epiſt. ad Cteſiphontem. Sallas t. 2 tract. 14. diſp. 1. ſec 9. num 56. Primi tantam in ſe habet difficultatem, vt quamuis obiectum huius impotentiæ moralis ſupponat in cauſa potentiam Phyſicā, illa nunquam de facto reducetur ad actum. Secunda verò impoſſibilitas moralis talis eſt, vt aliquando ſaltem vinci contingat: Nam impoſſibile Phyſicum, & morale non ſemper in hoc diſtinguuntur, quod illud nunquam eueniat; hoc autem nonnunquam accidat; ſed quia ad impoſſibile Phyſicum, Phyſica potentia non eſt; ad impoſſibile verò morale priori modo aſſignatum, etiamſi detur potentia Phyſica, eius obiectum tot difficultatibus ſubiacet, vt nunquam reducatur ad actum illa potentia iis difficultatibus & circunſtantiis veſtita: vnde abſolute & ſimpliciter dicitur impoſſibile, ratio huius eſt quia multa abſolutè & indefinitè accepta dicuntur impoſſibilia, non quia deſint cauſæ Phyſicæ à quibus prouenire potuiſſent; ſed quia nunquam à ſuis cauſis incertis conditionibus ac circunſtantiis conſtitutis proficiſcantur. Pono exemplum in naturalibus & ſupernaturalibus euentis. Priora ſunt; Potentia Phyſica eſt in Angelo ſuperiori ad detinendam cæleſtem ſphæram ab Angelo inferiori motam. nam ſi Angelus inferior verſus occidentem cælum virtute naturali mouere poteſt, cur ſuperior illud motari motumque impedire vi ſua naturali nequibit? Deinde non eſt impoſſibile Phyſice ad talorum iactum multiplicem eoſdem ſemper numeros ſuperiores oſtendi, abſolutè tamen & ſimpliciter hoc impoſſibile moraliter iudicatur. Denique potentia Phyſica eſt in manu vt in orbem ducta à calamo perfectum deſcribat circulum. Verum id nunquam fieri quis non videt? Inter ſupernaturalia ſunt; moraliter loquendo ſingula ſcandala vitari poſſe nemo dubitat; quia per liberam, & piaculatem hominis actionem interuenit, dicente domino, *Væ autem homini illi per quem ſcandalum venit*, omnia tamen vitari ſcandala non poſſunt, eodem Seruatore atteſtante *neceſſe eſt enim vt veniant ſcandala*, ſingula peccata communi gratiæ diuinæ auxilio ſubterfugi poſſunt, omnia tamen niſi quodam ſpeciali diuini numinis beneficio euadere eſt impoſſibile.

Poſita hac impoſſibilium notitia à ſacræ Theologiæ, & vtriuſque iuris DD petita; nunc iam inquirimus vtrum conſtitutio ſeu lex aliquem impoſſibilitatis gradum ex numeratis admittat. an verò omnes omnino reſpuát. Et quæſtionem tam de impoſſibilitate actus à lege præſcripti quam de cauſa ſeu ratione finali impoſſibile excitamus.

1. Prima concluſio de actu impoſſibili propter impotentiam naturæ ſiue Logicam, ſiue Phyſicam nec diuina lex procedit, neque humana conſtitutio obligabit, de hac ad minimum impoſſibilitate intelligendum teſtimonium Tridentini ſupra citatum; item ſcripturæ ſacræ & PP. quibus adde noſtrum Cardinalem Bellarminum, qui diuinæ legis poſſibilitatem contra noſtri ſæculi Hæreticos Lutherum, Caluinum, & alios luculenter confirmat, & manifeſtè demonſtrat tom. 4. lib. 4. cap. 11. & ſequentibus de iuſtificatione. Similiter de Conſtitutione humana: idem oſtendunt vtriuſque iuris regulæ, & alii textus, nec non illa duo carmina à Ioann. Andrea Gloſſa Cagnoloque celebrata.

Vltra poſſe meum non lex me iuſta coegit,
Nec putat eſſe reum qui totum poſſe peregit.

Probitur vtraque pars concluſionis à Gloſſa prima cap. nemo poteſt, de regul. iur. in 6. hac ratione: omnis obligatio aut in dando, aut in faciendo conſiſtit. per l. 2. ff. de verbor. obligat. ſed quod non eſt, neque eſſe poteſt, nec dari, nec fieri poteſt, ergo ad impoſſibile nulla eſt obligatio. Verùm hæc ratio vt tam in præceptis negatiuis valeat, quam in affirmatiuis, maiori explicatione indiget: Nam etiamſi præcepta poſitiua aliquid dare, vel facere præcipiant, negatiua tamen ſolum negatione adimplentur, non faciendo ſcilicet, quod lege prohibetur: quare non continet huiuſmodi lex aliquid quod dari, aut fieri debeat, ergo vt ratio in omnibus præceptis, vim habeat illud facere latè eſt accipiendum, vt non modo actionem poſitiuam; ſed etiam negatiuam complectatur, & tunc etiam fieri cenſebitur, quod lex iubet, ſi oblata occaſione in nobis detur voluntaria negatio actus prohibiti. Nam illa negatio actus poſſibilis eſt, & vt illa in oblata occaſione ſuo modo fiat, lege negatiua tenetur; quia oppoſitum illius negationis, nempe actus prohibitus etiam poſſibilis eſt. Si enim impoſſibilis foret ſuperuacanea, & conſequenter nullius vigoris lex eſſet, quæ id quod eſt impoſſibile, fieri prohiberet; ſicut ergo vt conſtitutio tendat in poſsibile, ſatis eſt quod id faciat præcipiendo, vel prohibendo; ita obligatio faciendo intelligitur de actione poſitiua, vel negatiua: Quomodo lex 2. ſtipulationum citata, ff de verb obligat. exponitur à Gloſſ. : § item ſi in facto; vtramque enim ſignificationem tribuit verbo *facere*, quatenùs poſitiuam & negatiuam indicat actionem, cum Cuiatio his verbis. *Supradixit de obligationibus, quæ ſunt in dando, hic de illis quæ ſunt in faciendo, aut non faciendo.* Secundo idem oſtenditur, quia lex nunquam inducit fictionem, ſeu præſumptionem contrà naturæ potentiam ſeu impotentiam, vt docet gloſſa in l. Gallus, ſi eius, ff. de liber. & poſthum Bartol. & alii ibidem Bald. Angel. Imol. Ancharan. & alii quos ſequitur Tiraquell. ceſſante cauſa limitat. prima numero 6. ergo nunquam obligat ad impoſſibile naturæ.

Secunda concluſio, de ſimplici affectu, ſeu conatu aliquo circa omnino impoſſibile, legem obligantem fieri, non repugnat: hanc aſſertionem probat ſecundum argumentum ad initium ſectionis propoſitum de obligatione ex diuino iure ad actum pœnitentiæ, quatenus inuoluit ſimplicem diſplicentiam peccati præteriti. Eandem ſequuntur, qui docent impoſſibile affectu ſimplici à 2.

voluntate noſtra appeti, qui ſunt Aleſſ. 4. p. q. 12. memb. 1. artic. 2. §. colum 16. D. Thom 1. 2. quæſt. 13. artic. 5. ad primum & quæſt 16. de malo, artic 3. ad 9. & in 4. diſt. 27 quæſt. 2. artic 1. q. 1. ad 3. Albert ibidem diſt. 14 art 2. Scot. ead. diſt. quæſt 2. artic. 1. & diſt 17. quæſt. 1. art. 1. Ariſtoteles ethic 3. cap. 2. & alij quos referunt & ſequuntur Vaſques 1. 2. diſp. 42. cap. 4. Sallas ibidem tract. 6. diſp. 1. ſect. 1. num. 30. & ſeq. Neque hoc tantum verum eſt de appetitione impoſſibilis per accidens; qualis eſt ille voluntatis affectus peccatum præteritum retractans: Etenim quamuis peccatum præteritum non poſſit non fuiſſe, poſtquam ſemel fuit, quia tamen potuit non eſſe abſolute ſumptum, dicitur impoſſibile per accidens; ſed verum eſt etiam de impoſſibili per ſe. Quòd probat Paulus Carraça in regul. 6. iuris Canon. puncto 4 numero 9. ex illo D. Auguſt. loco qui vulgo circumfertur. *Si ego eſſem Deus, & tu Auguſtinus, vellem te eſſe Deum & ego Auguſtinus.* Verùm neque hic locus citatur, neque apud Auguſtinum inuenitur aptius probatur ex eodem Auguſt. libro 14. de Ciuitate Dei cap. 11 ſignificante Luciferum peccaſſe, quia ſimilitudinem ſeu æqualitatem Dei per tyrannidem ambiuit, *quodam quaſi tyrannico faſtu gaudere ſubditis, quàm eſſe ſubditus eligens*, & de illo malorum angelorum principe diuinitatis excellentiam affectante exponit Eſai. locum cap. 14 n. 11. *Ero ſimilis altiſſimo* In eodem volumine de ciuitate lib. 11. cap. 15. & to. 3. de Geneſ. ad lit. cap. 24. quod adhuc clarius docuit Naz. Carm. 6. his verbis

Lucifer (eximio nam quod fueretur honore)
Sperabat regale Dei ſoliumque decuſque.
Item paulo inferius.
Dum Deus eſſe cupit.

7. Idem Chryſoſtom. homil. 3. de verbis Eſai. ait. *Dei ſperauit æqualitatem quæ res eum cælo expulit*, & alij Patres Et ſanè potuiſſe hac ratione malos angelos peccare tenet Scot. Mai. Gab. Baſſol. quos ſequitur Vaſq. tom. 2. in 1. partem diſp. 234 cap. 2. At quis dubitat Angelos cognouiſſe ſibi eſſe impoſſibile Dei æquales euadere; ſolum ergo per complacentiam ſimplicem affectumque conditionatum peccare potuerunt apprehendo nimirum illud impoſſibile tamquam poſſibile, & æqualitatem Dei ſub conditione poſſibilitatis apprehenſam affectando. In quo contrà naturalem legem grauiter peccare potuiſſe non ambiguo. Non repugnat ergo immo de facto lex naturalis prohibet affectum circa impoſſibile: nam delectationem moroſam voluntatis circa obiectum turpe etiam impoſſibile iudicatum inter lethales culpas cenſeri certum eſt, contrà temperantiæ virtutem bonumque honeſtum rationali naturæ conueniens neceſſario obſeruandum.

8. Similiter de conatu ad impoſſibile idem oſtendo, nam in regula ſancti Benedicti capite 68. ita habetur. *Si cui fratri grauia aut impoſſibilia iniungantur, ſuſcipiat quidem iu-*

A *bentis imperium cum omni manſuetudine & obedientia; quod ſi omnino virium ſuarum menſuram viderit pondus operis excedere, impoſſibilitatis ſuæ cauſas ei qui ſibi præeſt, patienter, & opportunè ſuggerat, non ſuperbiendo, aut reſiſtendo, aut contradicendo. quod ſi poſt ſuggeſtionem ſuam, in ſua ſententia prioris imperium perdurauerit; ſciat iunior ita ſibi expedire, & ex charitate confidens de adiutorio Dei obediat.* Quam regulam D Bernardi ſententia & prodigioſis eorumdem religioſorum exemplis illuſtrat Turrecrem. tract. 143. in idem cap D Benedicti; quæ omnia in epiſtola ad Conimbricenſes fratres noſter ſanctiſſimus Pater Ignatius perfectæ obedientiæ apices graphicè deſ-
B cribens latè digeſſit Ergo conatus ad impoſſibile & laudabilem honeſtatem continet, & perfectiſſima conſtitutione digniſſimum documentum. Neque enim impoſſibilia hi ſancti PP. ſuis religioſis imperarunt, ſed conatum ad ardua, & difficilia, qui de ſe eſt facilis, iuxta cap. exiit de verbor. ſignificat. in 6. § *l. 3. autem.* Denique vno verbo oſtenditur affectum ſeu conatum circa impoſſibile de natura per ſe vel per accidens logicum vel phyſicum aptam eſſe conſtitutionis materiam; quia ipſi conatus & affectus poſſibiles ſunt honeſti, aut praui, meriti aut demeriti capaces; etiamſi circa impoſſibilia verſentur, ergo legis diſ-
C poſitioni ſubiciuntur. Vtrum verò hic ſimplex complacentiæ affectus diſtinguatur à deſiderio inefficaci, & an formaliter ſit conditionatus? Vtrique quæſtioni reſpondendum iudico negatiuè; quia nulla eſt neceſſitas diſtinctionis inducendæ inter complacentiam & deſiderium inefficax impoſſibilis Et deinde ſufficit quod conditio ſe habeat ex parte obiecti, quod ſub conditione propoſitum volitionem ſimplicem terminabit, & abſolutam, ſed inefficacem: quod latius perſequi noſtri inſtituti non eſt.

3. concluſio. De re impoſſibili de iure conſtitutio fieri non poteſt, neque ſi fiat obligabit; niſi ab eo principe vel communitate feratur, quæ ſit ſupra illud ius, eiuſdemque reuocandi habeat poteſtatem Secundùm huius aſſertionis doctrinam omnes vtriuſque iuris Doctores duas regulas nemo, & impoſſibilium interpretantur: facileque probatur Nam 9.
D hæc impoſsibilitas in iure conſiſtit, vtrumque ius alteri non opponatur, niſi vnum à plena poteſtate proficiſcens in alterius reuocationem conſtituatur. Et confirmatur quia virtus non contrariatur virtuti ſed vitio; neque rectum recto, ſed obliquo: ergo vnius legis virtus, & rectitudo alterius virtuti ſeu rectitudini contrariari non debet, quin vna alteram deſtruat, quando igitur conſtitutio, quæ ſuperuenit de re impoſſibili propter antiquum & ſuperius ius, quidquam diſponit, quia illius oppoſitum decernere nequit. Et alioqui reuocare non valet, vt ſuppono, ipſam non valere, neque obligare neceſſarium eſt.

4. Concluſio de impoſſibili moraliter 1. modo, videlicet quod nunquam fiet comparato cum tota perſonarum, actuumque præ- 10.

ceptorum collectione, leges tam diuinas quàm humanas obligantes dari certum eſt: de eodem tamen impoſſibili comparato cum ſingulis perſonis, & ſingulis actibus earum nec diuina nec humana lex datur. Hæc ex his, quæ de impoſſibili moraliter accepto diximus manifeſtè deducitur. Atque adeo explicatione magis quam probatione indiget. Nam in conſeſſo eſt apud omnes moraliter impoſſibile eſſe omnia præcepta iuris diuini, & humani ab omnibus perſonis & in omnibus occaſionibus eſſe obſeruanda; Et tamen hoc non tollit nos omnes ad omnia diuini & humani iuris pręcepta, quatenus nos tangunt, in omnibus occaſionibus obligari: ergo quamuis certò ſciat princeps aliquam, vel aliquas perſonas ſuæ conſtitutioni haud ſubiectũ iri, & à pauciſſimis in omni occaſione ſuum decretum eſſe obſeruandum, poteſt nihilominus omnes communi præcepto, in quocumque euentu obligare; etiamſi impoſſibile moraliter videatur adæquatum conſtitutionis obiectum coniunctim conſideratum: ſatis enim eſt ſi à ſingulis perſonis, & in qualibet occaſione, & legis caſu occurrente moraliter id fieri poſſe exiſtimetur, quod à principe præcipitur. 2. pars patet: quia nec diuina, neque humana lex præcipit actus, quos nunquam fieri contingit ſingulatim conſideratos hoc enim eſſet præcipere impoſſibile ſimpliciter ſecundum moralem impotentiam, vt docet Suar. vbi ſup. num. 31. Et hoc ipſum à fortiori ex ſequenti concluſione confirmabitur.

12. 5 concluſio de impoſſibili moraliter de facto 2. modo, quod nimirum aliquando contingat, ſed grauiſſimam habeat difficultatem, ſine cauſa ſimiliter grauiſſima, neque licitè neque validè (vt terminis vtar Theologicis) conſtitutio promulgatur. Ita D. Th. 1. 2. quæſt. 95. artic. 3. in corpore præſertim illis verbis. *Debet enim eſſe diſciplina conueniens vnicuique ſecundum ſuam poſſibilitatem*. Et item quæſt. 96. artic. 4. in corpore & quæſt. 97. art. 3. ad 2. vbi illud exemplum adducit, vt ſi lex feratur contrà conſuetudinem patriæ propter hoc ſolum inutilis videbitur. *Difficile enim eſt*, inquit, *conſuetudinem multitudinis remouere*. D. Thom. ſequuntur Theologi communiter ibidem & Vict. in relect. de poteſtate Papæ no. 18. quæ veritas ethnicos etiam non latuit: nam Iſocrates in paranætico leges faciles maximè cõmendat. Demoſthenes verò contra Timocratem de lege ſic loquitur. *Si præclarè conſtituta ſit, aliquid tamen quod nequeat fieri proponat, id voti potius quam legis fuerit officium*. Et hoc quidem Phariſaici principis eſſe officium Chriſtus dominus Matth. 23. edocuit, *alligant enim*, ait, *onera grauia & importabilia & imponunt in humeros* hominum, & illud verbum *importabilia* in Græco eſt, [illegible] id eſt difficilia; & in ſenſu magis proprio de traditionibus Phariſæorum Dominus ſermocinabatur, quibus ipſi legis mandata aggrauabant, & multò difficiliora reddebant; vt exponit Chryſoſtom. Origen. Anſelmus, Theoph. quos ſequuntur Maldonat. & Barrad. ad citatum Matth. locum.

Probatur ergo concluſio, quia homines non ſunt ſeruiliter principibus ſubiecti tamquam mancipia; ſed politicè, vt liberi ciues in vnam communitatem congregati ad maiorem viuendi commoditatem; ergo non ſine cauſa grauiſſima ſunt illis à principe onera grauiſſima imponenda. Nam poteſtas gubernatiua, & legiſlatiua data eſt principi ſeu certis perſonis in communitate ad protegendos, iuuandos, & in officio continendos ſubditos, vt ſontes puniantur, inſontes à cauillatorum impoſturis liberentur, omnes bene viuendi ineant rationem; at ſi conſtitutiones grauiſſimæ ipſis imponantur, deteriores fient, legum oneri ſuccumbent, & obſeruantiæ vadimonium deſerere cogentur; vnde frangendæ legis licentia in dies ſuccreſcat, quia res difficillimæ à pauciſſimis veniunt obſeruandæ: ergo iniuſtè, & inualidè tales leges promulgantur. Caueant igitur prælati ne præcepta ſine neceſsitate multiplicent, ne ipſorum paſſus facilè contemnantur à ſubditis, quippe qui ad obſeruantiæ impoſsibilitatem præceptorum difficultate & multitudine redacti obediendi obligatione ſoluantur. Illa verò nimis rigida aliquorum iuriſprudentium vox ad marginem l. 12. proſpexit ff. *qui & à quibus* appoſita; nempe *legem quantumuis duram ſeruandam eſſe*. D Thom. monito 1. 2. quæſt. 105. artic. 1. ad 3 poſt habenda. Vbi ait. *Nullus obligatur ad impoſsibile: & ideo ſi tot præcepta prælatus aliquando ingerat ſeu iniungat, quod ſubditus ea implere non poſſit, excuſatur à peccato, & ideo Prælati abſtinere debent à multitudine præceptorum.*

Diximus de impoſsibilitate in obiecto materiali conſtitutionis conſiderata: nunc ad impoſsibilitatem in finali cauſa eiuſdem ſpectatam veniamus Quia in re certum eſt in primis quando duæ cauſæ finales altera poſſibilis, altera impoſsibilis aſsignantur in lege, poſsibilem eſſe ſufficientem, vt in ipſa obligatio conſtitutionis fundetur: ſicut quando id quod præcipitur ex parte eſt poſsibile ex parte impoſsibile, præceptum ea parte qua poſsibile eſt, debet adimpleri vt optimè notauit Gloſſ. in cap. nemo poteſt de regul. iur. in 6. probatque ex cap. cum dilecti de dolo & contumacia: cui concinit l. 23. Celſus §. idem ait ff de receptis, qui arbitr. &c. & l. 59. ſi mandato §. Paulus reſpondet, ff mandati & tenet Bartol. in l. 1. ff. de condit. inſtit. num. 10. loquens de conditione partim impoſsibili partim poſsibili alia referens iura. Solum igitur quæſtio ſupereſt de cauſa finali vna vel multis, quando omnes ſunt impoſsibiles; id verò quod præcipitur ſiue in totum, ſiue ex parte fieri poteſt, an in hoc euentu conſtitutio valeat obligationemque inducat, qua de re 12.

6. concluſio. Cauſa finalis extrinſeca, & impoſsibilis in conſtitutione appoſita præcepti alioqui poſsibilis obligationem non impedit; niſi apponatur per modum conditionis declarantis voluntatem legiſlaturis; non niſi propter eam cauſam præcisè conſtitutionem valere voluiſſe. Probatur nam in dubio ea fieri debet interpretatio quâ actus valeat, vt communiter colligunt DD. ex l. 81. de verbor. 14.

obligationib. Bartol. in l. Triticum eod. tit. num. 3. Alex. ibidem num. 6. quos ſequitur Maſcarad. de probat. concluſ. 1155. num. 31. ergo quando princeps legem ſancit de actu poſſibili, aliiſque conditionibus neceſſariis veſtito, ſi cauſam apponit finalem extrinſecam, interpretandus eſt meliori modo quo lex valeat, vt notat Bald. in l. lege num. 1. C. de pact. conuent. vnde credendum eſt legiſlatorem etiam intendere illum finem intrinſecum, nempe honeſtatem actus præcepti, quando ea cauſa non ponitur in lege ad modum conditionis indicantis voluntatem principis, qui non niſi ea cauſa motus ad actum præceptum obligare ſubditos intendit. Nam tunc legis obligatio vltra intentionem legiſlatoris non tranſilit. Hæc verò probatio infra amplius declarabitur, ex iis quæ de legis interpretatione in diſputatione quinta dicemus: quando igitur intentio legiſlatoris manifeſtè cognoſcitur nullo modo ad exequutionem ſui præcepti reſpexiſſe, niſi propter finem extrinſecum, quem poſsibilem eſſe iudicabat, tunc ea procedit doctrina, quam quæſtione ſuperiori ſect. 1. contra Sotum & alios tradidimus: atque adeo impoſsibilitas finalis cauſæ valorem legis obligationemque illam adimplendi omnino tullit.

Soluuntur argumenta in ſuperioris Sectionis initio propoſita.

SECT. II.

1. INter ea quæ aduerſus præcedentem doctrinam ſupra obiiciebantur, primum fuit Ariſtotelis teſtimonium, qui non de actu proſequutiuo intentionis aut deſiderii efficacis, ſeu electionis aſſerit verſari poſſe circa impoſsibile, ſed de ſimplici complacentia, deſiderioque inefficaci, quod non inficiamur. Attamen hæc voluntas inefficax non ſufficit ad contractum qui vtriuſque partis efficacem requirit conſenſum. Vnde neque ſufficiet in principe hic ſimplex affectus ad ferendam legem, ſed requiritur intentio efficax. Simplicem verò complacentiam legis obiectum eſſe poſſe ſaltem naturalis & diuinæ ſupra oſtendimus. Ad primum quod de obligatione diuini iuris opponitur. Reſp. adultos obligari ad credendum myſteria fidei diuinæ, quæ quamuis ſint ſupra rationem naturalem, non tamen ſunt contra illam; immò conſideratis credendi ſignis & argumentis, quibus ad captiuandam mentem ad fidei obſequium allicimur, eadem myſteria euidenter credibilia, apparent: & licet per vires naturæ non poſſimus aſſenſum diuinæ fidei elicere, auxiliaris gratia per motus inde liberatos ex parte voluntatis & intellectus, qui inſpiratio & illuminatio ſpiritus ſancti dicuntur à Tridentino Seſſ. 6. cap. 5 nos excitando præuenit, paratumque exhibetur auxilium adiuuans, quo, omnes, qui velint, vti poſſunt, & actum credendi ſupernaturalem producere. Vnde poſito quod Deus nus ad beatitudinis ſupernaturalis finem direxit, media ad illius aſſequutionem neceſſaria præparauit, & ad ſtatum humana natura ſuperiorem euexit, ne impotentiam naturæ cauſari iuſtè poſſumus. quod in materia de fide, & gratia Theologi latiùs proſequuntur, & nos in diſputatione 1. de præcepto fidei diſputantes diximus nonnihil. 2.

Ad confirmationem ex iis, quæ diximus de fide ad ſalutẽ neceſſaria neceſſitate medii, Reſp. quamuis quod ad noſtram notitiam non peruenerit, nos nulla obligatione obſtringat ob inuincibilem ignorantiam? In præcepto tamen fidei hic caſus contingere nequit. Nam cum fides neceſſaria ſit neceſsitate medii ad ſalutem; ſi homo ſui compos, & lumine naturali ductus peccando contra naturæ legẽ, obicem non ponat, ſed faciat in illo ſtatu quod in ſe eſt, Deus ex ſua prouidentia ſupernaturali, faciet vt ei ſufficienter fides proponatur vel exterius per homines. vel interius angelorum miniſterio; quo poſito iam ipſe tenetur credere, & præcepto fidei obedire, vt tenet Suarez de fide diſp 13. ſect 1. num. 9 Et diſp. 1. quæſt. 5. latè diximus. Ad 2. de pœnitentiæ 3. præcepto Reſp. verum quidem eſſe dari præceptum pœnitentiæ, cuius actus verſatur circa deſtructionem peccati præteriti, qui licet tendat in impoſsibile. ſubintellecta tamen conditione ex parte obiecti, nimirum ſi fieri poſſet, poſsibilis eſt & formaliter abſolutus quãuis obiectiuè conditionatus propter conditionem abſolute impoſsibilem in obiecto actus contentam: Ideoque inefficax ex hac parte cenſetur. Dico ex hac parte, quia ex eodem præcepto homo obligatur, ſiue per eumdem actum, ſiue per alium (de quo nunc non diſputo) ita deteſtari omne peccatum mortale, vt efficaciter intendat deſtruere rationem culpæ moraliter manentis ex peccato præterito, & ad Deum ita conuerti, vt impoſſibile ſit eum tali actu affectum peccandi ſimul eſſe quod Tridentinum ſeſſ. 14 cap. 4. ſatis expreſſit his verbis, *Si voluntatem peccandi excludat*. Vnde ſcies non omnes pœnitentiæ actus circa obiectum impoſſibile verſari, quos plures eſſe poſſe non dubito, cum ſit expreſſa ſententia D August. de vera & falſa religione cap. 12. vbi ait, *pœnitens de peccato doleat, & de dolore gaudeat*, & D Thom. 3. par. quæſt. 85. artic. 2. ad 1. & artic. 4. in corpore; item iuxta mentem Suar. tom. 4. in 3. par. diſp. 3. ſect. 2. num. 1. & ſeq.

4. Ad 1. verò ex iis, quæ de iure humano fuerunt obiecta, Reſpondet Salycet. ad l. 1. C. commodati & Rip. in tract. de priuilegiis contract. cauſa peſtis num. 69. colum 8. caſus fortuitos in contractu ſuſceptos valutem illi non adimere, ſed ad illos contrahentem obligari. Regulam verò impoſsibilium procedere in obligatione impoſsibilitatis non in obligatione contingentiæ, quæ in caſibus fortuitis viſitur; & licet à contrahente non prouideatur, ex cognitionis humanæ defectu in ſe tamen hanc contingentiam magis cenſeri difficultatem perſonæ quàm impoſsibilitatem rei. Verùm hæc ſolutio mihi non omnino ſatisfacit, nam cum in caſibus fortuitis difficultatem eſſe concedat, ſiue ſit rei ſecundùm ſe, ſiue perſonæ in ordine ad rem, videtur abſo-

lutè admitti impoſſibilitas aliqua de facto, quæ obligationem inducat. Et probatur, quia quod pendet à voluntate & poteſtate princi-pis, & facilè concedi non ſolet, dicitur impoſ-ſibile, vt docet Surd. tom. 1. conſil. 90. num. 4. Couar. in 4. Decret. 2. par. cap. 3. num. 8. qui multos allegant, & tamen in hoc euentu ſola eſt difficultas perſonæ in ordine ad ob-
6. tinendum illud à Principe. Reſpondeo igi-tur 2. cum Ripa, vbi ſupra, nullum eſſe in hoc contractu impoſſibile naturale ſeu morale, de iure vel de facto, nullamque difficultatem quæ veniat nomine impoſſibilis; nam contra-here ſupra caſus fortuitos, nihil aliud eſt, quam obligare ſe ad non allegandos illos in ſui fauorem, & illi ſe periculo exponi ob con-tractos prouentum, quod quidem & poſſibi-le, & facillimum eſt contrahenti, & conuen-tio valet; vt expreſſe reſoluit Vlpianus in l. 4. ſed etſi quis cautionibus, & vbi habetur valere conuentionem in qua aliquis renuntiat iuri ſuo excipiendi ob certas cauſas.

Ad 2. quando aliquis alterius ratificatio-nem promittit ea conditione, vt caſum pro-prium faciat, & partem indemnem ſeruare ſpondeat, non ſatisfacere, etiamſi faciat quan-tum poſſit ad hoc vt alter ratificationem fa-ciat, quia vlterius obſtrictus eſt, partem ſcili-cet indemnem ſeruando: quod ſi ex alio capi-te impoſſibile non eſt, ipſe ad ſtandum pro-miſſis obligatur. duo enim promiſit, vel rati-ficationem, vel damni reparationem. Ad 3. in
7. caſu aſſignato tanquam contumacem puniri, qui in ius vocatus non venit intra præſcrip-tum tempus, quia nimirum ſi ægritudine erat impeditus; poſtea non apparuit, vel intra tempus alium reſponſorem ſui loco non miſit; nam, vt oſtendemus poſt concluſionem quin-tam ſuperioris ſectionis quando in vno præ-cepto duo continentur, vnum poſſibile alte-rum impoſſibile ex coniunctione impoſſibilis alterius poſſibilis obligatio non tollitur Ad 4. conceſſo antecedente neganda eſt conſe-quentia in eo ſenſu qui in ſexta concluſione ſuperioris ſectionis declaratur. Videlicet quando conſtat legiſlatorem cauſam finalem extrinſecam tantum intendere: neque alias legem conderet. Tunc enim illa ceſſante cau-ſa adæquata ceſſat conſtitutio ne vltra inten-tionem conſtituentis obliget.

Vtrum valeat conſtitutio quæ à iuſtitia vel honeſtate deficiat.

SECT. III.

1. IN duplici ſenſu accipi poteſt iuſtitia primo vt ſignificat virtutem generalem, quæ eſt quidam gradus veluti tranſcendens in omni virtute incluſus, & in hoc ſenſu cum honeſta-te coincidit, vnde idem eſt legem eſſe iuſtam ac eſſe honeſtam. Secundo ſumitur iuſtitia pro ſpeciali virtute ad alterum, ſuum vni-cuique tribuente; & in hac ſignificatione præſertim accipitur iuſtum hoc loco. Dein-de quando lex præcipit rem iniuſtam, & in-honeſtam duobus modis hoc contingit: pri-

A mo ſi actus præceptus ſine turpitudine, vel iniuſtitia nequeat exerceri, vt ſi princeps iu-beret, vt qui laceſſitus ad duellum non ve-niret, haberetur infamis; in hac conſidera-tione comparatur inhoneſtas & iniuſtitia cum ſubdito. 2. quando poteſt quidem ho-neſtè exerceri à ſubdito & iuſtè; non tamen licitè ſeu honeſtè neque iuſtè præcipitur à principe quia aliquid præcipit non contra-rium diuino iuri, prout à ſubdito exercetur, ſed prout ab ipſo iubetur, quod opponitur humano & communi bono. Et hoc vno è tri-bus modis euenire poteſt; vel ſcilicet ex de-fectu finis: quia nimirum legem ſancit one-roſam ſine communi vtilitate, & operatur contra iuſtitiam legalem; vel ex defectu po-teſtatis, nempe cauſæ efficientis conſtitutio-nem; quia iubet aliquid vltra quam poteſt;
B & in hoc peccat contrà iuſtitiam commuta-tiuam, vel ex defectu formæ: V. G. propter inæqualitatem diſtributionis: nam onera, quæ multitudini diſpenſantur, cum proportione ſunt diſtribuenda, alioqui contra diſtributi-uam iuſtitiam peccatur. hanc doctrinam tra-didit D. Thom. 1. 2. quæſt. 69. artic 4. in corpore. Vtroque igitur modo etiam inqui-rimus an obligandi vim habeat conſtitutio, quæ honeſta & iuſta non ſit ſiue per com-parationem ad ſubditum obtemperantem, ſiue ad principem imperantem.

Prima aſſertio. Conſtitutio ſeu lex iubens 2.
id quod ſine iniquitate nequit exerceri, nul-lam obligationem inducit, immò legis natu-ram, veramque nomenclationem amittit.
C Eſt II. omnium, qui ſequuntur Alenſ. 2. par. quæſt. 120. memb. 3. art. 2. D. Thomam pro-xime citatum & D. Auguſt. lib. 1. de lib. ar-bit. c. 5. vbi ait, *mihi lex eſſe non videtur quæ iuſta non fuerit*, & apud omnes Authores tam certa, vt ſecundùm fidem, teſte Suarez lib. 1. de leg. cap. 9. nu. 2. procedat; qui enim illam ne-garet, poſt paucas illationes, vel ſibi contra dicere, vel in atheiſmum incidere cogeretur iuri enim diuino humanum oppoſitum præua-lere affirmaret. Pro illa manifeſtè refert And. ab Exea in cap. 1. de conſtitut. numero 291: & 307. Calderin. Panormitan. Imol. Felin. Dec. Geminian. Archidiac. Præpoſit. & alio quam plures: hinc optimè deducit Rota de-ciſ. 103. par. 2. num. 27. in nouiſſ. confirma-tionem ſtatutorum factam à ſuperiori non comprehendere illicita & inhoneſta. Proba-
D tur primo quia lex eſt ius, quia tendit in ho-neſtum & iuſtum, & in iure non modo atten-ditur iuſtitia vt eſt ſpecialis virtus, ſed etiam quando idem eſt atque honeſtas: vt patet ex cap. porro 35. quæſt. 4. noſque oſtendimus diſp. 1. cum probauimus latius patere ius prout eſt obiectum legis, quam prout eſt obiectum iuſtitiæ ſpecialis. 2. quia non eſt po-teſtas niſi à Deo & quæ à Deo ſunt ordinata ſunt, ait Paul. ad Roman. 13. ergo omnis po-teſtas principis ad conſtituendam legem à Deo data & bene ordinata eſſe debet in eo quod iubet; ne ſcilicet in finem iniquum actus præ-ceptus ordinetur. 3. lex eſt actus prudentiæ, ſed prudentia nihil dictat iniquum, ergo neque vera lex iniquum intendit. 4. nul-

Ia poteſtas inferior poteſt ſuo decreto ſuperioris conſtitutionis contrariari; ſed lex diuina omne iniquum prohibet; ergo cùm humana lex ab inferiori poteſtate procedat, ſi iniquum intendat ſuperiori poteſtati contrariatur: fruſtraque diuinæ voluntati opponetur. quamobrem quicquid lege decernit, ad nihilum redit.

3. Hæc verò doctrina non ſolum intelligitur de malitia actus intrinſeca quando ſcilicet ex obiecto eſt contrà honeſtatem: ſed etiam de malitia extrinſeca quæ à finali ratione legis actui communicatur V. G. ſi princeps certum indumenti genus ſuis ſubditis lege præſcriberet, vt ſe alicuius hæreſis ſectatores profiterentur: quamuis enim eo indumento veſtiri de ſe iniquum non eſſet, cauſa tamen finalis in lege contenta præceptum vitiat, & induendi actum inhoneſtum reddit. Itaque non ſolum inhoneſtas, quæ reperitur in exercitio actus præcepti, quando eſt ex obiecto malus, ſed etiam quando eſt ex fine, tollit conſtitutionis valorem, & conſequenter illius obligationem, quia altera ex oppoſito obligatio maioris poteſtatis præualet Vnde etiam ſequitur legem humanam, ſi vera lex eſt, ſemper eſſe honeſtam, & iuſtam: nam quando non eſt de actu malo & inhoneſto, quo pacto lex non eſt, ſaltem erit de actu de ſe indifferente; ſed ex rigore præcepti actus, qui de ſe erat indifferens honeſtatem induit obſeruantiæ, obedientiæ, ſeu legalis iuſtitiæ; ergo omnis conſtitutio, quæ vera lex eſt, neceſſario eſt honeſta & iuſta in illa prima conſideratione de qua concluſio procedit.

4. 2. Aſſertio ad veram conſtitutionem etiam requiritur, vt ex parte præcipientis iuſta ſit tribus modis aſſignatis; ne ſcilicet deficiat finis generalis, neque poteſtas, nec denique forma per quam fertur: alioqui propter quemlibet ex his defectibus lata nihil valebit, etiamſi actus ſecundum ſe conſideratus qui præcipitur, honeſtus ſit, vel indifferens: hanc tenet D. Tho. vbi ſuprà Soto, Medina, Victoria, Caſtro & alii quos ſequitur & refert Suar. citatus numero 12. Eſt expreſſa ſententia D. Auguſt. lib. 19. de ciuit Dei cap. 21. cum dixit. *Quod iure ſit, iuſte ſit, quod autem ſit iniuſtè, nec iure fieri poteſt; non enim iura putanda ſunt, vel dicenda iniqua hominum conſtituta, cum illud etiam ipſi ius eſſe dicant quod de iuſtitiæ fonte manauerit.* Eamdem tenent ex Iuriſ-peritis Panormitan. in capite quæ in Eccleſiarum de conſtit. num. 11. & deducitur ex Felin. ibidem num. 40. & latius 42. & in cap. nihil colum. 3. verſic. 33. idem ſequuntur Bald. in l. ſicut, C. de ſeruitut. & aqua & in l. vna C. de confeſſ. in l. 1. ff. de conſtitut. princip. in l. in ambigua, ff. de legibus in quibus locis ait legem malam eſſe diabolicam, non ligare ſobditos, nec legis habere rigorem; ſed tyrannidis oſtenſionem. Plures Authores reperies apud Andr. ab Exea citatum numero 319. & ſequent. concluſ. 4. 5. & 6 in quibus tres conditiones requiſitæ in noſtra aſſertione ad hoc vt lex iuſta cenſeatur, fusè ab eodem Doctore confirmantur. Hinc colligit Barrol. in l. vectigal. ff.

A de public. & vectigal non eſſe peccatum defraudare vectigalia iniuſtè poſita, quia ſcilicet talis lex non obligat. Idem tenet Rebuff. in proœm. conſtitut regiarum Gloſ 1. num. 20. & ſequent. Anguianus de leg. controuerſ. 8. numero. 7. cum multis ab eo ibidem allegatis.

Probatur 1. quia ideo Diuus Iſidorus apud Gratianum in cap. erit autem diſt. 4. poſt particulam *honeſta*, addidit *Iuſta* vt ſignificaret nõ ſufficere actum præceptum honeſtum eſſe; ſed debere triplici iuſtitiæ legali, commutatiuæ & diſtributiuæ conuenire; atque adeo iuſtum eſſe, ſeu quod idem eſt, iuſte præcipi. & quidem de legali magis ſe declarauit. In vlti- B ma conditione, quando dixit oportere legem bonum commone reſpicere, de commutatiua verò quia princeps lata lege iuſtitiam offendens iuris dictionis ſuę terminos excedit: Nam ſolum habet poteſtatem condendi ius, non iniuriam irrogandi: propter quod, qui talem fert conſtitutionem, principatu abutitur, illumque in tyrannidem violentiamque conuertit: quamobrem iuſta illa fuit Samuelis querela 1. Reg. cap. 12. quia illum iuſte iudicantem principatu abdicarunt, *Præſto ſum*, inquit, *loquimini ad me, vtrum bouem cuiuſquam tulerim, an aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum.* Quo loco optimè notauit Abulenſ quæſt. 3. loco citato de his ſpeciatim meminiſſe, quia in his præſertim principatus iniquitas proditur. *In accipiendo bona ſubditorum per manifeſtam violentiam, vel per calumniam*, Eadem de cauſa cum Iſraelitæ Moyſen de iniuſtu principatu accuſarent, ſe ante dominum C Moyſes de hoc in primis vitio perpurgauit. *Tu ſcis quod nec aſellum quidem vmquam acceperim ab eis, nec affixerim quempiam eorum.* 16. & magis ad rem noſtram adiungit Abul. *Calumniari eſt bona alicuius tollere iniuſtè quæſito aliquo colore, ſicut interdum principes faciunt aliquas leges vel conſtitutiones duras in quas neceſſe eſt incidere ſubditos, & hoc faciunt vt ab eis pœnas exigant.*

De diſtributiua ſuadetur à D. Thom. vbi ſupra quando inæqualiter onera multitudini diſpenſantur, etiamſi in bonum commune ordinentur huiuſmodi conſtitutiones violentiæ magis ſunt quam leges; hæc enim onera com proportione omnibus imponi debent, ne aliqui maiori cum grauamine aliorum excuſentur: non, quod ſufficiat quælibet excep- D tio, aut priuilegium, vt lex reddatur iniuſta, ſed tantus ſit exemptorum numerus, vt in graue communitatis detrimentum redundet, 5.
pluraque eiuſdem reipublicæ membra iniuſto onere prægrauentur. Hinc etiam eſt quod vt notat Rebuff. citatus num 24. Pueris minor pœna, imponi debet, quam viris: robuſtis maior, quam delicatis: alia ſeruis, vilibuſque perſonis, alia nobilibus ac illuſtribus dynaſtis iuxta l. 9. in ſeruorum, ff. de pœnis & l. 8. moris eſt, §. ſed enim eodem tit. 2. oſtenditur ex repugnantia legis iniuſtæ cum vera legis natura. Nam pro obiecto legis aſſignauimus in diſp. 1. ius: ſed lex etiam ſi honeſtum præſcribat, id eſt quod cum ho-

Digitized by Google

neſtate fieri poteſt, adhuc vlterius æquitatem ſeruare debet, quia alioqui ius erit iniuſtum: ſi enim ab æquitate deficiat aliqua lex illa quidem reſpiciet ius, quia omnis lex ab obiecto denuminatur ius, & deinde iniuſtum ius erit, quia quod æquum non eſt, iniuſtum eſt, quamobrem copulatiuè intelligenda eſt, illa definitio iuris prudentiæ, quando dicitur ars boni, & æqui l. 1. ff. de iuſt. & iur. & declaratur amplius hæc ratio, quia bonum in materia aliarum virtutum reperitur ſine æquo, ſeu iure, quod eſt obiectum iuſtitiæ; at in materia iuſtitiæ, bonum & æquum nequeunt ſeparari: ſed lex etiam quando præcipit actum alioqui honeſtum in materia temperantiæ V. G. prout à principe illam iuſtè ferente egreditur reſpicere debet æquitatem illam iuſtitiæ legalis illique conformari poſitiuè, deinde ſaltem negatiuam habere conformitatem cum iure commutatiuo & diſtributiuo, ideſt vt non ab eo deflectat; ſed illud illæſum ſeruet in qualiber legis promulgatione; ergo quotieſcumque violatur aliqua pars huius iuris, in conſtitutione nihil valebit, nam ſicut malum ex quocumque defectu, bonum non niſi ex integra cauſa promanat, ita conſtitutio mala, iniqua & à iure deficiens nullius valoris erit. Bonum & æquum hic accipio in tota ſuæ ſignificationis amplitudine, non verò reſtrictè vt in diſp. 1. quæſt. 2. ſect. 3. ſub alia conſideratione vſurpatur.

Opponēs 1. contra primam aſſertionem.
5. Eſaias. 10. num. 5. principibus Iſraëlis, ſeu, vt alij exponunt, Iudæ minatus, quia leges iniquas & iniuſtas condidere, ait. *Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt.* Ergo licet princeps iniquam legem ferens ſugilletur, illius decretum quamuis illicitum, validum, & vera lex cenſetur & nominatur. Reſp. cum Turrecrem. diſt. 4. §. Præterea quæſt. 2. poſt Albertum, legem dupliciter accipi poſſe; primo materialiter & impropriè pro quolibet edicto, vel ſtatuto, quo pacto ad bonum, & malum principis decretum extenditur: 2. formaliter pro decreto quod veræ legis traditas conditiones ſortitur; & hac ratione edictum iniquitatis legis nomine dignum non eſt. Vnde nec in tranſlatione Pagnini iuxta Hebræum, neque in 70. Interpretum Græcis exemplaribus, nec deoque in Caldaica paraphraſi nomen *lex* ponitur: nam in Hæbreo eſt. *Væ ſtatuentibus ſtatuta iniquitatis* & apud 70. *Væ ſcribentibus iniquitatem; ſcribentes enim iniquitatem ſcribunt.* In Chaldaica paraphraſi. *Væ qui ſignant ſignacula violentiæ & ſcripturam laboris ſcribunt* quæ varietas prouenit ex radice חקק *Chacac* quæ ſignificat ſcribere, ſtatuere, depingere: & propriiſſime transferri poſſet: Væ ſcribentibus cogitationem iniquitatis, nam חקק *chacec* idem eſt atque cogitatio; qui enim iniqua proferunt edicta iniquas eructant cogitationes, non veras leges promulgant.

Opponēs 2. D. Paul. ad Rom. 7. verſ. 23. ait *video autem aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ* &c. ſed lex mētis eſt bona & ſancta, ergo lex illi repugnans eſt A mala, quod ſtatim declarauit Apoſtolus dum illam peccati legem appellauit. Reſp. Diuum Paulum hoc loco carnalem concupiſcentiam & peccati fomitem in humanis membris ex primi peccati incendio relictum legem appellaſſe. 1. quia vt vult Anſel. ad hunc locum, legitime id eſt iuſto Dei iudicio humani generis naturam 1. parentum labe ad malum procliuem premit. 2. quia quaſi effectus pœnalis ex lege diuina proueniens hominem originalis iuſtitiæ dignitate deſtiturum conſequitur. Et ſicut ſententia iudicis pœnam imponens nobili vt ad ſeruilia opera induci permittatur, lex pœnalis dici ſolet, ita ex mente Auguſtini lib. 83. quæſt. quæſtione 66. lex peccati dicitur. *non quia lex ipſa peccatum eſt, ſed quia peccatoribus imponitur.* 3. quia B per quamdam ſimilitudinem teſte D. Chriſoſt. ad locum Pauli citatum, ſicut lex interior hominem ad bonum dirigit, ita exterior carnalis concupiſcentia impellit ac vrget ad malum.

Opponēs 3. in l. 8. hac legeC. de pact. conuent. æquitas opponitur bono illique præfertur his verbis. *Quamuis enim bonum erat mulierē, quæ ſe ipſam marito committit, res etiam eiuſdem pati arbitrio gubernari; attamen quoniam conditores legum æquitatis conuenit eſſe fautores, nullo modo (vt dictum eſt) muliere prohibente virum in paraphrenis ſe volumus immiſcere.* Ex quibus verbis manifeſtè colligitur æquitatem à lege prælatam à bono declinare & non ſemper æquum cum bono coniungi, quod tradidit Gloſ. ibidem verb. *bonum* & ad l. 1. ff. de iuſtit. & iur. verb. ius C quam ſequitur Bart. Fortun. & alii DD. ad eamdem l. 1. confirmatur ex doctrina Cardinalis Tuſchi l. ead. concluſ. 311. nu. 21. cum Caſtren. conſ. 164. in præſenti cauſa colum. 8. num. 6. libro 2. Ait enim quod aliquando æquitas reducitur ad iniquum, & admittitur iniquitas, quando ex natura rei oritur, probatque ex l. 1. §. penult. & final. ff. de aqua & aquæ pluuiæ arcend. vbi ſi quis acquiſiuit ſeruitutem eundi per fundum vicini, & decedat relictis pluribus filiis, licet ſeruitus multutum fiat indiſcreta & oneroſa, tamen toleratur, propter naturam rei. Valet igitur lex iniquitatem continens ſeu concedēns, nempe ſeruitutem oneroſam.

Ad hoc argumentum reſpondet Anguia- 7.
D nus bonum cui opponitur & præfertur æquitas in l. 8. citata, non eſſe in materia iuſtitiæ, ſed aliud bonum communius, quod in materiis aliarum virtutum reperitur, & ſpeciatim in ea lege bonum, cuius meminit imperator, eſſe in materia prudentiæ: nam ſecundum prudentiæ actum bonum iudicatur quod mulieris bona paraphernalia, viri gubernationi committerentur. Verùm quia æquitas iuſtitiæ oppoſitum dictat, mirum non eſſe ſi hoc æquum ab illo bono extra materiam iuſtitiæ inuento deficiat: aliud enim eſt bonum, quod illi ſemper coniungitur, videlicet cum materia iuſtitiæ inſeperabiliter connexum. Hæc ſolutio nec philoſophiæ, ſeu Theologiæ principiis cohæret, nec germanum æquitatis ſignificatum in hac lege declarat,

clarat. Primam oſtendo quia vt receptiſſima eſt Theologorum & Philoſophorum ſententia cum D. Thom. 2.2 q.101. art. 4. in corpore, Ariſtotele in prædicamentis cap. de oppoſitis & 2. Topicorum cap. 3. vna virtus non opponitur alteri, neque obiectum vnius alterius obiecto contrariatur Et ratio eſt quia bonum non eſt bono contrarium, quamuis vitiũ tum virtuti, tum vitio opponatur, V. G. prodigalitas liberalitati, & auaritiæ contrariatur, & hinc eſt, virtutes morales inter ſe connexas eſſe vt idem D. Thom aſſerit 1. 2. q. 65. art. 1. per totum, & artic. 2. in corpore, & quæſt. 66. in corpore, & aliis in locis paſſim idem inculcat, & quod de cæteris virtutibus dicitur ſpeciatim in prudentia elucet: Nam finis cuiuslibet virtutis moralis eſt attingere medium in propria materia: hoc verò medium ſecundùm rectam prudentiæ rationem aſſignatur, teſte D. Thom. 2. 1. quæſt 66. art. 3. ad 3. regula enim prudentiæ in qualibet virtute quod medium tenendum ſit determinat, ergo falſo aſſeritur bonum inuentum in virtute prudentiæ opponi bono & æquo, quod eſt iuſtitiæ proprium. illudque ab hoc ſeparari, & ab hoc excludi: Immo Imperatores Theodoſ. & Valent. in citata lege, non niſi recto prudentiæ dictamine ducti æquum & bonum iuſtitiæ medium tenendum eſſe præmonſtrarunt.

2. Oſtendo, quia omne bonum quod conſideratur à Iuriſcõſultis. & à legiſlatoribus coniunctum eſſe debet neceſſario cum æquo ſeu iuſto, prout eſt obiectũ iuſtitiæ ſaltem legalis. Nam in qualibet materia virtutis bonum verſetur à Iuriſprudentia conſideratur quatenus eſt obiectũ legis; & cum lex ſemper reſpicere debeat commune bonum, quod eſt obiectum iuſtitiæ legalis, ſequitur non poſſe obiectum legis à iuſto, quod eſt obiectum iuſtitiæ legalis, ſeparari. Eſt enim ratio ſeu cauſa finalis generica per omnes leges tranſcendens propter quam illæ in ſua peculiaria obiecta tendunt, etiam quando hæc obiecta pertinẽt ad materias aliarum virtutum à iuſtitia ſpeciali cõmutatiua ſeu diſtributiua diſtinctarũ. Qui diſcurſus latè probatur ex iis quæ diſp. 1 q. 2. ſect. 2. dicta ſunt: & eſt expreſſa ſententia D. Th. 1. 2. q 58. art. 5. in corpore. Vbi reſoluit actus omnium virtutum ſub hac ratione ad iuſtitiam legalem pertinere, quatenus illa ordinat hominem ad bonum commune: ergo impoſſibile eſt bonum à legislatore conſideratum, ab æquo, ſeu iure, aut iuſto ſeparari, quod eſt obiectum legis.

Et confirmatur ex declaratione, vtroque citatæ legis ſenſu. Nam Imperatores æqua iudicii trutina ponderarunt bonũ & æquum ex parte vxoris & ex parte viri: Et quidẽ pro viro illa ratio occurrebat, illorũ bonorum fructus neceſſarios eſſe ad ſuſtinenda matrimonii onera, & à viro gubernandos ad melius eorum cõmodum & regimen; Deinde in vxore maxime requiri, vt viro ſubmiſſa ſit, & omnia ſua viro tanquam capiti coniugalis amoris fiducia gubernanda committat, ideoque bonum
10. & conueniens videbatur bona paraphernalia viri gubernationi eſſe committenda. Quia tamen pro parte vxoris naturalis iuſtitiæ æquitas potiori iure ſtabat, quã æquitatẽ præ oculis maximè habere, illique potiſſimum fauere debent legiſlatores; bono, & æquo, quod pro parte viri repræſentabatur, bonũ & æquum quod pro parte vxoris præualebat, anteponendum eſſe iudicarunt; & quamuis illud aliud bonum in quadam ratione honeſtatis, nempe in ſubmiſſione vxoris ad virum præſtabat: in hoc quod ad naturalẽ iuſtitiæ æquitatem pertinebat, nempe de ſuo vnumquemque ex arbitrio diſponere, & alienam rem alterius adminiſtrationi non ſubiici, paraphernalia viri gubernationi inuita vxore tradenda non eſſe ratio naturalis dictabat: Nam ad onera matrimonii ſuſtinenda fructus dotis dantur, & debentur viro. vt patet ex cap. ſalubriter de vſuris ibid. Abbas in 1. notab. & alii: concinitque l. ſi marito, ff. famil. hercisſcund. ſecus verò dicendum de fructibus paraphernalium, qui non dantur ad ſuſtinenda onera matrimonii, ſed vt vxor de ipſis ex arbitrio diſponat: ſunt enim paraphernalia bona iuxta, vel vltra dotem, quorum dominium, & omnimodo adminiſtratio ad vxorem ſpectat, vt ex gloſſ. in rubr. de pact. conuent. conſtat; & ita decidit Rota in deciſion. coram Alexandro Ludouiſio poſtea Pontifice Gregorio decimo quinto, deciſ. 80. numero 6. cum Decian. Menoch. aliiſque ibidem citatis in annotatione Beltramini litter. A. quibus adde Brixienſem verb. Paraphernalia, Bermoand. tom. 11. tract. part. prima de public. concub. Campegium in tract. de dote, quæſtione 7. & 8. Ergo cum ex duobus bonis melius præferendum ſit, mirum non eſt, ſi Imperatores bonum naturalis iuſtitiæ præponderans alteri bono & æquo minori prætuliſſent, cum quo etiam ſtare poſſe bonum ſubmiſſionis, & coniugalis amoris fiduciam non dubitarunt. Ad confirmationem reſpondeo non non rectè dicere Tuſchum iniquitatem naturaliter ſequi ex æquitate. Nam neque hoc oſtendit lex ibid. citata, neque Paul. de Caſtr. talem tradidit doctrinam; quamuis enim dicant aliquod grauamen ex natura rei ſequi ſecundùm naturalem æquitatem, & domino alicuius fundi aduenire; nunquam admittunt ab æquitate naturali aliquam iniquitatem induci.

Oppones quarto: conſtat multos contractus metu vel dolo celebratos à legibus ſuſtineri, & validos cenſeri, vt patet ex leg. 5. dolo vel metu Cod. de inutilibus ſtipulat. & ſimilibus citatis à Gloſſ. ibidem verb. naſcitur, leg. final. Cod. de his quæ vi cap. 2. de his quæ vi, ſed hæ leges deficiunt à naturali æquitate, teſte Iuriſconſulto leg. 1. ff. de dol. except. illis verbis. *Ne cui dolus ſuus per occaſionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem proſit*, ergo lex valet contra iuſtitiam naturalem. Confirmatur, quia in leg. 16. in cauſæ cognitione §. penultimo, ff de minorib. ita habetur, *idem Pomponius ait, in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus ſe circumuenire*, & in leg. 22 Item ſi pretio, ff. locati, § vltimo, idem traditor iuxta Bartol. interpretationem; ergo cum hæ leges va- 11.

11.

lidæ exiſtimentur, veras leges ab æquitate
deficere non repugnat, ſi quidem alienum
decipere iniquitatem continet manifeſtam.
Reſpondet Fortunius in l. iuris gentium, § præ-
tor ait, poſt multa hinc & inde adducta, hoc
eſſe diſcrimen inter ius naturale & ciuile; vt
illud nullo modo ab equitate recedere valeat,
hoc verò nempè Cæſareum ab ea ſeiungi poſ-
ſit. In hoc tamen, & ſibi repugnat, & à veri-
tate aberrat: Sibi repugnat, quia idem arbi-
tratur ciuile ius à naturali deriuari cum com-
muni ſententia in cap. ius naturale diſt. 1. à
veritate deuiat, quia rationes pro ſecunda
concluſione adductæ oppoſitum euidenter
conuincunt.

Aliter reſpondet Anguianus lib. 1. de legib.
controu. 8. n. 23. diſtinguit enim leges, quæ
contractus dolo vel metu celebratos ſuſtinẽt,
generaliter & in communi acceptas, à ſe ipſis
in particulari, & in ſpecie conſideratis: &
priori modo ait æquiſſimas eſſe, & vtiliſſimas;
poſteriori verò negari non poſſe duritiem &
aſperitatem aliquam contra naturalem æqui-
tatem continere. Verùm ſufficere quod hæ le-
ges ſecundùm ſuam generalitatem iuſtæ ſint,
æquitatique conſentaneæ, quia ad ea quæ frẽ-
quẽtius accidunt, reſpiciunt, & magis frequẽ-
ter accidit æquum eſſe omnes contractus ob-
ſeruari, quam aliquos non eſſe obſeruandos.
Verùm hæc ſolutio non minus falſa eſt quàm
præcedens. Nam ſi in particulari ſunt iniquæ
æquitatique repugnantes leges, quæ ſuſtinẽt
contractus dolo aut metu geſtos, quomodo in
cõmuni & generaliter æquitati naturali cohæ-
rent? Lex enim quæ in ſingularibus euentis ini-
quitatẽ continet, generaliter prolata eãdẽ re-
tinebit: & ſi in cõmuni eſt iuſta, caſibus parti-
cularibus applicata à iuſtitia non deficit, quia
quando lex iuſta in ſingulari aliquo euentu ad
iniquitatem declinat, illum non includit, iuxta
legiſlatoris intentionem, & veram legis inter-
pretationem, licet ſecundum verbum illum
includere videatur. Ideoque talis caſus per
Epichiam, ſeu quod idẽ eſt, per æquitatem ab
eadẽ lege excluditur, vt in diſp. 2. q. 2. diximus;
ergo quotieſcumq; lex generaliter iuſta eſt, hãc
iuſtitiam habet reſpectu particularium euen-
tuũ, quos ſub ſua vniuerſalitate complectitur.
Nec ratio quam Doctor adducit, illi patroci-
natur: Nam ex eo quod magis frequenter ac-
cidat, æquum eſſe omnes contractus obſeruan-
dos eſſe quàm aliquos non eſſe permittendos,
non tollitur multos contractus ſecundũ leges
eſſe ipſo iure nullos, & conſequenter non ob-
ſeruandos, ita de his dolo aut metu celebratis
leges diſponere poſſent, & deberent, ſi in caſi-
bus ſingularibus & in particularibus, vt ait,
iuſtitiæ naturali aduerſantor.

12. Ad argumentum igitur reſpondeo leges
nunquam ſpeciatim, & in particulari intende-
re contractibus dolo vel metu celebratis va-
lorem conferre: ſed antequàm exceptionẽ doli
vel metus opponat deceptus, vel metũ paſſus,
eos contractus currere ſinit ob commune bo-
num, & contrahentium ſeueritatem in foro
externo, vt cæteri contractus ſumma æquita-
te geſti. Quod ſanè colligo ex vtraque lege ci-
tata, nam in l. 5. dolo C. de inutil. ſtipulat. con-

A ceditur quidem actio in contractu ſtricti iuris,
nempe ſtipulatione etiãſi dolo vel metu pro-
miſſio ſit extorta; ne tamen videatur lex in hoc
patrocinari iniquitati decipiẽtis metumvè in-
cutientis, addidit huic actioni obſtare excep-
tionem doli vel metus. Nam quandiù ille con-
tractus decepti vel metum paſſi conſenſum re-
tinet quaſi iuſtum lex patitur, & ex vi illius,
quaſi ex vi contractus iuſti actionem concedit
& veluti legitimè ac æquiſſimè factum præſu-
mit, vbi verò opponitur exceptio doli vel
metus, quaſi detecta conuentionis iniquitate,
exceptionem recipit, & contractum reſcindit.
Idem ex l. 1 ff de doli mali & metus exceptio-
ne oſtendo; nam in ea habes rationem propter
B quam concedatur exceptio ſecundùm iuſtitiã
naturalemque æquitatem; videlicet ne quis ex
iure ciuili occaſionem decipiendi, & ex ſuo
dolo prouentum acciperet. Ita enim hæc lex
ob cõmune bonum, & ſecuritatem contrahẽ-
tium illos contractus approbat, vt ſtatim ex-
cludendæ, ab illis iniuſtitiæ remedium adhi-
beat, atque adeo numquam verum eſt legem
aduerſus naturalem æquitatem quicquam
diſponere.

Ad confirmationem variæ reſponſiones dari
ſolent, omiſſis aliis minùs probabilibus, quæ
videri poſſunt apud Pinell. l. 2. p. 1. cap. 1. num.
32. C. de reſcind. vendit. Padill. ibid. num.
10. Azeued. lib. 5. tit. 11. l. 1. num. 8. duas tãn- 13.
C tum afferam, quæ mihi magis placent. Prima
eſt gloſſ. ad citatam legem in cauſa & in l. item
pretio, quam probant Bart. & Bald. ibid. Mat-
tinzo l. 11. tit. 11. lib. 5. nouæ compil. gloſſ. 1. n.
1. & 3. & alii, qui verbum *naturaliter* in ea le-
ge idem eſſe dicunt atque de iure gentium &
verbum *licere*, id eſt ſecundum ius ciuile per-
miſſum & impunè relictum. Denique verbum
circumuenire interpretantur abſque dolo, &
dummodo vltra medietatem iuſti pretii de-
ceptio non fieret. Itaque hic ſenſus efficitur ex
conſueto gentium iure permitti contrahentiũ
deceptionem in rebus maiori vel minori pre-
tio permutandis, dummodo dolus abſit & in-
iuſtitia pretii dimidium non excedat, ſi oppo-
nas l. penult. C. de pactis ibi *ſancimus nemini
licere aduerſus pacta ſua venire & contrahen-
tes decipere*. Cui concinit l. 11. ſed & ſi pupil-
lus, §. item ſi plures, digeſt. de inſtitut. ait
ibi. *Neque enim decipi debent contrahen-*
D *tes*, & l. 1. Magiſtrum 2. ff. de exercit. Reſ-
pondet Iaſon in l. penult. Cod. de pact. col.
2. n. 5. in his legibus ſermonem eſſe de con-
tractibus iam perfectis; & ideò dici non licere
contractus celebratos non obſeruare, & in
hoc contrahentes decipere: in aliis verò tex-
tibus agi de contractibus quando fiunt ante-
quam ad perfectam conuentionem perue-
niant. Addit idem Iaſon cum Baldo in cap. ſi
proponente de reſcript. in cap. quanto col.
3. de iur. iurand. & in authent. ad hæc co-
lum. penult. Cod. de vſur. Adde etiam; in
cap. cum cauſa 2. de teſtibus numero 5.
etiamſi iure gentium illa mutua contrahen-
tium deceptio impunis relinquatur, non
ideo in conſcientiæ foro licitam reputari.
Et probat ex gloſſ. optima in l. prima ſemper
in ſtipular. ff. de regul. iur. intelligitur enim

illos contractus non licere, qui in foro conſcientiæ culpam ac pœnam incurrunt.

Impugnat hanc ſolutionem Vaſq. 1. 2. diſp. 157. cap. 4. numero 31. quia longè aliud eſt naturaliter aliquid licere, atque conceſſum, aut permiſſum eſſe. Deinde cum lege naturali non omnia delicta puniantur, ſed ſolum prohibeantur, dicere poſſemus aliqua illorum eſſe conceſſa, aut licere naturaliter: vt autem hoc modo loqui non poſſimus, ſatis eſt ſi omnia prohibeantur. Denique ſi ius gentium accipiatur pro aliquo genere prohibitionis, ſine dubio prohibita erit omnis voluntaria deceptio; ſi autem ſumatur pro conceſſione, ius gentium non dicetur concedere talem deceptionem tanquam vtilem communitatibus. Verùm hæc inſtantia ad ſummum probat minus propriam eſſe loquutionem in iis legibus iuxta interpretationem datam, cum tamen à Iuriſtis communiter approbetur, neque illam reſpuat Suar. lib. 2 de leg. cap. 20. num. 4. Eamque ſequatur Sallas 1. 2. tract. 14. diſp. 2. ſect. 6. num. 35. poſt Pinell. Sut. & alios; quam ego etiam iudico ſoſtinendam, quia communis DD approbatio illum modum loquendi conſentaneum eſſe declarat. Præterea nemo negabit aliqua mala communi gentium iure permitti & à pœnis ciuilis iuris exempta eſſe; Item ius naturale aliquando idem eſſe, atque ius omnium gentium vſu probatum, nulla ergo improprietas loquendi reprehenſione digna in ea interpretatione repetitur, in qua dicitur, naturaliter id eſt ex vſu omnium gentium, quaſi naturali legi conceſſam eſſe deceptionem contrahentium in pretio, aut valore rei infra dimidium, ſecluſo dolo ad præcindendas lites; præſertim cum id ſolum in exteriori foro ſtatutum ſit, & de interiori integra maneat æquitas naturalis, de qua Paulus 1. ad Theſal. 4. dixit. *Ne quis in negotio circumueniat fratrem ſuum*, & addit, *quoniam vindex eſt Deus de his omnibus.* Si enim deceptor pœnam ſugiat humanam, diuinam non euadet. Tandem hanc ſolutionem ſine dubio confirmat D. Thom quatenus 2. 2. quæſt. 77. artic. 1 ad 1. de lege humana ita loquitur, *ſic ergo habet quaſi licitum pœnam non inducens ſi abſque fraude venditor rem ſuam ſuperuendat, aut emptor vilius emat, niſi ſit nimius exceſſus: quia tunc etiam lex humana cogit ad reſtituendum, puta ſi aliquis ſit deceptus vltra dimidiam pretij quantitatem*; hæc ergo illa eſt licentia ſiue permiſſio, quam Gregor. in cap. *Denique*, diſt. 4. veniam appellat ſcilicet pœnæ temporalis, non culpę. iuxta gloſſ. ibi verb. *veniam*, & Iuano. Andr. in Mercuriali regula *ſine culpa* lib. 6.

In ſecunda reſponſione verbum *Naturaraliter* & verbum *licere* ſeu conceſſum eſſe, in ſuo propriiſſimo ſignificatu vſurpatur; illud verò *circumuenire* non intelligitur rigoroſè vt denotat deceptionem vel dolum; ſed vt innuit humanam ſolertiam vel induſtriam, qua emens intra latitudinem iuſti pretij vilius & vendens carius ſuam conuentionem facere nituntur: quam contrahentium ſagacitatem deſcribit eleganter Rex ſapiens prouerb. 20. *Malum* inquit *malum, eſt dicit omnis emptor*

A *& cum receſſerit gloriatur*. Vnde lex illa faci hunc ſenſum omni iure etiam naturali licere contrahentibus intra latitudinem pretii iuſti maximi & minimi omnem ſuæ artis ſolertiam expromere; vt vnuſquiſque faciat rem ſuam. Ita Couar. lib. 2. variar. cap. 3. num. 2. Nauarr. in cap. qualitas, diſt. 5. num. 45. Suar. citat, num. 5. dicitur autem illa deceptio, ſeu circumuentio naturalis, quia non poſſunt homines rerum pretia ita exacte definire vt in earum valore, proprio corrupti commodo, ſine dolo, vel fraude diuerſis iudiciis diſtrahantur, & vnuſquiſque alterum in ſuam ſententiam perducere contendit in rei æſtimatione; quod quia plerumque bona fide contingit, Hoſtien. in ſumm de contrah. empt §. qualiter reſcin-
B datur, colum. 2. quem ſequitur Fortun. Garcia de vlt ſine illat. 17. illud *naturaliter* explicarunt, id eſt bona fide à quorum ſententia ſolum in verbis recedit Vaſq. omnes enim hi tres verbum *naturaliter* non cum verbo *licere*, ſed cum *circumuenire* coniungunt; quocumque tamen modo connectatur lex, eumdem ſenſum facit, quantum ad hoc, quod iuxta hunc ſecundum reſpondendi modum de licita circumuentione ex quocumque iure textus loquatur; non de deceptione tantum iure ciuili permiſſa, quælibet igitur ex his duabus reſponſionibus eſt ſatis expedita.

Quinto & vltimo obiicies ſi Princeps conſtitutionem faciat de actu iuſto ex malo fine
C motus V. G. quia ex ira, odio & peculiari paſſione erga ſubditos quidquam decernit alioqui iuſtum & vtile reipublicæ, illa conſtitutio valebit; Et tamen ex parte operantis iniuſte fertur: ergo non recte diximus in ſecunda concluſione requiri ad valorem legis 14. vt ex parte operantis iuſtè proferatur Reip. quando dicimus de ratione legis eſſe vt iuſtè feratur, nos non loqui de modo iuſtè operandi, ex parte legiſlatoris, ſed ex parte legis; qui modus illius ſit veluti forma: Nam iuſtus modus condendi legem non ſolum poſtulat ne lex in aliquo deficiat, ſed etiam vt operans ex bono affectu boniſque circumſtantiis non ex ira vel auaritia moueatur, hic verò ſtudiuſus operandi modus non requiritur, vt lex in ſe iuſta ſit, & valida; nam poteſt princeps inique ſe gerere, & in lege
D iuſta ferenda peccare, vt in reliquis actibus diuerſarum virtutum contingere ſolet, qui licet ex obiecto ſint boni, ex malo fine extrinſeco, & prauis circumſtantiis vitiantur; modus verò requiſitus ex parte legis iuſtus eſt ille qui ex triplici illo capite ſupra aſſignato in probatione concluſionis ſecundum rectam iuſtitiæ regulam procedat.

Vtrùm in dubio an licita, ſeu iuſta ſit conſtitutio, pro vera & valida habeatur.

SECTIO. IV.

DVplex difficultas ſub hoc titulo continetur. Prima, quando de conſtitutione

dubitamus an licita ſit. Secunda, quandu, non A de honeſtate, ſed de iuſtitia eiuſdem dubium procedit; & in vtroque caſu inquirimus, an pro vera lege haberi debeat, & vt talis obſeruari? Et hoc eſt diſcrimen inter vtramque difficultatem: nam quando de honeſtate rei præceptæ dubitatur, in biuio ſumus malè operandi, quia ex vna parte præceptum ſuperioris vrget; ex altera rei turpitudo deterret: quando verò dubium eſt de iuſtitia rigoroſa præcepti, quatenus noſtro iuri nocet, cui cedere poſſumus, in exequutione iniquè agendi periculum non eſt. Scire tamen expedit an ſtante dubio de conſtitutionis iuſtitia; illa nobis operandi neceſſitatem imponant. Et quamuis Baldus conſil 159. num. 8. lib. 3. dicat B in dubio de iniuſtitia, vel honeſtate præcepti ſtandum boni viri arbitrio; nihilominus hæc doctrina nimis generalis eſt, neque ad ſpeciale punctum huius difficultatis deſcendit: nam ſimiliter dicam de quolibet iuris dubio boni doctique viri iudicio reſoluendum. Quando ergu dubium eſt an res præcepta ſit licita, aſſerit Adrianus quodlibet. 2. quæſt. 2. ad 2 argumentum principale, ſubditum neque teneri, neque poſſe prælato obedire: in eamdem ſententiam inclinare videtur Vaſq. 1. 2. diſp. 66. cap. 9. num 51. item Salas infra citandus. Suaderi poteſt hæc ſententia primò quando duo præcepta concurrunt, quæ ſimul nequeunt adimpleri; illud quod à maiori poteſtate proficiſcitur, magiſque obligat, alteri præferendum eſt, vt diſp. 6. late dicemus: ſed quando aliquis dubitat an licita ſit res præcepta, concurrit lex poſitiua principis in- C ferioris cum contraria lege principis ſupremi ſimiliter poſitiua, vel cum naturali quæ magis obligant: nam ius naturale præfertur poſitiuo cuicumque & poſitiuum diuinum humano; ergo neceſſario anteponendum eſt ius illud naturale, vel poſitiuum ſupremi principis, ratione cuius prudenter dubitat ſubditus an licitum ſit, quod à lege præſcribitur: ne ſi obediat, periculo maioris iuris violandi exponatur. 2. Maiorem obligationem votum, ſeu iuramentũ inducit, quam lex; ſed in dubio an res iurata ſeu promiſſa liceat, voti, & iuramenti obligatio ceſſat: ergo & legis. 3 Vt rectè quis operetur, præcedere debet iudicium conſcientiæ determinatum, prudentialeque rationis dictamen de licita operatione hic & nunc: at perſeuerante dubio ex parte intelle- D ctus, hoc rationis iudicium determinatum non eſt; nam dubium omnem omnino aſſenſum excludit, ergo in dubio de præceptæ rei honeſtate nemo licitè poteſt operari, ne contra conſcientiam, faciat, quia cum conſcientia dubia operari intrinſecè malum eſt. 4. etiamſi dicam principem poſſidere ſubditorum libertatem, & ratione huius poſſeſſionis legem ab eo præſcriptam eſſe obſeruandam, hoc intelligendum videtur in iis, ad quæ eorum iuriſdictio extenditur intra limites nimirum honeſtatis: ſed res, de qua an licita ſit probabiliter dubitatur, eo perſeuerante dubio, cum honeſtis & licitis non computatur: ergo non teneor illi obedire, & conſequenter non poſſum, ſicut neque cum dubia conſciẽtia operari.

Abſolutè tamen patendum eſſe principi quando ſubditus certus non eſt; ſed dubitat 2. an id quod conſtitutione præcipitur, licitum ſit. Eſt TT. & Canoniſtarum receptiſſima ſententia: eademque eſt reſolutio de quolibet ſuperioris precepto in ſimilis dubitationis euentu, ita Alenſ. 2. p quæſt. 120. mem. 3. artic. 2. Bonau. in 2. diſt. 39. art. 1. quæſt 3. ad vltim. Carthuſian. ibidem quæſt. 3. Minor in 4. diſt. 15. quæſt. 20. concluſ. 3. Gab. ibid. quæſt. 4. artic. 2. concluſ. 4. Palud in 4. diſt 19. quæſt. 4. prope finem, & diſt. 36. quæſt. 2. art. 2. poſt 4. concluſ. Anton. 3. par tit. 16. cap. 1. §. 9. verſ. 3. Suar. tom. 5. in 3. p. diſp. 4. ſect. 6. num. 5. & 6. & tom. 3. de relig 2. part. lib. 10. cap. 3. n. 5. Valent. tom. 3. diſp. 7. quæſt. 2. punct. 2. col. 3. Corolar. 3 & diſp. 10. quæſt. 4. punct. 3. ad fin. item tom. 2. diſp. 2. quæſt. 14. punct. 4. quæſt. 4. Cordub. lib 3. quæſtionar. quæſt. 6. in princip. Medin. lib. 1. Sum. cap. 5. in fine Molin. tom. 1. de iuſtit. diſp. 113. concluſ. 3. Anton. Peres certam. 10. Scholaſt. dub. 2. numero 123. & ſequent; Banhes 2. 2. quæſt. 40. artic. 1. dub. 6. Sayr. in clau. lib. 1. cap. 15. num. 4. Azor. tom. 1. lib. 2. cap. 19. quæſt. 9. Ex Canoniſtis idem tenent Abb. in cap. quæ Eccleſiarum de conſtitut. referens alios aſſerenſque eſſe legiſtarum communem ſententiam Felin. ibidem num. 60. col. 19. cum Antoo. Domin. Imol. Cyn. Bartol. Turrecrem. in cap. ſententia, concluſ. 7. & 8. & in cap. ſi dominus ad finem 11. quæſt. 3. poſt Raym. Hoſtien. Gof. Innoc. in cap. ſicut 3. de iureiurando num. 1. Ioann. Andr. ibidem num. 5. Hoſtien. num. 3. Bald. num. 8. Alex de Neuo num. 79. Bellam. quæſt. 6. num. 25. Archidiac. in cap. denique num 2. 14. quæſt. 5. Accedunt Nauarr. cap. ſi quis autem, num. 114. de pœnit. diſt. 7. & io ſum. cap. 23. n. 36. aliàs 37. & alii Summiſtæ, qui verbo *lex* verbo *obedientia* & verbo *bellum*, vnanimi conſenſu eamdem ſententiam tradidere: plures refert & ſequitur Sanch. in Decalogo tum 2 lib. 6. cap 3. num. 3.

Probatur hæc ſententia primo ex ſacra pagina Deuteron. 17. num. 8 *ſi difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem; cauſam, & cauſam; lepram & non lepram: & iudicium inter portas tuas videris verbo variari; ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore; quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem; & facies quæcumque dixerint, qui præſunt: loco quem elegerit Dominus: & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum.* In quo loco Deus naturalis legis determinationem quandam nõ ſolum in veteri, ſed etiam in nouo teſtamento obſeruandam ſuo modo expoſuit, vt cum gloſ. docuit Vgo his verbis, *hoc quoque in Eccleſia ſeruandum eſt* Erant ergo hæc lex, vt Iſraëlitæ in rebus dubiis tam ſacris quam politicis præſertim illis, quæ ad legẽ veterẽ ſpectarent; ad Sacerdotes & ad Pontificẽ recurrerent, qui legẽ, meorẽ interpretantes ſecundum illã dubiũ dirimerent. Nam quãuis aliquando in cauſis mere ciuilibus, quæ nõ ex lege Dei, ſed ex iure

humano poſitiuo penderent, poterant princi- A
pes, & iudices ſæculares conſuli, & ius di-
cere, vt communiret docent interpretes teſte
Concilio adhunc locum: vnde per iudicem,
non pontificem intelligit, vt vult Vatablus,
neque eius Vicarium, vt ducet Abulenſis; ſed
potiùs ſæcularem Iudicem interpretatur cum
Caietan. Sigonio & Oleatro, & ex verſu 12.
deducitur, vbi Sacerdotis imperium à Iudi-
cis decreto diſtinguitur: tamen Sæculares
Iudices ſubordinati erant Sacerdotum con-
ſilio, & Pontificis imperio, illiſque in diffici-
lioribus cauſis ad ſe delatis tenebantur con-
formari: qua de re late Carolus Sigonius de
repub. Hebræorum lib 6. cap. 6. & 7. & Be-
canus in analogia veter. & nou. teſtam. cap.
11. quæſt. 1. & 2. Hoc igitur præceptum qua-
tenus eſt naturalis iuris nouæ legis regimini
debet accommodari. Nam ſicut iuriſdictio B
Ecclesiaſtica à ſæculari diſtincta eſt, & in
cauſis mere ſæcularibus ac politicis ſæcularis
ſupremam habet iuriſdictionem, ita in am-
biguis & dubiis quæ ad alteruram poteſta-
tem ſpectant principis determinationi ſtan-
dum, illiuſque imperio, in iis, quæ ſecundum
legem ſunt negatiuè, id eſt quæ manifeſtè
non apparent eſſe contra legem Dei obtem-
perandum. Idem probatur ex alio loco ſimili
2. Paralipp. 19. num. 8.

Secundo idem iura manifeſtè præſcribunt.
Auguſt. relatus, in cap. quod culpatur 23.
quæſt. 1. & in cap. non dicatis 12. quæſt. 1. Vr-
banus II. in cap ſtatuimus 19. quæſt 3 Hono-
rius III. in cap. dilecta de maioritat. & obe-
dien. Alex III, in cap ex tenore. de ſentent.
excommunicat. Gloſſæ & Doctores ibidem. C
Probatur tertio, duplici ratione: prima operari
licet cum dubio ſpeculatiuo, quando præcedit
ad operationem iudicium practicum in ratio-
ne ſeu motiuo intrinſeco vel extrinſeco funda-
tum: ſed ſubditus quando dubitat de hone-
ſtate rei præceptæ à legitimo ſuperiori, habet
rationem motiuam prudentialem, propter
quam formet iudicium practicum ſibi licere
hîc & nunc facere quod iubetur: ergo licitè
id poteſt facere; At quotieſcunque ſubdito
eſt licita operatio, quæ præcipitur à ſuperiore
legitimo ſub cuius poteſtate & iuriſdictione
eſt, ſubditus tenetur obedire, ergo in dubiis
de honeſtate legis ſeu præcepti, ſubditus tene-
tur præcedente practico, & prudentiali iudi-
ciu obtemperare, & exequi quod iubetur.
Maior eſt iuxta communiſſimam Theologo- D
rum ſententiam de qua Vaſq. 1. 2. diſp. 65 cap.
1. num. 2. Suar. tom. 5. in 3. par. diſp. 14. ſect.
5. nom. 14. Sanches tom. 1. Decalogi lib. 1. cap.
9 num. 3. Azor. inſtitut. Moral. tom. 1. lib. 2.
cap. 19. quæſt. 3. cum multis quos referunt,
& declaratur: Nam duobus modis perſeue-
rare poteſt dubium ſpeculatiuum: primo
negatiuè, ſi quis conſideratis hinc & inde
rationibus in inquiſitione ſpeculatiua de
honeſtate rei præceptæ, ſpeculatiuum iudi-
cium ſuſpendit: Secundo poſitiuè quando
iudicat rem honeſtam eſſe, ſed cum formi-
dine non ſolum intrinſeca ex parte actus opi-
natiui, ſed etiam ex parte ſubiecti nempe
intellectus attingentis obiectum cum formi-
11.

A dine partis oppoſitæ: In vtroque euentu per-
ſeuerante eo dubio ſpeculatiuo licita eſſe po-
teſt operatio, quæ ſequitur iudicium practi-
cum videlicet hic & nunc licere id facere,
quod ita dubium in ſpeculatione repræſen-
tatur.

De probatione minoris maior eſt contro- 1.
uerſia. Vnde ſcilicet oriatur obligatio in ſub-
dito, vt in eo dubio teneatur formare iudi-
cium practicum de honeſtate rei præceptæ, &
obedire Sanch. lib. 6. Decalog. cap. 3. num. 3.
ſic probat. In dubio melior eſt conditio poſſi-
dentis: ſed talis eſt ſuperior in hoc caſu, qui in
poſſeſſione ſuæ poteſtatis præcipiendi eſt in
omnibus, quæ illicita non apparent: ergo, &c.
Hanc rationem non admittit Vaſq. 1. 2. diſp.
65 cap. 3. n. 12 & diſp 66 cap. 9. num. 51. ne-
que Salas tract. 8. diſp. vnica ſect 17. num. 152.
B & ſect. 15. num. 258. qui ad probandam illam
minorem recurrunt ad principia extrinſeca,
quæ ſunt authoritas, ſcientia ſuperioris, quan-
do ille, & prudentia & doctrina pollet; aut
denique aliorum doctorum, quorum opinio-
nem ſequitur: quia ſubditus præſumere de-
bet ſuperiorem non ſine rationabili cauſa id
præcipere, de poſſeſſione vero ſuperioris di-
cunt eſſe tantum reſpectu eorum, quæ licita
ſunt; quia præceptum nequit facere, vt id
quod erat dubium, indubitatoer licitum
fiat: ſed ſolum, vt quod erat licitum, fiat
obligatorium. Vnde Salas addit quoties res
de qua dubitatur magis illicita, ſeu maius pec-
catum ſit, quam non obedire, non teneri ſub-
ditum, neque ei licere illam exequi.

Ratio tamen Sanch. & declaranda & con-
C firmanda eſt Primo, quia pro illo eſt poſſeſſio 4.
pro quo ſtat præſumptio iuris; & illi, contra
quem eſt præſumptio, onus incumbit ſuæ
exemptionis probandæ: at mandatum ſupe-
rioris in dubio præſumitur licitum & hone-
ſtum à iure; ergo poſſeſſio ſtat à ſuperiori-
bus in dubio. Maiorem tenet Sotus lib. 7. de
iuſt quæſtione 3. artic. 2. colum. 3. verſ. *hic
vero* Aragon. 2. 2. quæſtione 88. artic. 9. No-
tabili 2. & rationem deſumit ex Baldo, Aleia-
to & aliis Simaoch. de Catholo. inſtit. tit.
50. num. 6. & Menoch. de præſumpt. lib. 1.
quæſtione 4. num 3 & quæſt. 8. num. 1. nam
præſumptio iuris eſt quædam veriſimilitudo
ſufficiens ad credendum rem dubiam; vel
eſt probabilis coniectura ex certo ſigno pro-
ueniens, quæ alio non adducto pro veritate
D habetur, donec aduerſarius oppoſitum pro-
bet, in quem id probandi onus transfertur.
confirmatur quia nulla eſt præſumptio iuris
ſine cauſa, & ratione iuſta; quoniam alioqui
eſſet temeraria & iniqua; ergo illa ratio, ſeu
cauſa, quamdiù alia veriſimilior non appa-
ret, & quandiù facit prudentem iuris præ-
ſumptionem, indicat poſſeſſionem eſſe in eo
pro quo ſtat. Minorem tuetur Couarr. regu-
la *peccatum*, 1. p. num. 5. ad fin. & oſtendunt
textus citati. Nam in cap. quid culpatur, ſi
attente legatur totus diſcurſus D. Auguſt. in
hac præſumptione fundatur: ſic enim ait.
*Ergo vir iuſtus, ſi forte etiam ſub homine
ſacrilego militet, recte poteſt illo iubente
bellare: ſi iure pacis ordinem ſeruans,*

vel non eſſe contra Dei præceptum, certum eſt
vel verum ſit, certum non eſt: ita vt fortaſſè
reum fac at regem iniquitas imperandi, inno-
centem autem militem oſtendat ordo ſeruiendi,
Similiter alii textus ſemper rationem obe-
diendi ducunt ab authoritate & iuriſdictione
præcipientis, qui iuſtè præſumitur imperare.
Adde verba D. Gregor. in cap. quid ergo 11.
quæſt. 3. *ſciendum verò eſt quod nunquam per*
obedientiam malum fieri, aliquando autem de-
bet bonum quod agitur intermitti, quod po-
ſtremum verbum notauit, & locupletauit
Gloſſa.

Secundo quando recurritur ad principia
extrinſeca ad formandum iudicium practi-
cum de honeſtate præcepti, rectè quidem
recurritur ad authoritatem & iuriſdictionem
imperantis, vt recurrit Suarius de religione
lib. 10. cap. 3. numero 5. & ſequentibus, quam-
5. uis ita rigoroſè requirit hanc iuriſdictionem,
vt ſolum de illa quæ eſt in prælato, reſpectu
ſuorum religioſorum, aſſerat obligare in du-
biis, non verò in illo caſu ſi aliquis ſimplex
votum faceret obediendi alicui, vel in quo
Abbatiſſa præciperet ſubditis. Sed in primis
quod attinet ad Abbatiſſam eſt clarus textus
in cap. dilecta, de maioritat. & obedien. vt
illud explicat gloſſa verbo *Salubria*. In quo
reſoluitur, licet Abbatiſſa excommunicare
non poſſit, tenetur nihilominus ſubditos illi
debitam obedientiam impendere, vt cæteris
prælatis fieri ſolet. Deinde etiam ille, qui ſim-
plex obedientiæ votum alicui fecit, ſeque
ſuam voluntatem in ſpiritualibus viro alio-
qui ſpirituali & perito gubernandam tradi-
dit, poteſt in dubiis illi obedire, vt idem
Suar. citatus numero 8. concedit, & regulari-
ter melius eſſe dicit: ergo tenetur id facere.
Nam ſi licitum eſt facere, quod præcipit ille,
cui obedientiam vouit; iam hoc eſt certa, &
apta materia voti: neque enim eſt idem du-
bium eſſe de honeſtate rei, & dubiam eſſe
voti materiam; nam cum dubio ſpeculatiuo
de honeſtate rei præceptæ iam eſt certum &
prudentiale iudicium de exequutione præ-
cepti: iam enim reſoluitur practicè dubium,
& certa voti materia manet. Et ſic etiam in
hoc caſu valet illud principium *melior eſt con-*
ditio poſſidentis: quia etiam ſi iſte ſuperior
iuriſdictionem in illum, qui ſe illi gubernan-
dum in ſpiritualibus tradidit, per ſimplex vo-
tum vel iudicialem poteſtatem in foro con-
tentioſo exercere non valeat, habet tamen
libertatis, ſibique traditæ voluntatis domi-
nium in omnibus, quæ ab ipſa voluntate lici-
tè eligi poſſunt.

Tertio, ſubditus quando penſatis vtrinque
6. rationibus dubitat de honeſtate rei, videt-
que pro vtraque parte eſſe opinionem pro-
babilem, ipſe poteſt alteram eligere, & du-
bium practicè deponere: ergo idem poteſt
facere ſuperior, & ſic iuſtè præcipere: ſed
prælato iuſtè præcipiente ſubditus iniuſtè
reſiſtit, ergo ex iuriſdictione, ſeu authori-
tate dominióque ſuperioris ſumitur opti-
mum fundamentum deponendi dubium &
formandi prudentiale iudicium practicum hîc
& nunc mihi licere obedire, quando manife-
A ſtè peccatum non apparet. Vnde excluditur,
& conuincitur limitatio ſupra poſita: nam
etiamſi ſpeculatiuè pro vna parte appareret
dubium maioris mali in exequutione præcep-
ti, quàm non obedire; illud maius malum eſt
dubium. & poſito prælati imperio reſolui-
tur in licitum ſecundùm prudentiale rationis
dictamen: at inobedientia eſt certa, ſi ſupe-
rioris mandatum reiicitur. Denique hinc
etiam illorum reiicitur ſententia, quibus non
ſufficit prælati authoritas, ſed ſcientiam, vel
probitatem in eo expendendam tradunt ad
formandum iudicium practicum: eſt enim
manifeſtè contra Auguſt. qui in cap. quid
culpatur, ait *ſacrilego regi iuſtis obediendum*
eſſe in omnibus quæ certo contra Dei præcep-
B *tum eſſe non appareat*; & contra omnes pa-
tres, dum perfectè obedientiæ normam præ-
ſcribunt; quam optimè ad fratres Conim-
bricenſes ſcribens Pater Sanctus Ignatius ex-
poſuit; vbi de ſuperiore ſic loquitur. *Nec*
contra ſine conſilio aut prudentia minus va-
leat, quicquam idcirco de obedientia remit-
tendum: quatenus ille ſuperior eſt; quando
illius perſonam refert; cuius ſapientia falli
non poteſt; ſupplebitque ipſe quicquid mi-
niſtro defuerit ſiue probitate aliiſque orna-
mentis careat: ſi quidem diſertis verbis Chri-
ſtus Dominus cum dixiſſet, ſuper Cathedram
Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi; pro-
tinus addidit: Omnia ergo quæcumque dixe-
rint vobis, ſeruate, & facite, ſecundum opera
C *verò eorum nolite facere, &c.*

Secunda ratio ſumitur ex incommodis quæ
ſequuntur, niſi tenerentur ſubditi in du-
biis parêre; eſſet enim magna confuſio, &
communitatis cuiuslibet impunis, immo ef-
frenata licentia: nam facile quilibet ſub pro-
babilis opinionis prætextu, & fretus præcep-
ti dubio, ſe ab obedientia liberaret; & ſupe-
riores cogerentur ad præcipiendum tantum-
modò ea, quæ ex certa & euidenti cognitione
innoteſcerent, ex quo poteſtas gubernandi
ſubditos, his preſſa anguſtiis vnumquemque
ſui iudicii arbitrio ductum ſine lege, & ſine re-
ge viuere ſineret impunè. Etenim cum pauciſ-
ſima ſint ita certa, vt nullam dubitationis ſuſ-
picionem inducant; in pauciſſimis princeps
ſuo imperandi officio fungeretur, atque in iis,
quæ frequentius occurrunt ſolidum tolleretur
D recti regiminis fundamentum, tum ſecularis,
tum Eccleſiaſtici. Quare oppoſitam ſenten-
tiam non iudico in praxi ſecuram, neque ſuf-
ficienti ad hoc probabilitate ſuffultam. Cæ-
terùm prædictæ rationes rectè applicatæ non
ſolum probant noſtram ſententiam, quando
probabilior apparet principis opinio; ſed etiã
quãdo intra limites probabilitatis minus pro-
babile creditur licitum eſſe quod iubetur: vt
optimè notauit Sanch. lib 6 Decalogi cap. 3.
num. 6. quamuis oppoſitum obiter doceat
Suarius tom. 5. in 3. part. diſp. 4. ſect. 6. num.
6. Nam quantumuis probabilius appareat op-
poſitum ſi id quod præcipitur, ſufficienti pro-
babilitate licitum repræſentetur; Vrgent ratio-
nes factæ, & præcepti obligatio conſequitur.

Ad argumenta in oppoſitum Reſpondeo. 7.
primum nihil concludere quia falsò aſſumit

Digitized by Google

in minori præceptum iuris naturalis vel poſitiui maioris poteſtatis opponi conſtitutioni principis inferioris præcipientis id de quo an liceat dubitatur: Nam in eo dubio ex ſupremi Domini imperio habemus vt prætermiſſo materialis tranſgreſſionis periculo, ſuperioris præcepto acquieſcamus, qui nobis datus eſt tanquam diuinæ voluntatis Interpres argumentum valeret, ſi id quod iuberetur manifeſte illicitum apparet. Ad 2 dico votum, & iuramentum quando obligant, maiorem obligationem inducere, quàm iuris humani lex: At quando dubium eſt, an ſit, de re licita, non obligant; ideo non recte comparatur eius obligatio cum humana legis obligante Ratio vero cur non obliget votum & iuramentum in hoc dubio; lex vero humana obliget, illa eſt. quia lex à poteſtate gubernatiua principis emanat, cui ſubditi parere tenentur in omnibus, quæ illicita non apparent: ſed prudenter licita præſumuntur: Nam princeps in poſſeſſione eſt ſuos ſubditos gubernandi, qua non ſine iniuria ſubditus illum priuaret, quando ille ſecundum probabilem ſententiam iuſtè præciperet. At votum & iuramentum à propria perſona proficiſcitur ſuam poſſidente libertatem, quæ ſicut prudenter iudicare poteſt per principia intrinſeca, vel extrinſeca ſecundum alterius opinionem probabilem illud votum, & iuramentum eſſe de re illicita, ita ſe illorum obligatione poterit exoluere.

8. Ad 3. argumentum reſpondet Sanches lib. 6. decalogi cap. 3. num. 3. etiamſi determinatum iudicium practicum neceſſarium ſit vt ſubſequens operatio recta ſit, per quod operans iudicet, hic & nunc ſibi licitam eſſe actionem; hoc tamen iudicium exiſtimat poſſe fieri ſtante dubio ſpeculatiuo; neque adhoc opus eſſe vt ſubditus ſequatur opinionem illam probabilem, dictantem id ſibi eſſe licitum; quia hoc iudicium eſt ſpeculatiuum & numero 6. addit etiamſi ſubditus iudicet, rem præceptam à ſuperiori eſſe illicitam iuxtà ſuam particularem opinionem, non teneri deponere hunc aſſenſum opinatiuum, ſed eo perſeuerante, & ignorata probabilitate alterius partis ſubditum ad parendum obligari, dum ſibi certa non eſt malitia rei præceptæ: in quo non ſolum recedit à ſententia Vaſq. 12. diſp. 64. cap. 6. numero 32 & 33. item Azor lib. 2. cap. 13. quæſt 9. ſed etiam à Suario tom. 5. in 3 p diſp. 4. ſect. 6 numero 6. his verbis. *Dummodò iuſtitia legis probabilioribus rationibus, vel certè æque probabilibus nitatur.* Sentit ergo Suar. oportere vt appareat probabilitas pro opinione ſuperioris præcipientis: idem manifeſtè docet Sayro lib. 1. in clau. reg. ca. 12. quos tamen Sanchez pro ſua opinione adducit, cum Valentia, Corduba Silueſtro, Salas, & aliis qui ſanè ſi rectè expendantur, manifeſtè apparebit nullum eorum admittere, perſiſtente iudicio de re illicita, & non apparente aliqua probabilitate partis oppoſitæ ſubditum obligari, vel implere poſſe legem; quod ita probo: nam iudicium determinatum & particulare hic & nunc licitum eſſe actum, non poteſt ſtare cum contradictorio iudicio vniuerſali numquam eſſe licitum actum; ſed neceſſario procedere debet ab alio dictamine ſubalternante, vniuerſali videlicet in dubio de honeſtate actus præcepti licitum eſſe actum ſubdito, & conſequenter obligatorium; & tamen hoc iudicium vniuerſale, eſt ſpeculatiuum; ergo ſi ad deponendam conſcientiam dubiam oportet in particulari iudicare, hic & nunc licere id quod ſuperior præcepit, vel poſitiuè & formaliter præcedere debet iudicium ſpeculatiuum, & vniuerſale de honeſtate actus præcepti, cum probabilitate cognita per principia intrinſeca vel extrinſeca, nimirum quia ſuperior iubet & res eſt dubia; vel ſaltem virtute, & interpretatiuè intellectus illam probabilitatem vniuerſalem attingere debet in particulari iudicio contentam, quatenus ad particulare dictamen ſtatim deſcendit, & in eo tamquam in indiuiduo illud vniuerſale continetur. Confirmatur: nam idem Sanchez fatetur iudicium practicum per quod deponitur dubium ſpeculatiuum debere firma aliqua ratione fundari: ſed in ſolo imperio ſuperioris imperantis rem, quæ ſolum iudicatur illicita, non poteſt fundari iudicium practicum prudentiale oppoſitum: ergo neceſſe eſt, vt iudicetur id quod iubetur non abſolutè & præciſè illicitum, ſed vt probabiliter licitum, ob aliquam rationem rei intrinſecam, vel extrinſecam, exiſtimetur, Eſt hæc doctrina iuxta mentem Felini cum Imola Ant. & aliis in capite quæ in Eccleſiarum de conſtitut. numero 61. columna 10.

Ad argumentum igitur reſpondeo concedendo neceſſarium eſſe iudicium particulare determinans ſubditum ad licitè operandum, dictans in eo dubio ſuperiori parendum actumque non modo licitum, ſed etiam obligatorium eſſe, nego tamen non poſſe dubium perſeuerare ex parte intellectus ſpeculatiuè ſe habentis altero ex duobus modis aſſignatis: vel quia res ſecundùm ſe ſumpta rationibus vtrinque delibatis non ſatis decernitur per poſitiuum iudicium licita ne ſit an illicita; vel quia etiam poſito iudicio ſeu vniuerſali quod actus præceptus dubius licitus ſit, ſeu particulari quod hic & nunc mihi liceat, actus qui præcipitur, cum medium ſit fallabile & obiectum euidens non appareat ex parte ſubiecti, aliqua formido extrinſeca ex incertitudine rei ſecundum ſe ſumptæ proueniens relinquitur: quam dubitationem ſeu formidinem dicimus cum determinato aſſenſu in particulari permanere ſecundum naturam aſſenſus opinatiui, vt præſtantiores logici adnotare ſolent: & hac ratione ſententiam Vaſques in hac parte interpretor diſp. 67. cap. 9. numero 51. quatenus aſſerit perſeuerante dubio, an res liceat, non poſſe inferiorem obedire præpoſito: intelligitur verò perſeuerare, antequam practico dictamine prudenter, & rationabiliter dubium in praxi decidatur. Deciditur tamen à ſubdito modo iam ſupra explicato quia adhoc tenetur quando res illicita non apparet manifeſtè. Hinc ad quartum argumentum facilis eſt reſponſio: nam depoſito dubio per dictamen 9.

practicum prudentiale res præcepta alioqui ſecundum ſe dubia iam cum licitis computatur ob poſſeſſionem ſuperioris præcipientis, & poteſtatem illius qui ius etiam principis ſupremi interpretatur, & ad gubernandos ſubditos in rebus ambiguis à Deo datur.

10. Inſtabis hinc ſequi in noſtra doctrina abſurdum videlicet ſubditum nihil magis poſſe exequi ex vi præcepti, quam ex conſilio amici, vel ex eo quod videt alioqui ſine præcepto ſibi licere; nam ſi ſemper debet percipi aliqua probabilitas de honeſtate rei à ſubdito, vt illi parere liceat, & debeat. etiam ſi ſuperior non præciperet, ea cognita probabilitate etiam res licita proponitur & licitè proſequenda. Neganda tamen eſt illatio cum Sanchez lib. 6. decalogi cap. 3. numero 18. licet ſit contrà Vaſq. 1. 2. diſp. 62. cap. 6 numero 33. Nam ceſſante præcepto expreſſo, vel tacito vt practicum dictamen prudenter formetur, per quod dubia conſcientia deponatur, opus eſt rationes probabilitatis intrinſecas rei attingere, vel per extrinſeca principia nempe doctorum teſtimonia, quæ probabilem opinionem efficiant, rem licitam eſſe iudicare ſecundum ſe, quod tamen neceſſe non eſt quando prælatus iubet; quia extrinſecum principium neceſſarium non eſt, ſcientia ſcilicet præcipientis principis; ſed poteſtas præcipiendi, & poſſeſſio eiuſdem, cui in ſubdito parendi debitum correſpondet in omnibus, quæ illicita non apparent: Vnde ſi ſuperioris ſcientia ſufficiens non ſit, vt faciat probabilem per ſe ſolum, vel ſimul per alios quos ſequitur, & à præcepto abſtineat, non licet ſubdito ſola ſuperioris opinione niti, vt practicum dictamen eliciat ſibi libere, id quod alioqui licitum non apparet ex alio capite quam quod ſuperior ita opinatur, vel iudicat, quin præcipiat; cum tamen ex alia parte de rei honeſtate dubitetur: in hoc enim euentu ſubditus non excuſaretur à culpa ſi id faceret: ſed in periculum incideret, quod qui temere eligit, in eo perire vult & qualis culpæ quis periculum amat tale crimen incurrit.

11. 2. Difficultas erat an quando dubium eſt an lex ſit iuſta, ſobditus legi obedire teneatur? Eademque quæſtio eſt an in dubio iuris neceſſario legi parendum ſit. Er ſanè ſi dubium ſit an lex contrà iuſtitiam diſtributiuam aut commutatiuam ſubditorum procedat, non eſt dubium illam eſſe obſeruandam, quando non apparet manifeſtè eſſe iniuſtam, ita enim exiſtimant plerique ex Authoribus citatis pro reſolutione præcedentis difficultatis: & omnes tenetur concedere vt conſequenter loquantur. Nam minus poteſt in principiendis illicitis; quam licitis, quamuis alioqui iniuſte præſcriptis: Illa enim præterquam quòd iniuſtè præcipiuntur quia illicita extra limites iuriſdictionis ſunt, etiam honeſtatis terminos tranſiliunt, & ſubditos ad pecandum inducunt, quare ſubditus tenetur in illicitis non obedire: de iniuſtis verò alia eſt ratio, quia etiamſi non obligetur ſubditus, ſi tamen velit, poterit obedire: ſuppono enim rem præceptam iniuſte eſſe licitam.

A Sed mandatum principis in dubio an res ſit illicita obligat ſubditos ad parendum, ergo à fortiori vbi certum eſt non eſſe culpam in actu præcepto, ſed ſolum de iniuſtitia præcipiendi dubitatur, vt eſt ſpecialis virtus ſubditi, tenentur obedire. Confirmatur 1. quia in hoc euentu ius præcipientis eſt certum, vt ſuppono, ius ſubditorum eſt dubium: ergo illud huic præferendum. Confirmatur 2. 12.
princeps ſicut, & iudex ſuæ iuriſdictionis æſtimator eſt in dubio vt patet ex l. 2 conſenſiſſe §. ſed etſi dubitetur item l. 5. ſi quis ex aliena ff. de iudiciis l. final. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Iaſon ibid. num. 25. allegans alios textus: ergo in dubio de iuſtitia & iure quo princeps ſubditum per conſtitutionem obligare vult, illi neceſſario parendum.

Quando tamen iniuſtitiæ dubium non ſumitur ex qualitate rei præceptæ, ſed oritur 13.
ex defectu authoritatis; vt ſi dubitetur an legitime electus vel confirmatus ſit princeps legem conſtituens, & in hoc ſint contrariæ opiniones probabiles; Vaſq. 12. diſp. 62. cap. 6. ad finem ſequutus Gerſon. tom. 3 tract de vita ſpirituali lect. 4. corol. 10. & Alphab. 62. lit. N. ait tunc poſſe ſubditum ſequi opinionem probabilem illum non eſſe ſuperiorem, & ita non obligari ad conſtitutionis obſeruationem. Pro eadem ſententia à Thoma
C Sanches citato num. 28 refertur Salas 12 tract. 8. diſp. vnica ſect. 8. num. 78. Verùm Salas non ſolum citato loco, ſed etiam ſect. 17. eiuſdem diſputationis num. 152. oppoſitum tenet manifeſte, quamobrem pro ſua ſententia illum referre poſſet Sanch. quia idem exiſtimat dicendum in dubio orto ex parte rei præceptæ, ac ex parte iuriſdictionis ſeu poteſtatis in principe, quod Sanch. num. 29. docet, aſſerens; etiamſi ſubditus probabilius opinetur, illum non eſſe ſuperiorem legitimum, adhuc ad illius obſequium obligari. Et probat Sanches quia non eſt idem opinari ſuperiorem non eſſe legitimè electum ſeu confirmatum & opinari ſubditum non teneri illi obedire. Vnde de primo caſu poſſunt eſſe opiniones vtrinque probabiles, de ſecundo non ita, ſi ſuperior ſit in poſſeſſione, vt ſupponitur; quia ob dubium ſuperueniens nequit ſua legitima poſſeſſione priuari, Sicut enim vxor quando
D dubitans de valore matrimonii irritum eſſe opinatur, non poteſt viro debitum negare, neque illum poſſeſſione, quam habet in vxoris corpus ſine probatione manifeſta ſpoliare, vt idem Sanch. lib. 2. de matrimon. diſp. 44. numero 3. confirmat, ita ſubditus ſuperueniente dubio de poteſtate ſuperioris, illum ſua poſſeſſione priuare non poteſt, ſed tenetur parere.

Verùm hæc moderatio ſeu ſuppoſitio Sanch. 14.
de poſſeſſione legitima principis aliã quæſtionem ſeu caſum fingit, de quo non loquuntur Authores: nam quæſtio illorum non eſt de iure, quod ex ratione poſſeſſionis proficiſcitur, ſed ex dubia authoritate ſeu iuriſdictione cum primum electus, vel confirmatus ſua vti poteſtate præſumpta contendit, de qua variæ opiniones circumferuntur. Et ſane in hoc ſenſu caſum procedere manifeſte colligo ex Say-

ro qui lib. 1. in clau. reg. cap. 12. num. 4. ad
finem ſequutus opinionem Vaſq. reddit di-
uerſam rationem: cur in dubio an res ſit licita,
teneatur obedire ſubditus, non tamen quan-
do de legitima authoritate præcipientis dubi-
tatur: quoniam in primo caſu ſuperior habet
ius præcipiendi, & ſubditi poſſidet liberta-
tem; at in 2. illud ius certum non habet &
ſubditus ſuam poſſidet libertatem. quod ne-
ceſſario intelligendum eſt, eo caſu in quo an-
te poſſeſſionem legitimam de iure, & authu-
ritate præcipientis controuertitur Quare ita
Sanch. opinionem teneo, vt illam ſententiæ
Vaſques nullo modo exiſtimem in hoc pun-
cto aduerſari: Non enim loquitur de dubio
orto poſt pacificam ſuperioris poſſeſſionem,
qua profectò ſpoliari non poteſt, antequam
oppoſitum certò cunſtiterit; ſed abſtrahit à
iure poſſeſſionis, & de dubia authoritate, ſeu
iuriſdictione principis non bene electi ſeu
confirmati diſceptat.

Sed quid ſi duo principes ſeu prælati
15. electi ſint, & vnuſquiſque ſuam electionem
legitimam eſſe contenderit, & conſtitutiones
ediderit, cui parendum? alterutetne obligare
an neuter. quæſtio eſt in lib 1 tit. 5. de poſtula-
tione prælatorum diſcutienda quam alii etiam
authores explicant lib. 5. tit. 8. de ſchiſmaticis
&c. Interim videatur Oldrad. conſil. 25. Ad
quæſtinnem, & 23. vbi difficultatem late ediſ-
ſerit: & poſt varia iura pro vtraque parte al-
legata ſtatuit, actus eorum principum etiam-
ſi valorem, & vigorem à principio habere cę-
perint, non tamen quoad ſubitos effectum ſor-
tiri, antequam lis illa dirimatur, & certa ſit
ritè electi iuriſdictio, ac libertatis ſubdito-
rum poſſeſſio, quia incertitudo vitiat diſpo-
ſitionem, vel ſaltem illius effectum ſuſpendit;
16. & probat argumento l. iure noſtro §. finali, ff.
de teſtam. tutel. ibi *euentus iudicatæ rei de-
clarabit*. Et l. quædam, ff. de rebus dubiis
l. rem non nouam C. de iudic. eſt ergo iuxta
Oldrad. conſil. 23. quem ſequitur Tuſch.
lit. I. concluſ. 65. numero 15. effectus con-
ceſſionis ſeu conſtitutionis factæ ab altero
ex his principibus in ſe certus, ſed propter
facti quæſtionem nobis ſit incertus ad exem-
plum l. ſi reſtituatur, §. vltimo, ff. de iudiciis
l. cum ad præſens & l. ſequens, ff. de rebus
credit. & l. quamdiu præfecti Codice. qui
admitt. ad honor. poſſ poſſ. quamdiu igitur
pendet controuerſia de iure conſtituentis,
ex cuius euentu apparere debet an con-
ſtitutio valida fuerit vel non, habent ſub-
diti iuſtam cauſam non admittendi tale ſta-
tutum.

In aliquibus euentis ſuperior doctrina limitatur & declaratur.

SECT. V.

ETiamſi præcedens doctrina dicens ſubdi-
tos in dubio teneri principis conſtitutio-
ni obedire, regulariter, ac generaliter vera
ſit, diuerſimode tamen à citatis Authoribus
ſolet limitari. Felin. cap. quæ in Eccleſiarum
A de conſtit. n. 61. & ſeq. ſex limitationes ad-
ducit: priores quinque recipit, ſextam ex-
cludit: alij plures alii pauciores admittunt, ex 1.
quibus neceſſarias tantum & in praxi vtiles
adnotabo. Prima igitur limitatio ſit; quando
ſubditus certus eſt principem dubitare an
aliquid licitum ſit, vel an excedat limites
ſuæ poteſtatis, & tamen eo dubio non depo-
ſito, temerè aliquid conſtitutione præcipere,
tunc non teneretur obedire; immò neque
poſſet, ſi ipſe etiam in eodem dubio perſiſtati
ita exponi debet Sanch. lib. 6. decalogi cap.
3. numero 21. vt eius ratio efficax ſit, ni-
mirum quia præcipua cauſa, ob quam in du-
bio tenetur ſubditus obedire eſt, quia prin-
B cepsperit ſibi debitam obedientiam & ſua pręç-
cipiendi quod licitum ſibi videtur, poſſeſſione
ſpoliari non debet; ſed hæc ratio nihil valet,
ſi intelligamus principis dubium excludere
omnem aſſenſum probabilem de honeſtate rei;
imo & dictamen prudentiale practicum de ſua
poteſtate, & iuriſdictione ad id ſtatuendum;
ergo ſolum rectè procedit ratio, quando
princeps dubium iudicio practio prudenter
elicito depoſuit. Minor & conſequentia pro-
batur, quia poſito hoc iudicio, quamuis ex
parte intellectus ſpeculantis rei veritatem ali-
quod dubium ſpeculatiuum in mente ſupe-
rioris, & partis oppoſitæ formido ſupereſ-
ſet & de hoc dubio certus eſſet ſubditus, ad-
huc teneretur obedire: nam adhuc poſſeſſio
præcipientis præualebit, ne in publico regi-
mine confuſio, & tumultuaria perturbatio
C rempublicam circumueniat. Etenim cum ple-
raque negotia contingant, quæ maniſeſta &
euidentia non ſint, & moraliter certus eſſe
poteſt ſubditus, principem illorum euiden-
tiam non habere; facile in his omnibus im-
peratis reſiſtere poſſet impunè & licitè; niſi
ſufficeret probabile imperantis iudicium pra-
cticum ad conſtitutionem validam promul-
gandam; & proculdubio ita hanc limitatio-
nem admittunt Petrus Ledeſ. tom. 2. ſumm.
tract. 3. cap. 13. concluſ. Banh. 2. 2. quæſt.
40. artic. 1. dub. 6. concluſ. 3. Salas 1. 2. tract.
8. diſp. vnica ſect. 16. numero 275. ſequutus
Emanuel in ſum. cap. 126. num. 5. Quando
verò D. Auguſt relatus in cap. quid culpa-
tur 23. quæſt. 1. aſſerit, *iniquitatem præcipien-
tis in præcepto imponendo non impedire ſub-
diti obligationem*, explicari debet cum Tur-
recrem. ibid. numero 3. quando imperantis
iniquitas ex parte modi oritur, vt ſi ex paſ-
D ſione, aut ex vindicta quidquam alioqui li- 2.
citum ſtatuiſſet.

Sed quid ſi ſubditus de principis dubio
certus eſſet, ipſe vero ſubditus exiſtimaret
nullum eſſe dubii fundamentum, ſed rem
præceptam eſſe licitam. Reſpondet Sanch.
citat. numero 51. ſubditum in eo caſu te-
neri prælato præcipienti obedire, quia in
ea re quæ præcipitur, debita eſt obedien-
tia ſuperiori, etiamſi ex erronea conſcientia
ſuperior debitam ſibi non exiſtimet: ſicuti ſi
quis credat rem ab altero poſſeſſam non eſſe
ſuam, & malè petat ſibi eam reddi tamquam
ſuam; ille qui certo ſcit eſſe petentis, ſane il-
lam reddere tenetur; ergo ſimiliter licet

princeps conſtituens aliquid, de quo dubitat eſſe illicitum, ſi e contra licitum eſſe ſubditus certo ſciat, illi parere tenetur, opponit ſibi quod lib. 2. de matrim. diſp. 41. num. 56. dixerat; ſi alter coniux dubitet de valore matrimonii & cum eo dubio petat alteri non dubitanti debitum, alter poteſt, ſed non tenetur reddere; non tenetur, quia ille ius petendi non habet, quia dubius petit & reddere poteſt, quia ipſe non dubitat & eſt in poſſeſſione, neque alteri tenetur credere: ergo ſimiliter ſubditus poterit obedire, quia videt rem præceptam eſſe licitam; & non tenetur, quia princeps ius non habet præcipiendi in eo dubio. Reſpondet etiamſi coniux ille, à qoo petitur, non dubitet; tamen certus non eſt de valore matrimonii, & ideo B non tenetur reddere: ſi enim certus eſſe ſupponatur, tunc eodem modo ait teneri debitum reddere coniugi dubitanti.

Exiſtimo tamen in eo euentu adhuc non
3. teneri ſubditum obedire: ratio eſt quia eſſe rem iuſtam & poſſe licite fieri à ſubdito non dat principi ius præcipiendi, quod ipſe vt iuſtum & communitati bonum non iudicat: ſi enim lex rationis eſt ordinatio in commune bonum, non vt tale intenditur, quod honeſtum non iudicatur. Immo ex eo ſubditus rectè colligeret non fuiſſe in principe intentionem illum obligandi, quod ſciat præcipere, id nullo præcedente iudicio practico, & prudentiali dictamine de honeſtate actus præcepti: nemo enim intendit actu efficaci, & abſoluto impoſſibile & tamquam Chymera apprehenderetur lex verè obligans ad illicitum. Denique quo iure præciperet, qui ſecundùm ſuam apprehenſionem contrà ipſum C ius ſibi datum licita tantum præcipiendi de re vt ipſe putat, illicitam conſtitutionem conderet? Iam vero exemplum quod Sanchez pro ſe adducit, non vrget; alterum quod ſibi opponit meo iudicio rem conuincit. Primum oſtendo: nam qui rem alienam poſſidet, domino illam reddere tenetur, ſiue ille id ſciat & petat, ſiue non; dummodò inuitus præſumatur: quando igitur aliquis petit rem, quam putat ſuam non eſſe, ex vi iuris putatioi & ex vi ſuæ petitionis illi non debetur, ſed quia alioqui malæ fidei poſſeſſor rem domino reddere obligatur. At ſubditus ideo tenetur rem præceptam facere, quia ex vi & iure præcipientis parere obligatur, non verò ex honeſtate rei tantummodò ſecundum ſe. D Vnde res aliena etiam non petita debetur: at res licita non præcepta verò præcipientis, iure non eſt debita 2. probo; quando coniux non dubitat de valore matrimonii, de illo moraliter certus eſt. Et illa eſt certitudo moralis à prudentibus iudicata, quando ita de aliquo euentu certus ſim, vt nulla ſit dubitandi ratio; ergo non rectè diſtinguitur, ad hoc vt coniux teneatur, vel non teneatur debitum reddere, inter non dubitare, & certum eſſe: quamobrem ille coniux qui in eo dubio rationabili conſtitutus eſt, antequam illud deponat, non habet ius petendi & certitudo alterius coniugis non addit ius dubitanti, quia ipſe cum ex conſcientia erronea ſeu dubia petendi iure defraudetur, eſſe à parte rei matrimonium validum non confert ius coniugi in eo dubio perſeuetanti. Immo neque reddere poteſt coniux certus de matrimonii valore, niſi alterum prius inſtruat, vt dubium deponat; & ſuæ certitudinis cauſam aperiat, ne petenti cooperetur in peccato ex erronea conſcientia committendo; quod ſi facere nequeat antequam proximum timeat probabile maioris peccati periculum, tunc poterit reddere, quia ex parte ſua non peccat certus de matrimonii valore, & alterius coniugis peccatum maius euitat, & minus ex erronea conſcientia de ſimplici fornicatione permittit.

2. Limitatio eſt vt prædicta cauſa intel-
ligatur quando ſubditus non potuit peritos 4.
conſulere, & certior reddi de iniuſtitia ſeu honeſtate conſtitutionis. Nam ſi commodè poteſt, antequam conſtitutioni obediat, aliquam diligentiam facere tenetur, vt prudentiale dictamen practicum eliciat, dubiumque deponat, & à culpa excuſetur ſi forte rem illicitam obediendo præſtet: ita Hoſtienſis in ſumm. tit. de pœnit. §. quid de rapina Alexand. de Neuo cap. ſicut 3. numero 98. de iuram. Roſell. verb. bellum num. 4. Angel. eod. verb. num. 8. & verb. obedientiam num. 6. Syluester verb. bellum 1. quæſt. 9. concluſ. 3. & verb. obedientia quæſt. 2. Probatur quia probabiliter dubitans an res quam poſſidet, ſit ſua, tenetur facere aliquam diligentiam, vt dubium deponat & bona fide rem retineat: ſimiliter qui de valore matrimonii grauiter dubitat. Illam limitationem potius conſilium continere exiſtimo quam præciſam ſubditi obligationem, niſi talis eſſet principis licentia & impietas vt ex prauis illius moribus ſine temeritate illum illicita præcipere ſubditus ſuſpicaretur; quæ ſuſpicio coniuncta cum dubio de honeſtate rei præceptæ, ad illam diligentiam faciendam ſubditum obligaret, quia mala principis opinio minus ſecuram reddit ſubditi operationem & præcipientis poſſeſſioni oppoſitam præſumptionem conciliat. Abſolutè tamen loquendo talis limitatio neceſſaria non eſt. Ita D. Thom quæſt. 17. de verit. artic. 5. ad 4. vbi ait *ſubditus non habet iudicare de præcepto prælati: ſed de impletione quæ ad ipſum ſpectat*. Item Gabr. in 4 diſt 15. q. 4. artic. 2. concluſ. 4. Valent. par 3. diſp. 7. quæſt. 3. punct. 2. corol. 2. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtitut. cap. 3. in alia editione cap. 2. dub. 12. numero 261. & 266. Sanch. vbi ſupra num. 19. Exempla verò quæ pro parte oppoſita afferuntur, non ſunt ſimilia: quia poſſidentis cum dubio intereſt examinare an res quam poſſidet, aliena ſit, & ſimiliter ad coniugem dubitantem ſpectat dubium de matrimonii valore expendere: Ad ſubditum verò non pertinet principis præceptum inueſtigare licitum ne ſit an illicitum; ſed hoc à principe factum ſupponere. Vnde cæca obedientia in religioſis viris ſemper in maxima commendatione fuit. Vide Hier. epiſt. 4. ad Ruſt. cap. 7. Baſil. in conſtitution. monaſtic. cap. 23. Caſſianum collat. 2. cap. 2.

Gregor. in 1. reg. lib. 2. cap 4. *Neſcit enim* inquit, *iudicare quiſquis perfectè didicerit obedire*

Addunt Hoſtien. Innoc. Ioann. Andr. Abb. Ant. Alex. de Neuo, Baldus, Gabriel, Caiet. Toled. Nauarr & alij quos ſequitur Sanch. lib. 6. decalogi cap 3. num. 5. quando ſubditus obtemperat in re dubia, non oportere, vt intelligat illam eſſe bonam, & contentam intra limites poteſtatis præcipientis: ſed ſatis euidenter non conſtare eſſe malam. Quod vt verum exiſtimetur, duo ſunt diligenter aduertenda: 1. euidentiam de qua loquuntur hi authores, quo eo verbo aut ſimili vtuntur, non eſſe rigoroſam, qualem habemus tantummodo de principiis per ſe notis. V. G omne totum eſt maius ſua parte; & de concluſionibus ſcientificis: ſed ſermo eſt de morali euidentia, quæ cum cognitione opinatiua ſtare poteſt, & de ſe obſcura ſeu ineuidenti; qualis eſt illa concluſio, quæ rationibus maximè probabilibus nititur, & communi DD. conſenſu approbatur: quare non video rationem ob quam Sanchez citatus hanc euidentiæ declarationem à Valentia ſupra citato corol 1. traditam reſpuat videlicet non ex peculiari paſſione, ſed prudentium & peritorum iudicio ſubditum moneri debere, vt aliquid manifeſte illicitum à ſuperiori præceptum arbitretur. 2 eſt quando dicitur non oportere vt res præcepta bona exiſtimetur, & intra limites poteſtatis præcipientis contenta, accipiendam eſſe rem ſecundùm ſe non vt ſtat ſub præcepto; quia ſatis eſt quod ſecundum ſe illa res non putetur illicita; ſi enim accipiatur vt præcepta eſt, neceſſario cognoſci debet vt honeſta; &, ſi certo non cognoſcitur extra limites eſſe poteſtatis præcipientis, obligatoria neceſſario repræſentabitur. Nam eo ipſo quod res non cognoſcitur mala, ex eo quod præcepta ſit, rationem induit honeſtatis obſeruantiæ; & vt bona à ſubdito eſt iudicanda. Deinde quando non apprehenditur extra limites poteſtatis, intra illos intelligitur contineri, & vt obligatoria proponitur.

6. Tertia limitatio niſi in eo dubio ex conſtitutionis, ſeu præcepti exequutione magnum futurum ſcandalum, ſeu turbatio Chriſtianitatis, vel grauiſſimum peccatum timeretur, ita Felin in cap. Quæ Eccleſiarum numero 64. de conſtitut. cum Abb. in cap ſi quando de reſcript. Imol in cap. quanto de conſuetudine Ludouic. Roman. conſil. 483. num. 14. colum. 5. Oldrad. conſil. 287. & ab aliis magiſ ampliatur limitatio, videlicet vt procedat etiam quando propriæ perſonæ, vel alterius graue detrimentum probabiliter timeretur. in bonis corporis, famæ, vel honoris, ſic Medina 1. 2. quæſt. 19 artic. 6 Arag 2. 2. quæſt. 69. artic. 2. Banb. ibid. par. 1. dub. 2. Cordub. in quæſt. lib 3 quæſtione 8. colum. 5. Sal. 12. tract. 8 diſp. vnic ſect. 17. numero 155. & ſect. 18 num. 169 Sanch. vbi ſupra num. 24. Henric lib. 14. de irregul cap. 3. num. 1. in Comment lit. X. Leſſius lib 2. de iuſt. cap. 41. dub 6 Iapia Auth. ingreſſi verb. ipſo ingreſſu cap. 1. num. 49. Cod de Sacroſanct. Eccleſ. Sayr. in Clau. lib. 1. cap. 13. num 41. Lopez 1. par. inſtruct. cap. 56. Emanuel. tom. 2. in ſumm. cap. 9. num. 3. & tom. 2 quæſt. 19. regularium artic. 4. Ponit exemplum Felyn. cum aliis Canoniſtis, vt ſi ſummus Pontifex ſine manifeſta cauſa, ſiue per aliquam diſpoſitionem vniuerſam Eccleſiæ ſtatum vellet immutare: magis vulgare in praxi eſt aliud à Theologis adductum; vt ſi princeps iuberet, vt proprium vel alienum crimen occultum in publico iudicio proderetur, vel ſi iudex id interrogaret in dubio an iuſtè ſeu iuridicè facerent, tunc in eam partem inclinandum, in qua minus damni, & periculi foret. Vnde in prædicto caſu ſubditum non teneri obedire prædicti Authores fatentur, quia damnum ſubſequens in eo dubio præponderat ſuperioris Iuri: Præſertim quia in dubio fauendum eſt reo, & ei potius de cuius damno agitur Et quamuis ſuperior ſubditi libertatem poſſideat, non intelligitur in eo caſu in quo illum probabili periculo, grauique damno exponit contra poſſeſſionem ſubditi, quam habet vt ſe a periculis abducat, quando ſibi de principis iure in præceptione non conſtat.

Quarta Limitatio eſt, quando dubium eſt de facto, & ſuperior qui non poteſt diſpenſare, iubeat ſubditum contra illud operari. 7.
Verbi Gratia, ſi qui dubitat an commiſerit homicidium, & in irregularitatem inciderit, iubeatur celebrare; non tenetur, neque poteſt præcipienti parere qui diſpenſandi poteſtatem non habet. Ita Sanch. vbi ſupra num. 12. Vaſquez 1. 2. diſp. 66. cap. 1. & vltimo num. 50. Sayr. in Clau lib. 1. cap. 13 num 3. Ratio eſt quia in dubiis tutior pars eſt eligenda; quæ regula expreſſè traditur in cap. ad audientiam, & obſeruatur in cap. ſignificaſti, 1. & 2. de homicid & cap Iuuenis de ſponſa. lib. & quamuis Vaſq. dixerit tenendum & obſeruandam hanc regulam in omnibus dubiis facti, præter quam in materia iuſtitiæ, idemque teneat Azor. tom. 1. lib. 2. cap. 2. cap 19 quæſt. 10. dicens, *ſiue quis dubitet de facto. cuius gratia irregularitatem, excommunicationem, ſuſpenſionem, vel interdictum incurrent, ſe vt irregularem, vel cenſuratum gerere, & ab altaris miniſterio abſtinere debere* Melius tamen Suarius tom 5. in tertiam par diſp. 40. ſect. 1. num. 8. cum Nauarr. in cap ſi quis de pœnit. diſt 7. num. 8.
41 Silueſt. verb ieiunium num. 27. Soto lib. 7. de iuſtit quæſt 3. artic. 2 quos ſequitur Salas 1 2 tract 8. diſp. vnica, ſect. 19 num 173. & alii recentiores aſſerunt illam regulam non habere vim præcepti, ſeu legis, niſi in caſibus à iure expreſſis Verbi Gratia, in irregularitate de qua vltra text. citatos & DD. ibidem ita ſtatuunt Couar. Clem. ſi furioſus de homicid Nauarr citatus à numero 31. Vgolin. Tabul 1. de cenſur. cap. 14 numero 12. Anton. Peres, cent 10. Schol n. 131. & alii quam plures: hoc vero admittendum non eſſe tanquam præceptum in aliis à iure non expreſſis: nam in illis habet regula rationem conſilii, non præcepti. Vnde quando illam aſſumpſit Pontifex in textibus citatis, ne credas illam vſurpaſſe tanquam principium

neceſſarium, & veluti naturale ius ad vitandam culpam in eo dubio incurrendam, ſi aliquando partem quis tutiorem non ſequeretur: Nam ſatis fuit quod Pontifex id dictamen prudentiale in omnibus materiis habens rationem conſilii, in irregularitate ad ius poſitiuum traduceret: quamuis ergo in dubio facti in materia irregularitatis non teneretur, neque poſſet ſubditus parere prælato qui in ea diſpenſare non valet, in aliis dubiis V. G. de voto, de die feſto & ſimilibus, quæ in iure ſpecialiter non exprimuntur, & poteſt, & tenetur obedire. Et ratio eſt quia ſubditus in his non obligatur ex alio ſuperiori iure partem ſequi tutiorem, ſed ſufficit tutam amplecti, præſertim quia ſæpe tutior pars eſt minus probabilis, vt in dubio voti apparet: tutius enim eſt illud adimplere, probabilius tamen dubitantem non obligari.

Obiicies illam regulam etiam in materia irregularitatis procedere in foro conſcientiæ, non in foro exteriori: ergo ſi à prælato ſubditus iuberetur ne in exteriori foro vt irregularem ſe gereret, adhuc obligaretur parere: antecedens à multis traditur in cap. ad audientiam de homicid. Cardinal. Ioan. Andr. Hoſtien. Auan. Soccin. Felini Gloſſ. in cap. vnic. de ſeruit. in ord. facien. Angel. verb. *dubium*, num. 6. Silueſt. eod. verb. quæſt. 4. Negandum tamen eſt antecedens cum Nauarr. Couar, Vaſq. Azor. locis citatis, Salas. num. 171. Henriq. lib. 14. cap. 3. §. 4. Sayr. in clau. lib. 1. cap. 15. num. 23. & ſeq. Suadetur 1. quandu ius ex præſumptione non procedit, vnum ſutum ab alio non diſcrepat: argumento cap. vt animarum de conſtitut. in 6. cap vnico de iure iurand. c. 1. de ſepultur. in 6. 2. quia cap. ad audientiam, verba Pontificis non diriguntur ad irregularem, ſed ad prælatum ſeu Iudicem, ibi *Vos conuenit iniungere presbytero memorato vt in ſacris ordinibus non miniſtret*. Et ad externum forum deductam fuiſſe cauſam oſtendit initium capitis. *Ad audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit*, & caput vero *ſignificaſti* 2 in conſultatione de interno foro, in reſponſione. Ad externum etiam videtur extendi: de interno ea procedunt verba, *Cum de cæteris credendum ſit ipſi, qui non accuſatur, vel denuntiatur ab aliquo, ſed per ipſum conſilium appetit ſalutare.* ad externum illa referuntur, *In hoc dubio tanquam homicida debet haberi ſacerdos*. Sed de huc latius vide Suar. citatum num. 11. & Nauarr. in cap. ſi quis autem de pœnit. diſt. 7. num. 36.

9. Quintam limitationem ponit Felin. in cap. quæ in eccleſiarum de conſtit. num. 61. Vt non teneatur in dubio ſubditus principi parere. In his. ad quæ alioqui princeps de iure naturæ obligatur, & in ſubditi damnum principis vero vtilitatem obedientia conuertitur. V. G. ſi princeps ex contractu obligetur: Nam alioqui facile poſſet princeps ſe ab omni contractus obligatione liberare; quod non modo ſecundum Felin. ſed etiam Abb. in cap. quæ in eccleſiarum, citatum num. 15. eſt contra leg. Cæſar. ff. de public. & vectig. concinitque cap 1. de probation. Vnde inferunt

A non poſſe principem ſine cauſæ cognitione Vaſſallo fœudum eripere: quia in fœudo quidam contractus interuenit, ex quo vltro citroque naſcitur obligatio, vt patet ex cap de forma 22. quæſt 5. cum l. liber homo, ff. de verb. oblig præterquam quod fœudi naturam ita poſtulare ſtatuit cap. vnicum de fœud. ſine culp. non amitten. & Bald. in l. qui ſe patris col. 10. C. vnde lib. & item gloſſ. cum eod. Bald. in c. 1 §. notandum qui fœud. dari poſſ. Ne igitur ſe facile onere hoc princeps exoluat in hac materia, non tenetur ſubditus cum ſuo tantum damno, vel alterius, obedire vt in 3. limitatione dictum eſt.

B

Exponuntur textus de cauſa materiali legis ſeu conſtitutionis.

COMMENTATIO IV.

COnſtitutonis materiam aſſignans Daniel Venatorius in Analyſi Methodica iuris Pontificij ſub noſtro tit. aſſerit illam eſſe perſonas, res, & iudicia: perſonarum vero ordines tres numerat, quidam enim in minoribus, alteri in maioribus conſtituti ſunt ordinibus, tertii ad ſupremum dignitatis gradum euecti: & hi partim ſæculares, partim regulares cenſentur. Res in triplici etiam genere collocat: aut enim ſunt diuinæ, aut Eccleſiaſticæ, aut humanæ. Iudicia verò tum ciuilia, tum criminalia dicuntur. Verùm hæc materia non ad conſtitutionem in communi ſumptam (qua C ratione illam nunc conſideramus) ſed ad eamdem in varios titulos diuiſam & ad particulares conſtitutiones contractam ſpectat. Abſtractius igitur, & vniuerſalius conſtitutionis materialem cauſam explicaturi, 3. & 4. caput huius tituli in primo Decretalium; item 5. 6. & 9. decreti diſtinctionem interpretabimur: per quæ vera nobis aperitur via ad agnoſcendas conſtitutionis conditiones quaſi materiales; quales ſunt mutabilitas, vel immutabilitas; extenſio ſeu reſtrictio, ſcriptio, & promulgatio.

In cap. 3. Tranſlato.

NOTATIO I

SVmma textus per Abb. Bald. Felin. Decium, Alex. de Neuo Ant. Butr. Mantuan. *Cap. 1. Tranſlato, de Conſtit. I.* D & reliquos communiter hæc eſt: quod de vno connexorum conſtituitur, ad aliud connexum extenditur. Addit Bald. abolito titulo regis, aboletur vigor, & titulus ſuæ legiſ. Sumitur hoc caput ex D. Auguſt. Apoſtoli Pauli ad Hebræos 7. num. 12. verba exponente; quæ quidem formalia apud Auguſt. non reperi. Et licet referantur à Gloſſa ordinaria ad locum Pauli citatum; ibidem nulli certo attribuuntur authori: oſtendunt tamen ex connexione legis veteris cum Leuitico ſacerdotio huius abrogatione, ſeu mutatione in Chriſtianum, aut in legem Euangelicam commutatam, illam neceſſario fuiſſe antiquatam; Nam vt opportunè arguit Chryſoſtom. in eod. loco. *Si neceſſe*

Digitized by Google

ceſſe eſt, vt ſit alius Sacerdos, vel potius aliud Sacerdotium, aliam quoque legem eſſe neceſſe eſt. Et vt Ambroſius Naymo & Primarius docent ibidem, *neque Sacerdos poteſt ſine teſtamento eſſe, & ſine lege, & ſine præceptis: non enim peribit lex à Sacerdote,* vt Hieremias 18. num. 18. ſcripſit & Malach. 2. n. 7. *Labia Sacerdotis custodiunt ſcientiam & legem requirent de ore eius.* Probat Diu. Thom lect. 3. in cap. 7. ad Hebræos, quia mutato fine neceſſe eſt, quod mutentur ea quæ ſunt ad finem: ſed lex vetus diuina ordinata eſt ad regimen diuinum, quod per Sacerdotium deſignabatur: ergo mutato Sacerdotii regimine, legem mutari neceſſe eſt. Ideo enim ait dixiſſe Philoſophum in politicis, *mutata conuerſatione humana neceſſe erat mutari legem*, quia omnis lex ad humanæ conuerſationis regimen ordinatur. Aliam rationem attingit noſter textus, nimirum quia tam Sacerdotium vetus, quam legis cæremonialia præcepta à Deo data ſunt ſub promiſſione, & typo Sacerdotii Chriſti, & legis Euangelicæ: ergo ſicut Sacerdotium Leuiticum à Chriſti Sacerdotio quaſi vmbra à luce diſparuit, ita lex vetus ſub obſcuræ nubis caligine data in Euangelicæ legis tranſit ſplendorem, quam rationem diſp. 1. quæſt. 4. ſect. 8. late proſequuti ſumus.

a. In primo huius canonis notabili iuxta Felin. poſt. Bald. legis mutatio cum mutatione principis occurrit: & antequam videas illius concordiam, & declarationem cum ciuili iure, aduerte primam materialis cauſę conditionem in conſtitutione ac lege conſiderandam, nempe mutationem: quantum enim potentiæ paſſiuæ res habet, tantum particeps eſt mutationis. Vnde quia Deus actus eſt puriſſimus nihilque potentiæ admittit, ita immutabilis dicitur, vt nulla viciſſitudinis obumbratio ad illum accedat. Et quia materia à Philoſophis pura potentia creditur; primum totius tranſmutationis ſubiectum eſt: nam principium mutabilitatis eſt potentialitas, vt bene notauit Chriſtoph. Æguid. 2. tract. 8. cap. 5. num 5. cum D. Tho. 1. part. quæſt. 9. artic. 1. Cæterum lex tunc per principis amotionem abrogatur, quando ille tyrannus fuiſſet, eiuſque decreta impia, tanquam veræ ſanctiones promulgatentur; ideo enim cum authore pereunt, quia ſolius tyrannidis coactione nitebantur iuxta l. 16. decernimus C. de Epiſc. & Cleric. & cap. fraternitatis de hæreticis. Nam leges alioqui iuſtæ aliquando damnato authore retinentur, & poſſunt allegari, vt in cap. vt inquiſitionis de hæret. in 6. cap. turbat. cap. qui de menſa cap. ſi quid veri 37. diſtinct & aliis cum Cardinal & Abbat. citatis à Felin. hic num. 1. Verum commodius exemplum Bald. adducit de legib. Longobard. quæ licet ſuo tempore iuſtæ fuerint; quia illorum regnum iam eſt abolitum, cum ipſorum regimine leges etiam exuluerunt, quod repetit idem Doctor in l. ſi in vna, Cod. de nupt. & in auth. hos data C. de dot. ante nupt. Aliud addo; ſi ciuitas vel Caſtrum ab aliquo regno ſeparetur, & alteri adiungatur; huius cui denuo accedit legibus tenetur obedi-

A re etiam antea factis, non verò legibus illius, à quo ſeparatum eſt. Ita ſtatuit Ioann. Andr. in ſpeculo ad rubr. de tregua & pace q. vltima. Bartol. in l. ſi conuenerit §. ſi nuda, ff. de pignorit. actione. Et in tract. de Iulia quæſt. quæ incipit *quæro an leges*, Bald. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinitat. num. 14. & ſeq. col. 2. & in l. 1. §. hæredes ff. ad l. falcid. in l etiam C. de iure doral. in l quicquid C. de aduocat. diuerſ. Iudic. Innoc. in cap. paſtoralis de priuileg. gloſſ. & DD. in cap. 1. ne ſede vacan. & in cap. recolentes de ſtat. Monachſ. cum multis textibus à Bartol Bald. & Ioann. Andr. adduct.

2. Quod ex hoc textu eruitur, in intentione B 1. iuxta figurationem caſus, quam tenet Abb. & Alex. de Neuo hic cum gloſſ. verb. *tranſlato* in 1 figuratione, eſt, conſtitutionem ex ſimilitudine rationis, ſeu negotii connexione recipere extrinſecam interpretationem. In qua alia conditio ex parte materię ex hoc textu deducitur, nempe conſtitutionis extenſio. Nam extenſio propriè pertinet ad quantitatẽ quæ vel eſt materiæ coæua, vel illam ſemper ſuapte natura comitatur, veluti proprietas illius ad contactum Phyſicum omnino præerequiſita occaſione hac de extenſione ſtatuti hoc loco diſputant Pontificii iuris Doctores. Quod verò connexorum vna ſit ratio, & propoſitio cõcordat ciuile ius, vt notauit Bald hic n. 2. in l. 13. ſi ita ſcriptum ſit §. regula, ff. de liber. & poſthum. l. 1. ſi libellum C. de diuerſis reſcrip- C tis, & l. 1 tit. 33 part. 7. vbi gloſſa vltima plures alios refert textus. Idem ſit iudicium de acceſſorio & principali iuxta l. 19. ſed addes § ſi quis mulierẽ, ff. locati cum multis aliis, quæ videri poſſunt in gloſſ. ad regul *Acceſſorium*, de regul. iur. in 6. & l. 138. cum principalis, ff. eod. tit. Item de principali & augmento per l. 26. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pactis dotal. Et cum aliquid prorogatur iuxta l. 5. ſed ſi manente ff. de precario. Denique quod transfertur aſſumit naturam eius in quod transfertur l. 1. C de imponenda lucrat. deſcriptione.

Vt tamen duo dicantur connexa non ſufficit ſecundum Alex. de Neuo hic num. 16. quod eodem tempore fiant; nam noſter textus ttia dicit de legẽ & Sacerdotio; & ſimul data, & ab eodem, & deniq; ſub eadem ſponſione. Vnde Bartol. in l. Aurelius §. 1. item quæſiit, ff. de liber. legata; ait, vt aliqua ſint connexa, duo concurrere oportere. 1. vt eodem tempo- D re interueniant ſeu incontinenti vnum poſt aliud: 2. & vnum negotium dependeat ab alio, & vnum ſine alio nequeat determinari iuxta cap. 1. & cap. tuam de ordin. cognitionum l. 1. & 2. Cod. de ordinand. iudic. & l. 10. nulli, Cod. de iudiciis cum aliis ibidem citatis. Sed primum non eſſe ſemper neceſſarium oſtendemus in ſequenti diſputat. quæſtione ſecunda, ſect. 5. Poſſunt etiam aliqua duo connexa eſſe in aliquo tertio; quæ quidem quamuis neque eodem tempore fiant, neque vnum ab altero dependeat, ſed vtrumque æque principale & in ſe perfectum ſit, quia tamen in ſimili ratione connectuntur, vel æquiparantur in iure, quod de vno diſponitur, de altero ſimiliter

diſpoſitum cenſetur, vt trad. Bartol. in l. ſi quis ſeruus Cod. de furt. & in l. ſi conſtante quæſtione 7. ff. ſolut. matrim. in l. vt tantum § 1. ff. de ſeru. corrupt. in l. Marcellus in princip. ff. ad Trebell. & in l. 2. ad fin. ff. de legat. 1. & gloſſ. in l. quod verò contra, ff. de legib. Denique ex l. 13. nam vt ait, ff. eodem tit. cum aliis à gloſſ. ibidem adductis.

Ex hoc capite deduxit Anton. de Butr. Bern. Compoſtell. & alii quos poſtea ſequuti ſunt Nauarr. de Iubileo & Indulg. notab. 23. num. 11. Viuianus in rationali iuris ad hunc textum; Poteſtatem condendi, & mutandi leges eſſe penes Chriſti Vicarium, ſed licet hoc corollarium aliàs ſit veriſſimum, non video quomodo ex hoc textu niſi remotiſſimè colligatur. Ideo aliis merito diſplicuit hæc deductio, nempe Abbati quem ſequuntur Alex. de Neuo hic num. 2. & Mantuan. n. 10. Nam ſiue figuratur caſus noſtri cap. 1. modo à Gloſſ. explicato, videlicet propoſitum fuiſſe Gregorio an conſtitutio deberet in propriis terminis tantum contineri, an ad alios caſus extendi; & Pontificem reſpondiſſe verbis Apoſtoli, &, vt aiunt, Auguſtini, concedo ad ſimilia, ſeu connexa, extenſionem: ſiue 2. modo caſus figuretur, nempe Iudæos ad Chriſti fidem conuerſos adhuc præcepta cæremonialia obſeruare voluiſſe; Ideoque B. Gregorium reſpondiſſe id minimè licere, quia vetus lex cum Sacerdotio fuit antiquata, & in meliorem tranſlata. Quouis modo ex his textus explicetur, non de condenda lege à Vicario Chriſti, ſed de veteri abolenda tum Paulus, tum Auguſtinus loquuntur; ergo extra Chorum pſallit qui illam veritatem ex hoc textu deducit. Immo nullo modo dici poteſt tranſlatum Sacerdotium cum lege in ſummum Pontificem à Chriſto ſicut à Moyſe vel Aaron in Chriſtum traductum fertur; quia illa tranſmutatio facta fuit cum prioris Sacerdotii abrogatione: At Chriſtus ita ſuam poteſtatem in Petrum & ſucceſſores tranſmiſit, vt ille adhuc ſummus Sacerdos ſit, & ſummi Pontifices eius Vicarii æſtimentur. Neque ſufficit reſponſio Nauarr. citati num. 15. Verbum *transferre* apud Iuriſconſultos aliquando eſſe idem atque *concedere*, vt in l. 1. ff. de offic. præfect. patet & alibi ſæpe. Nam in noſtro textu verbum *transfert*, eam non habet ſignificationem, vt patet ex fonte vnde deſumptum eſt: Etenim in cap. 7. ad Hebræos verbo *translato* in græco reſpondet μεταθέσεως à verbo μετατίθημι quod ſignificat transferre, tranſponere, ſententiam mutare, reuocare ſeu retractare; neque vllo modo ſumitur pro concedere. Vnde Nauarri expoſitio locum non habet in noſtro textu, in quo Pontifex verbum *transfero* in ea ſignificatione accepit, in qua à D. Paulo fuerat vſurpatum, nam aliàs ſacræ paginæ ſenſum corrumpere videretur, ex aliis ergo locis maiori cum fundamento ea ſummi Pontificis authoritas in condendis legibus commentatione & diſp. 6. oſtendetur.

In caput quartum, Nam concupiſcentiam.

NOTATIO II.

SCopus, & ſumma capitis ſecundum Compoſtell. hic & Dec. in 2. lect. huius capitis num. 9. eſt. quod vno prohibito prohibentur omnia per quæ peruenitur ad illud; quod ex eo colligitur, quia concupiſcentiæ prauitas tanquam generale vitium omnium malorum fons eſt: Ideoque iniqua affectio, peccati interioris, prior ſtatus iudicatur: concordat l. 6. oratio Imperatorum, ff. de Sponſal. cum multis aliis in gloſſ. hoc principium referente. 1.
Verùm quia ex hoc decreto ſequeretur internum concupiſcentiæ motum prohiberi à iure poſitiuo, ex eo quod prohibitum eſſet opus aliquod externum; cum oppoſitum recta Theologia doceat externam malitiam ab interiori potius actu in externum deriuari; Ideo hanc ſummam minus probo in præſenti textu etiamſi vera ſit, quando quidem inter exteriores actus alii ad alios per ſe referuntur. Aliter ergo textum reſumunt Abb. Butr. Anan. Imol. Alex. de Neuo, Felin. Viuianus hic, videlicet omne prohibitum à lege peccatum eſt, & quod ex eo ſequitur: quaſi omnis lex præceptiua aliquid prohibens peccari inducat obligationem: cuius tamen oppoſitum ſuo loco infra oſtendemus. Neque ſatis eſt limitatio Viuiani vt in re graui non verò leui, nec verbis exhortatoriis, ſed præceptiuis proferatur: Nam etiam in re Leui, leuis culpa poſſet incurri iuxta ipſius & aliorum ſententiam, ſi conſtitutio per modum præcepti aliquid prohiberet. Præterea aliquando per verba exhortationis, & rogationis, Grauis poteſt peccandi obligatio indicari, vt notat Alexand. de Neuo ex cap. rogo 11. quæſtione prima & cap. primu verb. exhortamur de reſtam. Nam idcirco maiorum hortamenta vim habere præceptorum putantur: vt docet gloſſ. optima in l. 1. Cod. ſi rector prouinciæ, in verb. pignora, & in l. prima ff. quod iuſſu & in verb. quemadmodum & preces, & blanditias principum vim præcepti obtinere, & facit cap. cum inter de elect.

Aptius igitur & veritati congruentius textus reſumitur non modo ab AA. proximè citatis, ſed etiam à Cardinal. Decio, Baldo, qui huius tantum compendii meminerunt, hoc modo. Conſtitutio aliquid prohibens omnia prohibet, quæ ſequuntur ex illo. 2.
Etſi hæc eſt conſtitutionis intentio ex ea iam apparet quantum ad oſtendendam conſtitutionis materiam conducat, ſi quidem ex ea agnoſcimus conſtitutionem ſeu legem etiam dimateriam prohibendo vel de nouo efficere, vel antiquam indicare; & præterea legem prohibitiuam extendi ad ea quæ ex actu prohibito conſequuntur. Cui quidem doctrinæ concinit l. 5. non dubium Cod de legib. ibi *ſed ſi quod fuerit ſubſequutum ex eo*, & Bald.

ibidem notab. 5. item in l. 3. §. ſciendum, ff. de donat. inter virum & vxor. & in l. 2. ff de iuriſdict. omn. iudic. colum. vltim. & in l. 1. colum. penult. verſ. *ſecunda regula* Cod. ſi rector prouinciæ &c. Bartol in l. ſed & hæ iuxta, § prætor, ff de procurat. & latè ſign conſil. 66. *Quæſtio talis eſt*. In quo plures textus refer Paul. de Caſtr. conſil 247. *in cauſa qua vertitur* colum. 2. Hoc tamen pronunciatum intelligitur de iis quæ neceſſario vel ex natura rei conſequuntur, non verò quæ per accidens ac occaſionaliter proueniunt ex prohibitis, vt aduertit Dec. hic in prima lectur. numero 2. & in 2. num. 7. cum Bald hic & in l. quamuis Cod. de fideicommiſſ. & latius in l. 2. ff. de iuriſdict omn. iudic. ac l. 1. § ſi vir ff. de acquir. poſſeſſ. Probantque ex l. 39. verum, 2. ff. de furt. vbi ille, qui libidinis cauſa meretricis oſtium fregit, non tenetur pro furto commiſſo ab alio, qui per fractum oſtium domum ingreſſus eam ſpoliauit. Adnotatque ſubtiliter Decius hic in ſecunda lectura num. 8. cum Bartol. in l. 53. qui iniuriæ, ff. de furt. quod quamuis qui oſtium fregit, furti non teneatur, vt expreſſè decidit ea lex item l. 39. *Verum* citata, quia furandi animum non habuit; tamen ad æſtimationem damni ſubſequuti obligatur: nam ex eo quod effracto oſtio domus latronibus patuit, data eſt è natura rei cauſa remota damni ſubſequuti; & ſic ex eiſdem legibus non modò limitationis, ſed etiam noſtræ aſſertionis veritas innoteſcit.

Vt hanc veritatem oſtenderet Gregor. verbis D. Pauli ad Roman. 7. numero 7. vtitur, & alia addit tanquam ex D. Auguſtino decerpta: citanturque ad marginem Gloſſæ duo loca, videlicet quæſt. 66. lib. 83. queſtionum, & ſermo 4. de verbis Apoſtoli: In quibus profecto locis formaliter non habentur; aliqua tamen ex illis inueni partim in tom. 7. lib. de perfectione Iuſtitiæ cap. 5. raciocinatione 11. vbi ait. *Et forte generalis prohibitio eſt non concupiſces, & generalis iuſſio diliges.* partim tom. 6. lib. 15. contra Fauſtum cap. 8. vbi tractans hunc Pauli locum, concludit quamuis lex iubeat, & non iuuet; & per illam peccatum appareat, , bonam eſſe exiſtimandam his verbis; *Ergo lex ſemper eſt bona ſiue obſit inanibus gratia, ſiue proſit plenis gratia, ſemper eſt bona*. Ex quibus vides à D. Auguſt. bonam appellari legem, quia generalis prohibitio eſt cuiuſcumque peccati. Cæterum concupiſcentiam dici generale peccatum non ſolùm ab Auguſtino, ſed etiam ab Hieronymo, quæſt. 8. ad Algaſ. & Ambroſio ad hunc locum Pauli, notat Iuſtinianus, qui illum inter recentiores enucleatius ediſſerit; quamuis in eo illi non aſſentior, quod crediderit D. Paulum per concupiſcentiam intelligere ſolùm prauam animi affectionem, quæ ad rei alienæ cupiditatem reſtringitur, cùm nullum ſit indicium in Apoſtoli diſcurſu huius limitationis.

Dico igitur cum D. Hieronymo & Augu-
3. ſtino citatis, item Ambroſio & Anſelmo ad
hunc locum Pauli concupiſcentiam ſignificare
omnem prauum animi motum deliberatum,
A & liberum, rectæ rationi, & diuinæ legi repugnantem, quam in noſtra poteſtate eſt frænare, iuxta illud Geneſ. 4. num. 7. *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius*, & Ecclesiaſt. 18. num. 30. *Poſt concupiſcentias ne abeas, & à voluntate tua auertere*. Et quia ante legem ſcriptam veteris teſtamenti, non ſatis diſcerni poterat huius concupiſcentiæ & interioris peccati malitia, illam à lege indicatam & oſtenſam docet Apoſtolus, vt Chryſoſt. Oecumen. Theophil. & alii Patres citati interpretantur. *Nam lex proditur vt appetitus noxias ſub iuris regula limitetur*, vt in procemio decretalium habetur, & apud Platonem in Dialogo 1. de legibus. Et quamuis D. Paulus de ſe ipſo tantum loquatur, dicens concu-B piſcentiam neſciebam; omnium tamen hominum perſonam ſuſtinet in eo ſtatu & tempore, antequam ad eos diuinæ legis ſcriptæ notitia peruenerit. Ex qua Apoſtoli ſententia rectè infert textus cum Auguſtino bonam eſſe legem, quæ cum hanc primam peccandi radicem & originem prohibet, nempe prauum cupiditatis, ſeu voluntatis affectum, omne aliud peccatum quod ex illa dimanat, radicitùs extirpauit.

Scio concupiſcentiam, quæ pro auaritia, habendique cupiditate vſurpatur, vitiorum omnium fontem & radicem perhiberi, vt idem D Paul. 1. ad Timoth 6. numero 10. ait; in quo ſenſu accipitur in cap. his igitur 23. diſt. & in cap. bonorum 4. diſt Et licet Alexand. de Neuo in cap. nam concupiſcen-C tiam numero 7. dicat poſſe intelligi per caput bonorum cupiditatem in genere, repugnant verba ſequentia Gregorii lib. 7. Epiſt. 110. vnde hic textus acceptus eſt: ſtatim enim addit *de templo fidei auaritiam, quæ eſt Idolorum ſeruitus, excludamus.* manifeſtum eſt igitur in eo logo ad habendi cupiditatem adſtringi, ſimiliter in cap quia radix de pœnit diſt. 2. item in cap his igitur diſt. 23. & concordat. lex prima tit 2. lib 8. ordinam. ibique Didaeus Peres gloſſ. 1. item l. 1. tit. 15. lib. 3. recopilat & l. 5. tit. 9. eodem lib. 3. denique l. 4. tit 6. lib. 8. & ibidem Azeuedo. Verùm hic loqnendi modus non ſolum auaritiæ ſed etiam ſuperbiæ accommodatur Eccleſiaſt 10 numero 15. *Initium omnis peccati eſt ſuperbia*, & idem de ebrie-D tate dicitur cap. ante omnia diſt. 35. & de Ignorantia cap. Ignorantiæ diſt 38. immo de quolibet peccato docuit Magiſter in 2. diſt. 36. lit. C. eſſe cauſam alterius, & quaſi catenata vitia aliud ex alio ſuboriri, & refert D. Gregorium dicentem, *peccatum quod penitentia non diluitur, ſuo pondere mox ad aliud trahit*. Quamobrem vt maiori cum proprietate & iuxta D. Pauli ſenſum noſter textus loquatur, concupiſcentia in tota ſua amplitudine accipitur, à qua omnium vitiorum genera ſcaturiunt.

In cap. 1. cum enixa & 2. ſi mulier & 4. ad Eius diſtinctionis 5.

NOTATIO III.

QVintæ, ſextæ, & nonæ diſtinctionis doctrina ad cauſam materialem conſtitutionis; eiuſdemque materiales conditiones ſpectare videbit, qui eorum textuum diſcurſũ conſiderauerit. Et quamuis aliqua permiſceãtur, quæ ad aliarum diſputationũ tractationes pertinere videantur; quia tamen nos ad commoditatem doctrinæ hos textus in commodiori loco, quantum ipſi patiuntur, diſponere conamur; hîc maiorem doctrinę partem, & præcipuum canonum ſcopum perſcrutamur.

1. In 5. ergo diſtinctione ad explicanda inter iuris naturalis, & poſitiui diſcrimina Gratianus accedit, quæ ſicut per ſequentes diſtinctiones late digeſſit, ita diuerſis commentationibus illa inſeremus. Et quidem primum diſcrimen dignitas eſt ac excellentia naturalis iuris, quod ſicut antiquitate, ita dignitate præit. Incepit enim ab exordio rationalis creaturæ, eademque ſui immutabilitate perennat; neque à poſitiuo iure minui; neque temporis diuturnitate, vel deſuetudine poterit aboleri. Concinit cap. ſunt quidam 25. quæſt. 1. Clement. ne Romani de elect. cap. cum tanto de conſuetudine cap. paſtoralis de re iudicat. cap. ſuper eo, de vſuris.

Eandem naturalis iuris immutabilitatem ius cæſareum tenetur. Inſtitut. §. ſed naturalia. De iure naturali gent. & ciuili, & § minuſ. de hæred. quæ ab inteſt. & leg. 5. titulo 24. part 4 & leg. 34. titulo 34. part. 7 Didac. Peres ad l. 3. titulo 4. lib. 8. ordin. gloſſ. 1. colum 1. ante medium & colum. 2. poſt initium. Probatur ex iis quæ diximus de lege naturali dup. 1. quæſt. 3. ſect. 2. concl. 3. & 4. Ius naturale in ſcientia Dei practica, & naturali antecedente actum diuinæ voluntatis legis formam habere, quia ibid. dictat quid faciendum, & quid fugiendum ſecundum rectam bonitatis regulam, & malitiæ obliquitatem; quamuis legis ſtatum obligationem inducentis non habeat niſi poſt determinationem diuinæ voluntatis, quæ ſubditos creare decreuit, ad quos illam legem dirigeret, & per illam eos in officio contineret; neque enim ſine ſubditis lex vim obligandi habere cenſetur, & conſequenter neque perſectum legis ſtatum; qua doctrina ſuppoſita, ſic arguo, vel in ea ſcientia Dei practica legis naturalis præcepta, quæ imponi poſſunt creaturis, ſunt poſitiua, vel negatiua ſi primum; neceſſitatem operandi inducunt ſi ſecundum, malitiam obiectiuam neceſſario ſupponunt: Nam vtrumque proponitur tanquam neceſſarium ad conſeruationes honeſtatis & rectitudinis in humanis actibus, & quid faciendum tanquam neceſſarium bonum præcipitur, & quod tanquam malum neceſſario fugiendum præmonſtratur, vt ſect. 5. quæſtionis citatæ oſtendimus; ergo cum ſit impoſſibile ſcien-

A tiæ diuinæ infallibilem veritatem mutari, ſequitur eodem modo immutabilem eſſe legem naturalem. Hinc colliges qua ratione intelligendum ſit legem naturalem ab exordio rationalis naturæ cœpiſſe: Nam vt gloſſa verbo *cœpit* Archid. Geminian. & alii, hîc exponunt. Cum rationali creatura cœpit naturalis lex quoad vſum & exercitium, etiamſi in diuina mente ab æterno ſemper fuerit.

Verùm obiicit ſibi Gratianus, quia ad initium diſtinctionis primæ dixerat, ius naturale eſſe in lege & Euangelio; ſed in hoc aliqua ſtatuuntur contraria in iis, quæ in lege decreta erant: ergo ius naturale eſt B mutabile, imo de facto mutatum. Minorem probat, quia in veteri teſtamento Leuitici 15. fœmina ſeptem diebus à menſtruo, vel à partu reputabatur immunda, eique nec ſancta tangere, nec ſacrificiorum carnes manducare licebat: & vltra hos triginta tribus ab ingreſſu tabernaculi, ſeu templi arcebatur, ſi maſculum pareret, ſi fœminam, duplicatis diebus immunditiem expurgabat, vt habetur Leuitici 12. & tamen nunc nec mulier quæ patitur menſtrua, neque maſculum vel fœminam enixa à templi, vel altaris ſacra communione propellitur, vt D. Gregor. in reſponſione ad interrogata Auguſtini Anglorum Epiſcopi reſpondet, iuxta caput, cum enixa, & cap ſimiliter: ergo mutatum eſt in Euangelica lege quod in veteri legimus imperatum. Huic obiectioni ſatisfacit Gratianus ad finem diſtinctionis C 6 cadit enim ſolutio non ſolum in hæc duo, ſed etiam in ſubſequentia vtriuſque diſtinctionis capita, quare ibi exponetur ad §. his itaque.

Sed obiter rogabis vnde hæc diuerſitas in vna, & altera lege vt in noua menſtruatæ pateant templorum aditus, ad altare acceſſus, ſacræ Synaxis participatio; at in veteri ne ſanctificata arietis carne veſci eidem permitteretur. Reſpondet Turrecrem. §. ſed cum natural. huius diſt. ad tertium. Primo, quia ſanctiſſima Euchariſtia cum non ſit corporis, ſed mentis cibus, magis conſideranda eſt diſpoſitio mentis, quam corporis. Secundo, quia immundorum prohibitio propter ſignificationem potius quam propter res ipſas facta eſt; Ideoque velut vmbræ Euangelicæ Lucis acceſſu euaneſcere viſæ ſunt. Verum prima ratio non videtur ſufficere; nam etiamſi mentis D alimentum ſit diuiniſſimum ſacramentum, modo corporeo, & materialibus accidentibus veſtitum accipitur, aliquamque ſaltem ex parte Eccleſiaſtici præcepti corporis diſpoſitionem requirit. Deinde ſecunda ratio nimis generalis eſt ad omnia cæremonialia legis veteris præcepta. Quare aliam D. Paulus indicauit, & in præceptis de mundatione ſpecialem, cum veteris legis ſanctificationes carnis iuſtitias appellauit, ad Hebræos 9. *Munera*, inquit, *& hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem; ſolummodò in cibis, & in potibus, & in varijs baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis vſq; ad tempus correctionis*

Impoſitis; illa ergo lex ad carnis tantum mundationem reſpiciens, in corpnris mundiiie occupatur: hæc ſpiritualem affectuum puritatem intendit, ideoque corpoream minus curat, licet aliquam nempe ieiunii diſpoſitionem prærequirat: etenim, vt optime docuit D. Petrus Epiſt. 1. cap. 3. *nos nunc ſaluos facit baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum.* Quæ vero hæc ſit bonæ conſcientiæ interrogatio, vide apud Lorinum, Iuſtinian. Cornelium, & alios in Epiſtolam Petri, diuerſas hac de re ſententias, mihi Caietani expoſitio arridet de baptizato adulto, cuius totum ſtudium eſt, atque conſequens ex baptiſmo effectus, applicationem ſcientiæ, erga Deum bonam inquirere, & ſuam conſcientiam probare.

In textu verò cum enixa Gregor. in reſponſione 10. ad interrogata Auguſtini Anglorum Epiſcopi aſſerit triginta tribus diebus poſt maſculi partum, & 66. poſt fœminæ fœturam matrem à tabernaculo, ſeu templo fuiſſe ex-
3. cluſam in veteri lege; in quo quidem Gratiano non contradicit, qui in parturitione maſculini quadraginta, fœminæ vero octoginta dies requirit: Non enim computauit Gregorius ſeptem dies in partu maſculi, & quatuordecim in partu fœminæ, quibus mater ob menſtrui ſanguinis profluuium immunda reputabatur, vt notat Geminian. in cap. ſequenti, ſi mulier: & patet ex Leuit. cap. 12. gloſſ. verbo *quadraginta*, huius rei cauſam reddit, videlicet quia quadraginta diebus fœtus maſculini, 80. vero fœminæ inanime reſidet in vtero matris, ante animationem: idem docet Heſych. hoc loco, Theod. quæſtione 14. Cyril. lib. 10. de Adoratione. Verum communis Medicorum ſententia oppoſitum docet, qui multo pauciores dies requirunt ſaltem in fœmina: neque vltra quinquaginta excurrunt, teſte Leuino Lemnio lib. de occultis naturæ miraculis cap. 11. Ideoque Veletius lib. de Sacra Philoſophia cap. 18. aliam rationem reddit ſacræ paginæ, magis con-
1 formem: Nempe *duplicem ex vtero poſt partum vacuationem fieri: Primam, ſanguinis copioſe fluentis, vt ſingulis menſibus mulieribus fieri ſolet; Secundam, aliorum excrementorum, cum exiguo ſanguine fluentium paulatim, vtraque eſt ei, quæ marem peperit breuior: Nam cum fœminæ humidiores, & excrementoſiores ſint quam viri, neceſſe eſt earum principia in ortu humidiora eſſe*; Et cum Moyſes Leuit. 12. num. 4. dicat fœminam parturientem per triginta tres dies vltra priores ſeptem, vel per 66. vltra quatuordecim priores manſuram in ſanguine purificationis ſuæ: In maſculi partu ſeptem dies ad vacuationem primam & triginta tres ad ſecundam; in fœminæ vero parturitione quatuordecim ad primam & 66. ad ſecundam videtur aſſignare: ideo enim, vt credo, diuiduntur priores dies in maſculi partu ſeptem à triginta tribus, & in fœminæ ortu quatuordecim priores à 66. ſeparantur, vt in vtroque euentu certus terminus ad purificationem requiſitus præſcribatur. Alias rationes myſticas prætermitto,

II.

A quas Turrecrem. hic §. ſed cum naturale, ad 1. num. 8. item Lorinus Cornelius, & alii Leuit. interpretes adducunt.

Cap 2. ſi mulier.

In cap. ſi mulier oſtendit Greg. in lege Gratiæ nullum à fœmina peccatum com-
4. mitti, ſi ſtatim poſt partum gratias Deo actura templum ingrediatur, & concordat cap. vnicum de purificatione poſt partum, rationem ibidem ſumit Innocent. III. ab excellentia legis gratia à Chriſto datæ ſuper veterem à Moyſe promulgatam, quam iam ſuperius magis in particulari ex D. Paulo illuſtraui. Hinc vero textum Innocentii exiſtimat Vaſquez tom. 3. in 3. part. quæſt. 8. art. 7. n. 26. promulgatum fuiſſe contra conſuetu-
B dinem quandam legis nouæ, Iudaicæ prohibitioni hac in re perſimilem. Alterum rationem hic Greg. tetigit, nemque quia in partu fœmina dolorem & gemitum paſſa pœnam potius perſoluit quam culpam incurrit, quæ in commixtione carnis, coniugaliſque voluptatis illecebra reperitur. Vnde Catholicis Doctoribus aſſerendi anſam præbuit actum coniugalē ſine culpa ſaltem veniali non exerceri, cuius ſententiæ eſt Vgo in cap. vir cum propria 33. 5.
quæſt. 4. ibi, *quia voluptas ipſa eſſe ſine culpa nullatenus poteſt.* Idem tenet Cardin. Alexand. in cap. cum enixa hic. Verum hæc opinio in manifeſtam hæreſim propendet, vt D. Thom. in 4. diſt. 26. quæſt. art. 3. deducit:
C probatur quia matrimonium eſt à Deo inſtitutum, & à Chriſto Domino inter Sacramenta collocatum; ſed illud ordinatur ad actum coniugalem, eoque mediante ad gignendam prolem; ergo ſi abſque peccato coniuges neque commiſceri, neque prolem gignere poſſunt, Deus dum matrimonium inſtituit, & Chriſtus Dominus, quando illud Sacramentū fecit, homines ad peccatum ordinarunt, quæ eſt hæreſis manifeſta, quā latè reiicit Bellarm. in libro vnico de matrim. cap. 1. & ſeq. Deinde Deus primis parentibus actum coniugalē præcepit Geneſ. 1. *Creſcite & multiplicamini*, ergo Deus peccatum præciperet ſi abſque eo exerceri nequiuiſſet. Tandem redditio debiti eſt actus Iuſtitiæ coniugibus à Paulo inculcatus 1. Corint. 7. Vxori vir debitum reddat; ergo coniungitur neceſſariò cum peccato: quo quid abſurdius? ergo, &c.

Neque textus Greg. in hoc cap. & in cap. vir
D cum propria, prædicto errori fauet, cum ante citata verba ſuam hac in re mentem expoſuerit hac ratione. *Nec hæc dicentes deputamus culpā eſſe coniugium, ſed quia ipſa licita admiſtio coniugum ſine voluptate carnis fieri non poteſt.* Vel igitur culpæ vocabulo Gregor. quandam indecentiam intellexit, de qua coniuges erubeſcunt, & quæ in actu licito inueniuntur; vel quod magis placet, de communi vſu actus coniugalis, cuius voluptas plerunque coniuges trahit potius, quam honeſtas finis ſibi in eo actu proponendi, nempe ſuſcipiendæ prolis, concupiſcentiæque frænandæ, non 6.
vero ſatiandæ: tunc enim venialis erit, culpa vt docet Auguſtin. lib. 5. contrà Iulianum cap. 7. Vide Turrecrem. in hac diſt. §. ſed cum naturale ad 4. q. num. 7. & Sanchez de matrim. libro 9. diſp. 1. & 11. Bellarmin.

in cap. inquiſitioni de ſentent. excommunic. quæſt. 10. & 11.

Eſt ergo in ratione Gregor. deductio ad abſurdum: Nimirum etiamſi plerumque in coniugalis actus de ſe liciti voluptate culpa interueniat, in partus dolore, & gemitu pœna luitur, poſt quam non erat addenda altera: Nam afflicto non eſt danda afflictio cap. cum percuſſio 7. quæſtione 1. cap. indicas 3. quæſt. 9. cap. At ſi Clerici de iudiciis, vt com Gloſſa notat Cardinal. Alexand. Ægid. Bellam. & alii ad hoc cap. ſi mulier. Ne quis damno duplici puniatur, vt notat Gloſſ. in cap. cum percuſſio citatum verbo *flagellatis*, vbi iuris ciuilis concordiam notat in l. iure, ff. de iure dot. & l. ſi pecuniam, §. vltimo ff. de condit.
7. ob cauſam cum aliis textibus, quos refert Alexandrin. præpoſitus hoc loco. Illa vero regula afflictionem afflicto dandam non eſſe bene limitat Bellam. cum gloſſa, quando nimirum afflictio propter culpam infligitur, non vero ob aliam cauſam datur: Nam per violentiam corrupta non confectatur ex cap. ille autem 32. quæſt. 5. & cap. acutius diſt. 26. & ad Sacerdotium non promouetur cui ſine culpa oculus erutus eſt cap. 5. Euangelica diſt. 55.

In caput 3. Baptizari, & 4. Ad eius vero eiuſdem diſt.

NOTATIO IV.

1. IN cap. Baptizari quod in cap. 10. Gregor. Ad intercogationes Auguſtini Anglorum Epiſcopi continetur; In ſuperioris obiectionis argumento perſiſtens Gratianus alios affert caſus, in quibus contra antiquæ legis diſpoſitionem immunda mulier recenter enixa, & fœtus in eodem puncto natus ſacro baptiſmate poſſunt ablui in mortis periculo ſine Sacramenti, oleique ſacri irreuerentia; quia vbi agitur de Sacramento ad ſalutem neceſſario, vitandum eſt illius amittendæ diſcrimen, vt interpretes cum gloſſa verbo *mora*, notarunt ex cap. de Syracuſanæ diſt. 28. cap. ne quid abſit de conſect. diſt. 4. Addit Bellamera, quando mora graue infert periculum, quamuis ad animæ ſalutem non pertineat, quam primum illi periculo ſuccurri debere: & probatur ex l. 1. ff. de Feriis, l. 1. ff de exercit. Ad l. Rodiam de iact. per totam l. 1. ff. de damno infect. Plures alios caſus ſpectantes ad titulum de baptiſmo expendit Ioan. Præpoſ. quibus prætermiſſis notandum eſt verbum *Genuerit*, in textu idem eſſe ac pepetit. Neque enim poteſt in matris vtero totus fœtus aquæ baptiſmo Matri adhibito baptizari. Dico *totus*, & *aquæ baptiſmo*, quia vtrum in parte principali extra matris alueum egreſſus infans queat baptizari; Item an baptiſmo ſanguinis cum matre pro Chriſto oceiſa baptizatus in vtero cenſeatur; quæſtiones ſunt alio loco enodandæ.

Caput, ad eius vero, &c. eiuſdem Greg.
Cap. 4. ad eius. Ibidem ſimiliter docet fœminam non eſſe à
2. loco ſacro, atque à rei ſacræ contactu, imo nec à ſanctiſſimæ communionis Sacramento arcendam, dum ex conſuetudine menſtrua patitur; ſi tamen ipſa ob reuerentiam ſe vltro his abdicet, laudanda eſt. Vtrumque probat Suar. tom. 3. in 3. part. diſp. 68. ſect. 2. ex Alenſi D. Th. Adrian. Richard. Gabr. Bonau. Pallud. Maior, Sot. & aliis, 1. oſtenditur ratione, & exemplo: ratione quia quod quis inuitus patitur, in illius præiudicium non vertitur, quod optime probant, & limitant Geminianus, Præpoſitus. Bellamera cum Gloſſa verbo *inuitum*, ſuadetur ex cap. Presbyteros diſt. 50. cap. diſcipulos de conſect. diſt 5. cap. Aliquos 15. quæſt. 1. & quæſt. 6. cap. 1. Cap. Lotharius 31. quæſt. 2. concordat l. 1. Cod. de Inſtit. & ſubſtit. l. 8. cum à matribus Cod. qui petunt tutor l. 5. prætor Cod. de appellat.
B Et ratio eſt ſuperiori ſectione aſſignata, quia immerito, pœna, quam quis patitur reputaretur pro culpa exemplo Hemorrhoiſſæ, quæ tactu fimbriæ à Chriſto Domino ſanitatem recepit Marci 5. num. 26. Secundo confirmatur quia bonæ mentis indicium eſt, etiam vbi vera culpa non eſt, culpæ vmbram extimeſcere, talis erat illa, quæ hoc ſecum reputabat 1. Corint. 4. num. 4. *nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, qui autem iudicat me dominus, eſt*, nam *delicta quis intelligit*, Pſalm. 18. num. 11. Vide Baſil. lib. 2. de conſtitut. Monaſt. cap. 1. Hiero. lib. 2. contra Pelag. paulo poſt initium Gregor. lib. 5. Moral. cap. 7. aliàs 8. Azeuedo in l. 1. titulo 5. lib. 8. recop. à num. 61. vſque ad 71.

C Præter hæc alia, quæ ad inſtitutum minus pertinent, in eodem cap. continentur 1. ante
ablactationem infantis viri ad coniugem prohibetur acceſſus. 3.
2. praua parentum taxatur conſuetudo, qui ſolius copulæ cauſa filios nutricibus lactandos tradunt. 3. his vetat purgationis tempore poſt partum, ſicut in conſuetis menſtruis ſine partu actum coniugalem exercere, cum ex lege veteri capitis reus haberetur, qui ad menſtruatam mulierem accederet. De quibus, præcepti ne an conſilii materiam contineant; non leuis eſt inter Doctores contentio. Et ſane hoc vnum certum eſt, non contineri in aliquo ex his tribus obligationem ſub mortali, quemadmodum non recte docuit Geminian. num. 6. huius capitis, & alii: de veniali eſſe poteſt
D controuerſia hoc loco minime dirimenda, cum ad quæſtiones de vſu matrimonii & coniugalis debiti obligatione pertineant. Vide Sanch. lib. 9. de matrim. diſp. 21. & 22. Ægidium de Coninc. de ſacram. diſp. 34. dub. 6.
Ne verò matres proprios filios lactare faſti- 4.
diant, à feris accipiant documentum, quod tradit, Ambroſ. lib. 5. Guamer. cap. 18. ne brutę animantes ipſis humaniores videantur. In cuius probationem plura, eaque lectiſſima, vt ſolet Doctor Mendonza in 1. Reg. cap. 1. n. 23. §. 4. & ſeq. adducit: Denique cum doctrina huius capitis concordat gloſſa 1. in fine ad l. 9. tit. 2. part. 4. gloſſ. 3. poſt medium l. 5. titulo 3. part. 6. item l. 2. titulo 20. partit. 2. cum gloſſ. finali. & l. 4. tit. 14. partit. 2. cum gloſſ. 2. &c.

Digitized by Google

In cap. 1. teſtamentum diſtinctionis ſextæ.

NOTATIO V.

1. IN hac diſtinctione digreſſionem fecit Gratianus non omnino extra rem: Nam cum de menſtruis naturæ ſuperfluitate in fœminis ſuperiori diſtinctione diſſeruerit; in hac ad ſeminis effuſionem in viris per illuſiones nocturnas excurrit; & quærit an poſt illam ſequenti die liceat celebrare, aut ad ſacræ communionis menſam accedere. Cui quæſtioni cum Gregor. in duobus capitibus ſumptis ex reſponſione vndecimæ ad Auguſtinum Epiſcopum Canthuarienſem plane ac plene ſatisfacit Et in 1. diſcrimen oſtendit inter vetus nouumque teſtamentum hac in re quod erat illius inſtitutum. Nam in veteri lege Leuit. 15. num 16. ſic dicitur. *Vir de quo egreditur ſemen coitus, lauabit aqua omne corpus ſuum, & immundus erit vſque ad veſperam*. Et quamuis Caietanus, Ioannes Benedictus, Vatablus, Iſidorus, Clarius, & Oleaſter locum exponant de pollutione per ſomnium quæ præter dormientis voluntatem accidit: Hugo, Lyranus, Rodulphus,& Heſychius de immunditia per coniugalem coitum contracta; Theodoretus tamen & Abul. de qualibet pollutione locum interpretantur. Verùm ſiue ex hoc loco tantum colligatur, ſiue etiam ex Deuteron. cap. 23. num. 10. vbi habetur, *Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra, & non reuertetur priuſquam ad Veſperam lauetur aqua, & poſt ſolis occaſum regredietur in caſtra*; (quæ quidem verba nonnihil immutata refert Gloſſ) ſane polluti immunditia per ſomnium, & in vigilia, tum voluntaria tum mere naturali, & neceſſaria, tam licita, quàm illicita in lege ſcripta purgationem ſemper requirebat aliqualem; ad illam tamen præſertim noſter textus alludit, quæ in ſomno contingit.

Cæterum illam legalem purgationem ad ſpiritualem ſenſum reducit Gregor. atque illum credit vanis (ita potius legendum, quam veris) imaginibus illudi, qui turpium cogitationum illecebra delinitus polluitur; qui nihi lachrimarum ablutione purgatus tentationis ardore in occaſum recidente concupiſcentiæ incendia extinguat, ſe ad quietis veſperam peruenire non ſentiat. Vnde Gregorius, vt ſtatuat, quiſnam ab altaris communione huius pollutionis cauſa recedere obligetur; diuerſas cauſas expendit quæ ad tres reduci poſſunt. 1. ſeminalis materiæ ſuperabundantia, & naturæ infirmitas. 2 ebrietas. 3. turpis cogitatio præcedens in vigilia cum conſenſu. Eaſdem late explicat Caſſianus collatione 22. cap. 3. de 1. videlicet quando pollutio ex redundantia ſeminis, ſeu ex infirmitate promanat, illuſionem, cum illa contingit timendam non eſſe docet Gregor. & de carnis paſſione potius, quam de voluntatis actione condolendum: ſi ob crapulam eueniat pollutio nocturna, piaculum ſane ait. Verùm à celebrando ſacerdotem non remouere, ſi neceſſitas vrgeat vt in die feſtiuo, & ipſe ſit Parochus, & teneatur celebrare, neque adſint alii ſacerdotes; ſine neceſſitate tamen celebrationem impedire, non tamen Euchariſtiæ ſumptionem: maxime quando dormiens nulla fuerit turpi cogitatione prouocatus. quam pollutionem Gloſſa verbo *reatum* dicit eſſe peccatum tantummodo veniale; ideoque in hac prohibitione conſilium non præceptum contineri, quando Sacerdos propter pollutionem nocturnam ex crapula prouenientem à ſacro faciendo remouetur non à communicando, docent Præpoſitus in hoc cap. nu. 12. Geminian. ibidem nu. 6. cum Archidiac. & Laur.

2. Verùm ne hac ratione textus explicatus falſæ doctrinæ occaſionem præbeat, nempe ebrietatem eſſe peccatum veniale tantum; ſiquidem illa vel pollutio, quæ ex illa ſequitur, à ſacra communione non remouet, imò neque à celebratione ex præcepto; cum tamen communis & vera ſententia voluntariam ebrietatem inter mortalia numeret, vt docet D. Thom. 2.2. quæſt. 150. a. 1. & 2. Nauar. in manual. cap. 23. num. 121. Tolet. lib 8. cap. 61. & ſummiſtæ communiter verbo ebrietas. Azor. p. 1. lib. 7. cap. 23. quæſt. 5. per totam: Leſſius lib. 4. de Iuſt. cap. 3. dub. 1. num. 15. Fillius tract. 30. cap. 1. nu. 13. Et probatur manifeſte ex D. Paul. 1. Corint 6. *Neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, &c. regnum Dei poſſidebunt*. Explicandus eſt textus de pollutione voluntaria in cauſa nempe in ebrietate, non tamen per ſe intenta: & ſupponere debemus de ea præciſe eſſe quæſtionem an propter illam ſacerdos à celebrando remoueatur Si enim ſermo eſſet de ebrietate, clarum eſt illam ſufficere ad impedimentum celebrandi, imò & ſacram Euchariſtiam accipiendi, cum mortalis culpa ſit. Deinde pollutio nocturna intelligitur, quæ per ſe, & in ſe voluntaria non ſit, & quæ ratione ſui tantum ad culpam non imputetur, quo ſenſu dixit Iſidor. lib. 3. de ſummo bono cap. 6. non eſſe peccatum, quo nolentes nocturnis imaginationibus illudimur, quia quando non adeſt iudicium liberum, non datur voluntarium, iuxta D. Thom. 2.2. quæſt. 154. a. 5 in corpore. Vnde ſolum ſupereſt, vt per comparationem ad cauſam pollutio nocturna in ſomnio culpabilis cenſeatur. vt idem D. Thom. citatus deducit.

3. Alij hanc regulam tradunt, pollutionis nocturnæ culpam lethalem, aut venialem eſſe pro ratione cauſæ, mortalis ſcilicet peccati, vel venialis à quo proceſſit. Ita Sayro in Claui, lib. 8. & alij quos refert Sanch. de matrimon. lib. 9. diſp. 45 numero 13. ſed ad huc noſtri textus difficultas non tollitur, quia ſi ebrietas eſt lethalis culpa, & pollutio ex illa ſequuta per comparationem ad illam, & ſecundum illius malitiæ menſuram grauitatem ſuam deſumit, ſequitur ab illa omnino impediri ſacerdotem, ne celebret ſub præcepto, imo etiam ne recipiat ſacram Euchariſtiam Contra id quod textus diſcernit. Quamobrem

reſtringenda eſt illa regula, vt vera ſit, & no- ... non contradicat, dicendumque ta- ... litiam pollutionis, qnalis fuerit malitia cauſæ, quæ turpis ſit, & ad luxuriam ſpectans, ad pollutionemque ſuapte natura ordinata: Vnde cum ebrietas per ſe ordinata non ſit ad pollutionem nocturnam, oon cenſetur cauſa illius per ſe, ratione operis, & alioqui non eſt intenta ab operante per ſe, quamuis præuideatur poſſe contingere; ergo etiamſi cauſa mortalis ſit, per accidens ſe habet ad menſurandam pollutionis nocturnæ malitiam. Hanc doctrinam latius confirmatam tradit Vaſq 12. diſp. 115. num. 7. Sanch citato loco num. 16. & ſeq cum multis aliis Doctoribus quos refert n. 17. & 27. ſtat ergo ebrietatem eſſe mortale peccatum, & pollutionem nocturnam etiam præuiſam; non tamen per ſe intentam ſed in cauſa volitam, & per accidens ſubſecutam, venialem tantum eſſe & non impedire per ſe ex præcepto celebrationem, neque ex conſilio, receptionem diuiniſſimi ſacramenti. Et ita huius capitis doctrinam exponit Vaſq. tom. 3. in 3. partem quæſtione 80. in explicatione artic. 7. D. Thom. numero 21.

Oppones Auguſtinum, qui Sermon. 244. de tempore ait: *Quotiens ad Eccleſiam in qualibet ſolemnitate venitis, & ſacramenta Chriſti percipere volueritis, ante dies plures caſtitatem ſeruate, vt cum ſecura conſcientia ad altare Dei poßitis accedere.* Et ne quis dicat hoc tantum eſſe conſilium, non præceptum; paulò inferius ſibi obiicit hoc modo. *Sed dicis peccatum quidem, ſed paruum eſt.* Et reſpondet: *nec nos dicimus quia capitale peccatum eſt.* Item Hieron. in apologia ad Pamach. pro libris contra Iouinianum ait. *Illorum conſcientiam conuenio, qui eodem die poſt coitum communicant*, ſi ergo ſentiunt Auguſtin. & Hieron. peccare ſaltem venialiter, qui poſt licitum concubitum cum vxore ſequenti die ad ſacram communionem accedit, à fortiori peccabit ſacerdos, qui non ſolum recipit, ſed etiam conficit ſacramentum celebrando poſt pollutionem ſaltem venialem.

4. Reſpondeo hac in re nullum eſſe præceptum, neque naturale neque poſitiuum. Vnde niſi ex alio capite impediatur pollutus ſane per voluntariam copulam coniugalem licitam & honeſtam, remouendum non eſſe ab altari, ne recipiat, neque per inuoluntariam pollutionem, ne conficiat diuiniſſimum Sacramentum. Ita Vaſq. to. 3. in 3. part. quæſtione 8. in expoſitione art. 7. num. 28. & Suar. tom. 3. in 3. 1. diſputat. 68. Sect. 2. § ex hac enim. Et ſane de pollutione inuoluntaria id manifeſte docuit Iuſtinus Martyr. in quæſtione 21. ad gentes, & Theophil. Alexand in reſponſione 8. & licet Thimoteus, item Alexand. in reſponſis canonicis, quæ habentur in 6. tom. Biblioth. reſp. 7. de coniugatis oppoſitum dixerit, argumentum propoſitum conuincit, de his idem omnino aſſerendum. De omnibus tamen probatur, quia nullum aſſignari poteſt præceptum poſitiuum de hac re, & ſi eſſet, illud violare mortale peccatum foret: nam vt bene deducit Vaſq. citatus. ſicut præcep-

A tum de non communicando poſt ſumptionem alicuius cibi & potus, etiam minimi, obligat ad mortale quamuis præceptum ieiunii non violaretur, propter paruitatem materiæ per illam minimam eſcam. quia præceptum non eſt de ieiunio ſeruando, ſed de non percipienda ſacra ſynaxi poſt ſumptionem cibi, vel potus cuiuſcumque; ergo quamuis pollutio foret tantum venialis, vel nullum eſſet peccatum contrà caſtitatem, grauiter peccaret pollutus communicando, quia contrà Eccleſiæ prohibitionem in re grauiſſima non obediret Deinde nulla eſt lex naturalis, quæ dictet illam pollutionis indecentiam, ſeu repugnantiam cum communicatione huius ſacramenti in eodem die naturali. Ex iure enim naturæ ſolum requiritur, vt ex corporis habitu, B & diſpoſitione quis accedat ad hoc ſacramentum, qui animi deuotionem, & reuerentiam accendat; ſi igitur tranſacta pollutio inuoluntaria, vel licita in actu coniugali hanc animi deuotionem non impediat, neque mentis diſtractione reuerentiam minuat, de ſe nullam aliam repugnantiam cum ſumptione Euchariſtiæ vel celebratione, neque aliam indecentiam inducit.

Reſpondet Albert. in 4. diſt. 9. D. Thom. & aliis ibidem quos refert, nec reiicit Turrecrem. ad §. quia vero diſt. 6. ad 4 abſtinendum eſſe ab hoc ſacramento per viginti quatuor horas, quia in eo ſpatio fit omnis ortus & occaſus conſtellationum, & planetarum virtutem habentium ad immutandum corpus humanum, vnde natura per immunditiem pollutionis deordinata rurſus poteſt ad ſui temperamenti ordinationem reduci ſed D. C Thom. 3. p. q. 80. a. 7. & Alenſ. 4. p. q. tr. num. 2. a. 2. §. 3. quæſito 1. hanc rationem in re morali minimè curandam, & Theologiæ principiis minus congruam deſpicientes ad mentis habitudinem, fœditatem, indecentiam, & irreuerentiam polluti recurrunt, vt ab altari illum excludant; & merito: nam illa immutatio corporis humani poſt vnius diei ſpatium à mathematicis conſiderata poſt pollutionem, fictitia omnino eſt, & ad inſtitutum impertinens, quia influxus cæleſtium planetarum in corpus humanum, nunc maiori nunc minori temporis ſpatio illud mutat, neque per effuſionem ſeminis nocturnam vſque adeo turbatur homo, vt die integro per cæleſtium influentiarum virtutem ſiderarum ad temperiem reduci oporteat. Iam verò illa D mentis hebetudo, animi diſtractio, & quædam quaſi turpitudo abiici poteſt, & expiari accenſo communicandi deſiderio. collectis à præterita actione ſenſibus. Nam ſecundum ſe indecentiam non habere ſatis oſtendit Greg. in capite vir cum propria 23. quæſt. 4. vbi ſuo iudicio ſine Eccleſiaſtica prohibitione relinquitur vir, ſi velit communicare, quamuis nocte proxima ad vxorem ex honeſto ſuſcipiendæ prolis fine acceſſerit.

Ad argumentum ergo ſumptum ex Hier. & Auguſt. reſpondet 1. cum Vaſq. vbi ſuperior ſorſitan aliquam fuiſſe conſuetudinem, ſeu conſtitutionem vniuerſalem, ſeu Synodalem hac in re initio naſcentis Eccleſiæ, vt

maiot fidelium deuotio, huiuſque ſacramenti reuerentia conciliaretur: quo ſpectat canon ille à Gratiano relatus de Conſecrat diſt. 2. *Omnis homo ante ſacram communionem à propria vxore abſtinere debet, tribus, aut quatuor, aut octo diebus.* Vnde aliqui patres & Scolaſtici Doctores occaſionem ſumpſerunt aſſerendi illum culpam ſaltem incurrere venialem, qui poſt pollutionem nocturnam inuoluntariam ſine neceſſitate celebraret, vel poſt actum coniugalem ad ſacram menſam veniret. 2. cum Suar citato, 6. ſecundo intelligitur, hoc non ex præcepto aliquo poſitiuo, ſed ex conſilio à D. Aug. & D. Hieron. edoceri ne quis ſine debita reuerentia ad hoc ſacramentum accedat cum mentis hebetudine, animiq; diſtractione, ac ſine deuotione, quam tanti beneficii participatio ſuo iure depoſcit Nam plerumque continget illam corporis immunditiem præſertim ex imaginatione cauſatam animum diſtrahere, & ad carnales cogitationes inſtigare. Vnde in noſtro textu ad finem dum tertiam cauſam nocturnæ pollutionis conſiderat D. Gregorius, aſſerit, ſi pollutio ex turpi cogitatu ſcienter habito in vigilia noctu repetita memoria proficiſcatur in ſomno, à ſacra communione abſtinendum: non ſolum quia voluntaria fuit pollutio in cauſa ad illam per ſe ordinata, quod facit eſſe mortalem, & indignum reddit ſacra communione pollutum, ſed etiam quia licet per ſacramentum pœnitentiæ conſtituatur in Dei gratia, ſine debita deuotione eo die eſſe præſumitur; quam ſi ex peculiari numinis beneficio recipiat, & magno communicandi deſiderio afficiatur, à confeſſario non eſt excludendus quem ſic diuina gratia præuenit; idemque dicendum ſi alia ſufficiens ratio, vt vitandi ſcandali, vel ſuſcipiendi ordines ſacros interueniat. Ita hanc vltimam partem textus exponunt Præpoſitus Alexandrinus ad hoc cap. numero 12. & Bellamera initio diſtinctionis 6. §. quia verò numero 3. ad finem & alii.

In cap. 2. ſed penſandum diſtinctionis ſextæ.

NOTATIO VI.

1. HVius diſtinct. textus 2. *ſed penſandum* etiamſi inter paleas numeretur (de quibus ſuppono lectorem in præſatione Decreti abundè edoceri) perutilia tamen doctrinę grana complectitur. Nam quia de pollutione ex cogitatione turpi proueniente egerat D. Gregorius ad difficultatem Theologicam progreditur ſcitu digniſſimam: videlicet qua ratione in mente & cogitatione peccatum perpetretur, de qua agunt Theologi cum D. Thom. 1. 2. q. 74. a. 4. vbi quærit vtrum in ſenſualitate poſſit eſſe peccatum & art. 7. in quo diſſerit an conſenſus in actum peccati pertineat ad rationem ſuperiorem, item q. 77. a. 1. verum omne peccatum à paſſione proficiſcatur. Et ſane in hoc omnes Patres conſentiunt tria in hominis cogitatione

A ad peccandum neceſſario concurrere, ſuggeſtionem, delectationem: atque conſenſum de quo D. Auguſt. lib. 1. de ſermone Dei in monte cap. 12. & lib. 12. de Trinit. cap. 8. & lib. 2. de Geneſ. contrà Manich. cap. 14. In quibus locis noſtri textus allegoriam exponit. Nam in illo primo loco ita ait. *Tria ergo hæc ſimilia ſunt illi geſtæ rei, quæ in Geneſi ſcripta eſt, vt quaſi à ſerpente fiat ſuggeſtio, & quædam ſuaſio. In appetitu autem carnali tamquam in Eua delectatio, in ratione vero tanquam in viro conſenſio.* Et licet peccatum 1. parentum noſtrorum per directam dæmonis ſuggeſtionem contigerit; non ſemper dæmon eſt cauſa directa omnium peccatorum per ſuggeſtionem, propoſito exterius obiecto, vel excitando interius phantaſmata in ſenſu, vt tenent Alenſ. 2. p. q. 100. memb 3. B art. 4. Bonau. in 2. diſt. 21. a. 2. quæſt. 2. Vinc. in ſpecul. lib. 3. parr. 2 diſt. 10. & Theologi communiter cum D Thom. 1. 2. q. 80. a. 1. ibique Vaſq. Conrad. Med Zumel. & Salas ibid. tract. 13. diſp. 10. ſect. 3. numero 46 qui plures alios refert ex Patribus, & Scolaſticis. Probatur ex Iacobi 1. numero 14. vnuſquiſque tentatur à cuncupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Et ratio eſt quia etiam ſi nullo modo ad peccandum à dæmone prouocemur, nobis ineſt domeſticus inimicus, nempe peccati fomes, & propoſito obiecto delectabili inordinatus excitatur appetitus ad concupiſcendum illud. Vnde Nazian. in lib. ſententiarum quas carminibus conſcripſit, ſententia 52. ita ait.

C *Quid nos omnibus in rebus miſerum hoſtem accuſamus,*
Eique noxas omnes noſtras adſcribimus.
Cum ipſi ſcelerata noſtra viuendi ratione poteſtatem demus.

Obiicies D. Dionyſ. cap. 4. de diuin. nomin. p. 4. ait *multitudo dæmonum eſt cauſa omnium malorum ſibi, & aliis.* Damaſc lib. 2. fidei orth. cap. 4. dixit, *omnis prauitas à dæmonibus excogitata eſt, & impura perturbationes.* Et ſimiliter loquuntur alii Patres. Reſpondeo 1. cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 80. a. 1. in corpore, Diabolum dici cauſam omnium peccatorum occaſionaliter, & indirectè, quatenus primum parentem ad peccandum induxit, ex cuius peccato in humana natura peccandi procliuitas exorta eſt. 2. cum Salas loco citato Dæmonem eſſe cauſam omnium pec- 2.
D catorum, ita tamen vt non de ſingulis generum; ſed de generibus ſingulorum id intelligatur: Nam omnis generis peccata ab eo cauſantur, non tamen omnia indiuidua peccatorum in quolibet genere. 3. cum Vaſq. in expoſitione art. 1. D Thom. citati ad finem, Patres ſignificare Diabolum de noſtro damno nimis ſollicitum, inſurgente in nobis concupiſcentia contra rationem, ſemper præſto adeſſe, illamque promouere, vt rationem peccati illecebra illaqueet. Quod non obſcure ſignificarunt Patres cum noſtram concupiſcentiam peccati matrem appellarunt. de quo S. Ephrem pulcherrimam facit excurſionem Parænes. 40. Dæmonem verò patrem. Ita Cyrillus 6. in Iuann. cap. 6. ad initium. Eucher.

Leuit. 19. *Concupiſcentia*, inquit, *eſt mater omnis peccati, & diabolus eſt pater.* Denique Auguſt. ſerm 68. ad fratres in eremo clariſſimè excitatæ per ſe concupiſcentiæ Dæmonem adiuturem eſſe his verbis demonſtrat. *Cum vero mali aliquid cogitamus, aut facimus ſiue paruum, ſiue magnum, hoc nulli dubium, quin malignum Angelum hortatorem habeamus.* Non tamen neceſſe eſt, vt ſemper tentatio à dæmonis ſuggeſtione primitus, & directe oriatur.

Maius dubium eſſe poteſt an ad peccatum
3. ſemper neceſſaria ſit illa ſuggeſtio ex parte concupiſcentiæ? Quod vt melius intelligatur ſupponendum eſt cum Ariſtot. lib. 3. de anima cap. 10. text. 18. & 1. magnorum Moral. B cap. 17. quem tum Philoſophi, tum Theologi ſequuntur in homine duplicem dari appetitiuam potentiam; alteram ſenſitiuam & materialem in organo corporeo, nempe in corde reſidentem iuxta præſtantiorem philoſophandi modum, quem tradunt Conimbricenſes in Ethic. diſp. 6. quæſt. 2. a. 2. Suar. de anima lib. 5. cap 4. num. 8. cum multis aliis, quos referunt: alteram intellectiuam ſeu rationalem & ſpiritualem animæ immediatè inhærentem. Appetitus ſenſitiuus eſt potentia neceſſaria ad vtrumque determinata; rationalis vero eſt libera, & dominium habet ſuorum actuum. In ſenſitiua reperiuntur illi actus, qui vulgari nomine dicuntur paſſiones. Verbi gratia amor, odium, deſiderium, fuga, delectatio, triſtitia, ſpes, deſperatio, timor, audacia, & ira, quos egregie exponit D. Thom. C 1.2. quæſt. 23. a. 4. in corpore: Et licet iidem actus etiam in voluntate dentur; altiori tamen modo hi & plures alii conſiderantur, vt notat Suar. citatus cap. 7. numero 4. hoc poſito nunc inquirimus an perpetuo verum ſit, quod noſter textus docet peccatum incipere à ſuggeſtione, quæ ſit aliqua ſenſitiui appetitus paſſio. Reſpondet Tarantaſia apud Carthuſ. in 1. diſtinct. 24. quæſtione 6. numquam eſſe peccatum in ratione ſine ſenſualitatis ſuggeſtione. Cui adſtipulari videtur noſter textus, & communis patrum loquutio dicentium illa tria ad peccatum concurrere ſuggeſtionem, declarationem, atque conſenſum.

Nihilominus oppoſita ſententia vera eſt peccatum eſſe poſſe in ratione ſine præexiſten-
4. te paſſione inſtar ſuggeſtionis, vel etiam delectationis in appetitu. Ita D. Auguſt lib. 14. de D Ciuitat. cap. 3, vbi ait. *Ex qua corruptione carnis licet exiſtant quadam incitamenta vitiorum, & ipſa deſideria vitioſa, non tamen omnia vitæ iniquæ vitia tribuenda ſunt carni.* Idem tenent Bonau. in. diſt. 24. parte 2. a. 1. quæſt. 1. Carthuſ. vbi ſupra, Rich. in 2. diſt. 24. a. 4. quæſt. 2. Ægid. 2 p. eiuſdem diſt. quæſt. 2. a. 3. Salas 12. quæſt. 74. in declaratione articulorum, D. Thom. dub. 1. Et probatur 1. in peccatis, quæ verſantur circa obiecta immaterialia, quæ nihil mouent ſenſum neque ad delectationem prouocant appetitum. Vt videre eſt in peccatis dæmonum ex quibus D. Auguſtin. argumentum deſumit loco citato. 2. perditi homines deſiderant mo-

A tum & delectationem concupiſcentiæ, poſtquam illa ex ſe ita frigida, & exhauſta eſt, vt eas delectationes ipſe etiam appetitus propter incommoda inde aduenientia aduerſetur, & omnino faſtidiat; ergo in eo euentu hi peccant ſine vlla carnis ſugeſtione, vel delectatione præcedenti. Noſter igitur textus vel ſuggeſtionem accipit pro obiecti repræſentatione, ad quam ſequitur quædam complacentia in eadem voluntate, quæ eſt vel formalis delectatio, vel ſaltem obiectiua, nempe ratio aliqua bonitatis propter quam obiectum placet, antequam eliciatur conſenſus, qui aut eſt ipſa complacentia libere elicita à voluntate, aut eſt deſiderium efficax. fateor taB men ordinarium & communem modum committendi peccata ab appetitus ſenſitiui ſuggeſtione & delectatione, ad quam in primis motibus voluntatem etiam aliquando trahit inuitam; non quia illam directe moueat, ſed quia propoſito obiecto per ſenſum internum, & ſurgente paſſione in appetitu, oritur in intellectu iudicium circa idem obiectum, ad quod voluntas aliquando ante deliberationem trahitur aliquando libere illud vult, & ſua ſponte amplectitur.

Tandem notandum eſt meritò noſtrum 5.
textum dixiſſe peccatum in rationis & voluntatis conſenſu perfici. Ex quo in primis illa hæreticorum ſententia confutatur Luth. Caluin. Melanch. Chemnit & aliorum. quos refutant Roſé. a. 2. contra Luth. Vega. 141. in Frid. cap. 4. Caſtro Verbo preceptum. in C fine Bellarm. lib. 5. de amiſſione gratiæ cap. 7. & 8. Valent 2. p. diſp. 6 quæſt. 4 punct. 1. & 2. omnes motus ſenſualitatis ante voluntatis conſenſum eſſe peccata. Quibus fauere videtur Henric. quodl. 6. q. 32. aſſerens hos motus eſſe peccata mortalia, ſed in renatis per baptiſmum non imputari ad pœnam, quia in baptiſmo tollitur originale peccatum, & deformitas horum motuum ex Dei indulgentia, non ita tamen in non baptizatis, quia nequeunt per baptiſmum à reatu horum motuum expiari. Henrico proxime accedit Hugo Victor q. 168. & 170. in Epiſtol. ad Rom item in 1. de ſacram. 1. p. 7. cap. 20. & 24. Quorum ſententia, vt in fide periculoſa, omnino reiicienda eſt. Neque ab hoc periculo liberam prorſus illorum opinionem exiſtimo, qui dixerunt in appetitu ſenſitiuo, ſine vllo voluntatis conſenſu, imo repugnante etiam ratione D peccata venialia reperiri: ita docuit Bonau. 1. p. centiloquii ſect. 5. & 6. & in 2 diſt. 24. p. 2. a. 3. q. 1. & 2. Caiet 1.2, q. 74. a. 3. & q. 75. a. 4. Anton. 2. p. tit 5. cap. 1. §. 4. præpoſitus Alexand. in præſens cap. num. 5. inclinantque Turrecrem in cap. ſequens ad 3. in medio, & Scholiaſtes Caſſiani collat. 22. cap. 4. verbo an vitanda poſt medium: contrà quos veriſſimam, & catholicæ doctrinæ concordem noſtri textus aſſertionem, videlicet nullum peccatum eſſe ſine voluntatis conſenſu, qui iudicii indifferentiam ex parte intellectus, & liberam rationabilis appetitus determinationem requirit, tenet D. Thom. in 2. diſt. 24 q 3. a. 2. item 12. quæſt. 74. a. 1. & ibidem Medina Zumel diſp. 1. & 2. Ca-

Digitized by Google

preol. Scot. Gab. Almain. Riehard. Cordub. Nidet, Angeſtus Lyran. & alii quos ſequuntur Valent. vbi ſupra p. 2. Vaſques 1. 2. diſp. 106. cap. 3. Salas tract. 13. diſp. 6. ſect. 1. num. 3. Probatur quia nemo peccat quin ſaciat contrà aliquam legem: ſed nulla lex ab homine violatur, ſine voluntatis conſenſu. Nam quod in homine fit independenter à ſua voluntate, & ſupra illius induſtriam, contrà nullam legem procedit; ſiue enim naturalis ſit, ſiue poſitiua, ad impoſſibile hominem non obligat. Atqui ante omnem voluntatis conſenſum homo eſt ad vnum determinatus, & ad eos motus ſenſualitatis omnino neceſſitatus; ergo ad eos euitandos nulla lege tenetur in eo ſtatu, in quo ipſi nequeunt euitari. Sin minus, dicam infantes ante vſum rationis & amentes legum eſſe violatores. Vtrum vero iſte voluntatis conſenſus in delectationem ad rationem ſuperiorem, vel inferiorem pertineat, controuerſia eſt ſolum ad ſubtilitatem, ſpeculationemque Theologicam ſpectans, de qua inter citatos, vide præcipue Vaſques 1. 2. diſputatione 105. per totam.

In cap. non eſt peccatum 3. & §. his itaque, vſque ad finem diſt.

NOTATIO VII.

1. AD confirmandum quod de nocturna pollutione docuerat Gratianus ex ſententia Gregorii, teſtimonium addit Iſidori libro 3. ſenten. de ſummo bono cap. 6. qui totam pollutionis nocturnæ culpam, ſi qua eſt, in antecedentem cogitationem in vigilia refundit, tanquam in cauſam, ſeu occaſionem. Nam ſomnia quatuor ex cauſis procedere ſolent; vel enim à Deo naſcuntur, & ſunt diuina; vel à dæmone, & dæmoniaca dicuntur; aut à temperamento corporum, humorumque incurſionibus & naturalia prohibentur, aut denique ex diuturna occupatione antecedenti & animalia nuncupantur. vt Nazianzen. 1. carmin. de rebus ſuis teſtatur.

Viſa etenim curas referunt nocturna diurnas

Vnde Ariſtoteles 1. Ethic. cap. 13. vt notauit Præpoſitus hic, ait bonorum hominum ſomnia meliora eſſe, quam aliorum propterea quod conſilia, quæ ad virtutum officia exercenda ſollicite agitant, eadem eis in nocturno ſomno occurrunt. Et quod in præſenti textu Iſidorus docuit, hiſpalenſ. & alter Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 9. prius tradiderat. Ad finem capitis additur, quod ſi ille qui polluitur, aduertit id ſine vlla turpium cogitationum occaſione, quam libens dederit in vigilia, noctu ſibi contigiſſe, vt ipſe tentaretur, propriæ culpæ tribuendum, & lachrimis immunditiam abſtergendam. In quibus verbis illa eſt difficultas. Nam ſi hoc ſomnium ſine data antecedenti occaſione tentamentum dicitur & inter tentamenta numeratur de quibus Iſidorus in eo cap. agit, quo modo tanquam culpa plangenda perhibetur? Reſpondeo nihil aliud hac in re ſignificari, quã A de illo bonarum mentium indicio experientiam fieri, quæ, vbi culpa non eſt, culpæ ſpeciem reformidant; vt cum Greg. in cap. ad eius diſt 5. eumque aliis patribus & D. Paulo adnotauimus. Iubetur igitur ille tanquam vitium plangere, illuſionis nocturnæ euentum, qui hoc modo tentatur, vt egregium timoratæ conſcientiæ præbeat argumentum, & quaſi ſui non bene conſcius latentem culpã deploret.

Tandem in poſtremo huius diſtinctionis §. His itaque ad ſuam obiectionem teſtimoniis in hac & ſuperiori diſt. adductis confirmatam reſpondet Gratianus dupliciter. 1. licet præcepta iuris naturalis in veteri lege, & Euangelio contineantur, non tamen omnia, quæ ibidem reperiuntur, ad ius naturale pertinere, ſed ad poſitiuum diuinum, quod non ita immutabile eſt, ac naturale. 2. B Vnde licet præcepta naturalia, ſeu moralia, quæ in lege veteri fuerunt, in noua non mutentur, cæremonialia iudicialia mutari potuerunt. de quibus latè diximus diſp. 1. quæſt. 4. Reſpondet 2. præcepta cæremonialia legis antiquæ dupliciter conſiderari. 1. ſecundum literam. 2. ſecundum ſignificationem. Nam vt Turrecremata hoc loco cum Auguſt. notauit, erant in lege veteri præcepta vitæ agendæ, vti erant moralia; & vitæ ſignificandæ, vt pote cæremonialia, quæ licet quantum ad litteralem ſenſum ad ius naturale non ſpectarent, quantum ad ſignificationem à naturali iure deſcendunt, & ab illo immutabilitatem participant, vt docet Ioan. præpoſ. hic cum Gloſſ & aliis communiter. Probatur ex Deuteron. 22. num. 9. 10. & 11. Non ſeres vineam tuam altero ſemine. Non arabis in boue, & aſino. Non indueris veſti- C mento, quod ex lana, lignoque contextum eſt, cuius loci myſtica interpretatio præcepta continet, etiam in lege noua obſeruanda, quatenus ex iure naturali deducuntur.

Quod vt clarius innoteſcat imprimis nota Gloſſam, Præpoſitum, Geminianum, & alios, non bene negaſſe, rationem reddi poſſe de præceptis cæremonialibus ſecundum litteralem ſenſum. Oppoſitum enim verum eſt, vt monet Turrecrem. hoc loco num. 4. Nam iubebantur Iudæi ne vineam altero ſemine ſererent ne ex auaritia, & lucri cupiditate vtroſque fructus amitterent quia vinea ſibi liberam terram depoſcit, totamque illius pinguedinem ſola exigit. vt ſequens contextus declarat, *ne ſementis, quam ſeuiſti, & vuæ, quæ naſcuntur ex vinea pariter ſanctificentur*, id- D eſt polluantur, & pereant; atque ad ſterilitatis, & ſabbati otium redigantur. vt ex Auguſt. Procop. & Ruperto declarant Cornel. hoc loco, & Lorinus. Itaque conſulitur ſecundum litteram fructuum prouentui. Præterea in altero præcepto non arandum in boue & aſino conueniunt iidem recentiores interpretes cum antiquis, ne aſinus boue imbecillior oneri impar ſuccumberet, ac totum fere iugi pondus in bouem reiiceret, quo fieret, vt vterque abſumptis viribus labori inutilis redderetur, Itaque ad vtilitatem domini, & quandam erga animalia pietatem litteralis præcepti ſenſus reſpiciebat. Tandem prohibetur veſtis ex lana, linoque contexta, quia ſacerdos magnus 3.

ſimili veſte vtebatur, vt ex Ioſepho docent Lyr. Abul. & Hugo, plures alias rationes litterales & myſticas refert Lorinus in eum Deut. locum, & in 19 Leuit. num. 19. vbi ex his tribus præceptis 1. & 3. habetor. Non rectè igitur dicunt Canoniſtæ non poſſe rationem reddi horum præceptorom, ſecundum litteralem ſenſum. quos Turrecrem. non conuincit 1. ratione à D Thom. 1.2. quæſt. 102. a. 2. accepta de diuino cultu, quia generalis eſt, eademque in omnibus præceptis cæremonialibus; ideoque non ſufficit; neque enim cauſam aſſignat, cur hæc cæremonialia potius ad Dei cultum, quam alia præcepta traderentur.

Non tamen continent rationes illæ litterales, quas tradidimus, ius naturale obligatorium, quod de ſe immutabiliter hominem obliget, vnde ſublata veteris legis obligatione in litterali ſenſu nos ea præcepta non teneut; in myſtico tamen, naturale ius indicatur, vel præceptum ex naturali iure deductum, quod adhuc immutabile perſeuerat, cauſæ igitur myſticæ apud recentiores, proxime citatos videri poſſunt. Ego vnam tantum aſſigno, quam ex Concilio Hiſpalenſi adduxit Iſidorus relatus in cap. in nonaactione. Vbi iubetur ne laicus, ſed aliquis ex proprio clero œconomus in Eccleſia conſtituatur. Et redditur ratio, *Indecorum eſt enim laicum Vicarium eſſe Epiſcopi, & ſeculares in Eccleſia iudicare: In vno enim eodemque officio non debet diſpar eſſe profeſſio. Quod etiam in lege diuina probibetur, dicente Moyſe non arabis in boue & aſino; ideſt homines diuerſæ profeſſionis in officio vno non ſociabis.* Quæ myſticæ interpretationis regula ex iuſto rectæ rationis iudicio deducta per ſe patet. Concord cap. Quoniam 16 quæſt 7. & parte 1. cap. qui vere & cap. Monachi. de teſt. ex iure ciuili l. 4. plane ff. Quod cuiuſcumque vniuerſit. nomine &c. vt interpretatur Gloſſa, & l. 17. placet Cod. de Epiſcop & Cler. intellige tamen niſi officium ad vtroſque per ſe ſpectet.

Denique comparat Gratianus ius naturale, quod ab exordio omnis creaturæ cæpiſſe dixit, & omnino immutabile eſſe, cum iure conſuetudinario, quod ex quo homines conuenerunt, initium habuit tempore Caini, qui primus terrenæ Ciuitatis conditor fuit, & filij Enoch nomen Ciuitati impoſuit vt habetur Geneſ. 4. Enochiamque vocauit. Et merito ſane, qui in cæleſti regno locum non habebat, terreni regni Metropolim primus fundauit. Nam vt egregie Auguſtin. lib. de Ciuitate Dei lib. 15. cap. 17. *Cain qui interpretatur poſſeſſio terrenæ conditor Ciuitatis & filius eius, in cuius nomine condita eſt, Enoch qui interpretatur dedicatio, indicat Ciuitatem iſtam initium & finem habere terrenum. Vbi nihil ſperatur amplius quàm quod in hoc ſeculo cerni poteſt.* Lege eundem cap. 1. & 8. euſdem, libri 15. Vnde iuris conſuetudinarii mutabilitatem colligere licet, ſi quidem cum terrenis imperiis mutari conſueuit. Huius verò iuris, & primæ Ciuitatis initium ponit Salianus tom. 1. Anno 130. ab orbe condito, ſed cum ſuæ ſententiæ nullum alium authorem referat, neque illius coniectura ſuffi-

A ciat, exiſtimo hac in re nil certi ſtatui poſſe; ſed ſolum iuxta D. Auguſt. mentem aſſerere hanc Ciuitatem tunc conditam fuiſſe à Caino, quando eius familia euſque nepotum ſucceſſione hominomque numeroſitate creuerit, vt ad ciuium populique quantitatem ſufficerent. Cornelius in 4 vel 5. ſæculo, Pererius in 5 vel 6. fundatam arbitratur.

Hoc ius conſuetudinis diluuio fere extinctum, reparatum ſeu immutatum fuiſſe dicitur à Nemrod Geneſ. x. Is enim iuxta communem ſententiam regnum Babylonicum prior obtinuit, idemque fuit atque Belus, quem prophanæ hiſtoriæ primum Babyloniorum regem fuiſſe teſtãtur. Ita Euſeb. initio Chrono-
B log. Eupolemon in volumine de Iudaica hiſtoria, vt refert Alex Polyhiſt. apud Euſeb. lib. 6. de præpar Euangel. cap. 4. D. Hieronym. in cap 2. Oſeæ. D. Auguſtin. lib 16. de Ciuitat. cap. 3. & cap. 17. Ado, Iſidorus, Marianus, Scotus, Hogo à S. Vict. Bellarmin. Gordon & Pererius, quos ſequitur Salianus in Annal. tom. 1. Anno 131. num. 55. addit Cornel. ad cap. x Geneſ. num. x. Beroſum Annian. aliaq; adducit, quæ ad huiuſmodi hiſtoriam ſpectant, congrueque Nemrod rebellis nomen accepit qui primus poſt diluuium in homines tyrannidem exercuit, ſibique ſeruire coëgit, & quod peius eſt à Deo abductos ad Idolatriam conuertit; vt Hieron. Ioſeph. Aluinus & Iſidorus confirmant quos apud eumdem Cornel. x. Geneſ. verſic. 8. & 9. reperies allegatos.

C

In cap. 1. Imperatores, & 2. iuſtum eſt Diſtinctionis IX.

NOTATIO VIII.

SEptimam diſtinctionem ad commentationem 6. de cauſa efficiente conſtitutionis remitto: Octauam verò ad titulum de conſuetudine tom. 2. exponendum. Nonam hoc loco inſero, quia in ea ius ſcriptum cum naturali confertur, eique cedere dicitur: cuius occaſione de ſcripti iuris authoritate diſſeritur: cum igitur inter cauſæ materialis conditiones illa numerari ſoleat in conſtitutionibus, vt ſcripto proferatur, ſuum in præſenti commentatione locum vendicat nona diſtinctio, in qua ius naturale conſtitutioni huma-
D næ dicitur præferendum; & ex D Auguſt. Epiſtola 50. ad Bonifa tium virum militarem de Cæſaris comitatu comprobatur. Ius verò naturale in tota hac diſtinctione pro toto diuino iure in lege veteri, nouaque contento vſurpatur; conſtitutio verò tam ſecularem quam Eccleſiaſticam comprehendi, vt Gloſſ. Geminian. Bellarmer Turrecrem. cum aliis aduertunt Vnde quicquid in humanis conſtitutionibus iuri naturali prædicto contrarium inuenitur, tanquam vanum & irritum eſt reiiciendum, iuxta Hug. quod præcedenti diſputatione ſatis probatum relinquitur cum de conſtitutionis iuſtitia & honeſtate diſputarem.

Ait igitur Auguſtinus prauas Imperatorum

leges

Digitized by Google

leges diuinæ fidei veritatem vel interruptam honeſtatem impugnantes, & nequicquam contra DEI populum ſæuientes ad fidelium probationem perſeuerantiumque coronam inſeruire: bonas vero pro eiuſdem veritatis, honeſtatiſque integritate ſancitas ad impiorum ſæuientium terrorem protumque rectè ſentientium diſciplinam promulgari; Hinc fit vt qui his obediunt grande præmium, qui illis obtemperant, ineuitabile ſupplicium promerentur. Ex Iudæorum regibus, aliiſque in ſacra pagina relatis probat Auguſt. inſtitutum. Nam reges prauis inſtitutis Prophetarum tempore contra Deum elati omnes in Iuda, tribus exceptis, à Syracide arguuntur. Eccleſiaſt. 48. numero 6. *Præter Dauid & Ezechiam & Joſiam omnes peccatum commiſerunt: nam reliquerunt legem altiſſimi reges Iuda & contempſerunt timorem Dei.* Similiter commendatur Ezech. 4. Reg. 18. Ioſias 4. Reg 24 Dauid paſſim, & in tot ſacræ paginæ locis laudantur hi Reges præ cæteris, qui in Iuda regnarunt, quia illi tantum à peccato Idololatriæ vixerunt immunes; vt cum Lyrano & Ianſenio docet noſter Mendoza in lib. 1. Reg. annotatione 3. procemial. ſection. 7. numero 11. Etiamſi alii tres ſalutem æternam ſine dubio fuerint conſequuti Ioſaphat, Ioathan & Manaſſes, totidemque in dubiæ ſalutis opinione verſentur, vt Salomon, Aſa, Ozias, ſeu Azarias, idem enim rex vtroque nomine vocatur primo in ſecundo Paralipomen. cap. 26. numero 1. Secundò in quarto Reg. cap. 15. numero 1. De Regibus vero Iſraël ait Rup. in 1. cap. Ozeæ numero 6. *Nullus extitit qui faceret quod rectum eſſet aut placitum coram Domino, nullus omnino qui recederet à peccatis Hieroboam; omnes impœnitentes extiterunt & peccata ſua defendentes vniuerſi ſermonem Domini repulerunt.* Sed de hac re conſule citatum Doctorem tota illa ſect. vij. in annotatione procemiali 3. Additum verò regis Nabuchodonoſoris exemplum Danielis 3. numero 96. habetur.

2\. Notat gloſſ. verbo *Ergo legibus*, argumentum à contrario ſenſu eſſe fortiſſimum, ſumique ex lib. 1 ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio § huius rei adde l. 20. §. mulier, ff. qui teſtam. fac. poſſ. item concordat cap. cum Apoſtolica in fine de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſens. Capit. cap. cum virum de regular. Itaque argumentum hoc frequens eſt & vtiliſſimum. Vt tamen ſciatur quo modo vim ſuam, rectumque vſum retineat, diligenter notandus eſt ſenſus & mens legis, & in quibus fallere poſſit: qua de re latè dicemus in diſputatione de cauſa formali conſtitutionis quæſtione prima: quia hoc argumentum à legis mente eſt deſumendum, vt cum communi ſententia ibidem oſtendemus.

Cap 2. Iuſtum eſt. Secundum Caput *Juſtum eſt*, ex Iſidoro ſumitur lib. 3. ſententiar. cap 51. de eo nec verbum facit gloſſ. vel quia palea eſt, vel

3\. fortaſſe quia in aliquibus vetuſtis exemplaribus non extabat; in aliis verò ſuperiori Capitulo adiungebatur. Verbum *Conuenit* in textu redundat; illud enim in D Iſidoro non inuenio Eoque ſublato intelligitur repetitum illud *Iuſtum eſt*, ſuperioris ſententiæ, vel ſi adiungatur verbum *Conuenit*, antecedere debet particula nec, vt eſt in textu, ſeu *neque*, vt eſt in Iſidoro. Et tunc planior fiet ſenſus, neque aliud ſubintelligere oportebit, videlicet. *Principes legibus teneri ſuis conuenit, neque in ſe, conuenit poſſe damnare iura.* Etenim Principem ſuis ſe etiam legibus obligatum profiteri, ſaltem naturaliter, & iure gentium neceſſe eſt, vt interpretatur Bellamer. hoc loco cum Cyn. item Geminian. hic, eamque dicit eſſe DD. communem opinionem in cap. omnis de pœnit. & remiſſ. concordatque l. 4. digna vox Cod. de legib & Conſtitut Princ. inſtitut quibus modis teſtam. infir §. final. l. 3. ex imperfecto Cod de teſtam. l. 16. tit pat. 1. cum gloſſ. 2. ibidem Præpoſitus docet Principem ſuis legibus non neceſſitate, ſed honeſtate obligare: neque ſecundum vim coactiuam, ſed directiuam. Ciuilem etiam obligationem principi & legiſlatori tribuit Pac. de contract. tract. 1. cap. 9. numero 64. cum Bald. in l princip ff. de legib. Alberic. in l. 1. ff de officio. procur. Abb in cap. 1. de probation. per hunc text. Gomeſ. tom 2. cap. 1. numero 1. hanc quæſtionem latè diſcutit Felin. in cap. 1. de conſt Ioann. Anan. in regula cui licet, de regul. iur. in Mercur. lib. 6. eadem diſputatione vltima, quæſt. 1. expandam in 2. parte hujus tom. 1.

Exponitur caput 3. Noli 4. Negare. Et 5. ego ſolis, diſtinct. 9.

NOTATIO IX.

ETſi aliqui exiſtimarint hanc ſecundam 9. diſtinctionis partem Gratiani inſtituto non cohærere, vt refert Geminian. hic, immeritò tamen. Nam primum Gratianus de Ciuili Principum iure oſtēdit illud à diuino, quod in veteri nouoque teſtamento conſcribitur ſuperari, nec niſi quando huic conueniat recipiendum Nunc idē de ſanctorum placitis ſeu DD. ſcriptis aſſeuerant probatq; Auguſt teſtimonio, qui canonicis libris indubitatā fidem ſine mora eſſe adhibendam atteſtatur in cap. Noli ſuis vero ò enulgationibus non niſi veritati, rationique congrua videantur. Aduerbium *Incunctanter* ſignificat ſine dubitationis hæſitatione, & ſine rationis inueſtigatione, omni prorſus cunctatione poſtpoſita: ita exponitur in l. 20. ſi rogatus, ff. de Manumiſſ. vindicta & l. 11. ob carmen famoſum, ff. de teſtibus. Nam dubius in fide infidelis eſt cap. 1. de hæret. nomine verò Canonicæ ſcripturæ libri Canonici veteris & noui teſtamenti intelliguntur qui numerantur ad Innoc I. epiſt. 3. ad Exuper. cap. vlt. à Concil. Laodiceno cap. 59. Conſ. Carthag. 3. cap. 47. à Diu. Hieronym. in prolo. Galat. Diu. Auguſtin. lib 2. de doctrina Chriſti cap. 8. & tandem à Concilio Trident. Seſſio. 4. qua de re latius Bellarmin. 1.

lib. de verb. Dei, à cap. 4. Turrianus de fide diſp. 21. dub. primo. Couart. lib. 4 variar. à cap. 14. vſque ad 17. Azor. tom 1. lib. 8. in princip. Suar. de fide diſp. 5. ſect. tertia, numero 9. Serarius prologom. biblior. cap. 8. quæſt. 6. & ſequentibus. Et infra latius de hac diſp. 4 quæſtione ſexta & ſeq.

2. Cæterum ſcriptura ſacra Spiritu ſancto dictante non tantum ſenſum, ſed etiam verba, literis fuit commendata, vt nota, & manifeſta nobis fuerit fidei regula infallilis. Et ſane quod attinet ad ſenſum, à Spiritu ſanto fuiſſe dictatum definit Tridentin. Seſſ. iv. Et probatur. Nam Moyſi dixit Deus Exod. 4. *Ego ero in ore tuo*, Matth. 10. Chriſtus Dominus ad Apoſtolos ait. *Non enim vos eſtis qui loquimini; ſed ſpiritus patris, qui loquitur in vobis.* Paulus verò 2. ad Timoth. 3. ait, *ſacram ſcripturam diuinitus inſpiratam fuiſſe*, & ad Hebræos 1. ait, *olim Deus loquens patribus in Prophetis.* Item ſecundæ, Petri 1. *Non voluntate humana, ſed Spiritu ſancto inſpirante loquuti ſunt ſancti Dei homines.* De verbis aliqui dubitarunt; quia ad veritatem fidei minimè neceſſarium erat, vt ipſamet verba Spiritus ſanctus effingeret, præſertim cum aliquando minus polita & non ſatis congrua videantur. Verumtamen idem de verbis dicendum quod de ſacræ paginæ ſenſu, vt Auguſtin. ſerm. 2. in pſalm. 90. ſignificat dum ait, *de Ciuitate, à qua peregrinamur, ſcriptæ nobis venere litteræ.* Item Baſil. Theodoſ. & alii quos refert Lorinus hoc modo verſiculum pſalm. 44. interpretantes. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Et hæc eſt receptiſſima PP. ſententia, quos ſequuntur Bellarmin. lib. de Verb. DEI cap. ſecundo, Cano de locis lib. ſecundo cap. 18. Suar. citat. ſect. 3. numero 3. Et quamuis hæc verborum determinatio, ad certitudinem veritatis, & ſenſuum neceſſaria non eſſet, ad maiorem tamen dignitatem, & excellentiam ſcripturæ ſacræ: atque adeo vt libri Canonici in maiori veneratione apud omnes haberentur, maximè conueniens fuit, vt non modò ſenſus, ſed verba etiam Spiritus ſanctus edictaret, quod facere potuit, vel imprimendo ſpecies per accidens infuſas, vel excitando præexiſtentes in mente canonici ſcriptoris, vt verborum quæ conſcribenda erant, conceptus efformaret, & hac ratione ſacræ paginæ veritatis excellentiori quodam modo ſcriptæ cenſentur, quam œcumenici alicuius Concilii Summi Pontificis definitiones, decretaque in materia fidei. Etenim ad hæc ſufficier permanens Spiritus ſancti aſſiſtentis cuſtodia, ne prædicti Concilii Patres, vel Summos Pontifices in his definitionibus errare ſinat, remotis nimirum iis obiectis, & rationibus, quæ illos in falſitatem deducere poſſent, & relictis ſcriptoribus, vt communi & ordinario modo, ſuis ſpeciebus, ſua induſtria, & diligentia in conſcribendo vterentur. Neque obſtat, aliqua verba in ſacra pagina minus compta, minuſque polita inueniri; nam id de induſtria factum crede quia diuina veritas externis eloquentiæ lenociniis non indiget. Notat enim Theod. Cant. 5. Sponſi labra non immerito liliis comparari, quæ ſolo candore natiuo nitent, alienum fucatumvè colorem non emendicant, quia diuinum verbum puro veritatis nitore contentum externis verborum phaleris comptæque orationis calamiſtris negligit adornari, quod ſignificauit Paul. 1. Corinth. 1. numero 17. Vbi aſſerit ſe miſſum Euangelizare; *Non in ſapientia verbi, vt non euacuetur Crux Chriſti.* Et 1. Corinth. 2. numero quarto, *Sermo meus*, inquit, *non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis.* hanc rationem dilatarunt luculenter Athan. Nazianz. Orig. Chryſoſtom. Auguſtin. Clemens Alexandrin. Theodor. & alii citati à Iuſtiniano in vtroque loco D. Pauli.

3. Hinc ſequitur ſacram ſcripturam regulam eſſe noſtræ fidei, quæ certitudinem & infallibilitatem continet cum nulla alia comparandam. Et ita definit Tridentinum Seſſ. 4. Probaturque quia ſi diuina ſcriptura eſt Verbum DEI ſcriptum, neceſſe eſt vt ſit certiſſima infallibiliſque regula veritatis. Nam ſicut impoſſibile eſt Deum errare vel mentiri, ita impoſſibile eſt mendacium, vel errorem in Dei ſcriptura reperiri. Nam error cum infinita Dei ſcientia, mendacium cum ſumma eiuſdem bonitate repugnat. Quia verò, nullius Sancti Patris authoritas, ſapientia, ſeu bonitas tanta eſt, vt ſecundum ſe & quaſi priuata perſona fallere, vel falli non poſſit: ideò meritò Auguſtin. in noſtro textu facta, comparatione ſacræ & canonicæ ſcripturæ, cum libris, quos ſcripſit: ſacris literis ſine hæſitatione ſeu rationis inueſtigatione omnino credendum, ſuis verò ſcriptis non niſi veritati, & rationi conſentanea appareant, aſſentiendum arbitratur. Aduerte tamen in contextu pronomen *in illis*, ad ſacras ſcripturas, illud verò *in iſtis* ad Diu. Auguſtin. literas referri. Nam etſi in proximiori loco contextus ſacræ ſcripturæ ponantur, tamen non tam ad locum conſtitutionis quàm ad tempus ſcriptionis remotius Auguſtinus reſpexit.

4. Quicquid igitur in libris Canonicis traditur abſque vllo examine tanquam omnino verum eſt recipiendum; quod verò à quolibet Doctore etiam magnæ authoritatis docetur, an verum ſit, inſpici & examinari debet. Si quæras quid ſit verum in iure? Reſpondeo cum Azo, Guido to. 1. Syntagm. lib. 3. cap. 4. id dici verum ſuper quo habentur caſus legis, vel Canonis per leg. 12. ancillæ Cod. de fur. & ſer. corrupt. Ibi nulla iuris quæſtio eſt videlicet vt gloſſ. ſupponit, non eſt locus dubitationi, quia caſus legis eſt, vt habetur, ff. eodem tit. de furtis l. 56. ſi pignore §. cum furti: ſi tamen non habemus legem vel canonem, neque authenticam ſcripturam, tunc ad Doctorum opinionem magis veriſimilē recurrendū iuxta cap. 1. de decimis ibi. *traditionem quoque accipimus hebræorū*

non lege præceptam, ſed arbitrio Magiſtro-
rum inolitam, & cap. ſi nonnulli 16. quæſt.
1. cap. 2. de Preſbiter. non baptizat. concor-
datque leg. 11 ſi idem, cùm eodem, ff. de Iu-
riſdict. omn. Iudic. leg. 17. diui, ff. de Iure-
patronat. clement. 1. in fin. de ſumm. Tri-
nitat. Quamobrem in hoc cap. monet Ioan-
nes Præpoſitus, ne quis ſe facilem ad creden-
dum dictis doctorum, abſque delectu, &
veritatis examine præbeat, quia nimia in
credendo facilitas reprobatur, in cap. Inno-
cens 22. quæſt. 2. & in cap. dilectus quod me-
tus cauſa gloſſ. in cap. ſi quis propera diſt. 50.
item l. 2. ff. quod cum falſ. tut. maximè
quando inter DD opinionum varietas eſt,
tunc enim ea tenenda opinio, quæ præſtan-
tioribus nititur fundamentis, vt dicitur in l. 2.
§. ſi quis Cod. de veter. iur. Enucl. cap. Ca-
pellanus de fer.

Cap. 4. Negare. In cap. *Negare* Auguſt. ad Vincentium
lib. quarto de anima & orig. eius cap. 1. in
5. eodem perſiſtit argumento, vt oſtendat ſe
non indubitatam authoritatem ſuis ſcriptis
arrogare, immo cuiuſlibet correctionis ſub-
iicere, vt in prolog. lib. 3. de Trinit. ma-
nifeſte dixit. *Cum in omnibus literis meis*
non ſolum Pium lectorem, ſed etiam libe-
rum correctorem deſiderem. Egregium ſa-
nè humilitatis exemplum Doctoribus Ca-
tholicis Auguſtinus reliquit; quippe qui in
confeſſionum & retractationum libris tum
intellectus, tum affectus ſui errata omnibus
2. fecerit manifeſta; Optimamque indicat ra-
tionem, ob quam Doctores facile poſſunt
excuſari, ſi in multis & variis operibus ipſo-
rum aliquid erroris obrepſerit: Nam ali-
quando bonus dormitat Homerus, quod
ex ciuili iure confirmabitur; nam in facto
proprio, quod multa, eaque intricata
continet negotia prætendere quis poterit
probabilem ignorantiam, vt egregie nota-
uit Cardinalis Alexandrinus ad hunc tex-
tum ex l. emptor §. Lucius, ff. de pact. &
ex leg. ſi res oblata in princip. ff. de le-
gat.

Cap. 5. Ego ſolis. Cap *Ego ſolis*, ad idem duorum præ-
cedentium pertinet inſtitutum de authorita-
te, veritateque infallibili, quæ in libris Ca-
nonicis continetur, qui textus habetur in
Epiſtola 19. Auguſtin. ad Hieronymum,
quamuis in aliquibus textibus citetur 8. in
aliis 10. Porro libri Canonici ſacræ ſunt no-
6. ui veteriſque teſtamenti ſcripturæ, quæ di-
cuntur Canonicæ: quia ab Eccleſia ſunt ap-
probatæ, & in Canonem diuinarum ſcrip-
turarum receptæ. Nam præter illam fidei
regulam, quæ in ſacra pagina elucet, datur
alia viua, & animata, quæ humano, & ſen-
ſibili modo res fidei infallibiliter creden-
das definit, ac proponit, hæc verò eſt Eccle-
ſia vniuerſalis, cuius caput eſt Summus Pon-
tifex Chriſti Vicarius, cui ſpiritus Sanctus
aſſiſtit iuxta illud Actorum 15. *Viſum eſt*
ſpiritui Sancto & nobis, Ita docet expreſ-
preſſe Auguſtin. contra Epiſtolam Mani-
chæi, quæ dicitur fundamenti: Cap. 5.
Ego verò Euangelio non crederem, niſi me,
Catholicæ Eccleſia commoneret authoritas,

A idemque docet lib. 18. contra Fauſtin. cap.
4. quibus verbis ſatis oſtendit Auguſtin.
nullam ſcripturam eſſe authenticam & ca-
nonicam ſine authoritate Eccleſiæ, cuius
membra fuerunt Canonici ſcriptores. Ter-
tullian. lib. 4. contra Marcion. Hieronym.
Epiſtol. 87. ad Auguſtin. & plures alii quos
ſequuntur Ioann. Ecchius in Enchirid. cap.
1. Driedo. lib. 1. cap. 1. de dogmat. Eccleſ.
& lib. 4. cap. 4. Alphonſus de Caſtro lib.
1. de hæret. cap. 1. Suar. de fid. diſp. 5.
ſect. 5. numero 2. & latiſſimè Serarius pro-
log. Biblior. cap. 7. quæſtione 6. & ſequen-
tibus, Bellarmin. lib. 3. de verb. Dei cap.
8. qui capite 7. plura Pontificum & Impe-
B ratorum teſtimonia ad idem confirmandum
adduxit. Vltra varia vtriuſque teſtamenti
loca, & antiquiſſimam Eccleſiæ conſuetu-
dinem, quæ omnia in tribus antecedentibus
capitibus expoſuit, quibus prætermiſſis venio
ad rationem.

Scriptura ſacra ob myſteriorum multitu- 7.
dinem, ac excellentiam ob diuerſos lingua-
rum Idiotiſmos, ob varias verborum ſigni-
ficationes obſcura, & intellectu difficilis
eſt: ergo in explicatione illius, & in veri
ſenſus expoſitione neceſſariò occurrere de-
bent aliquæ difficultates, & emergentia du-
bia: ſed ad illum pertinet iuris, ſeu regulæ
declaratio; ad quem ſpectat illius ſanctio:
vt late dicitur diſputatione ſexta. Ergo vt
ſacra ſcriptura infallibilem veritatem in deci-
ſione harum difficultatum edoceat, ne-
ceſſe eſt, exponatur eodem ſpiritu, quo
C facta eſt, ſicut ergo inſpirante diuino ſpiri-
tu ſcriptor Canonicus ſacras literas edidit,
ita ab eodem ſpiritu aſſiſtente alicui, hæc
dubia reſolui debent: ergo neceſſaria eſt
aliqua regula viua ſimiliter infallibilis, cui
Spiritus Sanctus in expoſitione dubiorum in
materia fidei aſſiſtat: hæc non poteſt eſſe
priuata perſona; ergo neceſſario debet eſſe
publica à Deo ſtatuta: hæc eſt vniuerſalis
Eccleſia ſub obedientia Summi Pontificis,
quæ nec à vera fide deficere poteſt, neque
errare in iis quæ tamquam certa de fide
credit, & credenda Gentibus proponit La-
tius proſequitur hanc rationem Bellarmin.
citatus cap. 9. & confirmat Suar. vbi ſu-
pra Sect. 5. & 6 contra noſtri temporis hæ-
reticos aſſerentes has controuerſias non poſ-
ſe per certam regulam definiri: ſed vnum-
D quemque ſaluari poſſe ea credendo, quæ
ſibi interius ab ſpiritu Sancto fuerint edic-
tata. Ex quo, tot tamque diuerſos ſpiritus
ſibi fingunt, quot ipſi erroribus diſtrahun-
tur, de quo latius diximus diſp. 1. quæſtio-
ne. 4.

Ex hac ratione colliges, quam debita fue- 8.
rit reuerentia honorque ab Auguſt. Cano-
nicis literis exhibitus, in quibus nihil erroris
eſſe poſſe certiſſimè ſciret; quare ſi quid in
illis minus conſonum veritati, ſibi occurreret,
mendoſi Codicis corruptelæ, vel interpretis
incongruæ verſioni, vel ſuæ inſcientiæ tri-
buendum iudicauit; hanc verò honoris præ-
rogatiuam nulli Patrum quantumuis ſan-
ctitatis fulgore prælucead, deberi affirmauit.

Nam illorum dicta, non ideo tantum, quia ipſi dixerunt vt omnino veta exiſtimantur, ſed quia vetitati & rationi congruam doctrinam inculcarunt. Solius enim Dei proprium eſt, vt ipſi dicenti neceſſariò credatur, quia eſt ipſamet veritas & ſapientia, vt diximus. Vnde D. Thom. 1. part. quæſtion. 1. articul. 8. ad ſecundum dixit. *Innititur fides noſtra reuelationi Apoſtolis & Prophètis factæ, qui canonicos libros ſcripſerunt; non autem reuelationi, ſi qua fuit alijs Doctoribus facta.* In cuius confirmationem Auguſtin. teſtimonium in noſtro textu relatum adduxit. Ratio eſt, quia nuda Pattum authoritas ſecundùm ſe ſumpta non eſt infallibilis: Vnde in multis præſertim, quæ ad naturalem ſcientiam ſpectant, in contrarias opiniones abierunt. Ideoque non omnia, quæ ab illis aſſeruntur, ab Eccleſia approbantur, ſed ea, quæ principiis fidei, veritati, & rationi manifeſtè conformantur: hanc doctrinam cum latè tradiderit Caſtro lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 7. tandem poſt medium adiungit concordem Patrum ſententiam pro Eccleſiæ definitione habendam, & quod Patres communiter tradunt, dogma eſſe fidei, quod etiam docuit cano. lib. 7 de locis cap. 1. & 3. Verum in hoc Scholaſticis Doctoribus contradicunt; & doctrinæ quam ipſi, ſupra tradiderant, neque argumenta quibus nituntur, id oſtendunt, vt ex eorum ſolutione patebit.

9\. Oppones primo, ſexta Synodus generalis Canon 19. Concilium Lateranenſe ſub Leonæ Decimo att. 10. & nouiſſime Tridentinum, Seſſio. 4. prohibent ne quis contra communem Sanctorum Patrum interpretationem ſacras literas exponat. Ergo in eodem communi Patrum conſenſu infallibilem authoritatem Eccleſiæ agnoſcunt Reſponſio negando conſequentiam; nam citata concilia non ideo præcipere, vt communis Pattum ſententia in expoſitione ſactarum literatum teneretur; quaſi eorum authoritas omnino certa & infallibilis ſit, eaſque expoſitiones de fide obſeruare debeant, ſed vt occurrerent hæreſibus ex praua ſacræ paginæ interpretatione pullulantibus, ſaluarique præcepto errandi occaſionem adimerent, quamobrem adhuc liberum eſt Interpretibus ſcripturæ ſacræ nouos ſenſus inquirere, & Pattum ſententias expendere, dummodo communia illorum placita non reiiciant; ſi tamen contra communem Pattum conſenſum quis opinetur, ſeu interpretetur; mortaliter quidem peccabit, quod in re tam graui Eccleſiæ non obedierit, & temerarius erit, quod ſuum præponat ſanctis Patribus iudicium, non verò hæreticus cenſebitur. Addendum tamen in communi Patrum interpretatione aliquando verum ſcripturæ ſenſum, ac proinde Catholicam veritatem contineri, præſertim quando omnes eo textu vtuntur ad confirmandam propoſitionem de fide. At Patres non tantam habent authoritatem, vt ratione ſui id nobis de fide neceſſariò credendum proponant, ſed quia eorum conſenſus Apoſtolicam traditionem, ſcriptorumque Canonicorum declarationem manifeſtat, & hunc eſſe totius Eccleſiæ ſenſum tacitè conuincit; Et ideo conſilia ſæpiſſimè ad Parrum teſtimonia recurrunt, ſcripturamque ſacram iuxta communem Pattum interpretationem exponendam eſſe proclamant, quia in communi ac vniformi eorum placito germanus ſenſus ab Eccleſia receptus, & antiqua traditio declaratur: quam rationem attingunt Clemens Epiſt. 5. Dionyſius de Cæleſt. Hierarch. cap. primo Irenæus libro quarto cap. 36. Clement. Alexand. 6. Stromat. & alii quos ad aliud confirmandum adducit Can. 7. de locis cap. 3 concluſione 5.

10\. Vrgebis, Summus Pontifex, vt aliquem ſacrarum literarum ſenſum, tanquam verum definiat, aliudve fidei dogma ſtatuat, neceſſariò ad eandem ſacram pagioam, vel ad antiquam traditionem, vel ad communem Eccleſiæ Patrumque conſenſionem recurrit. Idcircò enim Clemens Primus cum de intelligentia illius loci Ioann. 19. numero 33. *Ad Ieſum autem cum veniſſent, inuenerunt eum iam mortuum*, in Vienneoſi Concilio certaretur, vt proprium ſenſum tradat, ita exorditur. *Nos ad Sanctorum Patrum & Doctorum communem ſententiam Apoſtolicæ conſiderationis aciem conuertentes, ſacro probante Concilio declaramus*: ergo ſi communis Patrum conſenſus quatenùs Apoſtolicam traditionem indicat, totiuſque Eccleſiæ communem ſententiam continet, rebus fidei authoritatem tribuit, ſicut ſummi Pontificis definitio, & iudicium regula eſt fidei, ita Doctorum conſenſus vniformis fidei norma credetur. Neganda tamen eſt conſequentia, & reddenda diſpar ratio in Doctorum conſenſu ac Summi Pontificis teſtimonio: Nam Papa authoritate ſibi diuinitus commiſſa tamquam ſpiritualis Iudex, & Chriſti Vicarius diuinum ius interpretatur; & proponit, ad illius obſeruationem, neceſſariam doctrinam. Doctores verò ſeu Patres ab vniuerſali concilio ſeparati, & ſeorſim accepti, quamuis in veritate Catholica conueniant, vt priuatæ perſonæ loquuntur ſuo nomine non totius Eccleſiæ, & iuxta propriam vniuſcuiuſque eruditionem, quam veriorem exiſtimant doctrinam, non definiendi authoritate; ſed rectè ſentiendi ſuffragio confirmant. Vnde ſi ad nihil aliud, quam ad illurum placita attendamus, ex eorum conſenſu efficax in materia fidei argumentum eruemus, non tamen fidei definitionem.

11\. Oppones ſecundo omnium Doctorum inter ſe conuenientium authoritas eſt infallibilis, ergo ſufficiens eſt, vt in ea fidei articulus fundetur. Probatur antecedens. Nam ſi omnes Eccleſiæ Doctores in aliquo articulo fidei errare poſſent, fieri etiam poſſet vt Eccleſia vniuerſalis in errorem fidei laberetur contra Diu Paul. qui eam appellat columnam & firmamentum veritatis 1. ad Timoth. 3. numero 15. *Quæ eſt Eccleſia Dei viui columna & firmamentum ve-*

ritatis. Illatio ſuadetur, quia particulares populi in rebus fidei paſtorum ductum ſequi tenentur, ergo ſi omnes Doctores & paſtores Eccleſiæ in errorem fidei incidant, illumque vniuerſo populo Chriſtiano proponant, Eccleſia errabit vniuerſa. Reſpondeo negando antecedens, & ad probationem ſimiliter neganda illatio: quia fieri poteſt, vt Patres & Doctores communiter conueniant, & tamen ſummus Pontifex oppoſitum amplectatur; nulla enim in hoc naturalis repugnantia apparet, quia Doctorum cætus per ſe ſine Summi Pontificis conſenſu infallibilem ſpiritus Sancti aſſiſtentiam non habet, immo nonnumquam concilia ſexcentorum Epiſcoporum Summi Pontificis decreto fuerunt reprobata. Ad teſtimonium Diu. Paul. dico Eccleſiam firmiſſimam totius Catholicæ veritatis eſſe Columnam, non tamen quatenus eſt corpus ſine capite, & truncus ſine ſenſu, ſed quatenus ad ſuum caput in quo perſectum illius iudicium reſidet, ſubmiſſe accedit per quod non tollitur, quod ſede vacante in electione ſpiritus Sanctus aſſiſtat.

Inſtabis. Chriſtus Dominus ſui ſpiritus aſſiſtentiam ſacris Doctoribus promiſit; ergo, &c. Probatur antecedens. Primò, quia Chriſtus Dominus Ioann. 14. numero 16. Sancti Spiritus aſſiſtentiam promiſit, non modò Apoſtolis, ſed etiam ſacris Doctoribus ac Patribus eorum ſucceſſoribus. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum*: ſi enim hæc promiſſio ad ſolos Apoſtolos ſe extenderet, non diceretur ſpiritus Sanctus in æternum permanſurus. Secundo, Paulus ad Epheſ. 4. numero 14. rationem reddens cur Deus Doctores ſacros in Eccleſia reliquerit, ait *vt iam non ſimus, paruuli fluctuantes, & circumferamur vento doctrinæ*, vt ſignificaret nos ſanctorum Patrum ductum ſequuti diuerſo errorum turbine circumferri non poſſe. Tertio. Quia non minorem authoritatem habent ſacri Doctores, quando in eadem ſententia conueniunt, proprioque ſtudio veritatem aſſequuntur, eamque fidelibus inculcant; quam cùm ad res fidei explicandas in Concilio congregantur, ſed illis in Concilio congregatis ſpiritus Sanctus aſſiſtit, ergo etiam diſperſis, ſi in eadem omnino ſententia conueniant. Quarto. Quia, vt Diu. Auguſtin. lib. 18. de Ciuitat. cap. 41. aduertit credibile non eſt omnes Doctores idem ſentire & docere, ſine peculiari ſpiritus Sancti illuminatione, & regimine. Nam Philoſophi, etiam in eadem academia enutriti in diuerſas ſectas abiere, & non modo ſibi inuicem, ſed ipſis etiam magiſtris repugnantes comperimus. Vnde concludit Auguſtin. de ſacris Doctoribus loquens. *Quicumque ſecundùm illos ſapuit, & vixit, non ſecundùm homines, ſed ſecundum Deum, qui per eos loquutus eſt, ſapuit & vixit.*

Nego tamen antecedens, ſi ſermo ſit de aſſiſtentia ſpiritus Sancti, vt ſacri Doctores

A dogma fidei definiant extra Concilium Summi Pontificis authoritate confirmatum: ad primam probationem illud Ioannis teſtimonium, vt egregiè exponit Ribera ſpiritum ſanctum ſemper in Eccleſia permanſurum demonſtrat. Ad ſecundum dicendum nihil aliud concludere, quod ex D. Paulo adducitur quàm neceſſarios eſſe in Eccleſia Doctores, vt fidei dogmata explanent, inter quos etiam numerat Canonicos ſcriptores, nempe Apoſtolos, Prophetas & Euangeliſtas; ex quibus nequit argumentum extendi ad alios Doctores, vt eandem cum illis habeant authoritatem; cùm in his eadem ratio non militat: nam reliquorum libri inter Canonicam ſcripturam non computantur. Ad tertiam reſpondeo non eamdem habere autho-

B ritatem peculiari ſtudio fidei veritatem indagantes, & exponentes ſeorſim ſeparati, atque in Concilio œcumenico congregati. Nam quando conueniunt, ſe mutuò iuuant, & totius Eccleſiæ cætum, cui promiſſa eſt ſpiritus Sancti aſſiſtentia, repræſentant, quod ſane priuilegium ſeparati non obtinent; immo neque congregati obtinerent, ſi citra ſummi Pontificis authoritatem, requiſitamque Epiſcoporum coniunctionem ad dogma fidei declarandum conuenirent. Ad quartum dico in primis Diuum Auguſtinum loco citato de Canonicis ſcriptoribus loqui, vt patet ex illius verbis, *Denique authores noſtri in quibus non fruſtra ſacrarum literarum figitur & terminatur Canon, abſit vt inter ſe aliqua ratione diſſentiant*. Nam de aliis quid ſentiat ſatis ex poſtrema parte noſtri textus oſtenditur, cuius occaſione hæc diximus. Non eſt

C tamen negandum ſacrorum Doctorum mentes à Deo peculiari prouidentia fuiſſe colluſtratas, non quidem, vt in rebus fidei cuiuſlibet erroris immunes euaderent; ſicut aliqui Theologi cum Medina de recta in Deum fide ſpiritum Sanctum antiquorum Philoſophorum mentes illuminaſſe credunt, vt in tradendis ſcientiarum naturalium principiis minus errarent, apriuſque in fundanda naturali Philoſophia ratiocinarentur; in aliis ergo ſcriptoribus, qui Canonici non ſint, non tam conſiderandus eſt, quis dicat, quam quid dicat vt Gloſſ. ſingularis verb. Quantalibet huius text. notauit cum multis aliis.

Exponuntur cap. vt vt veterum cap.
D *7. ſi ad ſcripturas, & cap. 8. quis neſciat, diſt. 9.*

NOTATIO X.

QVia ſuperiori capite dixerat Auguſtinus poſſe ſacræ ſcripturæ Codices corrumpi, & uendoſos fieri typographi negligentia, vel corruptoris malitia. Oſtendit in hoc capite ſexto Gratianus quid faciendum ſit, ſi quod huiuſmodi vitium in Canonicis libris reperiatur, refertur tamquam Auguſtini teſtimonium præſens textus: Eſt tamen Hieronymi in Epiſtola 28.

ad Locinum Bæticum, cuios ſenſus eſt ſacrorum librorum veterum certitudinem ab Hebræis nouorum à Græcis exemplaribus eſſe deſumendam: nec multum diſſimilem ſententiam tradidit Auguſtin lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 10. vbi ait, *Latinæ linguæ homines duabus alijs ad ſcripturarum diuinarum cognitionem habeat opus, Hebræa ſcilicet, & Græca, vt ad exemplaria præcedentia recurratur, ſi quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas*, etiamſi cap. 15. eiuſdem libri dicat codicis veteris teſtamenti, ſi neceſſe fuerit, Græcorum authoritate emendandos eſſe, *eorum potiſſimum, qui cum ſeptuaginta eſſent, ore vno interpretati eſſe perhibentur.*

2. Hinc apparet Gloſſam, & Interpretes communiter huios loci non modo in authore huius textus ſpectatis formalibus verbis illius aberraſſe, ſed etiam in eo quod aſſerunt Diuum Hieronymum, & Auguſtini hac in re diuerſa docuiſſe. At dices. Erit ergo Hieronymus ſibi contrarius, qui in præfatione ſuper Pentatheucum ad Deſiderium ait, *Emendatiora ſunt exemplaria Latina, quam Græca, & Græca quam Hebr a.* Fateor concilianda eſſe hæc duo loca Hieronymi, ſed non tamquam diuerſorum PP. Auguſtini ſcilicet, & Hieronymi; deinde Cardinal. Alexandrin. Archidiacon. Geminian & alii cum Gloſſa communiter noſtrum textum exponunt, vt per libros veteres vetus teſtamentum, per nouos verò nouum intelligatur: hæc tamen expoſitio ſine vlla limitatione vera non eſt, neque enim totum teſtamentum verus ſcriptum habemus in Hebræo: quia Eccleſiaſticus & ſecundus liber Machabæorum forte primò ſcripti ſunt io Græca lingua, teſte Gaſpar. Sanch. in præfat. ad ſacram ſcripturam quæſtione 5. ſection. 6. oeque totum nouum in Græca. Nam Euangelium Matth. & Epiſtola ad Hebræos ſcripta fuerunt in Hebræa, ſeu Syriaca lingua; ergo ſi recurrendum ſit ad primarios codices, vnde tranſumpta ſunt, non ſemper in nouo teſtamento Græcam tranſlationem, nec ſemper in veteri Hebræam conſulere neceſſe eſt. Turrecrem. hoc loco ait quod ſi in voluminibus Latinæ linguæ, ſiue noui, ſiue veteris teſtamenti dubitatio aliqua oriatur, neque ex Latioa tranſlatione eius deciſio conſtare poſſit, ad Codices vnde primariò tranſumpta ſunt exemplaria Latina, reccurere oportere, eo tamen ordine, vt ſi codices Latini, de quibus dubitatur, fuerint ita antiqui, vt Græcam tranſlationem anteceſſiſſe credantur, cum hebræis exemplaribus conferantur: ſi verò libri latini noui fuerint ex græcis voluminibus eſſe latinorum certitudinem ſumendam. Sed neque hæc expoſitio vera eſt Primo quia Diui Hieronymi tranſlatio latina, & noua à veris exemplaribus hebræis ſumpta fuit poſt tranſlationes græcas antiquas: & tameo ſi quod dubium in ea latina tranſlatione occurrat, non Græca, ſed Hebræa exemplaria conſulere iubet Diuus Hie-

A ronymus locis infra citandis. Secundo hæc explicatio non cohæret cum cõtextu Hieronymi vnde hoc caput ſumptum eſt. Nam proximè dixerat Diuus Hieronymus in citata Epiſtola ad Lucinium, nouum teſtamentum Græcæ reddidit authoritati. Et ſtatim addit verba noſtri textus. *Vt enim veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda eſt, ita nouorum Græci ſermonis normam deſiderat* Loquitur ergo D. Hieronymus de nouo teſtamento ſecundùm illam maiorem librorum partem qui Græca lingua primo fuerant conſcripti, quos cum ſcriptura 1. collatos veritati reſtituiſſe dicit Et nouos appellat libros latinos, qui ex his Græcis fontibus tranſlati ſunt. Veteres verò qui ex He-

B bræis ſunt traducti, & Græco ſermoni redditi. Quod etiam de libro Eccleſiaſtico probabile credit Sanch. citatus ſect. 8. & de 2. libro Machabæorum aſſerit Diuus Hieronymus in prologo Galeato & in prologo Prouerb. à ſe viſum fuiſſe 2. librum cum 1. Hebraicè conſcriptum.

Neque ſibi contradicit D. Hieronym. in prologo ſuper Pentatheucum in verbis citatis, quia ibidem ait. *Sicubi in translatione tibi videor errare, interroga Hebræos, diuerſarum vrbium magiſtros conſule.* Et ſuper Eſdram in prologo dixit. *Quid interpretem laniant? interrogent Hebræos, & ipſis Authoribus translationi meæ vel arrogent vel derogent fidem.* Tandem in prolog. ſuper Paralip. idem probat ex authoritate Chriſti 3.

C Domini & Apoſtolorum, qui ab Hebræo exemplari teſtimonia ſacræ ſcripturæ allegabant. *Ad Hebræos igitur reuertendum, vnde & Dominus loquitur & diſcipuli exempla præſumunt.* Satis igitur conſtat de authoritate D. Hieronym. eiuſque ſententia. Non igitur credendum quod intra quatuor lineas eiuſdem paginæ in prolog. ſuper Pentatheucum ſibi tantus Doctor contradiceret: certum igitur eſt, vt illum exponit Abul & Vgo in expoſitione eiuſdem prologi Cardinal. Alexandr. & Turrecrem. hoc loco Diuum Hieronymum in his verbis. *Emendatiora ſunt exemplaria latina quàm Græca, & Græca quàm Hebræa*, loquutum fuiſſe in perſona illorum, qui dicebant tranſlationem ſeptuaginta magis eſſe probandam, vt qui

D ſe hoc argumento excuſarent, ne nouam Diui Hieronymi tranſlationem reciperent. Quaſi diceret ſibi contradicunt, qui vſurpata teſtimonia à Chriſto Domino & Apoſtulis ab Hebræis petita recipiunt, & nihilominus dicunt emendatiora eſſe exemplaria Latina, quam Græca, & Græca quàm Hebræa; & ita patet quis verus author, & qui Germanus huius capitis ſenſus debet exiſtimari. Cæterùm difficultates de iuris naturalis ſeu diuini ſcriptura ſacra, prout in Hebræis, Græcis, & Latiois literis continentur in diſputatione hanc commentationem conſequente enodabo.

Ex hoc textu colligit gloſſa quod quantumcumque ſit authenticum inſtrumentum, ſi in eo aliquid in dubium reuocetur, neceſſario eſſe exhibendum originale, ex quo reiicitur Alberti opinio, qui hoc de priuata, noo

Digitized by Google

de publica ſcriptura aſſerebat. Et probatur opinio Gloſſæ ex cap. ieiunium, diſt. 76. & cap. contra morem diſt. ton. cum ibi notatis verb. *conſuetudine*. Vbi dicitur poſtquam fides impoſita eſt ſcripturæ, interueniente iudicis authoritate, & debita ſolemnitate traoſumptæ, noo opus eſſe originalem ſcripturam oſtendere, niſi pars eam vellet de falſitate conuincere Eo tamen caſu ille cuius eſt ſcriptura ſe tueri poſſet, ſi iuraſſet ſe originalem perdidiſſe, ita habetur in l. final. C. de fid. inſtrument. & concinit cap. Abbate, de verbor. ſignification. Addit Præpuſit. ad hunc text. num. 5. ſi exemplum amittatur, ad originale recurrendum, iuxta Bart. in l. ſi quis ex argentariis §. ſi initium ff. de edendo, & ſi illud non reperitetur, tunc eſſet pars cogenda facere de nooo contractum, de quo primum inſtrumentum fuerat ordinatum, iuxta doctrinam Bartol. in l. Chirographis ff. de adminiſtratione Totor. & in l. ſi fuiira §. eleganter ff. de damn. inſect. & in l. 3. §. nunc de effectu ff de lib. legat. Panormitan. in cap. accipimus de fid. inſtrument.

5. In cap. *Si ad ſcripturas* officioſa etiam mendacia à ſacris literis omnino excluduntur. Et ratio redditur, quia alioqui ſacra pagina ſuam infallibilis veritatis autoritatem amiteret, & proteruæ falſitatis calumniam noo effugeret Ita ſcribit Auguſtin ad Hieronymum Epiſtola. 9. cap. 3. vnde hic textus ſumptus eſt in correctioribus eiuſdem Auguſtini exemplaribus pro *Obterebratur* legi ſolet ſubruatur; ita habetur in editione nunc recens excuſa Pariſiis anno 1616. ſenſus tamen idem eſt quouis modo legas. Officioſum mendacium dicitur, quod aliquo modo eſt vtile, alicui enim prodeſt, & nemini nocet, aliquamque pietatem præſe fert: ſic enim ioofficioſum teſtamentum dicitur quod contra pietatis officium fit. l. 2. 3. 5. 6. & alijs quam plurimis ff. de inoff. teſtam ita Interpretes cõmuniter cum Gloſſ. 1 Hinc deducitur à Gloſſ. 2. inſtrumenta, & atteſtationes, quæ in parte aliqua inueniuntur falſæ, in totum reprobari, & vltra textus quæ Gloſſa citat. videri poſſunt multo plures apud Alex. in l. ſi ex falſis C. de tranſactionibus column. 4. & 5. Iaſon. ibidem col. 3. Maſcard. concluſ 641. de probat. num. 1. Panormitan. Felyn. & alios in cap. Fraternitatis de hæret. addit Præpoſit. ſiue mendacium permiſceatur circa negotii circũſtantiam, ſiue ſubſtantiam, idem docet Archidiaconus hic. Innoc. in cap. Fraternitatis de hæret. Quouis enim modo ex his mendacium in ſcriptura reperiatur, illius valorem tollere exiſtimant. Verùm oppoſitam ſententiam iudico veriorem nempè non vitiari inſtrumentum, niſi falſitas circa ſubſtantialia inſtrumenti, vel negotii verſetur: ſi enim in aliqua ſcripturæ parte non ſubſtantiali, vt potè in circumſtantia, quæ oeque ad ſolemnitatem inſtrumenti omnino requiritur, neque negotii ſubſtantiam immutat, ſcripturam non vitiari teſtantur Abb. Felyn. Ioann. Andr. immb & Innocent pro altera parte citatus hanc etiam defendit, & communiter Canoniſtæ in cap. Fraternitatis citatum Anton. de Buttio in cap.

Cap. 7. ſi ad ſcripturas.

A cum cauſam io fine de probation. Paul. de Caſtr. in l. ſi ex falſis citatam Bald. ibidem nu. 12. Item Iaſon column. vltima, & legiſtæ communiter. Sententia ergo Præpoſiti & Innocentii, ne ſibi contrarius ſit, exponi poteſt; quando materia eſſet valde ſuſpecta, tunc enim circomſtantiarum varietas inſtrumenti veritati noceret. vt cum Socin. Iunio. conſil. 229. colum. 5. volum. 2. docet Maſcard. vbi ſupra num. 9. vel quando ſcriptura non ex falſitate dicti, ſed ex vitio dicentis de falſitate damnati reprobatur.

6. Nam quamuis capitula diuerſa, & à ſe inuicem ſeparata io eodem inſtrumento continentur, falſitas io vno inuenta, non extendatur ſecundum ſe, & ex natura rei ad alia. vt docent Bartol. in l. ſi ex falſis C. de tranſactioo. Angel. Paul. Alexand. & alii iuris B Cæſarei DD. ibidem Antun. de Butr. aliique ſupra citati in cap. fraternitatis, de hæretic. quando tamen ex vitio notarii doluſè ſe gerentis, & de falſo condemnati pars aliqua inſtrumenti, quæcumque ſit, vitiatur, reliquas illius partes falſitatis redarguontur, vt tenet Bartol. in l. eadem ff. ad legem Iul. repe. & in l. ſi ex falſis. Angel. Caſtreoſ. Iaſon, & reliqui ibidem Præpuſit. & Geminian. ad noſtrum textum; probaturque ex l. 1. 2. ſi aliquid. C. lib. 10. de ſuſceptor. Præpoſit. & arcat. item ex leg. 6. ſi quis ex argentariis ff. de edendo §. 1. cum aliis ibi notatis. Et ratio eſt quia notarii falſitas æqualiter ad omnes partes reſunditur, quaodo ex ſublata illius authoritate dicendi verum, inſtrumenti veritas redditur ſuſpecta, & præſumitur omnino corrupta. C Hinc optima deducitur ratio ad rationem noſtri textus confirmandam: nam ſi diuina veritas, & per reuelationem Dei authoritas interpoſita mendacium quantumuis officioſum ſacræ ſcripturæ confirmaret, profecto infallibilis non eſſet; falli, vel fallere poſſet, & conſequenter iam infallibilis non eſſet noſtræ fidei certitudo, quæ Dei reuelantis authoritate nititur; ſi quidem in vno deficiens, in reliquis deficere potuiſſet. Hac enim de cauſa docent Theologi omnes & Catholici, ſi vnum excipias Duraodum in eo, qui vnum tantùm fidei articulum negat diuinæ fidei habitum permanere non poſſe: Vnde aſſenſus, quos de reliquis articulis eliceret, ab habitib. opinatiuis, vel fidei humanæ proficiſci teſtantur Suarez de fid. diſput. 7. ſect. 4. Turrian. item de D fide diſput. 44. dub. 1. §. Et ratio eſt quia; ideo omnes articuli etiam ſeparati in ſcriptura ob notarii vitiũ reprobata ſcilicet reprobari cenſentur, qoia omnes valorẽ accipiunt ab authoritate notarii, quæ indioidua eſt; natura verò iodiuidui eſt, vt partis virium in totum diffundatur: quomodo procedit regula; vtile per inutile vitiatur. De regul. iur. in 6. ſed omnes fidei articuli vnã habent rationem formalem, nempe authoritatem diuinam reuelatam in qua eorum veritas infallibilis fundatur; ergo qui illam in vno articulo negat, reliquorum infallibili veritati derogat; & hoc diſcrimen in falſitate procedeote à dicto à perſona in ſcriptura diligenter notauit gloſſ. 1. in cap. ſi quid veri, diſtinct. 37. Geminian. Præpoſit.

aliique Canoniſtæ ad hunc textum.

7. Tandem ex eodem capite deducitur illos concionatores noſtræ fidei iniuriam irrogare, qui vt populum ad deuotionem pertrahant, falſa pro veris effingunt, vt docet Nauarr. in manu. cap. 18. num 4. & 5. cum D. Thom. & Caietan. 2.2. quæſt. 110. artic. 4. Reginal. lib 18. numero 130. §. Tertium peccatum, contra quos Concilium Lateranenſe ſub Leone Decimo ſeſſ. ix excommunicationem tulit, quamuis Nauarr. in manual cap. 27 num. 121 Caietan. & Corra. huius concilij cenſuras receptas non fuiſſe atteſtetur. Ratio verò eſt quia diuinam veritatem ſibi non ſufficere, ſed humano mendacio indigere ſignificant. contra illud Iob. 13. num. 7. Numquid Deus indiget veſtro mendacio, vt pro illo loquamini dolos? Item ſimiliter ob eandem cauſam lethale peccatum committit, qui falſas ſanctorum reliquias pro veris adorandas proponit. Item ceream figuram vel tabellam ſanctorum imaginibus appendit in ſignum falſi miraculi, vel beneficii ab eis accepti. Ita Sanches lib 2. decalogi cap. 37. num. 9. cum aliis ibidem relatis

Cap. 8. quis neſciat

Caput. *Quis neſciat* ex Diu. Auguſtin. lib. 2. de baptiſ cap. 3. deſumptum idem proſequitur inſtitutum, quod in cap. Ego ſolis, ea-
8. dem diſt. explicatum relinquitur. Etenim ſacram ſcripturam quibus liber Epiſcoporum literis præponendam decernit, illamque certis quibuſdam terminis nimirum Canonicis libris vtriuſque teſtamenti contineri. Nam de illius veritate neque dubitare, neque dubitationis cauſa licet diſceptare. aliqua vero Epiſcoporum placita, ſi forte à vero declinent, doctiorum Patrum teſtimoniis, authoritateque conuinci, & à Conciliorum decretis caſtigari vſu-venit, vt cernitur in cap. damnamus de ſumma Trinitat & Clem. vnica eodem tit. Non prohibet igitur noſter textus diſputationem de rebus fidei abſolute, & quouis modo ſumptam, ſed illam quæ in examen adducere vult, ea, quæ ſunt ab Eccleſia definita, vt imprudenter fecit Chimnitius in ſacrilego examine, quod contra ſacram Tridenti Synodum concinnauit, ſecularem etiam Martiani Imperatoris legem deſpicatus qui l. 4 nemo de ſumma Trinitat. ita ait, *Iniuriam facit iudicio reuerendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata, ac recte diſpoſita reuoluere, & publice diſputare contenderit.*

Non eſt igitur catholicis Doctoribus interdictum de rebus fidei etiam cum hæreticis in ſuo errore obſtinatis diſputare, cum neceſſitas poſtulat, vel aliqua eſt fructus ſpes. Id enim feciſſe Stephanum cum Iudæis actorum 6 & 7. legimus, & Paulum actorum 9. cum Iudæis, & Græcis; Immo ad Titum 1. Epiſcopo doctrinam neceſſariam eſſe dicit, qui contradicentes ſeu fidem noſtram oppugnantes arguere poſſit & argumentationibus conuincere; id enim ſignificauit verbum Græcum ἐλέγχειν. Quos imitati ſunt Patres antiqui Eccleſiæque Doctores primarii, vt conſtat ex geſtis ſcriptiſque Hilarii, Nazianzen. Hieronym. Auguſtin. & aliorum. variiſque Conciliis in quibus non ſine maximo audien-

A tium fructu fideique authoritate cum hæreticis publicè fuit diſputatum, vt videre eſt in Nicæno 1. & 2. Conſtantinopol. 3. Conſtantienſi, Lugdunenſi, Florentino, & aliis. idem docet Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 10. artic. 7. & R. R. Theologi ibidem. qua tamen circumſpectione id faciendum ſit, ſcienter aduertunt, ne diſceptatio fiat coràm ſimplicioribus, qui ſolutionem contrariarum rationum non percipiunt, & turbari potius ſolent, quàm in fide confirmari; quale eſt illud Gregor. Monitum in paſtorali par. 2. cap. 4. *Sicut in cauſa*, inquit, *loquutio in errorem pertrahit, ita in diſcretum ſilentium eos, qui erudiri poterunt, in errore reliquit.*

B Tria igitur genera perſonarum, cum quibus hæc diſputatio contingit 1. eſt fidelium, qui litterarii exercitii gratia, vt à Doctoribus inſtruantur, quo modo hæreticorum errores debeant confutare, frequenter in ſcholis Chriſtianorum addiſcunt. 2. eorum fidelium, quibus non ſatis propoſitus eſt aliquis fidei articulus, & de eo dubitantes veritatem inueſtigant; aut ex ignorantia errant, parati tamen ſunt credere, cum primùm fuerint edocti. Cum his ergo hominibus conſtat etiam de rebus fidei poſſe diſputari; vt ſuam ignorantiam, ſeu errorem deponant, abductis in veritatis confirmationem argumentis, & ſolutis ipſorum dubiis, vt ex Diu. Gregor. proximè citato oſtenditur; probatque vrgens neceſſitas rectè erudiri cupientium. 3. eſt hominum genus ſuis erroribus pertinaciter ad- 9.
C hærentium, cum quibus opera & oleum perditur, illiſque rationes theologicas proferre non minus indecorum, quam Euangelii Margaritas ad porcos mittere. Et in hoc caſu quando nullus ſperatur fructus, ſed per iocum & irriſionem fidei argumenta ab hæreticis excipiuntur, D. Paul. cap. 3. ad Titum, & cum eo Tertull. de præſcriptio. cap. 16 diſputationem de fidei articulis interdicit Ideoque 2. ad Timoth. 2. ait. *Noli verbis contendere ad nihil vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.* Quo loco vt bene notauit noſter Magalianus ex Diuo Auguſtin. & ex eodem D. Paul. 1. ad Timoth. 6. Modus in fidei diſputationibus obſeruandus deſignatur de quo latè Farinacius de hæreſi quæſt 178. §. 5. nu. 108. & ſeq. ibidem multos referens.

Præterea in cap. Quicumque § inhibemus de hæretic. in 6. ſub pœna excommunicatio- 10.
D nis ferendæ omnes laïci prohibentur cum hæreticis de rebus ad fidei quæſtiones ſpectantibus diſputare. Item extant de hac re duæ conſtitutiones ſimiles. Prima Innocentii Quarti edita anno 1254. quæ incipit. *Nouerit vniuerſitas* §. firmiter, altera Nicolai 3. edita anno 1281. quæ ſimiliter incipit. ff. item firmiter vtramque refert Penha, inter literas Apoſtolicas Vnde laïci ſic de myſteriis fidei diſputantes peccant mortaliter; etiamſi non incurrant excommunicationem ipſo iure. Ita Angelus verb diſputare, Hymericus in directorio par. 1. quæſt. 10 num. 6. Penha in additione I. in vltimo axiomate Antonin. par. 2. tit. 12. cap. 2. de diſputatione fidei in fine, Campeg. in addition. ad Zanchinum in tra-

ctat. de hæter. quæſt 21. numero 2. Arnald. in tracta. de agnoſcend. catholicis aſſertionibus quæſt. 13. num. 4. Decian. in tracta, crimin. lib. 5. 18. verſic. 46. Sanchez in Decalogo, lib. 2. cap. 6. num. 3. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 26. quæſt. 1. Quod intellige etiam ſi laici ſint docti, vt exponit Gloſſ. in cap. Quicumque citatum verb. laicæ; Geminian. ibidem num. 1. & patet ex cap. cum quibus §. canonum 24. quæſtio. 3. ibi *Canonum Magiſtris atque cuſtodibus nobis nullum fas eſt inire certamen cum hominibus communionis alienæ.* Rationem reddit Coninc. diſp. 18. de infidelitate, dub. 9. num. 145. quia quilibet putaret ſe ſatis doctum, atque ita non euitaretur periculum ne minus idonei cum hæreticis diſceptarent. Alias rationes tradit Nauarr. conſil. 25. de hæretic. lib. 5. & alii ſupra citati apud quos reperies varios caſus in quibus hoc etiam laicis licere poſſit. Et qui modus in ea diſputatione ſeruandus ita docent, præſertim Turrecrem. hoc loco. Item in cap. Cum quibus citatum. repertorium inquiſitorum verbo diſputare Simanc. de catholic. inſtitut. tit. 10. num. 8. & tit. 59. num. 11. Sanchez vbi ſupra num. 1. & 11. Coninc. num. 144.

Explicantur tria vltima cap. Noli 9. Neque 10. Sana. 11. diſtinct. nonæ.

NOTATIO II.

1. ANtequam ſuam illationem magiſter Gratianus deducat, tria hæc apponit capita, quibus iacit ſuæ illationis fundamentum. Etenim in textu *noli* Auguſtinus ex Epiſtol. 48. contrà Donaniſtas ad Vincentium quaſi arguendo concludit non licère ſacræ paginæ veritatem calumniari ex doctorum dictis, ſeu ſcriptis, quæ authoritate diuina multò ſunt inferiora, & erroribus peruia eſſe poſſunt. Ideoque caſtigatione digna ad quod facit cap. relatum diſtinct. 37. & cap. non inuenitur 23. q. 4. & alii textus iam declarati huius diſtinctionis. Hæc eſt illa futilis illorum argumentatio, quæ etiamſi auctoritate doctorum ducatur ex cortice, tamen verborum contrà legiſlatoris mentem legiſque germanum ſenſum, ac genuinam rationem aliquid concludit. Et probatur ex l. 19. penult. ff. ad exhibendum ibi. *Non oportere ius ciuile calumniari, neque verba captari; ſed qua mente quid diceretur animaduertere conuenire.*

Rogabis cur ſpeciatim meminit Auguſtinus Hilarii, Cypriani, & Agrippini & quare eos cum parte, hoc eſt cum factione Donatiſtarum coniunxerit, Archidiacon. Bellamer. præpoſit. Turrecrem. & reliqui canoniſtæ communiter ſequuti Gloſſam, aſſerunt, cauſam eſſe, quia Vincentius Donatiſta reprehendebat ſcripta noui & veteris teſtamenti; eo quod in ſcriptis aliquorum Epiſcoporum quædam reprehendenda inueniebantur Et quia Cyprianus, & Agrippinus Donati hæ-

A reſi adhæſerunt, eorum ſpecialis mentio fit. Sed longe alia eſt Diu. Auguſtin. & text. interpretatio, neque Agrippinus, & Cyprianus Donati ſectatores in hæreſi eſſe potuerunt, cum Cyprianus mortuus fuerit ante Donaſtitarum originem quadraginta duobus annis, vt author eſt Baron. anno Domini 261. & 303. multoque pluribus annis donatum poſtea vixiſſe affirmarit Alphonſus Caſtro libro 6. aduerſus hæreſes in principio: Agrippinus verò Cyprianum præceſſit, vt conſtat ex eodem Baron. anno 217. quî ergo fieri potuit vt Donatiſtarum errorem ſequuti ſint?

Vera igitur expoſitio noſtri textus & Diu. 2.
B Auguſtini hæc eſt. Cum de anabaptiſmo Donatiſtarum diſſereret Auguſtinus contrà Vincentium ex Rogatiana hæreſi, oſtenderetque in Eccleſia cum bonis malos permiſceri ſicut zizania cum tritico creſcere permittuntur, & non contaminari iuſtos alienis peccatis, quando cum eis ſacramenta communicant, quare baptizatos ritè ab hæreticis non eſſe rebaptizantos, vt ex diſcurſu Auguſtini antecedenti & conſequenti ad noſtrum textum in eadem Epiſtola patet, vbi ait. *Ipſa eſt ergo Eccleſia quæ intra ſagenam dominicam cum malis piſcibus natat, à quibus corde ſemper & moribus ſeparatur, atque diſcedit, vt exhibeatur viro ſuo glorioſa non habens maculam, neque rugam. Corporalem autem ſeparationem in littore maris, hoc*
C *eſt in fine ſæculi expectans, corrigens quos poteſt, tolerans quos corrigere non valet; non tamen propter eorum, quos non corrigit, iniquitatem, ipſa bonorum deſerit vnitatem.* Et ſtatim ſequitur noſter textus. Noli ergo fratres: Concludit enim non eſſe ſumendum argumentum ex Doctorum ſcriptis contrà certiſſimam ſacrarum literarum veritatem. Etiamſi ſcripta ſint Hilarii, Cypriani, & Agrippini. Quorum ideo meminit, quia ex Hilarii loco male intellecto Vincentius contrà ſacra teſtimonia Eccleſiam de toto fere orbe periiſſe affirmauerit, vt idem Auguſtinus eadem Epiſtola docet. Præterea, vt ſcribit Abrahamus Bzouius in Annalibus Eccleſ lib. 3. anno Domini 362. numero 46. Hilario Pictauienſi alterius Hilarii Romanæ Eccleſiæ diaconi error de rebaptizandis iis, qui ab hæreticis fuerant baptizati, falſo impoſitus fuit; Cypriani verò & Aggrippini fit
D mentio, quia hi, ante Donatiſtarum factionem, qui ſe ab vniuerſalis Eccleſiæ vnitate ſepararunt, in ea fuerunt opinione, vt crederent, illos eſſe rebaptizandos, qui baptiſmum ab hæretico acceperant. Ita ſcribit Bzouius Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 3. anno 218. num. 14. & eodem lib. anno 258. num. 6. ita ſcribit. *Cyprianus ſiue Tertulliani, quem magiſtrum appellabat ſiue Agrippini quem anteceſſorem ſuum ſciebat, ſiue ſeptuaginta & vnius prouinciæ Africæ & Numidiæ Epiſcoporum quos ad concilium vocauerat authoritate (quemadmodum Stephano in Synodica ſcripſit) citra tamen vnienis Eccleſiaſticæ diſſcindendæ periculum arbitrabatur baptiſmum apud hæreticos non eſſe.* Et paulo poſt. *Cô-*

natus eſt itaque & Beatus Cyprianus contritos lacus fugere(vt ait Hieronym. aduerſus Luciferianos) *nec bibere de aqua aliena. Et idcirco hæreticorum baptiſma reprobans ad Stephanum tunc Romanæ vrbis Epiſcopum, qui à Beato Petro vigeſimus ſextus fuit ſuper hac re Africanam Synodum direxit.* Cum igitur Donatiſtæ ſe horum patrum authoritate defendere poſtea molirentur, vt ait Auguſtin lib. 2. retract. cap. 18. Ideo ad Vincentium ſcribens Auguſtin. hos illis minimè profuturos defenſores aſtruit in noſtro textu quos potuiſſe errare, & profectò hac in re errasse conſtat, quamuis citrà vllum ſchiſmatis periculum: nam ideo illos de vnitate Eccleſiæ eſſe dicit, & ad Donaſtitarum partem ſeu ſchiſma non pertinere. Quorum Dux fuit Donatus quidam à caſis nigris dictus, vt teſtatur D. Auguſtin. lib. 1. B retract. cap. 21. & Bzouius lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſt. anno 306. numero 10. à quo Donatiſtæ nomen acceperunt. Et hæc eſt germana ratio cur horum patrum ſpeciatim meminit Auguſtin. non quia Donati hæreſi adhæſerint, vt ait Gloſſa, cum multis annis ante illum vixerint, & antequam pars, ſeu factio Donati ab Eccleſiæ vnitate ſepararetur.

3. Addit Auguſtin Apoſtoli teſtimonium ex cap. 3. ad Philipp. numero 15. *Quicumque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus & ſi quid aliter ſapitis, hoc nobis Deus reuelabit.* Ita legitur in Romana correcta Græca, & Syriaca tranſlatione, *reuelabit* in futuro, non in prætetito. Imo cum Auguſtin. ſerm. 15. de verbis Apoſtoli, & lib. de prædeſtinatione ſanctorum C cap. 5. legat in futuro, ſuſpicari poſſumus, mendum eſſe quando in hac Epiſtola ad Vincentium, item lib. 2. contra Creſcomium *reuelauit* in præterito legitur, quam tamen lectionem alii cum Ambroſio ſequuntur, accipientes nimirum verbum præteriti temporis, pro verbo futuri, vt paſſim in ſacris literis. Et ſenſus eſt aſſerere Diuum Auguſt. ſe in ea eſſe Pauli ſententia, vt credat huius vitæ, ſeu viæ perfectionem in perenni curſu, virtutumque exercitio conſiſtere, nullo bene operandi limite præſcripto. Et qui aliter de ſe ipſis ſentiunt, quaſi, domino reuelante, ſe à vero perfectionis tramite aberrare cognoſcant quia quamdiu in via ſunt etiam viri perfecti, per errorem à recto itinere deuiare aliquando contingit. Ita exponit hunc locum Cornelius D cum Theodoreto. & Anſelmo, & noſtrum textum Geminianus cum Hugo, & Archidiac. qui ſenſus cùm recte cohæreat cum antecedentibus: nimirum ſacræ ſcripturæ teſtimonium Sanctorum dictis, & ſcriptis eſſe præferendum, quia in illa error eſſe nequit, in his reperiri non repugnat. Alias expoſitiones, vt minus contextui congruentes prætermitto.

Cap. 10. neque

4. Caput neque ſumptum eſt ex eodem Auguſt. in Epiſtola 111. ad Fortunatianum non in Epiſt. 3. vt in textus titulo citatur, eamdemque continet doctrinam cum ſuperioribus, gloſſator ſanè Epiſtolam non vidit, ideo caſum vere non expoſuit, ſicut etiam errauit in eo, A quod dixit hanc Epiſtolam miſſam ad Fortunatum. Caſus igitur fuit. Quidam Epiſcopus in eo erat errore, vt Deum corporalibus oculis videri poſſe exiſtimaret, quem Auguſtinus de hac re reprehenderat, & cum ſuis literis offenſum audiſſet, hanc Epiſtolam ad Fortunatianum Epiſcopum Siccenſem dedit, vt alterum ſibi reconciliaret Epiſcopum; quamobrem poſtquam ex ſacræ paginæ, & ſanctorum Patrum teſtimoniis oſtendit Deum corporalibus oculis videri non poſſe, addit, vt ſuam offenſionem errans Epiſcopus hac in re deponat, & ſacris literis Germano ſenſu expoſitis det fidem, diſcatque. & doceat, quod de viſione Dei ſentiendum eſt. Nam in Canonicis libris nullum errorem, in Catholicorum ſcriptis aliquos per ignorantiam aliquando obrepere conſtat. quos recte ſentientium DD. placitis oportet caſtigari. Et quod de aliorum ſcriptis ipſe iudicat de ſuis ſimiliter iudicandum cenſet. Vt quod iuris in alios ſtatuit, ipſe patiatur, iuxta cap. qui ſe ſcit 2. quæſt. 6 & cap. de forma 22 quæſt. 5. cui concinit l. 1 ff quod quiſque iuris quam in cap. cum omnes de conſtit. late expoſuimus.

Cap. 11. ſana.

5. In cap. vltimo *Sana* Gratianus ait naturalem rationem exemplis, quæ ab illa diſcordant, omnino præferendam, ſicut ius diuinum ſcriptis ſanctorum anteponendum in ſuperioribus docuit. textus ſumitur ex Diuo Auguſtino lib. 1. de Ciuitate cap. 23. eius ratio & conſormitas cum ciuili iure ea eſt, quam Leonardus in comment. ad Diu. Auguſtin. de ciuitat. tetigit, nimirum quia non exemplis, ſed legibus eſt iudicandum: hæc eſt ſumma l. 13. nemo C. de ſententiis & interloquut. omnium Iudic. iuxta Bart. Bald. & Salicet. neque tam ſpectandum quod antea factum fuit, quam quod fieri debeat, vt decernit Paul. in l. 12. ſed licet ff. de offic. præſul. Illa vero exempla, quæ rationi congruunt, imitanda ſunt ſecundum l. 5. An apud. ſe ff. de manumiſſ. vindict. præſertim quæ pietate excellunt. Pietatis vero nomine Gloſſa miſericordiam intelligit, & pro illa à Iudice impetranda plures textus affert, alios in oppoſitum, quos non explicat. Præpoſitus tamen illos exponit, quando Graſſatorum multitudo cogit pœnas exacerbari per l. 15. aut facta ff. de pœnis §. fin. Melius tamen idem Præpoſitus Mediolanen. eum Cardinali Zabarella & Turrecrem. pietatis nomine, Cultum Dei interpretantur, non ſolum quia ab eodem Auguſtin pietas verax veri Dei cultus dicitur lib. 4. de Ciuitat. cap. 21. ſed quia in illo cap. 23. lib. 1. damnauit Auguſtin. Catonis exemplum, qui Cæſaris victoriam non ferens, ſibi vitam ademit, *quod non licet colentibus verum Deum* vt ibidem poſt noſtrum textum adiunxit.

6. Ex his textibus ſuam illationem in §. *cum ergo* Gratianus deducit, in quo concludit quod ſuperius ad initium huius diſtinctionis probare inſtituit. Nempe ius naturale omnibus conſtitutionibus & doctorum decretis eſſe præferendum. Et quamuis litera huius § ſit intricata, ita poterit facile accommodari. diuinæ leges in ſcriptura continentur, vnde

Digitized by Google

quicquid diuinæ ſcripturæ contrariatur, diuinis legibus aduerſum cenſetur, & conſequenter iuri naturali, quod ſolum præcipit, quod Devs vult fieri, & ſolum vetat, quod Devs fieri prohibet. Idcirco enim ius naturale legem diuinam eſſe in 1. diſputatione oſtendimus, ergo ſi diuinis legibus humanas cedere neceſſe eſt, ius naturale humano penitus præponendum. A

De cauſa materiali diuinæ legis & humanæ conſtitutionis.

DISPVTATIO IV.

1. LEgis ſeu Conſtitutionis materia dicitur id quod lex præſcribit, & circa quod Conſtitutio verſatur, quia vero lex partim naturalis eſt, partim poſitiua, ita vtriuſque materiam explicabimus, vt quæ vnicuique peculiaria ſint, & in quibus materia diuerſimode ſe habeat, ſpeciatim annotentur; quę vero vtrique communia ſunt, indefinitè & generice tam naturali, quam poſitiuo iuri accommodanda tractantur. Quamobrem non ſeparamus materiam legis naturalis à materia legis poſitiuę neque poſitiui iuris materiam, prout ſubiicitur diuino, poſitiuo & humano, tum Eccleſiaſtico, tum ſeculari ad diuerſas quæſtiones ſecernimus. Cæterum prius materiam ipſam nempe actus imperatos, ſeu prohibitos conſiderabimus; deinde eius cōditiones, quaſi materiales, videlicet immutabilitatem, ſeu mutationem: extenſionem ad connexa vel reſtrictionem; item ſcriptionem, ac promulgationem, quatenus neceſſariæ ſint ad legis valorem expendemus. Hæc enim omnia ſuperiorum capitum doctrina in proxima commentatione expoſita comprehendit. Et quia diuini iuris materia nil ſpeciale habet, quod faciat difficultatem præter immutabilitatem, & ſcripturam diuini verbi, de vtraque in hac diſputatione ſeorſim agemus.

Qui actus, & quomodo legis, & conſtitutionis materia eſſe queant.

QVÆSTIO I.

1. ACtus qui eſt legis materia, aut per modum conſilij aut per modum præcepti imperari poteſt, ſeu prohiberi. Rurſus vel eſſe poteſt in materia aliquarum tantummodo virtutum, vel in omnium materia; prætereа vel actus exterior tantum vel etiam interior. Denique aut præcipi poteſt ſubſtantia actus, aut modus ipſius, & directio ex hoc vel illo fine ſeu ratione motiua. His omnibus modis inquirimus in quæſtione præſenti qui actus, & quomodo ſub legis cuiuſcumque materia cadant.

Vtrum lex ſemper habeat pro materia præceptum.

SECTIO I.

ETiamſi ex iis quæ in prima diſputatione diximus, quid in hac difficultate dicendum ſit, facile innoteſcat; quia tamen grauiſſimi canoniſtæ oppoſitum exiſtimarunt, illorum fundamenta examinare oportet, & noſtræ ſententiæ veritatem confirmare: non eſſe igitur neceſſarium quod lex ſemper præceptum inuoluat, ſed multas leges antea latas eſſe, & quotidie promulgatas, quæ conſilium B dumtaxat contineant, docet Felin. in cap. Nam concupiſcentiam de conſtitut. in princip. Ioann. Imol. in cap. cum contingat. de iureiur. num. 36. column. 30. Et ibidem omnes ferè Pontificii iuris profeſſores, ſi credimus Anguiano, lib. 1. de leg. controuerſ. 7. num. 2. Idem docet Gloſſ. in cap. 1. de conſtitut. & in cap. qui autem, diſtinct. x. concinit altera Gloſſ. iuris ciuilis in l. 7. legis virtus ff. de legib. Accurſius, & alii legiſtæ ibidem. Probatur hæc ſententia, quia priuilegium dicitur lex priuata ab Iſidor. 5. Etymolog. cap. 18. & refertur in cap. priuilegia, diſtinct. 1. ſed vt habetur in l. 29. ſi quis in conſcribendo C. de pact. *Regula iuris antiqui eſt, vt omnes licentiam habeant iis, quæ pro ſe introducta* C *ſunt renuntiare*; ergo qui priuilegio gaudent, priuatam legem habent, quæ præceptum obligans non continet. 2. reſponſa iuris conſultorum veræ leges ſunt, vt patet ex §. reſponſa prudentum inſtitut. de iure natur. hæc reſponſa non includunt præcepta, iuxta l. 1. §. his legibus, ff. de origine iuris, cui concinit cap. reſponſa prudentum diſt. 2. ergo non omnes leges præcepta includunt. 3. Alex. 3. in cap. commiſſum de ſponſalibus Conſilium Euangelicum de ſeruanda caſtitate legem priuatam appellauit. 4. aliud eſt præcipere, aliud eſt permittere, vt aſſerit author imperfecti operis in Matth. homil. 32. relatus in cap. hac ratione 31. quæſt. 1. & confirmatur ex l. 7. citata legis virtus, in qua diſtinguitur legis permiſſio, & legis præceptio. ergo præceptum non eſt vniuerſalis materia legis. 5. plures leges D conſilium tantum dant, vt patet ex l. 1. ff. de inoffic. teſtam. l. 15. pacto, de tranſact. & l. 24. is qui ff. de rei vendic. vbi gloſſ. notat conſilium legis eſſe, non præceptum. Concinit cap. 1. de donationib. cap. Niſi cum pridem de renunt. cap. cum paratus 23. quæſt. 1. & ſimilia. 6. ad legiſlatores maxime ſpectat, non ſolum præceptis vrgere, pœniſque ſubditos deterrere; ſed præmiis etiam inuitare, vt notauit Vlpian. in l. 1. ff. de iuſtit. & iur. ibi *bonos non ſolùm metu pœnarum, verùm etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes.* Sed longè diuerſum eſt inuitare præmio, quàm obligare præcepto, vt habetur in l. 71. Titio centum §. 1. ff. de conditionib. & demonſtrationib. ergo ad legiſlatorem ſpectat legem etiam conſultiuam condere.

2\. Vera tamen ſententia eſt in omni vera & propria lege præceptum contineri, & omnem non ſolum permittendi ſeu conſulendi, ſed etiam habere vim, ita Diu. Thom. 1. 2. quæſt. 90. artic. 1. in corpore & artic. 3. ad 2. & quæſt. 92. artic. 2. quæſt. 17. de veritat. artic. 3. ad 2. Gabriel in 3. diſtinct 27. quæſtio vnica artic. 1. Caſtr. lib. 1. de lege pœnali cap. 1. ad finem Sot. lib 1. de iuſtit. quæſt. 1. artic. 1. Valentia par 2. diſputat. 7 quæſtio 1. punct 2. & quæſt 2. punct. 2. Bellarmin. tom. 2. lib. 3. de laicis cap. 11. Azor. tom. i. lib. 5. cap. 2. quæſt. vltima, Suar. de leg. lib 1 cap. 15. & 16. Salas 12. tract. 13. diſputat, 1. ſect. 4. numer 14. & diſput 3. ſect. 2. & 3. & 4 Bartol Bald. Caſtrenſ. & legiſtæ communiter ad l. 7. legis virtus ff. de legib. Probatur primo ex Papian. in l. 1. ff. B eod tit. vbi ait. *Lex eſt commune præceptum, virorum prudentum conſilium; delictorum, quæ ſponte vel ignorantia contrahuntur, coërtio.* Nam vt prudentum conſilium legem faciat, debet præcedere à perſona, quæ præcipiendi, & coërcendi habeat poteſtatem. Ergo ſemper lex circa præcepti materiam verſatur, quæ etiam præceptum dicitur, nempe obiecti, quo ſubditi coërcentur. 2. Ariſtoteles lib. 10. Ethicorum cap. 9 dixit, *legem vim habere cogentem.* Quam optimè indicauit Gregor. lib. 11. Epiſtola 17. relatus in cap. 1. de donat. *Hanc ſibi quodam modo nobilitas legem imponit, vt debere, ſe quod ſponte tribuit, exiſtimet.* Vbi pluris fit ſpontanea donatio, quia legi debita creditur obligatio. Sed *vbi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt: vbi præceptum, neceſſitas eſt ſeruientis,* C vt ait Diu. Hieronym. lib. 1. contra Iouinian. relatus in cap. final. 14. quæſt. 1. ergo ſi lex ſemper inuoluit coactionem, præceptum in ea ſemper contineri neceſſe eſt 3. ad ferendam legem neceſſaria eſt poteſtas, & iuriſdictio principis, ſeu reipublicæ, non ita tamen ad dandum conſilium: rectè enim Ambroſ. in lib. de viduis prope finem. *Præceptum in ſubditos fertur: conſilium amicis datur. Vbi præceptum eſt, ibi lex eſt, vbi conſilium ibi gratia eſt.* Sed hæc iuriſdictionis poteſtas ideo requiritur: quia lex ordinatio eſt principis efficax, & vim coactiuam continens: ergo ſemper præcepti materiam debet continere. Nam ſi ſubditos in ſuo arbitrio relinqueret, vt legi, ſi vellent, liberè obedirent, inefficax & fruſtratoria eſſet principis ordinatio, D quæ tam facile poſſet eludi, finemque à legiſlatore intentum non obtineret. Hinc ergo prouenit, vt tamquam proprietas ad legis & conſtitutionis naturam, obligandi ius conſequatur: præcipiendo ſcilicet, ſeu vetando, id eſt præceptum inuoluens affirmatiuum, vel negatiuum. Etſi pœnam continet lex, præcipit vt puniatur illius tranſgreſſor; ſi verò aliquid permittit, hoc ipſo, ne puniatur, cum obligatione decernit. Vnde obligatio eſt ſemper coniuncta cum aliquo ex his effectibus conſtitutionis, qui iuxta præcepti materiam variari ſolent: & hoc tantùm docet textus in l. citata legis virtus, & cap. omnis diſt. 3 & Gratian. ad finem diſtinctionis 4. vbi ait.

A *Omne decretum neceſſitatem facit; exhortatio liberam voluntatem excitat.*

Neque argumenta in contrarium adducta, 3. quicquam conuincunt. Ad primum enim reſpondeo Aliqua eſſe priuilegia vtilitatis priuatæ intuitu conceſſa, quæ abſolute & ſimpliciter leges non ſunt Sed cum hoc addito leges priuatę dicuntur hoc tamen ſufficit, vt ſi non reſpectu perſonarum, quæ illis priuilegiis gaudent, præcepti obligationem inducant, ſaltem alios obligant, ne priuilegiorũ vſum impediãt, vt patet in l. 61. Neque Dorotheum C. de Decurion. Alia vero priuilegia ſunt perpetua intuitu communis boni certo perſonarum Generi conceſſa quibus tales renuntiare non poſſunt ſed neceſſario tenentur ius vti: hæc ſunt veræ leges, quia non dependent à libero vſu habentium hæc priuilegia: ſed illis vtendi neceſſitas imponitur; tale eſt priuilegium fori vt habetur in cap. ſi diligenti de foro competenti. Et iuxta l. 38 ius publicum ff de pactis. Ad 2. dicendum reſponſa prudentum poſtquam principis authoritate fuerunt confirmata, & in corpus iuris redacta, veras omnino eſſe leges, & non iam conſiliorum modò, ſed præceptorum deciſiones æſtimari, quod textus citati non inficiantur.

Ad 3. reſpondeo Alexandrum 3. priuatæ legis nomine ſignificare voluiſſe internam ſancti ſpiritus illuminationem, qua quis ad religioſum ſtatum euocatur, vt expreſſè declarat Vrbanus 2. in cap. duæ ſunt 10. quæſt. 2. ibi *lex verò priuata eſt, quæ inſtinctu ſpiritus ſancti in corde ſcribitur.* Idem docet Innocentius 3. in cap licet de regularib. non quia hæc interior illuminatio propriè lex ſit, ſed quia ad inſtar legis dirigit, & impellit voluntatem ad actum alicuius virtutis. Similiter dici ſolet promiſſio, ſeu votum priuata lex; quia per vtrumque homo ſe obligat, ſicut à principe per veram legem obligatur; quamuis hæc obligatio ex iure naturali, ſiue etiam poſitiuo, quo tenentur omnes promiſſis ſtare, factis in contractu, ſeu voto, oriatur, vnde legitima conuentio dicitur, quæ lege aliqua confirmatur in l. 5. legitima, ff. de pactis. Ad 4. reſpondetur permiſſionem, & præceptum diſtingui, tamquam includens ab incluſo, quia licet omnis permiſſio præceptum in ſe complectitur, non omne præceptum in lege contentum cum permiſſione miſcetur, quod vt amplius explicetur, aduerte permiſſionem multis modis vſurpari, quorum quatuor numerat D. Thom. in 4. diſtinct. 33. quæſtio 2. artic. 2. q. 2. in corpore, vt notauimus in diſputat. 1. quæſt 4. ſect. 6. Ex his quatuor modis vltimus eſt, per priuationem punitionis: dicitur enim permitti, quod non punitur. Sic libellus repudii in lege veteri permiſſus fuit; & homicidium adulteri permittitur in l. 4. Gracchus C. ad l. Iuliam, & impuritas eiuſdem adulteri poſt quinquennium à commiſſo adulterio. vt in l. 5. adulter. C. cod. tit. quartus modus eſt propriiſſimus, & in iure poſitiuo humano frequentiſſimus, quamobrem Caietan. in cap 19. Matth. ibi. *Moyſes permiſit.* Soto in 4. diſtinct 33. quæſt. 2. artic. 2. Silueſt. verb. permiſſio & DD. communiter

niter in cap. omnis diſtinct. 3. Caſtrenſ. in l.
7. legis virtus numero tertio exiſtimant il-
lam ſolum veram, & propriam eſſe legum
permiſſionem, quæ circa illicita verſantr,
quando princeps ſciens rem alioqui eſſe il-
licitam, nihilominùs impunitatem concedit,
vt in legibus proximè citatis in 4. permiſ-
ſionis modo. In hac ergo permiſſione, vir-
tute, & implicitè continetur præceptum iu-
dicem, & reliquos obligans, ne ob permiſſinn
delictum autbori noceant, ſed impunitum
relinquant; & legis permiſſione vti ſinant
delinquentem.

Inſtabis cum Brixienſi verb. Permiſſio.
5\. Plus obligat iuſſus, quàm permiſſio l. 2. ſi
ſeruus, ff de noxal. action. & l. 4. in delictis
B § Dominus, eodem titulo, & qui permittit,
non propterea mandat, vt idem Brixienſis pro-
bat ex l. ob hoc, ff. de his qui not. infam. & l.
ait, prætor § quidam, ff. de minor. Denique
permiſſio neceſſitatem non inducit, vt oſten-
ditur ex cap. permittimus de ætat. & qualit.
lib. 6. & cap. oto te de reſcript eodem libr.
cum gloſſ. verb *concedimus facultatem*, er-
go in permiſſione nullo modo præceptum
continetur? Reſpondeo tamen negando hanc
conſequentiam. Nam ex iis textibus illa non
rectè infertur. Primo quoniam ex eo dicitur
plus obligare præceptum, quàm permiſſio-
nem; quia permiſſio non obligat ad facien-
dum id quod alicui permittitur: quamuis
obliget alios, ne impediant permiſſionem. Et
ſane in eò quod dicitur plus obligare iuſſum,
quàm permiſſionem, ſatis oſtenditur ex con-
C ſtitutione permittente aliquam obligationem
deriuari: licet non tantam, quanta ſit in
conſtitutione formaliter aliquid præcipiente.
Deinde licet qui permittit, non iubeat facere
id, quod ſolum permittit: neque imponit ne-
ceſſitatem faciendi permiſſum, iubet tamen
ne impediatur permiſſio, quominùs ea ſuum
effectum ſortiatur. Quare diligenter notan-
dum eſt, præceptum virtute contentum in
permiſſione neque comparari ad perſonam,
cui aliquid permittitur, ſed ad alios; neque
obligare ad faciendum rem permiſſam, ſed
ad non impediendum permiſſionis vſum,
& effectum, quod ſufficit, vt in lege permit-
tente incluſum præceptum agnoſcamus; præ-
ſertim quia in ea etiam verbum, *præcipio* vſur-
patur, vt patet in cap. hac ratione 31. quæſtio.
D 1. ibi *volentes præcipimus*; & hoc modo
textus in argumento adducti facile exponun-
tur.

6\. Ad quintum, dico nullam eſſe in corpore
iuris legem, ſeu conſtitutionem, quæ for-
maliter, aut virtute, aut implicite præcep-
tum, & obligationem ad illud, non includit.
Vnde in aſſignatis haud difficile videbitur.
Nam in l. 1. ff. de inoffic. teſtam. præter con-
ſilium, quod cognatis datur, ne ſine maxi-
ma ſpe, probabilique fundamento hæredi-
tatis obtinendæ ſe inuicem in vtilibus li-
tium ſumptibus vexent, etiam ſtatuitur tam
parentibus, quàm liberis de inofficioſo te-
ſtamento querelæ locum dari in l. 15. pacto
conuento præter conſilium ſubiungendi pœ-

A nam in ſtipulatione, quod à nullo impedi-
ri poteſt (& ex hac parte præceptionem
inuoluit. vt de permiſſione diximus) ius
Aquilianæ ſtipulationis continetur, quod
formalis præcepti deciſionem eſſe nemo du-
bitat, & habetur etiam in leg. 5. cum
Aquiliana, ff eodem titulo in leg. 14. is
qui ſimiliter patet non ſolum conſilium da-
ri, ſed decerni facultatem agendi poſſeſ-
ſorio commodiorem eſſe, quam petitorio,
quia iudicium petitorium eſt difficilius,
quam poſſeſſorium, vt probatur ex leg. 12.
cum res Cod. de probat. Caput primum de
donat. potius oppoſitum ſuadet, nempe
ad omnem legem præcepit obligationem
conſequi, vt ſupra ex verbis teſtius dedu-
B ximus, in cap. *niſi cum pridem*, & in cap.
paratus præcepta ſimiliter cum conſiliis per-
miſcentur, & vt vno verbo reſpondeam,
numquam conſilium in lege datur, quin eo
vtendi facultas ab aliis non impedienda con-
cedatur, quare doctrina quam de permiſ-
ſione tradidimus, conſilio facillime poteſt ac-
commodari.

Ad 6. conceſſa maiori propoſitione ad mi-
norem dico, promiſſionem præmii diuerſam 7.
eſſe, à præcepto nude ſumpto, quod promiſſio-
nem non continet. In omni tamen promiſſio-
ne per legem conſtituta implicite præceptum
indicatur, quo Iudices & magiſtratus reipu-
blicæ obligantur promiſſa præmia merentibus
elargiri. Quamuis igitur candidatis non impo-
natur præceptum præmia promerendi (habet
enim ſe promiſſio comparatione eorum ſicut
C permiſſio) imponitur tamen obligatio reipu-
blicæ magiſtratibus bene meritis præmia à le-
ge decreta conferendi. Vnde Anguianus
tract. de leg. lib. 1. controuerſ. 5. num. 25.
Alphonſum de Caſtro ſugillat, quippe qui
ſine neceſſitate lib. 1. de leg. penult. cap. 9.
quin tam legis virtutem præmiandi adiun-
xerit, cum ad permiſſionem reducatur præ-
mii promiſſio.

Quod ſi verum eſt, cur idem Anguia-
nus numero 12. cum Magiſtro Soto ex-
poſtulat, quia Acenſium reprehendit, eo
quod conſulendi actum ad legem perti-
nere affirmarit, & quaſi diſtinctam legis
virtutem tradiderit? Sanè vel vtrumque
reprehendat, vel ad bonum ſenſum redu-
cat: ſi quidem tam conſilium, quam præ-
mii promiſſio, quando in conſtitutione re-
D periuntur, ad permiſſionis effectum ſimiliter
videntur ſpectare

Rogabis quando intelligemus materiam 8.
conſtitutionis formaliter, & expreſſe præ-
ceptum continere in eo quod diſponit,
quando verò conſilium vel permiſſionem.
De hac re vide late Felyn. in cap. nam
concupiſcentiam de conſtitution. qui ſa-
nè ſic exponi poteſt, vt ſolum velit ali-
quas eſſe conſtitutiones, in quibus expreſ-
ſè, & formaliter id, quod primo & per
ſe ſtatuitur neceſſitatem non inducit, ne-
que præceptum ſed conſilium, non quia
negauerit conſequenter & implicitè in
his etiam præceptum includi modo ante

explicato. De materia igitur conſtitutionis Primo & per ſe expreſſa tres ſtatuit concluſiones Felin. Prima eſt, quando ex alio capite conſtat ſubiectam materiam conſtitutionis eſſe præceptum, tunc qualiacumque ſint verba legis, ſeu Canonis in ſenſu etiam minus proprio præceptum important. Probatur ex cap Rogo cum Gloſſ. & Archidiacon. 11. quæſt. 4. cap. reuertimini 16. quæſtio. 1. vbi Ar-
4. chidiacon. verbum *Hortor* pro *præcipio* expoſuit, plures textus refert Felin. citatus numero tertio. Secunda eſt, quando certum eſt ſubiectam materiam in conſtitutione primu, & per ſe expreſſam eſſe permiſſiuam, ſeu conſilii, etiam cum impropritate verborum lex permiſſionem ſeu conſilium inducit. Suadetur ex cap. dilectiſſimus cum gloſſ. in verbo *præcipimus* 1. 2. quæſt. 1. & concinit gloſſ. ciuilis in l. cum patet § interdum, ff. de legat. 2. Bartol in l. 1. colum. 3. Cod. de pact. iuncta l 3. Age. Cod. de tranſactionibus, vbi gloſſ. ait verbum *Age, permittentis non præcipientis agere*, quia nemo inuitus agere, vel accuſare cogitur, per l. 1. Cod vt nemo inuitus. Tertia eſt quando non conſtat de materia expreſſa in lege an formaliter præceptum contineat, vel conſilium, diligenter ponderanda ſunt verba Conſtitutionis, & ex proprio illorum ſignificatu Conſtitutionis obligatio colligetur; an ſcilicet verba ſint exhortatoria ſeu conſultiua, an verò præceptiua, aut per modum imperantis, verbi gratia, iniungimus, iubemus, præcipimus, & verba ſimilia, per quæ diſcurrit Felin. eruditer, nonnullaſque adhibet limitationes, quæ ex iis, quæ de interpretatione legis dicemus, diſputatione 6. innoteſcent.

Vtrùm legis naturalis materia vnum præceptum ſit, vel multiplex.

SECTIO II.

1. EX iis, quæ de lege naturali in prima diſputatione diximus, manifeſtè colligitur legem naturalem eſſe vnam in omnibus hominibus vbique, quouis tempore, & in omni ſtatu naturæ: ita Ariſtoteles 5. Ethicorum cap. 7. Lactan. l. 2. inſtitut. cap. 7 & lib. 6. de vero cultu cap. 8. & omnes Theologi cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 94 artic. 4. ratio eſt quia naturalis lex eſt quædam proprietas conſequens non ſingularem indiuidui naturam Petri vel Pauli, ſed naturam ipſam ſpecificam, in quocumque particulari reperiatur; quæ quidem in omnibus eadem eſt, quouis tempore ſeu ſtatu. Eodem enim modo dictaret lex naturæ, quæ facienda ſunt, vel omittenda in ſtatu puræ naturæ; quo nunc in ſtatu naturæ per gratiam eleuatæ, vt ſumitur ex Caiet. 1. 2. quæſtione 100. artic. 1. Item ex Diu. Thom. ibidem artic. 2. & 3. Et quamuis diuerſus ſtatus naturæ integræ & corruptæ poſtulet diuerſum vſum præceptorum naturalium; & in vno ſtatu occurrant occaſiones exequendi alia præcepta in alio verò alia, hoc non tollit ius, ſeu rectitudinem præceptorum, quæ ſemper, & vbique ac in omni ſtatu ſecundùm ſe eadem ſunt, vt optime notauit Suar. lib. 2 de legibus cap. 8. numero 9. Probarique poteſt exemplo artis medicæ, quæ vna, & eadem eſt, eademque præcepta tradit, eſto non eadem tempore ſanitatis, quæ ægritudinis tempore inſeruiunt. Neque obſtat quod aliquę gentes leges iuri naturali contrarias habuerint, nam vt rectè occurrit D. Thom. citatus in corpore artic. 4. lex naturalis quoad communiſſima principia eadem eſt apud omnes, neque in his principiis ſunt diuerſa diuerſarum gentium ſtatuta, ſed in concluſionibus, quę ex his principiis deducuntur: & quamuis hæ concluſiones ex notiſſimis principiis naturalibus collectæ ſecundùm hominum notitiam non ſint eædem apud omnes, quia non omnes illam illationem percipiunt, ipſæ tamen ſecundùm eſſentialem rectitudinem eædem ſunt, quamuis eodem modo, vt tales, ab omnibus non agnoſcantur.

Quod vt manifeſtius ſit aduerte aliquos 2.
Authores exiſtimâſſe nullam eſſe poſſe ignorantiam iuris naturalis, ita Alenſ. Duran. Gerſon. Hugo Victorinus, Gab. Altiſiod. Alphonſus de Caſtr. quos refert Salas 1. 2. tractat. 13. diſputat. 8. ſectio. 4. numero 17. Et ſequitur Gratian. in cap. turbatur 1. quæſtione 4. §. notandum quoque, & concinit lex 2. Cod de in ius vocando, vbi dicitur quod ignorantia non excuſat libertum, qui patronum abſque venia impetrata in ius vocauerit. Eo quod honor huiuſmodi perſonis naturali ratione debeatur. Horum tamen ſententia aliqua indiget moderatione. Nam in lege naturali aliqua ſanè ſunt principia, quæ ex ipſis terminis cognoſcuntur, vt bonum eſt faciendum, & malum fugiendum, & quod tibi non vis, alteri ne feceris: & hæc quidem ignorari non poſſunt, vt docet Diu. Thom 1. 2. quæſtione 94 artic. 2 & 6. Item aliquæ ſunt concluſiones, quæ ex his principiis proximè & facile deducuntur ſine externæ doctrinæ adiutorio; hæ ſi ignorentur, ignorantia ſanè culpa non vacabit, quare inuincibilis non erit, vt Salas citatus numero 18. Suar. lib. ſecundo de leg. cap. 9. numero 7. Curiel. 1 2. quæſt. 76. art. 2. dub. 4. §. 2. concluſ. ſecunda, Malderus 1. 2. quæſt 6. artic 8. diſput. 38. de ignorantia inuincibili quæſt 4. §. Dico 2. aſſerunt, & ratio eſt quoniam ignorantia eorum, quę quis tenetur ſcire, & quæ humana diligentia facile vinci poteſt, profectò inuincibilis non eſt. Huiuſmodi verò eſſe præcepta Decalogi docet Diu. Thom. 2. 2 quæſt. 122. artic. 1. quatenus illa appellat prima legis principia Item Suar. & Curiel. citati: ſuadetur ex Diu. Paulo ad Roman. 1. verſic. 28. *Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia; tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt.* Qui locus ita exponendus eſt, quemadmodum quam de DEO facile aſſequi poterant veram cognitionem inquirere, ac

axcolcre neglexerunt, ita illos Deus in A auerſam, ac deteſtabilem rerum etiam naturalium opinionem, ſalſi prauique iudicii notitiam venire permiſit, vt ea delicta patrauerint quæ ipſis etiam naturalis legis principiis contrariarentur, & neſanda flagitia ſibi licere crediderint. Hanc expoſitionem Iuſtinianus noſter alio ſimili ſacræ paginæ loco Sapientiæ 14. numero 21. & aliquorum Patrum teſtimoniis illuſtrat. Idem confirmatur ex cap. flagitia 32. quæſtione 7.

Non eſt tamen negandum alias eſſe conclnſiones iuris naturalis, quæ obſcuriores ſunt, & à principiis illis notiſſimis remotiores, de quibus ignorantiam inuincibilem B dari poſſe Suar. Curiel. Malder. & Salas, cum multis, quos citat, vbi ſupra, confirmat, adhuc tamen hæ concluſiones ſecundùm ſe ſumptæ eaodem rectitudinem, & veritatem vbique omni tempore & ſtatu naturæ retinent, quamuis illarum cognitio diuerſa apud diuerſos gentium populos diuerſumque rerum ſtatum haberetur. Ita Diu. Thom. 1. 2. quæſtione 94. artic. 4. & omnes interpretes ibidem. Valent. 2. part. diſputat 7. quæſtione 4. punct. 1. Cordub. lib ſecundo, quæſt. 4. Vaſquez 1. 2. diſputat. 122. cap. 1. Bellarmin. 1. de matrim. cap. 27. Tolet. in illud ad Rom 2. *qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus.*

4. Hinc iam facilis ſumitur reſponſio ad difficultatem in titulo propoſitam; Dico enim C primò, in lege naturali eſſe plura præcepta, qualia ſunt principia illa notiſſima, quæ hominem rationis compotem latere nequeunt; item omnes concluſiones, quæ manifeſtè ex his, abſque vlla voluntaris diuinæ, vel humanæ poſitiua inſtitutione deducuntur, ita Diu. Thom. citato artic. 4. item 5. & 6. & quæſtion. 95. artic. 2. quæſt. 100. artic. 1. & 3. Caiet. Conrad. Med. ibidem, Valent. vbi ſupra punct. ſecundo ex Iuriſtis idem docent Couarr. reg. peccatum par. 2. §. 11. numero 4. Pinell. Ferdinand. Mendonça, & Turrecremat. quos ſequitur Salas 1.2 tractat. 14. diſput. 5. ſect. 5. Probatur primo, quia bona neceſſaria ad hoc, vt homo honeſtè ſe habeat, ſunt in diuerſo rerum genere, aliaque aliis difficilius conſeruantur. Item mala ab homine fugienda, ſimiliter diuerſa ſunt, atque alia aliis facilius euitantur; ſed lex naturalis diſtinctè & ſpe- D ciatim ſingula bona neceſſaria præcipit, & ſingula mala expreſſè prohibet: nam alioqui quomodo eſſet ſcripta in humanis cordibus, ergo huius legis præcepta plura ſunt. Secundo concluſiones, quæ ex vi ſolius rationis naturalis à principiis notiſſimis colliguntur, ſine vlla voluntatis diuinæ vel humanę inſtitutione alicuius legis præcepta ſunt non poſitiuæ: ergo naturalis; quia inter hæc duo legum genera medium non datur. Tertio indicium per ſe dictans bonum neceſſarium creaturæ rationali, vel malum fugiendum ſine iure poſitiuo eodem modo hominem obligat, ſiue cum diſcurſu, ſiue abſque diſcurſu menti inſit, ſed hæc iudicia alia tamquam prima principia; alia vero vt concluſiones in humano intellectu reperiuntur, ergo plura ſunt legis naturalis præcepta.

Dico 2. hæc omnia præcepta vnum ius, 5. vnamque legem non modo vnitate collectionis, ſed etiam vnitate ordinis conſtituunt, ita Valent punct. 2. citato. Suarius libro 2. de leg capite 8 numero 2. poſt Sotum & D. Thomam, Salas proximè relatus numero 12 & ſane in l. 1. §. huius ſtudii ff de iuſtit. & iur id habetur expreſſum, cum ius naturale dicatur collectum ex naturalib. præceptis, quę lex ſuperiorem etiam concluſionem confirmat. Huius verò collectionis vnitas in eo cernitur, quia ab eodem principio nimirum intellectuali lumine omnia naturalia pręcepta proficiſcuntur, & ad eumdem finem vltimum referuntur. Vnitatem verò ordinis, vel inter ſe, vel ad vnum aliquod præceptum, ad quod reducantur, perpetuò ſeruant. Et quidem Baſilius regul. prima fuſiùs diſputatarum, hanc ordinis vnitatem ad præceptum delictionis DEI, reduxit. Benedictus Peter. in Epiſtol. ad Roman. 2. diſputat. 10. omnia præcepta naturalia ad illud Geneſ. 4. reuocauit: ſub te erit apetitus tuus, & tu dominaberis illius: *Rectus enim eſt, & ſui dominus, qui libidinem coercet, ac frangit*: Vt ex Tullio l.b. tertio de republ. docuit Auguſtin. lib. quarto contra Iulian. cap. 12. Præcepta verò quæ ad proxmum attinent, ad illud reducuntur, cuius meminit Chriſtus Dominus Matth. 7. *Omnia quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis*: de quo luculenter Chryſoſtom. homil. 13 ad populum Ego ſanè ad vnum è tribus omnia naturalia præcepta æſtimo reuocari. Primum eſt illud notiſſimum principium. Omne bonum neceſſarium faciendum, & omne malum fugiendum, quia quodcumque præceptum naturale violatur, vel quia neceſſarium bonum omittitur, vel quia malum non euitatur. Secundum præceptum dilectionis DEI, quia cuiuslibet naturalis præcepti violatione DEVS offenditur. Tertium præceptum dilectionis ſui, quia naturalium præceptorum violatione ſemper ſe ipſum violans lædit, ſibique ſeu meliori parti ſui iniuriam facit, dum rationis imperio libidinis obſequium anteponit.

Vtrùm omnium virtutum actus tam naturalis, quàm poſitiui iuris materia ſint.

SECTIO III

EXacta huius difficultatis deciſio omnium virtutum cognitionem poſtulabat, 6. vt quarum actus ſub legis naturalis, vel poſitiuæ, materia cadere noſcerentur, à reliquis ſecerni poſſent, illamque idcirco Diu. Thom. expediuit, ſaltem, quod attinet ad legem naturalem 1. 2. quæſtione 94. art. 3. & quæſt. 100. artic. ſecundo, poſtquam tractationem de

virtutibus quæſtione 55. & ſequentibus, traditam peregit. Nihilominos ſuppoſita communi Theologorum ſententia de multiplicitate virtutum, tam moralium, quàm infuſarum, & Theologalium quæſtioni ſatisfaciam: Primoque ſtatuam, quid dicendum ſit de actibus virtutum quatenus cadunt ſub materia legis naturalis: Secundo, qua ratione circa eoſdem lex poſitiua verſetur. De primo, Diu. Thom. primo loco ex duobus proximè citatis ait omnes actus omnium virtutum quæ non ſunt honeſti, & ſtudioſi in genere ad legem naturæ pertinere, tanquam illius propriam materiam: ſecundùm verò propriam eorum ſpeciem, non omnes comprehendi, ſed aliquos excludi. Secundo loco ait, legem diuinam nempe naturalem in Deum præceptis Decalogi contentam proponere præcepta de actibus omnium virtutum, ita tamen, vt quædam, ſine quibus ordo virtutis, qui eſt ordo rationis, obſeruari non poteſt, ſub obligatione præcepti cadant, quæ verò pertinent ad perfectionem virtutis ſeu ad bene eſſe, cadant ſub admonitione conſilii.

His duabus Diu. Thomæ poſitionibus
2. hæc aduerſari videtur. Primùm, quia aliquæ virtutes reperiuntur cuius actus ſunt contra propriam inclinationem humanæ naturæ, vt actus ſeruandi virginitatem, quæ in opinione eiuſdem Doctoris 2. 2. quæſt. 152. artic. 3. & quæſtione 155 artic. primo, à caſtitate virtus eſt diſtincta. Secundum, materia legis naturæ certa eſſe debet, ac determinata, ſi quidem immutabilis eſt, vt infrà dicemus & nobis eſt à natura inſita determinatio huius legis: actus verò temperantiæ, verbi gratia, ex varia vniuſcuiuſque diſpoſitione pendet; nam idem actus qui reſpectu vnius eſt temperantiæ, reſpectu alterius erit intemperantiæ. Tertium, actus virtutum ſupernaturalium ſolo naturali lumine non cognoſcuntur: immo aliqui ſine reuelatione diuina honeſti & ſtudioſi non reputantur, vt actus credendi Trinitatem, vel Incarnationem, neque enim ratio naturalis honeſtatem agnoſcere poteſt in actu potentiæ intellectiuæ, cuius veritatem aſſequi non valet. Quartum lex humana aliquos virtutum actus præcipit, qui à naturali lege non determinantur: nam alioqui omnis lex erit naturalis; & poſitiua omnino ſuperuacanea. Vt hæc argumenta ſoluantur, & Diui Thomæ ſententia in quo ſenſu vera ſit, oſtendatur, oportet diſtinguere in variis propoſitionibus, quibus modis actus virtutum ad legem naturæ poterunt pertinere.

Prima propoſitio omnes actus omnium
3. virtutum quoad ſpecificationem, & quoad modum ſub naturalis legis præcepto continentur, non tamen omnes quoad exercitium præcipiuntur; duas habet partes. Probatur prima. Recta ratio poſtulat, vt ſi homo operetur in materia cuicumque virtutis naturalis iuris regulæ conformetur, & operationem ſuam in honeſtum finem diri-

A gat; ſed hæc eſt neceſſitas, quam Theologi appellant quoad ſpecificationem, & quoad modum; ergo hanc obligationem neceſſariò imponit nobis lex naturalis in materia cuiuſlibet virtutis operantibus. Secunda pars oſtenditur: multi ſunt actus boni, qui ad concilia potius pertinent, quàm ad præcepta, & à nulla lege naturali quoad exercitium præſcribuntur. Immo aliqui actus boni, cum non ſint optimi, non ſunt in conſilio, & cum non contineant bonitatem neceſſariam, non præcipitur illorum exercitium: verbi gratia, actus matrimonii, ſeu coniugalis copulæ, cum omnibus honeſtis circumſtantiis exercendæ, non
B præcipiuntur: & tamen ſunt actus alicuius virtutis, ergo non omnes in exercitio præcipiuntur. Vtramque partem hoc exemplo declarabo: non præcipitur mihi vt orem in templo, aut dicam roſarium Virginis: ſi tamen velim orare, lex naturalis & recta ratio dictat, vt debita reuerentia, & attentione oratio fiat. Et ſanè non obſcurè noſtræ propoſitionis doctrinam ſignificauit Cicero 2. de Inuentione vbi ait, *Virtus eſt animi habitus naturæ modo, atque rationi conſentaneus*, quod Diu. Auguſtin. lib. 83. quæſtionum, quæſtione 31. vſurpauit, quaſi declarans naturam habitus inclinantis ad actum, quoad ſpecificationem, & quoad modum à naturali lege præceptum, hoc enim eſt eſſe modo, & rationi naturæ conſentaneum. Et in hoc ſenſu exponi poteſt Diu. Thom. quando in primo loco ſupra citato dixit omnes actus virtutum ſecun-
C dùm rationem communem, vt ſtudioſi conſiderantur, eſſe de lege naturæ. Cæteræ enim declarationes, quæ ab aliis recentioribus afferuntur, facile impugnantur, quia vel limitant Diu. Thomæ doctrinam vniuerſalem, vel ad improprium ſenſum verba diſtorquent, vt quilibet illas conferens cum textu Doctoris, agnoſcit; quare non moror in iis referendis.

Secunda propoſitio: actus virtutum, vt verſantur circa certum medium materialiter acceptum, & in materia determinata, 4.
non omnes ſub naturali lege abſolutè ſumpta continentur, neque immediatè & proximè, hoc etiam docuit idem Diu. Thom. in eadem citata quæſtione 94. artic. 2. in fine corporis. Eſt enim ſecunda pars do-
D ctrinæ ibi traditæ his verbis. *Multa enim ſecundum virtutem fiunt, ad quæ natura non primo inclinat*. Probatur primo, quia determinare certam materiam, & conſtituere medium virtutis, non ſemper pertinet ad naturalem legem, ſed ad poſitiuam diuinam, vel humanam. Nam DEVM certo cultu venerari, verbi gratia, animalium holocauſtis in lege veteri, & ſacro-ſancto Euchariſtiæ Sacramento in noua, naturalis legis non eſt: ſed poſitiui diuini. Deinde certis diebus ieiunare, actus eſt temperantiæ, qui non a naturali, ſed à poſitiua lege canonica præcipitur, ſimilia paſſim exempla occurrunt. Secundò non poteſt naturalis,

ratio præcipere actum virtutis, ad quem A eliciendum vis naturalis non ſufficit: Sed actus virtutum infuſarum ſunt ſupernaturales, ad quorum exercitium naturales vires per ſe tantum ſatis non ſunt, ergo actus in ſuſi, verbi gratia fidei, ſpei, & charitatis ſub naturali lege non cadunt. Tertio ſicut aliqua bona ſunt, & honeſta tantum, quia à lege humana ſunt præcepta, ita aliquæ veritates proponuntur: vt credibiles, quia à DEO ſunt reuelatæ; ſed lex naturalis antecedit quamlibet conſtitutionem humanam, & reuelationem diuinam, ergo lex naturalis per ſe abſolutè ſumpta actus virtutum circa illa obiecta bona expoſitione humana, & de his obiectis veris ex reuelatione diuina præcipere non valet. Nam alioqui præciperet actum honeſtum, ante B quam obiectum illius honeſtum & bonum eſſet, & iuberet credere veritatem, antequam, vt credibilis proponeretur.

5. Tertia propoſitio. In omni virtute acquiſita eſt præceptum naturale aliquando obligans ad illius exercitium, ſaltem ſub veniali culpa. Ita intelligi debet Diu. Thom. in ſecundo loco adductus quæſtione 100. artic. 2. in corpore. Et ſic probat. *Quia lex diuina* (naturalem intellige in decem præceptis Decalogi contentam) *præcepta proponit de omnibus illis, per quæ ratio hominis bene ordinata eſt: hoc autem contingit per actus omnium virtutum: nam virtutes intellectuales ordinant bene actus in ſe ipſis: Virtutes autem morales ordinant bene actus rationis circa interiores paſſiones, & exteriores operationes*, Er- C go lex naturalis in qualibet virtute pro temporis occaſione & opportunitate ſuam habet obligandi vim. Et confirmatur quia ex omnibus virtutibus acquiſitis integra hominis rectitudo conſurgit, & in omnibus operandi modus rectæ rationi conformis appatet: ſiue accipiatur homo comparatione ſui, ſiue ad alios: ergo ſignum eſt quamlibet virtutem habere ſuam opportunitatem, in qua ſui actus exercitium præcipiat, vt homo ex omni parte rectus æſtimetur. Dixi obligationem naturalis præcepti eſſe ſaltem ſub veniali culpa: quia non video quomodo Liberalitas, Eutrapelia, & aliæ ſimiles virtutes per ſe tantum maiorem poſſint obligationem inducere. Et ſanè de veracitate eſt multorum opinio D ex genere ſuo numquam ad mortale obligare, niſi illi alterius virtutis obligatio adiungatur, teſte Suar. lib. 2. de leg. cap. 8. num. 12. vbi noſtram ſententiam preſſiùs, quàm ſoleat indicauit.

16. Hinc iam patet ratio ad argumenta oppoſita. Nam ad primum negandum eſt antecedens: ad probationem; ſi virginitas ſupponatur virtus diſtincta à caſtitate, dico eius obſeruationem eſſe ſecundùm rectam rationem, & inclinationem naturæ illi conformem, quia ille ſtatus ad perfectius vacandum DEO eligitur. Iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. 7. *Qui ſine vxore eſt ſolicitus eſt quæ domini ſunt.*

Quod vt clarius ſit, nota virginitatem tripliciter accipi primo materialiter pro incorruptione ſignaculi virginalis. Secundo, formaliter pro habitu, quo quis elegit ſeruare corporis & mentis integritatem perpetuam. Tertio, pro eadem habitus electione voto confirmata, primo modo virginitas eſt aliquid accidentarium Caſtitati. Secundò pertinet ad perfectum caſtitatis ſtatum. Tertio, ſpecialem conſtituit virtutem, & ſine peccato amitti non poteſt. Ita Diu. Thom. in locis in argumento citatis, & in concordantiis eiuſdem Diu. Thom. verbo Virginitas, numero 166. quare vt ſic diſtincta virtus eſt conformis inclinationi naturæ, modo iam declarato, ad liberius vacandum Deo, ſi verò dicas virginitatem non eſſe virtutem diſtinctam à Caſtitate, ſed accidere illi; & ad perfectum illius ſtatum pertinere eum Vaſquez 1. 2. quæſtione 100. artic. ſecundo, dubitatione ſecunda & Salas tractat. 14. diſp. 5. ſect. 5. numero 23. facilior eſt argumenti ſolutio, quia ſatis eſt, quod Caſtitas obliget naturaliter ſecundum aliquem ſui ſtatum; neque oportet, vt illum perfectum ex neceſſitate conſeruet, qui ad Virginitatem ſpectat.

Ad ſecundum reſpondeo dupliciter, determinari certam virtutis materiam, & 7. conſtitui virtutis medium. Primò ex vi ſolius diſcurſus naturalis abſque vllo legis decreto. Secundo, per legem, vel Conſtitutionem poſitiuam Primo modo etiamſi reſpectu diuerſarum perſonarum materia mutetur, & virtutis medium materialiter, non mutatur materia, quam ſola ratio naturalis decernit, & medium virtutis à lege naturali aſſignatum; quod formaliter ſumptum, vt medium rationis cum proportione ad perſonas, atque illarum diſpoſitiones, certiſſimam, & inuariabilem menſuræ regulam conſeruat, quare nullum incommodum eſt, ſi actus materialiter ſumptus, qui reſpectu vnius ſit temperantiæ comparatione alterius intemperantiæ reputetur. Quia moderata cibi & potus ſumptio vna formaliter, poteſt multipliciter variari materialiter. Ad tertium & quartum patet quid dicendum ſit ex ſecunda propoſitione cuius doctrinam ſolum modo confirmant.

De materia iuris poſitiui diuini peculiaris difficultas non eſt, quia de facto conſtat illius præcepto in ſacra ſcriptura contineri; de poſſibili verò tam amplam materiam ſortitur, quantum legis poſſibilitas ſuperiori diſputatione declarata extenditur: hoc enim poſtulat ſumma creatoris in creaturam poteſtas & Iuriſdictio, vt illa in omni effectu poſſibili vtatur ex arbitrio, ſola ſupereſt controuerſia de iure poſitiuo humano Ciuili, & Canonico. Et quidem de Ciuili Machiaueli errorem non euro, qui Regibus perſuadere conatur ſtatum politicum, eiuſque conſeruandi rationem honeſtatis legibus non adſtringi,

quare eum qui ſui ſtatus conſeruationem intendit, poſt habito quocumque virturis impedimentò, eas condere leges debere, quæ politico ſtatui conſeruando augendoque deſeruiant. Quam quidem hæreſim in atheiſmum propendere hæc ratio oſtendit. Quia qui DEVM eſſe credit, conuictus naturali ratione cogitur, credere illius leges hominum legibus eſſe præferendas. Nam DEI iuriſdictio longe ſuperior eſt, vt optime notauit Vrbanus II. in cap. final. 15. quæſt. 6. Ambroſius relatus in cap. Iulianus & in cap. Quicumque 11. quæſtione 3. & colligit Gratianus ex multis aliis textibus eiuſdem quæſtionis, concordatque conſtitutio 9. Friderici in leg. caſſa, Codice de Sacroſanct. Eccleſ. & l. ſecunda formam de officio præfectorum prætorio Orient. & Illyrici: lateque probauimus ſuperiori diſputatione, vbi de honeſtatis conditione ad legem omnino neceſſaria egimus, immo ad boni communis, ſtatuſque politici conſeruationem, & augmentum veræ religionis, honeſtatiſque cultum maximè iuuare luculenter oſtendit Bozius de ſignis Eccleſiæ, præſertim lib. 21. & ſequentibus. Bellarmin. lib. 4. de notis Eccleſ. cap. 17. & 18. Petr. de Ribadan. lib. 1. de Princip. Chriſt. cap. 13. aliique quam
9. plures.

Prætermiſſo igitur hoc errore inter Catholicos nonnulli exiſtimant humani iuris materiam, ſolum ad materiam iuſtitiæ limitari. Vnde huius virtutis actus tantum præcipere, illique contrarios prohibere, ita Franciſc. Sarmient. de redditib. Eccleſiaſtic. par. 4. cap. quinto: idem fere indicant Sotus 5. de iuſt. quæſt. 1. artic. 7. §. vnde ad ſecundum; Cordub. lib. ſecundo quæſt. 27. ad 4 ſecundæ opinionis, quatenus aſſerunt, neminem à Iudice, ſeu legiſlatore cogi poſſe ad id quod non ex iuſtitia, ſed ex ſola charitate tenetur. Quibus fauere videtur D. Thom. 1. 2. quæſt. 9. artic. 5. ad primum, vbi ait. *Moralia in tantum ſunt lege determinabilia, in quantum pertinent ad iuſtitiam.* Et ſuaderi poteſt ex l. 8. hac lege Cod. de pact. conuentis, ibi, *Quamuis enim bonum erat, mulierem, quæ ſe ipſam marito commiſit, res etiam einſdem pati arbitrio gubernari; attamen quoniam conditores legum æquitatis conuenit eſſe fautores nullo modo volumus*, ex quibus verbis notat gloſſa neminem cogi ad bonum, ſed ad æquum, ſeu iuſtum. Accedit ratio: lex humana non prohibet omnia vitia, ergo non præcipit omnium virtutum actus.

10. Vera tamen ſententia eſt ius humanum aliquos omnium virtutum moralium actus præcipere: non tamen omnes vniuſcuiuſque, ita Diu. Thom. 1. 2. quæſtione 96. artic. 3. in corpore Caiet. Medin. Conrad. & alii recentiores ibidem Antonin. 1. part. titulo 17. cap. vnico §. 4. Turrecremat. diſtinct. 4. §. præterea quæſt. 5. quam Sebaſtianus Medices iiſdem verbis tranſcripſit, idem tenet Valent. tom. 2. diſp. 7. quæſt. 5. punct. 7. Molin. tract. 2. de iuſti. diſputa. prima Azor. tom. 1. lib. 5. quæſt. 2. Suarius lib. 3. de legib. cap. 13. numero 7. & lib. 4. cap. 11. numero 2. Salas tractat. 14. diſp. 9. Sect. 3. in princip. Duas habet partes hæc aſſertio prima. Suadetur primo ex Ariſtotele 5. Ethicorum cap. primo aſſerente, *leges autem de omnibus præſcribunt ea ſpectantes quæ vel communiter omnibus conferunt vel optimis quibuſque*, & infrà per varias virtutes diſcurrit quarum actus à lege præcipi aſſeuerat. Idem aſſerit Plato 1. de legibus, vbi poſtquam duo bonorum genera diſtinxit diuina ſcilicet & humana, inter diuina numerauit ſuo ordine quatuor virtutes Cardinales, & ſtatim addidit oportere, *vt legum quoque lator, & ipſe hunc ordinem ſequatur & mandet omnibus vt ſemper ad hæc ipſa reſpicientes in ſingulis operentur*, & infrà definit quid, *in vniuſcuiuſque affectu honeſtum ſit, quid turpe circa iram*, idem denique Vlpianus in l. 1. ff. de iuſtit. & iur. ibi, *Æquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes bonos efficere cupientes*, & in leg. 10. iuſtitia eodem titulo *Iuris præcepta ſunt hæc honeſtè viuere, alterum non lædere.*

Secundo Praxis in vtroque iure hoc manifeſtè oſtendit. Nam ius Canonicum præcipit actum temperantiæ, nempe ieiunium: & religionis, vt vacare à ſeruili opere, diebus feſtis ſacrum audire, & ſimiles Deni Cæſareum de rebus etiam ad religionem pertinentibus in illius fauorem diſpoſuit in l. 1. ff. de interdictis & l. 1. Cod. de ſum. Trinitat. Item Caſtitatis intuitu, quam Clericos obſeruare decebat eiſdem habitationis conſortium cum fœminis interdicitur in l. 19. eum qui de Epiſcop. & Cleric. Præterea de liberalitate, temperantia, aliiſque virtutibus plura Romanorum decreta refert Aul. Gell. 2. noct. atticarum cap. 24. Tertio ratione probatur, poteſtate legiſlatiua ſuum finem aſſequi non poteſt, niſi in materia omnium virtutum moralium præcipiat, & prohibeat; nam illa ſiue ciuilis ſit, ſiue Canonica ſemper intendit facere ſubditos bonos, illoſque in felicitatem ſuo modo dirigere. At hoc in omni virtutum materia præſtare debet. Et quidem de iuſtitia nemo dubitat, de temperantia ſimiliter oſtenditur, quia ſine illa natura corrumpitur, impeditur generatio, & reipublicæ augmentum. Neque fortitudo minus neceſſaria ad rempublicam tuendam conſtituatur. Prudentia verò, vt reliquarum virtutum ductrix cum illis neceſſario coniungitur in diſpoſitionibus humanarum conſtitutionum. Confirmatur, quia hæ virtutes morales hominem perficiunt triſariàm. Primò in ordine ad ſe. Secundo ad alterum, nempe ad proximum. Tertio ad Deum: ſed hæc perfectio omnino neceſſaria eſt ad prædicti finis aſſequutionem, nempe vt homines boni moraliter fiant, & in fœlicitatem ab vtraque poteſtate legiſlatiua ſuo modo dirigantur; ergo &c. dico, *ſuo modo*, diuerſimodè enim ſe habere ciuilem, ac Canonicam poteſtatem in hac directione diximus agendo de cauſa finali.

Opponés, aliqui ſunt actus virtutum mi-

nimè neceſſarii, vt ſunt qui ſpectant ad liberalitatem, gratitudinem, magnificentiam, eutrapeliam. & ſimiles, quia vſus earum magis ad conſilium, quam ad neceſſitatem præcepti attinere videntur: quare neque à Canonica nedum à Ciuili poteſtate poſſunt imperari. Reſpondent aliqui recentiores cum Suario lib. 5. de legib. cap 12. num. 16. ſatis eſſe ſi ius poſitiuum in actibus quatuor virtutum Cardinalium tanquam in propria materia præcipiat, licet ad omnium particularium virtutum actus non deſcendat. Verùm hæc ſolutio argumentis ſupra adductis conuincitur: idem enim oſtendunt de his actibus, quod de aliis. Reſpondeo igitur etiam actus earum virtutum, quoad determinationem materiæ, aſſignationem medii, atque adeo ſecundum menſuram & modum, in multis caſibus neceſſario venient præcipiendi ad commune bonum reipublicæ ſæcularis, vel Eccleſiaſticæ. Præſertim cum ius naturale non ita certum, ac manifeſtum in earum rerum determinatione appareat: Quouſque nimirum liberalitas, gratitudo, aliæque virtutes in his, vel illis circumſtantiis in recta menſura debeant exerceri: ne ſine communis boni detrimento vſus contrarius introducatur, verbi gratia in materia liberalitatis ſtatuit ius Ciuile, ne donatio tantam doni menſuram excedat: in materia verò Eutrapeliæ ius Eccleſiaſticum iubet, ut ludi publici equitum ſine torneamentis fiant, & ſimiles leges paſſim reperies in vtroque iure ad materiam prædictarum virtutum pertinentes.

13. Secunda pars 2. ſententiæ probatur videlicet non omnes omnium virtutum actus opportuno iure poſſe præcipi. Nam collectio omnium actuum magnam difficultatem, repugnantiam, & impoſſibilitatem inuoluit, ergo & conſequentia eſt bona, quia lex poſſibilis moderata, & ſuauis eſſe debet. Antecedens ſuadetur: etenim quæ maior difficultas quam exercere omnes actus omnium virtutum frequens ieiunium in pane & aqua, & ſimilia, repugnantia verò in aliquibus viſitur, quia virginitas cum caſtitate coniugali ſimiliter nequeunt obſeruari, nec paupertas, & largitio liberalis. Vnde poſſibilitas oritur, quæ cum obiecto legis omnino repugnat, neque enim iuſtum legale, circa quod lex verſatur, impoſſibile, immo nec difficile nimis eſſe poteſt. Ideo enim D. Thom. contra noſtram ſententiam ſupracitatus dixit moralia in antum à lege determinari, in quantum ad iuſtitiam nimirum legalem ſpectant, quæ iuſtitia generalis eſt, vt in diſputatione 1. diximus, & ſub ſuo obiecto ſpecialia omnium moralium virtutum obiecta comprehendit: quando ſunt bona neceſſaria, ſeu maximè vtilia ad commune bonum aſſequendum, in quod legalis iuſtitia omnium virtutum moralium actus ordinat, ita enim exponendus eſt Diu. Th. nec ſibi in aliis locis pro noſtra ſententia relatis contrarius videatur.

14. Ad rationem ſimiliter negandum eſt non poſſe ius poſitiuum in materia omnium virtutum vitia aliqua prohibere, ſicut actus ali-

A quos valet præcipere: ratio eſt quia non minus neceſſarium eſt communitati bonum facere, quam malum fugere, neque magis neceſſarium videtur in materia omnis virtutis moralis præcipere aliquem actum, quàm vitare oppoſitum vitium. immo numquam eſt obligatio ad proſequutionem boni ſine fuga oppoſiti mali, quia acceſſus ad bonum receſſus eſt à vitio illi oppoſito, & omiſſio actus præcepti proſequutio oppoſiti mali cenſetur. ergo qui obligat ad actum, prohibet omiſſionem actus hinc eſt quod hæc duo in ſacris litteris ſæpiſſimè coniungi ſolent, malum fugere, & bonum proſequi. vt pſalm. 36. num. 27. *Declina à malo, & fac bonum* notauit D. Thom. B ibidem eamdem ſententiam eiſdem verbis Hæbræis legimus in pſalm. 33. numero 15. quamuis prius verbum latina tranſlatio mutauerit. *Diuerte à malo.* Idem habetur Iſai. 1. num. 17. & Iſai. 7. numero 10. Iob. 4. num. 23. denique Ierem. 1. numero. 10. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna; vt euellas. & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Nam optimè Magnus Gregorius 3. par. Paſt. 35. ait *Niſi peruerſa deſtrueret, ædificare vtiliter recta non poſſet.* A fuga mali initium fit, quia iuxta mentem D. Tho. ad pſalm. 36. & n. 27. prior in exequutione eſt receſſus à vitio, quàm ad virtutem acceſſus. idem ante iam docuerat Auguſtin. ſerm. 39. de verb. Domini. *Quomodo*, inquit, *dicturus ſum ei: veſti nudum, qui adhuc ſpoliare* C *vult veſtitum, nec lyricum latuit* 1 Epiſt 1. *Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima ſtultitia caruiſſe*

Quamobrem non loquuntur conſequenter Turrecrem. diſt. 4. §. cauſa autem quæſt. 5. Et Sebaſtianus Medices in repet eiuſdem diſtinctionis circa gloſſ. 8. num. 57. qui cum dixerint aliquos actus omnium virtutum à lege humana præcipi poſſe, hoc ipſum de actibus vitiorum denegarunt rectè quidem ſentirent, ſi de omnibus vitiorum actibus id aſſererent, vt docuit D. Thom. 1. 2. quæſt. 96. artic. 2. cum Auguſtin de libero arbitrio cap. 5. Ratio eſt quia pauciſſimi ſunt qui omnia vitia fugiant: ſed lex ciuilis debet eſſe accommodata communitati ſecundum conditionis humanæ fragilitatem conſideratæ; ergo omnes vitiorum actus nequit prohibere. Nam legiſlatoris poteſtas ſi omnia vitia puniret, rempublicam deſtrueret potius quam promoueret, & D dum minora mala reſecare conaretur; quod argumentum egregie proſequitur D. Ambroſ. de Noë cap. 21. Hinc eſt quod leges humanę meretrices, emptiones non vltro dimidium iuſti pretii factas, aliaque ſimilia mala permittunt: ne ſi nimis emungeant, ſanguinem eliciant, vt prouerbiorum 30. diuina ſapientia monet.

Qui actus in materia vniuſcuiuſque virtutis, aut vitii ſint quos humana lex præcipere poteſt aut vetare.

SECTIO. IV.

QVæſtio hæc tractari poteſt vel in particu-
1. lari, deſcendendo ad aliquos actus vir-
tutum. V. G. paupertatis Euangelicæ, virgi-
nitatis, ſeu obedientiæ per profeſſionem in
aliqua religione, aut denique publicæ con-
feſſionis ſacramentalis: vel in generali re-
gulam vniuerſalem aſſignando ex qua cogno-
ſcatur, qui actus in materia vniuſcuiuſque
virtutis præcipi, & vitij prohiberi queunt
ab humana lege. In vtroque ſenſu difficul-
tatem expediam. Quantum ad primum Di-
co 1. ad nullum ex quatuor aſſignatis exem-
plis ex ſola lege humana præciſe aliquem poſ-
ſe obligari. Probatur diſcurſu facto per ſingu-
la. Nam de paupertate Euangelica eſt commu-
nis Theologorum ſententia, vt docet Salas 12.
tract. 14. diſputat. 9. Sect. 3. dub. 1. num. 41.
Et ſuadetur: hæc enim conſiſtit in voluntaria
rerum omnium abdicatione ex voto: itaut vel
inhabilis, vel impeditus maneat ad habendum
proprium dominium, ſeu vſum cuiuſlibet
rei abſque ſuperioris facultate, aut conceſſio-
ne ſuæ regulæ, quod bono communi neceſſa-
rium non eſt, nec maxime conueniente, im-
mo difficile, & politico regimini, ciuitatiſque
conſeruationi impoſſibile; vt per ſe patet. De
Virginitate eſt expreſſus textus in cap. inte-
gritas 32. quæſt. 1. quem referre voluit Salas,
vbi ſupra dub. 2. quando eius loco citauit
caput virginitas quæſt. 2. neque enim tale
caput in ea quæſt. 2. neque enim tale caput
in ea quæſtione aut in toto decreto. Verb-
verò quæ refert. in cap. integritas D. Am-
broſ. in exhortatione ad Virg. pag. 3. ſum-
pta ſunt. ***Sola eſt enim*** ait, ***integritas, quæ ſua-
deri poteſt, imperari non poteſt, res magis vo-
ti, quam præcepti eſt.*** Vbi Doctores commu-
niter cum gloſſ. verb. voti: idem ſentiunt.
Gloſſ. adducit cap. 2. diſtinct. 74. & cap.
præſens 20. quæſt. 3. Ex quibus oſtendit ne-
minem inuitum ad ſtrictiorem viuendi ratio-
nem cogi poſſe, quod erat noſtrum 3. exem-
quod etiam confirmat decretum Synodi ab
Eugenio Secundo habitæ cap. 32. item à Mat-
prout refertur in cap. illud autem 20. quæſt.
1. & docet Suar. tom. 3. de religione par. 2.
lib. 10. cap. 10. num. 4. & 5.

2. Dixi ex ſola lege humana preciſè, quia ſi
occureret caſus in quo ad regni alicuius pa-
cem communem, ciuiumque diſſidentium
concordiam oporteret, vt aliquis in religione
profeſſionem faceret; vt alter regni æmulus,
& potiori iure hæres ſecurus ſuo potire-
tur principatu, & de religionis ingreſſu
illi à ſæculari, vel Eccleſiaſtica poteſtate in-
iungeretur præceptum religionem ingredien-
di, & in ea profitendi, atque adeo tot circun-
ſtantiæ concurrerent, vt regni commune pa-
cis bonum aliter obtineri non poſſet. Sane

A ante obligationem præcepti, iuriſque poſitiui
naturalis obligatio hominem ad profiten-
dum compelleret. Nam ſicut matrimonium
quamuis maximè liberam requirat volunta-
tem contrahentium cap. cum locum, capi-
te Gemma, & ſimilibus de ſponſalibus, in
aliquo caſu ad illud poſſet princeps ſubditum
obligare, in quo ſ. ad commune bonum id
neceſſarium indicaret, naturaliſque obligatio
illum ad coniongium cogeret, vt cum aliis te-
net Sanch. de matrim. lib. 2. diſputat. 3. nu-
mero 4. & lib. 4. diſput. 22. ita religioſus ſta-
tus, quamuis maxime liberam exigat profiten-
tis voluntatem ex cap. 1. cap. ſicut tenor, cap.
cum ſimus, & aliis de regularib. in prædictis
circunſtantiis iuberi poſſet & in caſibus, in qui-
B bus naturale præceptum vrgeret, poſitiuum
ſuper addi potuiſſet.
Obiicies. poteſt aliquis ob læſæ maieſta- 3.
tis crimen ipſe, & eius filii omnibus bonis
priuati per l. 5. Quiſquis Cod. ad leg. Iul.
item ob certa flagitia matrimonij vſus pro-
hibetur V. G. ob inceſtum vt cap. p. 2. & aliis
de eo qui cogno. conſanguin. vxor &c. item
ob raptum alterius ſponſæ, per cap. ſtatutum
27. quæſt. 2. & propter vxoris necem cap. ad-
monere, cap interfectoribus. 33. quæſt. 2. ma-
trimonii contrahendi ſpes adimitur. Denique
in pœnam aliquorum criminum auctores mo-
naſterii ſeruitio tota vita traduntur, vt ob
adulterium Clerici cap. ſi quis Clericos di-
ſtinc. 81. ex 3. Synodo Aurelianenſi decerni-
C tur. ſi hæc in pœnam delicti ſontibus infligun-
tur ſub præcepti obligatione, inſontibus
præcipi non repugnat. Neganda tamen eſt
conſequentia. Nam longe maior ac diffici-
lior eſt obligatio Euangelicæ paupertatis,
virginitatis & obedientiæ ſub religionis ali-
cuius regula, quam priuatio omnium bo-
norum, etiam in ſeruo; & quam impedi-
mentum in vſu, vel in contractione matri-
monii, ac denique quam ſeruitium in Mo-
naſterio, vt per ſe patet. Nam ſerui ex volun-
tate dominorum, & aliis modis poſſunt ha-
bere proprium, & ſuis facultatibus priuati,
poſſunt rurſus aliàs acquirere, ſicut & impe-
dimentum, in vſu vel contractu matrimonii
facilè tollitur per diſpenſationem, & ſeruitium
in Monaſterio obligationem religioſi ſtatus
non inducit. Vnde qui ſic ab hoc Monaſterii
D ſeruitio fugeret, Apoſtatæ pœnis non ſubia-
ceret: Denique illæ pœnæ bono communi ne-
ceſſariæ, aut maximè vtiles videri poſſunt; co-
gere tamen ad paupertatem Euangelicam, Vir-
ginitatem, aut obedientiam, & profeſſionem
religioſam ſimilem neceſſitatem, vel vtilitatem
communi bono regulariter adducere nequit.
Quartum exemplum erat de confeſſione 4.
Sacramentali publicè facienda, docent Theo-
logi communiter à Conſtitutione humana
præcipi non poſſe, ita Valent. tom. 4. diſ-
put. 7. quæſt. 11. par. 1. §. quomodo Nauarr.
cap. 23. in manual. num. 38. Soto in 4. diſtinct.
18. quæſt. 1. artic. 1. Suar. tom. 4. in 3. par.
diſp. 21. ſect. 2. num. 6. vt ſatis indicatur à
Tridentin. Seſſ. 14. cap. 5. his verbis. ***Non ſa-
tis conſultè humana aliqua lege præciperetur,***

Digitized by Google

vt delicta præſertim ſecreta, publica eſſent confeſſione aperienda. Et ante illud Leo epiſtola 78. aliàs 80. ad Epiſcopos Campaniæ cap. 10. conſuetudinem delicta occulta publicè recitandi iudicat remouendam. eius verba habentur in cap. quamuis plenitudo, de pœnit. diſtinct. 1. ratio verò cur neque à Poteſtate Eccleſiaſtica Sacramentalis confeſſio publica exigi poſſit, eſt magna difficultas, & modica vtilitas, & quod caput eſt quia legi naturali talis conſtitutio contrariaretur, contra quam ius poſitiuum non præualet. Etenim cogeretur pœnitens publicati criminis infamiam ſubire. Vtrum verò ad confeſſionem ſecretam venialium, ſeu ad repetendam confeſſionem legitimam mortalium ex præcepto Eccleſiaſtico homo obligari queat. Reſpondeo negatiuè, niſi quis ſe libere alicuius religionis regulæ ſubiiciat, quæ id ex ſua inſtitutione religioſis ſuis præcipiat, vt habetur in Clem. 1. de ſtat. Monach. in qua Monachis ſancti Benedicti præceptum datur ſingulis menſibus confitendi. Item in ſtatuto Monachorum Ciſtercienſium, vt refert Nauarr. in cap. placuit de pœnitentia, diſtinct. 6. num. 118. iubetur, vt omnes ſuis Abbatibus ſemel in anno confiteantur, ea omnia peccata à quibus aliàs confeſſis antea eſſent abſoluti, de quo vide Nauarr. loco citato à num. 7. vſque ad 22. & Reginald. in prax. fot. pœnitent. lib. 6. num. 105. & ſequent.

5. Quia verò non poſſunt ſingula percurri quę ſub præcepti materiam cadere intelliguntur, aliqua generalis regula tradenda eſt, quæ rebus in particulari applicetur. Aliqui illam aſſignant regulam nempe ſolum illud quod lex naturalis, vel diuina præcipere intelligatur, ita vt lex humana ſolùm nouam legis naturalis, vel diuinæ declarationem contineat. Quam doctrinam, vt erroneam, & huius temporis hæreticis conformem damnat Suar. lib. 3. de legib. cap. 11. num. 13. ſed rigida videtur hæc cenſura; nam licet hæc ſententia errori proxima ſit, hæreſique fauens, neganti poteſtatem legiſlatiuam humanam; ab illa tamen in eo differt, quod ſimpliciter hæc ſententia non negat poteſtatem legiſlatiuam humanam, immò illam concedit, verùm eam limitat ad ea quæ ſunt quidem de iure naturali, ſeu diuino; ſed non ita ſunt manifeſta, vt ſub nullo iure contineri, multi poſſent iudicare. hæc enim poteſtas humana ſua expoſitione & declaratione, iuxta illam opinionem ſub obligationem cadere decreuiſſet, & tanquam præcepta naturalia, ſeu diuina obſeruari ſtatuiſſet. Verùm contra hos diſput. 6. agendum qui confusè, & periculosè humanam poteſtatem ſæcularem, & Eccleſiaſticam ad nouum ius humanum ſtatuendum imminuunt. Certum enim eſt Authore Ariſtotele 5. Ethicorum cap. 7. *Iuſtum legitimum* (quod dicitur obiectum legis ſeu Conſtitutionis humanæ) *eſſe, quod à principio quidem nihil refert ſic an aliter habeat, cum vero poſitum fuerit, refert.* Ergo aliquod eſt obiectum legis humanæ, quod ante illam, neque ad legem diuinam poſitiuam, neque ad naturalem pertinebat.

Altera regula ab aliis aſſignatur illum ſolum virtutis actum à lege humana præcipiendum fore, qui ſaltem ſub aliqua ratione generali per legem naturalem, ſeu diuinam non imperetur. Nam facto diſcurſu per leges ciuiles, & canonicas aperte id oſtenditur, quia confeſſio, quam lex diuina præcipit, ab humana Eccleſiaſtica determinatur, vt tali tempore fiat. lex naturalis iubet ius ſuum vnicuique tribuere, DEVM colere, parentibus obedire, & ab eis ali. humana vero Eccleſiaſtica quantum ad DEI cultum; ſæcularis, quantum ad alia modum, & tempus determinat illa peragendi. Cæterum hæc regula partim excedit, partim deficit. Excedit, quia lex humana non poteſt præcipere ad libitum quamlibet determinationem diuinæ ſeu naturalis legis: V. G. determinare pręceptum temperantię per ieiunium continuum in pane, & aqua tantum, & iam ſupra oſtendimus non præcipi à lege humana omnes actus vniuſcuiuſque virtutis: ergo non ſufficit à lege diuina, vel naturali aliquid iuberi ſub quadam ratione communi, vt lex humana in particulari quamlibet determinationem in eadem materia præſcribere poſſit. Deficit quia multa ſunt opera ſupererogationis neque à lege diuina, neque à naturali præcepta, quæ poſſunt eſſe legis humanæ materia V. G. certi actus liberalitatis, gratitudinis, eutrapeliæ, aliarumque virtutum, qui ſub conſilio non ſub lege naturali continebantur. Deinde actus de ſe indifferentes, quatenus communi bono vtiles ſunt, procul dubio præcipi poſſunt à lege humana, cum tamen eos, nec diuina nec naturalis lex præcipiat: iam enim indifferentes non eſſent. Itaque cum non ſemper præceptum poſitiuum humanum ſe habeat per modum determinationis comparatione diuini, ſeu naturalis: ſed plerumque actus præcipiat ab illis legibus non imperatos, ſequitur illam regulam non complecti omnes actus à lege humana præceptibiles.

7. Dico igitur 2. nullam aliam vniuerſalem regulam ſine exceptione veram hac in re tradi. niſi illam, quæ ex fine humanæ legis ſuis conditionibus veſtitu colligitur: quas conditiones ſuperiori diſputatione expendimus. Quare omnis ille actus; qui in commune bonum referatur, cæteraſque conditiones habeat quas ad veram legem neceſſarias eſſe dixi, à iure poſitiuo poteſt imperari, cum aliqua tamen materiæ diſtinctione inter ſęculare, & Eccleſiaſticum vt in vltima ſect. exponam. Idemque de prohibitione vitiorum cum proportione aſſerendum, quod de præceptione actuum boneſtorum vel indifferentium ſtatuimus. huius aſſerti probatio deſumitur ex impugnatione cæterarum regularum, quæ repertæ ſunt, & ex obiecto formali legis, quod eſt iuſtum, legitimum, quod deſumitur ex habitudine ad commune bonum, & ex traditis ſupra conditionibus agnoſcitur. hoc vero bonum commune iam ſupra declaraui diuerſum eſſe comparatione iuris Canonici, & Cæſarii, propter reſpectum ad finem vltimum æternæ felicitatis quam per ſe ciuile ius non intendit.

8. Obiicies actus indifferentes præcipi non poſſe primo quia res indifferens non eſt voti materia; ergo neque legis. Conſequentiam oſten-

dit par ratio, quæ viſitur peræque in lege priuata, quam homo per votum ſibi imponit, atque in communi à principe promulgata 2. actus indifferens ad præceptionem eſt inutilis. Nam aut præciperetur in eo ſtatu indifferentiæ, aut cum habitudine ad finem honeſtum extrinſecum priori modo nequit imperari, quia in eo ſtatu indifferentiæ malus eſt, & communi bono non inſeruit, conditionemque honeſtatis requiſitam non habet: poſteriori modo etiam non præcipitur quia finis præcepti non eſt ſub præcepto humano, vt in hac quæſtione dicemus. 3. neque prohiberi poteſt actus indifferens. Etenim lege humana non niſi malum prohibetur: ſed actus indifferens non habet malitiam niſi accipiatur quatenus indifferens eſt, & hoc tam parui momenti, & conſiderationis eſt, vt nulla ratione vetari conueniat: ergo actus indifferens nequit prohiberi, ne ſi minima prohibeantur à lege humana teneamur aſſerere omnes vitiorum actus prohiberi contrà doctrinam proxima ſect. approbatam. Ante reſponſionem aduertendum eſt dupliciter conſiderari actum indifferentem. Primo quatenus abſolutè in ſe & propter ſe præcipitur, ſeu vetatur: & ſic rectè docet D. Thom. 1. 2. quæſt. 92. artic. 2. in corpore, nullius legis eſſe materiam, niſi quoad permiſſionem: quod rectè exponit Suarez lib 3 de legib. cap. 12. numero 7 de poſitiua actus entitate in ſua ſpecie conſiderati: ſi enim negatiuè ſecundùm ſingulares circumſtantias ſpectetur cum carentia finis honeſti, ad quem in opinione D. Thom. 1 2 q. 18. artic. 9 ex naturalis legis præcepto referri debet, malus cenſetur propter omiſſionem honeſti finis: hanc vero malitiam lex humana præſertim ciuili non curat. 2. modo conſideratur actus indifferens reſpectiuè, quatenus aliquam vtilitatem ex obiecto ſuo habet ad bonum commune reipublicæ conſequendum, calamitatemve declinandam Et ſub hac conſideratione habet conformitatem cum recta ratione, & honeſtum finem, & ideo præcipi, aut vetari poteſt etiam in eo caſu, in quo legiſlator ordinaret illum ad alium finem priuatum, non ad publicum. Ratio eſt quia ex ſuo obiecto habet eam vtilitatem à lege determinatam: & quamuis ſubditi facientes actum præceptum, vel ommittentes prohibitum boni communis intentione non faciant, præceptum adimplent, vt bene aduertit Sotus 1. de iuſtit. quæſt. 2 artic 9 & 10. & in 4. diſtinct. 13. quæſt 2. poſt D. Thom. 1. 2. quæſt. 110. artic. 9. Nauarr. in ſumm. capite 21. numero 7. Sebaſtianus Medices in repet. cap. erit autem, diſtinctione 4 numero 63. quia finis præcepti non cadit ſub præcepto, vt infra dicetur.

9. Hoc poſito ad argumentum negandum eſt antecedens: ad primam probationem dicendum cum Suar. tom. 2. de religion tracta. de voto, lib. 2. cap. 4. num. 5. Sanch. tom. 1. Decalogi lib. 4. cap. 7. numero 1. & ſequent. cum multis quos refert, rem indifferentem priori modo ex duobus declaratis, id eſt in ſe, & propter ſe conſideratam voti materiam non eſſe, neque legis humanæ præceptiuæ, quia actus malus, vel inutilis non præcipitur. vetatur tamen à naturali lege, quatenus fundat omiſſionem, ſeu priuationem honeſti finis, ad quem referri debet; quomodo materia voti non eſt, quia nemo obligari poteſt ad malum faciendum ex vi promiſſionis; quamuis obligetur ex vi legis ad illud fugiendum. Deinde rem indifferentem poſteriori modo acceptam, aptam eſſe materiam, tum voti tum legis præceptiuæ. Vnde ad ſecundam probationem negatur aſſumptum, nempe eſſe inutilem, non in ſe abſolutè ſpectatam, ſed reſpectiuè per habitudinem ad finem, à quo honeſtatem recipit. Neque ad hoc opus eſt, vt intentio in illum finem cadat ſub præcepto. Nam, vt diximus, præceptum adimpletur, ſi actus præceptus exerceatur, cuius obiectum communi bono vtile, eſt ſecundum legis determinationem in conuenientia rationis fundatam Ad 3. probationem dico actum indifferentem etiam abſolute ſecundum ſe, & propter ſe negatiue conſideratum cum omiſſione honeſti finis non prohiberi lege humana, ſed ſolum naturali, ſi tamen reſpectiue ad commune bonum aliquando actus indifferens malus ſit, à lege humana vetari poterit iuxta ſuæ malitiæ menſuram.

Ex hac doctrina colliges actum ſecundùm ſe malum à lege humana præcipi non poſſe: quamuis actus de ſe bonus poſſit prohiberi: ratio eſt quia actus intrinſece malus ex ordinatione ad bonum commune cohoneſtari non valet, quia ſemper retinet ſuam malitiam intrinſecam. Malus enim eſt ex quocumque defectu. Actus verò bonus etiamſi de ſe bonus ſit, ex iuſtis cauſis poterit prohiberi. Vnde iam in exercitio illius propter legem prohibentem malitia eſt. Verbi Gratia facere ſacrum eſt actus bonus, ſed à prandio ſeu in feria 6. Paraſceues eſt peccatum. Donatio liberalis eſt actus bonus & tamen à lege Ciuili mulier donationes huiuſmodi prohibentur, & irritantur; actus verò indifferens licet ſecundum rationis conuenientiam communi bono vtilis ſit, antequam præcipiatur, nihil refert, ſi omittatur: poſt præceptum verò illa vtilitas, quam habet, ſatis eſt ad hoc, vt ſit apta præceptionis materia, & præceptione poſita, honeſtatem induit neceſſariam, qua in re longius progredi ad materiam de humanorum actuum bonitate & malitia ſpectat. 10.

Vtrùm lex humana externos tantum actus directè præcipere poſſit:

SECTIO V.

PRæceptionis nomine generalem intelligo diſpoſitionem præcipiendi, vetando, vel puniendo Deinde comparatione tam Ciuilis. quàm Canonicæ poteſtatis facimus quæſtionem. Tertio non loquimur de præceptione indirecta, & per accidens: nam hoc modo non eſt dubium actus internos ſub humana conſtitutione cadere. Ratio eſt quia actus externus, vt humanus ſit, aptaque

humanæ diſpoſitionis materia habeatur, neceſſariò ab interno formatur, vt moralis, humanuſque exiſtimetur, ex communi Theologorum doctrina cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 18. Exterior enim per ſe neque voluntarius oeque liber humanusve cenſetur. quando ergo actus externus legi ſubiicitur per ſe primario, & directe, ſemper conſequenter ſecundario, & per accidens ſecum defert internum à quo voluntarius, liber, & humanus denominatur. Quamobrem difficultas tantum eſt de actu interiori, ab exteriori ſeparato, vel ſi cum eo comparatur, an æquè per ſe, & directè humanę legis diſpoſitioni ſubiiciatur. Nomine vero actus liberam omiſſionem etiam intelligo, ſi hæc ſine actu poſitiuo poſſibilis eſt. Nam lex quæ actum prohibet, in nolitionem actus illius vel omiſſionem directe fertur. Tandem quæſtio noſtra procedit de poteſtate legiſla- B tiua, ſecundum legem ordinariam, & accommodatam regimini, ſeu Eccleſiaſtico non de potentia Dei abſoluta. Nam quis neget Devm potuiſſe communicare talem poteſtatem hominibus, abſolutè loquendo, per quam de puris actibus internis iuſtas leges ferre poſſent? nulla enim in hoc eſt contradictio. de lege igitur ordinaria inquirimus an interiores actus ſub præceptum humanum cadere directe poſſint.

2. Pro ſententia affirmante refert Corduba lib. 4. quæſt. 13. opinion. 2. Adrian. Pighium, Roſellam, Baldum, Panormitan. Tiraquell. cum Gloſſ. in cap. cum quis de ſentent. excommunication. in 6. verb. *tuo nomine* Clemen hæret. §. verum verb. eo ipſo incurrant. eadem opinione Sanchez lib 2. De- C calog. p. 8. item Salas 1. 2. tract. 14. diſput 9. ſectio 1. citant Felin. Imol. Anchar. Andr. Anani. Florent. Godefied. Remund. Paul. Stephani & alios ſed tam Gloſſa, quam prædicti authores fere omnes manifeſte loquuntur non de actu interiori, ſed de omnino occulto id eſt, qui in iudicio probari non poteſt Nam de actibus omnino internis oppoſitum docet Gloſſ. in cap. cogitatio de pœnitent. diſtinct. 1. verbo *cogitatio* cum ipſo textu. Idemque ſentit Suarez tom. 5. in 3. par diſp. 4. ſect. 2. ita eſſe exponendos Antoninum 3. par. tit. 24. cap. 7. maiorem in 4. diſtinct 12. quæſt 7. §. contra primam & alios auctores, qui pro hac D opinione citati ſolent; quamuis Adrianus quod lib. 8. artic. 1. litera H. & ſeq. & in 4. tit. de confeſſion. quæſt. 2. § alii probant illos de actu interno declaret. & eiuſdem ſententiæ exiſtimat Suarius fuiſſe Phigium lib 6. Hierarch. Eccleſiaſ. cap. 16. Ioan Medin. quæſtione 15. de orat. quæ incipit *Inde tamen* ita Cordubam citatum. Verum Corduba ſimpliciter negat actum pure internum humano indicio legive ſubiici in foro interno, quamuis in foro conſcientiæ poteſtati Eccleſiaſticæ concedat poſſe actibus pure internis leges præſcribere. Medina vero ita opinionem affirmantem probat, vt negantem etiam probabilem iudicet. Et ad argumenta Adriani reſpondet. Itaque ſi Adrianum Pighium & Roſſellam excipias nullus alius merito, vt firmus aſſertor huius ſenten- A tiæ referri poteſt. Ideoque meritiſſimu Vaſq. hos tantum pro hac parte allegauit 1. 2. diſputat. 160. cap 1. nam canoniſtas de actu occulto per accidens explicandos Simach. de catholic. inſtit. tit. 41. numero 2. aptiſſimè ad illarum mentem aduertit Denique hanc opinionem poſſe actus internos per ſe ab Eccleſia præcipi probabilem credit Leſſius libro 2. de iuſtit cap. 37. diſputat 11. numero 66.

3 Vera tamen ſententia negat actus internos per ſe, & directè ab humano iure ciuili ſeu canonico præcipi poſſe aut vetari, hanc communi conſenſione Theologi pariter, ac Iuriſtæ tuentur. D. Thom. 1. 2. quæſt 91. artic. 4 & quæſt. 100. artic. 9. in 4. diſtinct 18. quæſt. 2. artic. q. 1. Durand. diſtinct. 17. qu. 8. num. 7. Almar. ibidem artic. 4 & tracta B de poteſtat. Eccleſ. cap. 3. & 10 Palud. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 5. artic. 2. concluſ. 4 num. 24. & diſtinct. 17. quæſt 2 artic. 2. & quæſt. 7. artic. 5. numero 20. Gabr. in canon ſect. 61. litera K & in 4 diſtinct. 17. quæſtio 2. dub. 5. Maior in 3. diſtinct. 15. quæſt. 3. §. dubitatur Antonin. 1. par. tit. 24. ca. 4. Gerſon. de vita ſpirituali lect. 4 Conellar 1. & 2. alphab 62. Sotus in 4 diſtinct 2. 2 quæſt. 2. artic. 3 poſt 5. concluſionem Caietan. tracta. de poteſta. Pontif. & Concil. cap. 19. & 22. & in ſumm. verb hæreſis Banhes 22. quæſt. 11. artic. 4. dub. 2. concluſion. 1 Caſtro de iuſta hæreticorum punitione cap 18. & de lege pœnali lib. 2. cap. finali, Bellarmin. tom. 1. lib. 4 de poteſtat. Pontif cap. 20. & tom. 2. lib. 3. de laicis capite 11. Tolet. in C ſumm. lib. 1. cap. 19 numero 4. Nauarr. lib. 2. de iuſtit cap. 3. numero 22. Henriq. 3. ſumm. cap 14 §. 6. & cap. 26. §. 2. Suar. lib. 3. de leg cap. 13. num 2. & lib 4. cap 12. num. 4 Sanch. in decalog. lib. 6. cap. 2. onmero 6. Vaſq. 12. diſputat 160 cap 2 Salas tract. 14. diſputat. 9. ſect 1. num. 3. Valent. 2. par. diſputat. 7. quæſt. 5. punct. 7. & 3. part. diſput 7. quæſt. 3. punct 2. Azor tom. 1. lib 5 cap. 10. in quibus plures ex antiquioribus Theologis & Summiſtis repertes Ex iuriſperitis idem docuit Hoſtien. in cap mulier de ſenten. excommunicat. Alberic. par. 2. de ſtatut. quæſtio 168. Salicet. D in l. is qui cum telo C. de Sicar. poſt Bald. in l. ſi quis non dicam C. de Epiſcop. & cleric. Didacus Perez tit. 4. lib. 8 ordinem Turrecrem. in ſumm. de poteſtat Eccleſ libro 1. cap. 96. Couar in cap. alma mat. par. 1 §. 11. & regula peccatum de regul. iur. par. 2. num. 7. Gutier in quæſtion. canon cap. 13. Felin in tract. quando eo natus. quem ſe quitur Hyppolit. in l qui falſam ff. ad l. cornel. Nauar. in cap. ſi quis non dicam, de pœnit. diſtinct 1 numero 8. & in capite cogitationis eadem diſtinct. numero 1. & ſequentibus, & in manual. capite 27. numero 56. Sayr. tom 2. lib. . . cap. 6. num. vltimo Driedo de libertate Chriſtiana lib. 3 c 5. ad fin. Sylueſt. verb. *Excommunicatio* 7. par. 1. & verb. *hora* quæſtio 11. Angelus à Clauerſio
4 verb. hæreticus n. 1. & verb. hora num. 27. Vnde non bene pro oppoſita ſententia cita-

tur à Sylueſtro vbi ſupra num. 3.

Et quamuis de iure ciuili facile huius ſententiæ veritatem oſtendere poſſim ex fine illius iuris : nam ſolum ordinatur ad pacem & honeſtatem exteriorem communitatis humanæ iuxta Auguſtin de libero arbitrio cap. 6. ad hanc vero nihil referunt actus, qui in cordis penetralibus reſident, quando foras non erumpunt. Venio tamen ad rationes magis communes, quæ idem de vtroque iure conuincant. Prima eſt D. Thom. citati poteſtas humana leges fere nequit de illis actibus, quos nec iudicare, nec punire poteſt : ſed huiuſmodi ſunt actus interni : ergo de internis actibus per ſe & directè humana poteſtas diſponere nihil poteſt. Maior probatur, quia iudicium ſententiæ deciſiuæ, ſeu punitiuæ lex quædam eſt in caſu particulari in qua ſententia ſi humana iuriſdictio ſe non extendit ad actum internum, multo minus id faciet in caſu vniuerſali legis communiſſimæ. Minorem proho ex l. 18 cogitationis ff de pœnis. In qua Gloſſa multas alias leges adducit, & ſic exponit. *Cogitationis pœnam nemo meretur, ſi eſt ſtatum in finibus cogitationis* Ideſt ſi in actu in exteriorem cogitatio non prodiit: ibidem legiſtæ Bartol in repetit l. 1 ff. de offic. procurat. Cæſ. nu. 13 Anton. Gomes. t. 3. cap. 3. num. 30 l. 2. tit. 31. par. 7. & late gloſſa 1 ibidem concinit cap. ſicut tuis. cap. tua nos. de Simon. cap ſi quando 15 quæſt. 6. cap. conſuluiſti 2. quæſt. 5. cap Chriſtiana 32. quæſt. 5. cap. Erubeſcant diſt. 32. cap. cogitationis & cap. cogitatio de penitent diſt. 1 quæ iura ſacræ paginæ teſtimoniis confirmantur. 1 Reg. 16 num 67. *homines vident ea, quæ parent, Deus autem intuetur cor.* 1. Corint.
4 4. num. 5. *Nolite ante tempus iudicare, quo uſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium* ex quibus locis colligitur humanam poteſtatem non poſſe ſententiam ferre de ſecretis actibus, & occultis per ſe non ſolum ex defectu probationis, ſed ex natura ipſorum actuum, quippe qui à iudicio humano ſine aliquo ſenſibili ſigno diiudicari non valent, ideoque quamdiu in externo ſigno non apparent, humanæ poteſtati non ſubiiciuntur. Neque eſt eadem ratio de actibus occultis per accidens, quia cum iam ad exteriorem actum peruenniunt, talem naturam induunt, vt per ſe humanæ poteſtati ſubiaceant; & ideo in foro conſcientiæ apta legis materia fiunt, quamuis nulla poſſint probatione in externo foro puniri, vt optime deducit Vaſquez cita. ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 91. artic. 4.

2. Rationem ex Ariſtotele 10. Ethicorum
5. cap. vltimo accepit D. Thom 1. 2. quæſt. 100. artic. 9 in corpore videlicet illud ſolum cadere ſub præceptum, ad quod faciendum lex cogere poteſt; niſi enim vis coactiua coniuncta ſit cum poteſtate legiſlatiua, inutilis ſane erit hæc poteſtas: & lex ab ea lata nihil efficiet, ſi cogendi vim non habeat: ſed ad actus, internos homo ab homine cogi nequit, quia ſolum eo modo homo hominem cogere valet, quo cum eo agere more humano, poteſt quia humanus mos operatio eſt ſenſibilis,

A corporea, & externa. Nam ſpiritualis ſeparata à materia ſenſibili ad Angelos, vel ad animas ſeparatas attinet: limitanda igitur eſt humana legum ferendarum poteſtas ad morem, modumque agendi humanæ naturæ commuoem, humanoque regimini vtilem : qualis in operationibus ſenſibilibus, externiſqoe proditur. Confirmatur menſura conformis eſſe debet & proportionata menſurabili, authore Ariſtotele 10. Met cap. 3 ſed lex humana, quæ eſt menſura humanorum actuum, ſenſibilis eſſe debet & externa, vt perfectæ legis ſtatum obtineat alios obligantis : ergo etiam actus ab ea menſurabiles externi ſunt & ſenſibiles, vt ſub legis obligationem cadant.

B Dices his rationibus ſolum oſtendi actus 6.
purè internos non eſſe legis bumanæ materiam & per ſe nec præcipi, nec prohiberi : non tamen conuinci eoſdem actus, quando cum externis coniunguntur concomitanter directè vel indirectè cum externis ſub legem humanam non cadere: oppoſitum enim multi textus confirmant. Nam in Clem. 1. cap. 1. §. verùm quia de hæret. Pontifex ſub excommunicationis, & ſuſpenſionis pœna præcipit, ne Epiſcopi, ſeu inquiſitores odio, ira, timore, vel quouis alio humano affectu commoti in negotio fidei doloſè, aut fraudulenter procedant & in cap. final. §. cæterum eodem tit in 6. iuber, vt in hoc obeundo munere puram, prouidamqne habeant mentis intentionem : ergo directè internis actibus
C legem præcribit. Præterea multis conciliorum canonibus anathematizantur, qui non crediderint, quod in illis conciliis definitur cap. ſi quis tamquam cap. ſi quis ſuperbiam cap. ſi quis carnem cap. ſi quis nuptias diſtinct. 30. cap. excommunicamus 1 § credentes & ea excommunicamus 2. §. ſi quis autem cap. ad abolendam de hæret. Deinde cap. vnico §. omnem perſonam de ſchiſmat excommunicatur omnis ille, qui Iacobum, & Petrum Columnam pro Cardinalibus habuerit, aut tenuerit ſcienter, aut deliberatè & cap. fælicis de pœn. in 6. excommunicantur, ratam habentes percuſſionem Cardinalium ab aliis patratam & Clemen. de pœnis ratam habentibus Epiſcoporum percuſſionem ſimilis excommucatio infligitur.
D Denique in Concilio Tolet. 1. in confeſſione fidei dicitur. *Si quis autem dixerit, aut crediderit Chriſtum innaſcibilem eſſe, anathema ſit.* Vbi notandum eſt illud, *aut crediderit.* Similiaque habentur in aliis Conciliis quæ quia eodem modo explicanda ſunt prudens omitto. In quibus omnibus textibus apparet Eccleſiaſticam conſtitutionem directè & per ſe in actus internos dirigi ſaltem, quando cum aliquo exteriori coniunguntur.

Præter hos textus ſunt alii ex iure ciuili 7
in quibus manifeſtè apparet actus internos concomitanter cum externis per ſe primario, vel ſecundario ſub humanæ legis materia comprehendi : nam affectus ſine effectu delicti ſequuto pari pœna puniendus decernitur in l. 5. quiſquis C. ad l. Iuliam de adult.

adult. l.5. ſi quis non dicam C. de Epiſcop. & Cleric. l. 10. ſi quis ſeruo C. de furt. & ſeru. l. vnica C. ſi quacunque prӕditus poteſtare. l. 1. ff. de eartaordin. crim. Denique varii ſunt caſus, qui idē videntur conuincere. 1. ſit, Canon de precibus horariis recitandis in cap. dolentes de celebrat. Miſſar. qui rear. non modo præcipit actum eaternum, ſed etiam internum, videlicet mentis attentionem, ac deuotionem, neque præcepto viderur ſatisfacere, qui vtrūque non coniungit. 2. Eccleſia iubet quotannis confiteri peccata non modò exrerna, ſed etiam interiora, & cordis ſecreta. 3. poteſtas Eccleſiaſtica in internis votis diſpenſat, immo religionum Superiores, & parenres illa irritār, & cōmutant. 4. Monach. Benedictinus, qui ſine Superioris licentia Regis Curiam petit animo ſuperiorem accuſandi excommunicarur Clem. 1. de ſtat Monach § quia verò 5. Confeſſor poteſt in pœnitentiam orationem mentalem iniungere pœnitenti; & ſane in multis ea religioſis familiis regula de mērali oratione præſcribitur. 6. in cap. commiſſa §. cæterum de electione in 6. ſtatuitur, vt ſi quis paruchiale beneficium obtinuerit, ſine voluntate aſcendendi ad ſacros ordines, beneficiū ipſo iure amittat, & fructus ſuos non faciat. Supra hos omnes caſus non deeſt congruentia, quæ oſtendit hāc poteſtatem, ſaltem Chriſti Vicario denegandā non eſſe: nam Chriſtus Dominus iuriſdictionem habuit in actus noſtros internos; idcirco enim actus fidei præcepit, item pœnitentiæ, & ſimiles, ergo hanc poteſtatem ſuo vicario reliquit tanquam Eccleſiaſtico regimini congruētem, iuxta illud Matth. 16. *Tibi dabo claues regni cælorum, quodcunque ligaueris ſuper terram*, vt hæ difficultates ſoluantur ſubſequentem expendere oportet dubitationem.

Vtrum actus interior concomitanter cum exteriori à iure humano præcipi, aut prohiberi poſſit.

SECTIO VI.

1. Actus internus. vt bene notat Vaſq. citatus cap. 3. & Salas num. 1. duobus modis eaternum comitati intelligitur: 1. quando actus internus eſt cauſa per ſe eaterni, ſine qua iſte fieri non valet: huiuſmodi eſt voluntas audiendi ſacrum in die feſto, quæ ita neceſſaria eſt, ſaltem virtualis, ſeu interpretatiua, vt ſine illa præceptum non impleatur. Hac ratione nemo dubitat indirectè, & concomitanter poteſtatem humanam præcipere actum internum, vt ſuperiori ſect. in principio indicauimus; quia cum externum imperet morali, & humano more exercitum, ille vero humanus non ſit, niſi à voluntate formetur. & quodam modo animetur voluntas exequendi actum præceptum, indirectè, concomitanter, neceſſario præcipitur; immo ſola voluntas interior non implendi præceptum illi opponitur, non ratione ſui immediatè, ſed ratione obiecti præcepto oppoſiti; quare ſola intentio efficax non audiendi ſacrum in die feſto eſt contra præceptum Eccleſiæ, & ab ea prohibetur. quia

A omne præceptum affirmatiuum inuoluit negatiuum oppoſitæ voluntatis, in quam ab obiecto malo oppoſito Eccleſiæ præcepto malitia deriuatur; non quia per ſe, & primario illa voluntas ab Eccleſia prohibeatur; per ſe enim ſolum prohiberi poteſt à iure diuino, vel naturali, quo tenemur ſuperiori poteſtati obedire. Hinc eſt quod actus inefficax, & ſimplicis complacentiæ quia non eſt cauſa per ſe actus eaterni præcepti & conſequenter in illum ab externo non deriuatur malitia, ſed ſecundum ſuam naturam conſiderari debet. Ideo talis affectus, neque primario, neque ſecundario à poteſtate humana prohibitus cenſetur, quare ſi aliquam habet malitiam, contra rationem legemque naturalem procedet.

2. modo comparatur actus internus cum externo, non tanquam cauſa per ſe neceſſario B coniuncta, ſed per accidēs illum cauſans, quod adhuc dupliciter contingit. Vel enim eſt actus internus ita cauſa per accidens, vt nulla ratione neceſſarius ſit ad externum, nec in genere Phyſico, nec in genere moris, ſed æque bene eſſe poſſet ſine illo: V. G. homicidium ex ira & odio, vel ex lucri cupiditate patratum, item profectio ad Regis Curiam fratris Benedictini, æqualiter enim ad accuſandum Abbatē atque ad aliud negotium fieri potuit. Vel ita eſt cauſa per accidens actus internus, vt ſit neceſſaria conditio, ſeu circunſtantia ad eſſentiam, ſeu valorem eaterni in genere, ſeu ſpecie quadam moralitatis, ita neceſſaria eſt intentio faciendi, quod facit Eccleſia in miniſtro Sacramenti ad illius valorem & neceſſarius eſt interior conſenſus contrahentium ad matrimonii C veritatem, & denique neceſſaria eſt attentio in lectione, ſeu loquutione externa cum Deo vt vocalis oratio honeſtus & laudabilis religionis actus euadat.

De actu igitur interno, qui eſt cauſa per accidens. his duobus modis eaplicatis cōtrouerſia eſt inter Authores vtrùm concomitanter, & directè vel indirectè humanæ legis imperio ſubiiciatur: Tres reperio de hac difficultare ſententias. Prima ſine vlla diſtinctione abſolute admittit actum interiurē cum eaterioti cōiunctum per accidens, & ex operantis arbitrio præcipi & prohiberi, vel etiā puniri poſſe ab humana lege quatenus interior modificat, in- D formar cohoneſtat, vel corrumpit eaterioremt hāc defendunt Caietan. in ſumma verbo *Excommunicatio* cap. 3. & verb. *hora* §. 3. Angelus verb. *Hæreticus* nu. 2 Tabien. verb. *Excommunicatio*, caſu 4. n. 4. Sot. lib. 10. de iuſtit. q. 5. ar. 5. Lorca 1. 2. diſp. 16. memb 2. & indicat Molin de iuſtit. commut. tract. 5. diſp. 58. in fin. idem ſignificare videtur Leſſius lib. 2. de iuſtit. cap. 37. diſp. 11 num. 66. Valent. Silueſt. Aaor vbi ſupra: ita eaponunt hi authores textus & caſus in ſuperiori ſectione adductos. Et confirmatur, quia ius præſertim Canonicum ſolet eos excommunicare, qui hoc vel illud temere, vel ſcienter fecerint, ſimileſque particulas addere, quæ manifeſtè produnt has conſtitutiones ad internos actus penetrare quatenus per illos eaterni vitiantur, hac ratione in cap. ſi quis 8. diſt. 30. Excommunicatur, qui ex contemptu, vel interna ſuperſtitione ieiunium Eccleſiaſticum non ſeruauerit. At quis non videt

contemptum, & internam ſuperſtitionem ad interiores actus ſpectare.

4. 1. ſententia, quam tenet Suarius 3. par. tom 5. diſput. 4 ſect. 2. num. 20. & lib. 4. de legib. cap. 13 num. 6. tribus propoſitionibus declarabitur: priores duas approbat Salas tract. 14. diſp 9. ſect. 1. n. 24. in idem inclinat Sanchez tom. 2. Decalog lib 6. cap. 2. n. 6. & oſtendit exemplũ ibi adductum. Prima propoſitio, quando actus internus eſt cauſa per accidẽs. Secundo modo videlicet quia eſt conditio ſeu circumſtantia neceſſaria ad eſſe morale aut valorem actus externi, quamuis neceſſarius nõ ſit ad materiale eſſe Phyſicum, illius ſufficit illa coniunctio cum externo, vt internus ſub obligationẽ humanæ legis cadat. Neque vlterius requiritur, vt actus internus in aliquo exteriori ſigno manifeſtetur: hanc propoſitionẽ Suarius dicit eſſe communem TT. ibidemque ſignificat concomitanter, & directè in hoc caſu actum internum, ſimul cũ externo cadere ſub obligationem legis humanæ. Nam in illo loco 3. par. n. 13. ait: In caſu prædicto actus internus eſt de ſubſtantia interioris, vt moralis eſt, & tunc interior & exterior non ſunt duo, ſed vnus actus compoſitus ex ſpirituali forma, & materia ſenſibili; & ideo totus ſenſibilis, & ſub obiecto Eccleſiaſticæ poteſtatis contentus, & hac ratione exiſtimat per præceptum exterioris operis voluntatem etiam illud exequendi præcipi. Probat verò, quia ad veritatem, valoremque matrimonii contrahendi neceſſarius eſt verus vtriuſque coniugis cõſenſus internus; ſed poteſtas humana ſuis ſubditis præcipere poteſt, vt verè contrahant: ergo ex vi talis præcepti obligantur coniuges ad conſenſum interiorem habendum: ſimiliter ſe habet Eccleſia cum recipientibus ordinem ſacrum, vt caſtitatem voueant, quod ſine intentione interna facere non poſſunt. Denique eadem eſt neceſſitas interni actus ad implendum præceptum Eccleſiæ recitandi officii faciendi ſacri: item in receptione, vel miniſtratione alicuius ſacramenti. In his omnibus euentis neceſſarii ſunt interiores actos ad ſubſtantiam actuum moralium, vt in ſua ratione contractus Sacramenti, ſacrificii, & diuini cultus conſtituantur: ſed hi actus quatenus in hac morali & artificiali cõpoſitione conſtant ab Eccleſia pręcipiuntur, ergo ſub poteſtate humana illiuſque legis obiecto & materia cadunt.

5. Ex hac aſſertione infertur primo iuxta hanc ſententiam poſſe peccari grauiter contra præceptum Eccleſiaſticum propter defectum aliquem in actu interno, etiamſi in exteriore actione nullum illius defectus indiciũ appareat: exempli gratia non implet præceptom confeſſionis annuæ, qui in quadrageſima confitetur exterius quidem, verum ob aliquem defectum internum, ſacramentum pœnitentiæ ſcienter non recipit, vt idem Suarez 3. par. tom. 4. diſp. 36. ſect. 7. defendit. Item non ſatisfacit pręcepto officium diuinum recitandi, qui voluntaria diſtractione etiam non manifeſta exterius animum aliò diuertit, vt late idẽ Suar. tom. 2. de relig. tract. 4. lib. 4. cap. 16. & ſeq. ediſſerit: infertur 2. non modo poſſe huiuſmodi præcepta imponi, ſed propter eorum tranſgreſſiones pœnas incurri, & Eccleſiaſticas cenſuras, quia A non imponuntur actibus purè mentalibus; ſed quatenus cum exterioribus vnum moralem actum componunt, externoſque actus vitiant, etiam ſine externa manifeſtatione.

2. Propoſitio huius ſententiæ eſt Poteſtas humana poteſt punire, vel prohibere actum exteriorem cum dependentia ab interiori affectu, ſeu intentione accidentaria eidem actui, quando actus externus alioqui malus, & pœna dignus exiſtimatur. ita Suar. ſect. illa 2. numero 22. & cap. 13. citato num. 2. & in hoc conſentit etiam cum Aothoribus primæ opinionis; Salas verò num. 11. hanc aſſertionem veram eſſe dicit, ſi intelligatur affectus interior, non tanquam ratio prohibitionis, ſeu pœnæ inferendæ, ſed tanquam conditio ſine qua externus actus malus non puniretur. neq; hæc interpretatio eſt contra Suar. ille enim vocat B hanc intentionẽ conditionẽ requiſitã, vt actus externus malus prohibeatur. Ratio huius aſſertionis eſt. quia Eccleſia ſimpliciter prohibere poteſt illum actum exteroum malum. ergo ſi addat Eccleſia illam conditionem actus interni mali per accidens adiuncti, potius reſtringit ſuam poteſtatem, quam extendit: non enim vult prohibere, ſeu punire omnes actux malos, ſed ſolum illos qui cum tali conditione accidentaria coniunguntur. Vnde prouenit quod Eccleſia grauiori irregularitate, id eſt difficilioris diſpenſationis punit homicidium voluntarium, quàm caſuale, quæ tamen plerumque in ſola cognitione, ſeu intentione differunt. Confirmatur duplici exemplo. Primum eſt de hæretico, qui ſi in externis tantum ſignis hæreſim manifeſter ſine in- C teriori mentis infidelitate, hæreticorum cenſuram non incurret. 2. de irregularitate rebaptizanti impoſita, quam non contrahit, qui ficte, & ſine intentione rebaptizandi omnes exteriores, ceremonias baptiſmi perageret. In vtroque caſu poſſet Eccleſia illam actionem externam punire, quod tamen non facit, niſi illa interior intentio ſeu conditio per accideos adiuncta exteriorem actionem comitetur. ergo potius in his euentis poteſtatem reſtringit iam habitam, quam non habitam prætẽdat. 6.

3. Propoſitio quando actus internus nullo modo eſt neceſſarius ad eſſe Phyſicum, vel morale externi, ſed ſolum coniungitur ex libertate operantis cum illoqui ex obiecto, & circunſtantiis exteriorib. bonus eſt, non cadit, ſub poteſtatem humanæ conſtitutionis, ita Suar. ſect D illa 2. n 26. & c 13. n. 14 & 18. quamuis hanc minus certã iudicet, quam præcedentes: illã probat primo de facto, quia nulla lex humana adduci poteſt in exemplũ, in qua actus externus præcipiatur fieri ſimul cum alio interno, qui neceſſarius non ſit ad eſſe Phyſicũ, vel morale actus externi, vel in qua actus externus ex obiecto, & circunſtantiis de ſe bonus prohibeatur fieri ob malum finem. De poſſibili verò ſecundum ordinariam poteſtatem legiſlatiuam humanam oſtendit, quia duplici ex capite ille actus internus concomitanter fieri iuberetur cum externo. 1. quia neceſſarius eſt internus, vt externus honeſtè fiat, verbi gratia, ſumptio Euchariſtiæ, qui a à peccatore digne non fit, neceſſaria eſt interior diſpoſitio contritionis, vel attritionis cum confeſſione. 2. 7.

quia etiamſi neceſſarius non ſit actus interiot A ad honeſtatem exterioris, tequiritur, vt exterior altero modo ſit bonus, & conſequenter melior ſit duplicem honeſtatis rationem ſortitus, ſed neutro ex his modis cadere internum actum ſub humanam legem ſic confitmat. Primò de poſteriori capite clarius: nam per talem actum internum ſolum additur externo bonitas quædam accidentaria, ſeu extrinſeca relatio, vel imperium quod ab interiori actu omnioo diſtincto procedit, ergo non poteſt illa honitas præcipi ex vi præcepti tendentis in actum externum: ſed oportet, vt diſtincto præcepto per ſe directè præcipiatur internus. à quo illa bonitas dimanat. 2. ſi actus bonus fieret ſine illa altera honeſtatis ratione, ſolum violaretur præceptum propter omiſſionem actus interni, non verò faciendo actum internum præciſe. 3. Eccleſia non conſueuit hoc facere, videlicet requirere intentionem non neceſſariam ad ſubſtantiam actuum moralium; ſed ſolum inducit ad hoc per modum conſilii offerendo indulgentias oranti pro tali neceſſitate, & bona opera exercenti cum hac vel illa intenrione: ergo id facit ne ſuæ poteſtatis terminos tranſiliat.

De primo capite probat, quia ad conuenientem reipublicæ, ſeu Eccleſiæ guberoationem ſufficit, vt per leges pręcipiantur actus externi de ſe boni & honeſti cum condiunibus ad honeſtatē illorum neceſſariis; vt in genere moris, & in ratione alicuius virtutis conſtituantur: Nam poſitis his legibus, ſtatim ratio naturalis C & ius diuinum obligat, vt honeſtè fiant; ergo non ſunt multiplicanda præcepta, quando ad intrinſecam rationem actus externi Phyſicè, aut moraliter conſideratā neceſſaria non ſunt. Hinc deducitur probatio ad oſtendendum non poſſe ab humano iure impuni præceptum negatiuum de actu externo bono ob finem malum exercito Nam huius actus prohibitio ſolum tenderet directè in actum internum & intentionem malam, non in actum externum de ſe bonum & ſolus internus puniretur contra id quod Eccleſia facere conſueuit, & contra: caput tua nos; & cap. vltima de Simonia.

8. In hac propoſitione non conuenit cum Suario Salas diſp. 9 ſect. 1. num 1?. Nam exiſtimat actionem alioqui bonam ſeu indifferenē & abſolute non prohibitam ab Eccleſia, cum reſtrictione nimirum ne hoc vel illo modo fiat; item cum hac vel illa intentione ſub humanū præceptum cadere poſſe, neque ſolum de D poſſibili, ſed de facto: hac ratione ait prohibitum fuiſſe Benedictinis ad Regis curiam ire animo accuſandi Prælatum, quoniam ire ad Curiam Regis potuit abſoluè Benedictinis interdici: ergo etiam cum reſtrictione hac, nēpe quando malo animo prælatum accuſandi iuerint. Etenim in hoc magis reſtringi quam extendi videtur Eccleſiaſtica poteſtas. Confirmatur primo, quia Clem. 1. de ſtat. Monach. §. quia verò non requirit expreſſionem praui animi, ſed tantum opus externum ex prauo animo factum, licet hoc de ſe malum non ſit, Nam ingreſſus ad Curiam Regis non erat de ſe malus, neque ante hanc prohibitionem ſpecialem Prælati licentiam requirebat. Confir-

A matur 2. etiam quando actus externus non eſt malus, neque prohibitus, ſed bonus, vel indifferens de ſe, ſi mala intentione fiat hæc intentio informat actum externum, & in genere moris vnū actum conſtituit cum illo, quia ſine illa integram non habet moralitatem; ergo ſi Eccleſia prohibeat illum actum externum, vt humanus eſt, & ſecundum totam illam integritatem moralem ſuæ poteſtatis fines non excedit, quia actus externus, qui eſt materia legis humanæ, vt voluntarius, liber, & moralis ſpectatur, quæ ratio cum ſuis confirmationibus plurimum valere debeat in ſententia prædicta, quia ex ipſius principiis deducitur, de actu vero externo bono per accidens coniuncto cum B interna diſpoſitione neceſſaria, vt honeſtè fiat, vel cum aliquo motiuo à quo honeſtior reddatur, nihil in particulari dicit Salas. Verùm conformiter ad ſuam doctrinam, & ad hanc rationem idem dicere deberet: dummodò actus interior, non vt cauſa, ſed conditio; neque vt intētio finis rigoroſa, ſed vt volitio obiecti honeſti accipiatur, vt in eadem Sectione num 24. ſe author. magis declarauit, ſic verò explicata hæc ſententia ſuper primam fere nihil addit, quàm maiorem illius declaratioonem quia illa abſolute, hæc cum diſtinctione procedit.

3. Igitur ſententia aſſerit non poſſe Eccleſiam præcipere vel prohibere, ſeu punire actū 9. interoum coniunctum per accidens cum externo, vel externum propter internum à quo C vitiatur, quando hic per illum nullo modo manifeſtatur: hæc ſine dubio eſt D. Thom. ſententia 1. 2. quæſt. 100. art. 9. in corpore vbi cum loqueretur de duplici motu interiori electionis ſcilicet & intentionis, addit, *iſta duo non diiudicat lex humana, ſed ſolum diuina*, ita etiam tenet Silueſt. verb. *Excommunicat.* 7. num. 4. vbi de interioribus loquens, ait, *ſed tamen ſi illa exterioribus colligentur indirecte & gratia alterius præcipit de eis*; Item verb. hora quæſt. 11. citans D. Th. & Palud. communem eſſe affirmat: neſcio igitur quo iure Syluestri mens ab aliquibus recentioribus in aliū ſenſum diſtorqueatur. Idem tract. Almac. de poteſtat. Eccleſiaſt. cap. 3. & clarius cap. 10. propoſ. 2. & 3. quem ſequitur Nauarr. in opuſc ſupra cap. finale de Simoo. n. 20. vbi ſe remittit ad commentat. capitis cogitationis de pœnitentia diſtin. 1. ſed clarius loquitur de pœnitentia diſtinct. 5. in princip. n. 26. Caſtro D Simancas, Couar. aliique ſectione proxima citati, quatenus generaliter negant poteſtati humanæ ad actus interiores extendi; oiſi proot exterioribus manifeſtantur, quales non ſunt ii actus interni cum externis ita per accidens coniuncti, vt ſe in illis nulla ratione prodant. Eandem opiniunem clarius expoſuit Vaſq. 1. 2. diſp 160. c. 3. & ſeq. illam vt mihi probatiſſimam D. Thom. antiquis Theologis & Iuriſperitis magis conformem ſequentibus concluſionibus elucidabo.

Prima concluſio: nullus actus interior quouis modo coniunctus cum exteriori æque primo per ſe, & directe ſubditur humanæ poteſtati legiſlatiuæ. Probatur iis textibus, & rationibus in præcedenti ſectione adductis, ſi enim actus

interior, quando coniungitur per ſe, ſiue per accidens cum externo æque primo, & directè ad vtrumque extenditur, non eſt vniuerſaliter vera illa doctrina, quam ex iiſdem principiis confirmatã tradidit D. Th. 2. 2. quæſt. 104. art. 4. in corpore, hominem quoad internos actus ſoli Deo ſubdi: quod vt confirmet, illa Senecæ 3. de beneficiis verba profert. *Errat ſi quis exiſtimat ſeruitutem in totum hominem deſcendere, pars enim melior excepta eſt. Corpora obnoxia ſunt & adſcripta dominis; mens quidẽ eſt ſui iuris.* Quamuis ergo actus exterior, vt humanus & liber, interiorẽ actum requirat per ſe & lex humana de eo humano more, & libere exercito procedat, nõ ſequitur æque primo & directè de interioribus diſponere, ſed ſolum per accidens & indirectè; ſicut qui hominem trahit, vt totum eſt conſtitutum ex corpore, & animo non trahit per ſe, neque impulſum imprimit ſpiritualem in animam illius quem trahit, ſed ſolum corporalem & materialẽ, qua vi per ſe trahitur corpus, per accidens vero anima illi vnita, vt verior Philoſophia docet: ita ſe habet poteſtas Eccleſiaſtica, ſeu politica cũ actu interiori veluti forma exterioris actus. Confirmatur: voluntaris actus, etiam quando coniungitur cum opere externo in ſe & per ſe eſt extra limites humanæ poteſtatis: ergo etiam vt ſic per ſe, & directè humanis legibus ſubiici nequit; nam ſolum eo modo, quo in humanam cognitionem cadere poteſt, nempe ratione externi actus, humanæ ſubiacet poteſtati.

11. 2. Concluſio: Actus interior per accidens coniunctus cum externo, aliquando etiam ſecundario, & indirectè à lege humana prohiberi poteſt, quatenus eſt cauſa efficax alterius actus prohibiti, nunquam tamen punietur, niſi in externo manifeſtetur: hæc concluſio ſequitur ex dictis, & ſolum indiget declaratione. Nam intentio, V. G. quam habuit Benedictinus eundi in Curiam Regis ad ſuperiorem accuſandum, per accidens coniungitur cum profectione in Curiam; quia tamen eſt cauſa de ſe efficax actus, Eccleſiaſtica conſtitutione prohibiti; ſecundario, & indirectè ratione obiecti, nempe accuſationis, prohibetur, nunquam tamen punietur ipſa intentio, neque externus actus proficiſcendi, vel intrandi Curiam ab illa viciatus, niſi hæc intentio in externis ſignis manifeſtetur. Hinc exponenda eſt illa Clementina c. 5. quia verò de ſtat. Monach. nam prauus animus nocendi Monaſterio, vel accuſandi Prælatum, vel iam præſumitur, tunc quando fratres Benedictini ſine licentia Prælati Curiam ingrediuntur, eoque ingreſſu ſine licentia produur, vt docet Nauarr. in cap. cogitationis, de pœniten. diſtinct. 1. numero 8. ad 3. ibi *propter aditum realem in Curiam, qui eſt effectus exterior comitans & prodens illum malum animum*, & videtur ſignificari hæc præſumptio in textu per illud verbum *præſumpſerit*, vel vt etiam tradit Vaſquez cap. 5. numero 22. ad 8. præter Curiæ ingreſſum oportet ſuum animum aliquo exteriori ſigno manifeſtare, vt ipſo facto excommunicationem incurrant: quam interpretationem ex Gloſſ. colligo verbo *ipſo facto*, vbi ad incurrendam hanc excommunicationem duo neceſſaria eſſe dicit; primum Curiæ ingreſſum. 2. cauſam damnificandi Monaſterium, ſeu Prælatum, quæ vt Eccleſiaſtico ſubiiciatur iudicio, non ſufficit pure mentalis, ſed exteriori ſigno, prodita requiritur.

3. Concluſio: actus externus ſiue bonus, ſiue malus, ſiue indifferens ſub præceptionem, prohibitionem, vel pœnam humanæ legis, non cadit, propter ſolã coniunctionem accidentariã cum actu interiori, qui exterius nullo modo manifeſtetur: hæc concluſio vltimam partem præcedentis aſſertionis confirmat, & generalem tertiæ ſententiæ doctrinam complectitur: quære eoſdẽ, quos illa habet citatos defenſores. Probatur 1. quia aliter iura ſect. 5. citata non ſubſiſterent, & vt reliqua omittam id manifeſtè oſtendit l. 7. Fulcinius, ff. Quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur, ibi, *Animus enim latitantis quæritur, quo animo latitet vt fraudet creditores*, vbi Gloſſ. verb. *animus*, interrogat, *quomodo ergo animus probatur*, & ſtatim diſcurrit per aliqua exteriora indicia ex quibus latitantis animus in creditoris fraudem poſſit coniectari. Si enim reuerà daretur talis animus debitoris, ſed omnino lateret, adhuc ipſe bonorum poſſeſſionem non amitteret. Concinunt clarius adhuc duo textus præter alios ſub titulo de Simonia: nam in cap. ſicut tuis, ſic habetur; *Illos autem qui dederunt pecuniam, vel etiam receperunt, in tantum conſtat eſſe culpabiles, quod ſi exceſſus illorum eſſet Eccleſiæ manifeſtus (quæ non iudicat de occultis) pœna eſſent Canonica feriendi.* Item cap. tuas nos eod. tit. ibi, *Nobis datum eſt de manifeſtis tantummodo iudicare*, & quid clarius Innocentius III. loqui poſſet qui pontificiam optime nouerat poteſtatem Nauarr. in cap. final. de Simon num. 20 magni facit ad hoc probandum cap venerabilibus § fin. de ſentent. excommunicat. in 6. 12

2. Rationes quas in eadem ſect. 5. adduximus huic cõcluſioni aptiſſime cohærent; immo ſine illa omnino corruunt, quas rurſus inculcate non licet. 3. Si hæc poteſtas humana V. G. Eccleſiaſtica in caſu noſtræ concluſionis actũ externum puniret propter malitiam actus interni per accidens coniuncti, & omnino occulti, ſanè eodem modo ſe haberet comparatione actus externi boni, vel indifferentis, vt præcipiatur, vel puniatur. Ex coniunctione accidentali cum actu interiori omnino occulto, conſequens ex ſentẽtia Suarez eſt falſum: ergo & illud, ex quo ſequitur. maioris vim agnouit Salas qui vt diximus in 3. propoſitione ſecundæ ſententiæ idcirco à Suario receſſit; quia credidit ſe non loqui conſequenter. ſi in omni actu malo illam doctrinam admitteret, non tamẽ in omni actu bono. Nam communiſſima eſt doctrina, quam tradit idẽ Suar. lib. 3. de legib. c. 13. n. 18. hoc diſcrimen eſſe inter actum de ſe malum & de ſe bonum, quod malus de ſe præcipi non poteſt, ſed ſolum vetari; bonus verò & prohiberi, & præcipi poteſt; cur ergo non prohibebitur aliquis actus bonus de ſe cum hac reſtrictione, ſi verbi gratia, tali animo fiat, etiam occulto, ſimiliter cur non poterit præcepi, vt hac intentione exerceatur? Et ſanè ſæpiſſime præcipimur oratio- 13

Digitized by Google

nes, ſacrificia & ieiuoia pro hac vel illa intentione offerre, & prohibemus eadem pro damnatis offerre, ſeu excommunicatis, & ſimilibus, vt patet ex Innoc. III. in cap. cum Marthæ, de celebratione Miſſarum. Ex Concilio Braccarenſi in cap. placuit 23. quæſt. 5. & iuxta Auguſtin. in Enchiridio. cap. 100. Nauarr. de hor Canon. cap. 19. num 64. & cap. 20 num. 38. Suar. tom. 2. de relig. lib. 1. cap. 13. & ſeq. ita prohibuit Dominus Ieremiam cap. 7. Tu noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationem, quia ille populus ad certam pœnam efficaciter erat à Deo deſtinatus.

Reſpondet Suar. num. 16. actum illum interoum per accidens coniunctum cum externo,
14. ſolum addere malitiam ſeu bonitatem extrinſecam externo: ideoque non poſſe præcipi, niſi diſtincto præcepto; quod in actum interiorem directè tenderet, quod ex eo magis confirmat, quia ſi quis actum ex obiecto, & reliquis circunſtantiis bonum exerceret, non tamen cum illa intentione præcepta, ſolum peccaret, quia omiſerat actum interiorem, non ergo faciendu externum tali modo, ſed contra, quando actus bonus prohibetur, ne tali intentione fiat, id eſt; ne offeratur ſacrum à Miniſtro Eccleſiæ pro excommunicatis: ſi quis contra hoc præceptum agat, ſolum peccat propter coniunctionem actus interioris offerentis ſacrum pro excommunicatis, non vero in exercitio actus exterioris ſecundum ſe, ex obiecto, & reliquis circunſtantiis honeſti. Deinde quando prohibemus exteriorem actum de ſe malum ex certa intentione, etiam mala operari, ſi exerceatur ille idem actus exterior, præciſa illa intentione, non eſt prohibitus, atque adeò reſpectu Iuris poſitiui humani illa malitia permittitur, & non punitur: ergo ſignum erit ſimiliter quod humana lex directè in actum interiorem dirigeretur. Hinc tamen potius infertur in nullo caſu actum interiorem per accidens coniunctum cum exteriori concomitanter ſub humanum præceptum cadere, quæ erat minor probanda in noſtro argumento; & ſanè rationibus à Suario adductis, vt oſtendat non prohiberi actum bonum, propter actum interiorem per accidens cum eo coniunctum, optimè confirmatur, quia idem oſtenditur in actu malo: ne igitur directè, & per ſe actus interior à iure humano poſitiuo præcipi, vel prohiberi concedatur, de nullo per accidens cum exteriori coniuncto hæc doctrina eſt admittenda.

Neque obſtat quod neceſſarius aliqoando ſit actus interior ad eſſe morale exterioris actus, quem humana poteſtas præcipit. Nam hoc intelligendum eſt de actu interno neceſſario per ſe ad eſſe morale actus exterioris in ratione actus humani voluntarii & liberi; non verò de neceſſario ad integram moralitatem, eiuſdem exterioris actus, quæ per accidens adiungitur, & nullo exteriori ſigno manifeſtatur, immo ex oppoſitis indiciis talis actus interior, qui exteriorem hoc modo vitiat, non eſſe præſumitur V. G. in contractu matrimonii quando coniux externa exhibet ſigna volentis accipere ſponſam: illa externa ſigna neceſſario requirunt li-

A beram voluntatem, vt à ſanę mentis homine libere exhibeantur; ſi verò ille intentionē non habeat illam ducendi, ſed potius decipiendi, hoc non iudicat Eccleſia, immo oppoſitum præſumit; & illum compellit, vt cum diſpenſata coniuge mentali more viuat, quod ex reſponſione ad textus, caſuſque in oppoſitum adductos magis manifeſtarium euadet.

Expediuntur textus, caſuſque oppoſiti.

SECTIO VII.

PRimus textus ex adductis In ſect. 5. erat Clem. 1. in cap. 1. de hæreticis, quam licet 1.
multi authores ſint interpretati, quos maiori ex parte relatos inuenies apud Farinac. de
B hæreſi quæſt. 186 §. 8. n. 145 & ſeq pauciſſimi tamen noſtram tetigere difficultatem. Reſp. igitur cum Vaſq. diſp. 160. cap. 5. num. 23. Inquiſitores non incurrere eam cenſuram niſi aliquo exteriori ſigno amoris, odii, aut lucri illorum intentio manifeſtetur: quod profectò oſtendit verbum illud *præſumpſerint*, item verbum *obtentu*: vtrumque enim amoris, vel odii interioris exteriorem prætextum ſignificat. Einſdem ſententiæ eſt Ancharan. ibidem §. ſanè num. 11 vbi ait hoc Inquiſitorum delictum puniri in omittendo, ſicut in faciendo, quod verum eſſe ait, quando Inqoiſitor nulla ratione iuſta motus fuerit ad procedendum, vel omittendum: ſecus ſi iuſta ratione, & in caſibus à iure permiſſis; quos tradit Bartol. in l. 2. § ſi publico, ff. de adulter. quamobrem li-
C cet odio, vel amore ductus omittat procedere, vel procedat; ſi Iuſtam tamen cauſam externam habeat, cenſuram nō incurret. Quod optimè ſignificauit Gloſſ. verb. *Et conſcientiam*, quam ſequitur Imol. ad hunc textum num. 17. Vmbert Locatns in Iud cial inquiſit. verb Inquiſitor num. 19. non enim ſatis eſt, quod contra conſcientiam faciat; ſed requiritor, vt ſimul contra iuſtitiam, ex amoris, odii, vel lucri prætextu agere videatur, ſeu præſumatur. Concludit ergo Anchar. *debet ergo cum Inquiſitionem fundat de ſuſpicione, ſeu diffamatione conſtare, alias calumniari præſumitur, qui non probat, vt in l. 1. C. de aduor. diuerſ. iudic. &*
D *cap. 1. de calumniat.* Nec aliqua iuſta ratione fundatur: & hoc oſtendit Gloſſ. cum citatis authoribus, quia coniunctio *&*, eſt hoc loco copulatiua, ſicut in aliis textibus ibid. citatis. Similiter declaratur cap. finale eodem tit. in 6. in §. cæterum. Iubet enim Bonifacius VIII. vt Inquiſitores in ſupprimendis, vel declarandis accoſatorum, ſeu teſtiom nominibus puram intentionem manifeſtent; quod tunc præſtabunt, quando neceſſitatem cauſæ, periculumque rectè perpenderint. quod non eſt internis actibus leges preſcribere.

Cæterum ad illos textus, in quibus ſermo eſt de credentibus, ſeu aſſentientibus, item non credentibus, ſemper intelligendos eſſe dico, quando internus error ſigno aliquo exteriori manifeſtator: diſtingui verò ſolent dupliciter in iure hæretici credentes: In priori claſſe ſunt, qui aliqood dogma contra fi-

dem catholicam eredunt, & docent; & hi dogmatiſtæ nuncupantur, in altera qui illi errori aſſenſum ſe præbere ſignificant, vtrique ab Ecelesia damnantur, & puniuntur, præter hos. Nonnulli ſunt, qui quamuis hæreticorum erroribus non aſſentiantur, ſe tamen illis credunt, & familiariter confidenterque cum illis agunt, eis deſeruiunt, eorumque ſermones ſentiunt, hi etiamſi ab Eccleſia puniantur, non tamen in rigore hæretici reputantur, de qua diſtinctione vide Directorium Inquiſit. 2. part. quæſtio. 50. & Comment. 75. in eamdem quæſtionem, vbi plures referuntur: item Suar. de fide diſp. 21. ſect. 2. numero 7. præſuppoſita verò hac generali doctrina, iuxta quam exponenda ſunt omnia illa capita adducta ex diſtinct. 30. & ex titulo de hæret. Addo non ſufficere quodcumque externum ſignum cum hæreſi interna, vt hæc excommunicatio ob hæreſim incurratur; quia non ſatis eſt dare aliquod ſignum indifferens ad aſſenſum hæreticum, & catholicum, etiamſi ex animo hæretico oriretur; ſed oportet, vt ſignum externum determinate hæreſim ſignificet: verbi gratia, ſi quis ſecum in mente de Chriſti Seruatoris diuinitate dubitaret, & voce tantum proferret, non eſt, non ſufficeret hoc ſignum, vt excommunicationem hanc incurreret, quia non erat completum, nec determinatum, & integrum ſignum ad exprimendum hanc hæreſim, Chriſtus non eſt Deus: ita tenent Caſtro de iuſta hæret. punit. lib. 2. cap. 18. paulopoſt initium Simanc. de catholicis inſtitut. tit. 41. num. 10. & 11. Vaſquez citatus numero 20. Salas tracta. de leg. diſp. 9. ſect. 1. numero 26. Suar. de fid. diſp. 21. ſect. 2. num. 9. Sanchez in Decalog. lib. 2. cap. 8. numero 7. & 8. cum multis aliis quos refert. Et ſecundùm hanc doctrinam intelligendi ſunt Silueſt. verb. excommunicatio 7. caſu 2. par. 1. Nauar. cap. 11. num. 17. & alii aſſerentes in hanc excommunicationem incidere, qui aliquo verbo, vel exteriori ſigno ſuam hæreſim ſibi expreſſerit: dummodò nimirum tale ſignum ſit, quo audito, ſeu viſo, alii poſſint hæretici internum errorem coniectari.

3. Specialem hac in re facit difficultatem caput ſi quis eorum citatæ diſtinctionis 30. propter diuerſas illius tranſlationes quarum meminit Gloſſ. quædam huic textui addita in recenter excuſis. Dionyſianam cæteris præfero, quæ ita ſe habet in Canone 19. Concilii Gangrenſis ex quo hic textus deſumitur. *Si quis eorum qui continentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea tradita in commune ieiunia, & ab Eccleſia cuſtodita ſuperbiendo diſſoluat, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus anathema ſit*, quo loco hæreſis Euſthatianorum damnatur, qui peracto certo ieiunio, ad eam ſe vitæ perfectionem veniſſe ſtatuebant, vt poſtea nullis obligarentur pręceptis, nec peccare poſſent. Quare in eos, qui ex illo errore, & ſuperbo contemptu exterius ſignificato Eccleſiaſtica ieiunia frangerent, anathematis ſententia contorquetur. Conſule Balſamon. in huius capitis interpretatione. Ad cap. Vnicum de ſchiſmat. ſimiliter dicendum illos excom-

A municari, cui Iacobum & Petrum à Columna externo honore, & reuerentia, vt veros Cardinales proſequerentur. Ad Concilium Toletan. 1. reſpondetur diſtinctionem illam inter *dixerit* & *crediderit*, ſolum denotare non modo verbis, ſed aliis etiam ſignis externis internum errorem manifeſtari; & ſic manifeſtum puniri, non verò quaſi ſolus internus hæretici error puniatur, quod ex eo manifeſte oſtenditur, quia idem Concilium aliquando illa duo verba copulatiuè connectit, eo quod vnum non ſufficiat. *Si quis dixerit, atque crediderit.*

Quamuis prædicta doctrina facile applicari poſſit ad textus, qui ex ciuili iure afferuntur; quas tamen in oppoſitum leges retuli, breui, & numero percurram. Prima erat l. 5. quiſquis Cod. ad l. Iul. vbi dicitur, *Eadem enim ſeueritate voluntatem ſceleris, qua effectum puniri iura voluerunt*, quæ verba, ita exponit Gloſſ. quam Legiſtæ communiter ſequuntur, vt nobis maximè lex faueat nempe voluntatem interpretans, quæ deuenit ad actum externum *ſcilicet ad Sacramentum dandum, vel recipiendum*, & hoc modo componit hunc textum cum leg. 18. cogitationis, ff. de pœnis, vide Gloſſ. optimam ad l. 6. præſenti verb. cogitatione Cod. de his qui ad Eccleſ. confugiunt. Eamdem declarationem cæteris legibus, quæ ex codice citantur, facile accommodabis. Denique l. 1. ff. de extraordinar. crimin. vbi dicitur. *Propter voluntatem pernicioſæ libidinis extra ordinem puniuntur.* Gloſſ. verb. propter *voluntatem* rogat, an hæc voluntas ad actum peruenerit, intellige externum, & reſpondet, ſic vt ad colloquium, baſia. Itaque omnes hæ leges iuxta communem, & receptiſſimam illarum expoſitionem doctrinam traditam confirmant. 4.

Supereſt vt reſpondeamus ad ſex caſus ibidem oppoſitos. Ad primum reſpondent multi Canoniſtæ ad cap. dolentes inter quos eſt Hoſtien. Abb. Ioann. Andr. Anchatan. Anton. de Butr. & alii. Item Theologi, & Summiſtæ Anton. 3. part. titul 13. cap. 4. §. 8. Durand. in 4. diſt. 15. quæſt 12. numero 6. Palud. ibidem quæſt. 5. artic. 2. concluſ. 4. Gabr. in Canonem lect. 62. Ioann. Medin. de Orat. quæſt. 15. Angel. verb. *hora* num. 27. Silueſt. verbo hora, quæſtio. 11. Roſella & Tabien. eodem verb. §. 3. cap. Dolentes, quod attinet ad deuotionem, & attentionem interioram non continere de iure humano Eccleſiaſtico præceptum, ſed conſilium, vel ſolum requirere remotionem externorum impedimentorum, per quæ interior deuotio tolleretur, quod colligunt ex illis verbis textus *quantum eis Deus dederit*, item ex noſtro fundamento, quia actus interni humanis legibus non ſubiciuntur, neque improbabilem iudicat hanc opinionem Leſſ. de iuſtit. lib. 2. cap. 37. num. 63. in fine, & omnino veram defendit Vaſq. diſp. illa 60. cap. 5. num. 27. quam aliis duobus modis declarat. Primo dicamus quod interior attentio in recitando officio non præcipiatur ab Eccleſia, ſed iure diuino, quia oratio ex ſe iure naturali, 5.

& diuino poſtulat attentionem : quare etiam ſine obligatione orandi abſoluta , qui orat ex ſoppoſitione quod orare velit, non legere verbi graria Pſalmos , tenetur attendere , ſin minus per voluntariam , liberamque diſtractionem venialiter peccabit. Vode cum Eccleſia poſſit præcipere exteriorem orationem , indirectè ad attentionem etiam ſub mortali culpa obligabit propter ohligationem ex iure naturali reſultantem. 2. ſi iotelligamus iore diuino præcipi interiorem attentionem in officio diuino recitando ; quia nimirum in ſacris conſtitutus, & Dei ſeruitio mancipatos Eccleſiaſticoque beneficio donatus ratione ſui officii orare tenetur , ac proinde cum attentione. Eccleſia verò hoc ius diuinum ita determinauit , vt certas precandi horas aſſignauerit.

6. Hinc duo infert corollaria : vnum eſt : ſi attentio ſolùm requiratur ex præcepto diuino prohibente animi diſtractionem in oratiooe , ſacerdotem , qui ſine attentione recitat , incurrere ſolum commiſſionis peccatum , non omiſſioois : quia præceptum affirmatiuum ab Eccleſia impoſitum ſolùm erit de exteriori recitatione ; attentio autem non eſſet præcepta per ſe , niſi quatenus ex præcepto negatiuo diſtractio prohiberetur. Si verò orandi præceptum eſt diuinum affirmatiuum , quia ſacerdos, aut beneficiarius ratione ſui ordinis debet pro populo orare , & Eccleſia ſolum orationis genus determinauit & tempus, tunc peccabit ſacerdos peccato omiſſionis noo recitando cum attentione horas eo modo vel eo tempore , quo Eccleſia decreuit , & hunc ſecundum modum explicandi hanc ſententiam tanquam probabiliorem tuetur. Vaſq. ratio eſt quia ſi ſolum peccaret ſacerdos non attendens da induſtria ad recitandas horas peccato commiſſionis contra præceptum diuinum negatiuum , quia irreuerenter oraret, non teneretur repetere horas Canonicas , neque repetens vitaret peccatum mortale in ſententia magis communi aſſerente peccare mortaliter ſacerdotem ex defectu attentionis liberæ prætermiſſæ in oratione. Etenim recitando etiam ſine attentione præceptum Eccleſiæ impleuit , & recitanto irreuerenter horas ab Eccleſia aſſignatas, iam diuinum præceptum violauit, peccato commiſſionis.

7. Quamobrem in recitandis horis duplex præceptum de iure diuino admittit Vaſq. alterum negatiuum , alterum affirmatiuum. Negatiuum ſolum obligat ſub veniali culpa ne ſcilicet irreuerenter oretur : quocumque modo oratio fiat ſiue ex præcepto Eccleſiæ , ſiue ſine illo. Affirmatiuum eſt videlicet cum attentiooe orandi , quod ab Eccleſia determinatur, & limitatur in ſacerdotibus, & beneficiatis ad horas Canonicas : in omnibus Chriſtianis non impeditis ad audiendum ſacrum in diebus feſtis , vnde ſi huius orationis ſine attentione debita pars notabilis omittitur, in mortale peccatum omiſſionis incurritur, elapſo tempore ab Eccleſia ſtatuto , quando iam nequit præceptum impleri. Ratio diſtinguendi hæc duo præcepta illa eſt. Nam ſacerdos ſi irreuerenter ex defectu voluntario attentionis horas recitaret , ſine dubio peccaret , non mortaliter , quia ſi rurſus illas repeteret debita cum attentione , præceptum impleret , & prior recitatio in eo ordine illarum precum conſtituetur , quæ ſine præcepto recitantur. Idcirco enim etiam poſita priori recitatione ſine attentione , præceptum vrget attentè recitandi , quamdiu tempus ſupperit, ergo præter illud præceptum negatiuum, veluti generale ad omnem orationem vocalem ; aliud requiritur affirmatiuum , quod tunc ſacerdos tranſgreditur , quando recitandi tempus præterit.

8. Alterum Corollarium eſt; beneficiarium, qui de induſtria ſine attentione recitat, non facere fructus beneficii ſuos ; & teneri ad illorum reſtitutionem, ſi eos percipiat, & hoc non ex iure purè Eccleſiaſtico Concilij Lateranenſis, & Bullæ Pii V. quatenus purè Eccleſiaſticum eſt, ſed ex iure naturali & diuino conſequente ſuſcepti officii obligationem. Nam eo ipſo quod aliquis beneficium recipit obligationem orandi, pro populo ſuſcipit. Qui enim de altari viuit, & temporalia metit , altari tenetur deſeruire, & ſpirituali officio debet in populi gratiam occupari. hæc igitur pœna carendi beneficii fructibus non fundatur in iure humano, pure, & præciſè ſumpto , ſed ex natura rei ſequitur obligationem iuris naturalis & diuioi ab Eccleſia determinati, quare oon incurritur ſolum propter defectum exterioris recitationis, ſed etiam interioris attentionis de induſtria, & libere prætermiſſæ.

Hæc ſolutio bona eſt , & totus illius diſcurſus eſt ſatis expeditus, neque contra illum difficultates , quas obiicit Salas illa ſect. 1. n. 21. Suar. t. 2. de religion. lib. 4. c. 26. quicquam conuincunt. Et quia ex doctrina tradita facile ſoluuntur , illis ſingulatim reſpondere non expedit.

9. Verùm ad eandem difficultatem vnaio vel alteram addo ſolutionem (vt arbitror) expeditiorem. Reſpondeo igitur 1. attentionem eſſe neceſſariam ad ſatisfaciendum præcepto Eccleſiæ quatenus oratio externa, vt eſt actus humanus, & liber cum aduertentia ex parte intellectus requiritur ab Eccleſia, vt ſupra iam diximus hoc modo actum interiorem indirecte, & per accidens ab humano iure imperari, At in eo euentu non eſt actus interior per accidens conuinctus cum exteriori, ſed per ſe qua humanus & liber eſt. qui enim ſine aduertentia de induſtria recitat per actum liberum humanum , non vult illam actionem humano more, & libere fieri. Quando enim hoc modo fit , animũ alio non diſtrabo. ſed vel ad verba pſalmi quem recito , vel ad verborum ſenſum , animum adpellere debeo. Rurſus præter hanc volontatem aliqua, etiam intentio formalis, ſeu virtualis, vel interpretatiua impleudi præceptum præcedere debet Et ſicut ſupra iam monui voluntatem non implendi aliquod præceptum V G non recitandi; quamuis ſit actus interior, eſſe contra præceptum Eccleſiæ ratione obiecti per ſe ab Eccleſia imperati : ita dico nunc quando occurrit occaſio vrgentis præcepti humani , non ſolum me teneri noo habere contrariam voluntatem, ſed oportet velle illud, per quod neceſſario diſponi debeo ad implendum opus

pręceptum, & hic actus non eſt per accidens coniunctus cum externo opere præcepto: ſed per ſe ad illum, qua humanus, & liber eſt requiſitus. alia vero intentio proprie ſumpta, & ab electione diſtincta V. G. vt utario fiat ex religionis, vel charitatis motiuo per accidens ſe habet ad orationem vocalem, neque ſub præcepto cadit, vt ſectione ſequenti dicam, Hæc ſententia eſt Ledeſmæ 2. 4. quæſt. 16. artic. 6. dub. 3. & dub. 4. ad 7. ibi quod nec manet actus humanus, nempe ſine attentione actuali, vel virtuali, ſeu habituali, ex præcedentiactu. non enim opus eſt ad ſatisfaciendum diuino officio vt ſemper actualis attentio perſeueret, ſed ſufficit, vt cum attentione incipiat quis recitare cum animo perſeuerandi in attentione.

Reſpoodeo 2. Quotieſcumque poteſtas humana præcipit aliquam externam operationem, quæ vt honeſte fiat, certum aliquem modum, formamqoe requirit ex parte actus interioris non per ſe requiſiti, ſed per accidens coniuncti ad quem hæc poteſtas extendi non valet: de iure naturali ſuboritur obligatio adiungendi actum interiorem neceſſarium, ne per actum inhoneſtum præcepto ſatisfaciamus. Nam legis materia ſemper eſſe debet honeſta, & vt talis præcipitur: ſi igitur ſe in particulari non extendit ad omnes conditionea requiſitas, vt ea actio honeſta ſit ob ſuam limitationem, illius defectum ius naturale ſupplet, qua omnes tenentur, vt ſi operari debent, honeſte operentur. Quæ doctrina non ſolum aliis caſibus infra ſoluendis deſeruit, ſed etiam ad hanc optime accommodatur. Nam iubet Eccleſia ſacris initiatum & beneficiarum horas recitare canonicas; Et quia Eccleſia non poteſt iubere niſi actionem honeſtam ex præcepti humani poſitione de recitatione externa deuota, & ſtudioſa, conſequitur obligatio naturalis adiungendi attentionem ad illam externam orationem, ſi quidem honeſta non eſt ſi attentione careat. Et illa obligatio, quæ antea erat non abſoluta, ſed conditionalis, vt ſi quis oraret, ad orationem attenderet, nunc eſt abſoluta, & quæ erat ſolum venialis, quia nullum erat præceptum recitandi ſub mortali culpa, iam mortalis euadit, accedente pręcepto Eccleſiaſtico culpæ mortalis obligationē inducente; Et quamdiu hæc attentio neceſſaria ad honeſtatem actionis tempore debito non coniungitur cum externa oratione. ſemper obligatio ſupereſt officium repetendi, quouſque ſtatutum tempus elabatur. ſemper igitur erit peccatum omiſſionis attentionem orando voluntarie, & liberè non adiungere: cum hac diſtinctione, vt veniale ſit, quando oratio non præcipitur: mortale verò quando in præcepta oratione externa notabilia quantitas ſine attentione voluntariè, & libere ſtatuto tempore prætermittitur. Quod attinet ad perceptionem fructuum, alius dabitur locus commodior noſtram in hoc puncto ſententiam, aperiendi. Hoc vnum certiſſimum habeo pœnam ſuſpenſionis cap. dolentes, impoſitiuam non incurrere, qui in exteriori actu ſe ſtudioſum, & attentum in recitandis horis exhibuerit, ſi licet de induſtria interiorem animi attentio-

A nem aliò diuerterit, vt optimè deduxit Caſtro de lege pœnali lib. 1. cap vltimo concluſion. 1. §. ſecundo contra. Item alii ſupra citati in hac ſectione § ſupereſt

2. caſus optimè ſoluitur. Primò ex doctrina quam cum Diu. Thom. in 4 diſtinct. 18. quæſt. 1. artic. 2. tradidit Suar lib 4 de legibus cap. 12. num 9 Poteſtatem Eccleſiaſticam in tota ſua latitudine duplicem eſſe; vna ad internum forum, altera ad externum ſpectat: per primam homo operatur, vt Dei inſtrumentum, & cauſa conſcientiæ, quam tractat, verſatur inter hominem & Deum, vt agens principale; per 2. etiamſi homo operetur per poteſtatem à Deo datam, attamen habet, ſe B homo veluti cauſa principalis, & ideo in foro externo cauſa agitur hominis ad hominem. Hinc prouenit priorem poteſtatem circa actus internos verſari poſſe. Et ſicut poteſtas abſoluendi ad omnia peccata extenditur tā interna, quam externa, ita homo in eo iudicio conſtitutus perſonā Dei ſuſtinens tam interna, quā externa peccata ſibi ſubiici, ſuo iure depoſcit. Verum actus huius poteſtatis ad iuriſdictionem pertinent, quam Iuriſperiti voluntariam appellant. quæ iuriſdictio cedit in commodum ſubditi, & ad petitionem & conſenſum eius exercetur: nam animæ ſalus, & interior reconciliatio cum Deo voluntaria eſſe debet Poteſtas vero legiſlatiua, de qua loquimur, quæ eſt ad optimum Eccleſiæ regimen neceſſaria licet finem ſupernaturalem reſpiciat, & internam animarum ſalutem: non tamen qua talis immediate illam operatur, nec primario, ſed directe circa illam verſatur; ſed media ho- C neſtate actuum externorum, circa quos tanquam propriam materiam verſatur.

10,

Præterea ad ſolutionem huius caſus etiam notandum eſt, & adiungendum, quod Vaſq. diſput. illa 60. cap. 4. numero 15. docet in confeſſione annua interuenire partim præceptum diuinum, partim humanum Eccleſiaſticum. Et licet Vaſquez diuinum duplex diſtinguat, negatiuum vnum, alterum affirmatiuum, vt ſuprà fecit de attentione ad orationem vocalem loquutus, ſatis tamen eſt ſi affirmatiuum intelligamus præceptum de iure diuino integrè & valide confitendi, quod ab Eccleſia determinatur, vt ſingulis annis fiat. Vnde obligatio omnia peccata mortalia ſubiiciendi clauibus, etiamſi interna ſint, & per ſe occulta, de iure diuino eſt, quod licet Chri- D ſtianus tranſgrediatur, non incurrit Eccleſiæ cenſuram, quæ oritur à poteſtate Eccleſiaſtica ad externum Eccleſiæ regimen t. & immediatè ordinata, & de occultis actibus per ſe non iudicat, nec illis pœnas infligit, ſed Deo iudicandos, & puniendos relinquit, vt ſuprà oſtendimus. Vnde qui ſemel in anno diminutam fecit confeſſionem ſcienter, contra ius diuinum peccauit: ſed in cenſuram Eccleſiæ non incurrit. 11.

3. caſus ſimiliter ſoluitur à Suar. num. 11. & à Vaſq. num. 17. Diſpenſationem, vel commutationem votorum eſſe actum iuriſdictionis voluntariæ ortum à poteſtate fori interni, & conſcientiæ, non à poteſtate in exteriori foro gubernatiua: quare mirum non eſt, ſi ad

internas etiam promiſſiones extendatur, quod verò ab illa poteſtate procedat, ex eo ſuadetur, quia voti obligatio remittitur ab homine, Dei nomine, cui illa facta eſt, & cum homo diſpenſans Dei perſonam ſuſtineat, cauſa verſatur inter hominem, & DEVM, in cuius nomine datur diſpenſatio. Et ſicut obligatio voti DEO facti per ſolum interiorem actum perfici poteſt, ita poteſtas reſpiciens illam obligationem directè tendere valet ad actum interiorem, ſiue exteriori ſigno manifeſtetur, ſiue non: occurrere enim poteſt caſus in quo ſuperior dicat diſpenſo tecum, ſi tale votum emiſiſti, etiam ſola mente; & valida erit. Nam cum diſpenſatio fiat ab eo, qui habet poteſtatem à Deo ſuo nomine illa remittendi, non opus eſt vt votum innoteſcat. Eodem modo poſſet aliquis alteri remittere iuramentum in ſuam vtilitatem factum, etiamſi ei occultum omnino foret. Alia ratio eſt de irritatione votorum, quia ad hanc non eſt neceſſaria iuriſdictionis poteſtas, ſed ſufficit dominatiua, vt docet Soar. tract. 6. de religione lib. 6. cap. 1. & ſeq. Sanch. lib. 4. decalog. cap. 24 & ſeq. cum multis quos referunt. Et fieri poteſt dupliciter vel ex parte materiæ, vel ex ſubiectione voluntatis vouentis. Priori modo fit, quando voti materia eſt ſub alterius dominio, quæ ſi ſenſibilis ſit, directè poterit illius vſum impedire ſuperior, ſub cuius poteſtate eſt. Si verò voti materia ſit ſpiritualis & interna, verbi gratia: oratio mentalis, quia immediatè ſub alterius dominio & poteſtate non eſt, ſecundario, & indirectè irritatur votum, ſi nimirum ſuperior aliud opus externum præcipiat, per quod internum impediatur. Poſteriori modo irritantur vota directè: quando vouens quoad ſuam voluntatem, & poteſtatem ſe obligandi, ab alterius voluntate dependèt ob naturalem ſubiectionem, vt in filio impubere, vel ob religioſæ profeſſionis ſubiectionem in obedientiæ voto incluſam, vt in religioſis, vel ob aliàs rationes ſimiles. Et quamuis in his caſibus poteſtas dominatiua directè verſetur circa actus internos, ab ea non rectè argumentum ſumitur ad gubernatiuam; quia in illa eſt maximè diuerſa ratio: nam promiſſio DEO facta ſemper includit conditionem quandam, niſi ſuperioris voluntas, cui vouens ſubiicitur, aliud decernat, illa enim renuente votum non ſubſiſtit.

13. Quartum caſum de Monachis Benedictinis proxima ſectione concluſione 2. expediuimus. Ad quintum etiam ſi Alenſ. 4. par. quæſt. 84. memb. 2. artic. 1. Almac. diſt. 15. quæſt. 1. & alii negent Confeſſarium poſſe pœnitenti actum internum in ſatisfactionem iniungere: oppoſitum tamen verius exiſtimo cum Salas ſect. illa 1. ad 9. Suar. tom. 4. in 3. part. diſput. 38. ſect. 6. num. 2. Neque enim omnes partes ſacramenti pœnitentiæ debent eſſe ſenſibiles; nam contritio interna pars eſt neceſſaria, & intentio conferentis ſimiliter, & tamen internus eſt actus. At cum huiuſmodi forum ſit internum, in quo cauſa agitur inter hominem ſua manifeſtantem crimina, & Deũ cuius nomine reum à peccatis abſoluit ſacerdos, longe diuerſa ratio eſt de poteſtate, quoad forum conſcientiæ pertingit, & de poteſtate gubernatiua, quæ per ſe externi tantum fori confinibus terminatur. De illis verò religionum ſtatutis, in quibus actus interiores præcipiuntur, & Euangelica potius conſilia exponuntur, dico, etiamſi demus veras eſſe leges, illis per obedientiæ votum, & profeſſionis religioſæ traditionem hominem ſe Deo voluntariè obligaſſe; & ſicut potuit vouere Deo actum interiorem, verbi gratia orationem mentalem, ita vouere potuiſſe talis regulæ obſeruantiam. Diuerſa ratio eſt in perſonis, quæ ſunt partes reipublicæ, ad quas ſe extendit poteſtas gubernatiua, quæ nullo præcedente pacto ſe obligarunt, immò neque erant in rerum natura, quando publica poteſtas ad ipſius communitatis regimen communi hominum ſe congregantium conſenſu ordinata eſt. Addo regulariter loquendo religionum Conſtitutiones, quæ de actibus interni religioſi ſtatus perfectionem inculcant, nullamque peccati obligationem per ſe inducunt, habendas potius tanquam directiones, Euangelicaque conſilia, quæ ad religioſæ vitæ inſtructionem conducunt, quàm rigoroſas leges eſſe exiſtimandas.

14. Ad ſextum & vltimum caſum ex cap. commiſſa §. cæterum de elect in 9. deductum, relictis aliis ſolutionibus quæ bene impugnat Suar. lib. 4. de leg. cap 13. num. 21. & ſequent Salas ſect. illa 1. num. 13. & ſeq illa mihi veriſimilior videtur, quam ante Suar. num. 28. & Salas docuit Azor tom 1. lib 5 cap. 10. & eſt conformis ad communem huius textus interpretationem, de quo vltra interpretes qui in eum ſcripſerunt, vide Rebuff in prax. tit. de non promotis intra annum Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. quæſt... Bernard. Dias in pract. crimin. c. 55. cum Salcedo ibid. Zenla in prax. Epiſcop. 1. part. verb. *beneficium* §. 4. d. 4. Garcia de benefic. par. 3. cap. 4. n. 4. & par. 11. cap. 5. n. 117 & ſeq. Reſpondeo igitur ex his in eo cap aſſignari ab Eccleſia pœnam reſtituendi fructus propter prauam animi intentionem per accidens coniunctam cum receptione beneficii, ſed ſtatui ne beneficium detur homini non ordinato, niſi ſub eo pacto, & cum onere, & conditione. Vnde poſt illum Canonem eo ipſo quod quis beneficium recipit, cum eo onere, & conditione cenſetur acceptare, qua non impleta beneficiarius fructus ſuos non facit, quia Eccleſia alias ius ad eos percipiendos non confert, neque ad hanc obligationem in conſcientia ſubeundam oportet, vt Eccleſia de actibus occultis iudicet, quo animo beneficium ſuſcipiat, vt ius percipiendi fructus acquirat. Nam ego poſſum eleemoſynam clerico dare, vt ſingulis hebdomadis pro me ſacrum faciat, alias illam mihi, vel meis hæredibus reſtituat. quia de re mea libere diſponere poſſum, prout libuerit. Similiter Eccleſia poteſt velle ius beneficii dare cum ea conditione, vt recipiens animum habeat intra annum ſacros ordines ſuſcipiendi, quem ſi non habeat, & fructus percipiat, ideo tenetur reſtituere. Quia de re mea, vel occaſione rei meæ cœptũ mihi reſtituendum eſt,

vt eſt iuris axioma ab Azone inter Brocardica celebratum, & multis LL. confirmatum Rubrica 19 Brocard. 6 ex l 1. ff. de pet. hęredit. § ſed & rem l. ſi mora § vltimo ff. de rei vend. l. qui proprio §. cum, ff. de procurat. l. ſi in re ff de nox. l. etiam C. de donation. inter vir. & vxor. authent. de Eccleſiaſticis titulis §. interdicimus, & ſimilibus.

Vtrum modus ſeruandi legem naturalem ſeu humanam ſub illius præceptione cadat.

SECTIO VIII.

1. HVcuſque de ſubſtantia actus præcepti differentes non nihil de modo operandi addidimus propter actus internos, de quibus egimus, & in quibus modus exercendi actus virtutum aliquando relucet; quamobrem qua ratione hic modus virtutis ſub lege tam naturali quàm humana cadat, nunc inquirimus, vt huius difficultatis ſolutione, doctrina proximè tradita amplius illuſtretur. Qua in re reiicienda eſt in primis ſententia aſſerentium nullum actum eſſe honeſtum in materia alicuius virtutis, qui in Devm non tendat, & ex motiuo charitatis infuſæ, vel acquiſitæ non eliciatur, & conſequenter impleri non poſſe legem naturalem per actus boneſtos, niſi ex dilectione Dei procedant; ita tenuit Gregor. in 2. diſtinct. 38. quæſt. 1. artic. 1. concluſio 2. & 3. vt illum explicat & reiicit Almac. 1. moral. capite 11. eamdem opinionem tenuit Dion. Ciſter. in 1. diſtinct. 17. quæſt. 1. artic. 3. & poſtea Michael Baius Decanus Louanienſis in propoſitione 37. in qua dixit omnem actum, qui non fit ex charitate, eſſe ex vitioſa cupiditate, atque adeo inhoneſtum.

Hanc igitur ſententiam, vt erroneam, vel errori proximam latè confutant Vaſq. 1 2. diſp. 192. cap. 1. Suar. lib. 2. de legib. cap. 11. numero 7. Salas 1. 2. tracta. 7 diſp. 2. ſect. 13. numero 126. Probatur quia ex illa opinione in alterum è duobus erroribus relabi neceſſe eſt. Nam ſi omnis actus qui non procedit ex charitate, eſt vitioſus, vel omnes actus hominis in ſtatu peccati exiſtentis eſſent peccata, vel peccator in ſtatu peccati manens actus eliceret ex motiuo vel ex habitu charitatis: conſequentia eſt bona; nam duobus modis intelligitur actus aliquis à charitate proficiſci, vel habitualiter, quia ab habitu charitatis elicitur, vel actualiter quia ex motiuo charitatis, & auxiliari gratia promanat: vel ergo qui eſt in ſtatu peccati ne peccet, requiritur, vt operetur ex charitate altero ex bis modis, vel non. Hoc 2. negant: ſi ergo 1. eſt omnino neceſſarium aut ſequitur Lutheri damnatus error à tridentino Seſſio. 6. canon. 7. omnia opera peccatoris eſſe peccata, vel in hæreſim non minus abſurdam incurritur, quam Pius quintus Bulla edita anno 1567. & Gregorius decimus tertius altera anno 1579. damnarunt, & vt exiſtumat Vaſq. citat. diſputatio 216. cap. 1. numero 2. in tridentino Seſſio 6. cap. 16. illi errori oppoſita veritas definitur. Error verò eſt ſimul admittere in homine ſtatum peccati, & opus aliquod in exercitio à charitate & iuſtificatione profectum, & vitæ æternæ meritorium; atque adeo ſimul cum peccato mortali eſſe aliquam iuſtificationem & charitatem erga Deum, quod aſſerebat Michael Baius, vt contra illum idem Vaſquez diſputatione 191. capite 1. numero 1. arguit. Quare in his erroribus confutandis non immoror.

2. Vera Diui Thom. ſententia 1. 2. quæſt. 100. artic. 10. & Theologorum ibidem communiſſima docet modum charitatis ſub eiuſdem charitatis præcepto, non ſub præceptis aliarum virtutum cadere. Hoc eſt, quando aliquis obligatur ad diligendum Devm, illum debet ſecundum charitatis modum diligere, nimirum ſuper omnia: quod in ſcriptura ſacra Deuter. 6. declaratur hac ratione *ex toto corde, ex tota mente, ex totis viribus*. Et quamuis non deſint recentiores, quorum meminit Vaſquez in comment. huius articulo. 10. qui charitatis præceptum poſſe impleri ab homine in mortali peccato exiſtente arbitrentur, etiam ſine dilectione formali Dei, quando ſcilicet, audiens aliquis Dei nomen blaſphemari, pro illius honore decertat. Nihilominus hi Authores facile conuincuntur: nam in hoc caſu, non ex charitatis præcepto Chriſtianus peccator inſurgit, ſed ex motiuo, præceptoque illi virtutis, cuius profeſſio blaſphemiæ opponitur, quæ fides eſt ſupernaturalis, quam ille in ſtatu peccati potuit retinere, & ex eo habitu actus fidei ſtudioſos elicere & per illos tuendæ fidei præceptum implere, quin gratiam, aut æternam vitam, in ſtatu peccati permanens mereretur quæ vt certiſſima ex materiis de gratia, & de fide ſupponi debent.

Neque obſtant aliquæ Diui Pauli loquutiones: quando enim Paulus ad Coloſſenſ. 3. 3.
numero 17. ait *Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti gratias agentes Deo & patri per ipſum* Item 1. ad Corint. 10 numero 31. *Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, omnia in gloriam Dei facite.* Denique 1. ad Corint. 16 numero 14. *Omnia veſtra in charitate fiant.* Bifariam exponi poſſunt hæc loca 1. vt præceptum 2. vt conſilium contineant. Priori modo exponitur ſecundus locus Pauli ab Anſelm. Ambroſ. Caiet. quaſi dicat, ita manducate, & bibite veſtraque opera ita facite: vt apta ſint ad Dei gloriam promouendam, & proximorum ædificationem excitandam. qui ſenſus optimè præcedentibus cohæret de vitando ſcandalo, *ſine offenſione*, inquit, *eſtote Iudæis, & Græcis* eſtque præceptum negatiuum, ne quid faciant quod in Dei veri, quem colunt, dedecus cedat: ſimiliter etiam primus locus per modum præcepti negatiui à Theodoret. & Theophil. exponitur. Ideſt non propter Simonem, non propter Moſem non propter Chriſtum eiuſque gloriam vobis operandum

explicari etiam non ſolum hic ſecundus locus cum D. Ambroſ. & D. Thom. ſed etiam pi imus inſtar præcepti affirmatiui, quaſi dicat omnia veſtra opera talia ſint, quæ in Chriſti gloriam cedere poſſint.

Altero modo priora duo loca declarantur, vt conſilium indicent non præceptum, nempe vt noſtra omnia opera in Dei gloriam referantur: quod eſt conſilium, non præceptum, quia ad præceptum implendum ſufficit, quod de ſe honoſta ſint ex obiecto, & circumſtantiis. Ratio D. Thom. & Theologorum communis eſt quia finis præcepti, non cadit ſub præcepto. Vnde quamuis Deus maximè intendat ſuam in omnibus gloriam, & vt ex charitate erga ipſum operemur, id nobis in omnibus operibus non præcipit neque per ſingula præcepta in materiis aliarum virtutum, ſed ſolum per particulare præceptum charitatis, quando ſuo tempore ſeruandum eſt, extra quod lex naturalis, item ſupernaturalis & diuina ſine illo modo poterit obſeruari. Hinc eſt quod peccator Chriſtianus credendo, præceptum fidei adimplet, quamuis ex charitate non credat, & finem proximè à Deo intentum aſſequitur, qui in eo præcepto includitur, licet remotum, & vltimum finem à Deo volitum expreſsè non intendat.

4. Neque obſtant 2. Auguſtini teſtimonia, qui lib. 1. retract. cap. 15. ait. *Voluntas ſine charitate tota eſt vitioſa cupiditas.* Item libro de gratia & libero arbitrio capite 18. *præcepta dilectionis id eſt charitatis tanta & talia ſunt, vt quidquid ſe putauerit homo facere bene ſine charitate; nullo modo fiat bene*, & lib. 4. contrà Iulian. cap. 3. in fin. dixit. *Sine hoc amore creatoris nullus vnquam bene vtitur creaturis.* Nam primum teſtimonium etiam ſi referatur à Vaſq. diſputat. 192. cap. 1. num. 2. ea tamen formalia verba apud Auguſtin. non reperi: ſolum enim ibi docuit Auguſt. voluntatem vitioſam, peccatoque ſeruientem cupiditatem potius, quam propriè voluntatem nuncupandam, quoniam à peccato libera non erat. Quia tamen in aliis locis indicare videtur idem Auguſtin. ſine charitate nullum opus bonum à nobis fieri, reſpondent primò D. Thom. quæſt. 24. de verit. artic. 14. ad argumenta 2. loco poſita & 1. 2. quæſt. 109. artic. 2. in corpore, vt illum ſequitur & interpretatur Caietan. dub. 3. Conrad & alii ibidem Sot. lib. 1. de natura & gra. cap. 21. Driedo lib. 1. de gratia & liber. arbitr. tract. 2. ca 2. par. 1. ad initium; Vega de iuſtificat. quæſt. 12. Buſard. de iuſtificat. artic. 7. §. & quia articulus, Staplat lib. 2. de corrupt. naturæ cap. 12. & 13. Oſius in confeſſione catholica cap. 63. Roſenſis artic. 36. §. Auguſt. plane & Theologi recentiores ſatis communiter intelligendum eſſe D. Auguſtin. de operibus bonis aliquo modo meritoriis & de condigno, ſeu de congruo, & ad vitam æternam conducentibus, cum hac diſtinctione, vt ſi opera meritoria ſint de condigno, ſine charitate non fiant; ſi de congruo ſaltem ab auxiliari gratia procedant à qua ille affectus

A boni honeſti ad charitatem diſponentes proficiſcantur: nam vitioſa cupiditas dici poteſt voluntas illa, quæ ad vitam æternam nulla ratione vtilis eſt, neque ad illam modo aliquo ordinatur; & ſanè bene non facit opus bonum qui, quam ex eo capere poſſet vtilitatem, amittit: vnde aliquando opera alioqui bona, & honeſta ex obiecto & circumſtantiis nihili ſiunt à ſanctis Patribus, quia ad æternam vitam nihil conducunt, in hunc ſenſum interpretantes illud Ioann. 15. ſine me nihil poteſtis facere, quaſi ſignificaret dominus illa opera moraliter bona, quæ ad æternam ſalutem non proſunt & ſine auxilio diuinæ gratiæ poſſunt fierit pro nihilo reputanda,
B quod nullius fructus: nullius vtilitatis ſint: hanc interpretationem impugnauit Vaſquez 1. 2. diſput. 190. cap. 8. numero 69. verùm illam poſtea confirmauit Suar. tom. 1. de gratia libro 1. capite 20. numero 9. & ſequentibus ex aliis eiuſdem Auguſtin. teſtimoniis.

2. Reſpondeo cum eodem Suar. lib 2. de leg. cap. 11. quod ſecundum Auguſtini mentem operari ex charitate non ſit in prædictis locis intelligendum de actibus elicitis, vel imperatis à charitate, ſed charitati non repugnantibus, vt videlicet tales ſint operationes, vt à charitate dirigi, imperari, vel elici potuiſſent. Nam charitas etiam, quando nec principium, neque finis eſt boni operis, ſemper illius regula cenſebitur, quatenùs illud opus bonum conſentaneè ad illam propter ſuæ honeſtatis congruentiam exercetur. Reiecta igitur illa ſententia, & poſito quod
C modus charitatis non cadat ſub præcepto aliarum virtutum, inquirimus qua ratione modus virtutis ſub naturali lege cadat? cui quæſtioni ita reſpondeo.

Prima concluſio: ille modus virtutis à lege naturali præcipitur, qui omnino neceſ- 5.
ſarius eſt, vt actus præceptus ſit ſimpliciter honeſtus & omnino bonus moraliter, hæc à Diuo Thom. 1. 2. quæſt. 100. artic. 9. defenditur; item à Suar. lib. 2 de leg. cap. 10. numero 11. & ex Ariſtot. 2. Ethicorum cap. 4. deducitur vt illum interpretatur Obert. Giphan. ibidem & Sot. lib. 2. de iuſtit. quæſt. 3. artic. 9 & probatur: tria enim requirit Philoſophus, vt aliquis iuſtè & honeſtè ex virtute operetur. *Primum quidem ſi ſciens, deinde ſi eligens: atque eligens propter ipſa 3.*
D *ſi ſtabili atque immutabili affectu præditus agat.* Ex quibus quod 3. loco addit philoſophus magis ad perfectum virtutis ſtatum, quam ad perfectam rationem actus honeſti in materia alicuius virtutis, exerciri, neceſſarium eſt exiſtimandum: nam de ea operatione virtutis loquitur, quæ ex habitu elicitur per quem quis prompte, facile & cum voluptate etiam virtutis opus exercet; quod quidem in primo virtutis actu nemo experitur, antequam habitus acquiratur, & conſequenter neceſſarium non eſt ad actum honeſtum. Ideoque non eſt, neque cadit ſub præceptum humanum, nec diuinum. Quod attinet ad duo priora. De ſcientia quæ erat prima conditio requiſita, conſtat neceſſariam

eſſe ad obſeruationem legis naturalis, item poſitiuæ & humanæ. Nam multum refert ad obſeruationem, vel tranſgreſſionem præcepti, quod ignoranter vel ſcienter aliquis operetur, quia præceptum quod neſcitur, obſeruari nequit: item ſi ignorantia non prouenit ex omiſſione ſcientiæ poſſibilis & debitæ, quam quis poſſet facile conſequi, & ignorantiam tollere à culpabili tranſgreſſione præcepti excuſat, vt in diſputat. vltima dicemus tractando illam quæſtionem, quæ ignorantia à præcepti obligatione excuſet.

6. Hæc verò cognitio, ſeu ſcientia dupliciter ſe habere poteſt: primò ſi verſetur circa actum præceptum materialiter ſumptum, & ſecundum ſe. 2. ſit ſit cognitio actus præcepti formaliter ſumpti, videlicet qua præceptum eſt Prima neceſſaria eſt ſimpliciter ad legem tam naturalem quàm poſitiuam, vt per actum humanum obſeruetur. Nemo enim operatur eligendo, niſi quod ante cum deliberatione & indifferentia iudicii cognouit: cum igitur omnis actus humanus à voluntaria electione voluntatis procedat, illum neceſſariò deliberatum iudicem anteuertit. 2. etiam neceſſaria eſt, vt ait D. Thom. citato artic. 9. quia qui opus facit ignorans præceptum eſſe, caſu & per accidens implere præceptum dicitur, verbi gratia, qui in die feſto miſſam audiuit neſciens an dies eſſet feſtiuus, non excuſatur à negligentia ſciendi ſuam obligationem, ſi forte illam habuit: quamuis ſi ſacrum attente audiuit, & poſtea de præcepto edoctus eſt, non tenetur ad aliud: ſufficit enim illa materialis impletio præcepti accedente voluntate adimplendi præceptum per illud ſacrum, præſertim ſi non ſine interpretatiua voluntate præceptum implendi ſacrum audiuiſſet, quod tunc feciſſe creditur, quando non ex culpabili ignorantia præcepti illud opus, qua præceptum formaliter exercêre prætermiſit. Vnde prouenit vt quilibet teneatur ad hunc ſecundum cognitionis modum, ne ſcilicet caſu, & per accidens præceptum impleat & ſe periculo illud prætermittendi exponat; itaque hæc duo ſunt diligenter notanda hominem teneri ſcire ſuorum præceptorum obligationem, verùm poſſe illa adimplere quin formalem habet intentionem implendi præceptum: ita D. Thom. 2. 2. quæſt. 104. artic. 3. ad 2. Sotus lib. 3. de iuſtit. quæſt. 3. artic. 9. & libro 10. quæſt. 5. artic. 5. ad finem. Palud. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 5. numero 24. Dur. ibidem quæſt. 12. Salas diſputatione 9. ſect. 2. numero 33.

7. Alterum requiſitum eſt vt ex electione opus fiat præceptum, & propter ipſius honeſtatem: quam conditionem, quamuis interpretes citati in Ariſtotele non diſtinguant non ſine aliquo doctrinæ commodo in duas diuiſit Suarius loco citato, vt oſtenderet quomodo lex naturalis ad modum virtutis obligaret, ad quem lege humana non tenemur; nam in eo quod eſt operari ex electione intelligitur actus voluntarius liber & hu- A manus, in eo quod quis operetur, propter ipſam actus ſeu corporis honeſtatem ſignificatur intentio operantis, & obiectum formale virtutis, finiſque intentionis. Et denique quicquid neceſſarium eſt, vt actus habeat ſimpliciter integram alicuius honeſtatis rationem. Illud ergo primum, quod eſt operari ex electione libere, & humano more, modus eſt, qui etiam cadit ſub præcepto humano, non per ſe, & directè, ſed indirectè, & ratione alterius nimirum operis externi à lege humana præſcripti: quod quia hominibus præſcribitur per actum humanum, conſequenter exerceri iubetur ad quem cum neceſſaria ſit electio, ex electione, ideſt, ex voluntate obſequendi, opuſque præceptum exequendi homines operati, etiam ex lege B humana tenentur. Hinc enim eſt quod ſola voluntas, ſeu propoſitum non ieiunandi in quadrageſima ſine cauſa legitima ſit mortale peccatum contra Eccleſiæ præceptum.

Vltra hoc lex naturalis ad ſecundum obligat, nempe ad intendendam integram actus honeſtatem, licet non ſemper obliget ad intendendum finem, ad quem pertinet actus virtutis, qui iure naturali præcipitur: quod verò neceſſario ex naturali lege obligemur intendere actum cum omnib. circumſtantiis ad honeſtatem actus neceſſarii, ex hoc probatur quia in hoc conſtituit D. Thom. 1. 2. quæſt. 100. artic. 9. diſcrimen inter obligationem legis naturalis, & poſitiuæ humanæ, quod poſitiua humana adimpleri poteſt etiam per actum ex aliqua circumſtantia malum, C vt ſi meretrix libenter ieiunaret, non ad carnis maceratinnem, ſed vt gracilis fieret, & hominibus magis placeret, ſanè ex praua finis extrinſeci circumſtantia opus ieiunii vitiaretur, & tamen, vt dicemus infra contra præceptum ieiunii meretrix non peccaret, non ita lex naturalis, nam per actum, qui non ſit perfectè honeſtus, perfectè non adimpletur. Et ratio eſt, quia lex naturalis eſt diuina, obligatque in foro conſcientiæ, & dictat bonum neceſſarium, vt peccatum euitetur. Ideoque requirit actum ex omni parte honeſtum, non ita tamen lex humana, quia cum externos actus per ſe reſpiciat, tota impleri poteſt per actum malum, verbi gratia, qui tempore Paſchæ ſacram communionem indigne participat, ius humanum in hac ma- D teria implet, & tamen committit ſacrilegium, quoniam naturali & diuino iure tenebatur cum debita diſpoſitione accedere, de qua Paulus: probet autem ſe ipſum homo 1. ad Corinth. 11. numero 28. 8.

Oppones cum Medina C. de oratione tract. 6. quæſt. 6. Nauarr. in ſumm. capite 21. numero 7. & de horis canon. cap. 20. numero 29. qui debitum reſtituit, etiamſi id faciat non amore iuſtitiæ, ſed ob alium malum finem præceptum naturale reſtituendi obſeruat, ſimiliter qui egenti ſubuenit ob vanitatem, non ob præceptum charitatis per actum vitioſum præcepto ſatisfacit. Negandum tamen eſt aſſumptum; quia ratio naturalis non ſolum dictat ſoluendum debitum, 9.

tum, ſed etiam modo debito, & rationi rectæ conſeotaneo. Similiter qui eleemoſynam facir extremè indigenti, non adimplet totum ad quod naturali lege renetur, quia illa vlterius præcipit, ne bonum opus mala circumſtantia vitietur. Et hoc eſt quod dixir Ariſtoteles ſupra citatus, & cum eo Diu. Thom. vt opus bonum eligatur, & intendatur propter ipſius honeſtarem. Inſtabis ergo, qui modo indebito reſtituit, & ſubuenit indigenti, tenebitur iterum reſtituere, ac ſubuenire; ſi quidem per primum actum non ſatisfecit præcepto naturali: neganda tamen eſt illatio, quia etiamſi contra naturale præceptum peccauerit, qui modo indebito reſtituit, & inopi, ſubuenit, per illos, tamen actus ſublata eſt materia, ex qua præceptum naturale oriebatur, nempe retentio alieni, & indigentia pauperis; ſublata verò materia ceſſat naturalis præcepti obligatio, præſertim quando eſt affirmatiuum, quale eſt præceptum faciendi eleemoſynam, hoc enim non obligat pro ſemper, ſed neceſſitatis tempore.

10. Prætetea quod non ſemper oporteat intendere formaliter, & expreſſe finem ad quem tendit opus iure naturali præceptum optime notat Vaſq. in commenratione art. 9. quæſt. 100. D. Thom. dubitat. 2. num. 12. Etenim altaris miniſtros iure oaturali fideles de ſuis bonis alere tenentur, quæ obligatio ad virtutem religionis ſpectat, ſub qua decimarum ſolutio conſtituitur: & tamen nemo ex affectu virtutis religionis decimas ſoluere, vel altaris miniſtros alere obligatur: ſed ſatis eſt ad obſeruationem huius præcepti actus ſubſtantiam ſine mala circumſtantia ſuperaddita exercere: ratio eſt, quia qoando virtus obligat ad actum ratione alicuius exteriotis operis in proximi vtilitatem, vel ædificationem, non eſt neceſſe per interiorem actum, eiuſdem virtutis honeſtatem intendere; ſed ſatis eſt, ſi abſque mala circumſtantia opus de ſe honeſtum exterius eligatur. Aliter nos obligat naturalis lex in materia religionis ad aliquem cultum Dei, tunc enim hoeſtas huius virtutis, nempe Dei coltus, & reuerentia in ſacrificio, vel alio externo cultu intendi debet; quod de lege naturali diximus, de poſitiua diuina aſſerendum eſt cum D. Th. citato art. 9. quia in ea militat eadem ratio; de humana verò quid dicendum.

11. Secunda Concluſio: lex humana per opus præceptum ſecundum illius ſubſtantiam ſufficienter obſeruatur; quamuis actus moraliter ex aliqua circunſtantia ſit malus, & non bona intentione fiat. Ita D. Thom. artic. 9. citato, Caietan Conrad. Med. Vaſquez & alii ibid. Salas diſp. 9. ſect. 2. Sot. lib. 2. de iuſtit. quæſt. 3. attic. 9. & in 4. diſtinct. 13 quæſt. 2. artic. 1. ad fin. Molin. tom. 5 tract. 5. de iuriſdict. diſp. 58. num. 2. Maior in 3. diſtinct. 37 quæſt. 5. Ibidem Palud. quæſt. 3. Almai. in 4 diſtinct. 17. quæſtio. vnic. art. 2. prope finem, vbi ait hanc ſententiam eſſe ſecundum mentem omnium DD. Medin. C. de oratione tract. 6. quæſt. 16. Nauarr. cap. inter verba concluſione 5. num. 72. vbi refert Ioan. Andr. & Panormitan. in cap. quod quidam de pœnit. & remiſ. ſed hi loquuntur de operibus bonis in ſtatu mortalis peccati exercitis, quod longè diuerſum eſt: nam opus io eo ſtatu factum poteſt eſſe ex omni circunſtantia honeſtum, vt fides docet, & ad initiũ ſectionis huius notauimus; noſtra verò quæſtio eſt de opere ex aliqua circunſtantia malo, ſiue exerceatur à peccatore, ſiue ab homine iuſto, & veniale tamen peccatũ contineat, prædicti verò authores eo nituntur fundamento, quia finis præcepti ſub præceptum non cadit: ita D. Thom. loco citato & 1.2. quæſt. 96. artic. 3. ad 2. item 2.2. quæſt 44. ar. 1. & 8 ad 1. quæ ratio non ſolum de facto, ſed etiam de poſſibili idem oſtendit, conſiderata ordinaria poteſtate humana ad legum conſtitutionem. Nam lex ſolum obligat ad id, ſupra quod cadit: atqui lex humana non cadit, neque cadere poteſt ſupra intentionem finis operis præcepti, ſed ſupra ipſius opus, ergo: maior eſt euidens, minor probatur; Nam cum finis intentio ſit prior, ſi illa præcipi poſſet à lege humana, vel primo actus interior præciperetur, vel ſaltem æque primo, & principaliter cum exteriori, quod tamen proxima ſectione de potentia ordinaria à poteſtate humana fieri poſſe negauimus, ſolum enim illa præcipere poteſt lex humana, quæ ſuo fini, nempe exteriori gubernationi neceſſaria, accomodaque iudicaotur: quod vero actus exterior hac vel illa iotentione fiat, item quod integram habeat honeſtatem moralem, vel ex aliqua circunſtantia opus malum ſit, quę in exteriori actu non appareat ad finem, ac regimen humanæ poteſtatis nihil intereſt.

Prędictæ concluſioni opponuntur Dionyſ. Ciſterſ. in 1. diſtinct. 17. artic. 3. Antonin. 12.
2. part. tit. 9. cap. 10. §. ſecundo, quorum ſententiæ primo fauere videtur ea iuris ciuilis regula 163. ff. *Qui non facit, quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quæ non facit; & qui facit quod facere non debet, non videtur facere, quod facere iuſſus eſt*, cum qua lege etiam concordat caput. Ea te, de iudiciis; ſed qui per actum vitioſum ſatisfacit præcepto, facit quod non debet: ergo non facit, quod iuſſus eſt facere. Nam actum bonũ iuſſus eſt facere per humanam legem, alioqui nec iuſta, neque lex vera foret. Confirmatur ex regula 8. extra de regul. iur. *qui ex timore facit præceptum, aliter quam debeat, facit & ideo iam non facit*. Reſpondeo tamen cum Nauarr. cap. inter verba 11. quæſt. 3. concluſ. 5. num. 55. illum non ſatisfacere præcepto, qui eo modo, quo debet, illud non obſeruat: nimirum ſecundum præcipientis poteſtatem, intentionem, & modum, ad quem obſeruandum obligatur, non verò ad alium obſeruationis modum ex aliis principiis debitũ. Nam ſtat cum obſeruatione perfecta, reſpectu humani pręcepti, defectus aliquis in opere cõparato cum alia obligatione iuris naturalis, ſeu diuini. Cum igitur poteſtas legis humanæ ſe non extendat ad interiores actus per accidens coniunctos cum exterioribus & omnino per ſe occultos, non iotendit obligare ad hanc vel illam intentionẽ, ſed opus de ſe licitum ac honeſtum præci-

pit, & illam ſubſtantialem operis honeſtatem per ſe intendit, ad illamque tantùm obligare conatur, aliqua de hac re iam exempla adduximus de ieiunante non ob macerationem carnis, ſed meliorem corporis habitudinem vitioſam, & de audiente ſacrum ob vanam gloriam. Denique aliud adducit Maior citatus de eo qui obligatus pro populo ſacrificare, ſi in mortali peccato rem diuinam facit, ſoluitur quidem obligatione populo debita; in Dei tamen manus incidit iudicantis, vt tradit Innocentius in cap. de homine, de celebratione Miſſarum. Ad confirmationem Reſpondetur primo, cum Cardinali, Ant. de Butrio, & aliis illam regulam exponendam eſſe actiue de eo, qui præceptum inſtituit, ex metu, idem eſſe, ac ſi non præcipiat, vt in caſu cap. vnici. Qui metus cauſ. in 6. & ſecundùm l. 2. ff. de iudiciis. Reſpon. ſecundo ſi intelligatur paſſiuè de eo, qui ex timore præceptum exequitur ex mente Cardinal. Butr. Hoſtien. cum Gloſſ. declaratur regula de timore ſeruili; & peccaminoſo, propter quem præceptum non reputatur legitime factum apud Deum, ideoque de eo dicitur, quia inuitus ſeruit, rem perdit & meritum, & indignus eſt præmio vt habetur 23. quæſt. 6. §. ex his in princip. quamuis actus ſic factus non ſit nullus, & per illum humani iuris pœna euitetur, itaque per illum ſatisfieri poteſt iuri humano, non diuino.

13. Secundo oppones: ſerui, & filii, qui à dominis & parentibus inuiti ducuntur ad audiendum ſacrum, etiamſi cum debita attentione illi aſſiſtant, ſi tamen animum, & intentionem non habeant ſatisfaciendi præcepto Eccleſiæ. ſed coacti ibi detinentur occaſionem quærentes ſi poſſunt, ſe alio diuertendi, præceptum non implent, ergo ſaltem ad hanc intentionem ſatisfaciendi præcepto ſemper obligantur, qui humanæ poteſtatis conſtitutiones obſeruare tenentur, & conſequenter non ſtat fundamentum ſupra poſitum, finem præcepti ſub præceptum non cadere. Ad hoc argumentum Suar. tom. 3. in 3. part. diſput. 88. ſection. 3. ita requirit intentionem formalem, vel virtualem implendi præceptum: vt ſi contrária voluntas adſit, præceptum non impleatur; ait enim *Neceſſe eſt vt cum voluntate audiendi* Miſſam, *non coniungatur voluntas formalis contraria præcepto, quia reuera tunc per illum actum hoc modo exercitum non impleretur præceptum*; adiungit tamen ſi quis attenté audiat ſacrum in die feſto ex deuotione, cum voluntate non ſatisfaciendi præcepto tunc, ſed audiendi aliam Miſſam, non teneri aliam audire (quod docent Medin. Cod. de oratione tract. 6. quæſt. 16. Ledeſm. in 4. 1. part. quæſtiu. 16. artic. 6. dub. 6. Nauarr. de Oratione cap. 13. numero 15. 16. & 28. & cap. 16. numero 79 Azor. lib. 10. cap. 12. quæſt. 8.) ſed ſuffi cere priorem intentionem, ſeu voluntatem præcepto oppoſitam mutare tempore opportuno, & velle auditione præcedentis ſacri præcepto ſatisfacere: ratio eſt quia illa auditio

A prior fuit actus exterior voluntarie factus humanus, & moralis & totum id habuit, quod ad ſubſtantiam præcepti adimplendam ſufficit, ſolumque ibi defuit obedientia voluntatis: ergo ſi hæc adiungatur, & ad priorem actum referatur, hoc ſatis erit ad implendum præceptum per priorem actum ex morali relatione cum ſubſequenti voluntate ſatisfaciendi coniunctum Suarium ſequitur in terminis Fillucius tract. 5. cap. 7. par. 7. quæſt. 7. num 211. & idem tenet. Aragon. 2. 2. quæſt. 83. artic. 12. colum. 6.

B Verum hæc reſponſio prædictæ concluſionis doctrinam videtur non ſuſtinere, quatenus aſſerit intentionem non ſatisfaciendi præcepto, impedire præcepti obſeruationem, quamuis detur voluntas faciẽdi opus eo modo quo præcipitur, & ideo oportere mutare illam intentionem, & velle ſatisfacere præcepto: Et ideo oppoſitum docet Valentia tom. 2. diſput. 6. quæſt. 2. punct. 10. in fin. Vaſquez 1. 2. quæſt. 100. artic. 9. dub. 1. Salas de legibus diſputat. 9. ſect. 2. quibus aſſentior, eorumque ſententiam confirmo. Primo quando actus exterior ab Eccleſia præceptus, verbi gratia auditio ſacri voluntariè, & humano modo cum attentione debita ſit, quamuis accedat alius actus interior vitioſus, & praua intentio accidentaria, à qua ille actus vitietur, hoc non tollit integram ſatisfactionem humani præcepti, vt probauimus; ergo quæcumque contraria intentio etiam vitioſa, qualis illa eſt non obediendi, vel non ſatisfaciendi præcepto, ſi ſimul perſiſtat cum voluntate faciendi id, quod præcipitur, non

C impedit quominus obſeruetur præceptum. Secundo. Voluntas ſatisfaciendi præcepto eſt quædam finis intentio, ex qua ſequitur alia voluntas faciendi id, quod iubetur, ſed finis præcepti non eſt ſub præcepto, vt cum communi Theologorum opinione ſupra diximus: ergo, &c. Tertio. Mutatio præcedentis intentionis non facit, vt de nouo impleatur præceptum, ſi antea non erat impletum: ergo non eſt neceſſaria Nam ſi antea præceptum impletum eſt, fruſtra requiritur, & ſi non erat illa mutatio intentionis, non eſt facere quod præcipitur, ſed intendere præcepto obedire. Quarto, quando aliquis recitans horas, ſecum dicit ſe velle ex deuotione illas dicere cum propoſito eaſdem poſtea intra tempus debitum ex obligatione repetendi,

D non prorogat ſibi præceptum Eccleſiæ, quia hoc non eſt in eius poteſtate: neque ſibi aliam obligationem imponit, ſi quidem votum non facit; ergo ſi reuera tunc humano modo facit, quod Eccleſia iubet, præceptum implet, neque tenetur repetere: ſed ſufficit, vt iudicet ſe ſatisfeciſſe, ne ex conſcientia erronea peccet. Quinto, quando aliquis vult facere opus quod de ſe in aliquem finem ordinatur, non poteſt ſimul habere intentionem efficacem auertendi ſe ab eo fine; ſi enim illam haberet intentionem efficacem, à volitione operis in eum finem de ſe tendentis, voluntatem auerteret. Voluntas verò inefficax non tollit intrinſecam operis habitudinem, quam habet ad finem: pono

exemplum, ſi quis ex obiecto turpi delectetur cum aduertentia ne mihi dicat ſe eo tempore efficacem habuiſſe intentionem nullo modo peccandi contra caſtitatem. Nam proculdubio talem non habuit intentionem, ſed cum plurimum ſimplicem complacentiam, quæ non impedit auerſionem à Deo, & ab honeſtate illius virtutis per mortalem moroſam delectationem. Similiter in noſtro caſu qui vult aſſiſtere Sacro cum debita attentione, facit opus de ſe bonum ab Eccleſia præceptum, ergo non poteſt habere efficacem intentionem non faciendi, quod Eccleſia præcipit, ſeu non implendi præceptum; quia hoc ipſo, quod illud opus facit humano modo ſatisfacit præcepto. Vltimo illa intentio non obediendi præcepto Eccleſiæ, qualiſcunque illa ſit non opponitur humano iuri, ſi quidem de facto morale opus ab eo requiſitum exequitur; ſed naturali, ſeu diuino obedientiæ ſuperiori legitimo debitæ: ergo non impedit obſeruationem præcepti: cuius rationis vim Doctor Suar. tom. ſecundo de religion. lib. quarto, cap. 26. numero 11. & 12. agnoſcens ſuam opinionem hoc modo temperat, videlicet mutationem illius intentionis neceſſariam non eſſe ad impletionem præcepti humani quoad ſubſtantiam, ſed quoad modum ex natura rei debitum tali actioni. *Qui modus*, inquit, *non cadit directe ſub præceptum humanum, nec eſt materia eius, ſed conſequitur ex naturali lege, & generali obligatione obedientiæ*. Alias obiectiones minoris momenti ex hac doctrina facilè diſſolues, & apud Nauarr. cap. inter verba 11. quæſtione 3. numero 72. & Suar. de legib. lib 1. cap. 29. numero 10. & ſequentibus. Mol. diſput. 58. citata ſolutas reperies, qui quidem Mol. in fin. diſput. addit poſſe imponi, & incurri cenſuram propter omiſſionem intentionis, ſeu electionis circa actum præceptum propter ipſum, quod ſuperiori ſect. impugnauit.

Vtrum ciuilis, & Eccleſiaſticæ conſtitutionis eadem ſit materia.

SECTIO IX.

1. CVm vtriuſque iuris humanam poteſtatem in materia omnium virtutum actus præcipere dixerim, & per ſe in externis ſiſtere, ad interiores verò non progredi, vtraque poteſtas legiſlatiua in materia conuenire videbitur. Et ſanè in multis materiæ conditionibus conuenire non eſt dubium, ſolum in controuerſiam vocamus, an aliqua huius, & illius materiæ diſcrimina ſint, & quæ, vt his cognitis cæterorum conuenientia facilè dinoſcatur: Et in primis aliquam eſſe huius materiæ differentiam in vno, & altero iure manifeſtè oſtenditur. Nam lex non imponitur verbis, ſed rebus, neque vano gentium ludibrio exponitur, iuxta l. 2. omne verbum, Cod. communia de legatis & cap. 2. requiris de appellat.

A Abb. conſil 93. lib. 2. colum. ſecunda, verſic. ad idem facit Roman. conſil. 428. num. 12. ſed ſi vtriuſque poteſtatis ciuilis & Eccleſiaſticæ eadem eſſet materia per ordinem ad eaſdem perſonas, vel altera eluſoria eſſet, & circa nullam verſaretur materiam; licet vtraque in vnam coaleſcerent poteſtatem, quod comment. & diſput. 6. falſum eſſe demonſtrabitur; ergo. Deinde certum eſt in naturalibus & artificialibus diuerſas facultates circa diuerſas materias verſari: ergo idem dicendum in his moralibus poteſtatibus, præſertim cum hæ diuerſi ordinis ſint: Eccleſiaſtica enim poteſtas eſt ſpiritualis, at ciuilis temporalis æſtimatur, diuerſoſque reſpiciunt fines, vt ſuperiori diſputatione
B diximus.

Hinc primum præcipuumque materiæ diſcrimen deſumitur. Nam materia ciuilis 2.
conſtitutionis eſt temporalis, materia verò Eccleſiaſtici Canonis ſpiritualis: In quo vtriuſque iuris Doctores conſentiunt legiſtæ in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. Canoniſtæ in cap. Eccleſiæ ſanctæ de conſtit. & confirmatur ex cap. quoniam diſtinct. 10. & cap. bene quidem cap. ſi Imperator cap duo ſunt diſtinction. 96. cap. ſolitæ de maioritat. & obedient. Conſentiunt Theologi communiter ſine controuerſia hac de re, & probant. Vnaquæque poteſtas ſibi accommodatam materiam depoſcit: ſed poteſtas Eccleſiaſtica ad ferendas leges eſt ſpiritualis, & certo quo-
C dam modo diuina; Ciuilis vero laïca temporalis, & puræ humana; ergo. Et declaratur amplius quid nomine ſpiritualis temporaliſve materiæ ſignificetur. Etenim in materia alicuius operationis moralis, aut conſideratur ipſe actus virtutis & vitii, aut res circa quam actus verſatur: hæc vero res aliquando eſt perſona, circa quam actus verſatur, vel à qua egreditur. Proxima igitur materia legis eſt actus virtutis, & vitii; remota ſunt res, & perſonæ circa quas vel à quibus actus proficiſcuntur: hinc fit vt proxima & primaria iuris Canonici materia ſit actus ſupernaturalis, ſiue in entitate, ſiue in ordine ad finem ſupernaturalem. Huiuſmodi ſunt actus fidei diuinæ & quæ ad illius integritatem ſpectant mini-
D ſtrationes, ac receptiones Sacramentorum, etiam matrimonii: Nam licet hoc quatenus eſt naturalis contractus & humanus videri poſſet ciuilis iuris eſſe, per eleuationem tamen ad Sacramenti dignitatem gratiam conferendi ad Canonicam iuriſdictionem ſpectat, vt ex variis textibus præſertim duobus vltimis de ſecundis nuptiis deducitur. Idemque dicendum de aliis actibus ad Dei cultum pertinentibus. Quibus accedit materia remota, videlicet res, ſeu perſonæ circa quas vel à quibus tales actus promanant. Cuius modi ſunt miniſtrantes, vel recipientes Sacramenta, & omnes perſonæ diuino cultui in aliquo religionis, ſeu ordinis Eccleſiaſtici ſtatu dedicatæ.

Similiter vitia prædictis actibus contra- 3.
ria, item rebus, & perſonis aduerſa ad

Canonicas prohibitiones ſpectant, vt patet
in cap. Vt inquiſitionis § prohibemus de
hæretic. & cap. cum ſecundùm leges §. cun-
fiſcationis, eudem tit. immò omnia peccata
externa, quatenus auertunt à ſupernaturali
fine, & bonis ſpiritualibus upponuntor, in
eodem ordine materiæ ſpiritualis collocan-
tur; & quatenus ſunt iniuriæ DEI, cuius
honor, & cultus præcipous eſt finis Eccle-
ſiaſticæ poteſtatis. Optimus eſt textus, hac
de re in cap. Nouit ille de iudicis, in quo
Innocen. III. aſſerit Eccleſiaſticum Iudicem
de quolibet criminali peccato cognoſcere
poſſe, *vt peccatorem remoueat à vitio ad
virtutem, ab errore ad veritatem, præcipuè
cum contra pacem peccatur, quæ eſt vincu-
lum charitatis.* Vnde optimè notauit Fortu-
nius Garcia de vltimo fine iur. Canon. & ci-
uil. num. 151. quando in materia peccati ius
canonicum aliquid diſponit, ius ciuile faſces
ſubmittere, & iuri Cannnico cedere, ita Bar-
tol. in l. priuileg. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.
& notatur in regula poſſeſſur de regul. iur.
in 6 à Gloſſa. vbi alia iura addocit. Accedit
Ioann. Andr. Cald. & Abb. in cap. primo de
nou. oper. ounciat. Hinc eſt quod Ioann. de
Imol. in cap cum contingat notab. 5. colum.
3. de mente omnium Doctorum, & legum
aduertis; In materia pacti, & ſimiliter in alis
quando ius Canonicum in prçcepto, ſeu ra-
tione naturali fundatur, ne peccatum incur-
4. ratur, etiam io foro ciuili ius Canonicum
obſeruari debere. Vnde iam patet, quæ ſit
materia temporalis ad ius ciuile ſpectans;
illa nimirum, quæ ad hunc ſpiritualem gra-
dum non aſcendit, & circa quam actus mo-
rales verſantur, qui ad humanæ ſocietatis
Politicam, iuſtitiam, rectamque gubernatio-
nem ſpectant: illis exceptis, qui ad Dei
cultum, & animi ſalutem attinent, qui
quamuis olim ad temporales principes per-
tinerent, poſtquam Chriſtus Dominus Sa-
cerdotalem poteſtatem independenter à re-
gali inſtituit, & ſæcularibus principibus
abſtulerit, nullo modo in rebus, & nego-
tiis ſacris per ſe ciuilis poteſtas legitimè ſuam
interponit authoritatem.

Alterum ex primo diſcrimen naſcitur, ma-
teriam iuris Canonici tum digniorem, tum
ampliorem eſſe ciuili: nam eo dignior
eſt, quo ſpiritus corpori præſtat, eo am-
plior quo ſpiritualis materia ſuperior tam-
5. quam finis materiæ temporalis illam ad ſe
eleuat, & ſpiritualitatis, vt ita dicam reſ-
pectu inducit. Neque refert quod materia
temporalis ad ciuilem poteſtatem ſpectet,
nam ſicut in potentiis naturalibus ſuperior
verſatur circa materiam inferiorum, ſub altio-
ri ratione, vt viſitur in intellectu, reſpectu
ſenſuum: omnia enim, quæ ſinguli ſenſus
percipiunt, vnuſquiſque ſub ſua ratione ſor-
mali, intellectus ſub ratione intelligibilis
agnoſcit. Simili modo cum Conſtitutio Ca-
nonica ſub nobiliori ratiooe ſuam ſpiritua-
lem materiam, & temporalem, quatenus ad
ſpiritualem refertur, pariter compreheodat;
quia res temporalis ad DEI cultum, vel
iniuram: ad animæ ſalutem ſeu perditionem
A verti poteſt, materiam ciuilis poteſtatis ſuo
modo complectitur. Ratio verò huius ma-
ioris amplitudinis in materia poteſtatis Ec-
cleſiaſticæ illa eſt; qoia ciuilis poteſtas in-
tendit per ſe iuſtitiam humanam. Eccleſia-
ſtica religionem, & iuſtitiam diuinam, ad
qnam reliqua ordinat, ac reducit. Nam prin-
cipalis materia Canonici iuris eſt religionis
diuinæ cultus, & animarum ſalus: Vnde re-
liqua omnia quatenus huic officere, ſeo pro-
deſſe cenſentur, ſuo iure aſciſcit ſaltem indi-
rectè.

Ex duplici diſcrimioe inter vnam, & al- 6.
teram materiam, vel circa eamdem ſub di-
uerſa ratione conſideratam, à iure canonico
diuerſimodè, atque à Ciuili diſponitur.
Pono exemplum. De iore Canonico pater
filio ex iniuſtis nuptiis nato tenetur alimenta
B præſtare ex cap. cum haberet de eo qui
duxit in matrim. quam pol. per adolt. At
ius ciuile oppoſitum decernit in auth. ex
complexu Cod. de iniuſtis nuptiis, & in
auth. licet in fin. Cod. de natural. liber.
vnde quia Canonica diſpoſitio fundatur in
obligatiooe naturali pareotis, quæ illum ad
alendos filios etiam ex damoatis nuptiis
natos inducit, omnino ſeruanda eſt in vtro-
que foro. Nam ius Canonicum, ne paren-
tes, iure ciuili patrocinante ſe à peccato
filiis alimenta negandi putent excuſari, hanc
temporalem materiam ad animorum ſalu-
tem dirigens, filiis ſpurus, iuris robur, fo-
mentumque conceſſit, alimenta recuperan-
di, à ciuili iure denegata ob ſceleris dete-
ſtationem. Verum quia crimen parentum
C obligationem naturalem non ſuſtulit, me-
ritu ciuilis conſtitotio ab Eccleſiaſtica ca-
ſtigatur, ita Fortun. Garcia ſupra citatus
contra Felin. Et Ioann. de Imol. idem re-
ſoluit Duenn. regul. 367. Rojas de ſucceſſ.
ab inteſt. cap. 21. numero ſecundo & ſequent.
Cordub. leg. ſi quis à liberis §. idem reſ-
cripſit à numero 13. de liber. agnoſc. Igneus
l. neceſſarios §. non alias 2. par. numero
146. Ad Syllao. Ripa in l. prima ff. ſolut.
matrimon. numero 66. & leg. ſi vnquam nu-
mero 68. Cod. de reuocan. donat. Cooar.
de ſponſa. 2. part. cap. 7. §. 6. numero 6.
Cortaſ. in l. 1 ff. ſolut. matrim. in ſecunda
D lectur. numero 13. Habetur in ordinat. Lu-
ſitaniæ lib. 4. tit. 68. §. 1. & in regno Ca-
ſtellæ leg. 11. Tauri. quæ hodie eſt leg. 8.
tit. 8. lib. 5. ordinam. Marienſ. ibidem Ro-
land. conſil. 85. oumero 7. lib. 3. cum mul-
tis aliis, quos referunt. Quæ doctrina
etiam procedit ſtante rigoroſa Pij Quinti
conſtitutione contra ſpurios Clericorum ex
Nauarr. de ſpoliis Cleric. §. vltimo, nume-
ro 9. Rota deciſ. 214. in 3. part. nouiſſima-
rum Aliæ diſpoſitiones canonicæ contrariæ
ciuili iuri videri poſſunt apud Baptiſtinum
à ſancto Blaſio repetit in Rubricam Decre-
ti quæſtione 25. numero 44. & habetur
tom. 1. tractatuum vbi etiam Prodocimus de
Comitibus, & Hieronymus Zaner. plures
inter vtrumque ius differentias enume-
rant.

Obiicies: ciuiles leges circa materiam ſpiri-

Digitized by Google

7. tualem verſantur. Nam aguot de Epiſcopis, & Clericis, de Sacroſanctis Eccleſiis, neque materiam matrimonii, iuramenti, vſuræ, & ſimilium ad Canonicum ius ſpectantium prætermittunt, immo ipſi Canones diſponunt in foro Eccleſiaſtico leges ciuiles, vim habere & obſeruandas eſſe, vt patet ex decreto Nicolai Pontiſ. 30. quæſt. 3. cap ita diligere, & Innocentij III. in cap. primo de nou. oper. nunciat. vt notat Caſſan. in Parat. Ad hoc argumentum iam ſupra aduertimus diſputatione de cauſa finali, quæſt 1. ſect. vltima, leges ciuiles in materia Eccleſiaſtica proceſſiſſe, vocata in auxilium ipſorum Canonum ſæculari potentia, & modo ab Eccleſiaſtica poteſtate permiſſo. Quia tamen diuerſus eſt in foro Eccleſiaſtico ciuiliom legum vſus, duo aduertenda ſunt; primum leges ciuiles admitti in eadem materia, in foro Eccleſiaſtico duobus modis in citata ſectione vltima declaratis, vel per generalem regulam, quod valeant ciuiles leges vbi canones nihil diſponunt, vel per ſpecialem canonizationem, ſeu approbationem Eccleſiaſticæ poteſtatis. Et præter textus ibi allegatos facit cap. ſi in adiutorium diſt. 10. & cap. ſuper ſpecula, de priuileg. in princip. Ioann. Andr. & Gloſſ. in cap 1. de reb. Eccleſ. non alienand. in 6. verb tractatus & verb. ſed quærit hic Dominic. & alii ibidem. Vnde quando iam lex ciuilis in certa materia ab Eccleſiaſtico approbatur, iam ſub diuerſa ratione altiori eadem materialis diſpoſitio conſiderator, & in ſupernaturalem finem dirigitur.

8. Secundum. Hinc prouenite plures eſſe caſus qui appellantur mixti fori, quia illorum materia, tam ad Eccleſiaſticam, quam ad ciuilem poteſtatem ſpectant, hac enim de cauſa blaſphemiæ, periuria, vſuræ, inceſtæ nuptiæ, alia matrimonia illicita per ciuiles leges iuſtiſſime puniuntur. Ratio eſt, primo quia in his etiam quæ ſpiritualia videntur, aliquid naturale reperitur, quod Reipublicæ noceat, & ad cooucoientem ipſius gubernationem pacemque oporteat impediri: huiuſmodi eſt matrimonii contractus contra naturalem iuſtitiam, & alia prædicta crimina quæ Reipublicæ Chriſtianæ magnum etiam afferret nocumentum: quæ enim temporalis fœlicitas, quæ pax, & concordia eſſe poteſt in communitate, quę illa vitia relinqueret impunita? Ideoque ab Ethnicis non minoribus pœnis plecti conſueuerunt. Probatur hæc doctrina ex Calixti epiſt. 2. ad Epiſcopos Galliæ, & refertur in cap. coniunctiones 35. quæſt. 2. ex cap. vbi non de deſponſat. impuberum, ſingularis eſt Gloſſ. in auth. Quomodo oporteat Epiſcopos in princ. verb. ſancimus. quæ ſic habet. *Quid pro Deo intromittit ſe Imperator de ſpiritualibus & Eccleſiaſticis, cum ſciat ad ſe non pertinere?* Et ſtatim tres adhibet reſponſiones. *Primo non inueniendo de nouo, vel conſtituendo ponit, ſed recitando ſacras regulas contra quas ſi quis fecerit, imponit pœnas. Secundo, vel dic quod authoritate Papæ facit. Tertio, vel dic hoc faciendo ſtatum Reipublicæ tuetur, cum in-* A *terſit Reipublicæ eſſe Sacerdotes honeſtos, à quibus pœnitentiam peccatorum petamus.*

Primam huius Gloſſæ reſponſionem pro ſecunda ratione aſſigno: nam licet poteſtas ſæcularis in ſpiritualibus Eccleſiaſticæ ſubiiciatur, & inferior illa ſit, hoc non tollit, quominus conſtitutiones Canonicas ſaciat obſeruari, & nouis pœnis earum violatores puniat; quamuis enim inferior Superioris leges nequeat abrogare, poterit tamen nouis pœnis adiuuare, quo melius impleantur, ita Gloſſ. in Clement. ne Ro- B maoi verb. Tolli. de elect. Paul. & Laurent. quos ſequitur Cardinal. ibidem quæſt. 3. Imol. numero 26. Boniſac. numero 16. Barbatius ibidem & cap. veſtra, num. 5. de locato & plates quos vide apud Couart. 4. decret. 2. part cap. 6. in princip. Matienzo lib. 5. recopil. tit 1. lib 1. gloſſ. 7. numero 4. Sanchez lib. 3. de Matrim. diſputat. 47. numero 11. vbi Canoniſtis Theologos etiam quamplures congeſſit, ſecundam & tertiam Gloſſæ ſupra citatæ reſponſionem iam in primo aduertendo, & prima ratione ſecundi attigimus. Hinc patet reſponſio ad obiectionem de qua infra cum de Ciuili poteſtate ad leges ferendas ſermo fuerit, amplior dabitur diſputandi locus.

De Immutabilitate legis naturalis & diuinæ.

QVÆSTIO II.

C Ognita legis, ac conſtitutionis materiali cauſa, eiuſdem cauſę conditiones materiales proſequuti, in mutabilitatem, cuius ſemper materia principium dicitur, primò incidimus. Cumque certiſſimum ſit Conſtitutionem humanam multis modis mutari poſſe, & in hoc à lege naturali differre, quod ſuapté natura mutabilis ſit, quia ab humana voluntate dependet, vt textus præcedentis commentationis oſtendunt, ſolum difficultas eſſe poterit quibus modis hanc ſubeat mutationem, quod in diſput. 6. de cauſa efficiente, commodiori loco tractabitur, ne legis abrogatio ipſius ſanctionem præpoſterè anteuertat. Quamobrem tantum conſideranda nunc ſupereſt legis naturalis & diuinæ immutabilitas. Natu- D ralem cum diuina coniungo, quia non ſolum de naturali, quæ eſſe diuina æſtimatur, ſed de poſitiua, quæ æterna eſt, & liberam voluntatis dininæ determinationem ſupponit nobis in primis agendum.

Quæ immutabilitas in legis æternæ materia reperiatur.

SECTIO I.

SIne controuerſia eſt apud fideles Doctores legem diuinam poſitiuam ſuaptè oatura eſſe mutabilem, ſi ſermo ſit non de actu diui-

ni intellectus & voluntatis, ſed de obiecto ſeu præcepto, circa quod ille actus verſatur; & quod faciendum præſcribit; nam in iudicialibus, ac ceremonialibus præceptis antiquæ legis hanc mutationem factam fuiſſe Orthodoxa fides docet, & in ſecunda diſputation. demonſtratur. Et ratio eſt quia obiecta quæ præcisè ſub poſitiuo iure diuino cadunt, & præcepta continent affirmatiua, vel negatiua de ſe non continent neceſſariam bonitatem, ſeu malitiam obiectiuam. Vnde de ſe apta ſunt, vt ex diuinæ voluntatis diſpoſitione intra certum tempus vim retineant obligandi, quo peracto nullatenus ligare queant. Sola igitur reſtat dubitatio de materia æternæ legis, qua ratione immutabilitatem ſortiatur.
B Et in primis hîc ſupponimus, quæ in diſputatione ſecunda, quæſtione 4. ſection. 1. difficultate tertia, probatum relinquitur, legem æternam vt eſt regula honeſtatis liberæ, non eſſe impoſitam diuinis actibus, neque voluntatem diuinam debere concipi, vt rectam & honeſtam per conformitatem ad legem æternam: Cui ſubiiciatur, ſolum ergo cum actibus creaturarum intellectualium, vt morales ſunt actiones, comparatur, illarumque regula cenſetur cum proprietate loquendo: nam in Metaphorica loquutione lex æterna, vt totius vniuerſi gubernatrix creaturarum omnium operationes in ſuos fines dirigit, apteque diſponit, & minus proprie illarum regula perhibetur, vt loco citato oſtenſum eſt, & præter recentiores ibidem citatos: vnde Molin. in concordia, quæſtione 14. artic. 13. diſput. 31. in princip aliàs diſput. 32. & tom. 5. tract. 5. de iuriſdic diſp. 46. num. 16.

Hoc poſito duo exponenda ſuperſunt
2. dubia, primum vtrùm omnes actiones morales creaturæ rationalis non ſolum quæ de facto erunt, ſed quæ eſſe poſſunt huius legis materia ſint? Secundum an hæc æternæ legis diſpoſitio omnino immutabilis exiſtimetur? Quantum ad primum dico primo: in DEO lex æterna omnes dirigit actiones morales creaturarum intellectualium poſſibilium, quatenus dictat, quæ rectæ ſint, quæ turpes, ſi à creaturis fierent, non tamen habet propriæ legis ſtatum, reſpectu creaturarum poſſibilium, quæ numquam erunt: hæc aſſertio ſequitur ex doctrina, quam tradidimus in diſput. ſecunda, quæſtione tertia, agentes de naturali lege. Eam Molin. citatus videtur extendere etiam ad actus internos Dei, ait enim. *Licet compertiſſimum ſit, Deum, qui ſumma eſt bonitàs, nullo modo in ſuis operationibus poſſe deficere, neque alicui alteri, neque propriè ſibimetipſi eſſe ſubiectum, in eo eſt lex æterna, quæ eſt ipſemet Deus, quaque ipſi dictat, quid rectum ſit, ſi ab ipſo fiat, & quid turpe, ſi ab eo fieret, ac proinde quid ex eo capite contradictionem implicet ab eo fieri, quod cum ſumma ipſius bonitate pugnet, &c.* Nihilominus ſano modo intelligendus eſt hic author, non vſurpare legem æternam in propria, & rigoroſa ſignificatione, in qua

A ſemper à ſuperiori iuriſdictione procedens, ad ſibi ſubiectos refertur, quos ligat, quique per conformitatem ad illam legem, vel per diſſonantiam recte, vel turpiter operari cenſentur, ſed latè & metaphoricè legem appellauit dictamina practica ſcientiæ neceſſariæ diuinæ, quibus Deus iudicat, quid ſuam bonitatem, ſapientiam ac iuſtitiam deceat, qua ratione loquutus eſt D. Thom. 1. part. quæſtione 21. artic. primo ad ſecundum, vbi dicit, *Impoſſibile eſt Deum velle, niſi quod ratio ſuæ ſapientiæ habet, quæ quidem eſt ſicut lex iuſtitiæ, ſecundum quam eius voluntas recta, & iuſta eſt, &c.* Notandum eſt illud ſicut quod analogiam quandam, & proportionem, non proprietatem legis deſignat,
B vt idem Diu. Thom. ſtatim declarauit, quem optimè interpretatur Suar. lib. 2. de leg. cap. 2. num. 8.

Dico ſecundo, omnes actus liberi & morales 3.
poſſibiles creaturarum intellectualium, quas Deus in hoc vniuerſo creare conſtituit ab æterna lege propriè ſumpta, & in perfecto legis ſtatu accepta diriguntur: eſt. D. Auguſt. lib. 1. de lib. arbitrio cap. 14. aſſertoris: *Iubet igitur lex æterna auertere amorem à temporalibus, & eum mundatum conuertere ad æterna,* quibus verbis ſignificauit tam negatiua, quam affirmatiua legis æternæ præcepta, per quæ omnes actiones morales creaturarum amore capacium, quales ſunt intellectuales, poſſent ac deberent regulari: idem latius exponit
C cap. 15. & 16. ex quo hanc hauſit doctrinam D. Thom. 1. 2. quæſt 93. artic. 6. & Theologi ibid. communiſſimè, quamuis permiſceant cum operationibus moralibus, alias, quæ non per modum cognitionis, ſed per modum principii motiui ſubiiciuntur legi æternæ in latiori ſignificatione, quatenus creaturarum irrationalium actionibus accommodatur, neque tam præcepti, quàm ſimplicis iudicii, & voluntatis habet rationem, vt aduertit Vaſq. in commentatione artic. 5. eiuſdem quæſt. 93. Nos vero relicto latiori legis ſignificatu in propriiſſimo, & primo modo ſubiectionis ad legem æternam, de quo D. Thom. in art 6. loquimur, quando creaturæ rationales cognito DEI præcepto in actus liberos, honeſtos, vel inhoneſtos prodeunt.

In hoc ſenſu ſuadetur concluſio diſcurſu fa- 4.
D cto per omnes actus morales, & de malis certum eſt ab æterna lege prohiberi, quia nullus eſt actus malus, poſſibilis fieri à creatura intellectuali, qui ab æterna lege impunitus relinquatur, ſi fiat, ſed vnicuique ſua decernitur pœna: ergo omnes prohibentur lege pœnali. Deinde de actib. bonis, nam hi vel bonitatem continent neceſſariam ad conſequutionem ſupernaturalis finis, ad quem diriguntur, vel nõ neceſſariam, ſed tantum media ſunt excellentiora. Si primum, lex æterna illorum actuum præcipit exercitium propter neceſſitatem medii, cuius omiſſioni ſimiliter determinata eſt pœna, & executioni præmium; ſi 2. aut comprehenduntur ii boni actus ſub diſpoſitione quadam permiſſiua eiuſdẽ legis, aut ſub præceptiua continentur, non iubente exercitium, ſed ſpecificationem, & modum actus præſcri-

Digitized by Google

bẽte. Nam licet neceſſarium non ſit tales actus
exerceri, ſemper tamen quoad ſpecificatio-
nem neceſſarii cenſentur, quia à lege æterna
præſcribitur modus, quo fieri debeant, vt
rectè fiant. Idcirco enim iam ſupra diximus
ſub legis diuinæ præcepto, etiam modum
cadere ſub præcepto. Denique de indiffe-
rentibus ſub æterna lege comprehendi dicen-
dum eſt, tum præcepto affirmatiuo, tum ne-
gatiuo: affirmatiuo, vt quando fiunt inhone-
ſtum finem referantur negatiuo, quia æter-
na lex prohibet, ne fiant hi actus propter
ſe, ſicut prohibetur verbum otioſum in ſen-
tentia Diu. Thom. aſſerentis non poſſe da-
ri actum humanum indifferentem in indiui-
duo, quem ſequitur Suar. lib. 2. de legib. cap.
3. num. 15.

5. De 2. dubitatione. Dico tertio: lex æter-
na eſt immutabilis ſecundùm ſe formaliter
partim omnino ſimpliciter & abſolute par-
tim ex ſuppoſitione liberi decreti diuini.
Et ſanè quod lex æterna immutabilis ſit, ex-
preſsè dicitur ab Auguſtino ſupra citato &
lib. 83. quæſtio 27. in fine *lex*, inquit, *in-
commutabilis omnia pulcherrima moderatur
gubernatione*. Quem Theologi communiter
ſequuntur. Et quamuis noſtram aſſertionem
non explicent ſub his terminis illi non op-
ponuntur; immo illa conſequens eſt ad illo-
rum opinionem, qui immutabilitatem ſup-
poſitionis in actibus Dei liberis agnoſcunt,
vt tenet D. Thom. 1. contra Gentes cap. 83.
Ferrar. ibidem Aureolus in 1. diſtinct. 8.
quæſtio 2. artic. 1. Baſſol. in 1. diſt. 45. queſt.
2. artic. 3. ad 2. Capreol. ibid. quæſt vnica
artic. 2. in probatione 2. part. 3. conclu-
ſionis Chriſtophorus Gillius lib. 2. tract 8. de
immutab. Dei cap. 5. numero 5. Probatur
prima concluſionis pars, lex æterna partim
continet legis naturalis dictamina, partim
legis poſitiuæ diuinæ imperia: illa priora per
actum liberum diuinæ voluntatis propriiſ-
ſimum ſortiuntur legis ſtatum, quia illo me-
diante decernuntur inferiores, ad quos lex
naturalis ordinatur, non quia nouam & pe-
culiarem prohibitionem diuina voluntas
legis naturalis præceptis adiungeret, vt in
2. diſputat. diximus quæſt. 3. nam tota vis
obligandi, quæ ex lege naturali oritur, ne-
ceſſario conſequitur ad bonitatem neceſſa-
riam obiectiuam, quam illa proſequendam
dictat; & ad maliriam, quam oſtendit fu-
giendam. Et antequam intelligamus decre-
ta libera Dei concipere poſſumus illa dicta-
mina neceſſaria, & ſecundum noſtrum in-
telligendi modum, priora ego abſolutè &
ſimpliciter lex æterna, quatenus naturalis
legis dictamina continet, eſt immutabilis
ſi quidem aliter decernere non poteſt, quàm
eius ſcientia diuina circa hoc obiectum ne-
ceſſarium, neceſſario repræſentat: quod infrà
agendo de lege naturali amplius confirma-
bitur.

2. Pars aſſertionis, quæ docet legem æter-
6. nam partim eſſe immutabilem ex ſuppoſitio-
ne, non ſimpliciter & abſolutè, ſic oſtendi-
tur proxima & adæquata radix immutabili
tatis diuinæ eſt neceſſitas eſſendi abſoluta,

A vt optime probat Gillius vbi ſupra ca. 4. n. 5.
cum Baſſol. & Dionyſio Ciſtercienſi. Ratio
eſt primo, quia non intellecta alia ratione
formali ex ſola abſoluta neceſſitate diuinæ
naturæ colligitur eiuſdem immutabilitas: ſi
enim aliquid eſt abſolutè, & omnino neceſ-
ſarium, fieri nequit, vt incipiat eſſe, quod
non erat, aut vt deſinat eſſe, quod erat,
omnis verò mutatio eſt tranſitus à non eſſe
ad eſſe, aut econtra ab eſſe ad non eſſe; er-
go intellecta ſolum ratione neceſſitatis in-
fertur euidenter repugnantia mutabilitatis. 2.
affectuum contrariorum contraria principia
eſſe debent; ſed propria, & adæquata radix
mutabilitatis eſt contingentia, ergo pro-
B prium principium immutabilitatis eſt neceſ-
ſitas. Atqui actus liberi diuini non ſunt ne-
ceſſarii ea ratione, qua intelliguntur potuiſ-
ſe in Deo non eſſe. Nam Devs potuit ab æ-
terno non velle creare hunc mundum, aut
has vel illas creaturas; potuitque non ordi-
nare hominem ad beatitudinem ſupernatu-
ralem; ergo actus liberi, vt ſic, aliam habent
immutabilitatis radicem, quia non eſt ne-
ceſſitas abſoluta. Illa verò eſt ſuppoſitio li-
berorum actuum diuinorum quod ſemel in
æternitate fuerint, quæ indiuiſibilis eſt, &
tota ſimul: ita exponi debent Authores pro
concluſione relata præſertim D. Thom. &
Capreol. vt ex eorum diſcurſu patet. Nam
ſi actus Dei liberi ab æterno fuerunt, hoc
ipſo ſupponuntur duraſſe intrinſeca æterni-
tatis menſura indiuiſibili, & tota ſimul, de
cuius ratione eſt, vt ſemper ſit, in quo di-
C ſtinguitur à duratione angelica, quæ dici-
tur æuum & ab æternitate participata vi-
ſionis beatæ, quamuis enim ſint durationes
indiuiſibiles, de ſua ratione non habent vt
ſemper ſint: nam Angelus, & viſio beata
aliquando non fuerunt.

Oppones: neceſſitas & immutabilitas ſunt
rationes à priori, ex quibus Dei æternitas 7.
colligitur; non verò æternitas immutabili-
tatis, ergo quando petitur à priori ratio, cur
actus liberi diuini ſint immutabiles, non
bene aſſignatur æternitatis menſura, in qua
eſſe cœperunt. Reſpondeo ab æternitate qui-
dem ſupponi neceſſitatem, & immutabilita-
tem diuinarum perfectionum, quæ liberæ
non ſunt, ſed neceſſario in Deo eſſe intelli-
guntur. Etenim actus liber, vt ſuppono, non
addit Deo aliquam perfectionem à parte rei,
D vel virtute diſtinctam, qua Devs careret, ſi
aliter ſe ab æterno determinaret, vt omnes
boni nominis Theologi contrà Caietanum
demonſtrant 1. par. quæſt. 19. artc. 2. Vaſq.
ibidem artic. 3. diſput. 8. capite 1. Verum
eamdem æternitatem ſupponi ab actibus li-
beris noſtro intelligendi modo vt menſuram
perfectionum neceſſariarum, neque incon-
ueniens eſt, quod ſecundùm diuerſas conſi-
derationes æternitas in Deo, ex immutabilita-
te deducatur, in perfectionibus neceſſariis,
& immutabilitas ex æternitate colligatur in
liberis actibus, qui intrinſece, & formaliter
perfectionem non addunt, etiam virtute di-
ſtinctam, actu neceſſario diuini amoris.
Vrgebis; priùs eſt ſecundum noſtrum intel-

ligendi modum, rem exiſtere, quam durare: eſſe immutabilem, quam æternam; ſemper enim æternitas cuiuſlibet entitatis, ſeu formalitatis ſundatur in immutabilitate ipſius. Propter hanc inſtantiam Gillius cap. 5. citato numero 5. aliter exponit hanc immutabilitatem ſuppoſitionis in actibus liberis, quia tamen in illius declaratione mihi videtur circulum fieri: nam in illa ex vno capite infertur ſemper futeim mutabiles actus liberos, ſuppoſito, quod ſemel ſunt, quia obiecta liberè volita aliquando erunt & ex alio capite illa eadem obiecta in aliqua differentia temporis ſunt, quia immutabiliter libera Dei voluntas circà eadem tendit, qui eſt manifeſtus circulus: & deinde receditur à ſententia D. Thomæ idcirco ad inſtantiam dico verum eſſe noſtro concipiendi modo, prius eſſe rem exiſtere, quam durare & eſſe immutabilem, quam æternam in diuinis perfectionibus neceſſariis nō in actibus liberis Dei. Dixi in diuinis perfectionibus, quia illis ſolum accommodari poteſt præpoſitio, nam perfectiones creatæ, neque immutabiles, neque æternæ ſimpliciter eſſe poſſunt. Ratio verò diſcriminis in diuinis eſt: quia immutabilitas in perfectionibus neceſſariis prouenit ex repugnantia illius principii, idem non poteſt ſimul eſſe, & non eſſe. Quod enim neceſſarium eſt, ne idem ſit, & non ſit immutabilitatem depoſcit. At liberi actus cum de ſua ratione habeant, vt abſtrahendo à ſuppoſitione, illis non repugnet, vt non ſint, ſi conſiderentur ſecundùm rationem liberi, non poteſt ſupponi illorum immutabilitas ad æternitatem; ſed potius ex ſuppoſitione, quod in æternitate ſint, immutabiles eſſe intelliguntur: immutabilitatem enim naturalem ſatis illam habent ratione actus neceſſarii cum quod identificantur.

Cum igitur oſtenſum ſit actus liberos Dei habere immutabilitatem ſuppoſitionis, & lex æterna, quatenus continet ius diuinum poſitiuum, requirat liberam diuinæ voluntatis determinationem, ſequitur legem æternam quoad hanc partem eſſe immutabilem ex ſuppoſitione. Nam abſolutè neceſſarium non eſt, quod tale ius fuerit; poſſet enim ab æterno à DEO non decerni, verbi gratia, ſi legem Moſaycam Iudæis dare ab æterno non decerneret, vel ſeptem legis nouæ ſacramenta inſtituere non decreuiſſet.

Vtrùm naturalis lex ab humana poteſtate mutationem, vel diſpenſationem admittat.

SECTIO II.

PRoxima commentatione ad notationem capitis primi diſtinctionis quintæ legem immutabilem eſſe ab intrinſeco ex vtroque iure, & Thologica ratione oſtendimus: quia tamen non defuerunt, qui mutationem, moderationem, ſeu diſpenſationem ab extrinſeco in ea etiam ab humana poteſtate fieri poſſe admiſerint, in hac ſectione legis naturalis mutationem, ſeu diſpenſationem per ordinem ad humanam poteſtatem expendam: in ſequenti, eandem per reſpectum ad poteſtatem Dei abſolutam conſiderabo Prius tamen in hac lege ab intrinſeco neque diminutionem, neque additionem poſſibilem eſſe Theologorum authoritate & rationibus aliis confirmabo: hanc ergo veritatem docuit Alenſ. 3. part. quæſt. 27. memb. 4. artic. 5. §. 5. Lactant. lib. 6. de vero cultu cap. 8. Vincent. in ſpecul. moral. lib. 1. par. 2. ad 3. D. Thom. 1. 2 quæſt. 94. artic. 4. & 5. quæſtio. 100. artic. 8. & 2. 2. quæſtio. 66. artic. 2. ad 1. Caietan. Conrad. Med. Vaſquez ad locum citatum 12. Sotus lib. 1. de iuſtit. quæſt. 4. artic. 5. & lib. 2. quęſt. 1. artic. 8. Molin. tom. 1. tract. 1. de iuſtit. diſp. 4. & tom. 5. tract. 5. diſp. 49. num. 4. Azor. tom 1. lib. 6. cap 1. quæſt. 2. Valent. tom. 2. diſp. 7. quæſt. 4. punct. 5. Suar. libro 2. de legib. cap. 13. numero 2. Salast. 2. tract. 14. diſp. 5. ſect. 7. num 32. Sararius de legib. cap. 28. Probatur 1. nulla lex per ſe deficit, neque imminuitur, antequam per oppoſitum vſum, ſeu per legiſlatorem reuocetur, niſi quia perpetua non erat, ſed pro certo tempore ſtatuta, quo finito deſinit obligare, vel quia in materia, fit aliqua mutatio, ratione cuius aut ceſſat eius adæquata ratio finalis, aut irrationalis fit, & iniuſta: ſed lex naturalis in primis non fuit ſtatuta pro definito tempore: complectitur enim neceſſariam & perpetuam veritatem. Nam continet prima principia, ſeu dictamina practica per ſe nota & concluſiones ex illis euidenter & neceſſariò illatas, quæ ad mores ſpectant, in quibus veritas perpetua, & pro nullo temporis decurſu mutabilis ineſt. Dein mutatio circumſtantiarum, ſeu materia, in qua alia ratio naturalis exoritur, illam ceſſare non facit, ſed aliud oſtendit legis naturalis dictamen: exempli gratia, pugionem apud te depoſitum eſſe credendum, naturalis ratio dictat immutabiliter, numquam tamen hæc lex intelligitur, quando qui depoſuit, amens eſt & ſibi manus conſciſſere tentat: quare alia eſt lex, quæ dictat in ſe, vel in alterum debacchanti arma caute ſubtrahenda, nunquam enim lex naturalis in ea generalitate accipienda eſt, quin omnes ſubintelligantur circumſtantiæ, propter quas immutabilem ſortiatur veritatem: ergo.

2. Idem probatur: præcepta naturalia vel ſunt negatiua, vel affirmatiua: ſi primum res prohibent intrinſecè malas, & hęc obligant pro quolibet tempore, atque adeo nunquam ceſſare poſſunt: ſi ſecundum, quamuis præcepta affirmatiua non obligent, vt dici ſolet, pro ſemper, hoc non prouenit ex eo, quod in ſe mutationem, vel ceſſationem patiantur, ſemper enim eamdem ſuam vim retinent obligandi pro eo tempore, quo illorum occaſio, & certa conditio occurrit, & hæc eſt illorum natura. Quemadmodum præceptum poſitiuum audiendi ſacrum in die feſto non mutatur in aliis diebus, in quibus non obligat: ſemper enim ſeruat illam vim inter fideles, poſtquam fuit ab Eccleſia in-

ſtitutum: quod igitur habet præceptum poſitiuum affirmatiuum à ſua inſtitutione habet naturale ex ſe apud omnes omni loco & tempore. Vnde Ariſtoteles 5. Ethicorum cap. 7. poſtquam dixit. *Iuſtum naturale eſſe, quod vbique vim habet eamdem, non quia videtur, vel non videtur* ſtatim ſubiunxit. *Quod natura conſtat immobile eſt & vim habet eamdem vbique*, conſtat igitur naturalem legem per ſe neque in totum, neque in partem aliquam ſubire poſſe ex ſe mutationem.

2. An verò ab humana poteſtate illa admittat per additionem, non dubitamus, quia propriè mutatio non eſt, quando ſupponitur integra lex naturalis & ſola, quæ ex ſe eſt immutabilis, & hanc conditionem non habet quando à poteſtate humana propter vtilitatem communem ſuperadditur, vt D. Thom. notauit 1. 2. quæſt. 94. artic. 5. & Vlpianus in l. 6. ius ciuile ff. de iuſt. & iur. ibi *Itaque cum aliquid addimus* difficultas eſt per detractionem, diſpenſationem, vel abrogationem, in qua affirmare videtur idem Vlpianus cum addit, vel *detrahimus* iuri communi, ideſt naturali, vt exponit Gloſſ. cui concordat altera Gloſſ. in cap. à nobis de decimis verb. exemptus, vtramque ſequuntur multi vtriuſque iuris Doctores aſſerentes naturale ius ab humana poteſtate poſſe limitari, ſeu reſtringi & aliquantulum mutari: ita Alex. conſil. 32. clariſſimè in fine num. 9. lib 7. & conſil 134. Animaduerſis num. 37. lib. 6. & de iure diuino idem aſſerit conſil. 1. numero 2. & conſil. 2. num. 7. lib. 2. Ancharan. conſil. 239. Parum dubitationis Felin. in cap. ne innitaris de conſtitut num. 7. Maranta in praxi in 3. par. num. 79. Abb. cap. quæ in Eccleſiarum numero 11. de conſtitut. & cap. final. de conſuetudine num. 3. Innocent. ibidem in princip. Albert. Belog. de lege iure & æquit. ca. 26. nu. 6. Stephan. de Federic. de interpret. iur. num. 72. Lancellotus Galliæ de ſtatutis, de non legando & verb ſolidos, quæſtio. 5. numero 62. Benedict. Barz de fil. non legit. nat. num. 23. Alberic. de ſtatutis par. 2. quæſt. 103. num. 7. Lanrus de Palatus de ſtatutis & num. 13. & ſpeciatim de limitatione, vel derogatione iuris naturalis per diſpenſationem. Eamdem ſententiam tuetur Panormitan. in cap. à nobis de decimis numero 4. Millis in repertor. litera D. numero 23. verb. diſpenſatio Felin. cap. final. num. 7. & 8. de conſtitut. Angelus verb. Papa num. 1. Nauar. conſil. 2. qui filij ſint legitimi num. 8. in 2. editione, aliàs conſil. 3. lib. 4. de ſponſal. Hier. Paul. in pract. Cancellar. tit. notabilia ſuper diſpenſat. matrimonii verſic. *Item poteſt diſpenſare*. Loazes de matrimon. Regis Angliæ Minchæ Borgas, Gratus, Beto & alij quos refert & ſequitur Sanches lib. 8 de matrimon. diſputat. 6. numero 5. ex Theologis idem defendit Canus in relect. de pœnit. par. 5. Henriq. libro 8. de Euchariſt. cap. 13.

3. Suadetur primo variis caſibus, in quibus à iure humano, tum Eccleſiaſtico, tum ciuili naturale ius videtur limitari. Nam naturali iure omnia ſunt communia, & tamen per ius humanum, quale eſſe diximus ius gentium diuiſio rerum, & diuerſa dominia ſunt introducta, vt patet ex cap. ius naturale diſt. 1. & ex cap. quo iure diſt. 8. Immò Clemens Primus Epiſtol. 5. relatus in cap. dilectiſſimis 12. quæſt. 1. diuiſionem rerum per iniquitatem introductam fuiſſe teſtatur, non quaſi ipſa introductio, iniqua fuerit, ſed quod peccati occaſione induceretur. Vt communis eſt interpretatio, ſecundus caſus ſumitur ex libertate, quæ cum ex iure naturali hominibus conueniat, humanis legibus aufertur, vt conſtat ex l. 4. manumiſſiones, ff. de iuſtit & iur. l. 4. libertas ff de ſtat. homin. liber. quibus conueniunt cap. de rectoribus 26. quæſt 1. cap. ad librandum, cap. ita quorumdam de Iudæis. Vnde in bello capti efficiuntur capientium ſerui. In quo iuri naturali ius gentium derogaſſe affirmat Bartol. in l. hoſtes ff. de captiuis Accurſius & idem Bartol. in citat. l. manumiſſiones, Angelus & Paulus aliique Doctores in l. ſi quod ff. de condict. indeb. quos refert & impugnat Couar. regula peccatum par. 2. §. 11. num. 2. 5. caſus eſt, quia ius naturale præcipit ne quis alium occidat, & tamen per humanas leges permittitur occiſio furis nocturni, & depopulatoris agrorum, aut ninetum aggreſſoris & ſimilium in l. 1. & C. quando liceat vnicuique ſine iudice C. item adulter in multis caſibus occidi permittitur, qui in diuerſis legibus notantur ff. & C. ad legem Iuliam. de adult. 45. caſus eſt, quia ius naturale præcipit alienum eſſe reddendum Domino. At Vſucapio, & præſcriptio ius illud limitauit; quod ſane argumentum in ſuæ ſententiæ confirmationem affert Gloſſa in l. manumiſſiones citatam.

2. Quantum ad diſpenſationem attinet alia ſuppetunt exempla, ex quibus ſimiliter deducitur poſſe humanam poteſtatem in naturali iure diſpenſare, & ex hac parte illud relaxare. In primis enim ſummus Pontifex diſpenſat in Epiſcoporum reſidentia, quæ eſt de iure diuino naturali, vt ſentit Trident. ſeſſio 23. de reformation. cap. 1. Deinde in matrimonii impedimentis iure naturali illud irritantibus. Refert enim Angelus ſupra citatus in matrimonio inter fratres fuiſſe diſpenſatum, & iuxta multorum ſententiam in matrimonio rato, vt diſſoluatur ex eiuſdem Pontificis diſpenſatione, cum tamen in vtroque caſu ius naturale relaxetur; denique in votis & iuramentis ſummus Pontifex diſpenſat, & tamen illorum obligatio de iure naturali cenſetur. Mitto alia exempla ſimilia, & quæ magis additionem, quam mutationem, aut relaxationem naturalis, ſeu diuini iuris oſtendunt. 4

3. hac ratione eadem ſententia ſtabilitur, & eſt fundamentum Sanch. & aliorum, quos retuli non modò in poteſtate Eccleſiaſtica, ſed etiam in ciuili, eſt facultas ius naturalis diſtinguendi, & authoritatiuè interpretandi, ergo etiam diſpenſandi, antecedens infrà probabitur, & communiter ab omnibus admittitur: conſequentiam oſtendo, quia nulla

maior eſt ratio cur hæc poteſtas denegetur principi ſupremo, cum æquè neceſſaria ſit ad regimen etiam puliticum, nedum ad Eccleſiaſticum, ad ſalutem animæ & ſupernaturalem beatitudioem ordinatum. Confirmatur s. quia alioqui non videretur ſatis prouiſum humano regimini præſertim Eccleſiaſtico, ſi Chriſtus Dominus Vicario ſuo in rebus ad ſalutem neceſſariis hanc non relinqueret poteſtatem, quando ad illum non patet acceſſus. Etenim perſonarum pericula, infirmitates, aliaque commoda poſtulant ſecundùm rationem naturalem, vt Devs quem loco ſuo ad regendam Eccleſiam eligit, ea poteſtate donaret, qua illi præſentaneo remedio ſubuenitet: hinc enim deducimus poteſtatem humanam in ſcelerum vindictam, mortis pœnam, & membrorum mutilationem imponere poſſe, & particulares perſonas horis ſuis priuare: quando ad commune reipublicæ bonum viſum fuerit expedite. Confirmatur 2. recta Eccleſiæ gubernatio poſtulat vt inferioribus prælatis commiſſa ſit facultas verè, & propriè diſpenſandi in legibus Puntificiis, in iis euentis, in quibus vrgens neceſſitas occurrit, & non poteſt commode Pontifex adiri, ne Eccleſia mediis neceſſariis ad illius regimen & ſtatus conſeruationem defraudetur 4. quia praxis idem confirmat, ſiquidem verbo diſpenſandi Pontifex vtitur in caſibus, qui de iure naturali ſunt, quod non vſurparet ſi tantummodò ius naturale declarando procederet.

5. Hæc tamen non obſtant, quominus veram omninu ſententiam exiſtimem, quæ aſſerit iuri naturali ab humana poteſtate nullatenos derogari, ſiue illud aliqua ratione coarctando, ſiue per diſpenſationem relaxando: hanc tenent ex Theologis præter citatos ad initium ſect. expreſſè D. Thom. 1. 2. quæſt. 100 artic. 8. ad 13. Almai. de poteſtate Eccleſ. cap. 13. concluſ. 1. Driedo lib. 2. de libertate Chriſtiana cap. 4. in fine, Suar. lib. 2. de legib cap. 14. numeto 5. & lib. 6. de voto cap. 9. Maior. in 4. diſtinct. 24. quæſt. 12. Cathetin lib. 6. contra Caietan. cap. 2. Sot. lib. 1. de inſtit. quæſt. 7. artic 3. Victoria in relect. 2. de poteſtate Papæ, Syluеſt. verb. Papa Auguſtin. Triumph. de poteſtat. Eccleſ. quæſt. 53. artic. 1. Abulen. ad caput 20. Exod. quæſtio. 35. verſus medium Turrecrem. in ſumm. cap. 54. & 57. de poteſtat. Eccleſ. lib. 2. cap. 107. ex iuriſtis Bartol. in l. omnes populi, ff. de iuſt.t. & iur. Bald. in §. ius autem inſtitut. de iure naturali, vt illos interpretatur & refert Conſtantius Bogetius de legis potentia num 2. Michaël Vleurunus de regimine mundi par. 1. quæſt. 4. num. 37. & 76. Claudius Cantiuncula de offic. Iudicis cap. 6. num. 78. & 79. Petrus And. Gamatus tracta. de extenſionibus teferens Bald. Angel & Imol. in l. filius à patte §. final. ff. de liber. & poſthum. Ioann. Bapt. Caccialup. de penſion. Eccleſ. quæſt. 19. num. 64. Petr. Rebuff. de decim. quæſt. 13. num 106. Marquardus de Suſannis de cælibatu ſacerdotis non abrogando. Ioannes Franciſcus Baldus de præſcriptionibus §. quinto num. 2. Gregorius Rhamnuſius de affinitat. num. 12. Iacobus nouellus de iure Prothomiſeos §. 6 num. 60 poſt Matth. de Afflict deciſ. 391. in princip. & Clem. paſtoral. §. penult. de re iudicat. Ludouic. à Paramo lib. 3. de origine & progreſſu ſanctæ inquiſit. & quæſt. 8. num 98. Albert. Bollonet. ſupra pro oppoſita ſententia citatus numero 3. Vnde num. 6. interpretandus eſt iuxta id, quod paulo ante dixerat ne dicamus illum intra paucas lineas ſibi fuiſſe contrarium. Lancellot. de poteſtat. Pontif. lib. 1. cap 1. §. 4. verſ. decimo numero 2. & ſequent. vbi multos refert Picardus lib. 2. inſtitut. tit. 2. de iure naturali & §. ſed naturalia. Nauar. lib. 4. de deſponſat. impuber. conſil. 4. num 16. & in cap. ita quorumdam de Iudæis in Gloſſ. penultim. num. 1. & 7. qui ſibi contrarius erit, niſi exponatur iuxta interpretationem ſtatim tradendam in 3. aduertendo, Couart. regula peccatum par. 2. §. 11. numero 3. & ſequent. in cap. quamuis pactum 2. par. §. 4. numero 6. & in epitom. 4. par 2. capite 6. §. 9. numero 3. Barboſa in rubrica ff. ſolut. matrimon. 2. par. n. 104. Denique & nu. plures & doctrinæ opinione maiores DD. in hanc veritatem conſpirarunt.

6. In illius probatione textus hoc loco prætereo, quoniam in notatione capitis primi diſtinct. 5. præcipuos retuli. Ad rationem venio 1. ſit, ius naturale de ſe eſt immutabile; ſed ad mutandum, quod ſuapte natura eſt immutabile, poteſtas humana extendi nequit: ergo legem naturalem immutare non valet. Confirmatur, quia ius naturale ſpectat ad naturales hominis proprietates. nam ex eo quod homo eſt rationalis, arcanum naſcitur rationis dictamen ex ſecunda intellectricis facultis pœnu naturalem legem repræſentans, quod inuertere humanæ potentiæ vires excedit. 2. totius iuris naturalis conditor eſt Deus, qui creaturas rationales hac lege conſignatas condidit; ſed quilibet princeps, tamquam inferior & ſubordinatus Deo legem ab eo latam limitare, vel relaxare non poteſt; ergo. 3. ius naturale eſt fundamentum iuris humani poſitiui, expedit enim vt lex rationi conueniat, vt in 3. diſputat. diximus ergo ius humanum illi nullo modo poteſt derogare, nam alioqui ſuum deſtrueret fundamentum & à vera ratione legis deficeret, cum neque honeſta, neque rationi conſentanea foret, quæ iuri naturali derogaret.

Ne tamen quis dicat has rationes non vrgere loquendo de diſpenſatione, quæ in caſu neceſſitatis fieri cenſeretur ex commiſſione Dei, 4. rationem ſubiicio. Deus ſaltem de potentia ordinaria in aliquo ex præceptis de iure naturali non diſpenſat, immo vt ſect. ſequenti oſtendimus propriè & formaliter loquendo præcepta legis naturalis ſunt abſolutè indiſpenſabilia, etiam per ordinem ad abſolutam Dei potentiam; quare ſi Deus aliquam mutationem efficere vult in materialitate actuum, quos lex naturalis præcipit, abſoluto dominio vtitur, quod ſane ve-

Digitized by Google

riſimile non eſt humanæ poteſtati, etiam Eccleſiaſticæ conceſſum iri: præſertim cum nulla adhoc neceſſitas vrgeat vt ex ſolutionibus argumentorum patebit. Nam quando caſus neceſſitas eſt talis vt ex illius circumſtantiis, rectè interpretetur Pontifex ius naturæ in eo caſu non obligare, diſpenſandi non indiget poteſtate; ſed ſufficit illud declarare particulari, vel vniuerſali deciſione: ſi vero non eſt ſufficiens, neque ita vrgens cauſa, ſed adhuc iuris naturalis vigor, & obligatio reſiſtit, quo modo abſoluta poteſtate Dei homo vtetur? quam ſibi conceſſam eſſe manifeſtè non videt, & contra manifeſtum ius naturale, inferior ſuperioris legem relaxet, dubiam ſibi diſpenſandi facultatem arrogabit, abſque vrgenti neceſſitate; cum ſatis ampla, & ſufficiens ad Eccleſiæ regimen ſit facultas ſummi Pontificis, per quam Chriſtus ſuæ ordinariæ poteſtatis vices Vicario ſuo conceſſit. Nam quæ à communi iure exorbitant, non ſunt ad conſequentia trahenda de regul. iur. in 6.

Soluuntur argumenta in oppoſitum adducta.

SECTIO III.

1. AD ſolutionem argumentorum & explicationem caſuum qui pro oppoſita ſententia afferuntur, tria aduertere oportet. 1. duobus modis eſſe aliquid de iure naturali 1. præceptiue & formaliter. 2. permiſſiuè ſeu fundamentaliter 1. modo ſe habent ea, quæ naturalis lex dictat, ſeu præcipit, vt fiant, aut prohibet, ne fiant, ad morum honeſtatem neceſſaria: in 2. numerantur ea, quæ ius quidem naturale permittit, ſed non iubet, vt in eo ſtatu neceſſariò permaneant, talis eſt libertas, quam ex permiſſiua lege naturali homo ſortitur; ſed ab illa amiſſio eiuſdem libertatis in aliquo euentu non impeditur. Item quod omnia ſint communia, permittit naturale ius ſed non prohibet rerum diuiſionem, neque acquiſita dominia irritat. Denique quod liberi parentibus ab inteſtato ſuccedant, in naturali iure fundatur, quia in illis parentes ſupereſſe videntur, & illorum loco à natura ſubſtituuntur, non tamen præcipitur id ab eodem iure: ſimilia ſunt multa, quę ex poſitiuo iure in lege naturali fundata in legem tranſeunt præceptiuam. Nos igitur quando negamus ius naturale limitari, ſeu relaxari poſſe à poteſtate humana de iure formaliter & propriè ſumpto loquimur, quale eſt præceptiuum, vt ſupra declarauimus, probantes legis materiam neceſſario eſſe præceptum: non verò intelligimus ius naturale permiſſiuum, ſeu fundamentale.

2. 2. Notandum eſt præcepta naturalia eſſe in duplici differentia priora verſantur circa conuentiones, pacta, ſeu obligationes per humanæ voluntatis conſenſum introductas, vt ius de ſeruandis promiſſionibus Deo vel homini ſimpliciter ſeu cum iuramento factis, poſteriora ſunt omnino independentia ab A hominum voluntate, quia de ſe immediatè obligant ante quemlibet humanæ voluntatis conſenſum, qualia ſunt inter affirmatiua ius religionis erga Devm, obſeruantiæ, & obedientiæ erga ſuperiores ac dominos: pietatis erga parentes, miſericordiæ erga proximum; inter negatiua non periurandi, non occidendi, non infamandi, non adulterandi, &c. Et quamuis in vtroque præceptorum genere ſecundum formalitatem iuris eadem neceſſitas & conſequenter inuariabilitas interueniat, attamen ex parte materiæ in prioribus maior quædam viſitur mutabilitas, quia ſupponunt humani arbitrij conſenſum, qui ſæpe indiget correctione & ſine hac indigentia conſenſus B humanus in ſe ſolum conſideratus mutabilis eſt, qui cum aliquando obligationem iuris naturalis inducat, neceſſariò ex hac parte, non tantam habet hoc ius firmitatem. Hinc eſt quod in illis prioribus præceptis, quæ ex humana dependet voluntate, poteſtas humana diſpenſare poterit, non auferendo legis naturalis obligationem, neque directè in iure naturali formaliter diſpenſando, ſed mediante aliqua remiſſione quæ ex parte materiæ fit. Etenim materiam hanc mutari non eſt contra legem naturalem, quia pendet ex voluntate; ideoque non excedit poteſtatem humanæ iuriſdictionis à qua voluntas ſubditi dependet. Facta verò in materia mutatione, nihil mirum ſi lex naturalis ceſſet: immò etiam homo priuatus hanc in materia remiſ- C ſionem, ſeu mutationem facere poteſt: quando promiſſionem iuramento firmatam remittit: hac ratione intelligenda eſt diſpenſatio, quæ fit in votis, & iuramentis, quæ non eſt diſpenſatio iuris naturalis in rigore, ſed diſpenſatio in voto ſeu iuramento facta per ſuperioris remiſſionem. Et merito illam diſpenſationem facti, non iuris appellat Bulogn. citat. numero 4. & ius in facto poſitum eſſe dixit ex Alpherto in l. ſi ex plagis, § in Diuo Capitolino ff. ad l. Aquil. verbi gratia, iubet natura fidem ſeruari, ſed non cum illi promiſimus, qui male poſtea de republica meritus eſt, vt ſentit Tiphon. in l. bona fides, ff. depoſiti.

3. Aduertendum eſt, per ius humanum talem fieri poſſe in materia legis naturalis mutationem, vt ipſius legis obligatio omnino ceſſet. Vnde prouenit, vt ratione huius mutationis factæ non in iure naturali for- D maliter ſumpto, ſed in materia ſuprà quam cadit, nonnulli iuriſperiti aſſeruerint humanum ius poſſe naturali iuri detrahere, illudque limitare. In quo ſane quamuis in re bene ſentiant, minus proprio ſaltem loquendi modo vtuntur. Nam hic mutationis modus, qui fit ex parte materiæ non tollit immutabilitatem naturalis iuris, quod cum eadem materia in eiſdem circumſtantijs particularibus accipi debet, vt illius immutabilis neceſſitas agnoſcatur. Optimum exemplum 3. hac de re habet Auguſtin. in pſal. 72. concio 2. Medicus enim alia præcepta dat ſanis ne in ægritudinem incidant, alia ægrotis vt ſanitatem recuperent. Et tamen non ideo artis præcepta in ſe mutabilia dicuntur, quia

homn nunc his, nunc illis indiget pro vnica ſui ſtatus mutatione. Eadem ratione dicimus quia aliquando conueniens & neceſſarium eſt publico regimini tum Eccleſiaſtico, tum ſæculari, pro diuerſo rerum ſtatu leges diuerſas decerni, & in materia iuris naturalis aliquam facere mutationem, non idcirco præcepta iotis natutalis in ſe formalitet ſompta murantur, vnumquodque enim in ſuis particularibus circumſtantijs ſumptum eodem modo immutabilem obligationem inducit: vt exemplis, caſibuſque adductis videre licet.

4. Nam in primo argumento in oppoſitum quatuor afferuntur caſus io quibus ius natutale ab humano videretur limitari. Ad 1. reſpondet Scot. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. art. 1. Gabr. ibid q. 2. in princ. ante peccatum homines præceptum habuiſſe vt omnia eſſent communia; & in banc partem inclinat Mol. de iuſt. & iut. tom. 1. tract. 2. diſput. 20. concluſ. 1. quatenus aſſerit in ſtatu innocentiæ ita conueniens fuiſſe omnia dari communia, ſicut poſt lapſum conueniens fuit, fieri rerum diuiſionem, & ad 1. in fine diſputat. ait ante factam diuiſionem ita erat præcepta commonitas rerum, vt nemini illatum vſus iuſtè poſſet impediri: licitam verò fuiſſe rerum diuiſionem, quia mutato rerum ſtatu, tamquam neceſſaria præcepti circumſtantia in bumana poteſtate fuit facere rerum diuiſionem: immo adhoe tenebatur communitas hominum pro eo tempore exiſtentium vt in eadem diſput. docet idem Molin. aptiur & communior eſt reſponſio, quam tradit Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 66 artic. 2. ad 1. & 1. 2. quæſt. 94. artic. 5. ad 3. Conrad. de contract. quæſt. 10. Couarr. regula peccatum 2. patt. § 11. num. 3. Nauarr. in cap. quorumdam de Iudæis notab. 11. Gloſſ. penult. Suar. vbi ſupta nom. 14. Ledeſma 1. 4. quæſtio 18. artic 1. dub. 5 concluſio 11. Salas citato loco num. 35. citans Valent. & Azor. numquam fuiſſe de iure naturali præceptiuo, vt
5. eſſent communes, ſed permiſſiuæ, ſeu negatiuæ id eſt non præcipiebat naturalis lex neque vetabat rerum communitatem: vnde rectè introduci potuit à iure humano rerum diuiſio, quin legi naturali obſiſteret. Ad 2. eadem adhibenda eſt reſponſio ſuo modo quicquid Fortunius Garcia in l. manumiſſiones numero 8 oppoſitum ſentiat. contra quem, & pro noſtra ſententia ſtat Picard. vbi ſupra Michael Vlcurrunus de regimine mundi par. 3. quæſt. 3. num. 20. vbi diſtinguunt illos duos modos, quibus aliquid dici poteſt de iure naturali, nempe permiſſiuè, ſeu negatiue (quod idem eſt) & præceptiuè ſeu poſitiue, quamuis enim hos terminos non habent, ita ſe declarant, vt hæc duo ſe manifeſtare palam faciant, idemque ſentiunt alij recentiores pro noſtra ſententia citati, hoc modo interpretaotes l. citatam manumiſſiones, & aliàs, in quibus libertas dicitur de iure naturali nimitum permiſſiue ſeu negatiue, non præceptiue Nam abſtrahendo ab hoc vel illo ſtatu, recta ratio non præcipit homini libertatem omnino immutabilem A conſeruari, ita vt non omittatur, ſeu auferatur incertis caſibus, in humano iure. Exemplum affert Michaël citatus; nam Deus hominem nodum creauit in ſtatu innocentiæ, quia veſtitu non indigebat; attamen poſtquam peccauit Deus, ei tunicam fecit pelliceam, qua illius operuit nuditatem; in quo contrà naturam non fecit, quia natura non præcepit vt nudus ſemper incederet, nec prohibuit veſtimentis poſſe contegi rebellantis naturæ procacitatem. Eodem modo ſeruitus in ſtatu innocentiæ vſui non erat; in eo enim nulla ſeruituris occaſio occurrere poterat, poſtquam verò primi parentes ſe ſuo appetitui magis, quam Deo ſub-B iecere, potuit ſeruitus humano iure introduci, Quod ſi Scot. & alii Authores citati in primo caſu de libertate dicerent, quod de rerum communitate docuerunt, rectè quidem ſentirent, quoniam libertas ſuppoſito innocentiæ ſtatu, omnibus ita conueniret, vt naturali lege ſeruitutem excluderet, quod non conuenit communi rerum participationi; de qua Scot legem fuiſſe præceptiuam affirmauit, aliique eiuſdem ſectatores, quorum opinio idcirco nobis diſplicuit, quia nullam video neceſſariam connexionem talis præcepti cum ſtatu innocentiæ: cur enim in eo ſtatu non poſſent homines aliqua mobilia ſibi vſurpare, & inter ſe diuidere, vt notauit Almainus in 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. artic. 1 numquam tamen poſſent alios in ſeruitutem redigere.

Opponeſ ex hac doctrina ſequi, conſiderata natura abſolutè ſumpta non magis natu-C ralem eſſe libertatem, quam ſeruitutem, nec magis naturalem eſſe rerum communitatem quam diuiſionem Nam vtraque nempe libertas, & ſeruitus, item rerum communitas, ac diuiſio eſſent de iure naturæ permiſſiue, ſeu negatiuè, nulla verò præceptiue: conſequens autem eſſe falſum oſtenditur, quia ſtante iure naturæ potuiſſet vnus homo alterum in ſeruitutem redigere, quin ius naturæ violaret: ſi quidem illa non præciperet immutabilem libertatem conſeruari, immo permitteret quemlibet vſurpare quaſcumque res communes in ſuum vſum, immo & iuriſdictionem in alios etiam per vim, abſque alio D titulo, quam quod in primi & potentioris occupantis dominium caderent. Reſpondetur, ſi ſermo ſit de iute præceptiuo, ne- 6.
que libertatem, neque ſeruitutem in eo includi abſolutè, & ſimpliciter loquendo; At ſi de iure dominatiuo, quod magis eſt materia & obiectum iuris, ſeu legis naturalis, quam ius ipſum formaliter; libertas eſt de iure naturali dominatiuo poſitiue, non verò ſeruitus. Vnde l. 4. libertas §. 1. de ſtat. homin & definitur. *Seruitus & conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contrà naturam ſubijcitur.* Ideo enim dicitur contra naturam: quia contraria eſt iuri dominatiuo naturali, quod hominibus natura conceſſit; non quia ſit contra præceptiuum ius naturæ, libertatem in aliquo caſu amittere; ſed illam alicui ſine cauſa eripere, quia homo à natura habet

ſuæ

ſuæ libertatis dominium, quo ſine cauſa priuari nequit: ſimiliter ante rerum diuiſionem res omnes in vniuerſalem hominum vſum ſunt creatæ: vnde omnes homines dominatiuum ius habent ad illarum rerum vſum, qui ante rerum diuiſionem nulli poteſt prohiberi ſine iuſta cauſa, ſicut poſtquam facta eſt rerum diuiſio & dominia diuerſa diuerſis ſunt applicata perſonis, ex iure naturali prohibetur rei alienæ indebita acceptio; qua de re vide latius Couarr. lib. 3. variar. cap. 6. Pinell. in rubric. Cod. de reſcind. rerum vendit. part. 1. cap. 1. num. 24. & ſequentibus, alioſque legiſtas in rubricas, ff. de rer. diuiſione, & de ſtatu hominum liberorum, item Suar. libro ſecundo de legibus cap. 14. numero 16. & ſequentibus. Salas diſputatio. 5. ſect. 7. numero 35. plures referens inter quos eſt Auguſtin. 19. de Ciuitat. cap. 15 vbi ait conditio ſeruitutis iure intelligitur impoſita peccatori: oomen itaque iſtud, culpa meruit, non natura.

7. Ad tertium caſum, in primis certum eſt non eſſe præceptum naturale non occidendi in quouis caſu; ſed id intelligendum eſſe, quando particulares circumſtantiæ occiſionis actum non cohoneſtauerint: nam ſi præceptum in illa amplitudine accipiatur, errorem continebit in fide, in quem lapſi ſunt Valdenſes & Nicolaus quidam Galechus natiooe Boëmus aſſerentes, neque etiam iudicibus, ſeu principibus licere malefactores capite damnare, cum oppoſitum ex multis ſacræ paginæ locis manifeſtè conſtet ſpeciatim 22. Exod. *Maleficos non patieris viuere*: ſemper igitur limitanda eſt generalitas præcepti ad caſus, in quibus eadem naturalis lex, vel particularis reuelatio DEI contrarium non dictauerit, vt docet Auguſtin. lib 1. de Ciuitat. Dei cap. 21. Et probatur ex cap. non ſolum, & cap. non eſt. 23. quæſtio. 5. & cap. 1. de homicid. Vnde Molin. tom. 4. tract. 3. de iuſtit commutatiua numero 1. periculoſam in fide iudicauit ſententiam Scot. in quarto diſtinct. 15. quæſtio. 3. artic. ſecundo aſſerentis, neque reipublicæ publica authoritate fas eſſe nocentes occidere, niſi in caſu, quo ex ſcripturis conſtiterit DEVM in quinto Decalogi præcepto diſpenſaſſe: eadem enim ſcriptura poteſtati ſæculari ſine caſuum expreſſione ſingulari malefactores occidendi facit facultatem, loco Exod. citato & 13. ad Rom. etiam de Ethnicorum Magiſtratu Paulus ait. *DEI miniſter eſt tibi in bonum; ſi autem malum feceris time: non enim ſine cauſa gladium portat*; quæ loca & ſimilia declarationem iuris naturalis potius continent, quam diſpenſationem. Quamobrem mihi diſplicet ille Nauarr. diſcurſus in cap. nouit. de iudic. notabil. 3. numero 112. In quo ſupponit occidendi poteſtatem in republica prouenire, ex facultate diſpenſandi in quinto præcepto à Deo ipſi conceſſa; cum tamen hic nulla propria diſpenſatio interueniat: ſed materiæ & circumſtantiarum mutatio, in quibus lex naturalis non occidendi non procedit.

8. Cum igitur leges in noſtro tertio caſu citatæ non ſolum de publica authoritate procedant, ex cuius mandato, ſeu permiſſione occiſio decernitur, ſed etiam de priuata, videndum eſt quando licita ſit. Et quia in hac difficultate lentius immorari huius loci non eſt, de illa videri poteſt Molin. citatus diſput. 7. & 25. Nauarr. de reſtit. cap. 3. dubitatione 5. numero 188. & ſequent. & dub. 8. numero 216. Leſſius lib. ſecundo cap. 9. dub. 3. & 5. cum quibus reſoluo, quando per leges malefactores banniti, & diffidati iubentur occidi poſt latam ſententiam, item ante latam, quando in futurum ipſis viuentibus reſpublica periclitatur licitè à quolibet ſæculari poſſunt interfici, quia non priuata, ſed publica tunc authoritate occiduntur; quare illæ leges, quæ populatorem agrorum, itinerum aggreſſorem, vel militiæ reſiſtentem deſertorem, occidendi facultatem concedunt, vel publicam authoritatem particularibus tribuunt propter imminens reipublicæ periculum, vel naturale ius declarant, quo ob priuatam defenſionem in eo caſu occiſionis prohibitione ceſſante, ſui ſuarumque rerum defenſores iuuantur: primam expoſitionem tenent Bartol. Bald. & Legiſtæ communiùs exiſtimantes illos malefactores ob communem vtilitatem publica authoritate occidi.

9. Sed quid de occiſore adulteri, quem ille cum vxore, vel filia in flagranti delicto repertum interemit? leges enim in noſtro hoc caſu citatæ videntur concedere ius & authoritatem publicam occidenti præſertim l. 20. ad l. Iuliam de Adulter. l. 21. §. 2. & 23. Cod. eodem tit. in quibus expreſſe dicitur dari ius patri, illique competere poteſtatem occidendi adulterum, quem cum filia inuenit. Et hanc ſententiam defendit Iul. Clar. lib. 5. ſenteut. § homicidium numero 48. Caſtillo leg. 82. Tauri. numero 6. in fin. Anton. Gomeſ. numero 52 in fin. Menchaca in controuerſ. vſu frequent. lib. 1. cap. 9. numero 2. & in controuerſ. illuſt. lib. 1. cap. 49. numero 4. Azeuedo lib. 4. tit 10. lib. 1. numero 21. lib. 8. titul. 20. leg. 1. in fin. ex Theologis videtur hoc iudicare probabile Ema. Sà. in ſumm. verb. homicid. numero 15 quatenus dicit oppoſitum melius eſſe; quibus fauent ordinationes Luſitanæ lib. 5. tit. 6. in princip. vbi habetur *Licitamente podera mataraſſi à ella como à quelle què acharcon ella e modito adulterio*. Oppoſita tamen ſententia eſt omnino vera, ſi ante latam ſententiam occiſus fuerit adulter. ita Diu. Auguſtin. lib. 2. de adulterinis coniug. cap. 15. relatus in cap. ſi quod verius 33. quæſtio. 2. vbi *non licet homini Chriſtiano adulteram coniugem occidere, &c.* Et idem ſcribit Nicolaus Archiepiſcopus Allini, vt habetur in cap. inter hæc eadem quæſt. eſtque receptiſſima D. Th. & reliquorum TT. ſententia, quæ referunt, ac ſequuntur Molin. ſupra citatus diſp. 7. num. 2. Nauarr. dubitatione illa. 8. num. 221. Leſſius dubitatione 5. num. 46. & multo plures allegat Sanchez lib. 10. de matrim. diſp. 8. n. 39. Dixi ante latam ſententiam, quia maritus per ſen-

rentiam iudicis ſibi traditos adulteros ad occidendum ſi velit, nullius culpæ reus erit, ſi non ex odio, & vindicta, ſed ex zelo iuſtitiæ dedat eos internecioni: vt idem Sanchez cum multis numero 4'. & alii citati tenuerunt. Neque ante hanc ſententiam leges ciuiles aliud ius, quam impunitatis concedunt occidenti: vnde verbum illud *Licitamente* in ordinat. Luſitani non in conſcientiæ foro. ſed in iudiciali idem ſignificat ac impune.

Quarto caſus ſolùm probat iuſtis de cauſis poſſe leges humanas mutare, & trans- 10. ferre dominiorum iura, & hac mutatione facta ratione materiæ ius naturale mutati, nihil intereſt; quia ſi illud prius ius ceſſat non ratione ſui, quod immutabile eſt in iiſdem circumſtantiis, ſed ratione materiæ quam à poteſtate humana mutari poſſe ex tertio adoertendo palam eſt, qua verò naturali ratione vſucapionis leges fundentur aliò ſpectat.

In ſecundo argumento tria alia proponuntur exempla, quæ in iure naturali diſ- 11. penſationem admittendam ſuadebant, nullum tamen rem conuincit. Non primum, quia etiam poſito qood Epiſcopi reſidentia ſit de iure naturali, de quo nunc non diſputo, negat Soto, & alii ſupra citati illam non eſſe veram diſpenſationem qua relaxetur iuris naturalis obligatio directè, & per ſe: ſed eſſe tantùm interpretationem, quod in tali caſu oaturalis lex non obliget: nam cum præceptum reſidentiæ ſit poſitiuum, quod plerumque non obligat pro ſemper, noo repugnat diuerſos caſus occurrere, in quibus illud præceptum noo vrgeat: in quibus caſibus, quando dubium interuenit, ſummus Pontifex authoritatem ſuam interponit naturalis, ſeu diuini iuris dubia decidendo, & iuridicè interpretaodo, quando obligatio illius ceſſat, & hoc tantum diſpenſationis vocabulum in facultate Epiſcopo conceſſa deſignat. Si tamen diſpenſationis propriam ſignificationem in his facultatibus retinere velis, præſertim, quando cauſa ad diſpenſandum ſufficiens, ad interpretandum exemptionem illius caſus non ſufficiat, dices cum Suar. nomero 22. non diſpenſari in iure naturali præceptiuo directè, ſed mutari materiam, quando pendet ex humana voluntate, qua mutatione, facta, ceſſat natorale ius. Quod ita declaratur: nam obligatio naturalis reſidendi io Epiſcopo, reſultat ex pacto & vioculo inter Epiſcopum & Eccleſiam. At hoc vinculum volontate humana contrahitur, ideoque interuentu poteſtatis humanæ mutari, ſeu relaxari poteſt: & hoc modo fit per ſummum Pontificem relaxatio reſidentiæ; ſicut fieri poteſt tranſlatio, depoſitio, & ceſſio eiuſdem Epiſcopi iuxta cap. inter corporalia & cap. licet, in tantum de tranſlat. Epiſcop. & confirmatur, quia ſpeciale vinculum Epiſcopi cum ſua Eccleſia, ſubordinator ſupremo paſtori habenti excellentiorem poteſtatem, & immediatam curam omnium Eccleſiarum, qui quando in reſidentia diſpenſat, alio modo prouidet illi Eccleſiæ, & ſupra ſe ſuſcipit curam eo tempore alio modo Eccleſiæ prouidendi: & ſic ſoluitur obligatiu naturalis Epiſcopi, qui ea conditione tacita pactum iniit, & vinculum contraxit, nempe quandiu Chriſti Vicarius illum hac obligatione indirectè non liberaret, facta in materia obligationis naturalis mutatione.

Neque ſecundum exemplum de diſpenſatione in matrimonii impedimentis traditam doctrinam conuellit: aut enim impe- 12. dimentum eſt iure naturæ irritans cuiuſmodi cenſetur vinculum matrimonii rati, & conſummati, vtroque coniuge ſuperſtite, & conſanguinitas in primo grado, verbi gratia, inter fratres, & inter parentes, & filios, & in hoc caſu non poſſe diſpenſari à Pontifice, idem Sanchez lib. 8. de matrimon. diſputat. 6. numero 10. & ſequentibus, cum multis reſoluit, & numero 12. ait cum Soto in 4. diſt. 4. quæſtione vnica artic. 5. hæc eſſe conuertibilia, hoc impedimentum dirimit iure diuino naturali, ergo non poteſt in eo Pontifex diſpenſare: dirimit ſolo iure Pontificio, ergo poteſt; ſi verò aliquaodo Martinus Quintus in primo grada conſanguinitatis diſpenſauit, vt dixit Angelus, id fecit illorum opiniunem ſequutus qui hoc impedimentum de iure naturali eſſe negarunt. Quando verò impedimentum matrimonii non eſt, ita vniuerſim de iure naturali; vt in aliquibus caſibus & circumſtantiis auferri non poſſit, publica authoritate ob aliquod bonum maius naturali rationi conſentaneum, tunc à ſummo Pontifice diſpenſari non repugnat: huiuſmodi eſt impedimentum & indiſſolubilitas matrimonii rati, in quo diſpenſari poſſe idem Sanchez docuit libro ſecundo, diſputation. 14. numero ſecundo, & Suar. libro ſecundo de lege, cap. 14. numero 20. Non quia diſpenſet io iure oaturali præceptiuo, ſed quia ratione contractus ſubſtrati in aliquibus circumſtantiis publica authoritate ſolubilis à ſummo Pontifice vinculum inter coniuges contractum relaxator, ex quo naturalis obligatio in vtroque reſultabat, ne ſuo quiſque, vel vterque arbitrio ſepararetur.

Multo minus vrget tertium exemplum de diſpenſatione in voto, vel iurameoto, aperte enim vtriuſque materia ex humano con- 13. ſenſu dependet, quare in illorum diſpenſatione oon relaxatur præceptum naturale adimplendi votum, ſed tollitur, ſeu terminatur debitum ex voto, ſeu iuramento ortum, ſupra quod cadebat naturalis obligatio præcepti, quod ceſſante materia nil mirum, ſi ipſum quoque deſinat: nam ſine materia præceptum ſubſiſtere nequit. Vode optimè aduertunt Vaſquez 1. 2. diſp. 189. cap. 3. num. 29. & Suar. tom. 2. de religione tractatu de voto lib. 6. cap. 9. num. 13. cum Diu. Thom. Michael. Medin. Victoria, Soto Gouarr. & aliis ſummum Pootificem ooo diſpenſare in lege ſeruandi votum, ſed, iuſta de cauſa votum auferre, quia erat debitum humana voluntate contractum, quę voluotas ſuperioris poteſtati ſubiicitur. Inſtabis quando pactum duarum voluntatum interuē-

Digitized by Google

tu initur, vt poſteà diſſoluatur, oportet vt vel vtraque voluntas conſentiat, vel ſalrem illa, cui facta eſt obligatio, debitum remittat, cùm ergo hæc ſit voluntas diuina quę votum acceptauit, ab illa debet fieri relaxatio voti. Vnde ergo conſtare poterit voluntatem diuinam remittere votum ad arbitrium poteſtatis humanæ: cum lex naturalis dictet, vt votum immutabile permaneat, quamdiu à diuina voluntate non remititur. Reſpondeo ſummum Pontificem diſpenſatorem eſſe iurium & debitorum, quæ ad DEVM pertinent, ſicut à Paulo 1. Corint. 4. diſpenſator dicitur myſteriorum DEI; quando enim Chriſtus Dominus ſuo Vicario poteſtatem dereliquit, vt peccata remitteret, per quæ læditur ius diuinum, item vt indulgentias ex ipſius theſauro diſpenſaret, tunc etiam in debitis, quæ ex hominum promiſſionibus orirentur, diſpenſandi fecit facultatem, antequam diſpenſationem lex naturalis in voti obligatione immutabilitatem exigit, illà tamen adhibita per ſubtractionem materiæ vlterius non ſubſiſtit.

Ad tertium concedo humanam poteſtatem
14. poſſe interpretari ius naturale, nego tamen in eodem diſpenſationem propriè ſumptam per ſe, ſeu directè concedere. Nam facultas interpretandi iuris naturalis immutabilitatem non tollit in totum, vel in partem: at diſpenſandi poteſtas legis naturalis immutabilitati contrariatur, quoniam illius obligationem directè in particularibus euentis relaxat, illa eſt neceſſaria ad regimen politicum & Eccleſiaſticum; hæc non modo non eſt neceſſaria, ſed impoſſibilis. Nam ſi actus prohibetur naturali ratione, vt odium Dei, & mendacium, eſt quia intrinſecè malum eſt, atque adeo diſpenſationem non patitur, ſi actus præcipitur ex eadem lege naturali, vel vrgens neceſſitas obſtat, & in eo euentu non obligat, atque adeo neceſſaria non eſt diſpenſatio, ſed declaratio interuenientis dubii; vel non eſt neceſſitas ſufficiens, quæ ab exequutione præcepti excuſet; & tunc illius omiſſio eſt intrinſecè mala, atque adeò diſpenſationis omnino incapax. Ad primam confirmationem dico ſatis prouiſum eſſe Eccleſiaſtico regimini conceſſa diſpenſandi facultate in iis, quæ ab humana voluntate dependent, quæ quia mutabilis eſt, & carnis infirmitate grauatur, humanæ poteſtatis diſpenſantis ſubſidio indiget; ſicut etiam indiget pœnarum terriculamento; vt illo iuuetur, hoc autem in officio contineatur: Ad ſecundam reſpondeo non poſſe diſpenſare prælatum inferiorem nempe Epiſcopum in legibus ſuperioris, verbi gratia: Summi Pontificis, vel Concilii Generalis, ſeu prouincialis niſi in caſibus per expreſſam, vel interpretatiuam ſuperioris voluntatem ſibi conceſſis, vt infra diſputat. 6. dicemus; At in iure naturali ab humana poteſtate fieri poſſe diſpenſationem propriè ſumptam, neque expreſſa, neque interpretatiua DEI voluntas nobis innoteſcit, immò oppoſitum ex ſequentis dubii reſolutione colligetur.

II.

Vtrum Deus ſaltem de abſoluta poteſtate in iure naturali diſpenſare queat.

SECTIO IV.

VT abſit verborum æquivocatio, diſpenſationem accipimus in proprio, ac germano ſignificatu; quatenus ab ſpeculatore lib. 1. de diſpenſatione in principio definitur, prouida iuris communis relaxatio, vtilitate, ſeu neceſſitate penſata: quæ definitio 1. colligitur ex cap. requiritis, 5. niſi rigor, & cap. neceſſaria 1. quæſt. 7. Et hanc eſſe propriiſſimam diſpenſationis acceptionem oſtendit Vaſquez 1. 2. diſputat. 178. cap. 2. num. 12. quamuis aliquando pro iuris declaratione vſurpetur, vt patet ex cap. Quinta vallis de iureiur. & ex Scot. in 3. diſtinct. 37. quæſtio. vnica, Gabriel. ibidem artic. primo notab. tertio Bonauentur. in 4. diſtinct. 38. quæſt. vltima. Deinde ius naturale de quo hæc controuerſia inter Theologos agitatur, illud eſt, quod in Decalogi præceptis continetur, & quod ex illis manifeſtè, & euidenter deducitur. In hac igitur difficultate quinque inueni opiniones, quæ mihi diſplicent, quamuis in diuerſo gradu. Prima vniuerſim affirmat in omni præcepto naturali DEVM cum quolibet poſſe diſpenſare, immò & præcipere poſſe contraria his præceptis, etiamſi ſit odium ipſius DEI: quo ſuppoſito laudabile, inquit, erit DEVM odio proſequi ita Ocham. in 2. quæſt. 19. ad tertium & quartum dubium. Gerſon de vita ſpirituali lect. 1. corollar. 10. in Alphabet. 61. lit. E & F. Petrus de Aliaco in prima quæſtione 14. artic. 3. Andreas de Caſtro nouo in 1. diſt. 48. quæſt. 1. artic. 1. Eamdem tanquam probabilem defendit Almai. 3. moral. cap. 15. & Anton. Cordubenſis lib. tertio, quæſt 10. eamdem ſententiam ſaltem ex parte ſuſcitare voluerunt recentiores Theologi qui à ſanctæ Inquiſitionis Valle-toletanæ Tribunali puniti ſunt, vt refert Salas 1. 2. tract. 14. diſp. 5. ſect. 9. num. 45.

Illius opinionis fundamentum eſt quia hi AA. exiſtimant actum peccaminoſum ex eo malitiam contrahere, quia à Deo prohibitus eſt, inde colligunt DEVM ex eo non poſſe mutare aliquid ex lege naturali in Decalogo contentum, quia aliàs mutaret ſuæ voluntatis decretum: ſi enim ab æterno eamdem legem, vel in totum, vel in partem non decerneret, naturali legi nullum, vel aliquod non obſtaret peccatum nempe illud quod DEVS, non decerneret; vel ſi aliquem ab ea lege eximeret cum illo diſpenſaret, ſibi facere credunt. D. Th quippe qui 1. 2. qu. 100 art. 8. ad 1. dixit nõ poſſe DEVM, in lege Decalogi diſpenſare: quia fidelis eſt, & ſeipſum negare non poteſt; quaſi dicat rationem, cur nequeat diſpenſare, eſſe ſui decreti immutabilitatem, & verbi ſui fidelitatem. Confirmatur, quia lex naturæ eſt lex diuina: ſed omnis legiſlator

eſt ſupra ſuam legem illamque abrogare in totum, vel ex parte relaxare non repugnat, Ergo, &c.

2. Hæc ſententia non ſolum eſt falſa & abſurda ex mente Suar. de legib. lib. 2. cap. 15. numero 4 ſed meritò à Pariſienſibus damnata eſt: in illo articulo quem refert Sot. 2. de iuſtit. quæſt. 3. artic. 8. *Dicere per odium DEI poſſe quempiam mereri, &c.* Etenim ex illa ſententia facile deducuntur conſequentiæ, quæ in fide errores continent manifeſtos. Probatur primò, ſicut in ſcientiis ſpeculatiuis dantur connexiones neceſſariæ, & immutabiliter veræ, quia per nullam DEI potentiam variari poſſunt, ita etiam in practicis ſunt connexiones neceſſariæ, & immutabilis veritatis; & huiuſmodi ſunt in quibus affirmantur de obiecto rectæ rationi diſſono hæc prædicata, turpe, malum & illicitum, & de obiecto rectæ rationi conſentaneo, honeſtum, bonum & licitum; actus enim liberi, qui ex obiecto habent intrinſecam bonitatem, niſi ex mala circunſtantia vitientur, bonitatem non exuunt, qui non intrinſecè ſunt mali, nulla circunſtantia, cohoneſtari queunt, quia malum ex quocumque defectu, bonum non niſi ex integra cauſa conſurgit; hæc verò dictamina practica, quæ ſecundùm rectæ rationis regulam oſtendunt malitiam, ſeu bonitatem obiectiuam, in Deo, pertinent ad ſcientiam neceſſariam, & antecedunt omnem actum DEI liberum noſtro intelligendi modo, ergo non dependent à libera determinatione voluntatis diuinæ iubentis, ſeu prohibentis. Secundo, ideò S. Thom. proximè citatus dixit DEVM ſi in lege naturali diſpenſaret, ſe ipſum negaturum, & contra ſuam Iuſtitiam facturum, quia cum dictamina iuſtitiæ, & honeſtatis, quæ ex DEO ſunt rectæ rationi & practicæ veritati conformia, neceſſariò eſſe debeant, contra hanc practicam veritatem faceret, ſi alicui contra legem naturalem agere iuberet, vel aliquem ab illius obſeruatione eximeret: verbi gratia, vt non peccaret, ſi Deum odiſſet, quare eſſet iniuſtus DEVS, qui indicaret obiectum ſummo amore dignum libero odio proſequi poſſe ſine culpa. Tertio, quia ſequeretur ante latam legem Decalogi neminem contra legem naturalem peccaſſe, immo etiam nunc non peccare, qui huius legis huc uſque notitiam non habuere; qui error eſt in fide certiſſimus. Illatio probatur quia iuxta hanc opinionem non ex honeſtate, ſeu malitia obiectiua actus boni vel mali ſunt, ſed quia imperantur, & vetantur: At antequam de hac prohibitione, vel imperio DEI conſtaret, nemo ad diuinæ legis obſeruationem teneretur. Vnde enim iudicare homines poſſent, vt hoc potius Deus, quam illud prohiberet, vel iuberet? ſi enim per impreſſa à Deo dictamina, & particulares reuelationes omnes homines dirigerentur, ſanè enim diuerſimodè de his veritatibus practicis diuerſæ gentium nationes ſentirent, ſed eodem modo ab illis iudicarent. Quarto, ſicut DEVS præcipere poſſet, vt aliquis eum odio haberet, & vt mentiretur, ita ſe ipſum odiſſe, & mentiri poſſet ipſe DEVS, quia à nemine prohiberetur ne faciat. In quo tamen, vt rectè ait Diu. Thom. contra ſuam fidelitatem & iuſtitiam faceret, & ſeipſum negaret, non propter ſuæ voluntatis decretum, ſed propter antecedentem diuini iudicii rectitudinem in DEO tam immutabilem quàm immutabilis eſt ipſe Deus, vnde illius ſententiæ fundamentum corruit, nullus enim princeps legem condere poteſt inhoneſtam, neque in hoc viſitur regis potentia, ſed potiùs tyrannica violentia, quæ longiſſime à Deo abeſt, qua ratione verò naturalis lex diuina dicatur dixi diſputatione 1.

3. Secunda Sententia, diſtinguit inter præcepta primæ & ſecundæ tabulæ: nam duo priora quatenus negatiua ſunt, *Non habebis Deos alienos, non aſſumes nomen DEI tui in vanum*, aſſerit eſſe indiſpenſabilia. Tertium quatenus limitatur cultus Dei ad obſeruationem Sabbati; & reliqua ſeptem ſecundæ tabulæ diſpenſabilia eſſe docet, quia ſunt de iure naturali non ſtrictè, vt duo priora; ſed latè: non enim ſunt principia externis nota, neque concluſiones ex illis neceſſariò, & proxime deductæ: ſed ſunt illis conſentaneæ, ita Scot. in tertia diſtinct. 37. quæſtio. vnica Gabr. ibidem quæſt. 1. artic. ſecundo. Nicolaus de Nuſe quæſtio. 2. concluſ. 2. Marſilius & Almain. eadem diſtinct. 37. Bonauent in 1. diſtinct. 47. quæſt. vltima, Ægid. ibidem quæſt. 3. pro qua facit Diu. Bernard lib. de præcept. & diſpenſat. cap. 5. paulo poſt initium culum. 2. vbi poſt alia ait *Quod inuiolabile nominaui, illud intelligo, quod non ab homine traditum, ſed diuinitus promulgatum, niſi à Deo qui tradidit, mutari omnino non patitur*, vt exempli gratia non occides, non mœchaberis, non furtum facies, & reliqua illius tabulæ probat Scot. dupli i fundamento; primo, niſi Deus in præceptis ſecundæ tabulæ diſpenſare poſſet, intellectus DEI neceſſitaret illius voluntatem ad amandos actus, quos præcipit, & deteſtandos quos prohibet, atque adeo neceſſitaretur DEVS ad aliquid extra ſe volendum, verbi gratia, proximum non eſſe occidendum, ad alienam non eſſe accedendum; quod eſt abſurdum, quia Dei voluntas, ſolum à ſua bonitate neceſſario trahitur. Secundo beatitudo hominis non pendet ex aliquo actu, vel omiſſione circa creaturam, ſolo enim amore Dei homo beatificari poteſt, ergo nullus actus neceſſarius præcipitur vel prohibetur circa creaturam, qui ſit medium, ſine quo homo beatitudinem non conſequatur, & conſequenter Deus in omnibus diſpenſare poteſt.

4. Hæc opinio meritò diſplicet recentioribus Theologis communiter, primo quia præcepta ſecundæ tabulæ ideo diſpenſabilia facit, quia à iure naturali ſtrictè, & propriè ſumpto excludit, quod eſt manifeſtè contra communem ſententiam PP. qui ideo aſſerunt præcepta Decalogi in noua lege permanſiſſe, quia adſ legem naturæ pertinerent, & eſſe quaſdam iuris naturalis declarationes, vt diximus diſputat. 1. Quod ſi nege-

tur, ſequitur ante legem datam Moyſi, non obligari homines ad præcepta ſecundæ tabulæ obſeruanda ex vi naturalis rationis, & contradicitur Paulo ad Roman. 2. dicenti, *Gentes quæ legem non habent* (ſcilicet poſitiuam) *naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt*, ideſt ea quæ ad legem naturalem ſpectant, ex rationis dictamine exequuntur. Et loquebatur Apoſtolus vniuerſim de præceptis tam primæ quàm ſecundæ tabulæ. Secundo, omnia præcepta poſitiua humana ſunt conuenientia rationi, ſi veræ leges ſunt: ſi ergo præcepta ſecundæ tabulæ, non neceſſario ſequuntur ex principiis naturalibus & per ſe notis, non different à legibus poſitiuis, vel ſaltem à iure gentium, quod vltimum ſanè indicare videtur Scot. dum illa comparat diuiſioni rerum, quæ ad ius gentium pertinet. Vnde vlterius inferam, in iis præceptis poſſe homines diſpenſare, ſi enim oppoſitum illis non eſt intrinſece malum, poſſent homines aliter diſponere, ſicut poſſent conſeruare rerum communitatem in aliqua prouincia, & particulare de hoc ſtatutum facere, quin damnari poſſet, quaſi naturali legi contrarium. Ex quo ſequitur, etiam potuiſſe communitatem vxorum approbari, & vnumquemque nunc vni, nunc alteri maritari, ſi quidem filii de communi annonæ redditu ſuſtentarentur, quod ſanè nullus catholicus admittet. Tertio, ſaltem octauum præceptum quod mendacium perniciosum, falſumque teſtimonium prohibet, quis negabit intrinſecam & neceſſariam malitiam continere?

5. Ad Diui Bernardi teſtimonium pro hac ſententia adductum, reſpondeo illum non indicare diſpenſationem fieri in præceptis formaliter ſumptis ſecundæ tabulæ, ſed in materia circa quam verſantur, nempe actionibus, præceptis, vel prohibitis, quæ mutatio aliquando fit ex peculiari Dei dominio, & extra communem naturæ curſum, ideoque diſpenſatio minus propria dici poteſt, non in lege naturali: ſed in ordinario curſu diuinæ prouidentiæ, neque in præcepto iuris naturalis formaliter, ſed in materia ipſius mutatio admittenda eſt, quo modo loquutum fuiſſe Diuum Bonauenturam cum D. Bernardo exiſtimat Suar. citatus num. 24. Etenim cum neque in materia primi & ſecundi præcepti talis mutatio eſſet poſſibilis, quę cultum idoli, & odium veri Dei, vel falſum iuramentum cohoneſtaret. Ideo D. Bernard. & Bonauent. in præceptis ſecundę tabulę diſpenſari à Deo poſſe affirmarunt: non in præceptis primę, quod non vniuerſaliter, ſed indefinitè accipiendum eſt. Nam tertium præceptum eſt primæ tabulę, & quod attinet ad determinationem ſabbati de iure poſitiuo eſt: de factoque in lege noua mutationem ſubiuit. Et deinde non omnia præcepta ſecundæ tabulæ, etiam materialiter mutabilia cenſentur, vt poſtea declarabitur.

6. Primum Scoti fundamentum æque contra illum procedit, ſi actibus prohibitis in duobus pręceptis primæ tabulæ applicetur: nam intellectus diuinus neceſſario determinaret voluntatem DEI ad illorum prohibitionem, ſi ergo ne hoc admittat incommodum, in aliis præceptis ea diſpenſabilia reputat; idem de primis cogitur admittere. Cæterum conſequens illatum nullam inuoluit repugnantiam. Nam ſuppoſita voluntate libera, quam Deus habuit creandi rationales creaturas: neceſſario vult, vt bonum, & honeſtum à malo, & turpi ex naturali rationis dictamine diſcernant, & de intrinſeca ratione bonitatis, & iuſtitiæ diuinæ eſt, vt in operationibus de ſe honeſtis ſibi complaceat, & in turpibus ac ſceleratis offendatur, tanquam oppoſitis ſuæ bonitati, & practico ipſius iudicio honeſtum à turpi diſcernente, quia illud conſentaneum, hoc diſſonum eſt rationali naturæ, & rectæ rationi. Secundum minus probat, quia quamuis ſupernaturalis beatitudo hominis in Deo, & actibus circa illum conſiſtat, hoc non tollit, actus vel omiſſiones circa creaturas poſſe eſſe media neceſſaria ad illius conſequutionem, poſito quod Deus hominem ſui arbitrii dominum in manu conſilii ſui, meritique capacem conſtituat, beneque vel male moraliter libere operari ſinat, in quo caſu bonitas, vel malitia intrinſeca actus ex obiecto eſt deſumenda, non ex neceſſaria connexione, vel ſeparatione cum vltimo fine Etenim mendacium officioſum, ſeu iocoſum de ſe ab vltimo fine non ſeparat, & tamen eſt intrinſecè malum, ideoque indiſpenſabile, & actus temperantiæ, vel alterius virtutis moralis à peccatore exercitus de ſe habet honeſtatem, non tamen illum per ſe cum fine vltimo coniungit. Et ſi Scot. velit DEVM potuiſſe ſine vllo creaturæ rationalis actu meritorio illam beatificare; hoc non eſt diſpenſare in aliquo ſecundæ tabulæ præcepto, ſed alium diuinæ prouidentiæ ordinem circa rationalem creaturam decernere, de quo nobis quæſtio non eſt: quis enim dicat relaxari præceptum, cui numquam impoſitum fuit?

7. Tertia Sententia diſtinguit inter præcepta negatiua, & affirmatiua, huius authores ſunt Durand. in 1. diſtinct. 47. quæſtione 4. artic. 3. numero 16 & ſequent. & Maior. in 3. quæſt. 37 quæſtione 10. qui tamen non omnino inter ſe conueniunt. Nam Maior omnia præcepta negatiua indiſpenſabilia exiſtimat. Excepto quinto non occides; affirmatiua vero diſpenſatione poſſe relaxari. Durandus verò de negatiuis idem ſentit; attamen addit diſpenſabile eſſe Quintum, *Non occides*, ſi in eo prohibita occiſio innocentis intelligatur, ſi verò de malefici internecione authoritate priuata explicetur, vt reuera ſecundùm naturalem rationem accipiendum eſt eodem modo, ac reliqua negatiua eſſe indiſpenſabile. De affirmatiuis adhuc diſtinguit inter præceptum primæ, & ſecundæ tabulæ, & in poſteriori diſpenſationem admittit, non in priori quorum fundamenta prætermitto quia in nullo eorum caſus viſitur, in quo propria præcepti naturalis affirmatiui, pro eo tempore obligantis diſpenſatio à DEO fiat: ſed vel mutatur præcepti materia, vel aufertur operandi facultas, vt bene aduertit Suarez num. 14.

8. 4. Opinio eſt Altiſiodorenſis in ſumma lib.

3. tract. 7. cap. 1. quem Molina tom 6. tract. 5. diſput. 57. & Suar. vbi ſupra numero 16. allegant pro ſenrentia Diu. Thomæ ſtitim teferenda & approbanda, cum tamen longe alia ſit illius mens, vt notarunt Vaſquez r. 2. diſput. 179. cap. 1. numeto 11. & Salas tract. 14. diſp. 5. ſect. 9. numero 50. Nam quatuor gradus neceſſitatis in præceptis naturalibus ſiue affirmatiua ſint, ſiue negatiua, tam primæ, quam ſecundæ tabulæ conſtituit. In primo ſunt ea, ſine quibus DEI ſimilitudo, & charitas non ſeruatur, vt præceptum diligendi Deum, in ſecundo collocantur quæ ad augmentum, & conſeruationem chariraris proſunt, ſine ipſis tamen Dei ſimilitudinem ſeruari non repugnat, exempli gratia plotes habere vxorès. In tertio, quæ præſuppoſito actu homano obligant, vt votum. In quarto, denique ponuntur, quæ Eccleſiarum Doctores inſtituunt, vt ea, quæ ſummus Pontifex in vniuerſali Eccleſia, Epiſcopus in ſua diæceſi decernunt, hæc opinio præter quam quod ius poſitiuum cum naturali confundit, & extra propoſitæ quæſtionis limites tranſilit, nullam rationem aſſignat, cur in polygamia non in homicidio & furto Deus queat diſpenſare: quare ſuamet obſcuritate excluditur.

9. 5. Opinio eſt Bartbolomei de ſpina de poteſtare Papæ numero 18. & Molſeſii in ſumm. tractat. 9. cap. 15. numero 38. aſſerentium DEVM in præceptis naturalibus poſſé diſpenſare, & indefinitè loquuntur: eandem ſequi tenentur Authores, quos ſequitur Sanchez lib. 8. de matrimon. diſpot 6. numero quinto & ſect. proxima retulimus, qui Papam in aliquibus præceptis naturalis iuris diſpenſare poſſe aſſerebant: à fortiori enim de Deo idem affirmabunt: item clarius idem expreſſit Sanchez lib. 7. de marrim. diſp 8. num. 7. Sot lib. 2. de iuſtit. quæſtione tertia artic. 8. Medin & alii Thomiſtæ ad quæſtionem 100. D. Thomæ artic. 8. qui extra Decalogum alia præcepta iuris naturalis in eo contenta à DEO diſpenſatione relaxari poſſe arbitrantur, & Diu. Thomam ſibi hac in re patronum arrogant: quia 1. 2. quæſtione 94. artic. 5. dixit legem naturalem quoad aliquas concluſiones poſſe io aliquo particulari caſu mutari, vt viſitur in lege de reddendo depoſito; item quæſtione 100. artic. 8. docuit in præceptis, quæ determinant ſpeciales modos exequendi mandata Decalogi poſſe cadere diſpenſationem: Verùm alia eſt Diu. Thomæ mens. Nam in primo loco manifeſtè loquitur de mutatione ex parte materiæ, non de diſpenſatione. In ſecundo de determinationibus iuris poſitiui diuini, ſeu humani, quæ in naturali fundantur, vt idem Doctor ſe explicat; at nos non de iure poſitiuo, ſed de naturali, ao diſpenſabile ſit, dubitamus.

10. Sexta igitur, & vltima ſententia negat præceptum oaturalis iuris ſiue in Decalogo contentum, ſiue extra illud formaliter in ſe, & directe, etiam de potentia Dei abſoluta poſſe diſpenſari: hanc tuentur D. Thom. A 1. 2. quæſt. 100. artic. 8. Caietanus, Conrad. ibidem Valent. diſput. 7. quæſt. 4. part. 6. Vaſquez t. 2. diſput. 179. cap. 2. numero 12. Salas diſput. 5. ſect 9. numero 51. Richard. io 3. diſtinct. 37. artic. 1. quæſt. 5. Palac, diſp. 1. § iam vero, Carthuſianus quæſt. 2. Dionyſius Ciſterſ. quæſt. 5. artic. 2. concluſio. 1. Palud Baſſoliſ. & alii eadem diſtinct. 37. Albert. in ſumm. parr. ſecunda tract. 20. quæſtio. 8. artic. 2. Heruæus in primo diſt. 47. quæſt. 3. artic. 3. Vincent. in ſpecul. lib. 1. part. ſecunda diſtinct. 6. Victor. relect. de homicid. numero 13. Vegerius inſtit. Theolog. cap. 15. § 1. verſiculo 7. Abul. Exod. 20. quæſt. 5. Molin. tom. 6. tract. 5. diſp. 57. numero 6. Suar. lib. 2. de leg. cap. 15. numero B 16 Azor. tom. 1. lib. 6. cap. 1. quæſt. 3. Cordub. lib. 1. quæſtio. 10. referens pro eadem Adrianum quodl. 2. attic. 3. Et ſequitur neceſſario ex doctrina quam ex Alexand. tradit Ioann. Paulus Tallanterius in lib. ſentent. lect. 227. nimirum quicquid in Decalogo præcipitur, de natura ſua eſſe bonum, & quicquid probibetur de natura ſua eſſe malum Et eſt manifeſta ſeutentia D. Auguſt. Nam lib. de vera religione cap. 31. aſſerit, *Neque Patrem æternum iudicare de lege æternæ poſſe*, nempe abrogando illam, ſeu relaxando & lib. 1. cap. 6. de liber. arbitr. air legi æternæ ſemper eſſe obremperandum, & illam eſſe incommutabilem, loquiturque manifeſtè de lege æterna ex ea parte, qua naturalis eſt: nam infra ſubdit, C *Vt igitur breuiter æternæ legis notionem quæ impreſſa nobis eſt, quantum valeat vobis explicem, ea eſt, qua iuſtum eſt, vt omnia ſint ordinatiſſima.*

Hinc prima ratio deſumitur, tacta à Diu. Thom & aliis citaris: DEVS ſuæ iuſtitiæ ordini repugnare non valet, ſed ea quæ ſunt iuris naturalis, habent intrinſecam rationem iuſtitiæ, & debiti in practico diuinæ mentis dictamine ordinati: ergo impoſſibile eſt per vllam diſpenſationis relaxationem DEVM illis contrauenire: ſola minor declaratione indiget, ad quam diſtinguere oportet duplex debitum. Primum eſt quod prouenit ex proportione qoam haber obiectum, ſeu actus quando comparantur cum oatura rationali, & cum recta ratione. Secundum non eſt in obiecto, vel in actu iotrinſece, ſed eſt D effectus proueniens ex lege naturali de obiecto vel actu iudicante, & dicitur obligatio reſultans, & creaturam rationalem ligans. Vnde quia primum debitum intrinſecum eſt ipſi naturæ obiecti, & actus in illud tendentis, ideo eſt inſeparabile ſecundum debitum, nempè obligatio reſultans io creatura rationali libere operante. Ex eo enim quod conſona, vel diſſona ſunt obiecta, & actus rectæ rationi, & rationali naturæ, habet rationem debiti, vt fiant; ſeu amentur, vel vt non fiant, ſed reiiciantur. Vnde eiſdem circomſtantiis ſtantibus ſeruat obiectum eamdem conuenientiam, ſeu diſſonantiam: atque adeo eamdem rationem debiti cum natura obiecti, actuſque coniunctam. Secundo, idem oſtenditur: Nam hæc ſunt principia ex ipſis terminis nota;

Creatura nequit à Dei ſubiectione debita eximi, neque ab illius ſeruitute abdicari. Deinde neque Deo, neque parentibus ſeu proximis ioiuria eſt irroganda: ſed ex his principiis euidenter deducuntur omnia præcepta decalogi & teliqua quæ cum illis neceſſariam, claramqne habent connexionem: ergo omnia ſunt indiſpeoſabilia: mioor patet ex diſcurſu facto per ſingula Decalogi præcepta, item reliqua cum illis neceſſario coniuncta & vt talia cognita, vel enim iubent bonum neceſſarium, vel prohibent intrinſece malum contra Deum, vel contra proximum: conſequentia probatur quia omne præceptum naturale, quod neceſſario ſequitur ex principiis per ſe notis eſt indeſpenſabile Nam ſicut falſitas concluſionis redundat in præmiſſas, à quibus neceſſario infertur; ita defectibilitas legis naturalis, quæ ex euidentibus principiis deducitur, io illa refunditur. 2. diſpenſatio propriè ſumpta eſt facultas, quæ alicui conceditur vt contra præceptum operetur, quando alias præceptum vim habebat obligandi, neque ex parte materiæ aliqua fuit mutatio facta: At Deus nulla facta ex parte materiæ mutatione, ſed iiſdem manentibus circumſtantiis, in quibus obligant iuris naturalis præcepta, hanc nequit concedere facultatem: ergo neque in illis diſpenſare. Ad probationem minoris ſupponendum eſt Devm efficere poſſe, vt aliqui actus materiales liceant, qui alias non interueniente ſupremo Dei dominio non licerent; nam aliquando ex Dei dominio euenit, vt mutetur conditio materiæ & ab iis circumſtantiis ſeiungatur, ſub quibus ſi materia permaneret, præceptum indiſpenſabile perſiſteret. Ratio eſt quia Devs non modo eſt legiſlator ſupremus, ſed etiam ſummus Dominus, qui dominia ex arbitrio poteſt mutare, & ſupremus iudex ad quem ſpectat reddere vnicuique, quod ipſius meritis debetur: atqui diſpenſare in lege non eſt mutare præcepti materiam, mutando dominium, aut cooferendo authoritatem publicam illi, cum quo diſpenſatur: ſed permanente eadem materia ſub iiſdem circumſtantiis, ſub quibus actus eſt prohibitus in communi relaxare obligationem præcepti in particulari; ergo cum hic proprius diſpenſationis modus ſit impoſſibilis, reſpectu præcepti iuris naturalis, vt in exemplis ſtatim adducendis videbitur, ſequitur præcepta iuris naturalis à Deo non poſſe diſpenſatione propria relaxari.

11. Hinc facile explicantur exempla, quæ adduci ſolent quaſi noſtræ doctrinæ contraria. Nam quando dominus iuſſit Abraham vt filium occideret, Geneſ. 22. non diſpenſauit in præcepto naturali oon occidendi innocentem, quia præceptum non prohibet occiſionem, etiam innocentis, imperatam à Deo, qui Dominos eſt vitæ, & mortis ex Sapient. 13 *Tu es domine qui mortis & vitæ habes poteſtatem*: Sed quę propria authoritate fit ab iniuſto inuaſore: Et enim ſicut Dominus quia vitolum ſuum iuſtè occidere poteſt etiam alteri licitè illius occiſionem committit, ita Devs Abrahamo filii necem ſine vlla diſpenſatione ſuo vſus dominio imperauit. Similiter quando Iſraelitico populo iuſſit. vt Ægyptiorũ gaza mutuò accepta ſubducerent propiiſque diuitiis Ægiptios ſpoliarent: vt ſupremus Dominus ſe geſſit non in furti præcepto diſpenſauit; nam furtum nõ eſt, quod oon aufertur dominio rationabiliter inuito. At irrationabiliter inuiti iudicarentur Ægyptii, ſi contra ſupremi domini imperium, à quo diuitias habebant, quamdiu ipſi placeret, eaſdem libere non remitterent, immo Hebræi illorum remiſſionẽ nullatenus indigebant, cum ab Ægyptiis in ipſos tranſlatum eſſe illius ſupellectilis dominium agnoſcerent. Niſi velis in vtroque euentu Deum ſe vt ſupremum iudicem geſſiſſe, quatenus Iſaaci mortem in peccati originalis pœnam exequutioni mandauit; & vaſa aurea, argenteaque Ægyptiorum tamquam ſtipeodium laborum, & recompeoſationem afflictionum, quas Hebræi per iniuriam paſſi ſunt, iure debito licite aſportanda iudicauit. Vtramque enim ſolutionem adhibet D. Thom 1. 2. quæſt. 94. artic. 5. ad 2. & quæſt. 100 art. 8. ad 3. & 2. 2. quæſt. 66. art. 5. ad 1. & alii ſupra citati.

Simili modo quando Devs Oſeæ iuſſit cap. 1. num. 2. vt ſibi ſumeret vxorem fornicariam, & non diſpenſauit cum illo in præcepto legis naturalis, quia fornicatio per ius naturale prohibita, eſt acceſſus ad non ſuam: poteſt enim Devs transferre dominium corporis alicuius mulieris ſine conſenſu illius, & ita efficere vinculum inter virum & fœminam, ratione cuius fornicaria non ſit illorum copula: vt cum eodem D. Thom. locis citatis in 1.2. & 2.2. quæſtio. 154. artic. 2. ad 2. obſeruarunt Valent. Sotus, Salas, Suarez, Azor, & alii pro ſexta opinione relati: quamuis Oſeæ locus adhoc non cogat. Nam ſolum iuſſit Prophetæ Dominus, vt mulierem proſtitutæ vitæ quę ante fornicariam agebat, vxorem duceret, & filios ex ea progigneret, qui ſanè non pudicos patris mores, ſed matris impudicum ingenium imitati ſunt; ita locum cum multis exponit Ribera & poſt illum Gaſpar Sanchez & alii Neoterici.

Hinc colliges primo cum D Thoma in illa ſolutione ad 3. huius mutationis modum non ſolum Deo, ſed etiam homini conuenire: quando materia alicuius præcepti ita ſub illius poteſtate continetur, vt dominium illius transferre queat, verbi gratia per legem præſcriptionis, in qua ob commune bonum, rerum dominia præſcriptionis interuentu mutantur: & latè probat Nauarra de occiſione innocentis libro 2. de reſtitot. capite 3. part. 2. dub. 1. vbi ait poſſe magiſtratum ob commune bonum innocentem morti addicere, quod intellige non per ſe, ſed per accidens, vt ſi reſpublica tyranno innocentem traderet, vt ſe ab illius obſidione liberaret, vt docet Molin. tom. 4. tract. 3. diſput. 10. numero 4. Leſſ. lib. 2. cap. 9. dubit. 7. numero. 38. Quia vero homines in hac poteſtate murandi materiam legis naturalis minus amplam habent facultatem, ideo actus materiales à iure naturali præcepti pauciores licent per ordinem ad po- 12.

teſtatem humanam, quàm diuinam. Nam humana poteſtas cum in perſonam fœminæ non habeat dominium quod Deus habet, facere nequit, vt actus accedendi ad illam liceat cuilibet, ſine illius conſenſu, & vero inter vtrumque coniugio: quod tamen Deum facere potuiſſe ſupra oſtenſum eſt. Inſuper humana poteſtas polygamiam licitam facere nequit, quia in homine non eſt facultas priuandi coniugem dominio acquiſito ab illa & traditione mutua corporum inter coniuges facta. At ſupremus Dominus corporum vtriuſque coniugis, qualis eſt Deus, poteſt transferre vel moderari dominia acquiſita per matrimonii rati & conſummati contractum, & conſequenter diſſoluere vinculum, & tollere naturalem obligationem reſultantem, ne vir vni vxori coniunctus alteram ducat: vnde iam licita redderetur polygamia, ſi Deus ſuo poteſtatis ſupremæ dominio vteretur. Neque hoc ſolum à Deo præſtari poſſe in polygamia vnius viri reſpectu multarum vxorum, ſed etiam vnius fœminæ reſpectu multorum virorum. Vt cum Maiore in 4. diſt. 33. quæſtio. 1. in primo argumento contra primam concluſionem & Petr. Ledeſm quæſtio 65. de matrimon. artic. 2. dubio 2. concluſione 1. exiſtimat Sanchez lib. 7. de matrimon. diſput. 80. numero 15. licet in hoc à nobis differat, quod diſpenſatione Dei hoc fieri aſſeueret, nos verò ſola mutatione materiæ, ſupra quam cadebat naturale præceptum.

13. Et ſanè ſi conſulatur textus quem Sanch. numero 8. refert in capite Gaudemus de Diuortiis ibi. *Nec vlli vmquam licuit in ſimul plures vxores habere, niſi cui fuit diuina reuelatione conceſſum.* Manifeſté apparebit Innocentium 4. non diſpenſationis, ſed reuelationis vocabulo vſum fuiſſe. Sanchez verò pro reuelatione diſpenſationem appoſuit; idē eſſe arbitratus, vnde non poteſt in ſua ſententia vllam reddere rationem cur ſummus Pontifex diſpenſare nequeat in Polygamia, vt eſt communis ſententia D. Thom. & Theolog. quos citat. numero 9. ſi quidem exiſtimat ſummum Pontificem aliquando diſpenſare poſſe in iure diuino & naturali: ſi hæc igitur opinio eſt vera quod in iure diuino diſpenſet Papa, cur non poteſt diſpenſare in polygamia, in vrgenti neceſſitate, quæ euenire poteſt verbi gratia ſi vnus Rex ſine hærede vxorem habeat ſterilem? ſi quidem ipſe author dicit, hoc præceptum naturale non eſſe ex primis, qualia ſunt præcepta decalogi, cur ergo ſummus Pontifex non poterit in eo caſu diſpenſare, vt Rex ſecundam ducat vxorem? ſola ergo ratio ſufficiens ſumitur ex limitatione poteſtatis humanæ & amplitudine diuinæ, propter quam Deus corporum dominia mutare & moderari ex arbitrio poteſt & matrimonii vinculum ab vno coniuge ad plures ſimul extendere, & peculiare efficere prouidentia, ne illud coniugium cum pluribus in fine à natura intento deficiat. Quod vlterius declaro cum Suarez lib. 2. de leg. cap. 15. numero 28. Nam præcepta naturalia matrimonii reſpiciunt tanquam finem ſuum, conſeruationem naturæ, remedium concupiſcentiæ, & vnionem inter coniuges; ſed Devs eſt naturæ author, concupiſcentiæ domitor & humanæ voluntatis dominator ſupremus, ergo in ſua poteſtate habet diuerſis modis naturam conſeruare, concupiſcentiam compeſcere, inter coniuges amorem augere &c. Hinc eſt quod hæc præcepta naturalia includunt intrinſece in ſuo obiecto habitudinem ad authorem naturæ, & ſupremum dominum. Vnde non ſunt conſideranda vt omnino abſoluta, ſed vt conditionata, verbi gratia, niſi ex ſupremo Dei dominio & authoritate aliter diſponatur. Etenim polygamia, idcirco non licet ex poteſtate humana, quia homo, cum naturæ author non ſit, communem illius curſum mutare non valet, multo minus quidquam in naturæ præiudicium agere. At Devs qui ſuper naturam eſt, diuerſiſque modis illi prouidere poteſt, ad communem & ordinarium curſum illius non arctatur. Non tamen idcirco diſpenſat, propriè loquendo, in præceptis naturalibus, quæ vt demonſtrauimus, indiſpenſabilia ſunt, ſed materiam illorum, vt ſupremus Dominus commutat.

14. Vnde 2. colliges. Quotieſcumque præcepti naturalis materia talis fuerit, vt à Dei dominio illius turpitudo ſeu honeſtas intrinſeca non dependeat, actus prohibitus nullo modo vmquam licebit & materia talis præcepti omnino immutabilis erit. Quod præſertim viſitur in præceptis negatiuis primæ tabulæ, exempli gratia in primo præcepto decalogi, quod quatenus negatiuum eſt, & prohibet idola colere tamquam Deos, materiam habet omnino immutabilem. Nam in hoc Dei poteſtas nihil poteſt mutare, ne contra ſuam excellentiam faciat, & contra naturalem rationem: verbi gratia, ſi concedat, vel iubeat, vt alicui puræ creaturæ propter illius excellentiam, diuinus cultus exhibeatur, & honor ſuo honori æqualis deferatur. Similiter ſecundum præceptum, tum quatenus formalis mendacij prohibitionem inuoluit, nulla ratione honeſtari certum eſt: tum etiam prout iure-iurando mendacii teſtem Devm adducere vetat, intrinſecam Dei irreuerentiam, & diuinæ veritatis iniuriam continet: ideoque Deus in hoc ſuo iure cedere nequit. Et quia hæc præcepta negatiua circa materiam omnino immutabilem à Deo verſantur, etiam ratione materiæ indiſpenſabilia reſpectu potentiæ Dei abſolutæ in ſenſu minus proprio dici poſſunt.

15. De 3. præcepto quatenus affirmatiuum eſt & non limitatur ad obſeruationem ſabbati, ſed generaliter de cultu Dei procedit, merito dubitauit Scot. vbi ſupra & alii Theologi Vtrum Deus diſpenſare poſſet cum creatura rationali, ne actum aliquem circa ipſum immediate exerceret quo ipſum Deum toto vitæ ſuæ tempore veneraretur; & ſane rationalem creaturam ex præcepto naturali ad aliquem Dei cultum obligari communiſſima eſt TT. ſententia, teſte Suar tom. 1. de religion. lib. 1. de diuino cultu cap. 1. numero 12. Eam

enim tradit Clemens Rom. libro 6. conſti- A tut. cap. 20. Caſſianus collat. 8. cap 23. D. Thom. 2.2. quæſtio 85. artic. 1. ad 4. Caietan. & reliqui Thomiſtæ ibidem. Deinde quod de iſto præcepto, ſicut de reliquis dari nequeat propria diſpenſatio, ſatis oſtenſum eſt ſupra; ſolum igitur hæc difficultas ſupereſt, an DEVS materiam huius præcepti ita mutare valeat, vt per totam hominis vitam, ſeu per infinitam æternitatis durationem ſi illum Deus conſeruet, ceſſet hæc naturalis obligatio reſpectu illius. Suarius libro 2. de legib. cap. 15. numero 23. ait abſolutè ſpectata nuda Dei potentia nullam hac in re videre implicationem, at moraliter conſiderata Dei ſapientia & bonitate, quæ ſemper om- B nipotentiæ coniunguntur, credibilius eſſe DEVM non poſſe hac in re cedere iure ſuo, ſine irrationabili prodigalitate. Ego tamen in hoc puncto non requiro maiorem implicationem, conſiderata nuda DEI potentia, quam eſſe huius potentiæ diuinæ obiectum prodigalitatis vitium, in quod DEVS incurreret, ſi ius debiti ſibi cultus remitteret. Dices hoc contingere quando conſideretur potentia DEI abſoluta coniuncta cum ſapientia & bonitate; ſed contra, quia potentia DEI, vt talis eſt, ſemper conſideratur, vt operatiua per intellectum, & propter ſuam bonitatem; ergo numquam ſic nude conſideratur DEI potentia per ordinem ad aliquem effectum, vt à ſapientia, & bonitate in operando omnino præſcindat, ſemper C enim implicitè ſaltem vtramque inuoluit. Deinde licet cultus DEI in hac, vel illa ſpecie ſacrificij; hoc, aut illo tempore: item quantum ad aliquas circumſtantias temporis ſit ſub dominio DEI, & à determinatione diuinæ voluntatis pendeat, tamen cultus Dei in genere, prout à lege naturali præcipitur, ſcilicet DEVM debere coli & adorari, eſt ius conſequens neceſſario ad excellentiam diuinitatis, ex quo ſequitur naturalis obligatio in creatura rationali à DEO creata: ſed illud ius eſt omnino immutabile, & tam neceſſarium, quàm eſt ipſa excellentia DEI; ergo nullo modo ſubditur dominio DEI materia ex qua naturalis obligatio in creatura reſultat colendi DEVM. Et ſane in hoc eſt deceptionis occaſio, nempe quia materia particularis cultus mutari poteſt à DEO, videtur materia præcepti DEI dominio ſubiici: verum materia naturalis obligationis non eſt D cultus in particulari, ſed cultus Dei in genere acceptus, qui debitum quoddam eſt neceſſario conſequens ad diuinam excellentiam. Vnde prouenit, vt eo iure DEVS cedere non valeat. Quamobrem Salas ſect. illa 9. citata numero 51. ait ſicut non poteſt DEVS nobis dare mentiendi facultatem, ita neque ipſum odio habendi, aut fidem eius dictis negandi, aut ab eius amore, aut à dolore de peccatis contrà ipſum commiſſis, aut ab omni actu fidei, ſpei, & religionis ſemper ceſſandi.

De extenſione, reſtrictioneque conſtitutionis humanæ.

QVÆSTIO III.

EXtenſio, aut reſtrictio conſtitutionis quadrifariàm in conſiderationem venire poteſt. 1. ratione temporis, 2. ratione loci 3. ratione formæ 4. ratione materiæ, de qua eſt conſtitutio. De extenſione conſtitutionis in tempore, quatenus reſpicit diuerſas illius differẽtias, præteriti, aut futuri, & ab vno trahitur ad aliud, egimus in diſputatione de cauſa finali: de extenſione ratione loci, ſeu territorij, dicemus in diſputatione vltima, tractando de obligatione conſtitutionis, prout diuerſas perſonas in proprio, vel in alieno territorio commorantes conſtringit: de extentione ratione formæ, videlicet, ſignificationis verborum, ſeu interpretationis præciſe ſumptæ in diſputatione ſequenti de cauſa formali differemus: ſolum igitur extenſionem conſtitutionis, quæ ratione materiæ illi conuenit, in præſenti quæſtione conſideramus, quamuis aliqua dubia quæ ad alias extenſiones pertinent, cum extentione hac, vt ita dicam materiali ex neceſſario permiſceri debeant, quia ab illa ob doctrinæ connexionem nequeunt ſeparari. Nam quædam eſt temporis extenſio, quæ in conſtitutione materialiter ſe habeat: V. G. quando lex certum tempus definit ad aliquid agendum; & dubitatur, an de conſenſu partium, aut iudicis voluntate prorogari vel reſtringi poſſit. Item duratio, ſeù finis inſtantiæ à iure canonico & ciuili præſcripta, non ſine aliquo diſcrimine inter vtrumque ius, idcirco has duas difficultates ad extenſionem ratione materiæ reſeruauimus: de his ergo dicendum in primis: deinde ad reliquas veniemus, quæ ad hanc extenſionem materialem ſpectant, videlicet propter materiæ exorbitantiam, correctionem aut limitationem, item propter eiuſdem fauorem vel odium, connexionem, aut ſimilitudinem caſus: denique ob conuenientiam ſiue paritatem rationis.

Vtrùm tempus à iure ſtatutum Iudicis arbitrio, ſeu de partium conſenſu, poſſit reſtringi, vel prorogari.

SECTIO I.

ALex. in l. qui pro tribunali ff de re iudicata, Ioan. de Imol & Gloſſ. in ca. cum ſit Romana de appellat. Abb. ibidem num. 10. & ſequent. & commentatores ad hos textus, Angulanus lib. 1. de leg. contron. 16. multas referunt opiniones. Ego cum Iaſone ad citatam l. qui pro tribunali numero 12. harum ſententiarum varietatem ad duo capita reducam, quorum alterum affirmantem alterum negantem propoſitæ difficultatis partem propugnant: ſententiam igitur negantem tempus ſtatutum a iure de conſenſu partium,

vel arbitrio iudicis prorogatione, vel reſtrictione poſſe immutari, niſi in illis caſibus, in quibus lex expreſſe id permiſerit, & niſi terminus conſtitutus ſit à lege in defectum iudicis nullum terminum ſtatuentis tenent Decius in rubric. de ſucceſſorio edict. numero 4. Iacob. de Aretin. Ioann. de Imol. Bald. Cyn. Raph. Cuman. Iacob. de Atena Pert. de Bexu, & alii quos refert & ſequitur Iaſon in l. qui pro Tribunali, numero 22. Tiraquel. lib. de retract §. 1. Gloſſ. 1. num. 63. Didacus Perez lib. 3. ordi. tit. 3. lib. 1. prout citatur ab Anguiano. Et hanc opinionem dicit communiorem & veriorem Iaſon citatus, quem immerito pro oppoſita refert Azeuedo in l. 1. tit. 5. libro. 4. nouæ compil. numero 42. Verius illum referunt, & ſequuntur Ioan. Bapt. Villaleb. in opinionibus communibus, & Emanuel Suar. in theſauro recept. ſentent. vterque verb. delatio: hanc opinionem partim admiſit & partim excluſit Anguianus, vt quamdam, vt ipſe dicit ex viſceribus iuris viam oſtenderet, in hac difficultate tenendam, atque quando terminus à iure aſſignatus datur in fauorem publicum, renunciari non poſſe à partibus, neque à iudice mutari per dilationem, vel coarctationem: ſecus verò ſi temporis determinatio in priuatam partium vtilitatem referatur: huic tamen doctrinæ num. 7. traditæ talem limitationem adhibuit idem author numero 9. vt in ſententiam à nobis ſupra traditam, & ab eo reiectam recederet: ait enim. *Quod quantumuis in fauorem priuatum tempora à lege data ſint, & ipſæ partes conſentiant, nentiquam poterit iudex illa immutare niſi ſpecialis illi fuiſſet à lege facta poteſtas, ita dictam doctrinam in ſpecie approbante ex l. 1. ff. de ferijs & ex Clement. ne Romani de elect.* Verum etiamſi demus, quod in his textibus concedatur hæc facultas iudici, clare, & expreſſè, vt poſſit tempus à iure aſſignatum ob priuatam vtilitatem prorogare, vel reſtringere: ſanè nihil de nouo additur, ſententiæ neganti iudicem poſſe facere hanc mutationem in tempore ſtatuto per legem: ſi quidem illa excipit caſus in iure expreſſos. Vnde ſi hoc etiam exigit Anguianus in opinionem à ſe reiectam, relabitur, quod etiam tenetur Lanfranc. de dilat. numero 10. & Bermondus de publicis concubin. verb. ſpatio trium dierum, numero 6.

Fundatur hæc opinio. 1. quia indultum
2. à iure beneficium non eſt alicui auferendum de regul. iur. in 6. ſed tempus hoc à iure conceſſum iuris eſt beneficium: ergo non eſt à iudice immutandum, ne in præiudicium partium, quibus prorogatio vel coarctatio temporis nocet, iudex faciat. 2. prætoris factum iuri derogare non oportet, vt habetur in l. 1. ff. de feriis 3. tranſacto quinquennio à commiſſo adulterio accuſandi adulterum facultas negatur in l. 5. adulter ad leg. Iul. de adult. & ſtatim additur generalis doctrina. *Eas præſcriptiones legibus reodatas auferri non oportet.* 4. tempus aſſignatum à iure ad appellandum, vel ad proſequendam

A appellationem, & tempus reſtitutionis in integrum, per iudicem nequit prorogari, iuxta Gloſſ. in cap. cum ſit Romana verb tempus de appell. & l. 3. nemo C. de tempor. & repar. app. & leg. properandum C de iudic. Gloſſ. in auth. offeratur, verb. viginti dierum C. de lit. conteſta. Similiter coarctari nequit tempus quindecim dierum datum ad probandum excuſationem, ſeu cauſam impedimenti, iuxta Gloſſ. in cap. Cupientes verb. *quindecim dies* de elect. in 6. 5. quantumuis cauſa ſit iuſta, octo dierum tempus aſſignatum ad probandam exceptionem excommunicationis oppoſitam à iudice, prorogari non valet, quoniam per hoc ius aduer-

B ſarii non perit, vt tenet Gloſſ. in capite pia verb. *octo dierum* de exceptionib. in 6. vbi Gemninan. ad eundem textum column. vltima ait: vbi ius ſtatuit certam dilationem in actu praui iudicii, iudicem non poſſe etiam ex iuſta cauſa ampliare.

Contraria tamen ſententia eſt omnino ve- 3.
ra, quæ aſſerit dilationes legales, præſcriptumque à iure tempus ad aliquid faciendum ex iuſta cauſa poſſe immutari, niſi lex id expreſſe iudici prohibeat: ita indiſtincte & abſolutè defenditur à Bartol. in l. qui pro Tribunali, ff. de re iudicata numero 4. Alex ibidem num. 5. & 6. poſt Bald. ad eamd. l. & Antonium de Butr. in cap. præterea de dilat. idem tenet Felin. in cap. cum ſit Romana de appellat. numero 1. cum multis, quod etiam reſoluit Gloſſ. in eumdem text. poſtquam diuerſa hinc, & inde iura allegauit verb. *reciſius* Abbas ibidem num. 10. & ſeq.

C Decius ſibi contrarius ad eumdem textum numero 13. & in cap oblatæ de appellat. numero 5. Guido Papa deciſ. 419. numero 5. poſt Cynum & ſpeculat. Azeuedo vbi ſupra & in l. 1 lib. 4. tit. 3. referens Lanfrancum de citatione cap. quoniam num. 16. & Auiles cap. 2. iudicium ſyndicatus Gloſſ. 3. num. 16. Franciſc. Curt. iunior in rub. de ſucceſſor. edict. num. 4. Georg. Natta in clem. ſæpe in princip. colum 39. de verbor. ſignificat. Menoch. de arbitrat. iudic. lib. 2. centur. 1. caſ. 1. num. 9. Capella Tholoſ. deciſio 196. item 445. & 426. Miſſing. deciſ. 40. centur. 3. Creſcent. deciſ. 11. de dilat. & ex

D hoc fundamento deduxit Aloyſius Ricc. in prax. reſol. 195. poſſe Epiſcopum prorogare ſemeſtre, tempus patronis ad præſentandum cum Rota in duabus cauſis, quarum deciſiones ipſe refert. Vt mirari deſinat & caſum non putet inauditum Ioan. Ant. Maſſubrius in praxi ad parrochiales requiſit. 2. dub. 1. numero 13. afferens vnam conceſſionem Pauli 5. in hac prorogatione temporis ad præſentandum.

Probatur hæc ſententia 1. ex l. 1. ff. de fe- 4.
riis §. *ſed excipiuntur certæ cauſæ ex quibus poterimus.* Item l. 2. & 3. eiuſdem tituli in quibus Vlpianus varias cauſas aſſignat propter quas tempus à iure definitum minuere, augere, vel immutare, iudici integrum ſit: itavt etiam, feriatis diebus prætor partes audire, & iudiciales actus poſſit exercere. Neque hæc ſolum, quæ in his capi-

tibus aſſignantur ; ſed aliæ etiam cauſæ prorogandi, vel reſtringendi tempus notantur à Bartolo & Alex. citatis quas percurrere non oportet, quia ad particulares iuris materias ſpectant, & facile apud Bartol. num. 5. videri poſſunt. 2. oſtenditur ex l. 1. C. de dilation. niſi *rerum vrgentiſſima ratio flagitauerit, & neceſſitas deſideratæ inſtructionis exegerit*, & l. 7. inter priuatos eodem C. tit. ibi *ſi hoc commoditatis ratio poſtulauerit*, concinit §. ſpatium 3. quæſtione 3. vbi verba legis primæ citatæ C. de dilation. repetuntur, & monentur iudices ne exiſtiment in ſuo eſſe arbitrio tempus à iure ſtatutum prorogare vel coarctare; ſed in exigentia rationis, qua duci debent. Solemnis de hac re eſt Gloſſa inter alias in §. ſancimus & verb. *Viginti* in authent. de exhiben. reis collat. 5. 3. Idem

B oſtenditur ex cap. oblatæ de appellat. ad illa verba. *Quia tamen huiuſmodi terminus poteſt reſtringi non ſolùm à prouocante, verùm etiam à iudice, à cuius ſententia prouocatur*, &c. & cap. perſonas eodem tit. item ex cap. finali de feriis ibi, *niſi neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat* & infra, *licet diebus feriatis qui gratia vindemiarum, vel meſſium ob neceſſitates hominum indulgentur, procedi valeat ſi de partium proceſſerit voluntate*. Prætermitto Clement. quamdiu de appellation. quia totus textus optimè noſtram confirmat ſententiam, præſertim in illa textus conclusione. *Niſi fortè iudex videns ex dilatione periculum imminere, præciperet in illa procedi.*

C Præter hos, & alios textus quos inferius

5. referam contra limitationes minus congruas, quæ huic ſententiæ adhibentur duplici ratione illam corroboro. Prima quia ob cauſam iuſtam à legis diſpoſitione nonnumquam recedere licet, iuxta l. 30. ſi hominem ff. mandati : & notauit Menoch. ſupra citatus præſertim quando non ſine authoritate iuris id fit : ſed ex citatis textibus habemus iuſta de cauſa tempus definitum à lege poſſe à iudice mutari, de partium conſenſu vel ſine illo, quando non exigitur; quia partium præiudicium non eſt aut non præualet contrà cauſæ neceſſitatem iuxta cap. oblatæ de appellat. ibi: *Superior quoque Iudex ſi viderit ex dilatione periculum*, &c. & Clem. quamdiu eodem tit. & concinit lex 1. ff. de feriis ibi *ſanè quoties res vrget, cogendi quidem ſumus ad prætorem venire*. ergo poteſt iudex præ-

D fixum à iure terminum prorogare, ſeu coarctare ſecundum exigentiam cauſæ : neque iura quibus Riminald. & cæteri in rub de ſucceſſ. edict. item Ripa ad l. 2. qui pro tribunali num. 22. ff. de re iudica nituntur, vt probant dilationem legalem arctari non poſſe etiam ex iuſta cauſa, aliquid vrgent quia lex. 1. in fine, item l. 4. ſed hoc ff. de iur. deliber. quando affimant dilationem prorogari poſſe ex magna cauſa, non negant coarctationem. Nam affirmatio in prorogatione non infert negationem in reſtrictione. 2. vel terminus temporis à lege præfixi reſpicit priuatam partium vtilitatem, & tunc de illarum conſenſu illum coarcta-

A ri, vel prorogari perſuadet. Primum fundamentum prioris ſententiæ ; quia vtilitati pro ſe introductæ quilibet renunciare poteſt per l. penultimam C. de pactis l. 32. paciſci ff. de pact. vltra regulam *indultum* citatam quæ valet, quando cauſæ neceſſitas non præualet contra partium præiudicium, vel ſtatuitur prædictus terminus propter publicam vtilitatem ; & tunc licet iudex, quantumuis partes conſentiant, ſine cauſa tempus immutare non valeat ; iuſta tamen cauſa interueniente prorogationem, vel coarctationem temporis fieri ea iura oſtendunt quæ plures caſus & cauſas non tam diſpoſitiuè, quam narratiuè in textibus citatis, & infra allegandis adducunt : vt ad ſimiles iudex dilationis faciat mutationem, quia inueniunt

B iura circa hoc eſſe iudicis poteſtatem, vt bene notat Abb. in cap. cum ſit Romana numero 13. de appellation Felin. ibidem num. 1. ad finem.

Dixi, niſi lex expreſſe iudici quacumque ex cauſa prohibeat hanc facere, indefinito 6.
tempore mutationem, quia non deſunt caſus, in quibus ius ita tempus certum, præſcribit ad dilationem, vt aliter factum irritet, & nullius valoris actum fore declaret ; in quibus cauſa iuſta non ſufficit, vel ſaltem quia nulla à iure eſſe poſſe præſumitur, actus nullius valoris eſſe cenſebitur, vt cernitur in l. 1. ff. de feriis ita enim interpretandum eſt illud, quod ad irritationem actus ante dilatio-

C nis terminum completum expediri additur in eodem textu. *Neque enim prætoris factum iuri derogare oportet*. Præualet enim declaratio nullitatis à iure inductæ, contra iudicis ſententiam, extra tempus prolatam : ſimilis caſus eſt in authent. de exhibendis, & introd. reis § ſancimus collat. 5. vt notauit Gloſſ. ad l. 1. proximè relatam verb. nullius; ad alios vero caſus particulares in quibus ius irritare videatur, actum ante vel poſt præfiniti temporis limitationem exercitum deſcendere, huius loci non eſt Caprea in regula 25. diſtinguit; nam aut ſtatuitur tempus parti, aut iudici, aut inſtantiæ, aut actioni & per omnes diſcurrens varias aſſertiones tradit, quarum veritas ad duos titulos de dilationibus & de feriis in 2. lib. decretalium lentius eſt examinanda. Eamdem diſtinctionẽ prius fecit Bald. in l. 1. §. 1. de iure deliber. ſed illam reiicit Alexand. vbi ſupra ; illud tamen omnino

D certum habendum, non ſufficere tempus in lege eſſe præſcriptum, reſpiceteque vtilitatem communem, vt exiſtimemus iudici poteſtatem eripi, ne illud proroget, ſeu coarctet. Neque textus adducti ab Anguian. quidquam contra dictam ſententiam conuincunt. Nam authent. ei qui appellat C. de tempor. & repar. appell. pro nobis facit, quia ob iuſtam cauſam annum alterum indulget, & tempus appellationis proſequendæ extendit ibi, *aut ſi iuſta cauſa interceſſerit aliquis annus indulgetur*. Vnde Gloſſ. ibidem verb. *Manet ſententia*, interrogat : ſed quid ſi iuſta cauſa etiam ſecundo anno fuerit impeditus? Reſpondetque, datur reſtitutio ex clauſula generali, ex quibus cauſis ff. l. 1. in fi-

Digitized by Google

ne & in medio. refertque alios textus, in qui-
bus biennium hic definitum ob alias cauſas
extenditur vt in authent. ſi tamen in au-
thent. ſed & lis & authent. ſi appellatione
C. de tempor. & reparat. appel. & ratio eſt
illa ſumma capitis ex ratione de appellatio-
nib. quam Abb. ibidem num. 1. apponit. *Lap-
ſus biennij non praeiudicat appellanti, quomi-
nus ex cauſa legitima audiatur ſaltem per be-
neficium reſtitutionis in integrum.* Siue hoc
temporis prorogatione fiat, ſiue interim ipſo
iure non currat tempus: de quo idem Panor-
mitan. numero 8. & ſequentibus: ſimiliter
expones alios textus ab Anguiano & aliis
adductos, qui vt notat Panormitan. in capi-
te cum ſit Romana, de appellation. nu-
mero 11. non loquuntur, quando cauſa ſug-
gerente iudex voluit dilationem minuere, vel
augere.

7. Verùm quia prædictam ſententiam diuerſi-
mode limitant graues aliqui Doctores, expen-
dere neceſſe eſt, quam veræ ſint eorum limita-
tiones. Primam tradit Dynus in regul. indul-
tum de regul. iur. in 6. Iacob. de Aretin. in
l. qui pro Tribunali citata Cyn. in l. 1. C. de
dilation. & in authent. qui ſemel quomodo,
& quando iud. & alii quos refert Alex. in
l. qui pro Tribunali, ff. de re iudicata, num.
5. qui ita diſtingunt. aut terminus à lege præ-
ſcriptus datur miniſterio iudicis, aut ſine il-
lo: priori modo ſe habet ius, quando diſpo-
nit certum terminum à iudice præfigendum
poſteriori, quando ipſummet ius abſque iudi-
cis interuentu temporis ſpatium aſſignat ad
aliquid faciendum. Et quando ius ſine mini-
ſterio iudicis terminum ſtatuit, aſſerunt hi
Authores non eſſe in poteſtate iudicis illum
prorogare, vel reſtringere; quando verò in
hoc termino præfigendo iudicis miniſterio
lex vtitur, ex cauſa iuſta extendi, ſeu coar-
ctari definitum tempus à iudice admittunt.
Primum probant, quia ideo docuit Gloſſ.
in cap. cum ſit Romana, non poſſe mutari
à iudice tempus decem dierum datum ad
appellandum, neque quadriennium præfi-
xum ad reſtitutionem in integrum. Deinde
idem probant teſtibus pro 1. ſententia ad-
ductis: 2. verò confirmant ex authent. qui
ſemel C. quomodo & quando iud. & expreſ-
ſius in §. omnem in authent. de litigioſis, vn-
de ſumitur prædicta authent. item l. ad pe-
remptorium cum duab. ſequentibus & l.
nonnumquam, ff. de iudic. ſed quamuis in
hoc 2. puncto rectè ſentiant, in 1. decipiun-
tur, ideoque contra hanc limitationem plu-
res opponit caſus Bartol. & poſt illum Alex.
de Imol. & Panormitan. citati, in quibus
iura ſine miniſterio iudicis tempus præfigunt,
quod ex iuſta cauſa iudex mutare poteſt &
in primis in l. 2. qui pro Tribunali, mani-
feſtè dicitur non ſemper arctari iudicem ad
tempus à iure ſtatutum. *Qui pro Tribunali
cognoſcit, non ſemper tempus iudicati ſeruat;
ſed numquam arctat, nonnumquam proro-
gat, pro cauſa qualitate & quantitate*, &c.
Quod ad praxim reducitur in caſu, l. 4. ſi ſe
non obtulit §. ſi quis eodem tit. de re iudi-
cata concordat caput, quod ad conſultatio-

A nem de ſentent. & re iudic.

Reſpondet Iacob. de Aretin. in caſibus
legem ſupplere defectum iudicis quaſi id ſug-
gerat ius, in quo iudex definit. ſed vrget op-
timè Bartol. in l. qui pro Tribunali numero
4. Alexand. ibid. num. 6. Abb. numero 10.
quia lex non ſupplet, immo dat certum tem-
pus iudicatis. Et quod iudex minuit iuxta
l. 2. qui *pro Tribunali*, lex 4. *ſi ſe non obtu-
lit* in iudicatorum fauorem ſuperaddidit,
quæ ſuperadditio ſuperuacanea foret, ſi nul-
la facultas eſſet in iudice minuendi tempo-
ris iudicatis præfiniti. Deinde quid reſpon- 8.
debit ad alios caſus Aretin. & illius ſectato-
res quorum quinque numerant Bartol. Ale-
xand. & Abb. id quibus Iudex tempus ſine
B ipſius miniſterio à iure præfixum non modò
poteſt coarctare, vt concedit Bald. in l. qui
pro Tribunali, Anton. de Butr. in cap. præ-
terea de dilat. ſed etiam prorogare. Primus
viſitur in cap. paſtoralis de exceptionib. ex
quo patet iudicem ex cauſa poſſe minuere
tempus opponendis exceptionibus dilatoriis
præfinitum, vt oſtenditur ex l. exceptio-
nem C. de probation. & caſum admittunt
etiam oppoſitæ opinionis aſſertores Dyn. in
reg. indultum de regul. iur. in 6. & Cyn. in
l. iudices C. de iudiciis. 2. caſus notatur in
tempore ad agendum præfinito nempe tri-
ginta annorum ex l. ſicut. l. cum notiſſimi,
C. de præſcript. triginta annorum: quod ta-
men ex cauſa mutare poteſt iudex vt habe-
tur in l. diffamari C. de ingenuis manumiſſ.
l. titia ff. de accuſ. l. ſi ea C. qui accuſ. non
C poſſ. 3. in tempore quadriennii prædefiniti
ad petendam in integrum reſtitutionem l.
final. C. de tempor. in integrum reſtitut.
quod tamen prorogatur ex cauſa à iudice
propter dolum & culpam aduerſarii ex l pe-
tendæ C. de tempor. integr. reſtitut. 4. in
triennio ad adeundam hæreditatem ſtatuto
l. licet C. de iure deliberan. Et tamen iu-
dex ex cauſa poteſt talem terminum coar-
ctare per l. final. § penult. C. de iure deli-
beran. l. quamdiu 3. ff. de acquir. hæred. l. ſi
quis ita hæres inſtituatur ff. de hæred inſtitut.
Denique 5. cernitur in l. qui pro Tribunali
cuius verba ſupra adduxim. & in § ſi quis l. ſi
ſe non ff. de re iudic. ex quibus deduxi tem-
pus à iure iudicatis actionibus præſcriptum,
à iudice mutari prorogatione, ſeu reſtitutione
potuiſſe.

D Ad hæc argumenta reſpondent Ioann. de
Imol. & alii Authores primæ ſententiæ hos
omnes caſus à iure exprimi, & in his dari facul- 9.
tatem iudici ad terminum à iure præſcrip-
tum prorogandum, ſeu arctandum, vnde po-
tius colligi in aliis tenendum eſſe ius com-
mune: ſed inſtat Alex. quia quando iura ap-
ponunt exceptiones, & caſus ſpeciales, per
quos ob iuſtam cauſam generales leges li-
mitantur, licita eſt extenſio ad ſimiles in
quibus iuſta etiam cauſa repetitur, vt pro-
batur ex cap. cum dilecta §. nos igitur de
confir. vtil. vel inutili, vt notat Abb. ibidem
cap. poſt tranſlationem, §. cum ergo de re-
nuntiat. & Bald. ibid. Gloſſ. in l. quæ pro-
pter neceſſitat. ff. de regul. iur. Bartol. in l. ſi

constant

conſtant in princip. quæſtionis nouæ in prima parte ff. de ſolut. matrim. Ideoque Iaſon in l. qui pro tribunali, cum hanc ſolutionem non iudicauerit ſatis tutam, & ad ſingulos caſus voluerit reſpondere, ſanè nullam aliam meliorem adhibuit, ſed ſolum ſpeciatim declarauit cauſas ob quas ius in illis euentis facultatem iudici conceſſerit præfixi temporis immutandi, quod non tollit alias ſimiles & vrgentiores poſſe reperiri ad quas iudicis facultatem extendi textus pro noſtra ſententia allegati confirmant: falſa ergo eſt limitatio adhibita, quæ iudicis miniſterium ad prædictum terminum ſtatuti temporis variandum depoſuit.

Aliàs limitationes prædictæ ſententiæ appoſitas reperio, quæ veram quidem continent
10. doctrinam: ſed quia non tam exceptiones ſunt generalis regulæ, quam declarationes illius, ne aliis legibus aduerſetur: illas in ſequentibus propoſitionibus expono. Prima, iudex proroget, ſeu arctet inducias in iis, quæ ad ſuam iuriſdictionem ſpectant, & ne ſe ſuperioris iuriſdictioni intromittens, falcem mittat in alienam ſegetem. Ita Ang. de Beruſ. in l. qui pro Tribunali citat. Felin. in cap. cum ſit Romana de appellat. numero 3. poſt Abbat. ibidem numero 11. Probatur ex cap. inſinuatione de appell. & cap. venientes de iur. iurand. Vnde inferunt Bartol. Angel. & Imol. in l. 2. qui pro Tribunali de re iudicata, & Bald. in l. quoties C. de iudic. quod ſi coram ſæculari iudice opponitur exceptio cognoſcenda coram Eccleſiaſtico, non poteſt ſæcularis terminum ſtatuere, intra quem pars ſe debeat coràm Eccleſiaſtico expedire. Ex eodem principio deducit Card. in cap. cum ſicut de eo qui mitt. in poſſeſſion. item Panormitan. ibi in fin. non valere ſtatutum ciuitatis, vt qui obmittit inhibitionem ab Eccleſiaſtico, debeat ſe intra certum terminum expedire. Poterit tamen ſæcularis iudex ſtatuere certum tempus excipienti, intra quod ſe coram Eccleſiaſtico cum proceſſu præſentet, vt cum Bartol. Caſtrenſ. Angel. Imola, Alexand. Salyc. & alii reſoluit Felin. proximè citatus ea l. 5. præſes Cod. de appellat. & cap. perſonas eodem titulo.

Secunda propoſitio in prorogatione vel
11. coarctatione temporis à iure ſtatuti cauſa vulgaris, aut leuis non ſit, ſed magnæ conſiderationis, vt potè magni præiudicii, aut ſcandali euitandi, ita Abb. in cap. cum ſit Romana de appellat. num. 13. Felin. ibidem num. 2. cum gloſſ. in cap. pia Verb. octo dierũ de exception. in 6. domin. & aliis ibid. licet Archidiacon. in cap. teſtes 2. quæſt. 7. colum. 2. dicat in caſu capitis Pia de except. in 6. poſſe fieri prorogationem termini poſt Innocen. in idem cap. & gloſſ. Bernar. in cap. ſoleт §. 1. de ſent. excommunicat. in 6. quod infra magis probabimus. Tertia propoſitio eſt prædictam definiti temporis mutationem non modo in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus à iudice poſſe fieri niſi pœna lapſo legis termino imponatur. Prima pars huius propoſitionis probatur à Specul. multa allegante de citatione §. nunc de tempor. in fin. Innoc. in cap. ad pe-

A titionem de accuſationib. Anan. ibid. in fin. Bal. in l. 1. C. de requir. reis & in l. 2. C. vt intra certum tempus Alex. ad l. qui pro Tribunali num. 8. &c. Ratio eſt quia in criminalibus actionibus proceditur ad inſtar ciuilium per l. 5. abſentem, ff. de pœnis, in qua habetur, *abſentes pronunciari oportet ſecundùm morem priuatorum iudiciorum*: criminalia enim publica, ciuilia verò priuata cenſentur. Secunda pars pariter cum prima defenditur ab Alex. citato num. 9. & à Felin. num. 5. qui referunt pro 2. parte Bal. Lud. Butr. Ioann. Andr. & Imol. probantq; quia ſi pœna imponatur lapſo legis termino, dilatio data videretur pro forma. Vnde deducitur non ſufficere vnam citationem pro omnibus, quando ad inducen-
B dam pœnam lex requirit trinam. Item ſi ſtatutum eſſet, vt contumax poneretur in banno, in quo illi octo dierum terminus aſſignaretur, quo elapſo ſi non comparuiſſet, pro confeſſo habetur. In hoc caſu iſte terminus non poteſt à iudice coarctari, ne ſuperuacanea videatur à iure aſſignata dilatio ad incurrendam pœnam.

Quarta propoſitio: iudex non ità poteſt reſtringere dilationem legalem, vt illam in totum auferat, ita gloſſ. 1. in fin. ad l. quod iuſſit, ff. de re iudicata ſpecul. vbi ſupra Felin. num. 7. Alex. num. 10. ratio eſt, quia iam in hoc caſu iuri derogaret Iudex contra l. 1. ff. de feriis & ſupra facultatem ſibi conceſſam ad prorogandum, vel arctandum temporis terminum, non
C vero ad illum in totum auferendum, niſi ſupremus ſit princeps, qui etiam ſine cauſa, cum aliqua tamen æquitatis ratione, omnem omnino dilationem poterit tollere, vt pręter citatos bene aduertunt Ancharan. & Imol. in cap. ea ore de his quæ fiunt à Maior. part. capit. Et patet, quia ſupremus princeps eſt lex viua, & dominus iuris in æquitate naturali fundati. Quinta propoſitio: oportet vt iudex exprimat cauſam, ob quam dilationem moderatur. Ita Innoc in cap. ad petitionem de accuſation. Felin. citatus num. 9. Et ratio eſt qua tradit Abb. in cap. 1. colum. 4. de dilation. quia in dilationibus à iure expreſſis cauſa non præſumitur, quamuis in arbitrariis præſumatur; ergo vt de illa conſtet, & de iuſta dilationis moderatione, oportet, vt iudex ſuper hoc inresloquatur.

D Ad primum argumentum pro prima ſententia reſpondeo cum Gloſſa verb. indultum ad citatam regulam *Indultum*, de regul. iur. & cum Dyno: & vt notauit Abbas in cap. cum ſit Romana de appellation. numero 11. beneficium iuris non eſſe auferendum ab homine, ſed ab alio iure, item ab homine vero iudice cum ſufficienti cauſa & cauſæ cognitione. Vnde cum ex textibus oſtendimus cum cauſa poſſe temporis terminum à iure præfixum mutari, item iudicem hoc efficere cum graui cauſa, cauſæque cognitione, ſequitur prædictam regulam reſolutioni datæ non obſtare, præſertim cum temporis dilationes de iure ſint arbitrariæ ex l. 1. & l. ſiue pars Cod. de dilation. l. nonnumquam, ff. de iudic. Vnde beneficium temporis à iure conceſſum, huic etiam iuris 13.

arbitrio ſubiacere neceſſe eſt. Ad ſecundum, A
ſimiliter dico prætoris factum iuri derogari
non poſſe, niſi adiuuetur ab alio iure, quia
vnum ius alterum declarare, limitareque
ex prætoris ſententia declaratur: at quantum
iuuetur iudex in noſtro caſu à iure ſatis
oſtenſum eſt. Et patet in cap. perſonalis de
exceptio. cap. de cauſis, de offic. & poteſtat.
iudic. deleg. & aliis textibus ſupra citatis.
Ad tertium, Reſpondeo primo, plures eſſe
cauſas ob quas extendi poſſit quinquennium
ad accuſandum adulterium, quarum aliquas
refert Gloſſ. ad leg. adulter citatam Verb.
Accuſari. Verum ergo eſt, quod cum cau-
ſa poſſit extendi, illud tempus iure defini-
tum. Secundo, ſi quis dicat extendi à iure, B
non iudice, reſpondeo hoc ſufficere, vt co-
gnoſcat iudex ea cauſa grauiſſima poſſe hoc
tempus prorogatione, vel reſtrictione muta-
ri. Tertio, cum leges tranſacto quinquen-
nio impunem relinquant adulterum excep-
tis caſibus in iure expreſſis, non eſt in iudi-
ce poteſtas de cauſa adulterii elapſo termi-
no agere. Vnde terminus non ſolum iudici,
ſed eius iuriſdictioni præfigitur: quare de-
curſo iuriſdictionis termino iudicis poteſtas
expirat, vt dicitur de mandato in cap. de
cauſis de offic. & poteſtat. iudic. deleg. Et
latè probat Alexand. conſil. 137. *in cauſa* poſt
princip. lib. 2. & conſil. 84. *conſideratis*, in
fin. lib. 4. Bal. in auth. Clericus colum. 2. C.
de Epiſ. & Cleric.

Ad quartum, negandum eſt aſſumptum
cum Bartol. Alexand. Panormitan. Felin. & C
aliis pro ſecunda ſententia relatis, quia non
eſt maior ratio cur Iudex in his caſibus ea gra-
uiſſima cauſa dilationem minuere nequeat,
ſeu augere: iam enim ſupra diximus iura in
aſſignandis cauſis ad faciendam definiti tem-
poris mutationem non loqui diſpoſitiuè, ſed
narratiuè, & in hoc ſignificare ſuper hoc con-
ceſſam iudici poteſtatem. Quamobrem dico
quod tempus aſſignatum à iure ad appellan-
dum, ad proſequendam appellationem, & ad
reſtitutionem in integrum, cum cauſa proro-
gari poſſe, vt probat Alexand. num. 6. cum
Abbate & Bartol. ex l. intra vtile, ff. de Minor.
& l. perendæ Cod. de tempor. in integr. re-
ſtitut. per. neque ſibi contrarius eſt Alex. in
conſil. 23. lib. 3. numero 3. vt illum refert
Anguian. lib. 3. de leg. controuerſ. 16. num. D
13. vbi ait elapſa inſtantia non dari reſtitu-
tionem minoribus, neque piis locis; debet
enim explicari videlicet ſine cauſa, vt idem
Alex. ſe declarat in l. qui pro Tribunali, ff.
de re iudic. numero 7. Et in hoc ſenſu, ne-
que Gloſſ. in cap. cum ſit Romana, nec l. ne-
mò & l. properandum in argumento relatæ
nobis aduerſantur, nec aliter intelligi poteſt
gloſſ. in cap. cupientes verb. *Quindecim*, ne
textui contradicat, ibi, *nulla iuſta cauſa in-
terueniente*, & infra, *propter quæ forſitan
videretur eidem ad prædictam comparitionem
tempus prolixius indulgendum*, immo, ne ſibi
verbo *prolixius*, videatur contrariari.

Ad quintum, reſpondeo Gloſſam in eo ad-
ductam etiam probare doctrinam Ber. & Ioan.
Mo. poſſe octo dierum terminum, cum
cauſa prorogari: & quamuis oppoſitum ve-
rius exiſtimet, illam ex hac parte non admit-
timus. Nam Ioann. Andr. ad eumdem tex-
tum Pia numero quarto, verbo *octo dierum*,
Archidiac. ibidem num. 8. eodem verb. cum
multis aliis quos ipſi referunt, illum termi-
num cum cauſa poſſe extendi arbitrantur, nec
repugnat Geminian. niſi quando cauſa parui
eſſet præiudicii, & ferè nulla, quod noſtræ
ſententiæ non repugnat. Vnde ſi Iudex ſine
ſufficienti cauſa malè arbitretur in amplian-
do, vel reſtringendo iuris termino, ab eo po- 14.
teſt appellari: quia in iis, quæ committuntur
iudicis arbitrio, conceditur appellatio à iu-
dice male arbitrante, vt docet Panormitan.
in cap. cum ſit Romana de appellation. num.
25. cum Gloſſ. in cap. ſuper his de accuſation.
& Bartol. in l. ſi qua pœna, ff. de verbor.
ſignif. & doctoribus communiter in cap. 1.
de dilationibus per iſtum textum.

---

*Vtrum ius Canonicum in præfigendo
inſtantiæ termino differat à Cæſareo.*

SECTIO II.

INſtantia apud Iuriſperitos duplex eſt, vna 1.
cauſæ, altera appellationis: Inſtantia cau-
ſæ tempus illud ſignificat, quod inter litis
conteſtationem, & ſententiam intra tempus
à iure præſcriptum ferendam intercedit, iux-
ta Vlpian. in l. 73. & poſt edictum, ff. de iu-
diciis, Iaſon in l. poſtquam lit. C. de pactis;
ſiue prædictum tempus ſit à iure communi,
ſiue à peculiari aliquo ſtatuto præfixum.
Nam quando à iure ſtatuto in locum inſtan-
tiæ iuris communis ſubrogatur, altera illius
naturam recipit, vt docet Imol. in l. 4. dica
cautionis, ff. de damn. infect. hæc poteſt fie-
ri per compromiſſum inter partes coràm ar-
bitris certo tempore duraturum. Etſi cauſa
coràm arbitris cæpta, terminata non fuit,
ante determinati temporis decurſum, ſicut
perimitur inſtantia compromiſſi, ita & com-
promiſſum, neque poſſunt partes coram eiſ-
dem arbitris litigare, niſi de nouo compromiſ-
ſum inſtauretur, vt tenet gloſſ. in l. item ſi vnus
verb. *ſi multo poſt*, in fin. ff. de receptis arbi-
tris, & per illum textum: cui concinit l. 26. ſi
cum dies §. plenum l. 37. non diſtinguemus §.
ſummæ, ff. eod. tit. Et tenet Caſtr. poſt Bald. in
l. 2. ſub nu. 3. C. de diuerſ. reſcript. Blanc. de
compromiſſ. quæſt. 7. loquutus de inſtantia
facta per compromiſſum voluntarium ſine im-
pulſu legis, vel ſtatuti. Qua in re notandum eſt
quãdiù durat inſtantia coram arbitris per cõ-
promiſſum, non currit tempus inſtantiæ, quæ
coram iudice cæpta fuit, vt ea auth. ſi tamen
Cod. de tempor. & rep. appella. & Clement.
quamdiu de appellat. conſtat. & notat Ne-
guſant. in Sylua reſponſ. quæſt. 135. n. 10. cum
Capic. deciſ. 11. num. 9. & ſeq. Et ſicut in-
ſtantia in cauſis ordinariis incipit à litis con-
teſtatione, ita in exequutiuis, atque in ſumma-
riis incipit à primo actu iudiciali contradicto-
rio, vt docet Bald. conſil. 226. in princip. lib.

tertio, Caſtr. conſil. 303. ſuper primo num. A 3. lib. 1. Altera, quæ eſt appellationis inſtantia, incipit à die, quo poteſt haberi copia Iudicis, vt tenet Lanfr. Brix. tract. de arbitr. 1. par. per gloſſ. vlt. in l. ſi cum dies, verbo *compromiſerunt*, ff. de recept. arbitr. & eſt caſus in l. ſi in diem, ff. de condit. & demonſtr. Clauditur fatalium dierum termino, qui ad proſequendam appellatinnem dantur, vno anno, vel biennio, ſi in primo fiat aliqua diligentia, vt in authent. ei qui ſe C. de tempor. appellat. & DD. communiter ibidem Tuſch. Verb inſtantia, concluſione 217. cum Calderin. conſil. 10. de appellation. aliàs 216. Signotol. conſil. 252. Caſtrenſ conſil. 155. colum. 2. lib. 2. Et quamuis ex ſententia Roman. conſil. 346. in hac cauſa num. 11. hæc ſecunda inſtantia appellationis eaſdem concluſiones reſtrictiuas recipiat, quas recipit prima, B non eſt negandum aliqua eſſe diſcrimina inter vtrumque, de quibus agere huius loci non eſt. Interim vide Cardinal. Tuſch. verb. appellatio, concluſione 395. vbi quæritur, an appellationis cauſa ſit eadem cum principali: hoc vnum eſt ſatis commune diſcrimen. Inſtantiam cauſæ principalis ex ſolo partium conſenſu non prorogari. Inſtantiam verò appellationis maximè: ita Fulgoſus conſil. 171. num. 2. Gerardus de Arades, Ancheran. Alex. Iaſon. Bal. & Veuiz. quos ſequitur Tuſch. verb. Inſtantia, concluſione 213. num. 1. vbi varias limitationes & declarationes huius diſcriminis adducit.

2. Cognita ergo inſtantia iuris, ſtatuti, & compromiſſi, tam prima, quàm ſecunda, rogamus an in illa prima de iure communi C ſit, diſcrimen inter Pontificium, & Cæſareum. Et quidem de Cæſareo conſtat. Primò inſtantiam in ciuilibus triennio, in criminalibus biennio finiendam patet ex l. properandum Cod. de Iudic. DD. ibidem communiter Abbas conſil. 33. *Quia quinque* colum. 4. num. 7. lib. 2. & Bartol. in Extrauag. ad reprimendum, verb procedatur, qui terminus ſtatutus eſt in fauorem publicum ad finiendas lites, ne cauſæ fierent immortales, vt docet Maria Socin. conſil. 31. *Proſequendo*, in prima parte, Alex. conſil. 21. *Viſis*, numero 2 lib. 3. Barbat. inter conſilia, Alexand. conſil 64. *Circa præſentem* numero 3. lib. 4. Conſtat ſecundo, ſecundùm conſuetudinem nunc vſu receptam, non perire inſtantiam in Ciuilibus, neque in criminalibus D cauſis, elapſo biennio, ſeu triennio: ita teſtatur Gregor. Lopez. in leg. 19. titulo 12. partit. 5. Gloſſ. verb de *Triennio*, & in leg. 7. Verbo *Otioſis*, titulo 19. part. 7. quare ſicut in Conſiſtorio Principis, & in Camera Imperiali inſtantiæ terminos in ferendis ſententiis transgredi licet, vt docet Afflict. obſeruation. 383. Myſing. deciſion. 48. centur. ſecunda, Ioannes Papon. lib. 12. titulo 3 arreſt. 18. ita de Senatu Neapolit. idem tradit Robertus Maranta in ſpecul aureo 5. part. in princip. numero 15. & in Tribunalibus Hiſpaniæ hoc ipſum obſeruari, vt diſpoſitio legis *properandum* in vſu non ſit, notauit Guttierez de iuram. 3 part. cap. 5. num. 4.

Hoc poſito non defuerunt graues Authores, qui in iure canonico nullum eſſe diſcrimen hac in re à Ciuili, eo quod inſtantiæ eiſdem definirentur terminis biennii in criminalibus, & triennii in ciuilibus. Ita Iaſon ad l. properandum de Iudic. numero 17. Bero. ibidem numero 15. Imol. in cap. Venerabilis de Iudiciis Roman. conſil. 220. circa primum numero 11. Fulgoſ. vt illum refert & ſequitur Couarr. in cap. quamuis pactum part. 2 § numero 4. quamuis pro oppoſita citetur à Tuſcho verb. Inſtantia concluſion. 2. numero primo, allegans conſilium eiuſdem Fulgoſ. 168. *Lata ſententia* in fine 1 fundamentum huius ſententiæ eſt, quia non eſt inducendum huiuſmodi diſcrimen, ſine claro textu illud indicante; Nam ratio, ſeu præſumptio ſtat pro iure Canonico, quod non minus publice fauere voluerit vtilitati, & litium immortalitati obſiſtere, litigantiumque expenſas præſcindere, quam Ciuile: quanti enim faciat hoc publicum bonum ſatis oſtenditur ex cap. finem litibus & cap. vltimo de dolo, & contumac. ibi, *Volentes finem litibus imponi, ne immortales exiſtant*, & cap. Iuſgentium de ſentent. & re iudicat. ſed nulla lex canonica eſt, quæ hoc diſcrimen manifeſtè oſtendat, & quæ inſtantiæ ciuilis terminum excludat: ergo &c. Minorem probant citati Authores exponendo in alio ſenſu textus, ex quibus illud diſcrimen poſſet deduci. Et confirmatur: Nam quando à iure ciuili recedit ius canonicum, ſolet hunc receſſum declarare, vt in cap. 2. de arbitr. ibi *licet lex ciuilis*, in cap. ſæpe & cap. ſuper eo, de reſtitution. ſpoliatorum, item in multis aliis: ſi ergo in nullo textu declarauit ius Canonicum ſe recedere à ciuili in terminis inſtantiæ, ſanè ab eo regulariter non recedit, hæc opinio probabilitate non caret. 3.

Non iudico tamen à communi ſententia eſſe recedendum, quæ in hoc ius Canonicum à ciuili differre affirmat: Etenim inſtantiam de iure Canonico in ciuilibus triennio non perimi, ſed perpetuam eſſe communis iuriſperitorum conſenſus, ſtabiliuit, ita Abb. in cap. ſuper eo 2. numero 5. de appellat. & in cap. Venerabilis numero 2. 5. & ſequentibus, de iudiciis Angel. conſil. 144. in fine, Fulgoſ. conſil. 168. ad finem Barbat. inter conſilia, Alexand. conſil. 64. *circa præſentem*, numero tertio, lib. 4 Milis in repert. verbo *litis pendentis*, ad finem Caſſador. deciſion. 5. numero 4. Sarnen. in regul. de Annal. quæſtion. 67. numero 3. Maria Socin ſen. in cap Venerabilis de iudic. numero 16. poſt Innoc. Hoſt. in ſpecul. item Prodocimus de Comitib. de differentiis iuris Canon. à ciuili numero 31. Gregor. Natt. in elem. ſæpe numero 164. & ſequentibus, Baptiſta de S. Blaſ. in rubr. decreti numero 70. Octauian. de Stylo Curiæ libro tertio cap. 3. num. 1. Rota Bononienſis deciſ. 76. Boer. deciſ. 283. Lanfranc. deciſ. 426. Gayll. deciſ. 140. lib 1. Mynſiger. obſeruatio. 47. centur. 5. Bernard. & additio regu. 338. Auguſtin. Bero. in cap. Venerab. de iudic. n. 12. Burſat. conſil. 4.

2. numero ſecundo. Roland. à Valle conſil. A
21. lib. 3. & conſil. 82. lib. 4. Sebaſtianus
Bantius de nullitatibus, titulo ex defect. iuriſ-
dictiun. ordinar. num. 115. Marcheſan. part. 2.
de commiſſione protogat. cap. 1. §. 1. num 16.
Didacus Perez ad l. 1. tit. 1. lib. 3. ordinam. verſ-
ſic. Anguian. de legib lib. 3. controuerſ. 17. n.
12. Marania Gurtier. Gregor. Lop. ſupra citati
& Doct. communiter, vt docet Felin. in c. ſpe-
nulr. de iudic. & ideo hanc opinionem ſequi-
tur gloſſ. in c. anterior. verb. Imperator 2.
quæſt. 6. & in c. Venerab. verb *finem*, de dol.
& contuma. inſt. properandum verb. Triennii,
Cod. de iudiciis.

5. Ex textib. qui pro hac probabiliori ſententia
allegantur, duo magis vrgent. Primus eſt cap. B
Venerab. penulr. de iudic. in quo reſoluitur,
vt non obſtante lapſu trionnii legatus in cauſa
ſibi commiſſa præcedat. Ad hunc text. varie
reſpondent aduerſarii: præcipua illorũ ſulutio
eſt, in eo text. nihil decerni contra inſtan-
tiæ triennium, neque n. negatur inſtantiam
fuiſſe peremptam: ſed legati iuriſdictionem
non fuiſſe finitã, quare adhuc tenebantur
reſpondere non quidem præteritam inſtan-
tiam proſequendo, ſed nuuam inchoando; in
qua ſolutis prius per nouæ inſtantiæ actu-
rem expenſis, nouus libellus offertur, & no-
uus proceſſus fit; prout in cauſa ciuili iuxta l.
properandum §. vlt. eum gloſ. verb. *rigorem*,
Bart. & DD. communiter ſtatuit Perez, vbi
ſuprà & Maran. numero 47. ſed contra in eo
cap. allegatur pro parte illorum, qui reſ-
pundere nolebant, inſtantiam periiſſe. Pon-
tifex verò reſpondet, vt illa exceptione
non obſtante legatus procedat, quod non C
reſponderet, ſi præciperet nouam inſtan-
tiam inchoare, dum. n. in negotio præce-
dere iubet, in eâdem cauſæ inſtantia, adhuc
perſiſtendum, & conſequenter triennium
non eſſe obſeruandum decernit, vt nutauit
Maria Socin. ad hunc text. num. 20. cum In-
noc. & Ioan. Andr. & nos infra reſpundendo
ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ am-
plius exponemus.

Reſpondebit rurſus aliquis quod in eodem
cap. Venerabilis Archiepiſcopus Rauennas
propoſuit per ſubterſugia & canillationes
aduerſariorum cauſæ deciſionem fuiſſe pro-
rogatam: ſed quando lis per cauillationes,
& ſubterſugia doloſa partis tergiuerſantis
differtur, & in culpa eſt pars, ne negotium
intra definitum tempus finiatur, tempus non D
currit inſtantiæ, neque illa præfixis biennii,
vel triennii limitibus clauditur, vt tenet Ol-
drad. conſil. 273. numero 2. Calderin. con-
ſil. 217. in fin. aliàs 11. de appellatio. Bar-
tol. in l. ſi cum ipſe, per illum textum, ff. de
excuſat. tut. Bald ibid. Alex. in addit. Bartol.
ad citatam legẽ & conſil. 71. in princip. & col.
2. in fin. lib. 5. Abb. conſil. 16. lib. 2. Felin. in
cap. Venerabilis colum. 2. & 3. & alii quos ſe-
quitur Maranta in Speculo aureo par. 5. n. 30.
Tiraquell. rertact. tit. 1. §. 12. gloſſ. 2. à num 1.
probaturque ex l. vltim. in fin C. ad legem Iul.
de adulr. l. 4 intra vtile, ff. de minorib. ergo
licet triennium in cauſa elapſum fuerit, non
ſequitur peremptam eſſe inſtantiam. Vrgeo ta-

men 1. quia nonnulli exiſtimant etiam inter-
cedentibus ſubterſugiis, & cauillationibus ad-
uerſæ partis tempus inſtantiæ currere, & con-
tinuari & elapſo triennio perimi, ſed dari re-
ſtitutionem ex l. ſed etſi, ff. ex quibus cauſis
&c. §. ait prætor, & §. ſua cui; ita Nicolaus
Boer. deciſ. 147. num. 14. Auguſtin. Beroi. in
cap penult. de iudic. num. 26. Anton. Aretin.
& ibidem poſt. Gloſſ. in l. properandum §. ſin
autem vtraque verb. *trium librarum*: & pro-
bant ex cap. Venerabilis, nituntur que reſ-
pondere legibus citatis. Secundo, quia admiſ- 6.
ſa tanquam vera communiori ſententia, quod
cauillationes, & dolum aduerſæ partis fa-
ciant ne inſtantiæ currat tempus, ſauè Ponti-
fex illas cauillationes & ſubterfugia non cu-
rauit, ſed ad id, quod de inſtantiæ peremptæ
triennio obiiciebatur, reſpondit: illam ex-
ceptionem nõ obſtare, quominus in foro Ec-
cleſiaſtico in cauſa vlteriùs procederetur. Im-
mò niſi illud ius de inſtantiæ termino reiiceret
facile iuxta hanc ſententiam dicere poſſet,
tempus propter ſubterſugia, dolumque di-
uerſæ partis non cucurriſſe, & ideo adhuc ſen-
tentiam perdurare.

Secundus textus eſt cap. cum olim 2. de pri-
uilegiis in quo iubentur ſolui expenſæ factæ
per quadriennium, quo durauit litigium: ergo
inſtantia iure canonico non finitur triennio,
neque in eo ſtatu lege properandum. Reſ-
pondet Iaſun ad eandem l. num. 17. illud qua-
driennium non in vna, ſed in multis inſtantiis
lapſum fuiſſe, vel annum integrum in ea cauſa
tranſiſſe ante litis conteſtationem, à qua ſolũ
incipit triennalis inſtantia; vt probatur ex l.
properandum in principio ibi *poſt litem conte-
ſtatam*, & ibidem decernunt DD. cum Gloſſ.
in cap. Venerabilis de iudiciis. Vrget tamen
optimè Georg. Natta vbi ſupra num 165. quia
illa potius diuinatio, quam germana textus ex-
poſitio iudicatur; nullum enim eſt in eo textu
indicium, ex quo colligatur non fuiſſe elap-
ſum quadriennium poſt litis conteſtationem,
ſeu in eadem inſtantia.

Rationem verò huius diſcriminis in iure 7.
Canonico aſſignauit Abb in cap. ſuper eo nu.
5. de appellat. & in cap. Venerabilis de iudi-
ciis num 7. Riminald. §. final. inſtit. quibus
alienare licet nu. 52. & alii, quia certum eſt ius
ciuile non admittere tot appellationes ab in-
terloquutoriis, & grauamine ante diffinitiuã
ſententiam iuxta l. 2. ff de appellat. recipien.
quas tamen lex canonica generaliter admiſit
in cap. ſuper, eo 2. de appellat. iuncto decreto
Trident. Seſſio. 14. de reformat. cap. 20.
Vnde oritur, vt minus temporis requira-
tur à iure ciuili poſt litis conteſtationem,
vſque ad ſententiam definitiuam, quam à
iure Canonico; Nam ius Canonicum per-
miſſis tur appellationibus intermediis ante
deciſionem cauſæ principalis, neceſſario lon-
gius tempus concedere debuit, ne principa-
les cauſæ relinquerentur indeciſæ. Addit dein-
de Abbas quod de iure Canonico mitius pro-
ceditur, quam de iure ciuili, ideoque canones
indiſtinctè appellandi faciunt facultatem etiã
ab interloquutoriis, quod notauit gloſſ. ad l.
1. ff. à quib. appell. non licet in fine. Verùm

contra hanc rationem inſorgunt contrariæ
opinionis aſſertores. Ex prædicta ratione ſe-
qui in iis caſibus, io quibus ius ciuile admittit
appellatiooem ab interloquutoria inſtantia nõ
finitum iri eodem termino biennii,ſeu triennii,
ſecundum idem ius cioile:cum tameo indiſtin-
ctè,& ſine vlla limitatione DD. ad l. prope-
randum C. de iudic. & l. finalem C. vt intra
certum tempus, & cap. venerabilis dicant ex
ciuili iure omnes omnino cauſas à litis conte-
ſtatione ; vſque ad definitiuam ſententiam io
cioilibus triennio, in criminalibus biennio ter-
minari;ſed propter hanc obiectionem addidit
Paoormit. mitius procedi in caoonico quàm
in ciuili iure, quæ ratio quia nou omnino ſa-
tisfacit.

8. Aliam lubet adiungere rationem, quã Bal.
in cap. finali de dolo & contumac. Felin. in cap.
Venerabilis in princip. Bero. ibid. nu. 2. inge-
nioſè adducunt ; videlicet, quia experimeoto
cognouit ſummus Pontifex,& prudenter con-
ſiderauit ad lites celerius finiendas inutile re-
medium à ciuili lege inuentum fuiſſe inſtantiæ
terminum, quioimo medium fini prorſus con-
trarium fuiſſe adhibitum, quia noo dicitur
perfectè ſopitum, quod iterari & reoouari de
integro poteſt. Nam ſi finita prima inſtantia
alia 2. & 3. poteſt inchoari quæ idem negotiũ
pertractet,ſanè ad multa triennia cauſæ pro-
trahi poſſunt, & cum maioribus expenſis acto-
rum renouatione in longius tempus idem ne-
gotium deducetur. Cautius igitur ius caooni-
cum prooidit cum ſtatuit inſtantiam trienoio
minime finiri. Quamobrem præpoſtere ait Si-
mon Schardius in penu iuris poſt Iacobum
Spicgelium leges, quæ iudicialem inſtantiam
fioiri ſanxerunt, melius quam Canones diſpo-
ſuiſſe, verbo *inſtantia*. Immo vſus forenſis in
forũ ſæculare ab Eccleſiaſtico traductus hunc
ciuilis ioris terminum abſtulit, quod præter
citatos ad initium ſectionis docuit Rebuff. in
proœmio ad leges Galliæ gloſ. 5. n. 52. vt ciui-
lis iuris minus opportunum remedium ad
prorogandas non ad fioiendas lites, contra le-
giſlatoris inteotionem degenerans à Canoni-
ca lege caſtigaretur.

9. At dices quæ iſta eſt canonica Conſtitu-
tio ciuilis iuris correctoria ? Sanè nulla mani-
feſtè, hoc aſſerens producitur. Illã oſtendo &
oppoſitæ ſententiæ fundamentum ſubuerto.
Noua igitur iuris Canonici coostitutio illud
eſt caput penultim. de Iudiciis, ad illa verba,
*Mandamus quatenus exceptione huiuſmodi
non obſtante*, hanc enim particularem deciſio-
nem, & reſcripti commiſſionem Honorii III.
in ius commuoe, & vniuerſalem conſtitutionẽ
coouertit Gregor. IX. & verbo *mandamus* ius
nouum hic inducere, obſeruauit Benolius in
cap. prædictum n. 17. & ex variis textib. dedu-
xit præſertim in cap. ad noſtrã 1. de iore iuran.
vbi ex deciſione caſus ſingularis nouũ ius per
verbum maodamus ſtatuitur: ſimiliter ergo in
noſtro textu per idem verbũ Pontifex decer-
nit, & declarat triennium inſtantiæ, quod in
exceptione ſignificatur, iuxta propoſita non
impedire proceſſum in eadem cauſa Eccleſia-
ſtici fori, quæ verba ſic eſſe accipienda com-
munis Doctorum interpretatio, & conſuetudo

A cooſirmata ex cap. cum olim 2. allegato per-
ſuadet ; nemo eoim negabit conſuetudinem
legum eſſe interpretem ſingularem; quẽ vſum
Eccleſiaſtici fori etiam confirmat cap. finale de
probation. iuncta declaratione Hoſtieo. quem
ſequitur Felin. in cap. Venerabilis citatum nu.
1. Neque obſtat quod iſte textus ſpeciatim
procedat de iodice delegato ; nam ſicut tem-
pus cauſis exercendis definitum io l. prope-
randum, omnes complectitur ſiue apud ordi-
narios iudices, ſiue apud delegatos etiam à
priocipe agitentur, ita cap. Venerabilis quã-
uis ſumptum ſit ex particularis reſcripti com-
miſſione à Gregorio IX. tanquam generalis
conſtitotio omnibus iudicibus applicãda pro-
ponitur, ſub titulo de iudiciis ; quoniam in illa
B prorogatur tempus inſtantiæ, oon iudicii, &
hæc eſt communis ſententia interpretum ad
cap. Veoerabilis, & ad l. properandum, vt
cum multis tenet Burſatt. conſil. 1. num. 2.
& 3. & cum aliis Aoguianus num. 18.

Ad argumentum ergo reſpondeo ius Cano- 10.
nicum non minos, immo magis fauere publi-
co cõmodo, repudiato termino inſtantiæ iuris
ciuilis, quam ſi illum obſeruaret, vt probaui :
neganda tamẽ eſt minor, videlicet nullum eſſe
textum in quo hoc nouum ius declaretur. Iam
enim illum oſtendi. Neque oportet, vt quoties
canonica lex à ciuili diſcedit in actu ſignato ci-
uilis faciat mentionem; ſatis enim eſt ſi in actu
exercito id faciat contraria diſpoſitione. Mul-
ta poſſem huios rei exempla proferre, in qui-
C bus ios canooicum à ciuili recedit, quin illius
meminerit ; vnum ſufficiat : nam de iure ciuili
reſcriptum priocipis non valet oiſi appoſita in
eo ſit illa clauſula *ſi preces veritate nitantur*,
vt patet ex l. 7. vniuerſa reſcripta C. de diuerſ.
reſcript. Et tamen iu cap. 2. ex parte de reſcrip-
tis cooſtat prædictam clauſulã non neceſſariò
eſſe exprimendam : ſed in omnibus in quibus
non exprimitur, ſubintelligẽdam: At com op-
poſitum diſponeret Pontifex, ſicut obſeruauit
Gloſſa verb. *vniuerſa* ad cap. dicenti ſacras §.
vniuerſa. in quo lex illa refertur : nullam illius
iuris fecit mentionem. Vnde Ant. de Bort. ad
citatum cap. ex parte, ait, quamuis inſerta ſit
illa lex à Gratiano in decreto in foro Eccleſia-
ſtico illa non ſtandum : quia credit non eſſe
obſeruandam legem canonizatam, quæ iuri
canonico contrariatur.

D At dices probatum quidem eſſe ex cap. Ve- 11.
nerabilis inſtantiam triennio limitatam in cau-
ſis ciuilibus ſæcularis fori ab Eccleſiaſtico fuiſ-
ſe excluſam. Non tamen aliquid indicari in
hoc, aut in alio canooe contra biennii inſtan-
tiã in criminalibus. Reſpondeo diſcrimen ſu-
per inſtantiæ termino inter ius canonicum, &
ciuile ſolum eſſe in cauſis ciuilibus, non in cri-
minalibus: ita Anan. in cap. qualiter & quando
2. §. licet autem n. 6. de accuſation. Iulius Clar.
lib. 5. de pract. criminal. §. final. quæſtione
51. oum. 8. Auguſtin. Bero. in cap. Venerabilis
num. 37. poſt Henric. Boich. Anguian. lib. 3. de
leg. controuerſ. 7. nu. 20. cum aliis ad citatum
cap. Venerabilis Probatur primo, quia nullus
textus ex iure canonico apparet, in quo dero-
getur biennium inſtantiæ in crimioalibus cau-
ſis ſtatutum in leg. finali C. vt intra certum

tempus, & confirmatum in l. properandum de Iudiciis, quod eſt optimum argumentum iuxta cap. primum de nou. oper. nunciat. cum Gloſſ. ibidem verb. *adiuuantur*. Secundo, quia ex eodem principio à quo ſupra deduximus plus voluiſſe ius Canonicum publicæ vtilitati fauere in remouendis litibus, & cauſarum proceſſibus terminandis, non admittendo multiplicationem, ſeu repetitionem Inſtantiarum; ſed in eadem procedendo, quanta celeritate cauſæ qualitas pateretur: Ex eodem colligimus optima ratione ductum idem ius Canonicum biennii inſtantiam in criminalibus in ſuo vigore reliquiſſe. Nam talis erat in ſæculari foro conditio inſtantiæ biennalis, vt repeti nullatenus poſſet. Sed elapſo biennio reum abſolui, accuſatorem non audiri, nullum alium contra illum reum de eadem cauſa fieri proceſſum neceſſe erat, vt ſtatuit Gloſſ. vltima in l. finalem Cod. vt intra certum tempus & DD. communiſſimè ibid. teſtanturque, Capic decif. 206. Iul. Clarus loco proximè citato, Maranta in ſpeculo part. 5. numero 48 & probatur ex l. abolitionem Cod. de adulteriis Idem de iure Hiſpaniæ deciſum habetur in l. 7. tit. 29. partit. 7. cum igitur in criminalibus cauſis non daretur inſtantiæ renouatio, & alioqui ad remouendas lites, ac in reorum fauorem biennium inſtantiæ accuſationem vlterius procedere vetabat; Ideo in hac parte ius canonicum ciuili voluit conformari. Aduertendum tamen eſt de vſu Tribunalium ferè omnium in vtroque foro hunc biennii terminum in criminalibus non obſeruari, immò receptum eſſe conſuetudinem illi iuri derogantem, vt elapſo biennio in cauſis criminalibus procedatur, ſicut diximus in ciuilibus vt teſtat. Boſſio de inquiſitione num. 89. & de ſentent. num. 108. Item Iulius Clarus vbi ſupra: ratio fuit, fortaſſis, quia creuit peccandi licentia, & ne interpoſitis dilationibus facile malefactores biennium elabi doloſè curarent, & ſic ſceleri manerent impunita, ſublata eſt hæc euadendi via.

12. Oppones Concil. Tridentin. Seſſio. 24 de reformation. cap. 20. in princip. ſtatuit, vt *omnes cauſæ ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiamſi beneficiales ſint in prima inſtantia, coram ordinarijs locorum dumtaxat cognoſcantur, atque omnino ſaltem infra biennium à die motæ litis terminentur*, ergo iam ex iure canonico præfixus eſt terminus inſtantiæ in omnibus cauſis Eccleſiaſticis biennio apud ordinarios agitatis: Reſpondeo mentem concilii non eſſe certum inſtantiæ terminum præſcribere, ſed vt lites incipiant in prima inſtantia, & quamprimum finiantur coram Ordinariis locorum antequam ad Superiores competentes iudices recurratur, vt coram immediatis primo agitentur biennii ſpatio, quo elapſo concedit ſancta Synodus, vt partes, vel illarum altera poſſit, *Iudices Superiores aliàs competentes adire qui cauſam in eo ſtatu aſſumant, & quamprimum terminari curent*, vt patet ex contextu, quare in eadem prima inſtantia proceditur, ſi quidem cauſa in eodem ſtatu à ſuperioribus iudicibus eſt aſſumenda & proſequenda, & in Romana curia certum eſt inſtantiam eſſe perpetuam, & litem non finiri, vt docet Achill. deciſ. 5. num. 2 de ſentent. & re iudicata Caputaq. deciſ. 362. nu. 3. & 4. part. 2. Stephan. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 401. num. 9.

Duo tamen ad hunc locum ſuperſunt dubia: primum, an ſi per iudicem non ſtetit, vt cauſa finiatur intra biennium, ſed ob partium cauillationes, vel cauſæ qualitatem finiri nequiuerit, poſſint partes adire Superiores iudices? Reſponſum inuenio à ſancta congregatione inter declarationes manuſcriptas ex Proſperi Farinacii Bibliotheca deſumptas in prædicto caſu non poſſe iudices Superiores adiri. Et allegatur Abb. in cap. Venerabilis & alii citato nomine ad l. properandum §. ſin autem & §. de illo C. de Iudiciis. Cùm hac reſolutione concordat Putei deciſio 225 par. 5. quam ſequitur Marcheſan. par. 5. de cõmiſſ. appellat. extra cur cap. 6. numero 130. vbi ait hoc biennium non currere, niſi ſtante negligentia ordinarii. Et quamuis ne per partem ſtetiſſe dicatur, duæ requiſitiones ad minimum neceſſariæ ſunt, & de talibus conſtare oportet: ſecundùm Alex. in l. de pupillo §. ſi quis ipſi, ff. de nou. oper. nunciat. Imol. in l. Titia Seio § vſuras, ff. de legat. 2. Clem. prima cum gloſſa in verb. *requiruntur* de hæreticis Lancellott. in præfat. de attentat. app. pend num. 43. & 44 Erga iudicem tamen vna requiſitio ſufficit. Nam quando iudex ſemel requiſitus negotium expedire recuſat, & tergiuerſatur ſatis eſt, vt per illum ſteriſſe dicatur, Alex. conſil 81. num. 2. volum 4. per l. magiſtratib. ff. de magiſtrat. conuent. & l ex conſenſu §. finali, ff. de appell. ſed quid ſi anteceſſor. iudex requiſitus cauſam expedire nequiuit, & ante elapſum biennii ſuperueniens ſucceſſor rem integram reperit, factæ requiſitiones ſufficient, vt à ſucceſſore auocari cauſa valeat, & Superiores iudices adiri? Bene reſpondet Marcheſan citatus num. 131. negando ſufficere requiſitionem factam anteceſſori iudici, ſed coram ſucceſſore inſtandum, citata parte, & productis actibus noua fieri debet requiſitio: Secundum Baldum per legem moritur & l. ſi cum hominem, ff. de fideiuſſor. l. proponebatur, & l. edictum, ff de iudicibus: ratio eſt quia anteceſſoris negligentia perſonalis eſt, & cum illo periit, & ſic non poteſt illam perſonam egredi.

Secundum dubium eſt, quando intelligatur in hoc loco Tridentini mota lis antea, vel poſt 13.
litis conteſtationem, & ſane ſecundùm rigorem iuris intelligi debere litem motam ante illius conteſtationem probat Clement. 2. vt lite pendente cum Gloſſa prima ibidem authent. 1. litigioſa, & 2 lite penden. Cod. de litigioſis, ibid. gloſ. 2. verb *lite pendente*. Et ita hanc explicationem abſolute ſequitur Anguian. lib. . de leg controu 17. num. 28 & 27. vbi plura ad hoc iura allegauit cum Menoch. & alii, ſed neque ea iura, neque citati authores in ea vniuerſaliter reſoluunt litem motam dici ſemper reſpectu cuiuſcumque, ante illius conteſtationem; ſed cum limitatione inferius explicanda.

Ex alia parte Bald. in l. eodem de relatiõ.
aſſerit eum qui reſcriptum petit iuſtitiæ ad
litem, non teneri mentionem facere de cita-
tione apud iudicem facta ſuper eodem ne-
gotio, quia ante conteſtationem litis iudicium
non exiſtit, de quo meminiſſe oporteat, &
ita de ſtylo curiæ obſeruari affirmat, quare
ſicut in eo euentu iudicium eſſe non dicitur;
ita neque mota lis, vt etiam docuit idem
Bald. conſil. 150. *caſus actualiter* numero 1.
in fin. & ſequent. & ſane, quod in effectu
mota lis non dicatur ante ipſius conteſtatio-
nem, docuit Anton. de Padilla in l. eum mo-
ta C. de tranſact. & l. 2. C. de præſcript.
longi temp. & Doctores communiter in cap.
ex parte 2. de verbor. ſignification. ibi. *Quod*
B *in præfato Capitulo dicitur de tempore mo-*
ta litis interpretamur eſſe referendum ad
tempus, quo litis conteſtatio facta fuit. Con-
cinit Gloſſa plures textus allegans verbo
litis conteſtatio, quibus adde authent. qui
ſemel, quomodo & quando; quem textum
immerito pro alia parte adduxit Anguian.
Nam ad illa verba *etſi lis cœpta non ſit* de-
clarat Gloſſa, *Quod ſit per conteſtationem.*
Aliaque iura refert in huius confirmationem;
adde l. 2. ſupplicare C. vt lite pendente ad
quam Gloſſa verbo *non licet* litem penden-
tem intelligit conteſtatam. Cardinal Tuſchus
verb. litis concluſione 380. num. 1. cum Si-
gnorolo & Panormitan. ait illud regulare
eſſe, quod vbi ſola citatio de iure canonico
C inducit litis pendentiam de iure ciuili requi-
ritur litis conteſtatio. Verùm melius poſtea ſe
declarauit num. 3.

Ego concordari hos textus exiſtimo, ſi lis
14. cœpta mota, & pendens explicetur reſpecti-
uè videlicet, vt quoad actorem ſufficiat ad
motionem, & pendentiam litis iam inductæ,
ſi decretum de citatione rei ab actore ſit im-
petratum, etiam antequam citatio fuerit exe-
quuta aut ad rei notitiam peruenerit. Quoad
reum lis mota & pendens dicitur a die cita-
tionis legitimæ & exequutioni mandatæ. Vt
verò legitima ſit, ſatis erit, ſi à competen-
te iudice emanauerit & contineat ea, per quæ
reus ſufficienter inſtruatur & reddatur cer-
tus de iis quæ petuntur, ac denique intime-
tur reo perſonaliter, vel iuxta formam cle-
ment. cauſam §. finali de electione: vtrumque
probat Cardinal. Tuſch. à numero 1. citato
vſque ad 9. cum multis aliis & ſpeciatim pri-
D mam huius reſolutionis partem de actore te-
net Roman. conſil. 313. *circa primum* num.
2. Verſic. *Illud autem* cum additione Man-
doſii verb. loquitur referentis, Decium, Fe-
linum, Staphil. Afflict. Cardinal. Pariſ. &
Rotam, cuius plures deciſiones reperio de hoc
puncto, vt eſt deciſio 6. vt lite penden. in
nou. & in vna Terdunen. coram Cantucio
octaua Ianuarii 1586. quæ habetur par. 2. de-
ciſ. 42. & in alia coram Domino Gypſio in
vna Bononien. 31. Ianuarii quam tranſcrip-
ſit Marcheſan. par 2. de commiſſione auo-
1. cat. cauſar. §. 1 poſt numerum 159. Vnde me-
rito coarguit Baldum Menochius de arbitr.
Iudic libro 2. centur. 3. caſu 202. numero
8. refertque oppoſitum ſtylum Curiæ, no-

A ſtræ ſententiæ conformem ex Bellamer. de-
ciſ 544. ſtraphil. tract. ſuper commiſſ. & li-
ter. iuſtit. §. in primis igitur num. 16. & ra-
tio eſt, quia poſtquam actor obtinuit cita-
tionem à competenti iudice contra aliquem,
vere dedit exordium liti & illam mouere
cœpit, etiam antequam reo intimata ſit citatio.
Hinc eſt quod ſubreptitium ſit reſcriptum,
quod impetratum eſt, non facta mentione
litis iam cœptæ & motæ per ſolam citationem
obtentam, & nondum exequutam, vt idem
Menoch. caſu citato à numero 2. affirmat;
& hoc ſolum probant textus citati ab An-
guiano citato in cap. de literis & cap. cæte-
rum de reſcriptis & in capite inter monaſte-
B rium ibi, *de proceſſu negotij*, de ſentent. & re
iudica Gloſſ. in verb ſi dicat in cap vt de-
bitus de appellat. Dec. ibidem num. 14. poſt
Dominic. Archid. & alios.

2. Noſtræ reſolutionis partem ſequitur
Guido Pap. deciſ. 458. Abb. conſil. 98. *in*
caſu ad initium libri 1. Cardinal. Zabarel. 15.
conſil. 10. *Iacobus exequutor* numero 4. ver-
ſic. ſed reſpondeo; Ranchinus annotat ad de-
ciſionem Guidonis; item Rebuff in tit. de
contumacia, & defect artic. 1. in Gloſſ. 1.
num. 4. vbi aduertit vt mota lis dicatur, &
pendens per ſolam citationem opus eſſe, vt in
iudicio rei contumacia ab actore accuſata ſit,
quia alioqui talis citatio actori contra reum
non prodeſſet. Quod ergo ante conteſtatio-
nem litis per ſolam citationem legitimam,
C & à nobis declaratam lis iam mota & pen-
dens dicatur, etiam aduerſus reum eſt textus
expreſſus in clem. cum lite pendente: idem
probat Barboſa in l ſi quis poſteaquam, ff.
de iudiciis numero 174. ſic explicans l. vbi
cœptum eodem titulo cum Chaſſ. Bal. &
aliis & Rebuff in l. 39. litis nomen ff de
verborum ſignificat. confirmat ex l. 15 autem
ff. ex quibus cauſis & cui textui idem Re-
buff. in l. aliud eſt capere §. 13. nouum ad-
hibet intellectum contra Gloſſam quæ verb.
lis cœpta interpretatur *finita* cum ille decla-
ret eum maiore proprietate vocabuli & con-
formitate legis cum principio *cœpta*, id eſt
inchoata. Ratio verò cur reſpectu rei ne-
ceſſaria ſit citatio, vt lis mota dicatur, ea
eſt, vt conſtituatur æqualitas inter partes li-
tigantes: nam antequam reus citetur & ple-
nè inſtruatur vel per ipſum ſtet ne citetur,
& inſtruatur, non eſt pars litigans cum in-
D ſcius & imprudens litis motæ pars in ſuum
præiudicium iniuſte cenſeretur.

Hinc eſt iam clara expoſitio Trindentini in
illis verbis motæ litis: intelligitur enim ante 16.
litis conteſtationem deberi biennium com-
putari reſpectu actoris & reſpectu rei eum
eo diſcrimine ſupradicto, nimirum à die cita-
tionis obtentæ in præiudicium actoris, & à
die citationis exequutæ reſpectu rei. Neque
obſtant textus pro ſecunda ſententia addu-
cti. Nam quod afferebatur de ſtylo Curiæ
ex Bald. iam refutatum eſt. Ad cap. ex parte
reſpondeo ex Abbate ibidem num 6. & aliis
litem, non dici motam cum effectu niſi poſt
litis conteſtationem, quæ ad certos effectus
neceſſario requiritur. Vnde quoad illos tunc

Digitized by Google

dicitur incipete iudicium.& lis quando conteſtatur,quarequādo textus per litem motam, ſignificat conteſtatam,intelligendus eſt per ordinem ad aliquem ex dictis effectibus, quos oſtendit Aloyſius in collectan. deciſ. 404. Quamobrem noſter textus nou dicit quod lis mota ſemper ſit conteſtata, ſed interpretatur litem motam quoad præſentem materiam de lite conteſtata. Nam vt ait Panormit. *De modico vel nihilo prouidiſſet iſta ſententia, ſi illud verbum lis fuiſſet relatum ad tempus iactus lapilli, quia tunc parum aut nihil erat ædificatum.* Ergo non eſt neceſſe, vt ex hoc textu colligamus motiouem litis coincidere cum conſtatione, niſi reſpectu effectuum qui litem conteſtatam neceſſario prærequitunt: non in aliis caſibus de quibus in probatione noſtræ aſſertionis iura citata procedunt.

Quæ materia conſtitutionis reſtrictionem & quæ extenſionem depoſcat.

SECTIO III.

1. ANtequàm ad particulares caſus,in quibus ratione materiæ conſtitutio vel extenditur, vel reſtringitur, deſcendam, per aliquas aſſertiones generalem tradam doctrinam de materia reſtrictiua, ſeu extenſiua. Prima aſſertio lex ſeu conſtitutio exorbitans à communi iure venit reſtringenda, non amplianda ex ſimilitudine rationis in caſibus non expreſſis, præterquam in tribus; hæc probatur ex cap. quæ à iure communi exorbitant, de regul. iur. in 6. l. 84 quod contra, ff. eodem tit. l. 1. ad finem ff de conſtitut. princip. inſtit § ſed & quod principi de iure naturali Gent. & ciui. tenet Bartol. io l. Mæuio § final. ad fin. ff. de legatis 2. Iaſoo. in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim. num. 72. Petr. de Anchar. conſil. 91. *Pro ſpecifica* in princip. & conſil. 400. num. 5. item 421. ad initium & 422. numero 4. Roman. conſil. 150. nu. 4. Alex conſil. 54. numero 9. lib. 7. Salas 1. 2. tract. 14 diſput. 21. ſect. 5. regul. 8. Euerardus loco 68. Barboſ. ad eamdem l ſi conſtante num. 96, Rabel. lib. 1. de prælud. iuſtit. quæſt 6. ſect. 4. numero 2. vt declaretur & confirmetur. Notandum eſt legem correctoriam, limitoriam & exorbitantem diuerſas eſſe inter ſe ratione mateтiæ etenim quia hæc tria membra non diſtinguunt, ſed limitatoriam cum exorbitanti confundunt aliqui ex iuriſperitis præſertim recentioribus noſtram aſſertionem negant. Ita docent Ripa ad l. ſi conſtante citatam num 78. Crotus in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iur. numero 191. Cornel. conſil. 174. columm. 2. lib. 4. & alii quos ſequitur. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. numero 20. & remed. 14. numero 11 & 13. Quod igitur illa tria membra diſtingui debeant ſic oſtendo, quia regula ſolet formari verbis generalibus ſub quibus quamuis comprehendi exceptiones videantur, quoad mentem tamen, & iu-

A ris rationē non continentur, ſed diuerſa æquitas, & diuerſa ratio iuris limitationes conſtituit. ita docet Anton. in ſumm. 1. par. tit. 10. col. 1. Cagnol. in leg. 1. ff. de regul. iur. Fortun. in l. Gallus in princip. nu. 111. ff. de liber. & poſthum. & rationem reddit optimam Gamar. tract. extenſionem, num. 85. quia ſi limitatio ſub ſenſu & ratione legis contineretur, non eſſet limitatio, ſed correctio illius: lex igitur limitatoria dicitur, quæ quoſdam limites generalibus regulæ verbis apponit; & licet deuiet à verbis regulæ generalibus, non diſcedit à iuris æquitate & ratione, ſed propter diuerſam rationem ab vniuerſalibus regulæ verbis recedit: lex verò exor-
B bitans eſt cuius materialis caſus ſecundùm ſenſum, & rationem in generali regula continebatur, verùm ob fauorem cauſæ ſeu perſonæ ſubducitur ab illa; & hoc dicitur ius ſingulare l. ius ſingulare ff. de legib. & ius conſtitutum iuxta Alciat. lib. 7. parerg. cap. 26. exorbitans verò appellatur, quia ius debet reſpicere vniuerſos, non ſingulares, vt in diſput. 3. oſtendimus. Et quia ius exorbitans non vniuerſos, ſed ſingulares perſonas ſeu cauſas ob fauorem reſpicit, exorbitans nominatur. Vnde apparet diſcrimen inter limitatoriam & exorbitantem conſtitutionem, quia limitatoria reſpicit vniuerſos, exorbitans verò ſingulares ob aliquem ſpecialem fauorem. Denique correctoria eſt quæ id quod in antiquiori lege generaliter conſtitutum erat, de nouo adueniens reuocat, vel in totum, vel in partem: & contrarium in omnibus caſibus, vel in aliquibus diſponit;
C dummodò caſus in quibus lex correctoria oppoſitum inſtituit, in antecedenti lege eſſent contenti; nam ſi in mente, vel ratione prioris legis non comprehenderentur, ſed ſolum quoad verba, non correctoria ſed limitatoria dicitur.

Hinc iam oſtenditur noſtra aſſertio, quoad vtramque partem. Prima continens doctrinam generalem, probatur. Nam lex exorbitans eſt quoddam veluti priuilegium, ſeu diſpenſatio aduerſus legem generalem, & illius rationem ac æquitatem; ſed neque priuilegium, neque diſpenſatio recipit extenſionem ad ſimiles caſus, vt patet ex l. quod verò 2.
D ff. de leg. & l. 1. ad finem de conſtitut. princip. cap. ſane de priuileg. clem. 1. de cenſib. & docet Suar. lib. 8. de leg. cap. 28. nu. 11. poſt Cardin. Bartol. Bald. Bero. Ratio eſt quia virtus, & efficacia priuilegii neque omnino neque eſſentialiter poſita eſt in ratione, ſed in voluntate concedentis: ergo parum refert quod in ſimili caſu, vel perſona eadem detur ratio, ſi principis voluntas ad illam perſonam, vel caſum non extenditur, & niſi ſignificetur & exprimatur, certè non extenditur, quia inter homines voluntas non operatur, niſi quatenus ſigno aliquo proditur. Neque obſtat, quod lex exorbitans contineat priuilegium, ſeu fauorem, quia fauor priuilegii derogantis iuri communi, vel in tertiæ perſonæ præiudicium, in odioſum degenerat: & ideo reſtringendus eſt, vt ſuo loco dicetur, & poſt multos tradunt Dyn.

Digitized by Google

in tegul. quæ à iute de regul. cum additione Boer. Sanches de matrimon. lib. 8. diſput. 1. & Suar. lib. 8. de legib. cap. 27. num. 5. & ſequent.

2. Iu 2. parte excipiuntut tres caſus in quibus lex exorbitans ad ſimiles caſus recipit extenſionem: primus eſt quando lex exorbitans lata eſt in materia pia & iu ſe fauorabili, tunc enim ex ſimilitudine rationis extenditut, quamuis dictionem taxatiuam habeat; verbi gratia tantum: ita Caſtrenſ. in l. ſi conſtante ff. ſoluto matrim. num. 7. Ripa n. 86. Alex numero 5. Dec. colum 3. ad medium Felin cap cum ex offic. num. 1. de præſcript. Euerard. loco 68. verſic 2. Tiraquell. ſi vnquam verb. libertis, num. 61. & ſequentibus C. de reuocand. donat. probatur ex l. illud cum Gloſſ verb. alia C. de ſancroſanct. Eccleſ. Ideoque lex exorbitans in materia dotis extenſionem accipit ex ſimilitudine rationis, vt patet ex l. hoc modo ff. de condition. & demonſtration. Aymon. poſt alios de antiq. tempor. 4 patt. in princip. numero 79. Iaſon. l. ſi conſtante numero 79 & l. 1. numero 40 & 46. ff ſolut. matrimon. aduerte tamen hoc verum eſſe, quando cauſa in ſe eſt fauorabilis: ſi enim in ſe talis non ſit, non ſufficit eſſe propter cauſam fauorabilem Ideoque in l. ſi verò §. de viro, ff. ſolution. matrimon. non fit extenſio ad aliam perſonam, quia licet illa diſpoſitio exorbitans in fauorem mulieris & dotis inducta fuerit, in ſe tamen fauorabilis non eſt.

2. Caſus eſt, quando lex exorbitans caſum continet, quem ius antiquum æquiparat alteri per modum regulæ generalis, vel facta æquipatatione in eadem materia: tunc enim à caſu huius legis extenſio fit ad alterum ex iure antiquo in eadem materia, vel modum generalis regulæ æquipatatum. Ita Gloſſ. l. quod verò ff de legib. & ibidem Fulgoſ. Gloſſ vltima ad l. 20. ſi quis ſerno C de furtis Crot. ad l. omnes populi num. 178. ff de iuſtit & iur. & l. ſi conſtante in 1. lectur. num 54. ff. ſolut. matrim. Atetin. § ius ciuile num. 23. inſtit. de iut. nat. gent. & ciuil. Dec. cap. tranſlato de conſtitut in 1. lect. num. 3. Nauatr. cap. ſi quando de reſcript. Iaſon. Imol. Alexand. & alii quos ſequitur Barb. ad l. ſi conſtante, numero 98. & ſequent. Rabel. vbi ſupra probatur ex capite tranſlato citato & l. qui neque ff. de rebus eorum: & ratio eſt, quia caſus æquiparari à iute eamdem iuris æquitatem ſortiuntur. Vnde ſi æquiparatio eſt facta per modum generalis regulæ, in quauis materia reperiatur, eadem eſt legis exorbitantis diſpoſitio: ſi verò fiat æquiparatio in caſu particulari, oportet inſpicere, an eadem ſit materia vtriuſque; nam reſtrictio æquiparationis reſtringit etiam diſpoſitionem exorbitantem & ad certam materiam limitat.

3. 3. Caſus eſt, quando verba legis exorbitantis etiam latè ſumpta comprehendunt aliquos caſus, ad illos etiam extendi debet ipſa lex: ita Imol. in l. ſi vero §. de viro numero 15. ff. ſolut. matrimon. Iaſon. l. ſi conſtante eod. tit. num. 82. Ripa ibidem numero 79. Alex. l. 1. numero 24. ff. de iuriſdic. omniu. Iudic. Felyn. cap. 2. column. 1. de offic. iudic. Euerard loco 68. Barboſ. Salas, & Rabel citati. Probatur ex l. 16. filium habeo ff. de Senat. Macedon. vbi verbum filius large ſumitur & comprehendit nepotem; & tamen illa lex eſt exorbitans à iure & regula contenta in l. 39. filius familias, ff. de obligat. & action. Nam quamuis illa lex facta ſit in odium creditorum mutuantium filiisfamilias pecuniam, propter ſimilitudinem rationis vocabulum pecuniæ mutuatæ latè ſumptum, ad mutuationem aliarum rerum extenditur; tres tamen limitationes adhibent huic caſui Rabello, & Barboſ. cum Iaſone Pinel. Alex. Decio, Lancell. 1. niſi diuerſa ſit ratio in caſu, qui ſub vocabulo late ſumpto debeat comprehendi: exempli gratia, officium iudicis largo modo dicitur actio per l. actionis verb. de verbot. ſignification. & tamen ſi ſtatutum exorbitans à communi iure aliquid ſtatuat de actione, non poteſt extendi ad officium iudicis, vt ſi alicui bannito eſſent reſeruatæ actiones in materia exorbitante, non ideo deberet extenſio fieri ad iura, in quibus officium iudicis competeret, quia in vtroque caſu eſt diuerſa ratio; nam vt notat Dec. in l. ff. de iuriſdict. omniu. iudic. numero 27. poſt Bartol. in actione eſt ius magis quæſitum, quam in eo, quod officio iudicis competit. Item actio oritur ex obligatione per leg. licet, §. ea obligatio, ff. de procurat. officium iudicis nullam præſupponit obligationem per l. qui per colluſionem in fine, de actio. emp.

4. 2. ſi lex exorbitans nimis odioſa & rigoroſa ſit; verbi gratia patri permittitur occidere filiam impune in adulterio comprehenſam l. 20. Patri ff. ad l. Iuliam de adultet. Id tamen non permittitur auo, quia non fit extenſio ex ſimilitudine rationis à patre ad auum, late ſumpto vocabulo patris in l. exorbitanti adeo rigida, & odioſa 3. ſi lex exorbitans pœnam imponat nimis grauem; quantumuis materia ſit fauorabilis, non fit extenſio vocabuli latè ſumpti ex ſimilitudine rationis: exemplum habes in l. final. C. de interdict. matrimon. cuius ſumma ex Salycet. hæc eſt, *prohibitio facta de tutore, vel curatore non extenditur ad protutorem, ſiue negotiorum geſtorem.* Et cauſam tribuit additio finalis Gloſſ ibidem, quia non eſt eadem ratio in tutore, ac protutore: nam fictus tutor tantam in pupillum poteſtatem non habet, quantam verus.

2. Aſſertio: lex, ſeu conſtitutio correctoria etiam ex ſimilitudine, ſeu paritate rationis nullam omnino admittit extenſionem, ſed ſemper venit reſtringenda ſecundùm ius commune: ita Bartol. conſil. 2. Domini Ioanni numero 3. Anania conſil 21. *viſo caſu* numero 7. Bald. conſil. 224 *quæritur pone* ad fin. lib. 1. Alex. conſil. 207. *ponderatis* n. 22. lib. 6. Angel. conſil. 210. in princip. *ſtatutum ſupradictum* Signorol. conſil. 179. 5.

num. 3. Ioan. de Imol. conſil. 64. num. 3. A
Caſtrenſ. conſil. 175. num. 2. lib. 1. Corn.
conſil. 183. in princip. lib. 2. & conſil 271.
num. 9. & 11. lib. 4. Barboſ. in l. ſi conſtan-
te ff. ſolut. matrim. num. 101. poſt Ripam
& alios ibidem. Tiraquell. l. ſi vnquam verb.
libertis numero 45. & de retract in præſat.
num. 62. Menoch. de adipiſcenda poſſeſſ.
remed. 4. num. 21. Salas 1. 2. tract. 14. diſ-
put. 21. ſect. 4. regul. 5. Stephan. de Fede-
ric. tracta. de interpretatione iuris par. 2.
num. 4. probatur ex l. 32. præcipimus C.
de appellat. in fin. ibi. *Quid autem hac lege*
ſpecialiter non videtur expreſſum id vete-
rum legum, conſtitutionumque regulis omnes
relictum intelligunt. Ratio eſt, quia omnis B
correctio iuris eſt odioſa & multo magis,
quando priuatum ſtatutum iuri communi de-
rogat. Vnde quantum legis ratio, & ver-
ba patiuntur, ſemper lex correctoria ve-
nit reſtringenda; neque ſufficiet caſus, vel
rationis ſimilitudo, vt ab vno fiat extenſio
ad alium; vtrum vero, ex identitate, vel
maioritate rationis fiat extenſio in corre-
ctoria conſtitutione, dicemus in ſectione vl-
tima.

6. 3. Aſſertio: lex, vel conſtitutio limitatoria
recipit ex ſua natura extenſionem, ex ſimili-
tudine rationis, etiam remoto fauore: ita De-
cius l. 1. nom. 32. ff. de regul. iur Iaſon ad
l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim. numero 73.
Bartol ibidem num. 39. & 43. Ripa num.
79. Barboſa numero 94. Tiraquell. vbi C
ſupra num. 36. alias num. 44. Angelus §.
ius ciuile num. 23. Inſtitut. de iure naturali,
gent. & ciuili: Salas vbi ſupra ſect. 5. regul.
7. probatur ex l. 1. C. de condict. indebiti,
vt notat Gloſſ. verb. iudicati & Bartol. ibi-
dem & ex cap. poſt tranſlationem §. quam-
quam, de renunt. vt ibi aduertit Abb. & ex ca.
cum dilecta de confirmat. vtil & inutili ver-
ſic. *Nos igitur*: & quamuis Alex. in l. ſi con-
ſtante num. 5. dicat diſpoſitionem illius ca-
pitis eſſe ſecundùm ius commune, & ſic non
eſſe caſum exceptum à regula: contra Ale-
xandrum agit Decius citatus ex ipſius ſcrip-
tis: quippe qui allegando illum textum ar-
guit à ſimili in l. ſingularia column. 3. ff. ſi
certum petatur. Deinde ſummus Pontifex
in eo cap. cum dilecta, ita arguit ex iure ci-
uili teſtes ſenes & valetudinarii interrogari
poſſunt ante litem conteſtatam Authentic.
de teſtibus § quoniam multa, collat. 7. & id D
ſane contra generalem regulam, quod lite
non conteſtata nihil poſſit fieri: ex hac igitur
conſtitutione arguit Pontifex, quod ex ea-
dem æquitate, etiam priuilegia vetuſtate con-
ſumpta poſſunt renouari: Et ſic probat legem
limitatoriam ex ſimilitudine rationis exten-
di. Ex ſimilitudine inquam, non ex iden-
titate rationis, vt ait Barboſa citatus nu-
mero 95. confundens ſimilitudinem cum
identitate rationis quod eſt maximè diuer-
ſum, vt infra dicemus: ratio vero genera-
lis noſtræ aſſertionis eſt quia limitatoria lex
ius commune & vniuerſale conſtituit & in
ea locum habet l. non poſſunt ff. de leg.
quod ſcilicet non poſſunt omnes caſus ſpe-
ciatim legibus, aut Senatusconſultis com-
prehendi: ergo ex ſua natura non odioſa eſt
ſed fauorabilis.

4 Aſſertio quando in conſtitutione limi- 7.
tatoria ponitur particula taxatiua *tantum*, in
ea non fit extenſio ex ſimilitudine rationis,
niſi cauſa ſit pia & ſauorabilis, duas habet
partes primam tradit Bartol. in l. ſi conſtan-
te ff. ſolut. matrimon. num. 44. Ripa ibi-
dem numero 82. Barboſ. numero 95. Aym.
tract. de antiquit. temp. 4. in princip. num.
110. probatur ex l. 2. ſi quis propter C. de
patrib. qui fil. diſtrax. cum Gloſſa verb.
vendiderit: & ratio eſt quia in l. limitatoria
dictio taxatiua *tantum* excludit extenſionem
ad caſus ſimiles & ſic limitat limitationem,
& excludit extenſionem ex ſimilitudine ratio-
nis, vt notat Cardinal. in clem. 1. de ſumma
Trinitat. & fid. Bartol. in l. vnicam num.
2. ſi quis ius dicenti non obtemp. & à Do-
ctorib. notari ſolet in caput cum Eccleſia de
cauſa poſſeſſ. & proprietat. ibi *cum adeo tan-*
tum ſpectaret electio. quod eſt intelligen-
dum, vt extenſio ab homine fieri nequeat ad
ſimiles caſus: bene tamen fieri poteſt à iure.
Nam ſi per particulam taxatiuam prohibe-
tur extenſio in caſibus per alias leges diſpo-
ſitis, cenſeretur illa lex correctoria quod in
dubio non præſumitur, vt optime aduertit
Gloſſ. in l. ob æs C. de prædiis minor. & in
l. ſerui nomine ff. de vſucapion. per hos
textus & Barboſ. num. 95. cum Alex. Clau-
dio, Ripa, Ruin. & Angel. 2. pars concluſio-
nis defenditur à Bartol. citat. num. 44. & 42.
Ripa num. 86. Euerardus loco 70. Aym. nu-
mero 78. Probatur quia in cauſa pia & fa-
uorabili dictio taxatiua tantum non prohi-
bet fieri ab homine extenſionem ad caſus ſi-
miles ex l. 16. illud C de ſacroſanct. cum
Gloſſa verb. alia cauſa: ratio eſt quia fauor
piæ cauſæ præponderat taxatiuæ particulæ
rigori.

5. Aſſertio: quotieſcumque conſtitutio in 8.
extenſione ad abſurditatem, iniquitatem, ſeu
præiudicium tertiæ perſonæ vergit, ita reſtrin-
gi debet vt materiam abſurdam, iniquam &
præiudicialem non contineat: ita Suar. de le-
gib. lib. 6. cap. 5. num. 3. Rabello lib. 1. de
prælud. inſt. quæſt. 6. ſect. 3. & poſt illum
Salas citatus ſect. 4. regula 4. & eſt commu-
nis. probatur 1. per l. 1. C. de caduc. tollend.
ibi *multas inuenientibus vias* vt ingenioſè
deduxit Stephan. de Federic. de interpreta-
tion. iuris par. 1. n. 47. 2. ex authent. vt ſine
prohibitione collat. 7. vt notauit Gloſſ. verb.
exiſtimamus dicens ineptum eſſe non falle-
re regulam, ſi æquitas videatur, iuxta l.
158. ſemper ff. de regul. iur. cum aliis à
Gloſſ. citata relatis. 3. concinit cap. ſugge-
ſtum de appellat. ibi *quia decretalem Epi-*
ſtolam qua tales muniri videntur, non ad de-
primendam cuiuſque iuſtitiam, ſed ad re-
mouendum grauamen nos feciſſe cognoſcas;
immo quando abſurditas maior non eſſet,
quàm improprietas ſeu fictio, conſtitutio
reſtringenda eſt, ne in illam incurrat extenſa
vt habetur ex l ſtatus §. final. ff. de iur. fiſci
l. poſthumum ff. de liber. & poſthum. Gloſ.

In l. aſſiduis verb. dara C. qui peti. in pign. vel hypoth. ratio eſt, quia lex fit conſilio prudentum l. 1. ff. de leg. & viriſimile non eſt, vt generaliter prolata caſum comprehendat, quem vir bonus & prudens non ſtatuiſſet. Ideoque neque inhoneſtum, neque turpem comprehendit iuxta l. filius à patre ff. de libetis & poſthum. l. filius ff. de condit. inſtir. & l. quamuis de auro & argen. leg. vbi legatis generaliter veſtibus, non intelliguntur legatæ veſtes, quæ ſecundum l. & bonos mores geſtari non poſſunt, cum multis aliis, quas congerit Stephan. de Federic. loco citato num. 160.

9. 6. Aſſertio: conſtitutio in materia pœnali & odioſa reſtrictionem, in fauorabili extenſionem admittit, patet ex regula odia de regul. iur. in 6. item regula in pœnis, eodem titulo & Doctorib. ibidem: hinc eſt quod in odioſa conſtitutione fieri non poteſt tranſitus de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, etiam ſi ſit omnimoda ſimilitudo & par ratio, vt docet Ioann. Andr. ad regulam odia cum multis quos refert Franc. in cap. 1. de temporib. ordinan. numero 5. in 6. Calderin. conſil. 147. alias vnicum, vt lite pend. Cuman conſil. 79. quod intellige regulariter & iuxta limitationes & declarationes infra apponendas. Duas tantum hic attingam. Prima eſt quando, lex correctoria, ſi extendatur, reducitur ad ius commune, tunc enim extenſionem recipit: ita patet ex l. 33. præcipimus C. de appellation. ad fin. & C notauit Sanchez de matrimon. libro 1. diſp. 52. numero 2. ratio eſt quia lex correctoria in tantum odioſa eſt, in quantum corrigit ius commune: at quando ad ius commune reducitur, odium amittet; quia corrigere deſiuit: ergo extenſionem decipit ex hoc capite. Secunda ſi lex pœnalis redditur eluſoria, niſi extendatur, tunc etiam extenſionem admittit: ita Gloſſ. final. capite 2. de vſur. in 6. Felin. capite tranſlato, numero vltimo de conſtitur. Couaſ. poſt Barbat & Burgenſ. 3. var. capite 3. numero 9. Feder. de ſen. conſil. 286. *caſus eſt* per totum Bald. conſil. 261. in princip. libro 5. Alexand. conſil. 190. *mature*, numero 20. libro 2. Socin. Iun. conſil. 54. numero 12. libro 1. Caſtrenſ. conſil 83. numero 6. libro 2. Probatur ex cap. ſi Ciuitas de ſenten. excommunication. in 6. ibi *hoc tamen caſu, ne vilipendi valeat ſententia interdicti, ex-* D *pedit interpretationem fieri latiorem*: ratio eſt quia ſemper interpretatio debet fieri vt actus valeat.

Quando conſtitutio ſit odioſa, & reſtringenda, quando fauorabilis & amplianda.

SECTIO IV.

1. NOn caret difficultare certam regulam aſſignare vnde conſtitutionis odium, ſeu fauorem colligere poſſimus. Nam ſub diuerſis conſiderationibus omnis lex tam ciuilis quam canonica, tum odioſa, tum fauorabilis dici poteſt: Etenim lex non dicitur odioſa, quod obiectiue talis ſit, nempe odio digna. neque cauſaliter, quaſi faciat hominem odioſum: hac enim ratione ſolum peccatum odioſum cenſetur ſolum igitur lex dicitur odioſa, quia grauamen imponit, & onus aliquod hominibus exoſum & inuiſum. At hoc modo omnis lex videbitur odioſa, quia addit obligationis vinculum, & hominis libertatem conſtringit & grauat. Vnde legem diuinam compedis nomine Iob 13. numero 27. ſignificauit. *Poſuiſti in neruo pedem meum*, ſeu vt legit Auguſtin. *in compede*. Caietanus ex Hebræo intelligit ferream catenam, quæ ſeruorum pedibus annecti ſolet. ſub cuius metaphorica loquutione di- B uinam legem D. Thom. Lyran. Diony. & latini interpretes communiter declarant. Confirmatur quia ſi qua lex eſſet fauorabilis, illa preſertim foret, quæ priuilegii beneficium importat; ſed omne priuilegium ex eo capite cenſetur odioſum, quia derogat iuri communi, & in communitate exceptionem ac ſingularitatem inducit, quæ odioſa eſt: ergo omnis conſtitutio eſt odioſa; ſiquidem illa, quæ præ cæteris fauorem affert, odioſa reputatur.

Ex alio capite omnis conſtitutio fauorabilis videtur: nam omnis lex iuſta bono communi vtilis & neceſſaria eſſe debet, vt probatum eſt diſput. 3. At quis non videt vtilita- C tem boni communis fauorem æſtimari? & quando agitur de fauore publicæ vtilitatis, ſemper fieri debere extenſionem teſtatur Alexand. conſil. 216. numero 31. libro 2. etiam in odioſis & exorbitantibus, & cum Alexan. ait Tuſch. lit. E. concluſ. 664. num. 7. Confirmatur: Nam ſi qua lex eſſet odioſa, illa eſſet quæ pœnam imponit: ſed hæc odioſa non eſt, ergo nulla. Minor ſuadetur quia imponere pœnam non ſufficit ad faciendam legem odioſam, vel ad excludendum ab eo fauorem. Nam alioqui nulla eſſet fauorabilis, quia omnis vel formaliter continet pœnam, vel virtute & implicite pœnæ reatum affert ſecum Confirmatur eadem minor, quoniam pœna legem odioſam facere nequit, quia lex odioſa, vel fauorabilis; dicitur ex præcipuo ipſius fine, at lex nunquam pœnam intendit tamquam finem immo illam adiungit, vt præceptum obſeruetur & D vt pœna euitetur, ergo cum appendix legis ſit & tamquam medium ad legis obſeruationem conducens & communi bono maxime neceſſarium, fauor potius quàm odium reputatur.

2. Hinc orta eſt controuerſia, vnde dicenda ſit lex ſeu conſtitutio odioſa ſeu fauorabilis, præſertim quando ſub diuerſis conſiderationibus fauorem ſimul & odium reſpicere poſſit; prætermiſſa tamen opinionum diuerſitate, quæ videri poſſunt apud Sarmient. lib. 1. ſelect. cap. 2, Tiraquell de retract. in præfatione numero 59. & ſequent. Sanch. lib. 1. de matrimon. diſput. 1. num. 4. & poſt illos Suar. de legib. lib. 5. cap. 2. num. 4. Etenim nonnulli legem odioſam & fauorabilem

diſtinguendam eſſe dicunt à principali fine, & intentione ſtatuentium; alii ex materia ipſius legis. Et quia aliquando iſte finis, ſeu materia aliquando partim fauorem, partim odiũ important, aliqui ex his Authoribus admittunt eamdem legem poſſe eſſe ſimul fauorabilem & odioſam, alteri ſimpliciter id negant: neque enim admittunt hanc partitionem in lege vel ſtatuto, vt partim fauorabile, partim odioſum exiſtimetur; in hac igitur ſententiarum varietate quid dicendum ſit, per ſequentes concluſiones exponam.

Prima concluſio: lex dicitur odioſa, ſeu fauorabilis ex fine intrinſeco & principali ipſius.
3. In huius confirmationem exponunt Bartol. Bald. & Caſtrenſ. l. 40. qui exceptionem ff. de condict. indeb. & idem Bartol. ac cæteri iuriſtæ textus in l. 28. quamuis ff. de auro & argento leg. l. 1. ff. de authorit. tut. l. verum eſt meretricem l. qui iniuriæ ff. de furt. l. rogaſti in princip. & l. ſi quis nec cauſam ff. ſi certum petetur: cum aliis quas congerit Cępol. cautel. 313. *ſi ſtatuto*; afferre ſolent hi Authores ad confirmandam hanc aſſertionem illud principium inter iuriſperitos receptiſſimum, actus agentium ex præcipua eorum intentione metiendos ac iudicandos: vnde deducitur ſtatutum fauorabile, vel odioſum cenſeri ex præcipuo illius fine. Nam ſi iſte fauorabilis eſt, licet ſecundario & minus principaliter idem ſtatutum in alicuius odium vergat, non deſinit eſſe fauorabile & extenſionis capax. Econtra vero ſi præcipuus illius finis eſt odium, licet ſecundario & minus principaliter fauorem reſpiciat, odioſum dicetur, vt expreſſè docent recentiores cum Bald. in l. venia, verſus finem C. de in ius vocando & conſil. 433. *Domina Ioanna* colum. 1. libro 1. Calderin. Alberic. Anchar. Dominic. Raphael Alex. Franc. Aretinus Curt. Senior Decius, Nicolaus Mil & Gozadin. quos refert & ſequitur Tiraquell. de retract. § 30 Gloſſ. 1. num. 5. præter alios quibus adhæret Sanchez, vbi ſupra: Felin. vero cum hanc theſim tueatur in cap. 1. de ſponſalib. num. 14. & cap. non dubium de ſentent. excommunica. numero 2. merito ait optimum eſſe Canonem in cap. 1. ſtatuto de decim. in 6. adhoc oſtendendum, ibi *cum non ſit dicendum aſperum, ſed pium potius & benignum* Nam quamuis declaratio iuris antiqui in hoc textu contenta odioſa videretur ſecundario, reſpectu percipientium decimas noualium, quia tamen in fauorem Eccleſiarum parochialium emanauit, ſimpliciter benigna & fauorabilis reputatur. Prætetea Nauarr. cum in eadem eſſet ſententia in conſil. 11. de conſtitut. & conſil. 31. aliàs 32. de regular. in hoc ait Gloſſ. eſſe ſingularem in cap. ſciant cuncti de elect. in 6. verb. alios quæ illius capitis pœnalem conſtitutionem de Eccleſiaſticis perſonis in eligendo procedentem ad eaſdem præſentando extendit, eo quod in Eccleſiæ fauorem factam eſſe præcipuè coniectatur.

Hanc vero finem præcipuum intrinſecum eſſe non extrinſecum dixi, qui cuati Doctores loquuntur de fine, qui ex ipſo constitu-
A tionis contextu innoteſcit, quia in eo declaratur & ad illum per ſe fertur; ille enim finis accidẽtarius & extrinſecus quem legiſlator ſibi proponit, non pertinet ad cõſtitutionis proprietatem intrinſecam declarandam, propter quam fauorabilis, vel odioſa æſtimatur: Hinc probatur noſtra concluſio Theologica ratione; nam finis intrinſecus actibus humanis 4.
tribuit ſpeciem, & diſcrimen, ſed fauor ſeu odium eſt aliquid intrinſecum in conſtitutione, quæ eſt actus humanus; ergo à fine, ſeu obiecto circa quod verſatur, debet diſtingui ſecundum fauorem, aut odium. Aduerte tamen obiectum dici finem intrinſecum, quia etiamſi extrinſecum ſit actui, dat ſpeciem
B actui, & menſurat illius perfectionem intrinſecam: & prætetea intrinſecus cenſetur comparatione aliorum finium, ad quos per accidens actus refertur & à quibus ſecundùm ſuam naturam ſeparari poteſt; quia potius ſunt fines operantis, quàm operationum. Ex quo vlterius deduces hunc finem intrinſecum, de quo loquimur, non diſtingui à materia legis, ſeu conſtitutionis. In qua conſiderandum eſt, quid præcipue, & per ſe intendatur; ſi fuerit fauor, lex erit fauorabilis, etiamſi ſecundario & minus principaliter vergat in alterius odium. Nam ratio dubitandi in principio poſita ſatis oſtendit in omni conſtitutione ſemper illos duos reſpectus ad fauorem & odium aliquo modo inueniri in lege ſiue proximè, & principaliter, ſiue remote, aut ſecundario.

Hanc doctrinam ita limitat Doctor Suar. 5.
C vbi ſupra numero 6. vt ſolum certiſſima ſit, quando materia legis purum fauorem, vel purum odium ſeu grauamen contineat. Non verò ſufficere ait finem eſſe intrinſecum, & præcipuum ad hoc, vt ab eo fauorabilis lex exiſtimetur. Nam vt ipſe ait numero 5. diſpenſatio proximè intendit concedere fauorem: & tamen non cenſetur fauorabilis, ſed odioſa. Econtrà verò quando legiſlator infert grauamen, vt per illud obuiet maiori nocumento, diſpoſitio hæc non odioſa, ſed fauorabilis eſt iudicanda; adducitque cap. ſtatuto ſupra citatum de decimis in 6. hanc limitationem Suarii diſcurſus ſane probabi-
D lem facit. Illam tamen abſolute loquendo neceſſariam non iudico, immo eam ſimpliciter excludo. Primo quia nulla aſſignari poteſt lex, quæ ita à fauore præſcindat, vt pure odioſa ſit. Nam lex tributorum, vel pure pœnalis, quas doctor adducit in exemplum, vt iuſtæ ſint, ſemper, vel formaliter, & expreſſe, vel virtute & interpretatiue fauorem continere debent ſaltem publicæ vtilitatis, & boni communis, quando aliud particulare in lege non indicetur. Et confirmatur quia grauamen tributi & ipſametpœna per ſe intendi non poſſunt à iuſta lege, quoniam bono communi aduerſaretur; ergo vel in ipſa lege formaliter finis fauorabilis exprimetur propter, quem lex tributi & lex pœnalis promulgatur, vel neceſſario ſubintelligitur, vt per illum finem cohoneſtetur intentio tributi imponendi, & pœnæ infligendæ, & tan-
quam

quam media potius quam fines intendi à lege eaiſtimentur. Vnde quamuis pœna, & tributum ſint materia, circa quam lex proximè verſatur; tamen niſi ſub habitudine formali ad publicam vtilitatem fauorabilem accipiantur, materia per ſe apta non ſunt ad terminandam legis intentionem. Ex altera parte nulla lex reſpicit fauorem vnius, quæ non vergat in alterius præiudicium, vel in alicuius grauamen: neque ſolum obligationis onus, quod generale eſt, ſed etiam ſpecialiter, dum aliquibus fauent, aliis nocent. Nam leges, quæ ſunt in fauorem ſeruorum cauſa libertatis in odium dominorum cedunt: quæ fauent minoribus in contractibus, aduerſantur illis, qui cum minoribus contrahunt. Senatuſconſultum Macedonianum in odium mutuò dantium filiis-familias latum parentibus, & filiis fauorem intendit: itaque nulla aſſignabitur lex, quæ ita fauorabilis ſit, vt ab omni grauamine, odioque omnino præſcindat. Exempla verò adducta non vrgent, quia diſpenſatio non eſt lex; Deinde ſi de diſpenſatione latè ſumpta ſermo ſit, quæ in priuata lege, ſeu priuilegio reperitur: cum illius materia ſit exorbitans à communi iure etiamſi fauorem contineat, ab odio exorbitantis iuris ſeparari non valet, atque adeo purum fauorem non inducit. Denique caput ſtatuto iam in probatione ſuperioris concluſionis diximus, ita fauorem principaliter continere, vt ſecondario odium non excludat; ab illa verò principali intentione fauorabilem conſtitutionem eſſe iudicandam.

6. Secunda Concluſio, quando fauor, & odium in eadem conſtitutione contenta ſunt ad praxim ſeparabilia, quia conſtitutio eſt partim fauorabilis, partim odioſa, quatenus fauorabilis extenſionem, quatenus odioſa reſtrictionem recipiet. Hanc probat manifeſtè Ioann. Andr. cap. 1. de locat. numero 5. Abb. ibidem numero 10 Innocent. in cap. quod dilectio. de conſang. &c. Gloſſ. ad l. 2. Cod. de in ius vocando verb *liberis*, & ibi Bartol. numero 1. Salycet numero 2. Bald. & Iaſon numero 4. Alexand. numero 5. Franciſ. Curr. Iunior Franciſ. Aret. & alii: item idem Alexand. Iaſon & Bald Iacob. Aretin. & Franc. Areti in l. ſi filius quæ pater, ff de vulgar. & pupill. &c. Alciat. in eandem l. & l. 5 paradox. cap. 16. num. 6. Stephan. Bertrand. conſil. 167. *Viso conſultationis* colum 1. lib. 1. Couaſ. lib. 1. variat. cap. 11. numero 5. Sanchez. lib. 1. de matrimon. diſputat. 1. num 4. ad fin. Suar. vbi ſupra numero 9. & ſequent. Probatur ratione, nam conſtitutio obiectiua, quæ eſt materia, circa quam formalis tendit, eſt quoddam totum integrale, quod diuerſas partes continere poteſt, alteram ſuapte natura fauorabilem, alteram odioſam, ergo ſecundum vnam quamque partem reſtrictionem, vel extenſionem recipiet ad exigentiam ſuæ naturæ. Declaratur exemplo compoſiti phyſici humani. Nam ſi corpus & anima rationalis vnum hominem conſtituant, vnaque pars recipit proprietates, & accidentia ſuæ naturæ proportionata, materia ſcilicet quantitatem, aliaque materia accidentia: anima potentias ſpirituales intellectum voluntatem, & alia ſimiliter ſpiritualia: ſi ergo in compoſito per ſe hæc differentia inter illius partes cernitur, à fortiori in compoſito per accidens, ſeu aggregato, quale eſt obiectum legis plura continentis erit. Secundo, etiam quando lex vnum tantum diſponit in executione inſeparabile propter diuerſos reſpectus, vna eademque indiuiſibilis diſpoſitio ad fauorem per vnum reſpectum, & ad odium per aliud fertur: ſicut eadem quantitas æqualis & inæqualis dicitur reſpectu diuerſarum quantitatum: & vna qualitas ſimilis & diſſimilis propter diuerſos reſpectus ad albedinem & nigredinē. ergo quando vna diſpoſitio ita ſubſternitur habitudini ad fauorem, vt pro ſic ab alia habitudine, ſeu reſpectu odii præſcindat, tunc extendetur, & contra quando ſubiacet reſpectui ad odium, cum præciſione à reſpectu fauorabili reſtringetur.

Optimum exemplum cernitur in l. 2. venia C. C. de in ius vocando: nam illa lex pœnalis eſt & odioſa ſi comparetur cum liberto, qui non obtenta venia edicti (quod iubebat ne libertus patronum in ius vocaret ſub quinquaginta aureorum pœnale penultim. in fin. ff. de in ius vocan.) etiam impetrato prin ipis reſcripto pœnam incurrit; eadem vero lex vt confertur cum patrono eſt fauorabilis illi, & illorum hæredibus, quia in hac lege dicitur pœnam incurrere edicti libertus, aut illius filius, qui patronum aut eius liberos, ſiue heredes etiam extraneos in ius vocauerit. In qua diſpoſitione nota fieri extenſionem fauoris ad heredes extraneos patronis, ob reuerentiam illi debitam, non tamen extendi pœnam ad heredes extraneos liberti: optimam rationem reddit Gloſſ. verb. liberis dicens. *Ex parte patroni eſt fauor: & ideo prorogandus: ex parte liberti eſt, odium & ideò reſtringendum*: & probat argumento l. cum quidam ff. de liber. & poſthum. & l. ſed etſi pater §. non ſolum in fine de Senat. Macedonian. dicetur tamen hæc lex ſimpliciter fauorabilis, quia hæc eſt præcipua illius intentio, vt ex illius contextu patet, in quo præcipuè habetur ratio reſpectus ad fauorem: & quoad hoc, etiam hæc lex primam concluſionem confirmat: quia tamen reſpectu liberti, & pœnæ ab illo incurrenda etiam odium continet ſeparabiliter à reſpectu fauoris, reſtringitur pœna ad libertum, ac illius filios, ad extraneos verò heredes non extenditur. Hinc eſt quod Baldus, Salycet. Raphael Fulgoſ. Caſtrenſ. & alii recentiores ad citatam l. 2. venia, dicunt ſtatuta repellentia fœminas ob maſculorum fauorem ab hereditate comparatione illarum eſſe odioſa, & reſtringenda: reſpectu maſculorum fauorabilia & prorogãda, quando ſcilicet in praxi ſeparari poteſt odium à fauore, ſin minus odioſa potius iudicanda, quia à iure communi, & naturali exorbitant, quod omnes fratres, ſiue maſculos, ſiue fœminas in paterna hæreditate pares facit. 7.

Denique ad perfectam præcedentis conti-

cluſionis declatationem duo aduertenda ſunt.
Primum generales quoſdam reſpectus fauo-
ris, vel grauaminis à tota legis diſpoſitione,
vel ab illius parte ſeparari non poſſe, talis eſt
reſpectus ad grauamen, quod in obligatione,
legis effectu, ac proprietate inſeparabili con-
ſiſtit; Item quod in reatu culpæ, & pœnæ,
quam in humano, aut in diuino foro lex
violata inducit. Præterea reſpectus fauoris,
qui in intentione communis boni, publicæ-
que vtilitatis apparet. Ideoque numquam
ſufficiunt hi reſpectus, vt legem odioſam, vel
fauorabilem ſimpliciter & abſolutè appellent;
ſed oportet particulares reſpectus ad legis ma-
teriam, præcipuamque illius intentionem at-
tendere, verbi gratia, ſi in conſtitutione præ-
cipua intentio eſt pœnam, tributum, aut gra-
uamen aliud imponere, vel factum irritare, ſi
ius commune cortigit, aut ab eo exorbitat,
odioſa lex cenſebitur, etiamſi in his à com-
muni bono, publicaque vtilitate non præ-
ſcindat: ſi nullum finem ex his lex reſpiciat,
fauorabilis iudicabitur, quia ſemper parti-
culare aliquod bonum intendet, propter
quod talis exiſtimetur vltra illum reſpectum
generalem. Secundum quod ex primo ſequi-
tur, eſt omnem legem ciuilem, aut Cano-
nem eſſe ſimpliciter fauorabilem, aut odio-
ſam, à præcipuoque illius reſpectu, & in-
tentione denominari: & conſequenter vel
ampliandam, vel reſtringendam; hæc ve-
rò præcipua intentio non ſemper eſt pri-
ma: & immediata, aliquando enim erit
conſequens, ſed in ſe, ratione materiæ di-
gnior, verbi gratia, diſpoſitio pœnalis ſi
concernat fauorem Eccleſiæ, tanquam fa-
uorabilis recipit extenſionem, vt decidit
Rota in nouiſſ. part. 2. dec. 298. num. 6. cum
Abb. Iaſone, & Gloſſa. Item priuilegium pro-
ximè & immediatè intendit fauorem eius,
cui conceditur; quia tamen conſequenter reſ-
picit exorbitantiam à iure communi, quæ
odioſa eſt, & odium iuris communis ſecun-
dum rei dignitatem præferendum ſit fauo-
ri priuato, magis attenditur intentio exor-
bitantiæ ad reſtrictionem, quam fauoris ad
ampliationem; alius ſimiliter caſus erit V. G.
ſi ſtatutum ſit, vt vxore diſcedente ſine libe-
ris, maritus doris partem lucretur; ſi ſponſa de
præſenti nondum cognita intereat: marito
nihil dotis obuenit, vt tenet Abb. in cap. ex
publico num. 7. de conuerſ. coniugat. Ia-
ſius conſil. 1. num. 4. Bald. Salycet. Ancha-
ran & alii quos ſequitur Felin. in cap. 3. loco
de præſumpt. num. 7. Anton. Guberr. de
ſponſal. tit. quid ſint ſponſ. num. 11. ratio eſt,
quia etiamſi hoc ſtatutum proximè in fauo-
rem viri factum ſit, quia tamen conſequen-
ter materiam concernit odioſam vxori, &
contrariam fauori dotis, item exorbitantem à
iure communi, hæc intentio odioſa potior ha-
betur & dignior in tali ſtatuto, videlicet ac-
quiri partem dotis à marito, qui non ſubiuit
onera matrimonii, & vxorem ſine liberis
diſcedentem illa dotis parte deſraudari, ſi
quidem in hoc caſu de iure communi dos
integra ad patrem tranſit à quo profecta eſt
iuxta l. 4. dos à patre Cod. ſoluto matri-

A monio, &c. & l. 6. iure ſuccurſum, ff. de
iure dotium præſertim quia in contractu
dotis magis conſideranda eſt naturalis æqui-
tas, quàm iuris poſitiui ſubtilitas, vt obſer-
uat Barb. in rubr. ſoluto matrim. 4. part.
numero 25. quare reſtringendum potius ſta-
tutum eſt ad vxorem conſummato matrimo-
nio: conſtat igitur non ſemper eſſe proximam,
immediatamque legis intentionem princi-
palem ac primariam, iuxta optimam æqui-
tatis regulam; ad quod etiam facit quod Ro-
ta par. ſecunda. deciſ. 298. ſtatuit numero 6.
cum gloſſ. in cap. ſciant cuncti de elect. in
6. & Abba. in cap. nihil numero 9. de elect.
per illum text. & in cap. ex tenore numero
B 6. qui fil. ſint legit. Iaſon. in leg. cum qui-
dam num. 16. ff. de liber. & poſthum. quibus
adde Cardinalem Tuſch. litera E. concluſ.
661. numero 13. cum Geminian. conſil. 37.
numero 6. Ancharan. conſil. 304. in fin. ſed
quod dicendum, quando conſideratis reſ-
pectibus conſtitutionis ad fauorem, & odium
non diſcernitur qui potior ſit, ac principa-
lior. 9.

Tertia concluſio, quando conſiderata con-
ſtitutionis materia dubium eſt an in fauorem
potius, quàm in odium vergat, quia vnus
reſpectus in ea ſe habet ad alterum, ſicut ex-
cedens ad exceſſum, tum pro fauorabili ha-
benda, & ex hoc capite eſt amplianda; ita
Bald. cum Gloſſ. ad l. 2. Cod. qui non poſ-
ſunt ad libert. peru. verb. *Interrogauerit*,
idem Bald. in l. penultim. de pact. Roman.
ibidem Petr. Ancharan. conſil. 37. *contra
Ioannem*, poſt medium, & conſil. 215. *ſcripſit*
C *Papa*, colum. 2. Abb. in cap. in literis de re-
ſtitution. ſpoliator. Tiraquell. in præſat. de
retract. num. 56. & 66 Suar. de legib. lib. 5.
cap. 2. num. 13. Et probatur ex l finali §. Titius
ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. vbi in caſib.
perplexis caſus fauorabilis præualet, vt no-
tauit Stephan. de Federic. de interpretatione
iuris tom. 1. tractatuum par. 1. principali num.
82 quia ipſa lex de ſe & per ſe fauorem indu-
cit; ex accidenti verò odium quaſi ob neceſ-
ſitatem; & ſicut agens naturale per ſe intendit
generationem, non verò corruptionem;
quamuis hæc in eodem inſtanti ſit cum ge-
neratione, immò illam neceſſariò præcedat,
quoniam vnum compoſitum naturale non ge-
neratur ſine alterius corruptione, ita agens
intellectuale per ſe fauorem intendit in lege
D ferenda, licet aliquod odium cum eo fauore
permiſceri neceſſe ſit, ergo quando dubitatur
de præcipua conſtitutionis intentione, fauora-
bilis eſt iudicanda. Tandem ad rationem du-
bitandi patet reſponſio, ex duobus aduerten-
dis poſt ſecundam concluſionem. Et ſane quia
ex propoſita declaratione conſtitutionis odio-
ſæ, & fauorabilis, adhuc illius extenſio. & re-
ſtrictio ratione materiæ nequit perfectè co-
gnoſci, niſi videamus quomodo in connexis
ad inuicem, vel in ſimilibus caſibus per æqua-
lem, aut maiorem rationem locum habeat, id
in ſequentibus expendemus.

Quæ ſint connexa, ad quæ conſtitutio debeat extendi.

SECTIO V.

1. ETiamſi in cap. tranſlato præcedentis commentationis de conditionibus neceſſariis, ad hoc vt aliqua connexa dicantur, nonnihil prælibauimus; quia tamen hæc doctrina de connexis, quatenus extẽſionem recipiunt, ampliſſima & vtiliſſima eſt, eã lentius expendere & variis caſibus applicare, operæ pretium iudico. Et in primis aduertendum eſt, vnum connexum eſſe cum alio, neceſſariò pluralitatem exigere, itaut pauciora duobus non ſint. Etenim vt rectè Bald. monuit in cap. cum omnes num. 3. de conſtit. Item Andr. ab Exea ibidem n. 66. Felin. in cap. tranſlato num 6. eod. tit. connexum non eſt idem, hinc eſt, quod cæmiterium non dicatur Eccleſia, ſed Eccleſiæ annexum; neque porticus eſt domus, ſed domui connexa, plura ergo neceſſaria ſunt, & ſaltem vnum alteri adhærens. Immo etiamſi aliqua veluti duo concipiantur, niſi ſimpliciter pluralitatem faciant, non dicentur in rigore loquendo connexa. Ideoque in ordine ad extenſionem minus propria loquutio eſt illa, per quam ius patronatus, vel beneficium dicitur ſpiritualitati connexum Nam licet inſeparabilis ſit ſpiritualitas à iure patronatus, ſeu beneficii, & in hoc ſenſu annexa illis ſit. & illorum quaſi anima, vt docet D. Thom 2. 2. quæſt. 100. art. 1. ad 6. ita explicans cap. ſi quis obierit 1. quæſt. 3. & Turrecrem. ibidem, tamen ſpiritualitas non facit pluralitatem cum iure patronatus, neque cum beneficio, quando à canone conſideratur; ſed attenditur ſecundùm identitatẽ. quatenus vnum quid cum illis conſtituit.. Vbi verò caſus, ſeu ratio eſt eadem, extenſio non fit, ſed incluſio: ratio eſt, quia quæ ſunt eadem ſecundùm ſubſtantiam, realiter ſunt idem, teſte Philoſopho 6. Metaph ſed quando caſus eſt idem, ſeu continet eandem rationem, habet eandem ſubſtantiam; quia ratio legis eſt illius anima, & ſubſtantia l. 78. cum pater §. dulciſſimis, ff de legat. 2. &c. ita Alex. in l. cum mulier, ff ſolut matr. per illum text. & per l. adire §. quãuis, ff. de Iurepatronat Bald. in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. circa finem gloſſ. in clem auditor verb. *beneficio*, & alii quos ſequitur Franciſcus Coſcius in repetit. ad cap. tranſlato de conſtitut. n. 24. & ſeq.

2. Connexum igitur conſiderandum eſt, non vt idem eſt cum altero, cui connectitur, ſed vt diuerſum, vt extenſioni detur locus: definiuntur igitur connexa, eſſe plura, quorum vnum ſine altero ſtare non poteſt: quia nimirum vnum ab alio pendet, vel antecedenter, vel conſequenter: ita Franciſ. Aretin. in cap. tranſlato not. 1. & conſil. 29. in *Chriſti nomine* numero 10. Crauett conſil. 232. num. 1. Boër, conſil. 7 num. 1. & ſeq. Ripa l. admonendi num. 124. ff. de iure-iurand. & alii quos ſequuntur Conarr. practic. quæſt. cap. 34. & Menoch, de arbitr. Iud. lib. 2. caſu 95. Bartol. Bald. Alex. Roman. Butr. cum Gloſſ. & variis textib. qui citantur in addi- A tione ad Abb. in cap. tranſlato verb. *connexitati negotij*. Vnde deducit Aretin mandatum de ſuſcipiendis mutuò pecuniis pro negotiorum geſtorum adminiſtratione neceſſariis, eſſe connexum reſpectu adminiſtrationis, & negotiorum geſtorum, iuxta l. 1. §. non autem ff. de exercit. action l ſi tutor. poſt pubert. ff. de tutela. & ratio diſtrah. l ita autem §. ſi tutor ff. de adminiſtr. tutor. ita etiam tenet Crauett. citatus & Marſil. in rubric ff. de fideiuſſ. num. 218

3. Hinc colliges non ſufficere, quod aliqua duo eodem tempore, & ſimul fiant, vt connexa ſint quod Baldo in cap. tranſlato nu 4. de conſtitut. & Felin. ibid. num 6. attribuit Menoch. de arbitrar. Iud. lib. 2. caſu 95 nu. 21. quaſi di- B cerent, ſufficere, quod ſimul fiant, vt connexa exiſtimentur, cum tamen illi Authores debeãt intelligi iuxtà noſtram ſententiam; etenim illud ſimul connexitatem dependentiæ originis, vel cauſæ moralis apud illos denotat; quod vero non ſufficiat eodem tempore fieri, vt connexa dicantur, ſic probo: nam ſeparata aliquando eodem tempore, & ſimul fiunt, V. G. in eodem loco, aut in eadem diſpoſitione iunguntur; defectu tamen dependentiæ antecedentis, ſeu conſequentis, vel alterius coniunctionis in aliquo tertio non fit extenſio ab vno ad aliud ratio eſt, quam aſſignat Bart. in l. 28. Aurelius §. idem quæſit in fine, ff. de liberat. legat. 5. illa eſſe capitula ſeparata, ſi vnum ad alterius determinationem non venit C ex l. etiam §. 1. ff. de minorib. vbi Modeſtinus in ſententia de rebus diuerſis eodem tempore prolata ſeparationem conſiderat. E contra vero Vlpianus in l. 17. cum actum §. planè de negot. geſt. etiam cum temporis interuallo connexitatem agnoſcit, quia illa prima cognitio, quam de connexis agendo cum Bart. in cap tranſlato tradidimus, de ſimultate temporis ſæpiſſimè in ſeparatis reperitur: quis enim non videt in eadem pagina libri rationum diuerſa capitula contineri poſſe, & ſeparata negotia in eodem tempore actitari. ſeparatã enim capitula ſunt, V. G. ſi dicerem. Ego tibi ex mutuo centum aureos, tu mihi equum ex commodato debes, non nego tamen, hæc poſſe aliquando connecti ratione alicuius tertii; ſi enim inſtrumentum in quo continentur, vel liber rationum pro falſo habetur, reſpectu D vnius, pro falſo etiam habendum comparatione alterius. Plura de connexis, vide apud Menoch. citatum & Signorolum ac Fulgoſium in reſponſo inſerto poſt commentaria Cepolle ad titulum C. de ſeru. fugit.

4. Hinc quatuor iuris regulas exponere licet & ad noſtræ doctrinæ confirmationem adducere. Prima eſt, aliquo prohibito, omne id prohibetur, per quod peruenitur ad illud de regul. iur. in 6. Secunda cum aliquid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo, ibidem, & quod dicimus de prohibito intelligi etiam debet de conceſſo iuxta cap. præterea de offic. & poteſta. Iud. deleg. ad fin. & l. 2. ff. iuriſd. omn. iudic. cum aliis à gloſſ. vtrobique relatis, quibus adde leg. 62. ad legatum & l. 56. ad rem mobilem ff. de procurat. & cap. quoniam de ſenten.

excomm in 6. Tertia regula eſt acceſſorium A naturam ſequi, congruit pr ncipalis ibidem. Quarta cum quid vnâ via prohibetur alicui ad id alia non debet admitti, ibidem primã probo in conneao antecedenti: nam res omnis ſuũ habet antecedens, per quod ad ipſam urdinate,& per ſe peruenitur, vt via ad domum, actio ad terminũ, ſponſalia ad matrimonium, poſtulatio ad electioné Etenim hæc cum per ſe ſine fine ſuo inutiliter ſe habeant, ratio poſtulat vt fini ſuo ſemper accedant Ex quo ſequitur quod lex quæ diſponit, rem quãlibet ad aliquam perſonã pertinere, eadem extenditur ad præambula & præparatoria, neceſſaria ad ipſam rem, V. G ad quem pertinet manus impoſitio, pertinet examinatio perſonæ, per caput inter corporalia §. ſicut de tranſlatione Epiſc l 18 fundi, ff de actionib. empt. & vend. B l. hoc legatum, ff. de legat 5. 3. quintus l. cum argento l. vxori, ff de auro & argen. lega. quare ſi vendas fundum ſeu domũ vendere cenſeris ſeruitutem eundi ad fundum, vel a l domũ per l. aquæ ductus, ff. de contrahend. empt. l. 4. item ſic §. qui habet de ſeruitut Ruſtic. prædior ex eodem princ. deducit Bartol. in l. cum fundum ff. de vi & vi armata, mihi licere in eo loco homines cum armis cogere, in quo mihi licet me defendere, vel offendere l. refectionis, ff commu. prædiorum &c. l. oſſa § vltim ff de religioſ. & ſump. funer. l. qui exceptionem de condit. indeb Ideoque præparatorium naturã ſequitur illius principalis, ad quod per ſe ordinatur, concinit ſumma Bartol. ad l. 17. Labeo ait, ff. quemadmodum ſeruitut. amitt quæ ſic habet, *qui perdit principale, perdit acceſſorium*. deperdito enim fontis hauſtu, C via ad illum deperditur. Ratio eſt, quia à quo remouetur finis. remouentur ea, quæ ſunt ad finem iuxta doctrinã D. Th. 2. 2. q. 17. art. 6. in corpore, vbi ait, *finis ſecundùm & ipſum habet modum, ea verò, quæ ſunt ad finem, habent modum ex eo, quod ſunt fini proportionata*. Similem doctrinam tradit 2. 2. quæſt 33 art. 2. in corpore; rectè igitur ſe habet prima regula aliquo prohibito & quam confirmat l. oratio, ff de ſponſal ibid. Bartol. Bald. & alii l legẽ in fine C. de natura lib. i cum lex ff de fidei-iuſſi.

De connexo conſequenti procedit [illegible] regula,
5. quæ cum prima de reg. iur in 6. permiſcetur, quaſi æquipolleat illi, cum tamen ſint maximè diuerſæ, vt notauit Dynus ad hanc regulam, cum quid prohibetur: cui concinit l. non dubium C de legib. l. 2. cui iuriſdictio, ff de iuriſdict omn. iud cum gloſſ Bart. Cyn. Alex ac D reliquis communiter. plures textus refert Stephan de Feder tracta. de interpretat iur. par. [illegible] n 75. Exempla ſunt in cap. eos diſtinct. 81. Prohibito officio, cenſetur prohibitum beneficium, quod eſt merces, & officii pretium & in l. rem in præſenti § & cum lex C de rei vxor. act inſtit quibus modis alienare licet in princ. Nam prohibita venditione fundi dotalis, traditio etiam prohibetur. Ideóque per illam non transfertur dominium, & ſi alicui conceditur gratia, & exequutores dantur, quamdiu gratia durat, tamdiù executoris officium perſeuerat iuxta cap. ſi ſuper gratia de offic. deleg. in 6. Notandum tamen dupliciter ſe habere poſſe conſequens, primo modo ſi neceſſario per ſe & promimè conſequatur. 2. ſi contingẽter vel remorè ſe habeat ad antecedens: de primo procedit noſtra doctrina, non de ſecundo iuxta l. 12. ſi negotia, ff. de negot. geſt. vbi dicitur negotiorum geſturum teneri de damno, ſi nouam negotiationem inſtituat, quam abſens facere non ſoleat per legem 5. procuratoris §. ſi propter mercem, ff. de tribut. act. l. lege cenſoria §. 2. ff. de verbor. ſignificat l. vt quis, ff. de aur. & argen. lega. Bartol. in l. ambitioſa, ff. de decret. ab ordine facien. & ratio eſt, quia quod contingenter, ſeu remotè, ſequitur ad antecedens, illam non participat connexitatis neceſſariæ rationem, propter quã ad illud legis diſpoſitio ab antecedente extendatur Eſt in philoſophia manifeſtum exemplum de proprietate, quæ ſemper naturam ſequitur, cum tamen accidens contingens cum adeſſe, & abeſſe poſſit, cum natura non reciprocatur, ideoque negatur de eo, qui eamdem naturam participat, & affirmatur de indiuiduo alterius naturæ.

Hinc iam patet expoſitio tertiæ regulæ Acceſſorium, & quatenus traditã de connexis doctrinam corroborat, & amplius declaratur, cũ enim acceſſorium ſine principali non ſubſiſtat, ea inde eſt, quod prohibito, ſeu conceſſo principali, acceſſorium prohibitum, ſeu conceſsũ intelligatur, huic regulæ concinit l. 2. C. per quas perſonas nob. aquir. inſtit. qui tut. dat. poſſ § certæ rei Aduerte tamen acceſſorium multifariã conſiderari, 1. ſi ſe habeat acceſſorium tanquam præparatoriũ, & via ad principale, 2. prout ſequitur principale, vt dos ſequitur matrimonium. & dotem eius augmentum, debitorum, ac legatorum ſolutionem ad hæreditatis aditionem: & his duobus modis idem dicendũ de acceſſorio atque de connexo antecedenti & conſequenti. 3. modo cernitur acceſſorium quando vna res accumulatur alteri ad eundem finem, vt l. 4. ſi ſtipulatus de vſur. accumulantur fructus agro promiſſo, & partus ancillæ ad implendã promiſſionis obligationem & in l. 8. an inutilis § filius-familias, ff de acceptilation vt not. gloſſ. ibid verb. honorariè & l. 16. ſi ex pluribus eod. tit. vbi ſic Bartol. ſumma. *Acceptilatio facta vni ex plurib. reis debendi cæteros liberat*. 4. ſi vnũ in aliud incidat: vt cognitio vnius cauſæ incidentis, ad eundem iudicem pertinet, tanquam acceſſoria, quãuis alioqui principaliter ad illũ non ſpectaret Vt ſi filius defuncti agat hæreditatem petendo contra detinentem, hic vero excipiat, quod filius non ſit, vel ſit ſpurius, aut ex alio capite incapax hæreditatis, tunc accipere poteſt cognitionem incidentis cauſæ iudex, qui de cauſa principali cognoſcebat, iuxta cap. 1 de ordine cognition. & l. 1. C. de ordin. Iudic. etiamſi de eadẽ cauſa acceſſoria principaliter cognoſcere nequiuiſſet. Ratio eſt, quia principali ad ſe trahit acceſſorium ita patet ex l. 3 quoties C. de iudiciis quam ſic ſummat Alex. *Iudex qui de cauſa ſtatus principaliter cognoſcere non poſſet, poſſet tamen incidenter*, concinit cap. tuam de ordin. cognit. cum Gloſſ. verbo dependentiam. Rogabis, an ſi cauſa principalis cognoſceretur 6.

Digitized by Google

ſummariè illa, quæ incidenter cognoſcenda venit, ſummariè etiam debeat cognoſci, quamnis ſuaptè natura poſtulet plenariè cognoſci. Reſpondeo in eo euentu cauſam incidentem ſummariè cognoſcendam: iuxta Clement. diſpendioſam de iudic. nam pars debet accommodari ſuo toto, vt optimè notauit Bald. in l. ſi quando Cod. de teſtibus in princip. facitque lex 13. eum qui ædes, ff. de Vſucap. Et hoc tam quoad proceſſum, quam quoad modum probandi, niſi cauſa principalis in odium alicuius cognoſceretur ſummariè contra iuris communis formam; nam tunc in cauſa incidenti obſeruanda eſt iuris communis regula; vt docet Stephanus de Federic de interpretatione iuris part. 1. numero 62. per leg. finalem Cod. vnde vi; cui concinit cap. vltimum. Quod metus cauſa; & tenet Bartol. in l. quæſtionibus, ff. ad l. Iuliam Maieſt. & in l. ſolent, ff. de aliment. & cibar. legat. per l. cum hi §. ſi vnt & §. ſin minus, ff. de tranſact. quibus addit idem Stephan optimam l. quod verò contra, ff. de legib. ratio eſt quia odioſa illa iuris communis correctio extendi non debet vltra id, quod præcisè neceſſarium eſt.

Quarta regula, *cum quid vna via*, & ad
7. doctrinam de connexis, ita accommodatur: nam legis diſpoſitio, ex mente legislatoris caſum omiſſum poteſt comprehendere, vt probat cap poſtquam de elect. in 6. & concordat l. non dubium Cod. de legib. ibi, *cætaque quaſi expreſſa ex legis volunta e liceat colligere*: ſed quando lex prohibet aliquid vna via, eluſoria eſſet principis diſpoſitio, ſi alia via prohibitum exequatur, ergo extendi debet conſtitutio ab vna via ad quamlibet, per quam ad prohibitum peruenitur. Quod vt rectè intelligatur, notandum eſt Conſtitutionis prohibitionem duplicem habere poſſe reſpectum: nempe aut ad rem prohibitam, aut ad viam & modum illam habendi, ſeu fauendi; priori modo exponenda eſt regula, & in eo ſenſu noſtram doctrinam confirmat Nam quando principalis prohibitio terminum reſpicit, & propter terminum comprehendit etiam vias ad illum; ab vna fit tranſitus ad aliam, alioqui eluditur lex. Nam in l. 3. Cod. ſi mancipium, ita venient ne poſſit, hic eſt totus textus. *Eam quæ ita venit ne corpore quæſtum faceret: nec in caupona ſub ſpecie miniſtrandi proſtitui, ne fraus legi d. ſta fiat, oportet*, ſimiliter in l. ſcire oportet, ff. de tutor. & curat. dar. &c. quando prohibita eſt adminiſtratio patris; non ſolum qua pater, ſed neque etiam qua curator poterit adminiſtrare, quia intentio principalis reſpiciebat adminiſtrationem, non modum qua pater, vel qua curator; ideo ab vna via extenditur legis diſpoſitio ad aliam, ita declarat gloſſa magna hanc regulam ex cap. conſtitutus de conceſſion præbend. cap. deteſtanda eodem tit. in 6. cap. Imago 34. quæſt. 1. cum aliis concordantib. nec diſſentit Dynus cum docet regulam procedere, quando ius in odium prohibiti reſiſtit, non quando aſſiſtit propter alium contingentem defectum viam ſubrogans non impeditam, neque à iure A præcluſam: hinc eſt quod ſi legatum relinquitur patri & negatur filium emancipare, licet filius nequeat mancipationē petere iure actionis ex teſtamento: alia tamen via admittitur, nempe per officium iudicis per textum l. ſi cui ff. de condit. & demonſtrat. Nam qui vno iure ſuccedere prohibetur, alio admittitur iuxta regulam l. quoties duplici, ff. de regul. iur. leg. ſuum hæredem Cod de iur. deliber. vbi plures caſus de hac re notari ſulent, aliquæ refert Dynus in reg. cum quid vna, & additio Boërii in quibus omnibus rectè aduertit gloſſ. ad dictam regulam in fine prohibitionem ad viam, & modum principaliter reſpicere non ad rem iuxta caſum capitis examinata de iudic. In quo ille, qui rem petit vna actione, repellitur, & per aliam admittitur, ſicut qui iurat non deferB re crimen cauſando, non prohibetur iureiurando, illud deferre denuntiando.

8. Quamobrem ex hac regula non bene intellecta anſam arripuit Anguian. de legibus lib 3. controuerſ. 9. num. 11. & ſequent. vt Thomam Sanchez inſectaretur, quod nouam quandam opinionem ſine lege, ſine ſolido fundamento, & ſine authore inuexiſſet: nam lib 8. de matrimon diſput. 27. num. 39. aſſerit poſtquam Vicarius Epiſcopi virtute reſcripti in cauſa ſibi commiſſa tamquàm delegatus pronunciauit, non poſſe diſpenſari in impedimento matrimonii, qui à videlicet reſcriptum eſt ſurreptitium, vel alia cauſa, eundem iterum non poſſe ſuam ſententiam retractare, ſed adeundum eſſe ſummum Pontificem delegantem. quia delegaC tus vbi functus eſt officio ſuo, amittit iuriſdictionem; illa enim eſt ſententia definitiua, per quam totam cauſam commiſſam decidit. Et ſiue valide, ſiue inualide, & inutiliter iudicet, non poteſt iterum iudicare, ſicut facere poteſt ordinarius qui iure proprio iudicat, vt cum multis docet idem Sanchez, cuius allegationem Anguian tranſcripſit & ſententiam approbauit, ex hac parte. Quia tamen Sanchez ibidem addidit; ſi Vicarius è contra pronunciauerit, legitimam eſſe diſpenſationem, & poſtea ſe manifeſtè erraſſe comprehendat ſiue inito, ſiue non inito matrimonio, quamuis non poſſit tanquam delegatus cauſam reaſſumere, & impedire matrimonium ineundum, vel iam initum diſſoluere, ſeu nullum ex impedimento dirimente D declarare: poſſe in quantum ordinarium de matrimonio cognoſcere nihil iudicando de prioris ſententiæ viribus (id enim ſolius eſt delegantis Pontificis) ſed de nouo inſtituendo cauſam & examinando, an matrimoniū poſſit contrahi, necnè, vel ſi contractum ſit, validene, an inualide; quemadmodū poteſt cognoſcere de alio matrimonio male inito, ſeu ineundo; ratio eſt, quia ſententia illa ex errore probata cum matrimonii contracti, vel contrahendi peccatum foueat, Vicarius quatenus iudex ordinarius, tenetur illud impedire Vnde diuerſa ratio eſt, quando Vicarius ſententiam tulit virtute reſcripti negando legitimam fuiſſe diſpenſationis cauſam, quia cum hæc ſententia, quamuis ex errore matrimonii

peccatum non foueat, in rem iudicatam tran-
ſit, atque adeo ſunctus ſuo officio, quate-
nus delegatus cauſam reaſſumere non poteſt,
tanquam ordinarius ad diſpenſandum, ne
ſuæ poteſtatis limites tranſiliat: at quando er-
rauit declarando cauſam diſpenſationis nul-
lam pro legitima, cum talis ſententia pecca-
tum foueat, non tranſit in rem iudicatam; ſed
ad Vicarium ſpectat, de talis matrimonii valo-
re tractare, & partibus etiam inuitis ex officio
procedere, eaſque de errore certiores facere.

Contra hoc vltimum arguit Anguian. num.
22. Primo. Qui hanc ſententiam ait eſſe con-
9. tra illam regulam traditam, cum quid ſi quidé
vna via admittit, quod alia denegat. Nam Vi-
carius quod non facit vt delegatus, poteſt fa-
cere, vt ordinarius. Secundo. Quia reaſſumi-
tur cauſa iam deciſa à delegato per ordinariũ
inferiorem, qui temere in cauſam à ſummo
Pontifice commiſſam ſe intromittit. Tertio.
Quia hinc aperitur via, qua omnes diſpenſa-
tiones ſemel obtentæ litigioſæ fiant, & facile
impedirentur quocumque contendente diſ-
penſationes factæ à delegatis, & ſummi Pon-
tificis authoritate ſuffultæ, contra cap. cum in-
ferior & cap. quod ſuper his de maioritat.
& obedien. Quarto. Quia abſque eo quod or-
dinarius iudicet de prioris ſententiæ viribus,
non poteſt inuenire ſe deceptum in errorem-
que prolapſum; quare ſi de prioris ſententiæ
valore cognoſcere nequit ordinarius, vt San-
chez fatetur, neque etiam ſe in hoc negotium
poterit intromittere. Vltimo vrgentius: ratio,
qua Sanch. nititur, eſt quia ſententia diſpen-
ſationis in cauſa matrimonii contracti, vel
contrahendi fouens peccatum, non tranſiit in
rem iudicatam, & ex conſequenti iudex or-
dinarius procedere debet ex officio ad illud
impediendum, quod bene docet Card. in cap.
lator num. vnico verſic. in gloſſ. final. de ſen-
ten. & re iudicat. & conſtat. ex cap. porrò ad
finem de diuort. ibi *tui officij intereſt matri-
monia illa adhibita grauitate diſſoluere, quæ
illicitè contracta noſcuntur*, quod fulcimen-
tum quaſi ex ſuo promeret Anguian. ait, *ſed
iſta ratio à Patre Sanchez non ſic fulcita, aut
confirmata ſufficiens non eſt*, cum hanc pro-
bationem totidem verbis eiſdemque citatio-
nibus ab eodem Sanchez lib. 7. de matrim.
diſp. 100. num. 3. legamus; à quo loco forſi-
tan ipſe eam accepit.

10. Quod vero dicta ratio non ſufficiat Anguia-
nus probat quia Innocent. in cap. tenor num.
vnico de ſentent. & re iudicat. ibidem Hoſ-
tienſ. ſtatim in princip. Panormitan. in cap.
final. ad finem de Clandeſtin. deſponſat. in
cap. Lator. numero 11. de ſentent. & re iu-
dic. Felin. ibidem num. 6. declarat. 5. Cardi-
nal. numero vltimo, Ioann. Andr. in cap.
tenor. citatum num. 1. Anton. num. 11. item
rurſus Cardinalis num. vnico verſic. oppono
ad hoc Bald. num. 1. Imol. num 7. Ancharan.
num 4 Iterumque Panormitan. in cap. fra-
ternitatis num. 21. de frigid. & maleficiat.
Præpoſit ibidem numero 19. conſiderantes
ſententiam in cauſa matrimonii à qua appel-
latum non fuit, cui partes acquieuerunt; in
quo caſu non niſi prætextu vitandi peccati or-

A dinarius negotium aſſumere poſſet, nihilomi-
nus docent quantumuis animæ periculum
vertatur, non eſſe indiſcriminatim audien-
dos, qui ſemel factam diſpenſationem vo-
luerint impugnare, ne in infinitum partes
contra venientes admitterentur: quippe qui
valde abſurdum iudicabant, vt ſuper nego-
tio iam finito ordinarium iudicium inſtitue-
retur: ergo ſi hoc hi Authores iudicauerunt
in leuioribus terminis videlicet ob non inter-
poſitam appellationem, vel ab his confirma-
tam ſententiam à fortiori in caſu difficilio-
ri idem dicendum eſt: quoniam magis in-
tercluſus eſt aditus cognitioni cauſæ per ſen-
tentiam diffinitiuam à legato pronuntiatam,
B quàm cognitioni cauſæ ab ordinario deciſæ,
quæ in rem iudicatam tranſiuit.

Verùm recedendum non eſt à ſententia pa- 11.
tris Thomæ Sachez iure & optima ratione
ſuffulta: quippe qui cum ex inſtituto oſten-
deret lib. 7. diſput. 100. ſententiam à qua
appellatum non ſit, & bis confirmatam in
cauſa matrimoniali non tranſire in rem iudi-
catam, atque ideò reſcindi poſſe; & hoc
eſſe ſpeciale in cauſa prædicta, ne pecca-
tum fouere videatur, ſi per errorem lata
ſit ſententia Idcirco non oportuit in ſequen-
ti lib. 8. diſput. 27. numero 39. eadem iura
& authores referre. Et ſanè omnes quos re-
tulit Anguian. & multo plures in ſuæ ſenten-
tiæ confirmationem refert Sanchez in priori
loco allegat. Quare omnibus à me diligen-
tiſſimè perlectis nullum vidi qui Anguiani
ſententiæ faueat. Nam omnes fatentur ſen-
tentiam in cauſa matrimoniali prolatam, præ-
C termiſſo appellationis tempore, vel confir-
matam non tranſire in rem iudicatam, ſed
cognita de nouo cauſa iuſta, reſcindi poſſe, ne
peccatum foueat, ſolumque aduertunt, quod
non prætermiſit Sanch. illa diſputatione 100.
numero 5. non eſſe audiendos indiſcrimina-
tim quoſlibet confirmatam ſententiam im-
pugnare volentes, ſed oportere cauſam ma-
ximè veriſimilem adducere, quæ iudicem ad
credendum inducat. Ideoque antequam con-
trauenicns audiatur ſummariè & de plano ſe
informare debet iudex de cauſæ denuo pro-
poſitæ iuſtitia, & veritate, non citato aduer-
ſario, qua cognitione præmiſſa audire or-
dinarius poterit illum, qui matrimonii diſ-
penſationem iuſta de cauſa impedire cona-
tur, quæ omnia quia latè, & luculenter ab
D eodem Sanchez afferuntur, in iis amplius im-
morari non expedit, ſed ſolum propoſitas
obiectiones diſſoluere.

Ad primam nego regulam, *cum quid
vna via*, infirmari, immo illius explica-
tionem datam ſtabiliri confirmo. Nam ius
Canonicum non reſiſtit, immo aſſiſtit Vi-
cario impedienti, vel diſſoluenti matrimo-
nium fouens peccatum: quia ex officio ad
illum pertinet huiuſmodi negotium per cap.
Porrò de diuortiis cap. lator, cap. tenor, cap.
conſanguinei de ſentent. & re iudic. cap. fra-
ternitatis de frigid. & maleficiat. ſolum igitur
prohibetur medium, ſeu via, videlicet ne Vi-
carius tanquã delegatus virtute reſcripti hoc
faciat, poſtquã ſuo functus eſt officio, prolata

ſuper eadem matrimonii diſpenſationis ſententia, etiam per errorem & inualide; ſi verum eſt, quod cum multis docet Guttietez practic. quæſt lib. 3 quæſtion. 48. numero 16. & latius quæſt canon. lib. 2. cap. 2. quem ſequitur Sanch. lib. 8. matrimon. diſp. 27. num. 39. quamuis oppoſitum cum Angelo & alus tradat Menoch. lib. 1. de arbitr. Iudic. quæſt. 67. numero 28. vbi ait delegatum à Principe, ſi nulliter iudicauit poſſe negotium reaſſumere, de qua difficultate nunc non diſputo; ſed illam priorem ſententiam tamquam communem ſuppono quod Menoch. non inficiatur. Ad ſecundam reſpondeo vicarium non ſe intromittere in acta, vel ſententiam prolatam, ſed viſo euidenter errore & reſcripti ſurreptione detecta per ſummariam informationem procedere poſſe ea commiſſa ſibi à iure poteſtate vbi deceptam eſſe Eccleſiam comprehendit inxta cap. lator citatum, quam ſummariam cognitionem capere poſſe vicarium Anguianus non denegat; imò concedit poſſe in hoc caſu præcipere partibus, ne matrimonium contrahant, vel ſi contractum eſt, vt abſtineant, dum aditur Romanus Pontifex? Quid ergo plus ſe intromittit Vicarius, ſi facta informatione, antequam hoc præcipiat, partes citet & de cauſa ſui præcepti certiores faciat, ac illegitimam eſſe diſpenſationem cõſequenter, & manifeſtè ex reſcripti ſurreptione pronuntiet: atque adeo rurſus adeundum eſſe Pontificem, qui ex commiſſione facta delegato ordinarii, officium non impedit. Confirmatur: nam ordinarius poteſt reſiſtere delegato, quando vellet procedere in caſu non incluſo in ſua commiſſione, vt tenet Innocent. in cap. ſi quando de offic. delegat. & latiſſime Siculus ibidem. Ad idem facit Gloſſa optima in cap. ex literis eod. tit. dicens volenti mandare exequutioni ſententiam nullam, impunè reſiſti poſſe iuxta l. prohibitum C. de iure fiſci libro 10. Bartol. ibidem Angel. conſil. 182. item 275. Riccius in prax. reſolut. 421. numero 1. ergo ſimiliter Vicarius cognito errore, ſeu nullitate ſuæ ſententiæ, ne illa exequutioni mandetur, quatenus peccatum fouet, ſibi reſiſtere poteſt, quatenùs delegati perſonam agebat, neque in hac re ſuæ poteſtatis limites tranſultat.

Ad 3 Reſpondeo negando incommodum illud ſequi. Nam prius debet Vicarius diligenter examinare iuſtitiam cauſæ, ob quam matrimonii contracti, vel contrahendi datæ diſpenſationi per ſententiam delegati reſiſtat, & in faciendo hoc examine ante citationem partium nihil contra textus allegatos operatur, vt idem Anguianus fatetur, vbi ſupra numero 26. in fine: quod verò poſt claram iuſtæ cauſæ denuo allegatæ cognitionem, partes citet, vt errorem illegitimæ diſpenſationis, & matrimonii nullitatem oſtendat, eaſque audiat, ſi quod contra oppoſita habeant, ſuo muneri, & obligationi ſatisfacit, non ſuperioris officium ſibi arrogat: neque recurſum ad illum impedit. Ad 4. dicendum quamuis aſſumptio cauſæ à Vicario eundem matrimonii contractum, illiuſque diſpenſationem concernat, & ſecundario indirecteque ſententiam delegati nullam propter reſcripti ſurreptionem directè & primario delegati ſententiam non reſpicit, neque formaliter illius nullitatem declarare intendit, ſed tantum materialiter, quatenus ſententiæ nullæ materiam tractat.

Ad 5. inpradiai immerito Patrem Sanch. notari, quod ſuam ſententiam non confirmarit, cum nihil ibi adiunxerit Anguianus quod præcedenti libro diſp. 300. Sanchez non adduxerit: immo multo plura, quibus minorem, in qua efficaciorem vim collocat Anguian. latiſſimè confutauit, omneſque Authores ab Angoiano relatos & multo plures fideliter allegauit: oſtendens hoc eſſe in matrimonio ſpeciale, vt ſententia in matrimoniali cauſa late, quacumque circumſpectione præmiſſa ſiue ab ea prouocatum bis fuerit, illaque confirmata: ſiue lapſus fuerit terminus ad appellandum, numquam ita tranſeat in rem iudicatam, quin per viam querelæ ſaltem poſſit contra illam allegari, & allegantem audiri: ac proinde non ita efficacem authoritatem ſortiatur, quin retractanda ſit, intellige materialiter ad minus quoties talis ſententia per errorem lata comperiatur.

Contra traditam doctrinam aliquot connexorum difficiles nexus ſoluuntur.

SECTIO VI.

EX multis, qui ſe offerebant caſibus: 1.
in quibus tradita connexorum doctrina
fallere videatur, eligam potiores, per quos
cæteri innoteſcant. Prima ergo difficultas ſit
Donatio inter virum & vxorem nulla eſt per
l. 1. 2. & 3. § ſciendum ff de donation. inter
virum & vxor. ibi, *vt ipſo iure nihil valeat
quod actum eſt* cap. final. eodem tit. & tamen Paulus in l. 1 ff. de acquit. vel amitten. poſſeſſion §. ſi vir vxori, reſoluit ex mutili contractu viri donantis transferri poſſeſſionem ad mulierem vt illum Bartol. exponit: ergo prohibito vno actu, non cenſetur prohibitum alterum, quod ſequitur ex illo, ſiquidem ex donatione nulla, poſſeſſio valida ſubſequuta Reſpondent aliqui cum Gloſſ. verb. *poſſeſſionem*, quia res, quam vir donauerat vxori, aliena erat, vnde maritus
pauperior factus non eſt, in quo caſu dona- 2.
tio valida eſt & licita, vt docet l. 5. ſi ſponſus ff. de donat. inter vir. &c. § ſi maritus l. 3. ſi vir vxori ff. pro donato & Doctores ibidem: quare nihil mirum ſi poſſeſſio etiam valida ſubſequeretur. Verùm hæc non legis interpretatio eſt, ſed diuinatio, vt ait Bartol. ibidem, immo contra textum & illius rationes procedit, quæ eo tendunt. vt oſtendant ex illegitima donatione legitimam poſſeſſionem oriri, videlicet, quia poſſeſſio eſt res facti, & quia maritus nolens poſſidere, poſſeſſionem amiſit; & mulier volens

Digitized by Google

animo & corpore potuit acquirere ſine vero
titulo.

Reſpondet 2. Anguian. lib. 3. de leg. con-
trouerſ. 10. num. 21. multis præmiſſis de
poſſeſſionis natura, quæ hoc loco examinari
non poſſunt, & ait quod quando actus ante-
cedens ad prohibitum. vel ſubſequens ſub po-
teſtate conſtitutionis non cadit, non cenſetur
comprehenſus ſub conſtitutionis prohibitio-
ne, id prouenire ex defectu iuriſdictionis,
& inſanabili morbo impotentiæ. Ratio philo-
ſophica eſt, quia ad præteritum non datur
potentia, quare lex tollere non poteſt, quod
poſſidens, realiter non poſſideat, aut è contra
l. 29. denique ff de captiuis & poſtlim, ibi
cauſa meri facti non continetur liminio l. 32.
rerum ff. de regul. iur. cap ſi paulus 32. qu.
5. quam ob cauſam iuriſconſultus in §. ſi vir
vxori dixiſſe ait rem facti iure ciuili infirma-
ri non poſſe, quoniam lex non poteſt & ſi
velit, poſſeſſionem prohibere in facto quam-
uis poſſit fingere poſſeſſionem interuenire,
vel non interuenire, quantum ad iuris effe-
ctus attinet ſecundum l. 18. quiſquis C. de
donat. l. 123. quod ſi dolo ff. de rei vendi-
cat. ibi *quam poßideret* l. 41. raptores C. de
Epiſcop. & Cleric. cap. 9. contingit de dolo
& contumacia.

Verùm hæc ſolutio adhuc non exhaurit
3. difficultatem; nam vt Bartol. numero ſecun-
do, & Paulus Caſtrenſ. numero tertio, ad
§. ſi vir vxori, notarunt in iis, quæ ſunt facti,
ius ſæpe fingi, quaſi factum ſit, quod non
eſt factum; quia fingit illum viuere, qui mor-
tuus eſt, inſtituit. de execut. tut. §. ſed ſi in
bello l. bello, ff. eodem titulo: item fingit,
qui eſt in ventre pro iam nato, l. qui in vtero
& l final. ff. de ſtat. hom ergo fingere poteſt
non eſſe tranſlatam poſſeſſionem in vxorem
per donationem viri ex iure nullam, & ſic
cadet ſub poteſtatem iuris ille ſecundus actus
procedens ex actu nullo. Et primo confirma-
tur, quia ex contractu inutili non transfer-
tur poſſeſſio l. iubemus Cod. de Sacroſanct.
Eccleſ. item reſeruatio inficit titulum bene-
ficii, illumque ita annullat, vt etiam poſſeſſio
illius nulla ſit, vt cum Rota, & multis Doctori-
bus docet Menoc. de recuperand. poſſeſſ. re-
med. 15. nu. 443. & ſeq. ergo quando donatio
nulla eſt ius fingere poteſt nullam eſſe poſſeſ-
ſionem. Cur ergo non intelligemus id facere
quando irritauit donationes inter virum &
vxorẽ? Deinde confirmatur ſecundo quamuis
ius nil fingat, poterit infirmare factum, &
habere illud pro infecto, quare non rectè di-
citur factum iure ciuili non infirmari poſſe,
nam infirmare eſt irritare; At non infecta,
ſed facta irritantur l. nam etſi ſub cond §.
poſt defectum, ff. de iniuſto, rupto, irrito,
&c. cap. ad diſſoluendum de ſponſal. im-
puber. & quod ius factum poſſit habere pro
infecto. Probat lex non dubium Cod. de leg.
vt notauit Gloſſ. in Clem. 1 de immunitat.
Eccleſ. verb. *pro infectis* & Abb. in cap. quæ
4. in Eccleſ. notab. 4. de conſtitut.

Reſpondeo igitur ex Bart. Alexand. Ca-
ſtrenſ. Iaſon & aliis ad citatum §. ſi vir vxo-
ri numero 2. & 3. cadere ſub poteſtatem iu-

A ris fingere poſſeſſionem non eſſe tranſlatam
in vxorem, vel habere illam tranſlationem
pro infecta, videlicet quaſi non poſſideret
mulier, id tamen ius fingere noluiſſe; quia
fictio iſta nullius eſſet vtilitatis: quamuis enim
poſſeſſio in vxorem non transiret, adhuc vir
poſtquam voluit à ſe abdicare rem, quam de
facto vxori tradidit, poſſeſſionem amiſiſſet,
quod non viſitur in dominio. hoc enim niſi
in recipientem transferatur, à tradente non
amittitur iuxta l. ſi quis vi § differentia, ff.
de acquirend. vel amitt. poſſeſſ, l. nec vti-
lem, ff. quibus ex cauſ. maiores in integr.
reſtitut. l. quod meo § ſi furioſo, ff. de ac-
quirend. vel amitten. poſſeſſ. Ideoque ius fe-
B cit, ne per traditionem ex donatione nulla
ortam acquireret vxor dominium, & de tran-
ſlatione poſſeſſionis non curauit: quia ſup-
poſito quod maritus à ſe poſſeſſionem abdi-
cauit, nullius vtilitatis eſſet fingi à iure contra
apprehenſionem rei traditæ vxori, in illam
non transire poſſeſſionem. Et ratio eſt, quod
ius nihil fingere ſoleat, quando fictio eſt
nullius vtilitatis, nec in naturali æquitate
fundatur, vt probat late Bartol. in l. 15. ſi is
qui pro emptore, ff de vſucapion. Accedit
quod vt ait Bartol. in §. ſi vir vxori numero
2. & Paul. Caſtrenſ. numero 4. acquiſitio
eſt facti poſſeſſio acquiſita eſt iuris. Vnde in-
tentio illius §. ſi vir. oſtendit tranſlationem
poſſeſſionis conſiſtere potius in his, quæ ſunt
facti, quàm in his quæ ſunt iuris, vt patet ex
C eadem l. §. proximi, non ita tamen dominii
tranſlatio, quod in multis caſibus acquiritur
ipſo iure, vt in aditione hæreditatis, & con-
fiſcatione bonorum, cum in eiſdem caſibus
ſine actu corporali poſſeſſio non acquiratur.

Ad primam confirmationem præcedentis
inſtantiæ reſpondetur cum Bartolo in §. ſi
vir numero tertio, dupliciter primo in l. iu-
bemus poſſeſſionem accipi minus propriè pro
proprietate, ſeu re poſſeſſa, ſicut etiam in l in-
terdum, ff. de verb. ſignificat. quare idem
eſt dicere non transire poſſeſſionem, ac di-
cere non transire dominium ipſius rei, ſeu
ipſam rem Secundo. Reſpondetur tunc ex
contractu inutili non transferri poſſeſſionem
quando perſona eſt talis, quæ non poteſt
perdere poſſeſſionem, vt pupillus & Eccle-
ſia. Adde optimam rationem ex Bald. in
cap. acceptum verſic. Item non poteſt de
reſtitut. ſpoliat. Ruin. conſil. 449. colum. vl-
D tim. Rebuff. in prax. benefic. de reſeruat.
numero 40. maximum eſſe diſcrimen inter
prophana, & Eccleſiaſtica hac in re. Nam in 5.
prophanis ex contractu inutili acquiritur
poſſeſſio, vt oſtenſum eſt; in Eccleſiaſticis
titulus inficit poſſeſſionem; quia poſſeſſorio
agens neceſſe eſt titulum iuſtificare, cap. ex
frequentibus de inſtit. cap. 1. de regul. iur.
in 6. Vnde prouenit, quod poſſeſſio reſerua-
ti beneficii ſtare non poſſit, quia ſine iuris
adminiculo reperitur. Ad ſecundam confir-
mationem dicendum, poſſe quidem ius fa-
ctum pro infecto habere ad aliquem effe-
ctum ciuilem cum aliqua vtilitate, & funda-
mento in naturali æquitate: ceſſante tamen
vtilitate, & æquitate id inutiliter ac iniquè

irritaretur à iure. Vnde in caſu §. ſi vir iniuſte pro infecta haberetur tranſlatio poſſeſſionis in vxorem, ſi quidem maritus ſine illa manebat, vbi primum noluit poſſidere, & poſſeſſionis ius à ſe abdicauit per l. 17. ſi quis in §. vltimo de acquirend. vel amitt. poſſeſſion. æquum enim erat vt ſi in marito non maneret, ſaltem in vxore poſſeſſio relinqueretur, cuius gratia vir poſſeſsionem abiecerat.

6. Quod vt magis pateat, ſcito poſſeſsionem optime definiri à Bartol. in l. 1. poſſeſsio ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. numero 6. hoc modo *poſſeßio eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poßideri*. Et quamuis Molina tom. 1. de iuſtit. & iur. tract. 2. diſp. 117. diſpliceat illa definitionis particula *ius*; ideoque aliam definitionem conſtruxerit: non video tamen ſufficientem rationem deſerendi definitionem communem iuriſtarum conſenſu approbatam. Etenim ſic obiicit Molina, qui iniuſte poſsidet, vere poſſidet: ſed hic non habet ius ad inſiſtendum rei, quam poſſidet, quia, hoc eſt in eo, qui ſpoliatus eſt iuſta poſſeſſione: ergo non bene poſſeſſio dicitur ius: maior probatur nam poſſeſſio diuiditur per iuſtam & iniuſtam. Iuſta dicitur à iure inſiſtendi rei, iniuſta vero hoc iure caret, ſolumque poſſeſsionis rationem genericam participiat ab inſiſtentia actuali, vel habituali iuris adminiculo adiecta. Quod argumentum efficacius in arguentem retorquetur. Non eſt vera poſſeſſio iuris adminiculo adiecta ſine aliquo iure inſiſtendi, propter quod retinetur & recuperatur poſſeſſio à vero poſſidente, quamuis ſine iuſto titulo. Nam poſito quod iuuetur à iure inſiſtentia illa, iam contra aliquem dat aliquod ius retinendi, vel recuperandi poſſeſsionem. Porro caſum, in quo euidenter cernitur hoc ius. Iuit mercator ad nundinas, ego illius fundum ingreſſus ſine vero titulo corpore & animo apprehendi, poſſideoque illum, naturaliter eſt mercator poſsideat ciuiliter, vt docet Bartol. vbi ſupra numero 10. quid ergo operatur illa naturalis poſſeſsio; ſane ius retinendi, quia vincerem contra extraneum interdicto, quod habetur in l. 1. ait prætor ff. vti poſsideris & ſi expellerer, recuperarem poſſeſsionem per interdictum in l. 1. § quia me & §. deiicitur l. 12. colonus ff. de vi & vi arm. l. 6 clam poſsidere ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. §. qui ad nundinas; ergo etiam qui iuſte poſsidet, ius habet inſiſtendi. Vnde ad rationem inductam neganda eſt minor: quia ius, quod habet poſſeſſor iniuſtus, eſt reſpectiuum & ſecundum quid non abſolutum; ideoque non habet ius retinendi, reſpectu veri domini, qui naturali poſſeſsione fundi ſpoliatus eſt. Poſita ergo hac poſſeſsionis definitione tanquam vera, & communi ad naturalem & ciuilem poſſeſsionem, non poteſt negari in caſu § ſi vir vxori abdicatam eſſe à viro poſſeſsionem, & apprehenſa re donata ab vxore, illam vere poſſidere: & ita docent Bartol. Caſtrenſ. Alexand. Iaſon. & Doctores communiter ad hunc textum.

A Neque hæc reſolutio obſtat doctrinæ in ſuperiori ſectione traditæ: nam ad propoſitam difficultatem reſpondeo, primo poſſeſſionem non eſſe effectum per ſe neceſſario coniunctum cum donatione; vt verò effectus comprehendatur ſub prohibitione cauſæ, oportet vt per ſe neceſſariò ex illa ſequatur, non verò per accidens & contingenter: aliam ergo cauſam immediatam, & proximam per ſe habet poſſeſſio à qua in muliere prouenit: nempe traditionem rei donatæ à viro & apprehenſionem rei acceptæ ab vxore: hoc enim eſt diſcrimen inter dominium & poſſeſſionem, quod illud ſine titulo non acquiritur l. 31. numquam nuda ff. de acquirend. rer. domin. hæc verò per ingreſſum tantummodò ad rem vacantem cum animo 7.
B illam retinendi comparatur l. 3. poſſideri § 1. ff. acquir. vel amitt. poſſeſſ. ita Iaſon. ad citatum §. ſi vir num. 11. verſic. 2. poſt Bald. in l. dubium in 10. obiect. C. de leg. Hier. Grat. conſil. 9. col. 1. Alexand. & Socin. ad citatam l. non dub. colum. 2. item Socin. in §. ſi vir vxori num. 10 Franc. Aretin. §. item acquirimus numero 54. & alii quod neſcio quo iure impugnauerit Anguian. lib. 3. de leg. controuer. 10. num. 6. cum ipſe eamdem huius difficultatis rationem reddiderit num. 27. reſp. 2 cum Socino citato nu. 10. poſt Bald. & Dominos de rota Ioan. Bapt. Ferrero conſil. 3. num. 18. & Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 451 tunc pro-
C hibitionem antecedentis contractus extendi ad effectum ſubſequutum, quando effectus eidem rationi ſubiicitur; quia tamen non eſt eadem ratio annullandi donationem inter virum & vxorem & transferendi poſſeſſionem, ideo ex contractu inutili donationis ſequi poteſt poſſeſſio valida: quod verò diuerſa ratio ſit, oſtenditur: quoniam donatio inter virum & vxorem irritatur & impeditur à iure tranſlatio dominii, ne coniuges mutuo amore ſe ſpolient per textus initio ſect. citatos; ſed vt bene notat iuriſconſultus in fine §. ſi vir vxori, quamuis mulier non poſſideat, iam vir ſe à poſſeſſione abdicauit: quando noluit poſſidere, quare æquum erat, vt in vacuam mariti poſſeſſionem vxor ingrederetur, quando quidem in hoc nullum illi faciebat præiudicium.

2. Difficultas eſt: quomodo cum ſuperio- 8.
D ri & l. 40. verùm ff. de furtis cohæreat regula illa cap. Suſcepimus de homicidio cap. continebatur ad audientiam eod. tit. & ſimilibus; ex quibus colligitur danti operam rei illicitæ imputandos eſſe effectus, qui per accidens conſequuntur: vnde infertur, quod noſtra regula ſuperiori ſectione tradita, non modò de effectibus per ſe, neceſſarióque prouenientibus, ſed etiam de accidentariis eſſe intelligendam. Ad expediendum hunc nodum, & ſimiles, notandum eſt dupliciter ex
prohibito tanquam ex cauſa non ſolum phy- 9.
ſica, ſed morali (quæ plerumque in his caſibus conſideratur, aliquem effectum ſe qui. Primo directè & immediatè vt in l. 46. ſcientiam, ff. ad l. Aquiliam; dominus dicitur cau-

Digitized by Google

ſa muralis directe, & ſcienter concurrens cum ſeruo ad homicidium; ſi prohibere illum potuit, & non fecit: & clarius in capite ſicut dignum de homicid. §. illi autem & §. illi etiam 2. indirecte, caſualiter, ac remote vt in citata l. 40. verùm, ff. de furtis, in qua furti ab alio facti non tenetur qui libidinis cauſa fores meretricis effregit: quia vt ait textus, *cauſa faciendi libido fuit non furtum.* nempe immediata, ſeu directa; quamuis remotam & caſualem libido furto dedit occaſionem: concinit cap. quam tum & cap. ſæpe contingit diſt. 50.

10. Hoc poſito. Dico primo, regulariter loquendo iura non imputare ſolent delicta tamquam connexa alicui prohibito, ex quo nec directè, nec immediatè; ſed caſualiter remotè, & indirecte proueniunt. : hanc aſſertionem ſpeciatim de homicidio tenet Gloſſ in cap. de cætero verb. vnica de homicid. argum. cap. exhibita eod. tit. & l. domum habebat ff locat. quam Gloſſ. ſequuntur Hoſtienſ. Ioann. Andr. Henric. Bobic. Panormitan. Felin. & poſt illos Tiraquell. ceſſante cauſa limit. 20. num. 7. Ex quibus Panormitan. ibi & cap. diuerſitatem col. 3. de conceſſion. præbend. & in cap. diſcretionem col. 2. de eo, qui cognoſcit conſang. vxor. ſuæ, ait appellatione cauſæ venire tantum proximam & Compoſtell. in cap. cum cunctis colum. 4. de elect. ait quod in quibuſcumque actionibus cauſa immediata inſpicitur: idem tenent alii quos ſequitur Felin. in cap. ſolitæ colum. 1. de maioritat. & obed. Angel. conſil. 110. col. penultim. verſic. & ideo concludo Ludouic. Gomez ſuper regul. Cancell. de iure quæſito non tollend. quæſt. 3. colum. 2. probatur ex l. 40. verum ff. de furtis & l. qui domum proxime citata ibi, *quia non ipſa congeſtio, ſed humor ex ea congeſtione poſtea damno fuerit*, & rurſus, *damni autem iniuria actio ab ipſa ſit, per quæ non extrinſecus alia cauſa oblata damno quis adfectus eſt.* Et ratio eſt, quia talis effectus non eſt proprie nec ſimpliciter voluntarius; nam in ſe non intenditur, neque in cauſa, quæ per accidens & indirectè ſe habet ad illum. Etenim cauſa per accidens à philoſophis ſimpliciter cauſa non dicitur, ideo enim ab eiſdem definitur cauſa eſt id, à quo per ſe pendet effectus, teſte Suar. in met. diſput. 12. ſectio 2. num. 4.

11. Dico 2. ſi furtum, homicidium, vel aliud delictum ſequatur ex actu prohibito indirecte, remote & per accidens, licet qui actum prohibitum fecit, puniendus non ſit pœna ordinaria illius delicti, tamen ad arbitrium iudicis vel iuris, in caſibus ab eo expreſſis puniri debet: hanc tenent vtriuſque iuris DD. communiter ad l. verum citatam l. qui occiderit 30. §. vltimo ff. ad l. aquiliam. & in cap. vltimum de iniuriis, Tiraquell. vbi ſupra numero 12. Couaſ. 2. p. relect. in element. ſi furioſus §. 4. num. 9. & lib. 3. variar. reſolut. cap. 14. num. 2. Menoch. de arbitrar. libro 2. centur. 3. caſ. 291. cum aliis quos referunt: ratio eſt quia cauſa remota & proxima, quamuis in crimine non æquiparentur, [A] in damno dato ſolent æquiparari, vt conſuluit Cald. conſil. 4. *Abbas locauit* de locato Chaſſan. conſil. 1. *Burgundiones* in 4. par. colum. 3. cum igitur talis effectus ab actu prohibito aliquo modo proueniat, damnumque tertio intulerit, quod ſiue directe ſiue indirecte intentum æquale eſt, ſequitur actus prohibiti reum pro delicti qualitate & iuxta maiorem vel minorem remotionem cauſæ eſſe puniendum, & ad damni dati reſtitutionem obligandum dico iuxta remotionem cauſæ. Nam cauſa parum remota pro immediata & proxima in re morali plerumque vſurpatur, vt obſeruauit Tiraquell. citatus numero 16. ex l. cum de laniouis §. aſinam ff. de inſt. [B] & leg. cenſoria ff de verb. ſignificat leg. vxori quis, ff. de aur. & argen. leg. poſt Bart. Alex. Iaſon Franc. Aretin. Ioann. Anan. Socin. & Bald.

12. Ex his deducitur reſolutio ſecundæ difficultatis & vtriuſque iuris concordia in ea citati. Nam quamuis caſualis homicidii reus ordinariam homicidæ pœnam non ſubeat; quia tamen ius canonicum voluit homines ab homicidio deterrere, ſtatuit, vt homicidium caſuale ex actione illicita ſequutum præter alias pœnas irregularitatis impedimento canonico mulctaretur: quod probatur ex cap. tua nos, de homicid. & cap. vltimo de homicid. in 6. At quando intelligendum ſit, dantem operam rei illicitæ, ſi occidat aliquem præter intentionem, incurrere irregularitatem, huius loci non eſt definire; interim mihi placet ſententia Suar. tom. 5. in 3. par. diſp. 45. ſect. 6. num. 9. & ſequent. poſt [C] Alphonſum de Caſtrenſ. Sotum, Socinum, Couaſ. & Nauarr. quæ docet, per homicidium omnino caſuale ex illicito opere ſequutum non niſi in caſibus à iure expreſſis cōtrahi irregularitatem: cenſetur autem caſus ſufficienter expreſſus quando actio eſt ſpecialiter prohibita propter periculum homicidii, non vero propter aliud. Vnde quoties ex actione iniuſta & periculoſa de ſe ſequitur homicidium, quantumuis caſuale, incurritur per illam irregularitas: quando verò actus eſt prohibitus in materia religionis, vel temperantiæ, quæ de ſe occiſionis periculum non inuoluit, etiamſi ex eo homici- [D] dium proueniat in aliquo caſu, non contrahatur irregularitas: quam doctrinam variis caſibus applicat Suar. numero 14. & in ea valet maximè ratio illa in ſolutione ſuperioris difficultatis adducta: tunc extenſionem prohibitionis ad effectum coniunctum fieri debere, quando in eo cernitur eadem ratio; hæc vero in præſenti eſt occiſionis periculum: quoties igitur actio eſt iniuſta & periculoſa, & de facto ſequuta eſt mors, irregularitatis ſequitur impedimentum, quamuis materialis caſus non niſi ſub illa generali & formali ratione in iure expreſſus ſit.

13. 3. Difficultas eſt, quia prædicta regula cum aliquid prohibetur, etiam cenſentur prohibita, per quæ peruenitur ad illud, videtur non ſubſiſtere in matrimonii prohibitione. Etenim per ſponſalia ad illud perueni-

tur; & tamen lex irritans vel pœnalis comprehendens matrimonium ad ſponſalia de futuro non extenditur neceſſariò; & probatur, quia Concil. Triden. ſeſſio 24. cap. 1. irritauit matrimoninm clandeſtinum, non tamen clandeſtina ſponſalia, vt contra Alexand. de Neuo Menoch. Matienzo Caſtillo & alios defendit Sanchez lib. 1. de matrimon. diſp. 12. num. 2. poſt Nauar. Vera crux, Cordub. Gutrier. Henrioq. vtrumque Ledeſm. Axebedo, & plures alios, atque ita declaratum à ſacra Cardinalium coogregatione referuot Gntier. Azebedo Segura. Emanuel Rod. & alii quæ ſentcotia omnino vera eſt. Deinde in cap. 1. de ſponſal. impuberum, item l. ſi quis officinm 38. de ritu nuptiarum l. 10. ſolet §. quæ virum ff. de bis quæ notan. infam. prohibetur matrimonium in certis caſibus, in qoibus ſponſalia licent. Ad hanc difficultatem reſpondet Saochez cum multis in lib. 1. de matrim. diſp. 1. numero 2 & diſputat. 12. nnmero 2. §. tertio, quia leges pœnales, odioſas & exorbitantes, quæ de matrimonio procedunt, ad ſponſalia noo extendi, quamuis in materia fauorabili vxoris & viri appellatione ſponſam, & ſponſum etiam comprehendantur. Vnde cum diſpoſitio Concilii Tridentini circa matrimonia clandeſtina correctoria ſit iuris communis, ad ſponſalia extendi non debet: iuxta ſuperius tradita de lege correctoria.

14. Hæc ſolutio, quamuis veram doctrinam contineat, per ſe tantum ſine alio additamento ſufficiensoon videtur ad auferendam difficultatem. Nam in l. oratio 16. ff. de ſponſalib. Paulus declarans orationem Antonini & Commodi Imperatornm prohibentinm certas nuprias Senatoribus, addidit illam orationem, quamuis in materia odioſa & correctoria iuris communis ad ſponſalia etiam extendendam his verbis. *Recte tamen dicitur etiam ſponſalia in his caſibus ipſo iure nullius eſſe momenti.* In quo vides oon ſatis eſſe odium materiæ ad reſtringendam legem & nuptiarum appellatione ſponſalia intelligi in lege correctoria. Nec dicas fuiſſe adduamentum Paoli nouum, & ſpeciale inducens ius, ſi quidem ille adiungit. *Vt ſuppleatur quod orationi deeſt.* Nam Bartol. Bald. & communiter interpretes in l. oratio, docent Imperatorum prohibitionem ad ſponſalia etiam extendi & Paulum interpretatum fuiſſe legem iuxtà illorum mentem, declaraſſeque, quod in verbis non ita perſpicuum erat. Vnde ſe ſupplere ait, quod orationi, ſeu verbis deerat non menti & veræ interpretationi illius legis. Ita pauli dictum explicant Decius in cap. nam concupiſcentiam de conſtitut. in 1. lectura, numero 4. Iaſon.. in l. 2. ff. ſolut. matrimon. nnmero 24. & ſequent. Panormitan. in cap. 1. de poſtulat. prælat. Gloſſ. in clem. vnica verb. *contrahere* de conſanguinitat. & manifeſte probat l. 60. ſi quis tutor ff. de ritu nuptiar. ibi *quamuis verbis orationis cautum eſt, ne vxorem tutor pupillam ſuam ducat, tamen intelligendum eſt, ne deſponderi quidem poſ-* A *ſe.* Vbi ſignificat Paulus verbis reſtrictiorem eſſe orationem quam mente & ſenſu debeat intelligi. Præterea vt inſtantia magis confirmetur, addit iuriſconſultus. *Nam cum quæ nuptiæ contrahi non poſſunt, ne deſponderi quidem poſſe.* Ergo cum hæc prohibitio odioſa ſit, & tamen ad matrimonium non coarctetur, ſequitur, non ſufficere illam regulam per ſe tantum, quod in odioſis lex in materia matrimonii ad ſponſalia non extendatur.

15. Adiungendum ergo eſt 1. prohibito matrimonio conſequenter prohiberi ſponſalia ad illnd diſponentia contrahentes, quandu illa prohibitio perpetua eſt non temporaria vt in B l. 1. C. ſi rect. prou. aliiſque ſupra citatis l. ſi quis officium & l. nam quando tempus prohibetur matrimonium de habilitate ſperatur & promiſſio ſponſalium non cadit ſupra rem illicitam, ſed ſuo tempore conceſſam: ita Bal. in l. a. ar. ex lectura antiqua, Stephanus de Feder. de interpretatione iuris par 1. nu. 58. Nauarr. lib. 4. conſil in 1. editione tit. de conſang conſil. 3. oum. 2. editione lib. 5. tit. de rapror. conſil. 4. num. 2. Gutier. de iuram. 1. p. cap. 51. oumero 9. Axebedo lib. 5. recopilat. tit. 1, l. 1. num. 17. Gregor. Lopez p 4. tit. 1. ante l. 1. in fin. 2. vt cenſeantur prohibita ſponſalia per prohibitiooem matrimonii, quando in ſponſalia eadem ratio prohibitionis apparet Ita tenent Petr. Cyn. Ray. Bald. & Salicet. ad l. 1. C. ſi rector prouinc. quos refert & ſequitur Alex. conſil. 194. *conſideratis* num. 14. lib. 2. Na- C uarr. vbi ſupra, aſſerens eſſe omnium communem ſententiam. Oroſcius in l. 2. numero 24. ff. de iuriſdict. omn. iudic Salcedo io pract. capite 73. §. nec ſuperioribus: & talis erat caſus l. oratio citatæ, vt ſtatim dicam.

Ex quibus adiunctis illi regulæ generali de lege fauorabili, ſeu odioſa in materia matrimonii, facile diluitur propoſita difficultas. Nam ſi in ſponſalibus contraheotes promitterent ſe clandeſtinum matrimonium celebraturos, vera non eſſent ſponſalia, quia promiſſio caderet ſupra matrimonium nullum ex Concilio Tridenr. & idem erit, ac ſi promittant contrahere de præſenti matrimooium illicitum, & ipſo iure irritum: ſi vero abſolute promittant ſibi ineundum matrimonium, vera erunt ſpooſalia, quia in- D telligitur promiſſio facta eo modo, quo valeat, & quamuis clandeſtine fiant ſponſalia, oon tollunt legitimum fore contractum matrimonii futuri inter ſponſos coram parocho & teſtibus: quod ſolum voluit Tridentinum, vt occurreret incommodo grauiſſimo, videlicet quando aliquis poſt clandeſtinum matrimonium, publice aliam ducebat, & quia Eccleſiæ de priori matrimonio non conſtabat, cogebatur vir cum illa viuere, quam publice duxerat, cum qua non matrimonium, ſed concubinatum inierat, quia prius matrimonium ſuo indiſſolubili vinculo confirmatum ante Concilium permanebat: quæ ratio in ſponſalibus non militat, quia variis mudis diſſolui poſſuot & ſi 16.

ſponſus cum alia contrahat de præſenti ſal-
tem valide facit, diſſolutis ſponſalibus cum
priori ſponſa. Denique l. oratio & l. ſi quis
tutor cum prohibitionem inuoluant perpe-
tuam & matrimonium in certis caſibus in-
terdicant abſolute, ne ſponſalia otioſa ſint,
nullum tamdem effectum habitura & con-
ſequenter ne caderent ſupra rem illicitam &
ipſo iure nullam ad ſponſalia ratione matri-
monii abſolutè & perpetuò prohibiri proro-
gantur.

Quando lex ex eadem, vel ſimili ratione extendi debeat, ſeu reſtringi.

SECTIO VII.

1. Diximus de connexis antecedentibus,
& conſequentibus, nunc de illis di-
cendum quæ in pari, vel maiori ratione
videntur coniungi, quando ab vno ad aliud
ob identitatem, paritatem vel maioritatem
rationis conſtitutio coarctatur, vel proroga-
tur: ſed quia hæc quæſtio excitari poteſt in
caſibus comprehenſis & expreſſis; etenim
ſub generali clauſula conſtitutionis intelli-
guntur aliquando maiora expreſſis, vbi illa
maiora ſunt connexa, & ad expreſſa partiore
re cenſentur, vt notauit Stephan. de Feder.
de interpretatione iuris pat. 1. num. 142. ex l.
1. ff. de reb dub. poſt Innocent. in cap. fi-
nal. de offic. Archidiac. Deinde quia con-
trouerſia eſſe poteſt in caſu vero, aut ficto,
& deinque in materia odioſa, vel fauorabili
his omnibus modis illam expedire oportebit.
Prius tamen aduertere opus eſt propter ratio-
nem, ſeu cauſam, limitationem, vel amplia-
tionem leges recipere, vt notat Bartol. in l.
ſi ita ſcriptum ff. de manu. teſtam. & pro-
batur l. 6. adigere ff. de iurepatronat. *Quam-
uis nulla perſona lege excruciatur, tamen in-
telligendum, &c.* & l. 35. Titia ff. de legat.
2. l. 10. Seio ff. de annuis legat. quam ita
reſumit Bartol. *Legatum relictum ob cauſam
determinatur ſecundùm cauſam ſibi anne-
xam.* Et l. 17. quid ſit fugitiuus ff. de edilit.
edict. hoc præſuppoſito aliquot aſſertionibus
quæſtioni ſatisfaciam.

Prima concluſio, quando ratio legis, ver-
bis ipſius non adæquatur, ſed vel latior eſt,
2. vel ſtrictior, reſtringenda eſt vel amplianda
ſecundùm rationis terminos: hæc ratio, ſeu
cauſa, quæ limitare, vel ampliare poteſt le-
gem, quadruplex eſt, efficiens, finalis, ſubie-
ctiua, formalis: nam lex reſtringitur ad ter-
ritorium facientis illam, & ſuæ iuriſdictionis
terminis circumſcribitur: ſimiliter de cauſa
finali iam diximus in diſput. 3 illa ceſſante le-
gem, ceſſare: & de ſubiectiua ſeu materiali
agimus in tota hac quæſtione; de formali
quatenus in ſenſu verborum & in mente le-
gis conſiſtit, dicemus in diſputatione ſequen-
ti. Itaque ex cauſa, ſeu ratione legis, his
quatuor modis vera extenſio, vel reſtrictio
illius deducitur: ita Stephan. de Federic.
ſupra citatus numero 144. probat ex l. 1. C.
de interdict. & aliis textib. Panormitan. in
A cap. quia in inſulis de regular. in cap. poſt
tranſlationem de renuntiat. Anton. de Butr.
ibidem numero 34. Decius in cap. ſugge-
ſtum de appellat. notab. 1. & 2. Tiraquell.
in tracta. ceſſante cauſa 1. par. numero 144.
vbi multos refert pro eadem ſententia. Item
in l. ſi vnquam C. de reuocand. donat. verb.
libertis. Antequam probetur concluſio, ad-
uerte illam intelligi debere de ratione ex-
preſſa in conſtitutione & adæquata ſiue in-
trinſeca, videlicet, conſtitutiua obiecti ipſius
conſtitutionis, ſiue extrinſeca. V. G. cauſa
efficiente. Ex hac enim, vt iam diximus, etiam
extenſionem, vel limitationem recipiunt le-
ges: quia dimenſa iuriſdictionis facultate
B certi legum fines aſſignantur, vltra quos
nequeunt prorogari. Vnde prouenit, vt
ſic interpretandæ ſint ciuiles leges, vt Ec-
cleſiaſticæ immunitati non contrarientur, vt
in ſexta commentatione, & diſputatione di-
cetur.

Hinc probatur Concluſio. 1. ſicut in totum
ceſſante cauſa ceſſat effectus, vt de cauſa
finali adæquata probauimus comparatiune
legis in diſputatione 3. ita reſtrictio, ſeu am-
pliatio cauſæ applicatæ ad reſtrictionem, vel
ampliationem legis cognoſcendam conducet.
Nam limitata cauſa limitatum producit ef-
fectum per l. 2. cancellauerat ff de his quæ
in teſtament. del. &c. l. 3. ſi quis in graui §.
vtrum ff. de ſenat. conſult. Si ſan. dixi opor-
tere rationem eſſe adæquatam, quia ſi ina-
C dæquata ſit non bene propter illam tota
lex modificabitur, quia ex altera ratione
fortaſſe modificationem oppoſitam requiret:
quare oportet vt ratio per ſe ſola moueat,
& ſit integrè, & adæquate intenta, vt com-
prehendat omnes caſus, qui illam participa-
re dicuntur, vt ex virtute ſuæ adæquatio-
nis fiat ampliatio, vel reſtrictio legis, quæ
ad illos extenditur. Item dixi debere eſſe
expreſſam, quia ita tenet Bartol. quæſtio.
5. quæ incipit. *Aduunantia generalis* ad fi-
nem, quam reſolutionem confirmat in l. 4.
ambitioſa ff de decret. ab ordin. facien. de-
bet ergo ratio exprimi, vel fortiſſimis argu-
mentis ex textu comprehendi, vt docet Gloſſ.
in l. quamuis C. de Fideicom. argumento l.
2. ff. de liber. & poſthum. alias non debe-
mus è noſtro cerebro rationem in l. excogi-
tare, vt ab eo quod verba legis exprimunt,
recedamus. Nam propter rationem incer- 3.
D tam à certa conſtitutionis diſpoſitione non
receditur per l. 69. non aliter ff. de legat 3. in
ciuile enim eſt, *niſi tota lege perſpecta vna ali-
qua particula eius propoſita iudicare, vel reſ-
pondere*, iuxta l. 24 ff. de legib. 2. probatur,
quia magis attendenda eſt ratio adæqua-
ta, quæ mentem & voluntatem legiſlatoris
indicat, quam verba, quæ ſtrictiorem & la-
tiorem inuoluunt ſignificationem. Nam *in le-
gem committit, qui legis verba amplexus
contra legis nititur voluntatem*, vt habetur
in l. non dubium C. de legib. & concio it
lex ſeire, § aliud, ff. de excuſat. tut. clem 1.
de elect. & optimus textus in cap. ex par-
te de poſtulando vbi dicitur quamuis in ca-
none expreſſum fuerit Monachis aduocan-
di

Digitized by Google

di officium interdici, idem ad Canonicos regulares extendi, quia in iis militat eadem ratio, nempè regularis inſtituti obſeruantia.

4. Hinc egregiè deducitur non eſſe idem in aliquo caſu legem ceſſare, & rationem legis ad illum non ſe extendere: quia in primo caſu lex in ſua generalitate caſum comprehendit, in eoque locum habuit: nam alioqui non diceretur lex, & ratio ceſſare, etenim quod numquam fuit, ceſſare non dicitur. In ſecundo verò numquam ratio legis caſum complexa eſt, quia legis verba magis generalia eſſe ſupponuntur, & reſtringuntur ad limites rationis: exempli gratia, præcipit ſuperior religioſis, ne ad locum, vbi operarii laborant cum illis loquuturi conueniant, aliquis ex ea intentione illuc iuit, vt ſilentium omnino obſeruaret, & nullum eſſet laborantibus impedimentum: alier verò diebus feſtis ad eumdem locum perrexit. In priori caſu poſſumus dicere, ceſſare rationem præcepti reſpectu illius religioſi ſilentium obſeruantis; in poſteriori non ceſſat ratio præcepti, quia illa numquam hunc caſum comprehendit; quamuis primum complexa per accidens in obſeruante ſilentium ceſſauerit: quando igitur ratio legis caſum à principio non continet, certum eſt numquā habere locum in illo: quare præceptum religioſis propoſitum illuc feriatis diebus ire non prohibuit, vt ratio expreſſa, & adæquata oſtendit, nimirum, ne operarios confabulationibus interturbarent, & à laborando diuerterent: cum tamen in altero caſu comprehenſo, ſed per accidens, ceſſante ratione in tacente, merito dubitetur an adhuc præceptum obliget. Etenim non ſolum loquendo, ſed etiam audiendo operariis intermittendi laboris diuerticulum in eo loco curſitans attuliſſet; præterea certum non eſt ceſſante ratione in particulari, præceptum non obligare, de quo in vltima diſputatione dicendum, hanc doctrinam tradidit Sanchez de matrim. lib. 2. diſputat. 37. numero 3. poſt Antonium in cap. poſt tranſlationem de renunciat. num. 34. Panormitan. ibidem in 2. ſect. num. 57.

5. Secunda concluſio conſtitutio de caſu vero diſponēs, locum habet in ficto, qui vero æquiparatur, & in quo militat eadem ratio. Ita gloſ. in cap. ſuſceptum de reſcript. in 6. verb. *non morte* quam ſequitur Tiraquell. de legib. connub. gloſſ. 7. num. 48 & de pœnis temp. cauſa 13. n. 26. item Surd lib 2. deciſ. 330. num. 23. gloſſ in l. ſi quis poſthumos, ff de liber. & poſthum. quam ſequitur Iaſon in l. 1 § item acquirimus n. 12 ff. de acquir. poſſeſſ. Eandem tenent Crotus in l. omnes populi n. 209. ff. de inſtit. & iur. Geminian. in cap. final de conſuetud. in 6. col. penult. verſ. ſi verò eſt contra Crauett. conſ. 428. n. 17. Diaz regul 700. ſtatutum limit. 3 Franc Nicon in Rub ff. ſolut. matrim. Neuiz in Sylu. nupt. lib. 4. n. 91. Bero. conſil 14. n. 10. vol. 2. Picius in l. lecta, n. 5. ff. ſi certum petat. Brun. de ſtatut. exclud. fœmin. artic 6. quæſt. 3. princip. memb. 4. quæſt. 1. & artic. 8. & quæſt. 21. num. 102. aliique quos refert & ſequitur Horat. Carpanus in prælud. ad ſtatuta Mediolan. num. 421. A Probatur primo ex l. 10. ſi cognatis, ff. de reb. dubiis, vt illum exponit Iaſon citat. Item cap. ad audientiam & cap. cum dilect. de cleric. nō reſiden. ibique Panormit. Secundo, quia hæc concluſio continet exceptionem à generali regula, quæ eſt non fieri legis extenſionem à caſu vero ad caſum fictum: vt notant Afflict. deciſ. 21. n 10 Barbat. in l. cum acutiſſimi num. 276. C. de fideicomm Crot. in l. 1 ff ſolut. matrim. Bero. conſil. 44. num. 1. volum. 2. Alciat. conſ. 728. ad fin Diaz. in reg 700 ſtatutum loquens Suar. de communibus opinion. verb. ſtatuta & à populo. verſic. non tamen id genus & alii quos ſequitur Carpan. citatus num. 416. rationem reddit Alex. conſil 82. num. 7. volum. 2. quia vbi eſt fictio, non adeſt veritas, & per fictionem ius non intendit veritatem cum B fictione confundere, quare vt de caſu ficto intelligatur, quod de vero à iure diſponitur, oportet vt à iure ęquiparetur vero caſus fictus, vel in hac militet eadem ratio expreſſa in lege & propter illam in locum caſus veri fictus ſubrogetur: vt bene aduertit Gallin. tract. de verb ſignificat. lib. 3. cap. 20. numero 10. Vnde noſtræ concluſionis ratio deſumitur: nam legis fictio ad id ſe porrigit, ad quod ſe lex naturæ extendit, vt tenet Bartol. in leg. item quæritur §. qui impleto numero 14. ergo quando in caſu ficto militat eadem ratio, vel à iure caſus fictus vero æquiparatur, tunc valet illud principium receptiſſimum ſupra iam tactum, vbi eſt eadem ratio, eadem eſt legis diſpoſitio.

Quod principium vt rectè intelligatur (non enim illud ſatis declaratum reperio) notanda 6.
C ſunt tria. Primum docet Tiraq. in l, ſi vnquā verb. *libertis* num. 45. poſt Petrum & Cyn. in l. iura enim in ſingulas, ff. de leg. & in l. quod verò eod. tit. ibique Bald. quod quando in pluribus caſibus eadem eſt ratio, tunc ipſa eos omnes decidit, quia omnes illos ratio comprehendit: ſicut enim genus comprehendit multas ſpecies per l. ſemper generalibus, ff. de regul. iur. ita generalis ratio diuerſas ſpecies caſuum emergentium complectitur. quare ad illos non tam propriè dicitur fieri extenſionem, quamuis etiam hoc loquendi modo vtantur Iuriſtæ, qui ex identitate rationis extendi legem aſſeuerant, ſed comprehenſionem: quando verò rationes ſunt diuerſæ ſpecie, ſimiles tamen, V. G. fauor publicus & D fauor pius, tunc in omni rigore & proprietate extenſiu datur, quia progreſſio fit à termino ad terminum per adæquationem, ſiue paritatem rationis. Exemplum caſus in priori genere probatur ex l. his ſolis Cod. de reuoc. donat. ibi. *ſatis tacitè cautum*: nam ille caſus tacite videtur legi in eſſe, in quo eadem ratio reperitur: quamuis in diuerſa materia. Et quamuis de vno caſu tantum mentio fiat in lege, ſi in ea lege ratio exprimitur adæquata, quæ in alio repetitur, caſus expreſſus intelligitur loco exempli adductus, non reſtrictiuè: ſed exemplariter. Exemplum in altero genere de caſibus in ratione ſimilibus eſſe poteſt cap. cum dilecta, de confirma. vtili vbi gloſ. verb. ſimilitudine eamdem doctrinam confirmat Tiraquell. citatus ex Bart. Alex. Caſtr. Angel.

Digitized by Google

Panorm Item Menoch remed. 4. de recuper. A poſſeſſ n. 20. Areſ. tom 1 lib. 5 cap. 16. quæſt 11. & poſt illum Salas de leg diſp. 21. ſect. 5. n. 11. Suar. lib. 6. de leg cap. 4. num. 3. & 9.

7. Secundum notandum. Rationem quæ hoc loco eadem, aut par, vel ſimilis dicitur, contineri quidem in conſtitutione, ſed ſeparatam eſſe ab obiecto & materiali diſpoſitione ipſius conſtitutionis, cuius æquitas & naturalis conuenientia ad ipſam rationem tanquam ad motiuum, & finalem cauſam adæquatam dirigigitur: quare habet ſe illa materialis diſpoſitio, tanquam medium, ratio verò tanquam finis, in ipſa tamen conſtitutione intrinſecè comprehenſus. Hinc eſt quod quando caſus dicitur in lege comprehenſus, vel omiſſus, dupliciter intelligatur comprehenſio, ſeu omiſſio illius. B Primo ſi comparetur cum diſpoſitione materiali, ſeu obiecto legis, quatenus ſeparatur à ratione expreſſa, ſeu pro tali efficaciſſimis argumentis cognita. Secundo, vt conſertur cum ipſa ratione; poteſt enim ſub vtroque comprehendi obiecto nimirum & fine, vel ab altero tantum, nempè ſub materiali diſpoſitione, non ſub ratione, aut è contra: quando caſus ſub vtroque comprehenditur, non eſt dubium ad illum non extendi legem, ſed eum perfectè comprehendere: quandò vero verbis in conſtitutione expreſſis non continetur, quia nimirum eſt in alia materia, vel quia caſus præter naturæ conſuetudinem accidit, vel ex aliis capitibus, quæ numerantur à Steph. de Feder. de interpretat. iur. vltima parte num. 2 & ſeq. ſi in eo militet eadem ratio, adhuc in conſtitutione comprehenſus iudicatur, quia vt ait Tiraquell. vbi ſupra cum Baldo, ratio eſt coniunctio diuerſorum caſuum ad eundem finem tendentium: C quare vbi eadem ratio eſt, non propriè dicitur ſtatutum extendi: niſi comparetur cum materiali conſtitutionis diſpoſitione: idem tenet Gloſſ. in cap. 1. verb Italiæ, de temporib. ordin. in 6. quam ad hoc ſingularem dicit Panormitan. in cap. nihil. colum. 5. verſic. nec obſtat ſi dicunt de elect. Anchar. & Alex. in l Curatoris Cod. de negot. geſtis.

8. Tertium notandum eſt, aliquando caſum nec in diſpoſitione, neque in ratione legis exprimi, ſed eſſe ſimilem alteri, de quo in iure diſponitur; & per ſimilitudinem ad caſum expreſſum definiri poſſe plures textus ſuadent per l. 11. quia actionum, ff de preſcript. verb. l. 11. non poſſunt l. 12. nam vt ait l. ideo quia, D ff de legib l. 1. ff. de bonorum poſſeſſ. ex teſtam. milit. Exemplum pono in pupilla cui facta eſt ſubſtitutio pupillaris, quæque intra tempora pubertatis filium habuit, vt aliquando accidit teſte Bartol. in l. in pupillari ad finem, ff. de vulgar. & pupillar. In hoc caſu quæritur an finiatur pupillaris ſubſtitutio? Reſpondet Bartol. affirmatiuè à ſimilitudine eius, qui poſthumum præteriit, l. ex facto in princip. ff de vulgar. & pupill. conſtat ergo ex ſimilitudine rationis caſus omiſſos ſæpiſſimè eſſe decidendos; ſimilitudo igitur propriè eſt paritas, ſeu conuenientia plurium caſuum, qui ad aduerſa comparantur, vel vt alterum ad alterum, vel vt alterum in altero, ſecundum Ariſtotelem 2. topicorum cap. 4. loco 38. vt alterum ad alterum dicuntur ſimilia, verbi gratia, ſicut ſe habet ſeruus ad dominum in aliquibus, ita filius ad patrem, & libertus ad patronum, vt inſtit. de legitima patronorum tutela; & ſicur ſe habet ſponſus ad ſponſam, ita prælatus ad Eccleſ. cap. inter corporalia, de tranſlatione Epiſcop. vt alterum in alterum, aliqua ſunt ſimilia, verbi gratia, ſicut par eſt priuilegium hypothecæ in dote Eccleſia, & fiſco. ita par eſſe debet in eiſdem priuilegium reſtitutionis, præſcriptionis, & cæterorum huiuſmodi.

Ex his prænotatis facile cognoſcetur verus ſenſus illius principii, vbi eſt eadem ratio, eadem eſt legis diſpoſitio: ſi enim nomine rationis non ſolum finalis, ſed etiam obiectiua adæquata conſtitutionis ratio intelligatur, certum eſt omnem caſum ſub eadem ratione hoc modo comprehenſum eodem iure cenſeri, neque enim inter illum & alios eum quibus in eadem ratione conuenit, pluſquam indiuidualis, & numerica diſtinctio intercedit; quæ diſtinctio diuerſum ius non facit, neque diuerſam conſtitutionis diſpoſitionem: tota controuerſia eſt, quando caſus vel non eſt comprehenſus in materiali ratione obiectiua, ſed in formali ratione motiua; aut in vtraque, vel in altera, nempè in ratione motiua habet ſimilitudinem: pono exemplum, in quo ſit ſimilitudo in materiali diſpoſitione, & identitas in ratione finali: quod eſt in cap. primo de temporibus ordinand vbi ratio generalis in principio capitis aſſignata, fuit periculum ne indigni, irregulares, excommunicati, & apoſtatæ ad ſacros ordines admittantur, quæ quidem ratio eadem eſt reſpectu Epiſcoporum Italiæ ordinantium, Vltramontanos ac Hiſpaniæ, ſeu Germaniæ ordinantium cismontanos, & tamen Clemens Quartus in hac conſtitutione ſolum comprehendit in diſpoſitione materiali Vltramontanos in Italia ordinatos: hinc eſt, quod Doctores cum gloſ. verb. Italiæ dubitant, an extendi debeat hæc conſtitutio ad Ciſmontanos ab Epiſcopis Hiſpaniæ, vel Germaniæ ordinatos: quia in ratione motiua eſt identitas, in diſpoſitione materiali ſimilitudo. Exemplum verò in quo etiam in ratione motiua detur ſimilitudo, non identitas, eſſe poteſt, quod ſupra adduxi de pupilla, quæ intra tempus pubertatis filium habuit. in quo reſoluit Bartol. ceſſare ſubſtitutionem pupillarem à ſimili leg. ex facto de vulgari. Et in hoc exemplo ſolum ſimilitudo rationis ſatis fuit, vt lex extenderetur ad hunc caſum, ſolum ex ſimilitudine comprehenſum, & ſimpliciter omiſſum. In altero verò exemplo quamuis detur eadem ratio Gloſſ. & Doctores communiter, quos ſequitur Suar. lib. 6. de legib. cap. 3. numero 21. negant illam conſtitutionem extendi ad ordinatos Italos, in Hiſpania, vel Germana: quia pœnalis eſt, & vltra caſum ſuum non tranſilit, vel quia illa ratio generaliter ſumpta non eſt adæquata, niſi accipiatur vt applicata ad illam regionem, in qua frequenter periculum illud imminebat.

Digitized by Google

Verùm non loquendo de diſpoſitione legis
10. in materia exorbitanti pœnali, & odioſa, certiſſimum eſt conſtitutionem recipere extenſionem comprehenſiuam propter identitatem rationis ad caſus in diſpoſitione materiali omiſſos, & verbis non comprehenſos: neque ſolum in caſibus veris, ſed etiam in fictis, quos ius veris æquipatauit, hoc admittendum eſt, vt in prima & ſecunda concluſione diximus. Varios textus, & Authores in huius confirmationem reperies apud Tiraquell. in l. ſi vnquam verb. libertis num. 46. & Suar citato cap. 3. num. 1. quos ipſe ſequitur num. 16. & ſequentib. & num. 20. optimè monet, vt ratio adeo ſit intrinſeca, & vniuerſalis ad omnes caſus, qui ex vi illius in lege comprehenduntur, vt in ea habeant neceſſariam connexionem, & vt lex iuſtè, & prudenter lata iudicetur. Etenim contra rationem rectam, & contra regulam iuſtitiæ, & prudentiæ lex procedere videretur, ſi in aliquibus caſibus, non in omnibus illam rationem participantibus diſponeret: quare extenſio & reſtrictio, quæ fit in conſtitutione per ampliationem, vel reſtrictionem ſenſus, & verborum ex rationis immutatæ præſcripto determinatur: quantum verba legis patiuntur: neque enim exiſtimo neceſſarium, vt aliquo modo verbis ſignificentur caſus eadem ratione comprehenſi, quod Suarius num. 17. & 22. videtur ſignificare, exiſtimat enim ſemper mediante ſignificatione verborum ſaltem minus propria hos caſus ſub vna ratione comprehendi: quod ſic probat, quia ex vi rationis non poteſt fieri extenſio comprehenſiua, niſi ſufficienter per illam legiſlatoris voluntas indicetur: nam ratio non manifeſtata, ſed mente retenta non obligat: ergo neceſſaria ſunt verba, per quæ hæc voluntas manifeſtetur, & ratio cogens cognoſcatur, qua cognita, iuxta illam verba, vel interpretanda, vel ſupplenda ſunt.

Veruntamen hic vſus verborum diſtinguen-
11. dus eſt, vt Suarii ſententia in aliquo vero ſenſu poſſit ſuſtineri, & communi Doctorum ſententiæ multis textibus confirmatæ non aduerſetur, ſi enim ſermo ſit de verbis ſignificantibus rationem in diuerſis materiis caſus comprehendentē, rectè ſentit, & hoc tantū probat ratio facta, quia tamen in explicatione textuum, quos ſibi opponit, indicat non ſolum rationem, ſed etiam materialem caſuum diſpoſitionem ſub impropria ſaltem ſignificatione verborum comprehendi, ex hac parte illi aſſentiri non poſſum, quia iura, Doctores, & ratio contradicunt.

12. Iura manifeſtè oſtendunt ſæpiſſimè in materiali diſpoſitione legis vel verba deficere, vel diuerſum ſignificare ab eo, quod ratio, & intentio legiſlatoris contendit l. 1. ſiue ingenua §. ſi mater. ibi, *Verba reſcripti deficiunt, ſed dicendum eſt ſi quidem impuberibus curatores non petijt, eandem eſſe rationem*, & infra idem repetit in alio caſu, & in l. 33. ſi quis adulteriū, ff. ad l. Iul. de adulter. ibi. *ex ſententia legis tenetur, quamuis verbis non contineretur*, & in alio caſu idem inculcat ibid. & in l. 22. impuberem §. eadem, ff. ad l. Cornel. de falſ. ita habetur, *qui liberti aſſignationem ſua manu*
A *adſcripſit, non verbis ſed ſententia Senatuſconſulti tenetur*, in l. 1. §. incidit, ff. ad Senat. conſult. Turpillian. dicitur, *non ex verbis, ſed ex ſententia*. Deinde in l. 11. quāuis, ff. de in ius vocando Paulus concludit, *licet edicti verba nō patiantur*, qui rationem & intentionem illius tantum conſiderauit. Mitto plures alias ll. cōcinit ius canonicū. In cap. ſi poſtquā de elect. in 6. & ibi gloſſ optima verbo *mente*. Anchar. Imol. domin. & reliqui communiter cap. intelligenti cap. propterea, cap. in his de verb. ſignificat. cap. ſedulo 38. diſtinc. cap. humanæ 22. quæſt. 5 & ſimilia quæ iura nequeunt explicari de proprio ſignificato verborū, cum expreſſe negent illos caſus in verbis contineri, immo talium caſuum comprehenſionem verborum
B ſignificationem minimè pati. Iuriſperiti idem communi conſenſu tenent. Panormitan. conſil. 75. col. 3. & in cap quia in Inſulis de regular. num. 3 poſt Petr. & Bartol idem tenet Archidiacon. in cap. 15 autem 22 quæſt. 2. Angel. conſil. 389. col. 2. Hippolit Marſil. in l. ſed ſciendum col. 1. & ſeq. ff. de parricid Barb. conſil. 10. colum. 5. lib. 2. & conſil. 58. col. 5. lib. 3. Georg. Nata in cap. quamuis de pactis in 6. col. penult. Marian. conſil. 35. colum. 3. Socin. Iun. conſil. 58. colum. 2. plures refert Tiraquell. in l. ſi vnquam verb. libertis num. 50. & quamuis aliquos num. 51. alleget pro oppoſita ſententia, noſtram veriorem, & communiorem eſſe aſſeuerat, ego ſane ſuſpicor, & ex eorum dictis coniector, ne ſibi contradicant multos in contrarium citatos ſolum verborum requirere ſignificatum, ex quo ratio di-
C uerſos caſus comprehendens clarè deducatur, non verò conſideraſſe particulares euentus, quos verba ſæpè, nec impropria ſignificatione inſinuant, ideoque omiſſi reſpectu materialis diſpoſitionis in l. cenſentur.

Ratio etiam idem meo iudicio conuincit. 12.
Primo, quia quando verba deficiunt, vel non patiuntur ſignificationem, alicuius caſus, nec propriè, neque impropriè illum continent: ſed certiſſimum eſt ex legibus citatis, & ex ipſa experientia caſuum, verba ad illos ſignificandos deficere, immò non pati aliquando ex vi verborum comprehenſionem caſuum, qui in eadem ratione vniuntur. Ergo ſine verborum ſignificatione etiam impropria, reſpectu materialis diſpoſitionis ſtare poteſt, extendi
D conſtitutionem ab vno caſu ad alium in quo eadem ratio militat. Secundo, Textus, quos Suarius ſibi obijcit num. 17. & 18. manifeſtè non continent verba ſignificatiua aliorum caſuum, niſi extra ſuum ſignificatum omnino trahantur, vt videre eſt in cap. ſi poſtquam ſupra citatum: quis enim dicat verba ſignificantia præceptum eundi in curiam, ſignificare, ne ſine licentia ab eadem Curia diſcedatur: negotio infecto. Item in l. cum mulier, ff. ſolut. matrimon. In qua ſtatuitur quod lex, quæ diſponit mulierem viri lenocinio adulteram dote non priuari, etiam ſecundùm mentem, ac rationem illum caſum comprehendat: videlicet ne eadem adultera à viro poſſit accuſari: Nam attenta ratione legis, quæ eſt, volenti marito adulterium vxoris, iniuriam ab illa non fieri, æque in vno, & altero caſu certatur.

At quis non videt hæc verba *dote non priuari*; habere ſignificatum omnino diuerſum ab illis *non poſſe accuſari*, efficereque diuerſas diſpoſitiones materiales, licet in eadem ratione & intentione legis ſit vnitas. Nam quod ſecundus caſus per conſequentiã, ex primo deducitur, ſanè non eſt niſi ex vi rationis omnibus naturaliter manifeſtæ, non verò ex ſignificatu verborum, quæ materialem legis diſpoſitionem primi caſus continent, non ſecundi. Tertia. Quia nulla neceſſitas cogit verba legis trahere ad extraneos ſignificatus ad hoc, vt comprehendantur in illa, cum ſufficiat rationem expreſſam, vel ex efficaciſſima coniectura omnibus perſpectam continere, ex qua cæteri deducãtur caſus, quos ipſa lex eadem ratione comprehendit, quæ ideo dicitur cõprehenſio, & minus propria eſt extenſio, ſed quid dicendum de propriiſſima extenſione, quæ ex paritate, ſeu ſimilitudine rationis deſumitur.

Omiſſa illorum ſententia, quæ ſimilitudinem rationis cum identitate confundunt. Iam
14. enim in primo notabili eas cum rectè ſentientibus diſtinximus. Suar lib. 6. de leg. cap. 3. numero 4. & ſequentibus exiſtimat nullam legem ex ſola paritate, vel ſimilitudine rationis extendi ad caſus, quos ex vi verborum in aliqua ſignificatione alioqui non comprehendat. Vnde infert legem ex ſola rationis ſimilitudine non inducere obligationem in conſciẽtia, in caſu omiſſo, & nullo modo ſub ipſis verbis comprehenſo: etiam ſi de tali caſu per aliã legem nihil ſpeciatim diſponatur, & ſiue lex pœnalis ſit & odioſa, ſiue fauorabilis. Et probat. Interpretatio legis, quæ non eſt comprehenſiua, ſed pure extenſiua, numquam ſufficit vt diſpoſitio legis obliget in caſu, ad quem fit extenſio: ſed extenſio, quæ per paritatem rationis fit ſine verborum adminiculo, non eſt comprehenſiua, ſed pura extenſio: ergo ratione illius tantum nunquam lex obligat per vim directiuam, ſiue fauorabilis, ſiue odioſa cenſeatur: maior probatur; nam illa dicitur pura extenſio legis, quæ fit vltra totum id, quod ſub mente legiſlatoris comprehenditur, alioqui enim iam extenſio eſſet comprehenſiua: & non pura extenſio. Minor ſuadetur, quia ſimilitudo rationis non oſtendit comprehenſos fuiſſe ſub voluptate legiſlatoris omnes caſus ſimiles: nam alioqui etiã in pœnalibus & odioſis hæc ſimilitudo eandem vim haberet ad extendendam conſtitutionem, ſi quidem ex illa legiſlatoris voluntas innoteſcit, quod tamen eſt contra communem ſententiam.

Tertia concluſio, conſtitutio, quæ non eſt
15. pœnalis, nec odioſa ex ſimilitudine rationis extenditur ad caſus, de quibus aliter à iure non diſponitur ſpeciatim, hæc eſt communis Doctorum ad citatas leges in 3. notabili: neque aliquem vidi, qui eam ſub his terminis negauerit, Suario excepto: nam quos ille citat, cum plurimum, non admittunt extenſionem ex ſimilitudine rationis in materia pœnali, & odioſa ſpeciatim Paulus Caſtrenſ. 2. p. conſil. 83. num. 2. admittit comprehenſiuam extenſionem ex identitate rationis, & purè extenſiuã ex paritate, ſeu ſimilitudine rationis cum Pet. Cyn. Bal. & aliis, vt in primo notabili

A diximus, & ſolum in lege correctoria extenſionem ex ſimilitudine rationis negauit, eodem modo intelligi debet, quod docet 1. part. conſil. 441. verſus finem. Idem tenet Alexand. conſil. 75. numero 3. referens eoſdem authores cum Caſtrenſ. & tuetur Salas de leg. diſp. 21. ſect. 5. num. 13. poſt Barboſ. Alberic. in l. ſi quis non dicam num. 7. Cod. de Epiſcop. & Cleric. Emanuel Sà verb. interpretatio num. 8. Petr. Andr. Gamar. tract. de extenſionibus num. 90. Sanch. de matr. lib 10. diſput. 4. num. 3. Stephan. de Federic. de interpret. iur. par. vltima num. 21. vbi ait quando aliquid diſponitur, quod partim ex iure naturali, partim ex ciuili par-
B ticipat, iuxta l. ius ciuile, ff. de iuſtit. & iur. tunc extenſionem fieri ad caſum ſibi parem in ratione per l. final. Cod. ad l. falcid. l. illod ff. ad l. Aquil. l. ideo in fine, ff. de leg. l. Gallus §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. & l. final. Cod. de indicta viduit. tollen. qui textus iuxta Bal. optimus eſt. Vnde gloſſ in auth. Præterea C. vnde vir & vxor rectè dixit, quod illa authorit. quamuis de vxore diſponat, quod non ſuccedat in dominio extantibus filiis viri, intelligi debeat, extantibus aſcendentibus viri; cum ſint paris rationis l. nam etſi parentibus, ff. de inoffic. teſtamen. plures authores, & leges vide apud Tiraquell. de retract. conſang. §. 2. gloſſ. 1. num. 19. Menòch. lib. 1. de præſumpt. quæſt 5. num. 8. Confirmatur concluſio. Primo, quia non poſſunt ſinguli caſus legibus comprehendi, vt dicitur l. non poſſunt, ff. de legib. ſed intentio imperatoris
C eſt, vt nullus caſus maneat indeciſus per l. 2. §. cumque C. de veter. iur. Enucle. ergo ſi expreſſus non eſt, debet decidi à ſimili comprehenſo in lege. Exempla ſunt in l. 1. & vltima C de inoffic. donat. vbi dicitur querelam inofficioſæ donationis introductam fuiſſe ad ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti.

Confirmatur, & declaratur ſecundo, quia 16.
vel caſus ſimilis eſt expreſſus in alia lege, vel non; ſi exprimitur in alio iure, & aliter de eo diſponitur, ſanè expreſſum facit ſilere tacitum, vt ait Bart. in l. item quæritur §. qui impleto, ff. locati per l. cum ex filio § 1. l. qui plures liberos §. itaque l. ex facto §. idem quæro, ff. de
D vulgari & pupill. Bald. in l. teſtam in 2. oppo. C. de impub & aliis ſubſt. & in l. cũ proponas col. 3. verſ. Confirmatur C. de hæred. inſtit. Rapha. Cuman. conſil. 118. *teſtator inſtituit* colum. 1. Socin conſil. 51. *viſa facti* col. 7. verſ. *Non obſtat ratio* lib. 4 Panormit. in cap. ſi diligenti col. 13. cum gloſſ. de foro compet. & in cap. dilecti col. 1. eod. tit. Ioan. Andr. in cap. ſcienti de regul. iur in 6. Franciſc. Aretin. in l. ſi ita quis §. ea lege col. 4. ff. de verb. obligat. cum multis quos refert & ſequitur Tiraq. l. 15. connub. gloſſ. 7. numero 49. & ſeq. ſi verò caſus non exprimitur in alio iure, & eſt ſimilis alteri expreſſo, & materia ſit fauorabilis ex generalibus regulis in tertio notabili citatis, illa lex, quæ continet caſum expreſſum, extendenda eſt ad ſimilem; & hæc propriiſſime dicitur interpretatio extenſiua. Immo etiamſi conſtitutio partim fauorabilis,

Digitized by Google

partim odioſa ſit inſeparabiliter, adhuc extendenda eſt ex ſimilitudine rationis, quia fauoris reſpectus præualet, vt ſupra diximus; quamuis oppoſitum docuerit Carpan. in prælud. ad ſtatut. Mediolan. num 646. poſt Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. numero 17.

Confirmatur tertio. Quia idem Suar. num. 14. admittit in ordine ad externa iudicia, & ſententiam in eis ferendam, deficiente lege quæ de caſu aliquo expreſſe & ſpeciatim diſponat, procedendum eſſe de ſimilibus ad ſimilia, & vtendum eſſe lege exprimente caſum ſimilem ad decidendum alterum illi æquiparatū, quod dupliciter explicat. Primo, ſi procedatur ex prudenti arbitrio. & rationali B coniectura quicquid ſit de obligatione le-
17. gis, & in hoc ſenſu dicit nullum prudentem dubitare poſſe, quod ſit rationi maximè conſentaneum, anteceſſorum veſtigiis inſiſtere. Secundo, ſi intelligamus ad ita iudicandum teneri iudices ex obligatione legis, & hoc ait probabile eſſe. Ego verò omnino certum eſſe dico tam iuxta prudentiæ regulam, quàm ſecundùm ius ſcriptum, ex conſcientia teneri iudices ex ſimilitudine rationis caſum non alioqui deciſum per legem alterius caſus ſimilis definire. Nam certū eſt ex D. Th. 2.2. quæſt. 60. art. 5. Iudices teneri ſecundum leges iudicare, maximè quando illæ iuſtæ ſunt, & veræ leges, conſtatque ex cap. de conſtitut. & aliis ibi citatis: ſed leges docent, vt ſimilia alioqui indeciſa ex ſimilibus definiantur: ideo enim Tiraquell ſupracitatus cum multis probat caſum ſimilem alteri deciſo in iure non cenſeri omnino omiſſum, ergo iudex tenetur ſecundum legem diſponentem de caſu ſimili iudicare alterum ſimilem, de quo in iure non eſt expreſſa diſpoſitio, præſertim quando prudentiale dictamen id ſuadet, & conſequenter recta ratio, & æquitas ſimilis illi in qua lex de caſu ſimili diſponens fundatur; minor non potuit clariùs definiri quam in l. non poſſunt, ff. de legib. ibi, *cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt: is qui iuriſdictioni præeſt ad ſimilia procedere, atque ita ius dicere debet*, de quo plura in gloſſa magna congeruntur exempla. Cur ergo non dicemus in conſcientia obligari iudicem ad ita iudicandum, immò & ſubditum quemlibet ſi claram, & manifeſtam videat rationis ſimilitudinem in caſu occurrente; quando enim naturalis ratio non reſiſtit, ſed potius conformatur cum illa, in qua caſus deciſus fundatur, ſanè neſcio quo iure, ſubditus ſe ab obligatione legis iudicet liberari, niſi quando parua eſſet ſimilitudo, & ex alio capite æquitas naturalis non deeſſet, quæ rationem diſſimilitudinis oſtenderet, itaut prudenter iudicari poſſet ex ſufficienti rationis ſimilitudine prædictum caſum in lege non contineri.

Ad rationem pro ſententia Suar. Reſp.
18. diſtinguendo maiorem de duplici comprehenſione altera identitatis, altera ſimilitudinis: nam quando in caſu aliquo non deciſo in iure militat eadem omnino ratio, quæ in caſu deciſo per legem, tunc fit extenſio A comprehenſiua, quæ minus propriè dicitur extenſio, ſed proprie comprehenſio: quando verò extenſio fit ad caſum ſimilem, propria reuera fit extenſio. non tamen ita puta eſt extenſio, vt aliquo modo comprehenſiua, minus proprie ſaltem, non exiſtimatur, quia rationis ſimilitudo facit, vt per ſuum ſimile alterum, ſimile in lege comprehendi cenſeatur; vnde ab authoribus non dicitur omnino omiſſus caſus ſimilis, vt ex Tiraquell cum multis proximè aduertimus; nam in ſuo ſimili tacitè continetur, atque adeò abſolutè, & in totum non omittitur. Nota tamen quod optimè aduertit Andr. Gammarus de extenſionibus B numero 91. poſt Archidiacon. Butr. & Alberic. hoc argumentum a ſimili eſſe optimum, etiamſi aliqualem differentiam admittat, non tamen procedere, ſi diſcrimen ſit in eo, de quo quæritur. Etenim non omnes ſimilitudines procedunt à pari, vt in l. ſeruo inuito, ff. ad Trebellian. quando tamen in eo, de quo eſt controuerſia eſt magna ſimilitudo valet argumentum, & in hoc caſu procedit noſtra concluſio. Immo addit Abb. in cap. conſtitutus per iſtum textum de appellationib. & Bald. in l. Curatoris concluſ. 3. C. de negot. geſt. & in l. humanitatis C. de impuber. & aliis ſubſtit. & in l. 1. notab. 2. C. de iure emphyt. ſatis eſſe ad caſuum ſimilitudinē ſi in eo de quo quæritur, in pluribus conueniant, quamuis in aliquo differant: & ratio ſumitur ex l. 10. quæritur de ſtatu hominum liberorum, quam ita reſumit. Bar. *quando aliquid poteſt iudicari ſecundùm magis, & minus potens, attenditur magis* C *potens.*

Quid operetur identitas, vel ſimilitudo rationis in correlatiuis, item in pœnalibus, & odioſis quoad extenſionem conſtitutionis.

SECTIO VIII.

Egimus hucuſque de correlatiuis formali-
ter, videlicet de illis caſibus, qui propter 1.
identitatem, vel ſimilitudinem rationis ſe ad inuicem reſpiciunt relationibus identitatis, vel ſimilitudinis propter eandem, vel ſimilem rationem, quæ in illis relucet: ab his quæſtio- D nem deducimus ad correlatiua materialiter, quæ non conſideratis relationibus identitatis, vel ſimilitudinis ratione materiæ, & ex natura ſua ad inuicem referuntur: vt pater, & filius, ſeruus & dominus, vir & vxor, & ſimilia, de quibus inquirimus, an ita ſe habeant, vt ab vno contento in lege extenſio fiat ad aliud? Et verum ad hanc legis extenſionem in huiuſmodi correlatiuis identitas, vel ſimilitudo rationis requiratur? Denique de lege pœnali & odioſa etiam in particulari controuerſia eſt an identitate, & ſimilitudine rationis recipiant extenſionem. Correlatiua ergo à Iuriſtis definiuntur duorum, vel plurium vltro citroque repræſentatiua, ſeu duorum vel plurium ad inuicem mutua relatio: ita Ioan. Bapt. de

S. Blaſio tract. de correlat. nu. 4. & Gammar.
de extenſionibus num.122. mitto definitiones
alias quas Logici cum Ariſtotele in cap. de re-
latione expendunt; hæc namque à iuriſtis ad-
ductæ, quæ relatis mutuis conueniunt, ad de-
clarandam correlatiuorum naturam in iure
ſufficiunt, quia ſignificant duo, vel plura, ita
ſe ad inuicem reſpicere, & mutua relatione re-
præſentare, vt vno ſublato alterum tolli ne-
ceſſe ſit, quoniam relatiua poſita ſe ponunt,
ſepoſita, ſe perimunt, argum. §. 1. inſtit. de li-
2. bert. l. 1. ff. de contra. empt. l. 1. ff. de rer. per-
mutat. Vnde vnum non eſt prius alio gloſ. in
clem. i. de ſumm. Trinitat. verb. *æternaliter*,
Bald. & Salyc. in Rubr. Cod. de reb. creditis.
Hinc enim eſt quod ſublato debito, tollitur
etiam creditũ. Et ſi mulier poſito diuortio vxo-
ris denominationẽ deponat, vir quoque illius
maritus eſſe deſinet, quia tamen in omnibus
caſibus correlatiuorum materiam proſequi
non poſſumus, de quibus latè Ioann. Baptiſta
de S. Blaſ. citatus generalem doctrinam, quæ
in illis inſeruire poteſt, per ſequentes conclu-
ſiones trademus.

Prima concluſio regulariter loquendo con-
ſtitutio diſponens de vno correlatiuo exten-
ditur ad aliud: ita Bart. Bald. Ang. Paul. de
Caſtrenſ. Philip. Corn. & Iaſon. in l. final. C.
de indict. vidu. tol. per illam legem & l. 1.
C. de Cupreſſ. lib. 1. ibique Bart. Ioann. de
Plat. Iacob. Reb. & Luc. de Pen. Abb. in
procem. Gregor. numero 20. & in cap. quia
Clerici de Iurepatronat. Hypp. Marſ. in l. ſi
quis viduam column. 6. ff. de quæſt. Imol. in
l. final. in ſummatio & verſic. Itemque diſ-
poſitionem, ff. de accepril. Felin. in procem.
Greg verſic. Ex quo dicit Dominicus in cap.
cupientes §. Denique, column. 1. de electión.
in 6. Ioann. de Anan. in cap. ſup. eo colum.
1. de vſur. Ancharan. in cap. 1. de conſtitut.
column. 18. verſic. Nec obſtat. Iaſon. in l.
qui condemnare, ff. de re iudicat. numero 9.
Curt. Iun. conſil. 6. Rebuff. in tract. nomin.
quæſt. 19. princip. num. 14. Fabian. de Mon-
te tract. de empt. & vend. quæſt. 2. numero
32. Ioann. Baptiſt. de S. Blaſ. in tract de cor-
relat. numero quarto. Ioann. Andr. in cap.
Michael de filiis presbyter. & in cap. 2. in
fin. de prob. Boër. par. 1. deciſ. 48. numero
4. Roman. conſil. 167. numero ſecundo.
Gabriel cum multis lib. 6. commun. opion.
concluſ. 3. num 41. Menoch. de præſumpt.
lib. 1. quæſt. 14. num. 41. & lib. 4. præſumpt.
139. numero 60. Nauarr. in cap. pœnæ diſt. 1.
de pœnit. & in ſumm. cap. 21. numero 72.
huius concluſionis probatio ſumitur ex na-
tura correlatiuorum, quæ mutua ſunt, hæc
enim duo habent officia, & referri ad inui-
cem, & ad inuicem relationes terminare. Ex
quo ſequitur, quod vnum neceſſario ponitur
in definitione alterius, verbi gratia, filius
eſt relatum reſpiciens patrem in obliquo, pa-
ter in filii definitione ponitur, & ſimiliter
filius in definitione patris: hinc enim proue-
nit, quod Conſtitutio vnum relatum indu-
cens, alterum quoque inducat, quod ad al-
terius terminandam relationem neceſſarium
eſt. Nam cum eſſentia relatiuo ſit ad aliud ſe

A habere, & alterius relationem terminare, ſi
illius proprietas: Conſtitutio, quæ ponit vnum 3.
relatum, alterum ponere neceſſe eſt; & ſi-
militer ſi vnum deſtruat, alterum quoque
deſtruetur. Vnde non requiritur, vt lex in
eo quod præcipit, vel prohibet, vtrumque
exprimat relatum: ſed ſub prohibitione, vel
præceptione vnius ad alterum extendi in-
telligetur: textus præcipui ad confirmandam
concluſionem ſunt l. final. Cod. de indict.
vid. tol. lib. 1. Cod. de Cupreſſis lib. 11. l. final.
ff. de accepril. concinit cap. 1. de locato iux-
ta gloſſ. verb. *ſub excommunicatione*, & DD.
ibidem, & cap. ſi poſtquam de electio. in 6.

Secunda Concluſio, Vt quod lex de vno
relato diſponit, ad aliud extendatur, neceſſe
eſt vt in vtroque correlatiuo eadem diſpo-
ſitionis ratio reperiatur, vel ſaltem tanta ra-
B tionis ſimilitudo, quæ ab identitate non dif-
ferat, hæc aſſertio eſt moderatio prioris.
Nam multi caſus ſunt, in quibus illa genera-
lis regula correlatiuorum, non procedit.
Etenim Ioann. de S. Blaſ. loco citato numero
6. & ſequentib. decem ſupra centum caſus
numerat in quibus prima concluſio proce-
dit. Deinde à numero 34. vſque ad 66. aliàs
centum, & decem exceptiones recenſet; hæc
tamen ſecundæ concluſionis limitatio, ita
omnes comprehendit; vt ſi rectè applicetur,
regula illa generalis inoffenſo pede decurrat,
hanc verò aſſertionem tuetur Iaſon. in l.
final. colum 3. concluſ. 3. Cod. de indict.
vidu. tol & alii DD. ibidem Bart. in l. mul-
tum intereſt ff. de verbor. obligation. & l.
1. verſic. pono caſus, ff. quod met. cauſ. Se-
C raphin. deciſ 1442. numero 12. Gabr. com-
mun. opinion lib. 6. de legib. concluſ. 3. num.
50. cum multis Ioann. Baptiſt. de S Blaſ. lo-
co citato numero 39. cum Angel. & Flor. ex
l. inter ſtipulationem §. ſacram, ff de verbor.
obliga l. ſi maritus in fin. Cod. de donat. in-
ter vir. & vxor Boër. par. 2. deciſ. 111. nume-
ro 7. poſt Felin. in procem. decret. numero
19. Euerard. loco 20. à correlat. p 129. & 130.
Probatur primo, ex l. 1. curatorem. Cod de
interdic. matrim. cum notat. per gloſſ Cyn.
& alios ibidem Secundo probat Salycet. ex
l. final. Cod. de reſcind. vend Surd. conſil.
292. numero 13. libro ſecundo ex l. 2 aufertur, 4.
ff. de his quæ vt indig &c. ratio eſt, quia re-
latiua quamuis formaliter accepta ſemper ſe
mutuo reſpiciant, ſimulque natura & cogni-
tione ſint, hoc tamen non tollit in illis, ali-
D quas conditiones materialiter reperiri di-
uerſas, propter quas quod de vno diſponi-
tur, in altero non habeat locum. Vtriuſque
concluſionis proponam aliqua exempla, ex
quibus manifeſtum erit identitatem, vel pa-
ritatem rationis cauſare extentionem in diſ-
poſitione ab vno relatiuo ad alterum, diuer-
ſitatem verò eiuſdem efficere reſtrictionem
in conſtitutione reſpectu relatorum.

Ad exempla cognoſcenda in quibus valet
regula correlatiuorum Bald. in l. final. citat.
Cod. de indict. viduit. tol ponit hoc indi-
cium; quando de vno correlatiuo mentio fit
inſpecta qualitate actus vtrique communis,
tunc ſanè alterum correlatiuum etiam in diſ-

Digitized by Google

poſitione comprehenditur, verbi gratia, diſpoſitio loquens de viro, habet etiam locum in vxore, quando eſt eadem ratio. Nam ex eo quod ratio viduitatis rollendæ, & amplificandæ reipublicæ in vtroque coniuge militat l. 2. & final. Cod. de indict. viduit. toll. tam de viro, quàm de vxore procedit, & ſi ſtatutum marito prohibeat, extantibus filiis, aliquid relinquere vxori, etiamſi de vxore non meminerit, ad illam etiam prohibitio extendetur in eodem caſu, ſi liberi ſuperſint, ita declarat Ritin. conſil. 174. numero 9. volum. 1. opinionem aſſerentem abſolutè prohibito viro aliquid relinquere vxori, prohiberi etiam vxorem marito relinquere, quam
5. tenuit Iaſon. conſil. 112. col. 1. volum. 1. Curt. Sen. conſil. 11. per torum Crot. in repet. l. omnes populi numero 114. concluſ. 9. ff. de inſtit. & iur. Dec. in l. ſecunda numero 6. Cod. de in ius voc. Rip. in rubr. ff de acquirend. poſſeſſ. numero 7 & alii. Quando tamen eadem ratio non eſt, verbi gratia, quando vir non coruſcat radiis vxoris ſed vxor viri iuxta l. 8. fœminæ. ff. de Senator. filia, vel vxor Senatoris nubens plebeio Senatoriam amittit dignitatem, at plebeia ſi copuletur Senatori, Senatoria dignitate præfulget, ex citata lege fœminæ.

Alterum exemplum oſtendit etiam in materia pœnali extenſionem fieri ab vno relatiuo ad alterum. Hanc in eis, quæ ſapiunt delictum, & pœnis ſubiecta ſunt, extenditur conſtitutio pœnalis ab vno ad alterum correlatiuum. Hinc eſt, quod lex pœnam imponens vendenti merces certi generis eandem ementi cenſetur imponere, vt tradit Ioann. de S. Blaſ. vbi ſupra numero 7. poſt Bartol. Angel. & Ioann de Imol. in l. final. Cod. de indict. vidui. & l. final. ff. de acceptil. Bald. ibidem verſic. vltimo, nota Ioann. de Plat. in l. 1. Cod. de Cupreſſ. per hunc text. Rebuf. ibidem verſic. & eſt hic lex Panormitan. in procem. decret. verd Gregorius numero 20. Domin. Anchatan. Caſtrenſ. Aretin Iaſon. Felin. Fabian. de Monte Dei. Hippol. Curt. Senior. & alii, quos referunt, & ſequuntur: Tiraquell. de retract. lignag §. 1. gloſſ. 9. numero 169. & Anton. Gabr communium opinion. lib. 6. de leg concluſ. 1. num. 14. ne tamen aliqui etiam ex citatis oppoſitum docuiſſe, & ſibi contradixiſſe videantur, Intelligenda eſt hæc ſententia, quando prohibitio facta eſt ratione rei, cuius commercium interdicitur: ita illam declarauit Ioann. Plat. proximè citatus, Salyc in l. 2. quia non Cod. quæ res vendi non poſſ. Socin. conſil. 74. colum. 3. volum 3. Boër deciſ. 48. num. 21. Aym. de antiquit. in 4. par. numero 115. & 125. Vnde quando prohibitio venditionis
6. reſpicit peculiarem rationem quæ in emptione non militat, aut è contra: tunc ab vno correlatiuo, nempe à venditore non extenditur prohibitio ad emptorem, vt dicit gloſſ. in l. final. Cod. de reſcindend. vendit. verb. in eos per dictum text. & DD ibidem Iaſon. in l. final Cod de indict. viduit. toll. concluſ. 3 Bartol loco citato in ſecunda concluſione, Bald. in l. 1. in princip. Cod. de com-

A mun. ſer. manu. Ioann. Plat. vbi ſupra. Alex. conſil. 173. colum. vltima, volum. 6. Socin. proximè relatus Fabian. Crot. & Tiraquell. quos ſequitur Gabr. vbi ſuprà numero 17.

Tertium exemplum, ſicut filius ſpurius patri ſuccedere non poteſt, ita neque pater ipſi ſuccedit, quia quando quilibet alteri prohibetur ſuccedere, hic etiam illi ſuccedere non valet, quam ſententiam, vt communiorem ſequitur Gabr. citatus numero 14. poſt Bald. Bartol. Iaſon. Rip Barb Dec. Hippol. Dynum Alex. Rip. Axon. & Socin. quorum loca apud illum vide.

Quartum Exemplum, ſicut pater conuentus à filio, & patronus à liberto priuilegium habet; ne teneatur facere vltra id, quod po-
B teſt l. 16. ſunt qui in id & l. ſequent ff. de re iudic. ita è contra ſi filius emancipatur, conueniatur à patre, & libertus à patrono, quia in vtroque correlatiuo datur eadem ratio. Vnumquodque enim illorum alterum egentem alere obligatur, l ſi quis à liberis § ſi vel parens l. alimenta ff. de liberis agnoſcend. quia priuilegium in correlatiuis debet eſſe reciprocum, l 1 ff. quod quiſque iuris, ità tenet Ioann Fabric. Ange Iaſon. quos ſequitur Euerard. in loco 10 à correlat. & DD. communiter, § ſed etſi quis in ſtit. de action. 7.
Nam hinc etiam colligit Gabr. citatus nu. 44. ſiquis à principe priuilegium obtinuerit, vt reus teneatur perſonaliter comparere, etiam actoris perſona debeat comparere. Et pro
C eadem ſententia referr varias Rotæ deciſiones Item Domin Felin. Deci, Iaſon. Nicol. Hyppolit. & Rebuff quod declarat. Marian. in tract. citation. artic 20 quæſt. 15. colum. 4 vt teneatur comparere perſonaliter, qui procurauit citationem perſonalem in caſibus à iure non permiſſis; nam aliàs non teneretur, niſi ex ſimili cauſa idem reus poſtularet.

Pro contraria parte, quando ob diuerſitatem rationis non fit extenſio ab vno correlatiuo ad alterum Primum exemplum, ſumitur ex optima deciſione 1442. Seraphin in ea quæſtione an prohibitio ſacri Concilij Tridentini Seſſio 25 cap 6 quoad filium illegitimum, ne obtineat beneficium in Eccleſia, in qua pater obtinuit, extendatur ad patrem, & non extendi hanc prohibitionem
D renuerunt Domini de Rota poſt Imol. in Clement. 1. de elect. Paul. de Montepic. conſil. 95. numero 18. & Pariſ. conſil 47. numero 89 lib 3 ſicut etiam vt ait Seraphin. eadem deciſ. citata numero 10 Sacra Congregatio Concilii declarauit die vigeſima ſecunda Decembris 1594 patrem non comprehendi in prohibitione, ne filius immediatè ſuccedat in beneficio patris: & ratio eſt diſ- 8.
paritas rationis in vtroque caſu, quæ in correlatiuis apparet. Etenim in primo ratio prohibitionis erga filium illegitimum eſt ad arcendam memoriam paternæ incontinentiæ, & auferendum ab oculis paterni ſceleris argumentum. In ſecundo eſt ratio tollendæ hæreditariæ ſucceſſionis: idem reſoluit Gratia. de benefic. par. 7. cap. 1. numero 24. cum gloſſ. in cap. Apoſtolica 8. quæſtione prima

Ioann. Andr. Cardinal. Rebuff. Bern. Diaz. Sayr. Leſſ. Azor. & Emanuel. Rotez ibidem relatis à Gratia.

Secundum exemplum Euetard. vbi ſupra fol. 130. adducit ex Benedic. de Benedictis conſil. 1. quod licet diſpenſatum ſit cum filio ſpurio, vt poſſit ſuccedere parentibus, non tamen vigore huiuſmodi diſpenſationis, poterunt parentes filio ſpurio ſuccedere, cum parentes deliquerint, & non filii ex cap. naſci diſt. 56. quapropter veriſſimile eſt principem cum parentibus difficilius diſpenſaturum. & ſic non eſt eadem ratio in correlatiuis. Tertium, licet familiaris domeſticus, vel famulus nequeat pro domino in teſtem produci, Dominus tamen è contra pro famulo teſtis eſſe poteſt, vt docet Salycet. ad l. etiam Cod. de teſt. per iſtum textum. Eſt enim diſpar ratio, nam in primo caſu domini imperium, & famuli timor veritati teſtificandæ obſtare poterit, non in ſecundo: vt notatur in additione ad deciſionem 4. Capellæ Toloſanæ. Denique pro caſibus ex hac parte regulam adducit Ioann. de Sancto Blaſ. de correlatiuis numero 34. cum Bal. in l. final. Cod. de indict. vidui. toll. quando fit mentio vnius correlatiui, in quo qualitas conſideratur, quæ alteri deeſt, non fit extenſio ad alterum, quia non militat eadem, neque ſimilis ratio in vtroque, verbi gratia, miſerabilis perſona coram Iudice Eccleſiaſtico debitorem ſuum conuenire poteſt de iure communi, inuita tamen ab altero coram eodem iudice nequit conueniri per Innoc. in cap. ſuper quibuſdam de verb. ſignification.

9\. Et tantum valet eadem ratio in correlatiuis, vt legis diſpoſitionem faciat extendi etiam in materia correctoria: itaut lex corrigens in vno correlatiuo, corrigat etiam in altero: textus eſt expreſſus, illa lex toties à nobis allegata, quæ eſt vltima Cod. de indict. viduit. toll. vt ibi notant Bartol. Angel. Iaſon. Salycet. Paul. de Căſtrenſ. Cor. & alii. Bald in authent. quas actiones colum. ſecunda Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Hyppolit. in l. ſi quis viduam colum. 5. ff. de quæſt. Crot. in l. omnes populi numero 114. concluſ. 9. Venaſ. conſil. 5. colum. penultim. Ioann. de S. Blaſ. vbi ſupra numero 6. & 7. Ioa. Nicol. in l. generaliter numero 29. Cod. de ſecund. nupt. Curt. Iun. conſil. 6. numero 1. vbi dicit opinionem communem ſicut etiam dixit Iaſon. conſil. 112. colum. 1. & in l. qui condemnare numero 9. ff de re iudica. Idemque dicendum in materia pœnali, vt iam oſtendimus in ſecundo exemplo pro prima concluſione cum multis, plures alios vide apud Gabriel commun. opinion. lib. 6. de legibus numero 37. duo tamen hîc aduertenda, primum quando ſupra diximus legem pœnalem, vel correctoriam; neque ex ſimilitudine rationis extendi, intelligendum eſſe extra correlatiua; nam in his quando interuenit eadem, vel omnino ſimilis ratio, conſtitutio etiam correctoria & pœnalis ab vno ad aliud extenditur. Secundum, vt tunc extendatur lex pœnalis ab vno ad alterum correlatiuum, quando vni & eidem actui vtriuſque correlatiui impoſita eſt, non aliter: ita illam communem ſententiam declarauit Socin in conſil. 74. volum. 3. Decius in l 1. colum. 2. Cod. de in ius vocand. Aym. de Antiquit. tempor. 4. par. numero 115. Curt. Iun. conſil. 6. numero 13. Et ratio eſt quia criminis eiuſdem participes ex æquo pœnam ſubire oportet, ſicut delicti correi eadem ſententia, vel abſoluuntur, vel condemnantur: nam ſi abſoluatur adulter; adultera etiam abſoluta iudicatur, ſaltem toto tempore quo nupta eſt; ità exponit Bartol. l. 17. denuntiaſſe §. quæritur, ff. ad l. Iul. de adult. conformiter ad l. 19. adulter. eodem titulo, reliqua de correlatiuis exempla apud Ioaon. de S. Blaſ. videri poſſunt in luculento de correlatiuis tractatu.

Et nos iam ex tradita de correlatiuis doctrina incidimus in partem aliam difficultatis in hac ſectione propoſitæ, nempe quid operetur eadem ratio quoad extenſionem conſtitutionis in materia odioſa, & pœnali. item in l. correctoria in aliis, quæ correlatiua in rigore non ſunt in ſignificatione materiali, in qua illa hucuſque conſiderauimus. 10.
Grauis enim de hoc puncto inter authores controuerſia eſt; quos pro vtraque parte diuerſa ſentientes refert Barboſa in l. ſi conſtante, ff. ſolut. matrim. numero 102. & ſequentibus, ipſe verò tunc ſolum admittit legem pœnalem, & correctoriam extendi poſſe ex identitate rationis quando tres in ea dentur circumſtantiæ. Prima, quando ſit omnimoda ſimilitudo rationis: in quo rationis ſimilitudinem cum identitate permiſcuit. Secunda, vt verba legis ſaltem in lata ſignificatione caſum, ad quem conſtitutio extenditur, aptè comprehendant, quia quando aliquid non venit ex verbis, neque creditur prouenire ex mente, l. 7 labeo § id Tubero, ff. de ſupell. legat. l. 67. non aliter, ff. de legat. 3. & quando aliquid non comprehenditur ex verbis, vel ex mente, ſed ex ſola vi, & identitate rationis, magis dicitur extenſio, quam comprehenſio per Bart. l. 3. §. final. numero ſecundo, ff. de legib. tutor. Angel in l. ſed & ſcientiam numero ſecundo, ff. ad l. Pompeiam de parricid. vnde non debet habere locum in materia non admittente extenſionem. Tertia, ne in conſtitutione exprimatur dictio aliqua taxatiua: tunc enim ex ratione expreſſe non fieri extenſionem affirmat cum Bald. quem ſequitur Iaſon. authent. quas actiones numero 22. Cod de Sacroſanct. Eccleſ. Crot. in l. omnes populi, numero 184. ff. de iuſt. & iur. Socin. Iun. conſil. 30. numero 35. lib. 1. Cæterum Sanch. lib. 3. de matrim. diſput. 42. numero 4 cum tanquam communiſſimam, & receptiſſimam ſententiam tradidiſſet, quando ratio in lege exprimitur, extendendam eſſe legem pœnalem, & correctoriam ad illum caſum, in quo eadem ratio inuenitur cum multis aliis, ibidem citatis; poſtea in lib. 10. diſput. 4. numero 3. ait non eſſe certum legem pœnalem quoad pœnam in ea contentam extendendam eſſe ad caſum non expreſſum, etiamſi in illo eadem ratio inue-

niatur. Immo oppoſitum eſſe verius, refertque Anton. in cap. final. nom. 58. de conſuetudine & Caſtr. lib. 1. de lege pœnali cap. 7. documento 3. & referri poſſet Ioan. Andr. qui cap. diſpendia de reſcript. in 6. dixit per ſimilitudinem rationis extendi diſpoſitionem legis pœnalis ad caſum ſimilem, non tamen extendi pœnam: probat Sanch. quia in aliis legibus, quæ pœnales non ſunt, ratio eſt legis mens & anima; quare vbicumque eadem inuenitur ratio, eadem eſt lex. At pœnalis lex quoad pœnam, non omnino pendet à ratione. ſed etiam ex legiſlatoris pœnam imponentis voluntate. Nam licet ratio dictet ſupplicio congruenti crimina punitum iri, non tamen cogit ad hanc, vel illam pœnam infligendam, hoc enim ex legiſlatoris voluntate dependet: vnde colligit Sanch. argumentum à ſimili in pœnis non valere. Et in hoc ſimilitudinem rationis & identitatem pariter permiſcet Melius Doctor Suar. in lege pœnali & correctoria caſus, in quibus à ſimili tantum ratione extenſiu fieret, diſtinxit ab illis, qui ſub eadem ratione comprehenderentur & de prioribus lib. 6. de legib. capite 3. numero 5. aſſeruit ad illos non extendi legem, niſi ſub illius verbis comprehenderentur: de poſſeſſioribus cap. 4. numero 2. 3. & 4. docuit legem illos extenſiua rationis comprehenſione amplecti: quam opinionem enuclatius in ſequentibus aſſertis exponam.

n. 3. concluſio: quando ratio eſt generalis in lege expreſſa, vel ita euidens, vt ex verborum contextu & ſignificatu ab omnibus colligatur, extenditur lex ad omnes caſus, qui eandem omnino rationem participant, etiamſi lex pœnalis ſit, vel correctoria: hanc tenet Gloſſ. cap. 1. verb. *Italiæ* de tempore ordinand in 6. ibid. Syluest. & Angel. cum Imol. & Geminian. eadem Gloſſ. clem. 1. verb. *Eligatur* de elect. cap. nihil numero 9. de elect. Salyc. l. 2. num. 10. C. de noualibus action. Alex. Crot. Claud. Rip Iaſon. Curt. Senior. Hippol. Riminald Camillus Gallianus & alii citari à Barboſ. vbi ſupra: item Roland. conſil. 27. num. 48. volum. 1. Couar. cap. alma 2. p. § 4. num. 7. Mincha de ſucceſſ. creat. §. 28. ad initium Bolognet. l. omnes populi numero 130. ff. de iuſtit. & iur. Molin. lib. 1. de primogenit capite 5. numero 10. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 11. l. 19. Gloſſ. 2. numero 5. & ſequent. Anton. Gomeſ. 1. variar. cap. 11. num. 1°. quamuis cap 5. num. 12. oppoſitum vt probabilius, tradiderit. Nauarr. cap. pœnæ numero 10. de pœniten. diſtinct. 1. Tiraquell. l. ſi vmquam verb. libertis à numero 45. C. de reuocand. donat. Suar. lib. 6. de leg. capite 4. numero 2. Gutierex quæſtion. canon. lib. 10. numero 3. Menoch. conſil. 4. num. 8. & 34. lib 1. probatur 1. ex l. regula §. final. ff de iur. & facti ignoran. quomodo illam probat Barboſ. citatus poſt Dominic. & Peruſ. in capite conſtituto de elect. in 6. & ratio eſt, quia quando ita exprimitur ratio generalis in lege, creditur lex in regula generali omnes caſus, quos ratio illa A comprehendit, exprimere, vnde licet aliquem, vel aliquos in particulari aſſignauerit exemplariter tantum per viam illationis eos ex generali regula deduxit, vt ex illis cæteri facilius innoteſcerent in generali ratione comprehenſi: ita Bal. in l. de quibus numero 35. ff. de leg. Imol. in l. ſi ita quis § ea lege, columna vltima ff. de verbor. obligat. 2. probatur ex diſtinctione iam ſupra tacta inter extenſionem comprehenſiuam & neceſſariam, ſiue ex ratione, ſiue ex vi verborum agnoſcatur & inter comprehenſionem extenſiuam, quæ in vigore comprehenſio non eſt, ſed vera extenſio: nam quando ita exprimitur & comprehenditur caſus in ſua ratione, non eſt in arbitrio interpretantis legem pœnalem, vel correctoriam, B caſum excludere in generali ratione expreſſe comprehenſum; neque obſtat, quod dici ſolet leges pœnales & correctorias eſſe reſtringendas, quia hoc intelligitur de extenſione propria, non de neceſſaria comprehenſione, quæ minus propriè nominatur extenſio: propter verba non ita clarè ſignificantia caſus in ratione generali manifeſtè contentos, quibus tamen æqualiter adaptatur propter eamdem rationem.

4. Concluſio: ex ſola rationis ſimilitudine quando verba caſum particularem ſignificant conſtitutio correctoria exorbitans pœnalis, vel alio modo odioſa ad ſuum caſum ſpeciatim expreſſum reſtringi debet, non ad ſimi- C les extendi: hanc tenet Gloſſ. 1. ad cap. in pœnis de regul. iuris in 6. ibi *de pœnis non arguimus ad ſimilia, quia pœnæ non excedunt proprium caſum de pœnit. diſt.* 1. §. *pœnæ*, & Gloſſa Marginalis Ioan. Andr. ibidem notat diſcrimen in caſus ſimiles & eos qui ſunt de mente conſtitutionis & habent eumdem effectum, quales ſunt, qui ſub eadem cap. generali ratione expreſſa comprehenduntur, vt latius dixit idem Ioann. Andr. in cap ſi poſtquam de elect in 6. §. 1. & iuxta illam iuris Canonici regulam, ita expoſitam, declaratur altera iuris ciuilis concordans in l. 198. factum § in pœnalibus ff. de regul iur. & l. 32. ſi præſes l. penultima ff. de pœnis cum aliis à Gloſſ. ibidem relatis. Idem tuetur Bald conſil. 214. in fin. lib. 1. Corn conſil. 90. *ſcrupuloſa* column. 2. lib. 3. Alexand. conſil. 75. *videretur* co- D lum. 1. lib. 5. Iaſon in l à Titio colum. final. ff. de verbor. obligation. Decius conſil. 301. *In cauſa quæ*, column. 2. & conſil. 372. *viſis & diligenter* colum. 3. & alii quos ſequitur Tiraquell. citatus. Idem tenet Cuman. conſil. 39. numero 3 & conſil. 130. num. 2. Butr. in cap. vltim. de conſuet. numero 57. Caſtrenſ. lib. 1. de lege pœnali cap 7. docum. 3. Molin. de iuſtit. & iur. tract. 2. diſput. 176. §. quarto, dicens eſſe Doctorum communem Suar lib. 6. de legib. cap. 3. numero 5. Emanuel Ruiz tom. 1. Regular. quæſtio 11. art. 6. regul. 14. & ſane eamdem tantum ſignificarunt iuriſtæ, qui non ſatis diſcernebant inter identitatem & ſimilitudinem rationis, atque adeo negabant ſufficere eam- 21.

dem rationem, vt lex pœnalis, vel correctoria extenderetot ad eaſum in ea non comprehenſum, quos explicat Menoch citat. num. 34. de ratione, quæ non eſt comprehenſio propria, ſed extenſio, atque adeo non identitas, ſed ſimilitudo rationis dici debet: quam explicationem approbauit Cardinal Tuſch lit. E. concluſ. 663. numero 1. vt ſic concilientur diuerſa iuriſtarum dicta, quæ pugnantia videntur. Nam Alex. conſil. 54. num 9. lib. 7. & conſil. 153. num. 4. eod. lib. aſſerit neque ex maioritate rationis extenſionem fieri debere in lege correctoria, & idem Alex. in conſ. 80. viſo opportune num. 6. lib. 1. oppoſitum docet. Similiter Caſtrenſ. & alii, qui videntur ſibi contrarii ab eoſdem Tuſcho relati: hoc etiam modo intelligi debet quod docet Farinac. deciſ. 497. numero 2. eum ait ſtatutum exorbitans non extendi ex identitate, vel maioritate rationis, quia per eamdem rationem intelligit parem, ſeu ſimilem, vel maiorem, quæ manifeſte eadem non eſt Et hoc tantum probant Bart. & decisiones Putei & Caputa, quas refert idem Farinacius.

Probatur 1. ex Gloſſ. in authent quas actio-
13. nes C. de ſacroſanct. Eccleſ. quæ vt optimè notat Caſtrenſ. conſil. 83. *preſens caſus* colum. 2. lib. 2. loquitur in caſibus diuerſarum rationum licet ſimiliom Nam fauor publicus & fauor pius ſunt diuerſi ſpecie, licet ſimiles: ideoque quamuis lex vltima eodem titulo, quæ loquitur de vtroque, corrigatur per citatam authent. quas actiones in hoc quod de pio & Eccleſiaſtico ſtatuerat, non propterea in eo corrigitur, quod de publico dixerat: quia id eſſet extendere legem correctoriam ex ſimilitudine rationis, vbi vide quàm bene ſe declarauit Caſtrenſ. Etenim loco citato addit, *non bene allegari iſtam Gloſſam quod per identitatem rationum non debet induci legum correctio: quia illa Gloſſa hoc non dicit, ſed debet allegari quod à paritate, vel ſimilitudine rationis non inducitur*. Et additio Nicolai ibidem refert Alexand. in authent quod ſine verſ. *item quia* C. de teſtamen. aſſeruiſſe ſententiam eſſe communem, neque ex maioritate rationis ſimilis extendi legem per dictam authent. quas actiones Nam vbi vna ratio maior eſt altera, ſignum eſt non eſſe eamdem ſed diuerſas ſpecie. Hinc illam compones litem inter Authores, verum videlicet, quando duo caſus æquiparantur à iure antiquo, lex noua corrigens vnum expreſſe, alterum tacite corrigere cenſeatur. Affirmant enim Anton. Domin. Ripa, Alciat. Aymon. & alii. negant Iaſon. Cumanus, Anan. Imol. & Ruin. quos adducit Barboſ. l. ſi conſtante numero 104. ff. ſolut. matrimon. Et ita concordat, vt ſi caſus æquiparatus ſit in eadem ratione, tunc ſententia affirmatiua, quæ legem correctoriam ad caſum æquiparatum extendit, vera eſt per authent. de hæred. ab inteſt. §. ex his colla. 9. item §. vnico inſtit de legit. patron tutel. cum Gloſſ. in l. final. ſi quis ſeruo C. de furt ſi tamen æquiparatio appareat in diuerſarum rationum ſimilitudi-

A ne, tunc amplectenda ſententià negatiua: quia hic eſt caſus authent. quas actiones citatæ: fuerunt enim æquiparatæ Eccleſia & ciuitas, quoad illum effectum, ne aduerſus eas curreret præſcriptio niſi centum annorum, ob diuerſas tamen rationes vt conſtat ex prædicta l. final. in princip. Etenim Eccleſiæ fuit illud priuilegium conceſſum fauore religionis: ciuitati autem fauore publicæ vtilitatis. Vnde quamuis authent quas actiones, corrigat illud priuilegium in Eccleſia ſtatuens, vt ſola Romana Eccleſia illo vtatur: contra reliquas verò quadraginta annis præſcribatur, non ideo cenſetur idem priuilegium corrigi in ciuitate: vt cum Paulo de Caſtr. Alexand. Croto, Ripa, Ti-
B taquell. declarat Barboſa citatus numero 105.

2. probatur ratione: materià odioſa ex ſupradictis de ſe reſtringenda venit: ergo niſi in verbis legis, vel in ratione comprehendatur & quaſi exprimatur, extenſionem non patitur de caſu ad caſum. Confirmatur. 1. in lege correctoria, quia ſi illius eadem ratio generalis caſum non comprehendit, in altera ſimili tacite ſolum inuoluitur. At ius expreſſum, quod in eo corrigi debet, tacito præualet, vt ſupra diximus. 2. in pœnali lege: nam hæc, vt ſuum præſtet effectum infligendo pœnam ipſo iure, vel per ſententiam incurrendam, ſemper attenditur qualitas delicti, cui pœna imponitur, item perſonarum ad quas dirigitur: poteſt enim de-
C lictum æque graue, ſeu grauius non habere pœnam crimini minus graui impoſitam. Et ratio eſt quia licet impoſitio pœnæ ſecundum rationem æqualitatis, aut proportionis in recta iuſtitiæ regula debeat fundari. In determinatione tamen huius vel illius pœnæ à voluntate legiſlatoris magis, quam à certa ratione dependet, quia nulla certa ratio legiſlatorem cogit, vt hanc potius, quam illam pœnam certo delicto ſtatuat. Quare extra communem & veram regulam interpretandi canones, qui cenſuras inuoluunt, ille profecto tranſiliret, qui ex ſimilitudine, vel maioritate rationis cenſuram certo delicto adiectam ad alterum æquale, vel maius extenderet.

3. Probatur ex diſcrimine inter legem odioſam & fauorabilem; illius enim natura
D reſtrictionem, huius verò extenſionem depoſcit: ſed propria extenſio tunc datur in conſtitutione, quando non comprehenditur expreſſe in verbis, vel ratione ipſius conſtitutionis caſus, ad quem extenſio fit ob ſimilitudinem rationis: ergo lex correctoria pœnalis, & quouis alio modo odioſa hanc extenſionem non admittit Et in hoc ſenſu procedunt regula in pœnis, regula odia cum ſimilibus à Gloſſ ibi adductis de regul. iur. in 6. Neque dicas diſpoſitionem legis pœnalis, vt quædam directio eſt, poſſe extendi, quamuis pœna non extendatur. Nam pœna legi adiuncta acceſſorium eſt ſui principalis naturam conſequens, ita vt nequeat ordinatio conſtitutionis pœnalis violari, quin pœna incurratur. Neque enim ſeparantur

ad inuicem in effectu lapſus culpæ & reatus pœnæ: quare ſi pœna non extenditur ad certum caſum, ille ſane non procedit contra diſpoſitionem legis, cui talis pœna imponitur: alioqui contra regulam connexorum ſuperius traditam negaretur conſequens neceſſarium, de quo antecedens affirmaretur.

16. Obiicies: quando diſpoſitio determinat certum caſum, vel perſonam, quamuis ratio ſit generalis, non extendit diſpoſitionem ad alios caſus, vel perſonas, ſed reſtringitur ad expreſſa & determinata: ergo neque ex ſimilitudine rationis in fauorabilibus, neque ex eadem omnino ratione in odioſis conſtitutio potaſt extendi vltra caſum in ea verbis expreſſum. Antecedens probatur ea doctrina tradita à Corn. conſil. 90. num. 3. lib. 3. & Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 5. numero 19. & 37. videlicet ſi teſtator vocat certas perſonas, exprimitque generalem rationem agnitionis, non venient vocati omnes conſanguinei in eodem gradu, ſed ſolum expreſſi in diſpoſitione teſtatoris. Item ea ſatis probata ſententia per Felin. in cap. poſtulaſti numero 9. ver. limita 1. de reſcript. Iaſon. l. beneficium ff. de conſtitut. num. 38. item Nata conſil. 163. num. 5. quod licet in diſpenſatione ratio exprimatur, quæ aliis adaptari poſſit, vel caſibus, vel perſonis; ad illos tamen non extendetur, ſed ad caſum expreſſum & perſonas declaratas reſtringetur Reſp. conceſſo antecedente de quo late ait Sanchez de matrimon. lib. 8. diſp. 1. negando conſequentiam. Nam diſpoſitio in teſtamento & in diſpenſatione eſt particularis & immediate reſpicit priuatam vtilitatem. Vnde ad particularem caſum & perſonam verbis expreſſam limitatur; neque obſtat generalis ratio, quia hæc à particulari diſpoſitione reſtringitur. At conſtitutio, ſeu lex generalis eſt diſpoſitio & de ſe commune bonum, publicamque vtilitatem reſpicit: quare niſi caſus ſimiles alioqui non deciſos excludat in materia fauorabili, ad illos extendetur, & in exorbitanti & odioſa, quando ratio eſt eadem, caſus omnes comprehendit, qui illam rationem participant. Nam ipſa etiam diſpenſatio ſi in corpore iuris contineatur, quia ad legis naturam aſcendit, & in generalem diſpoſitionem tranſit, non ſtricte eſt interpretanda, ſed eodem modo extenditur quo lex quælibet ex ſimilitudine, vel identitate rationis prorogatur: ita Felyn. citatus numero 13. limitatione 5. Anton. in capite olim. num. vlt. de verbor. ſignificat. Oldrad. conſil. 9. num. 7. Anaſt. Germon. de indult. Cardinal. § nec non, num. 17. Emanuel. tom. 2. de regular. quæſt. 46. art. 11. Caliaula in l. 2. ff. de verb. obligat. numero 13.

Ad probationem eorum, quæ afferuntur pro limitationibus in ſententia Barbnſæ reſp. In prima limitatione confundi ſimilitudinem rationis cum identitate, cum ſint maxime diuerſæ, vt oſtenſum eſt. In ſecunda ſolum probatur ad extenſionem legis pœnalis & odioſæ requiri, vt ea ipſis verbis legis ratio innoteſcat, propter quam caſus omnes comprehendat, quibus accomodatur, & ad quos minus proprie extendi dicitur. In 3. nihil affertur noſtræ doctrinæ contrarium, quando enim particula taxatiua rationem reſtringit ad caſum expreſſum, mirum non eſt, ſi alios non comprehendat. Ratio pro ſententia Patris Sanchez (qui etiam identitatem rationis cum ſimilitudine videtur permiſcere) ex ſecundo & tertio argumento pro quarta concluſione confutatur: neque enim admittimus diſpoſitionem legis pœnalis ab ipſius pœna in extenſione, vel reſtrictione ſeparari. Suarii ſententiam ita approbauimus. in odioſis ſcilicet ea ſimilitudine rationis conſtitutionem non extendi, vt eamdem in materia fauorabili prorogari poſſe, in ſectione proxima, ipſo abnuente, aſſeramus.

De ſcriptione ad legem, vel conſtitutionem neceſſaria.

QVÆSTIO IV.

HÆc eſt altera conditio, quaſi materialis in conſtitutione conſideranda, nempe ſcriptio, quatenus neceſſaria eſt ad legis, ſeu conſtitutionis valorem. Et ſane in lege naturali certum eſt non exigi aliqua externa ſcripturæ ſigna, per quæ innoteſcat, & conſeruetur illius memoria, cum in hominis corde inſcribi ſufficiat Etenim ſigna hæc externa, quibus ſeſe homines præſentes. abſenteſve communicant, ad placitum ſignificant: lex verò naturalis rationalem naturam, tamquam proprietas innata neceſſario conſequitur. Vnde prouenit, quod ſicut ex parte obiecti huius legis veritates, ſeu honeſtates ſunt immutabiles, ita ex parte potentiæ ab hominum mentibus deleri non poſſint: quamuis enim quoad aliqua præcepta in his vel illis hominibus lex naturalis occultari, ſeu neſciri queat: non tamen admittitur radicale principium, à quo proficiſcitur, ſolumque impeditur actu, non habitu naturale lumen rationalis naturæ hominum mentibus inſitum. Immo etſi gentes quædam circa aliqua præcepta naturalia errent, aliæ verò circa alia, nullum tamen eſt præceptum naturale, quod aliquibus non manifeſtetur, vel ſaltem manifeſtari poſſit, ſublata errandi occaſione, ſeu ignorandi impedimento accidentali. Deinde in lege æterna nullam aliam requirere poſſumus ſcripturam, quam quæ in verbo ac Dei mente ab æterno relucet. Quia etiam Dei lex temporalis nullam ſcriptionis ſolemnitatem depoſcit, vt de prima lege noſtris parentibus data & aliis quotquot illæ fuerunt, ante legem ſcriptam ſatis conſtat: tota difficultas eſt de lege poſitiua diuina, prout in vtroque teſtamento continetur, vel humana, quæ canonicas, ciuileſque conſtitutiones complectitur, de quibus in ſequentibus agendum: prout exigit doctrina capitum quæ commentatione proxima declaraui.

Quos libros ſcriptura canonica comprehendat.

SECTIO I.

1. LEgem eſſe ſcriptam in veteri teſtamento, per quam non ſolùm viuendi norma traderetur, ſed & litium, controuerſiarumque diſſidia componerentur, nullus eſt ambigendi locus, cum ipſe Moyſes Deut. 17. lites in populo Dei ortas ex diuina lege diiudicandas dixerit. *Si difficile* ait *& ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, &c.* & infra *facies quodcumque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem Dei.* Ex quo loco etiam colliges præter regulam ſacræ ſcripturæ neceſſarium eſſe iudicem ordinarium & ſummum, qui exortas de religione controuerſias decidat, vt late probat Serarius prolog. bibl. cap. 10. q. 2. hanc allegabant legem in ſuæ doctrinæ confirmationem Prophetæ Chriſtus Dominus & Apoſtoli Prophetæ vt Malach. 2. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius.* Eſaiæ 8. num. 16. *ſigna teſtimonium & ſigna legem in diſcipulis meis.* Vbi edocetur Eſaias vt legem quam collo appenſam, & obuerſantem oculis ſemper habet, indignis obſignet & ad dociles, ac illam ſciendi auidos reſeruet; vt cum Adamo Gaſpar Sanchez interpretatur: Chriſtus verò Dominus Saducæos ex diuinis literis conuincit Marci 12. *De mortuis autem, quod reſurgent non legiſtis in libro Moyſis* Et diſcipulorum incredulitatem ſuggillat. Lucæ 24. *O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ loquuti ſunt prophetæ,* & infra *Et incipiens à Moyſe & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Prophetis quæ de ipſo erant.* Iam verò Apoſtoli & Euangeliſtæ paſſim ſacræ paginæ teſtimonia producunt: duo præ cæteris anoto. Primum Petri Epiſt. 2. cap. 1. *habemus firmiorem Propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes, tamquam lucernæ in caliginoſo loco.* Secundum verò Pauli Epiſt. 2. ad Timoth. 3. *Ab infancia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem. Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.* Hæc ſacra ſcriptura variis nominib. appellatur: de quibus videri poteſt Serarius Prolog. bibl. cap. 25. per varias quæſtiones inter reliquas appellationes duæ noſtro inſtituto inſeruiunt: videlicet quod ſit verbum Dei ſcriptum & Canon: ideoque illam diximus canonicam ſcripturam & inquirimus quos libros comprehendat

2. Verbum Dei dicitur Exod. 4. numero 30. Numerorum 4. numero 41. Item 1. ad Theſſalon. 1. vnde Rex & Propheta Dauid de ſe veriſſimè ait 2. Reg. cap. 23. numero 2. *Spiritus Domini loquutus eſt per me & ſermo eius per linguam meam.* Et Deuter. 4. numero 13. decalogus vocatur *decem verba.* Ideoque Dominus ibidem num. 2. dixit non addetis ad verbum, quod vobis loquor. Vnde conuincitur hæreticorum inſcientia, qui ſolum æternum verbum Dei verbum proprie dici ſcriptitarunt. Et quamuis verbum Dei partim non ſcriptum quod ad Adamum, Abrahamum, & reliquos Patriarchas habuit Deus, antequam Moyſes ſacram paginam ſcriberet, partim ſcriptum comprehendat, ſicut & ius humanum, vt dicitur inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. item diſt 1. in princ. vt notauimus comment. 1. nos de ſcripto tantum loquimur: cuius maxima excellentia in cauſa fuit vt ſingulariter ſcriptura, vel pluraliter ſcripturæ, per antonomaſiam nuncuparetur pſalm. 86. *Dominus narrabit in ſcripturis.* Eccleſiaſticus cap. 44. num. 5. *Narrantes carmina ſcripturarum.* Ioann. 2. num. 22. *Crediderunt ſcripturæ.* Paulus ad Romanos 4. num. 3. *Quid enim dicit ſcriptura?* Hæc antonomaſtica excellentia ſcripturæ diuinæ D. Auguſtinum non fugit, quippe qui lib. 11. de ciuitate cap. 1. ſcripſit. *Ea ſcriptura ſummæ diſpoſitione prouidentiæ ſuper omnes omnium Gentium litteras omnia genera ingeniorum humanorum diuina excellens authoritate ſubiecit.* Et merito Dei verbum ſcriptura ſacra dicitur, illius enim interuentu nobiſcum loquitur Deus & tamquam ad amicos Epiſtolam mittit. *Quid enim* ait Greg. lib. 4 Epiſtol. 84. *eſt ſcriptura ſacra niſi quædam Epiſtola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam.* Idem docuit Auguſtin concione 2. in pſalm. 90. & Epiſtol. 48. ad Iulian.

3. Ex hac ſacræ ſcripturæ dignitate 2. canonis nomenclatura exoritur: nam vt recte notauit Ariſtoteles 10. Metaphyſ. capite 2. quod primum eſt in quolibet genere, eſt menſura cæterorum. Canon diſtinct. 3. cum igitur ſacra ſcriptura regula ſit omnium rectiſſima, ſitque credendi, & viuendi forma. Canon meritiſſimò perhibetur. Vnde ſanct. Irenæus lib. 4. cap. 69. diuinam ſcripturam appellauit. *Canonem veritatis immobilem.* Item Chryſoſt homil 14. in Geneſ. ait *quando quis non ipſum diuinæ ſcripturæ Canonem ſequitur: ſed ſuis opinionibus locum dat, ſententiam diſturbat, & verborum pugnas, & infinitas quæſtiones ſacris, rectiſque dogmatibus immiſcet.* Cæterum quia canon in alio ſignificatu ſumitur pro certo rerum numero, ſeu catalogo. Nam Clericorum, qui in Eccleſia miniſtrant catalogus, ſeu numerus dicitur Canon, Laodicenſis Concilii cap. 24. & fidelium defunctorum, ac Epiſcoporum catalogi canones dicuntur à Nicephoro lib. 14. cap. 25. & 26. Vnde canonizati nominantur, qui in ſanctorum album relati ſunt. Ideo Canon ſacræ ſcripturæ ille numerus eſt & catalogus certos libros continens in quibus Dei verba ſcripta, totumque diuinum ius clauditur: hinc eſt quod Ruffinus in ſymbolum, canonem ſcribere, idem eſſe dicit, atque noui, ac veteris teſtamenti volumina numero deſignare. Deinde Au-

guſt,

guſt lib. 2. contra Creſcon. Grammat. cap. 31. ſic loquitur. *Neque enim ſine cauſa tam ſalubri vigilantia canon Eccleſiaſticus conſtitutus eſt, ad quem certi Prophetarum & Apoſtolorum libri pertineant, quos omnino iudicare non audeamus & ſecundum quos de cæteris litteris, vel fidelium, vel infidelium libere iudicemus*, quæ cauſa fuit, cur hi libri canonici dicerentur: ita etiam paſſim eos nominat Auguſt. lib. 2. de doctrina Chriſti cap. 8. lib. 11. de Ciuitat. cap. 3. lib. 8. cap. 38. & lib. 9. cap. 18. Duas igitur ob cauſas ſacra ſcriptura dicitur Canon, ſeu canonica. Prima eſt, quòd regula & norma ſit, qua imperitię noſtræ gubernatur infirmitas: vt ait Aug. lib. 11. contra Fauſt. cap. 8. Secunda, quod certo in ordine, numero, vel catalogo librorum continetur, qui catalogus canon dicitur, vt præter citatos docet Innocent. Epiſt. 3. ad Exuperium, Concil Laodicenum Canone 59. Volumen ergo Canonicos libros complectens definiri ſolet ſcriptura non ſolùm quoad ſenſum, ſed abſolutè ab Spiritu ſancto dictata, & vt talis ab Eccleſia recepta. Cum hac definitione conueniunt illæ, quæ à Canon. lib. 2. de locis adducũtur. Dicitur ſcriptura, vt excludantur traditiones, quæ in ſcripto non ſunt: additur non ſolum quoad ſenſum, &c. vt reiiciantur conciliorum, & Pontificum decreta, etiã quæ fidei dogmata continent, quæ ſecundum ſenſum ea Spiritus ſancti aſſiſtentia infallibilem veritatem ſortiuntur, non tamen ad diuinæ ſcripturæ perfectionem perueniunt: vt Theodoretus ad initium pſalmorum, & Gregor. in prologo in Iob. aduertunt, quare duplex authoritas canonicam facit ſcripturam ſacram Prima authoritas Dei imperantis, & dictantis. Secunda Eccleſiæ approbantis, & proponentis illam fidelibus ad credendum: de vtraque non nihil diximus notatione 9. antecedentis commentationis, & quæ in eadem doctrina ſuperſunt difficultates ſect. ſequenti enodabo; nunc libros canonicos recenſere oportet toto ſacræ ſcripturæ volumine contentos.

Canon igitur bifariàm conſiderari, & diuidi poteſt. Primo ratione partium integrantium
4. & prout complectitur vetus & nouum teſtamentum, & eſt canon Synagogæ; ſeu veteris Eccleſiæ, vel Chriſtianæ, ac nouæ: ita Canonem diuidunt Epiphan. lib. de ponderibus, & menſuris, Hieron. in prolog. Galeato & Auguſt. lib. 17. de Ciuitat. cap. 20. & lib. 18. cap. 36. Chriſtianæ verò Eccleſiæ Canon, Eccleſiaſticus nuncupatur ab eodẽ Auguſt. contra Creſcon. Gram. lib. 2. cap. 31. & Euſeb lib 6. hiſt. cap. 25. Secundo Canon, omiſſis aliis diuiſionibus, quæ videri poſſunt apud Leonardum Marium in prolegom. ſacræ ſcript. quæſt. 6. ſect. 1. & ſeq. ex accidentaria quadam authoritatis conditione diuiditur in libros protocanonicos, & Deuterocanonicos. Nam licet omnes libri Canonici ęqualem habeant authoritatem diuinam certiſſimam, & infallibilem, quæ eſſentialis & ſubſtantialis eſt; ſecundùm ſe tamen penes conditiones extrinſecas & accidentales quoad nos aliqui libri Canonici maiorem aliquam accidentariæ authoritatis prærogatiuam ſortiuntur: videlicet ex authorum, è quibus editi ſunt præſtantia, ex materia nobiliori quam pertractant: & denique ex tempore, quo prius, aut poſterius ſcripti ſunt, vel quo tanquam diuini, & Canonici approbati, ac recepti ſunt. Vnde hoc ſecundo modo duplex canon aſſignatur à Sixto Senenſi lib 1. Biblioth. ὁ πρωτοκανών, & ὁ δευτεροκανών, id eſt canon prior, & canon poſterior: idem docet Serarius prolegom. bibliac. cap 8. quæſtiuncula 7. poſt Bellar. controu. 1. lib. 1. cap. 4 & Leonardus citatus ſect. 3. Et ſanè quod attinet ad primam diuiſionem, illam quæſtionem quot ſint libri, qui in Iudæorum Canone cenſentur, minus curo. Quæ eſt inter ſanctos Patres, varietas de hoc numero oritur ex eo quod aliqui Patres libros nonnullos aliis tanquam appendices adiungunt, ſicque duo, vel plures libri, quaſi vnus accipitur. Alii verò Patres ſingulatim in plures libros diſtinguunt, & ſic vel augetur, vel minuitur librorum numerus; omnes tamen conueniunt in Canonicis libris, qui in Iudæorum canone continentur, recenſendis, quos Patres citatos reperies apud Serarium vbi ſupra quæſt. 9.

De ſecunda diuiſione dicendum eſt in priore Canonis Chriſtiani, & Catholici ordine
recenſeri Pentateuchum qui Moyſis libros 5.
quinque complectitur, nempè Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium, item libros tres Ioſue, Iudicum, & Ruth. Deinde quatuor Regum & duos Paralipomenon. Duos præterea Eſdræ & Nehemiæ, accedit liber Iob. & pſalteriũ 150. pſalm. Prouerbia Eccleſiaſtes, Cantica, Prophetæ Maiores quatuor & duodecim minores. Ex nouo teſtamentum quatuor, Euangelia, Apoſtolorum acta, tredecim Pauli Epiſtolæ, omiſſa videlicet illa ad Hebræos data. Duæ denique epiſtolæ, vna Petri, altera Ioannis Hi omnes libri ſine vlla controuerſia ſemper in Eccleſia, & apud Catholicos diuinam habuere authoritatem: ita teſtatur Innocent 1. epiſt. 3. ad Exuperium cap. vltimo, Gelaſius 1. in decreto de libris ſacris, quod in 1. Conciliorum tom. reperitur; Concil. Laodicænum canon. 59. item Carthaginenſe 3. quamuis 5. vel 6. videatur Canone 47. vt notauit Baronius & celebratum eſt anno Domini 419. cui interſuit & ſubſcripſit Auguſt. Eumque Canonem ipſe indicat epiſtol. 235. Concil. Florent. in inſtitut. Armeniorum, tandem Tridentinum Seſſio. 4. Eumdem Canonem approbarunt communi conſenſu Patres, quos refert Bellarm. controu. 1. lib. 1. cap 4. Salmeiron prolog.

Altera canonis pars, quæ poſterior canon 6.
dicitur ex conditione quadam accidentariæ ſeu extrinſecæ authoritatis quoad nos, continet libros Heſter, & Baruch. Danielis partem, Tobiam, Iudith, Sapientiam, Eccleſiaſticum, Machabæorum primum & ſecundum, Marci, Lucæ & Ioannis partes quaſdam, Epiſtolam ad Hebręos, Iacobi Epiſt. & Petri poſteriorem, primæ Ioannis particulam, deinde totam 2. & 3. Denique Iudę Epiſtolã, & Apocalypſim. Hanc partem eiuſdem veritatis & authoritatis ſubſtantialis cũ priori recipiunt Concilia, & Patres, qui pro priori citantur præter Concilium Laodicænum, quod particulare

Digitized by Google

fuit, & in eo hæc poſterior pars Canonis magna ex parte omittitur: item aliquos à quibus tota coniunctim, vel diuiſim prætermittitur, vt refert Leonardus Marius citatus q.3. ſect.4. & ſeq. Et de his intelligitur caput ſancta Romana diſt. 15. & cap. ſi Romanotum diſt. 19. vbi laudatur Epiſtola Innocentii ſuprà citata, quæ vtramque Canonis partem comprehendit: vnam, & alteram hæretica prauitas inceſſit, eiuſque authoritati detrahere molitur, ſed incaſſum diuerſas hæreſes contra certiſſimam huius canonis veritatem refert Turian. de fide diſp. 21. dub. 1. Iarius Bellarm. citatus eaſdem refellit à cap. 5. vſque ad finem libri primi. Serarius prolog. Bibliac. cap. 7. & 8. per multas quæſtiones quibus ſuperſedeo, quia cum catholicis ago, vaniſque hæreticorum deliriis non moror: ſolùm aduerto ex hac diuiſione canonis prioris, & poſterioris aliquos hæreticos anſam atripuiſſe, vt dicerent libros prioris canonis infallibilem habere authoritatem, poſterioris verò libros fallibilem; & quod peius eſt hanc opinionem catholicis adſcribunt, vt fecit Vuttacherus lib. 1. cap. 4. controuerſ. 5. quæſt. 1. quem non puduit, etiam D. Auguſtin. à quo totius Canonis veritas, tanquam diuina recepta eſt, & in lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 8. & multis aliis in locis tradita, pro ſua hæreſi referre adhibito teſtimonio lib. 17. de Ciuitat. cap. 20. ſed dicat impoſtor egregius quibus verbis D. Aug. in hoc cap. authoritatem, & infallibilem veritatem libris ſecundæ partis Canonis denegauit: cum ibidem aſſerat quamuis libri Sapientiæ, & Eccleſiaſt. Salomonis non ſint, *eos tamen in authoritatem maximè occidentalis antiquitùs recepit Eccleſia.* In ea igitur librorum diuiſione non agit Diu. Auguſtin. de eſſentiali illorum authoritate quæ facit, vt omnes diuini atque adeò veriſſimi habeantur: ſed de accidentali, quæ ſolùm oſtendit aliquos qui æqualem certitudinem, & veritatem eſſentialiter ſecundùm ſe habeant, cum cæteris, quoad nos accidentaliter aliquando dubii viſi ſunt, vel à non tot, tamque grauibus probati ſunt authoribus. Neque aliud ſignificauit Auguſtin. in cap. 8. de doctrina Chriſt. lib. 2. in illis diuiſionibus, ac regulis quas tradidit, quam ad accidentalem horum librorum authoritatem reſpicere. Nam maior aliquorum librorum excellentia, & prærogatiua in eo ponitur, quod ab vniuerſa Eccleſia, vel à pluribus, ſeu grauioribus Eccleſiis ſine vllo dubio recepti fuerint. Quando enim de eſſentiali totius Canonis authoritate loquitur ſecũdo de doctrina Chriſt. cap. 9. ait. *In his omnibus libris timentes Deum, & pietate manſueti quærunt voluntatem Dei.* Vuittacheri ſectatores ideo horum librorum authoritati derogant, quia nec Deum timent, nec pietate manſueti in eis voluntatem Dei quærunt. Denique lib. 4. cap. 6. addit. *Authorum noſtrorum ſcripta diuinitus inſpirata canonem nobis ſaluberrima authoritate fecerunt.* Cui Canoni, vt ſupra dixi in Conſil Carthagin. ipſe ſubſcripſit, qui vtramque partem complectitur.

Alii verò libri referuntur ab Innocent. in

A Epiſtola illa ad Exuper. Gelaſio in cap. ſancta Romana diſtinct. 15. Athanaſio in Synopſi & Euſeb. lib. 5. hiſtor. cap. 25. ex quibus tantum extant Oratio Manaſſæ, Eſdræ tertius & quartus liber. Item 3. & 4. Machabæorum, pſalmus 151. appendix libri Iob. & Hermetis liber qui paſtor inſcribitur & appendix præfixa Threnis Hieremiæ in aliquibus Codicibus Latinis: verùm hi libri publico vniuerſalis Eccleſiæ iudicio nunquam, vt diuini recepti, neque approbati ſunt. Difficultates quæ hîc opponi poſſunt, præſertim circa libros in Canone numeratos ſolutas reperies apud Bellarm. Serar. Leonard & Salmer. citatis locis. Illas tamen, B quæ magis ad catholicorum controuerſiam ſpectat, & ad declarandam definitionem ſacræ ſcripturæ ſupra traditam conducunt, in ſequenti ſectione expedire neceſſe eſt.

Expediuntur dubia circa authoritatem ſacræ ſcripturæ.

SECTIO II.

IN ſacræ ſcripturæ definitione duo præcipua indicia propoſui, per quæ à cæteris diſcriminatur, & omnes excellit. Prima pertinet ad authoritatem Dei dictantis illam non modo quoad ſenſum, ſed etiam quoad verba, & hæc de ſe cauſat firmitatem veritatis in ſacra pagina ſecundùm ſe. Secunda ſpectat ad authoritatem Eccleſiæ recipientis, & approbantis eamdem ſcripturam, tamquam diuinam C vtraque authoritas adeo neceſſaria eſt, vt merito dixerit Aug. lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 37. *Titubabit fides ſi diuinarum ſcripturarum vacillet authoritas.* Quamobrem ad diuinæ ſcripturæ firmitatem. Quæ circa vtramq; authoritatem occurrere poſſunt difficultates diſſoluemus. 1 eſt verũ in ſacra pagina aliquid humano ſpiritu dictatũ, vel conſcriptũ ſit? Affirmat Eraſmus in notatione 2. ad 2. cap Matth. & in cap. 1. S. Marci. Probari poteſt hæc opinio. 1. qui author libri Machabæorũ ad finem operis, errorum veniã petit, & lib. 2. cap. 2. n. 27. ait, *Et nobis quidem ipſis, qui hoc opus breuiandi cauſa ſuſcepimus, non facilem laborem, immò verò negotium plenum* D *vigiliarum, & ſudoris aſſumpſimus.* 2. vt D. Hieronym. in cap. 7. adnotauit cum Euangeliſtæ veteris teſtamenti locum aliquẽ referunt, non eiſdem vtuntur verbis, item cum hiſtorias narrãt, diuerſi diuerſas afferunt circumſtantias, & Matth. 27. Hieremias pro Zacharia citatur, ergo ne arguantur mendacii dicendum eos humano ſpiritu, & ex obliuione aliquando fuiſſe loquutos. 3. Iidem Euangeliſtę in nonnullis rebus confirmandis, aliorum, qui teſtes fuerunt oculati, teſtimonia producunt, vt Lucę 1. ſi verò Spiritus ſanctus dictaret omnia in ſacra ſcriptura contenta ineptè aliorum teſtimonia in confirmationẽ adduceret. 4. in ſacra ſcriptura plura ſint minima, quæ nihil diuinum importare videntur: qualia ſunt quæ de Thobiæ cane, de Pera Iudith, de Pauli penula narrantur.

2. Partem negatiuam meritò tuetur Valent. lib. 8. Analyſeos cap. 5. punct. 4. ad 3. Canus de locis lib. 2. cap. 16. & 17. Serar. prolog. Bibliac. cap. 4. q. 20. Suar. de fide tract. 1. diſputat. 5. ſect. 3. numero 14. Probatur ex cap. ſi ad ſcripturas diſtinct. 19. Quæ ſententia vſque adeò vera eſt: vt blaſphemiæ coarguat Baſil homil. 10. in exam. poſt medium eum qui dixerit vel vnum verbum in ſacra ſcriptura humano more imprudenter excedens, vel otioſum reperiri. *Intoleranda* inquit, *prorſus & grauis blaſphemia fuerit, vel verbum aſſerere in ſcriptura inueniri otioſum.* Ideoque in procemio de Spiritu Sancto Theologos monet, vt ſacræ ſcripturæ ſyllabas, & minimos apices diligenter expendant, cuius moniti Chriſtum Dominum anthorem facit Alphonſus Salmer. tom. 1. prolog 9. B canone 29. iuxta illud. Matth 5. numero 18. *Iota vnum. aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant*: & Lucæ 16. num. 17. *facilius eſt cælum & terram tranſire, quam de lege vnum apicem cadere*: rationem reddit D. Hieronym. in cap. 3. ad Epheſ. in princip. *Nam ſinguli ſermones, ſyllabæ, apices & puncta in diuinis ſcripturis plena ſunt ſenſibus: propterea magis volumus in compoſitione, ſtructuraque verborum, quàm intelligentia periclitari*: idem docet Chryſoſtom. homil. 15. in Geneſ. & homil. 2. de verbis Iſai. & in pſal. 48. vt enim oſtendat in ſacra pagina nihil humanæ inuentionis reperiri, conſiderat duos verſiculos eiuſdem pſalmi. *Os meum loquitur Sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam, inclinabo in parabolam aurem meam, &c.* In quibus verbis quæſtionem mouet, cur Propheta, qui os C ad loquendum præparaſſe dixerat, loquutionem deſerat, & ad aurium applicationem tranſeat? Responderque acutè ad rem noſtrã. *Valde prudenter hoc fecit, ne quis exiſtimaret eſſe humanum, quod dicitur, & ne haberet ſuſpectam eius inuentionem.* Neque aliter locum interpretatus eſt Theod. *Vult dicere*, inquit, *ſe nihil loqui proprium. ſed diuinæ gratiæ inſtrumentum eſſe.* Eadem de cauſa quod Moyſes ſcripſit Exod. 9. numero 16. dixiſſe Deum Pharaoni, Diu. Paulus ad Roman. 9. numero 16. Scripturam Pharaoni dixiſſe affirmauit. *Dicit enim ſcriptura Pharaoni, quia in hoc ipſum excitaui te.* Nam inter ea, quæ ab ſcriptura, & à Deo dicuntur, nulla prorſus differentia intercedit. Ratione probatur, quia D ſi humana diuinis in ſacra pagina miſcerentur, multum de veritate & anthoritate ſacræ ſcripturæ detraheretur: non enim certa ab incertis facile diſcerni poſſent, & ſic omnia falſitatis ſuſpicioni eſſent obnoxia.

3. Ad primum in oppoſitum, Reſp. Spiritus ſancti aſſiſtentiam non ſemper excludere propriam ſcriptoris diligentiam, immò ſæpe illius vti induſtria, præſertim in hiſtoriis conſcribendis: nam diuerſo modo ſe habuit Deus cum Prophetis, quibus diuina myſteria reuelabat atque cum hiſtoriographis, quibus non opus erat reuelare, quæ ipſi viderant, & audierant: ſed eos excitabat, vt ſcriberent, quæ viſu, auditure didicerant, & nequid falſum dicerent eos ad vera tantum applicari ſinebat, A quæ Dei aſſiſtentia in ſcribendo laborem, meritique occaſionem non abſtulit: & ſicut ſcriptores excitauit, vt humanas res aliquas conſcriberent, humanaque verba ſuggeſſit; ita etiam vt humano more loquerentur potuit inſpirare, non tamen erroris veniam petiit authot Machabæorum circa hiſtoriæ veritatem, ſed minus politæ orationis indulgentiam deprecatur. Ad ſecundum neganda eſt conſequentia. Nam vt bene notar Theodoſ. procemio pſalmorum diuerſa Euangeliſtarum verba non magis officiunt veritati, quàm ſi eadem res diuerſis calamis ſcriberetur, quare hæc diuerſitas in modo loquendi maiorem rei ſcriptæ perſpicuitatem parit, ſicut qui multis modis ſui cordis affectum teſtatur, maius ſe manifeſtandi indicium præbet. Præterea teſtium nimia in circunſtantiis parui momenti concordia ſuſpecta reddit eorum teſtimonia, ex l. 3. teſtium fides §. ideoque, de teſtib. Vt igitur Deus ab hominum mentibus hanc ſuſpicionem amoueret, Eccleſiaſticos ſcriptores in ſenſu ſemper conſormes, in verbis aliquando diſcrepare de induſtria procurauit. Illud vero quod additur de teſtimonio Matthæi 27. Ieremiam pro Zacharia allegantis, variè ſoluitur. Etenim aliqui reſpondent primo illud teſtimonium fuiſſe in aliquo ex iis libris, qui perierunt, ſicut & illi, qui ſecundo Machabæorum referuntur: Verùm quia hoc videri poteſt mortuos teſtes appellare. Secundo alii ad quemdam Hieremiam apocriphum confugiunt, in quo D. Hierony. hoc teſtimonium ſe vidiſſe teſtatur: hæc tamen ſolutio ex eo diſplicet, quod raro admitti debeat teſtimonium ex libro apocripho deſumptum in ſacra ſcriptura, vt ait Diu. Hieronymus quamuis aliquando illud ſacri ſcriptores producant; vt fecit Paul. 2. ad Timoth. 3. Tertio, alii cum Euſebio lo. demonſtrat. cap. 4. aſſerunt hoc teſtimonium Iudæorum malitia ex Hierem. ſcriptis ſuiſſe deletum. At ſi ita eſt cur Iudæi illud in Zachar. relinqui paſſi ſunt.

Tres alias ſolutiones meo iudicio probabiliores addo. 1. eſt ex Hieronymo & Beda ad hunc locum: item Auguſt. lib. 3. de conſenſu Euangeliſt. cap. 7. illud teſtimonium Zachariæ attribui Hierem. vt ſciamus omnium Prophetarum dicta eſſe communia, quia eodem ſpiritu Dei afflati vaticinia ediderunt. 2. docet citari quidem Hieremiæ Prophetiam, non ſcriptam, ſed ex traditionibus acceptam, eo ferè modo, quo Chriſtus Dominus illud Luc. 13. de turri in Siloe citauit. 3. quam cæteris præfer. Maldonat, ait Matthæum nullius Prophetæ nomen retuliſſe, ſed ſolum dixiſſe, tunc impletum eſt quod dictum eſt per Prophetam, vt ſæpè facere conſueuit cap. 1. num. 22. cap. 2. num. 5. num 15. & num. 23. & hoc cap. num. 35. ſcriptorem verò alium, ſeu interpretem cum putaret Hieremiæ citari teſtimoniũ, illius proprium nomen addidiſſe. Hãc coniecturam confirmat, quod in Syriaca tranſlatione nomen Hieremiæ non legitur: item D. Aug. citato loco teſtatur ſuo tempore in pleriſque Codicibus nullum Prophetã nominari. Ratio verò cur interpretes nomen Hieremiæ, potius 4.

quam Zachariæ addiderit, fuit quod Hierem. in eius vaticinio cap 32. numero 9. refertur, agrum emerit, & verba Zachariæ, quæ de agro ſanguinis teſtimonium continent apud 70. qui olim præcipuè allegari conſueuerunt, adeo erant obſcura, & à veritate Hebraica diuerſa, vt vix cum iis, quæ à Mathæo afferuntur, aliquam ſimilitudinem præ ſe ferrent. Ad tertiam patet reſponſio ex ſolutione primi: iam enim diximus cum hiſtoricis ita Spiritum Sanctum concurriſſe, vt eorum induſtria, diligentiaque vteretur: ideoque ſanctus Lucas in præfatione Euangelii teſtatur, ſe omnia, quæ ad ſcriptionem Euangelii pertinebant, diligenter fuiſſe aſſequutum: quapropter nihil mirum, ſi in ordinanda ſacra hiſtoria Eccleſiaſtici ſcriptores, aliorum quoque teſtimonia produxerint: quia ad hoc ipſum ſcribendum à Deo excitabantur. Ad quartum Reſp. Etiam illa quæ videntur minima, myſteriorum eſſe pleniſſima, eamdemque certitudinem vendicant, quia ſub eadem Dei reuelatione, & motiua ratione credendi proferuntur, neque peculiaris ratio deficit, ob quam ibi referantur, quamuis illam non ſemper aſſequamur. Immò hinc maior ſacrarum litterarum dignitas arguitur: Si enim in minimis ſacræ ſcripturæ dictionibus humana ratio cæcutire videtur: In maximis multominus imbecilla noſtri ingenii acies myſteriorum ferre poterit ſplendorem.

5. Hinc colliges reſolutionem alterius difficultatis, vtrum omnia, quæ in ſacra pagina ſcripta ſunt, fuerint à Deo reuelata. Nam dupliciter accipi poteſt reuelatio, primo pro rei occultæ manifeſtatione. Secundo, pro illuſtratione, qua mens de re iam antea cognita, ita certificatur, vt omnem formidinem naturalem & moralem deponat, & adeo ſibi dictamen eſſe concipiat, & multo firmiùs illi adhæreat: ſi ergo de reuelatione priori modo ſumpta loquamur, non opus eſt, vt omnia quæ canonicus ſcriptor ſcripſerit, ipſi de nouo reuelarentur. Et ita intelligendi ſunt, qui cum Melchiore Cano lib. 2. de locis cap. 18. in princip. docent multa in ſacris litteris contineri, quæ de nouo ſcriptori Canonico reuelata non ſunt, ſed reſpectu illorum, qui illius teſtimonio fidem adhibent, reuelata cenſentur: ſi verò de reuelatione poſteriori modo ſermo ſit, vt multi cum Carthuſiano ad cap. 19. Ioann. loquuntur, dicendum eſt omnia, quæ diuina ſcriptura complectitur ſacro ſcriptori fuiſſe reuelata. Et hoc non obſcurè ſignificauit Ioannes, qui poſtquam ſe teſtem oculatum eius, quod ſcripſit profeſſus eſt, cap. vltimo numero 24. addidit, *ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius.* Item Petrus 2. cap. 1. numero 18. poſtquam ſe dixit teſtem auritum vocis è cælo allatæ, *hic eſt filius meus dilectus, &c.* ſubiunxit & *habemus firmiorem propheticum ſermonem.* Vterque enim Apoſtolus maiorem certitudinem, in iis quæ ſcribunt ex diuinæ reuelationis illuſtratione percepiſſe fatentur, quam ipſarum rerum viſu, & auditu.

6. Tertia difficultas eſt, Qua ratione Deus ſcriptori Canonico ipſa quoque verba ſuggeſſerit? Cui antequam ſatisfaciam aduerto iam notatione nona proximæ commentationis oſtenſum eſſe, etiam verba ipſa ſacrarum literarum ab Spiritu Sancto fuiſſe dictata, & ex eo confirmatur, quia Deus ſacrarum litterarum author eſt: nam vltra rationes, quas in diſputatione ſexta adducemus ad probandum Deum eſſe ſacræ ſcripturæ authorem, ita docet Concil. Florentin. & Tridentinum, vbi ſupra. At libri alicuius authori non ſententiæ modo, ſed verba etiam tribuuntur: hac tamen veritate præſuppoſita dubitari poteſt, quo modo ſingula verba ſcriptori ſacro fuerint inculcata? Et an in illorum vſu libere operarentur: ſi enim Spiritus Sanctus ſingula verba dictauit, & ad illa ſcribendi motu impulit, cui reſiſtere non poſſent ſacri ſcriptores, ſanè liberi arbitrii vſum non habuere, in diuinis litteris conſcribendis: quod ſignificare videtur Gregor. de Valent. quippe qui lib. 8. Analyſeos cap. 5. punct. 1. dixit Canonicos ſcriptores inſtar calami, cum vſurpatur manus, ſcripſiſſe. Dico tamen duobus modis potuiſſe Deum ſingula verba ſcriptoribus ſacris dictare. Primo ita excitando interiores ſpecies, & diſponendo phantaſmata, vt ea tantum verba occurrerent, quæ ſcribenda erant. Secundo excitando ſcriptorem ſacrum, vt in memoriam reuocaret hiſtoriam, vel illam denuò per reuelationem cognoſceret: illumque relinquendo, vt præhabita deliberatione in diuerſorum verborum concurſu, ea ſolum eligeret, quæ Deus voluit conſcribenda. Et vtroque modo dico ſemper ſcriptorem aliquem libertatis vſum habuiſſe: nam etiam ſi in receptione lucis, & ſpecierum, vel in determinatione & ordine phantaſmatum liber non eſſet, præſertim in priori modo excitationis diuinæ; ſemper tamen cum illuminatione ex parte intellectus, & inſpiratione ex parte voluntatis ſtare potuit ſcriptoris libertas ad ſcribendum, & merendum in ea ſcriptione: nam Deus per ſcientiam ſuam infinitam cognita, voluntatis diſpoſitione, eam inſpirationem diuinam gratiamque excitantem præbere potuit, quam ſciebat effectum infallibilem habituram. Hanc opinionem tenet Suar. de fid. tract. 1. diſp. 5. ſect 3. numero 15. Serar. prolog. bibliac. cap 4. q. 21. poſt Origen. lib. 3. de principiis cap. 2. Dices quando multa occurrunt verba ſcribenti, & ille liberè elegit illa, quæ vult, non indiget niſi concurſu vniuerſali diuino ad illam electionem; ſed quando Deus, vt Author naturæ concurrit cum cauſa ſecunda ad aliquam actionem generali concurſu, illa actio non tribuitur abſolute Deo, ſed cauſæ ſecundæ; ergo illa verborum electio, & ſcriptio nō Deo, ſed ſcriptori canonico eſt tribuenda. Reſp. hoc ſolum probare tribuendum eſſe illam actionē ſcriptori ſacro abſolutè, quatenus libera & meritoria, attamen non tollere ſpecialem Dei prouidentiam, & aſſiſtentiam, qua Deus paratus erat ad mentem, voluntatemque humanam ſcriptoris aliò diuertendam, ſi verba alia, quàm quæ ipſa præſcripſerit, &

ſpeciali excitatione repræſentauerit, ex arbitrio ſcriptor eligeret; neque verum eſt quod in argumento aſſumitur ſcriptorem ſacrum ſolo concurſu vniuerſali, qui ordinario, & naturali prouidentiæ modo detur, indigere ad illam ſcriptionem. Nam illa ſpecialis prouidentia & aſſiſtentia Dei, ne in errorem labi poſſet, qua ductrice ſcribebat, vniuerſalem Dei concurſum excellit.

7. De altera authoritate Eccleſiæ, nimirum recipientis, & approbantis ſacram ſcripturam, alia dubia occurrunt. Primum, quia non videtur præciſe neceſſaria: quando enim aliquis ſufficientia habuerit motiua, quæ citra temeritatis notam, indicent aliquam eſſe ſcripturam canonicam, etiamſi nulla ſit Eccleſiæ approbatio, tenetur illam recipere, & ſi renuat, in hæreſim incurret: Confirmatur primo, quia, vt liber Canonicus dicatur, ſufficit ſancti Hieronymi authoritas. Nam Gelaſius Papa in cap. ſancta Romana diſt. 15. ait in certa controuerſia de arbitrii libertate ſe cum ſancto Hieronymo conſentire. Confirmatur 2. teſtimonium Eccleſiæ approbatio eſt hominum: ſed ſcriptura teſtimonium diuinum dicitur: ergo hoc illius approbatione non indiget. Nam Ioannis 5. numero 34. ait, *Ego autem non ab homine teſtimonium accipio.* Perſiſtendum tamen in tradita doctrina, quæ Catholica eſt: quam Concil. Toletan. 1. confirmat in aſſertione fidei, Leonis Pontificis authoritate firmata. *Si quis dixerit, vel crediderit alias ſcripturas, præter quas Eccleſia Catholica recipit, in authoritate habendas, vel eſſe venerandas, anathema ſit.* Quod exemplo Pauli amplius corroboratur, qui vt notat Auguſtin. lib. 28. contra Fauſt. cap. 4. Diu. Hieronym. Epiſtol. ad Auguſtin. 11. inter Epiſtol. Diu. Auguſtin. Tertullian. lib. 4. contra Marcion. poſtquam à Chriſto Euangelii reuelationem accepit Hieroſolymam iubente Domino profectus eſt, vt à Petro, ac reliquis Eccleſiæ proceribus confirmationem Euangelii, quod prædicabat, acciperet, & illius Euangelium, tanquam res ſacra, & cæterorum Apoſtolorum doctrinæ maximè conformis à cunctis fidelibus reciperetur: ita enim ipſe ait ad Galat. 2. numero 2. *aſcendi autem ſecundum reuelationem & contuli cum illis Euangelium quod prædico in gentibus.* Ad argumentum in oppoſitum, Reſpondeo, eum qui ſufficientia motiua habuerit, vt librum tanquam canonicum recipiat, poſſe quidem, & debere, illum priuatim quaſi ſcripturam ſacram admittere, ſi nullum ſit Eccleſiæ decretum, quod illius exiſtimationi aduerſetur. Numquam tamen poſſe librum illum ante Eccleſiæ approbationem, tamquam Canonicum in publicis actibus allegari, ne impoſita cenſura à Toletano, item à Tridentino incurratur. Ad primam confirmationem. Iam notatione 9. ſuperioris commentar. oſtendimus nullius ſancti authoritatem ſufficere, ad aliquid tamquam de fide recipiendum. Et ſpeciatim de Diuo Hieronymo docet Caſtro lib. 11.

A 1. de iuſta hæretic. punit. cap. 9. cum aliquali errore deceptum fuiſſe in ſuis elucubrationibus in ſacram ſcripturam: Nam verba Matthei 9. *Venit in Ciuitatem ſuam* de Nazareth interpretatur, cùm ex Marci ſecundo conſtet Capharnaum intelligi, vnde illius opiniones non numquam viri docti reiiciunt. Iam verò Gelaſius cum ſe Hieronymi opinionem ſequi affirmat, nihil aliud ſignificat quàm Hieronymi cenſuram de Ruffino aliiſque ſcriptoribus Eccleſiaſticis, ita obſeruandam, vt ſi quid Hieronymus notauerit, illud ſit cautè legendum, & maximè exponendum, ne qua parte fidei dogmata offendat, non tamen ſtatim hæreticum cenſendum; niſi vt tale ab Eccleſia expreſſè B fuerit reiectum: ita locum declarat Couar. lib. 4. variar. reſolut. cap. 16. numero 10. Ad ſecundam confirmationem, Reſp. authoritatem Eccleſiæ ab aſſiſtentia Dei in ſcripturis declarandis, rebuſque ad fidem ſpectantibus decidendis diuinam eſſe: neque eſſe incommodum, quod vna fidei regula, qualis eſt ſacra ſcriptura in ſe diuina & infallibilis, per aliam nimirum Eccleſiæ authoritatem, innoteſcat, cùm ſimili modo naturalia principia per ſe ad inuicem demonſtrentur: vt præſtantiores logici atteſtantur. Ad illud Ioannis 5. Reſp. cum Maldonato ibi poſt Leontium, & Teoph. item Barrad. concord. tom 2. lib ſecundo cap 7. Chriſtum Dominum ſignificaſſe ſe teſtimonio hominis non indigere, vt ſe Dei filium oſtenderet: cum miracula, & prodigioſa opeC ra, quæ facere potuiſſet, illum ſatis manifeſtarent; ſed ad Iudæorum vtilitatem, & ſalutem vſum fuiſſe Ioannis teſtimonio, quem ipſimet teſtem, ac iudicem diuinitatis Meſſiæ feciſſent: ſimili modo, quamuis infallibilis ſacræ ſcripturæ veritas ſecundùm ſe aliis modis poſſet à Deo declarari, voluit tamen, vt nobis hæc veritas innoteſceret per Eccleſiæ authoritatem interpoſitam, quia hic erat ſatis conſentaneus Eccleſiaſtico regimini, & poteſtati relictæ in Chriſti Vicario.

Secundum dubium eſt, quouſque ſe extendat hæc Eccleſiæ authoritas hac in re, an librum efficere poſſit Canonicum, qui talis non eſſet? Reſp. cum Auguſtin. lib. ſecundo de doctrina Chriſtiana lib. 8. Ireneo lib. 3. aduerD ſus hereſes cap. 3. & 4. libros canonicos de ſe habere quod tales ſint, & infallibilem contineant veritatem; at quoad nos canonici fiunt interpoſita Eccleſiæ authoritate; quod aliqui dicunt libros effici ab Eccleſia canonicos formaliter, non materialiter: ita Canus lib 2. de locis cap. 7. & Couar. lib 4. variat. reſolut. cap. 14. aliter loquitur Serarius prolog bibliac. cap. 8. quæſt. 10. ait enim librum canonicum in actu primo fieri eo ipſo tempore, quo à Deo dictatur. In actu 2. quando vt talis ab Eccleſia recipitur. Ideo enim Canon qui hos ſacros libros continet, Eccleſiaſticus dicitur ab Aug. lib 2. contra Creſcen. Gram. cap. 31. & Euſebio lib. 6. cap. 25. Abſolutè tamen ſine ſcrupulo dici poſſet libros Sacræ ſcripturæ Canonicos effici ab Eccleſia, quia illa fecit canonem ſacrorum librorum, 8.

illumque nobis tradidit, vt tamquam diuinus
in veuetatione eſſet, neque ſuam vmquam
amittere poſſe authoritatem; ſi quidem ipſa
in ea definitione errare nequiuit; ſi tamen
contingeret librum ſacrum inſertis erroribus
eſſe corruptum, ita vt partes canonicæ à
ſuppoſititiis diſcerni non poſſent: poſſet Ec-
cleſia quoad nos totius libri authoritatem
leuare; vt errandi occaſionem adimeret, nos
verò illum librum diuinæ ſemper authorita-
tis futurum dicimos, qui incorruptus conſer-
uabitur.

9. Tertium dubium eſt, vtrum tantam ho-
die Eccleſia in diſcernendis ſcripturis au-
thoritatem habeat, quantam olim? Reſp.
affirmatiuè cum Ireneo vbi ſuprà Auguſt.
lib. contra Iouinian. cap. 6. Vualdenſ. lib.
2. doctrin. fid. cap. 19. Nam etſi Eccleſia
primitiua nouam condendi ſcripturam ſa-
cram, habuerit poteſtatem, impellente di-
uino ſpiritu; vt ea, quæ poſteris eſſent ne-
ceſſario vſui futura, ſcriptis traderentur, ta-
men ſi de præciſo definitionis iure loquamur,
quo vel antiquiora oracula, vel prodeuntes
denuo ſcripturas publica authoritate recipie-
bat, nullum aſſignabitur diſcrimen vno at-
que altero tempore, vt bene aduertunt Ca-
nus lib. 2. de locis cap. 7. & Died. lib. 1.
dogmat. Dices; Eccleſia nequit modo librum
tamquam canonicum declarare, niſi ad tra-
ditiones doctorumque teſtimonia recurrat.
At Diuus Petrus, cæterique Apoſtoli ſpe-
ciali reuelatione certificabantur, quod liber
aliquis Spiritu Sancto dictante fuerit con-
ſcriptus: ergo cum traditio, & communis
conſenſio doctorum naturaliter ſint defecti-
biles, quia teſtimonia ſunt humana firmiori
fundamento antiqua Eccleſia, quàm præſens
in diſcernendis ſacris ſcripturis niti videbitur.
Neganda tamen eſt conſequentia: nam certi-
tudo definitionis, ac declarationis ab Eccleſia
datæ, qua talis eſt, non ſumitur ea motiuis,
quibus ſummus Pontifex & Eccleſia tam-
quam manoductione vtitur ad aliquid de fi-
de declarandum; ſed ex infallibili Sancti Spi-
ritus aſſiſtentia, quæ Eccleſiam errare non
ſinit: quamobrem licet olim Eccleſia primi-
tiua, media habere potuerit certiora, defini-
tiones tamen, & declarationes æque certo
Spiritus Sancti ductu ferebantur.

10. Hinc colliges etiam nunc poſſe Eccleſiam
librum aliquem, vt Canonicum declarare, de
quo in veteri Eccleſia extitit controuerſia,
& adhuc ab vniuerſali Eccleſia receptus
non ſit. Probatur, quia aliqui ſunt libri, &
aliorum partes de quibus dubitatum ali-
quando fuit in Eccleſia, vt ſuperiori ſectio-
ne aduertimus: & latius videri poſſunt
apud Bellarm. lib. 1. de verbo Dei per mul-
ta capita, & Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 1. per
varias quæſtiones ſpeciatim 5. & 6. & ta-
men hos integros cum omnibus ſuis parti-
bus, prout in Eccleſia Catholica legi con-
ſueuerunt, & in vetere vulgata editione
habentur pro ſacris habendos Tridentinum
Seſſ. 4. definit, adiacta anathematis pœna:
ergo Eccleſia etiam nunc de nouo poteſt li-
brum, vt Canonicum declarare, vel illius

A partem. In quo non poſſum non mirari
Sixtum Senenſem lib. 1. de ſcript. apocri-
phis, & lib. 8. hæreſi 11. aſſerere ſeptem
vltima capita Eſther eſſe apocripha, & cum
ſibi obiiciat Concilium Tridentinum quod
iubet recipere integros libros cum ſuis par-
tibus, prout in Eccleſia Catholica legi con-
ſueuerunt, & in vulgata habentur, reſpon-
det intelligendum eſſe Concilium de veris
partibus, quæ ad librorum integritatem
ſpectant, non autem de laceris quibuſdam
appendicibus, & additamentis ab incerto
authore temerè adiunctis. At in maiorem
temeritatem credo incidere, qui ſciens il-
lam partem Eſther haberi in vetere vulga-
B ta editione, & in Eccleſia legi, vt notat
Bellarmin. de verbo Dei lib. 1. cap. 7. §.
Denique Tridentinum, aſſerit inter apocri-
pha eſſe numerandam. Neque quod de hac
re Hugo Lyranus Dyniſ. Cayet. tradiderunt
Sixtum Senenſem ſatis defendit, cum hi ante
Tridentinum ſcripſerint, vt aduertit Azor.
tom. 1. lib. 8. cap. 1. quæſt. 8.

Oppones: Eccleſia non niſi conſideratis 11.
Patrum ſententiis, & antiquis traditionibus
ſacros libros canonicos eſſe decernit: ſed
nec Patrum ſententiæ mutantur, neque tra-
ditiones certiores hoc tempore eſſe poſſunt,
quàm antea tempore primitiuæ Eccleſiæ
magis propinquo: ergo impoſſibile eſt, vt
Eccleſia poſſit prudenter agens de nouo li-
brum declarare, tamquam canonicum, huc
vſque non receptum; neganda tamen eſt
conſequentia: Nam in primis negari non
poteſt ſanctam Eccleſiam ſucceſſu temporis
C in rerum diuinarum ſapientia creuiſſe, ac-
quiſita fidei interuentu, & ſuccedentium
doctorum induſtria Dei gratia, & Spiritus
Sancti illuſtratione adiuta: vt docet Suar.
de fide tract. 1. diſput. 2. Sect. 6. numero 14.
Et quamuis traditiones, quibus nunc Eccle-
ſia vtitur, maiorem ſecundum ſe certitudi-
nem non habeant, quam antea; contingere
poteſt, vt diligentia Doctorum, qui præceſ-
ſerunt, adiuncta illi quam alii de nouo ad-
hibent, aliquæ traditiones quoad nos certio-
res appareant, & quicquid in eis dubitatio-
nis erat, noua Spiritus Sancti colluſtratione
diſſipatur. Confirmatur; nam Eccleſia, vel
D immediatè librum ab eius authore accipit, vel
ab alio: ſi ab authore, aut exploratiſſima eſt
illius authoris inſpiratio diuina, & nullo exa-
mine alio opus eſt, vt ab Eccleſia tamquam
Canonicus declaretur, vel non eſt ita manife-
ſta: ſi non eſt ita manifeſta authoris inſpira-
tio, à quo librum Eccleſia accepit: & ab alio
librum accipit, non immediatè à ſacro ſcri-
ptore, tunc examen pro ratione dubii hoc
negotium requirit: hoc verò examen ali-
quando citius, vel tardius fieri poteſt, &
teſtimonia hinc, & inde corriuantur; vnde
prouenire poterit, vt duo libri, qui ſecun-
dum ſe canonici ſint, materialiter, & in actu
primo; quoad nos, ſeu in actu ſecundo
ita ſe habeant vt de vno prius quam de alio
ſuam declarationis authoritatem Eccleſia in-
terponat, quod bene conſiderauit Serarius
prolog. bibliac. cap. 8. quæſtiuncula. 6.

12. 4. & vltimum dubium eſt an authoritas Eccleſiæ maior, ſeu minor ſit in declarandis, ſeu recipiendis libris canonicis, quam illa, qua ſcriptura ſacra res ad finem pertinentes tradit. Reſp. eſſentialiter nec maiorem nec minorem eſſe poſſe; ſed æqualem, vel potius eamdem. Nam certitudo tam infallibilis eſt in declaratinne Eccleſiæ, quàm in narratione ſacræ ſcripturæ, quare ſi ab hac certitudine deſumatur, authoritas æqualis eſt: ſi verò à ratione motiua & finali propter quam infallibilis eſt, hæc certitudo eadem eſt, nempe diuina veritas, ſeu authoritas Dei, vel ſcripturam immediate dictantis, vel aſſiſtentis Eccleſiæ declarationi. Notandum tamen eſt hac in re diſcrimen, quo ſe habent quaſi excedens, & exceſſum ad inuicem: quia ſi ſecundum conditionem quamdam accidentariam hæc authoritas, prout eſt in ſacra ſcriptura & in declaratione Eccleſiæ conſideretur, ſecundum ſe maior eſt in ſacra ſcriptura quoad nos, maior in Eccleſia: hanc diſtinctionem indicant Caiet. de authoritate Pontiſ. cap. 4. verſùs finem, Dried. de dogmat. variis tom. 2. lib. 4. cap. 4. Cano. de locis lib. 2. cap. 8. probatur. Nam quæ in ſacra ſcriptura continentur, ſunt à Deo immediate reuelata & ab eius ore immediate procedere æſtimantur iuxta Auguſt. lib. 18. de Ciuit. Dei ca. 4. ad finem. At declaratio Eccleſiæ licet largo loquendi modo & minus proprie dici poſſit loquutio Dei, tamen propriè loquendo & in rigore non eſt verbum Dei, neque Deus per Eccleſiam nobis de nouo myſteria reuelat, ſed in reuelatis olim nunc explicandis & proponendis illi aſſiſtit, vt docet Valent. tom. 3. diſp. 1. quęſt. 1. punct. 6. Suar. de fide diſputat. 2. ſect. 2. num 15. & 16. Conin. de moralitate & nat. actuum ſuper diſp. 9. dub. 5. num. 6. poſt. D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. artic. 7. & 10. ad 2. Vincent. Lyrin. Irenæum Hieronym. & alios quos refert Suar. citatus: ergo ſecundum ſe dignius eſt teſtimonium ſacræ ſcripturæ & maioris authoritatis accidentalis, quàm teſtimonium Eccleſię. Econtra vero quoad nos præcedit authoritas Eccleſiæ & ſecundum aliam rationem accidentalem dignior eſt; nam antiquior eſt quam ſcriptura: prior enim fuit Eccleſia quam canonica ſcriptura, ac proinde authoritas ſcripturæ innotuit per Eccleſiæ authoritatem & ſine hac illa authoritatem non habet vnde Auguſtin. contra Epiſtol. fundamenti capite 5. ait. *Ego vero Euangelio non crederem, niſi me catholicæ Eccleſiæ commoueret authoritas.* quę cauſa fuit cur Deus in ambiguis, & difficilioribus dubiis Deut. 17. num. 9. ad ſacerdotum iudicium recurrendum pręceperit.

Obiicies Chriſtus Dominus ſuam legationem ſcripturæ non Eccleſiæ authoritate con-
13. firmauit. Ioann. 5. num. 38. *ſcrutamini ſcripturas &c.* & Saducæis dixit Marci 12. nu. 34. eorum errorem ab ignorantia ſcripturarum prouenire. *Non ne ideo erratis non ſcientes ſcripturas?* Denique Ioannes Baptiſta Iſaiæ teſtimonium tetulit vt ſe à Deo miſſum confirmaret Ioann. 1. num. 23. ergo maior etiam

A quoad nos eſt authoritas ſcripturæ, quam Eccleſiæ. Reſp. negando illationem: ratio eſt quia Chriſtus dominus & Ioannes Baptiſta agebant cum ipſis principibus, penes quos in exiſtimatione communi erat authoritas publica & qui primores in Synagoga credebantur, qui non niſi iuxra Prophetarum vaticinia ſuam de Chriſti & Ioannis legationibus ſententiam dicere deberent. Deinde qui teſtimonium ex ſacra pagina profert ad aliquid confirmandum, ad Eccleſiæ authoritatem etiam recurrere cenſetur, quandò non niſi ex libris ab eadem Eccleſia approbatis teſtimonium profertur, vt tam Chriſtus Dominus, quam Ioannes Baptiſta effecerunt.

B

Quæ tranſlatio in ſacris litteris ſit canonica.

SECTIO III.

CVm ſacra ſcripaura diuerſis linguarum, & tranſlationum editionibus in lucem prodierit, neceſſe eſt explicare, in qua lingua, quave editione authoritatem ſuam retinet, itavt etiam verba diuina ſint exiſti- 1.
manda: nam quamuis conſtet illam editionem infaillibilem continere authoritatem, quæ in eodem idiomate, & omnino conformis ſit illi, quam ſcriptor Canonicus effecerit: cum non ſatis conſtet an hæc conſerue-
C tur incorrupta in hac, vel illa lingua ſeu editione: hoc diſtinctius oportet explicari. Verum antequam variis aſſertionibus hoc expediam, tria aduertenda ſunt. Primum ſacram ſcripturam vel ex parte, vel in totum Hębræo, Chaldæo, Syriaco, Græco & latino idiomate circumferri præter linguas vulgares, ad quas in particulari deſcendere non eſt opus: illas enim in publico & communi vſu Eccleſiæ legi, aut Cani Tridentinum Seſſ. 22. cap. 8. & can. 9. interdixit, de qua re vide Bellarm lib. 2. de verbo Dei cap. 15. poſt Hoſium & noſtrum Ledeſmam, Chaldeæ vero linguæ vocabulo intelligitur illa, quæ Babylonijs propria fuit & quam Iudæi Babylone captiui didicerunt & poſtea in vſum receperunt; ſicut etiam Syriacam. Nam poſt captiuitatem Babylonicam in Syriam reduces Hebræi multa cum Syris com-
D munia vocabula habere cæperunt, quouſque illam linguam tamquam vernaculam vſurparunt. Vnde Chriſtus Dominus Apoſtoli primique fideles in Paleſtina Syriacè loquebantur.

2. in lingua pure Hebraica prout à Chal- 2.
daica, & Syriaca diſcriminatur, ſcripti ſunt primitus libri Moyſes quinque Ioſue & reliqui omnes veteris teſtamenti, qui continentur in canone præter libros Tobię, Iudith, partem Eſdræ & Danielis, Item fortaſſe Eccleſiaſticum & Primum Machabæorum; nam Eccleſiaſticum ſcriptum eſſe in Hebręorum lingua conſtat ex illius prologo, an verò pure Hebræa eſſet lingua, vel Syriaca dubitatur de primo libro Machabæorum.

Idem teſtatur Hieron. de 2. Origenes Chaldaico Idiomate ſcripti ſunt libri Tobiæ, Iudith. pars Eſdræ, & Danielis, teſte Leonardo Maria prolog in ſacram. ſcript. quæſt. 5. ſect 5. & 8. poſt Hieronymum & alios Patres. Græca lingua totum teſtamentum nouum primò conſcriptum fuit, exceptis Euangelio Matthæi & Epiſtola ad Hebræos, quæ Syriace ſcripta ſunt: de Euangelio Matthæi late diſputauit Bellarm. lib. 2. de verbo Dei cap. 4. latius Salmeiron. prologom. 35. Albertus Viudmundſtadins, qui in Europa primum teſtamentum Syriacum imprimi curauit & Guido Frabricius cuius eſt interpretatio Latina in bibliis regiis. In eadem lingua Græca cenſetur ſecundum ſatis probabilem ſententiam ſcriptus liber ſecundus Machabæorum: addunt alii Salomonis ſapientiam ſed multo certius eſt Hebraice primum ſcriptam fuiſſe à Salomone & poſtea Græcum interpretem Grandiloquo Græco Stylo eam tranſtuliſſe, vt idem Leonardus confirmat ſect. 6 Latino ſermone nullum ex canone librum primaria editione elucubratum pro certo habemus: aliqui exiſtimant Euangelium ſancti Marci, & Epiſtolam Pauli ad Romanos Latine ſcriptam, eo quod Latinis miſſa ſunt: non eſt tamen efficax argumentum: nam cum linguæ Græcæ vſus apud Romanos tunc maxime vigeret, etiam Græcè poterant conſcribi.

3. 3. prænotandum vetus teſtamentum ex lingua Hebræa in Chaldæam paraphaſtice fuiſſe tranſlatum, quam paraphraſim Hebræi Targum dixere, illamque apud Hebræos in magna ſemper fuiſſe authoritate certum eſt, ideoque ad illos conuincendos magis vtilis eſt, quam ad confirmanda Chriſtianæ fidei dogmata. Nam Cardinalis Franciſcus Ximenius in præfatione Compluteuſium Bibliorum aſſerit Chaldaicas paraphraſes præter illam, quæ eſt ſuper Pentateuchum, fabulis eſſe plenas; idem docet Bellarmin. citatus cap. 3. & addit etiam in illa, quæ eſt in Pentateuchum aliquos errores reperiri, ſed pauciores & leuiores, quorum exempla ſubiungit. Cæterum tranſlationes Græcæ de veteri teſtamento nouem numerat Bellarm. cap. 5. eiuſdem libri 2. & Turrianus de fide diſp. 21. dubio 4. præter illam cuius meminit Clemens Alex. lib. 1. Stromatum, quæ incerto Authore prodiit: ex qua Plato, cæterique Philoſophi non pauca hauſerunt ex nouem numeratis. Prima eſt ſeptuaginta interpretum Ptolomæi. Philadelphi iuſſu edita. Secunda eſt Aquilæ Pontici, quam anno Chriſti centeſimo & vigeſimo editam docet Turrianus & anno duodecimo Adriani Imperatoris Bellarmin. Verum Baron. tom. 2. anno decimo octauo Adriani & centeſimo & vigeſimo ſeptimo poſt Chriſtum factam teſtatur; ego inter tam graues Authores litem diiudicare non audeo, cum non videam argumentum, quod pro aliqua ex his tribus ſententiis conuincat. Baronio potius hac in re ſubſcriberem 3. tranſlationem commodo Imperatore fecit Theodocion. 4. Symmachus anno nouo Adriani Imperatoris, vt Bellarmin. & Turrian. citati, Baronius tom. 2. & Bzouius tom. 1. aſſeuerant 5. & 6. editio ſine nomine Authoris proferuntur Vtraque in doliis incluſa inuenta eſt, illa apud vrbem Hierico. hæc apud Nicopolim, teſte Epiphanio in lib. de menſuris & ponderibus. 7. fuit Origenis, in qua tranſlationem ſeptuaginta ita emendauit multis ex Theodocione admixtis, vt nouam feciſſe videatur. præter hanc propriam verſionem, præcedentes coniunxit, vt docet idem Epiphan. citato loco & hæreſ. 63 Item Euſeb. lib. 6. hiſtor. cap. 13. & quia ſingulas paginas in ſex columnas diuiſit & in prima textum Hebræum literis Hebræis; in ſecunda eumdem textum literis Græcis: in 3. Interpretationem Aquilæ: in 4. Symmachi: in 5. ſeptuaginta: in 6 Theodotionis editionem collocauit; vocata ſunt hæc volumina Hexapla à ſex columnis, Tetrapla à quatuor tranſlationibus. Denique quia addidit quintam & ſextam interpretationem ſine Authoris nomine prolatas, dicta ſunt Octapla Octaua editio eſt ſancti Luciani preſbyteri & martyris, quam ſub Conſtantino Imperatore Nicomediæ repertam refert Athanaſius & poſt illum Bellarm. & Turrian. meminitque Baron. tom 3. anno 6. Conſtantini poſt Hieronymum Epiſt. 107. & Apolog. aduerſus Ruffinum. Nonam ſcripſit Heſichius, atque ad Ægypti Ecclecleſias miſit, vt D. Hieronym. in præfatione ad Paralipom. atteſtatur: quæ præfatio eſt illa Epiſtol. 107. ad Cromatium ſupra citata, his adde tranſlationes latinas, quas innumerabiles fuiſſe docet Hieronym. in præfat. ad Ioſue & Auguſt. lib. 2. de doctr. Chriſtiana cap. 11. inter quas vna erat communior, quę vulgata dicebatur: præter hanc D Hieronym. vetus teſtamentum, duplici verſione Latina tranſtulit 1. ex 70. Græco idiomate. 2. ex Hebręo: nouum verò de Græco in Latinum non tranſtulit, ſed aliquot erroribus perpurgatis Græcæ fidei reddit. vt ipſe ait lib. de viris illuſtr. ad finem quibus animaduerſis de his omnibus tranſlationibus ferendum eſt iudicium an incorruptæ perſeuerent & quam habeant authoritatem.

Prima aſſertio: Hebraica ſcriptura, quæ nunc extat, quamuis non omnino incorrupta eſſe cenſeatur, ſed aliquos leues errores contraxerit partim ex iniuria Amanuenſium & librariorum, partim ex Iudæorum malitia poſt D Hieronymi tempus non tantæ conſiderationis ſunt, vt in iis, quæ ad fidem & bonos mores pertinent, ſcripturæ ſacræ integritas deſideretur. Ita ſentit Bellarmin. lib. 2 de verbo Dei cap. 2. per totum eum Dried. lib. 2. de Eccleſiaſt. dogmat. cap. 1. & aliis. Item Serar prolog. bibliac. cap. 14. quæſt. 12. per totam, Turrian. de fide diſp. 21. dub. 3. Leonard. Marius prolog ſacr. ſcript. quæſt. 5. ſect 5. numero 24. Salmeiron prologom 4. probatur prima exemplaria tranſcriptionibus corrumpi, præſertim in Hebræis litteris, in quibus ſimilitudo aliquarum inter ſe maiorem præbet errandi occaſionem. 2. in additione punctorum facile decipi potuerunt Rabini; cum enim dictiones He- 4.

bræç ſine punctis variè legi poſſint & diuerſos A ſonos, ac ſignificatus habere, pronum erat in aliquibus aberrare: neque ſolum ex oſcitantia, ſed etiam ex malitia: poſt D. Hieronymi tempus, dico, nam neque ante aduentum Chriſti Domini, neque poſt vſque ad tempus D. Hieronym. aliquid corruptum in Hebræo textu fuiſſe citati Authores docent poſt D. Hieronym. Auguſtin. Origen. & alios relatos à Turriano & Serario: ratio eſt quia ante Chriſti aduentum nulla cauſa erat, cur Iudæi purum veritatis Hebrææ fontem turbarent & Chriſtus Dominus cum citaret vetus teſtamentum ſæpiſſimè, nullam huius corruptelæ mentionem fecit. Immò Iudæos ad hunc textum illæſæ veritatis remiſit: neque inter cætera minora vitia, de B quibus eos coarguit, hoc illis vnquam exprobrauit, propter traditiones ſuas Dei mandatum tranſgredi, non vero male tranſcribi. Matth. 15. ipſis obiicit. Poſt Chriſtum & ante D. Hieronymum idem dicendum eſt 1. quia Phylo de egreſſu filiorum Iſrael, & Euſeb. lib. 8. præpar. cap. 2. obſeruarunt vetus teſtamentum in ſumma ſemper veneratione habitum à Iudæis. & rem maxime piaculatem credidiſſe apices, vel puncta in eo immutare. 2. quia vt notauit Hieronym. & Orig. in cap. 6. Eſaiæ ſi Iudæi aliqua delerent in odium Chriſtianæ religionis, ſane eſſent illa vaticinia de Chriſto Domino, præſertim quæ citantur in nouo teſtamento: atqui hæc omnia fere reperiuntur in Moyſe & Prophetis. 3. vt aduertit Auguſtin. lib. 5. de Ciuitat. Dei cap. 11. iam eo tempore noſtri habebant codices Hebræos: ergo credibile non eſt Iudæos ſuis codicibus eripere veritatem voluiſſe, vt noſtris adimerent authoritatem. At poſt D. Hieronymum creſcentis Chriſtianæ religionis inuidia & odio in Iudæis, veriſimile eſt eorum Rabinos in omnibus, quæ poſſent etiam cum aliquo ſuo detrimento Chriſtianis nocere curaturos in corrumpenda, & in alienos ſcilicet ſenſus diſtrahenda ſacra ſcriptura: cuius rei exempla refert Serarius vbi ſupra, propoſit. 6. & alii recentiores citati.

2. pars aſſertionis probatur: quia errores,
5 qui ex variarum lectionum diſcrepantia obrepſerunt ſenſum ſacri textus parum, aut nihil mutant: ij vero, qui ex additione punctorum naſcuntur, nihil officiunt veritati: puncta enim extrinſecus adiuncta radicales D litteras in ſuo vigore, quoad ſonum, & ſignificatum reliquere; quare ablatis punctis aliter textum legere nobis licet; etſi veram in omnibus lectionem diſcernere difficile ſit. Quamobrem phyſicè ſeu mathematicè loquendo non eſt veriſimile textum Hebræum eſſe omnino integrum; neque enim neceſſarium hoc fuit, vt ex peculiari diuinæ prouidentiæ miraculo factum eſſe exiſtimetur: ſatis enim eſt quod moraliter loquendo eam perfectionem & integritatem hic textus conſeruaret, quæ ad fidei dogmata & bonos mores informandos poſceretur. Vnde colliges non ſimpliciter tamquam ad amuſſim reliquos textus ad Hebræum eſſe reuocandos.

A Nam quamuis ille integer & incorruptus fidei habeat authoritatem, quia tamen vt talis non declaratur ab Eccleſia, ideo illum quaſi fidei regulam in præſenti tranſlatione non ſequimur. Obiectiones quæ contra hanc doctrinam opponi poſſent per interpretes ſacræ ſcripturæ, ſuis locis diſſoluuntur, omnes enim ex ea deſumuntur & in illis immorari non expedit. 6

2. aſſertio: Chaldaica editio prima, in qua libri Tobiæ, Iudith, ſecundus Eſdræ & aliqua capita Danielis ſcripta ſunt, eo modo, quo de Hebræa diximus moraliter, quantum ad fidem & bonos mores neceſſe eſt, incorrupta cenſetur, Paraphraſis verò quæ B vulgo Targum vocatur (quia apud Hebræos Targum idem erat, atque interpretatio, ſeu paraphraſis) in Pentateuchum purior eſt, quam ad reliquos libros: neque tamen ibi omnino incorruptus æſtimatur, quare diuinam non habet authoritatem, reliquæ paraphraſes erroribus ſcatent & fabulis: aliquam tamen contra Iudæos vtilitatem & authoritatem ſortiuntur. Primam partem in eo mihi perſuadeo, quia nullam video ſufficientem rationem, cur hi libri in eadem verſione hucuſque conſeruati, in qua 1. ſcripti ſunt, ſuam authoritatem non ſeruent: nulla enim cauſa aſſignari poteſt, cur ab Hebræis corumperentur, ſaltem quæ conuincat & huius verſionis authoritatem leuet, fatemur tamen phyſicè & mathematicè integram verſionem conſeruari vix poſſe. 2. & 3. partem aſſertionis tenent Cardinalis C Ximenius in præfatione Complutenſium Bibliorum & Bellarmin. lib. de verbo Dei cap. 3. Ser. prolog. Bibliac. cap. 14. quæſt. 9. Turrian. de fide diſput. 21. dub. 3. probatur 2. pars quia Chaldaica paraphraſis, ſeu interpretatio facta eſt à Rabbinis, qui ſæpe ſacras ſcripturas ad ineptos ſenſus diſtorquent: & quamuis in Pentateucho minores ac pauciores huius paraphraſis notentur errores (quos apud Authores citatos reperies) tamen in reliquis ſacræ paginæ libris grauiſſima mendacia, fabulæ, nugæ, aliaque Thalmudiſtarum deliria crebertime referuntur, vt experimento diſcere poterit, qui hanc paraphraſim in Threnos Cantica, Iob Pſalmos & Prophetas perlegerit. Ibi enim occurrent duo Meſſiæ. 3. templum, liberatio à captiuitate Titi, & Veſpaſiani: Minæ aduerſus Chri- D ſtianos & Mahometanos quos per Eſaü & Iſmael ſignificant, aliaque ſexcenta huius generis commenta, quæ tertiam concluſionis partem confirmant; nullam ſcilicet apud Catholicos, veræque fidei ſectatores illam paraphraſim habere fidem, licet aliquem contra eoſdem Iudæos vſum habere poſſit.

3. aſſertio: in tranſlatione Syriaca librorum qui extant maioris authoritatis, ſunt 7 Euangelium Matthæi & Epiſtola ad Hebræos; de reliquis maxime dubitari poteſt. Probatur 1. pars: nam omnes Patres communi conſenſu Euangelium Matthæi Hebræo idiomate fuiſſe primitus ſcriptum affirmant: ita Papias Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus, vt refert Euſeb. lib. 3. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. vl-

tim. Orig. Athanaſ, Irenæus, Epiphan. Hieronym. Doroth. Auguſt. Chryſoſtom. Euthym. Theophil. & alij quos ſequuntur Bellarm. lib. 2. de verbo Dei cap. 4. Salmeir. prolog 35. in princip. ſimiliter de Epiſtola ad Hebræos iam ſuprà diximus Hebraicè fuiſſe conſcriptam, ideſt in ea lingua, qua Hebræi eo tempore vtebantur, quod Iuſtinianus cap. 3. in proloquiis ad Epiſtol. ad Hebræos confirmat ex Clem. Alex. Euſeb. Nicephoro & Origen. Quod vero Hebraicæ linguę vocabulo hi Patres intellexerint Syriacam, qua Hebræi vtebantur, quando Matthæus Euangelium & Paulus Epiſtolam ad Hebræos ſcripſerunt, late probat idem Salmeiron. loco citato. Cum igitur conſer- B uetur ſcriptura huius Euangelii & Epiſtolæ in ea lingua, in qua conſcripta fuit, ſuam habere authoritatem tam certum eſt, quam verum antiquis patribus iudicatur Hebraico idiomate illius temporis, ideſt, Syriaco hæc duo opera fuiſſe compoſita. 2. pars ſuadetur: nam reliqui libri noui teſtamenti ex Græca lingua in Syriacam tranſlati fuere. Vnde iam non ſeruant illam immediatam Spiritus Sancti ſcripturam, neque authoritatis excellentiam, præſertim cum nobis non conſtet, an ea tranſlatio ad amuſſim textui conformetur: ſane ſi verum eſſet huius tranſlationis Authorem fuiſſe Diuum Marcum Euangeliſtam (vt Syri arbitrantur) nulla eſſet cauſa cur de huius tranſlationis authoritate dubitaretur. Verum hanc tranſlationem totius noui teſtamenti Syriacam à Diuo Marco ſcriptam, & Eccleſiis Syriæ, ac Ægypti traditam mihi creditu difficile eſt: nulla enim illius mentio fit apud Clement. Alex. Origen. Euſebium, Athanaſ. Cyrill. Theophilum, Epiphanium, Hieronymum, Theodoretum, Damaſcenum, cæteroſque Patres, qui vel in Syria, vel in Ægypto Epiſcopi, ſeu preſbyteri extiterunt, quique, aut de variis ſcripturæ ſacræ editionibus accurate diſputarunt, aut de ſacris litteris commentarios poſteritati commendarunt. Si quis verò dicat hanc Syriacam tranſlationem non à ſancto Marco, ſed ab alio Authore, qui poſt hos Patres vixerit, editam fuiſſe, quod veriſimilius eſt: certè illius authoritas Græcæ, Latinæque verſionis authoritate longe inferior eſt Illa tamen vtilitas ex hac Syriaca editione non parua comparatur, quia cum in titulis, ac ſectionibus capitum hæc editio faciat mentionem ieiunii, venerationis ſanctæ crucis, vigiliarum, precum pro defunctis, inuocationis & memoriæ ſanctorum, quæ omnia Lutheſani tamquam Romani Pontificis traditiones reſpuunt, eos tamquam apertiſſimæ falſitatis impoſtores ſuggillat, ac mendacii conuincit, vt Turrianus cum Bellarmino aduotarunt.

4. aſſertio: de libris, qui in prima editio-
3. ne Græco ſermone ſunt conſcripti, idem dicendum, quod de Hebraicè ſcriptis diximus: de tranſlationibus vero Græcè euulgatis ſola tranſlatio ſeptuaginta, quæ reliquas longe antecedit, ſi pura, & incorrupta omnino

A hodie extaret, indubitatam ſane authoritatem haberet: prior pars huius aſſertionis 4. ex probatione 1. ſatis oſtenditur. 2. late confirmat Salmeir. prolog. 5. vbi narrat, quo miraculo edita fuit verſio ſeptuaginta, & Patres refert quamplures pro eadem ſententia. Ratione probatur 1. quia in ea verſione ſumma adhibita fuit diligentia, vt oſtendit Serar. cap. 12 prolegom bibliac. quæſt. 15. 2. quia idem miracula teſtantur, quæ in eadem tranſlatione acciderunt & Spiritus Sancti concurſum ſpecialem manifeſtarunt: nam ſiue verum ſit, quod narrant Iuſtinus in oratione cahortatoria ad gentes: Philo lib. vita Moyſis Tertullian in Apolloget. cap. 19 Irenæus lib. 3. cap. 25. Cyrill. catecheſ. 4. Clement. Alex. lib. 1. Stromat. Chryſoſtom. homil. 5. in Matth. Auguſt. libro 18. de ciuitat. cap. 42. ſeptuaginta duos interpretes ſingulos ſingulis cellulis incluſos, in vna, eademque tranſlatione præſcriptis verbis conſenſiſſe, ſiue inter ſe communicantes eamdem verſionem ediderint; reuera miraculum fuit; quod tot homines ſimul conferendo tam breui tempore diebus ſeptuaginta duobus potuerint conuenire in ſingulis transferendis ſententiis: vt notauit Bellarm. 3. quia illa verſio approbata fuit tam à Iudæis, quam à Chriſtianis: à Iudæis in tanta veneratione habita, vt ſeniores iis imprecarentur, qui ea ea quid demerent, ſivè aliquid adderent vt cum Ariſtæo & Iuſtino docet Serarius citatus quæſt. 17. A Chriſtianis: nam ipſe Seruator Dominus & Apoſtoli ſæpe hanc tranſlationem ſeptuaginta duorum interpretum allegarunt. C Chriſtus Dominus locum Eſai. 61. verſ. 1. citauit apud Lucam 4. verſ. 17. *Spiritus Dominus* &c. Apoſtoli ea Eſaia 7. verſ. 14. *Ecce virgo concipiet*, vt eſt apud Matth. 1. verſ. 23. ex Eſai, verſ. 9. *niſi Dominus ſabaoth reliquiſſet vobis ſemen*, vt habetur ad Rom. 9. numero 29. & hanc ſententiam Patres tenuerunt, Irenæus, Euſeb. Iuſtin. Clem. Alexand Epiphan. Tertull. Hilarius. Cyrill. Hieroſol. Theod. & alii quos ſequitur Turrian. de fid. diſput. 21. dub. 5. Verba ſunt Auguſt. lib. 18. cap. 44. de Ciuitat Dei. *Ego pro meo modulo veſtigia ſequor Apoſtolorum, quia & ipſi ex vtriſque, ideſt, ex Hebræo textu & verſione ſeptuaginta teſtimonia prophetica poſuerunt. Vtraque authoritate vtendum putaui, quia vtra-* D *que vna atque diuina eſt*; neque melius probari poterat noſtræ aſſertionis ſecunda pars quàm tanto Diui Auguſtini teſtimonio.

Rogabis an noſtra ſeptuaginta verſio à Six- 9.
to V. emendata incorrupta æſtimetur? Aliqui affirmant neque ſolum poſt emendationem Sixti quinti, ſed ante diuinam authoritatem ſemper habuiſſe; quia licet aliqui leues errores in ea videantur, facile doctorum diligentia purgari poſſent: etenim ſcriptorum oſcitantia in tranſcribendis correctis exemplaribus leuiter corrupta prodiere: in quam ſententiam propendet Salmeiron. prolog. 6. in 6. argumento. Alii omnino oppoſitum dicunt, videlicet verſionem ſeptua-

ginta omnino petiiſſe, & hanc, quæ extat, adeo eſſe corruptam, vt alia penitus videatur pro qua referri poſſunt Philo lib. 2. de vita Moyſis, Ariſtæus ad finem ſui libri & Theodoretus in Cantica, qui aſſerunt antiquam verſionem ſeptuaginta adeo conformem fuiſſe textui Hebraico, vt neque rebus, neque verbis ab eo differret, cum tamen hæc in multis ab Hebraica ſcriptura, ſenſu & ſermone diſcriminetur. Vera reſolutio eſt illam editionem fuiſſe corruptam, ita tamen vt emendati potuerit & multo correctior, ac purior in Sixti quinti editione, quam in reliquis iudicetur: verum non tamquam omnino incorrupta fidei regula nobis proponatur. Ita Bellarmin. lib. 2. de verbo Dei cap. 6. Canus de locis lib. 2. cap. 13. Turrian. de fide diſput. 21. dub. 5. Serar. citatus quæſtio. 20. & 21. Quod ergo corrupta fuerit ex parte docet Hieronym. in cap. 58. Eſai. & Epiſtol. 11. inter Epiſtolas Auguſtin. Origen. Epiſtol. ad Africanum: & oſtendunt varii loci ſcripturæ ſacræ, in quibus illa verſio à textu Hebræo correctu, & à noſtra Latina differt. Ille ſatis ſit Ionæ 3. vbi nos dicimus iuxta Hebræum, *adhuc quadraginta dies*, in ſeptuaginta legitur, *adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur*. Denique multa habet, quæ in Hebræo non ſunt; aliis caret in Hebræo inuentis: ut facile in ſacra pagina verſati comperient: qua de re late D. Hieronym. in præfat. in Pentateuchum in Epiſtola ad Suuicam & Tretellam in quæſtionibus Hebraicis & in lib. de optimo genere interpretandi.

Quod verò non omnino, neque maiori ex parte corrupta ſit, ſed emendatior, puriorque nunc extet, patet ex multis teſtimoniis quæ ab antiquis patribus citantur & in eadem 70. tranſlatione nunc reperiuntur, idem ex conformitate cum textu Hebræo & cum noſtra latina verſione à Tridentino approbata. Tandem, quia hæc verſio Romæ edita eſt anno 1587. ex antiquiſſimo Bibliothecæ Vaticanæ manuſcripto exemplari, Gregorii decimi tertii mandato inchoata & Sixti quinti authoritate ad exitum deducta: & maxime commendata, vt poſt præfationem ex ipſius Pontificis reſcripto conſtat, in quo duo præcipit. Primum vt hæc editio ab omnibus recipiatur & retineatur. Secundum ne quis eam deinceps quicquam addendo, ſeu auferendo immutare præſumat. Verùm per hæc noluit Pontifex ſignificare hanc emendatiorem 70. verſionem pro authentica habendam; ſed ſolum voluit, vt hæc editio ſacræ paginæ in mundo tam celebris intacta & illæſa permaneret, neue vlterius variis tranſlationibus corrumperetur; ſi quidem quanta fieri potuit diligentia, fuit expurgata, vt in Chriſtiani populi vtilitatem, animarumque ſalutem maiori cum authoritate poſſet allegari; quare non eſt euulgata, quaſi regula fidei in omnibus incorrupta, quæ nobis ab Eccleſia proponatur, vt ex præfatione & reſcripto patet, in multiſque illius clauſulis notauit Seratius prolog. bibliac. cap. 17. quæſt. 21. idemque dicendum de illa editione latina, quam ſequenti anno 1588. idem Pontifex ex Græca ad verbum fideliter traductam typis mandauit.

10. Quod attinet ad reliquas editiones græcas nullam fere habent authoritatem. Nulla enim ex illis permixtæ falſitatis ſuſpicione caret. Nam ſecunda, quam Aquila ſcripſit Authoris apoſtaſia fidem amiſit: vt enim Epiphan. teſtatur ſupra citatus ex gentili factus Chriſtianus, Eccleſiæ inuiſus, quod Aſtrologiæ iudiciariæ ſe dederit, ad Iudaiſmum impudenter ſe contulit. 3. eadem de cauſa Authoris infidelitate ſuſpecta redditur: ille enim Theodotion fuit qui ex hæretico Marcioniſta Iudæorum proſelitus euaſit, quamuis huius tranſlationem in Danielem Eccleſia aliquando legerit, teſte Hieronymo in præfatione Danielis 4. quam habebit fidem quæ à Symmacho prodiit, Ebionita. ſi credimus Euſebio, vel Samaritano, ſi Athanaſium & Epiphanium ſequimur 5. & 6. ſine authorum nominibus inuentæ, incertam cum ſcriptoribus fidem ſortiuntur. 7. Origenis & 9. Heſichii, non tam nouæ editiones; quam 70. correctiones, à patribus cenſentur: quare de illis non eſt opus peculiare iudicium ferre, ſi quidem nouam ſimplicem non faciunt verſionem. 8. quę bonum authorem Lucianum martyrem habuit, in aliquam erroris ſuſpicionem venit, quod numquam ab Eccleſia fuerit approbata, neque ſanctorum Patrum citationibus celebretur: tres alias refert Seratius prolog. bibliac. cap. 16. quæſt. 1. verum illæ, vel ab aliis non ſunt diſtinctę. vel quædam ſunt librorum fragmenta minoris, aut nullius authoritatis.

11. Tandem, vt de latinis verſionibus iudicium feram, aduertendum eſt: Latinam tranſlationem Hieronymi tempore aliis placuiſſe, aliis verò minimè vt ex præfationibus & apologiis eiuſdem Doctoris oſtenditur: pręſertim lib. 2. contra Ruffinum, item D. Auguſtin. lib. 18. de ciuitat. cap. 43. Cæterum poſt. D. Hieronymi mortem, hæc Latina tranſlatio magis ac magis cœpit approbari, quouſque ſancti Gregorii magni tempore in Eccleſia maximam obtinuit authoritatem, vt teſtatur Caſſianus lib. 12. de incarn. verbi capite 31. & collat. 8. cap. 10. loquendo de ſuo tempore ante D. Greg & idem Greg. in Epiſtol. ad Leandrum cap. 5. in moral. libros vbi ſic ait in fine capitis. *Nouam vero translationem diſſero, ſed vt comprobationis cauſa exigit nunc nouam, nunc veterem per teſtimonia aſſumo: vt quia ſedes Apoſtolica (cui Authore Deo præſideo) vtraque vtitur, mei quoque labor ſtudij ex vtraque fulciatur.* Vbi nota hoc tempore ità Hieronymianæ verſionis textu Eccleſiam in officiis, concionibus ſacriſque lectionibus vti, vt veterem tranſlationem adhuc non abiiceret, ſed eam ſimul retineret: iam tamen nouam veteri præcedere teſtatus eſt idem Greg. lib. 20. Moral. cap. 24. *Hæc*, ait, *noua translatio ex Hebræo, Arabicoque eloquio cuncta verius transfudiſſe perhibetur.* Poſtea currente tempore ſola hæc in Eccleſijs verſio obtinuit authoritatem:

Digitized by Google

hanc enim tamquam meliorem, Hebraicæ- qoe veritati magis conſonam, cæperunt omnes in Eccleſiis legete, in concionibus allegare, in conciliis proferre & in commentariis explicate, vt notat Setar. prolog. bibliac. ca. 18. quæſt. 3. & ca. 19. qoæſt. 9. propoſitione 3. quibus ſanctotom Patrom, Synodorumque approbationibus clarior acceſſit ſacri Tridentini Concilii confirmatio, cuiua illud eſt decretum Seſſ. 4. *Sacroſancta Synodus, ſtatuit, & declarat vt hæc ipſa vetus & vulgata editio quæ longo tot ſæculorum vſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus & expoſitionibus pro authentica habeatur &* vt nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præſumat. ſupra verò ſub anathematis pœna præcipit vt libri ſacri cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata Latina editiooe habentur, pro canonicis recipiantur.

Hoc decretum qnanta cum ratione factum ſit latè oſtendunt Bellarm. lib. 2. cap. 10. de verbo Dei Serarius cap. 19. quæſtio. 10 Ca-
12. nus lib. 2. cap. 14. Salmeron. prolog. 3. qui plures alios referunt ex antiquioribus: & prætermiſſis aliis rationib. tres oppono. Prima eſt, quia Hebræi & Græci ſcripturam autheoticam haboerunt: ergo à fortiori Eccleſia Latina in qua ſupremum fidei tribunal permanſit, illam habere debet, inter alias latinas optimam, qualis eſt hæc, quæ amplius mille annis in Eccleſia iam viguit. 2. hæc tranſlatio partim 1. edita, partim emendata fuit à D. Hieronymo, Authore præclariſſimo, linguarum peritiſſimo, diligentiſſimeque ac fideliſſime elaborata: vt patet ex D. Auguſt. lib. 18. de Ciuitat. cap. 43. Iſidor. lib. 6. Etymolog. cap. 5. & lib. 1. de diuin. offic. cap. 1. 2. 3. in generalibus Synodis rari, & aliquando nulli reperiuotur Patres Hebraicæ linguæ ſatis periti, male igitur prouiſum eſſet Eccleſiæ, ſi in controuerſiis ad fidem ſpectantibus confidere non poſſet editioni Latinæ, ſed ad hebræos codices tecurrere & à Rabbinis catholicam veritatem emendicare oporteret, præſertim cum hæretici nouatores, contempta interpretatione antiqua, nouas verſiones cudere auſi ſint & falſæ doctrinæ veneno vitiare: quorum argumenta proferunt & reiicioot citati recentiores. Verum vt omnia facile diſſoluantur, quatuor ſunt aduertenda. Primum Concilium loqui de vulgata editione veteri emendata, illique diuinam tribuere authoritatem, vt illa oſtendunt verba, *ſtatuit vt poſthac ſacra ſcriptura, potiſſimum verò hæc ipſa vetus, & vulgata editio, quam emendatiſſime imprimatur*. Vt notarunt Vega lib. 15. io Triden. cap. 9. Valeor. lib. 8. Analyſ. cap. 5. punct. 4. & alii recentiores citati. 2. verba Hebræa diuerſos habere ſignificatus, eoſque diſparatos, præſertim ſi ante additionem punctorum io ſcriptura conſiderentur, quare Rabbinos poonctis appoſitis illorum ſeoſum limitaſſe, quod io cauſa fuit, cur noſter interpres ab Hebræo aliquando diſſentiat. 3.

A interpretem noſtræ editionis ad canonici ſcriptoris mentem præcipoe reſpexiſſe, & obſeruato primariæ ſeu antiquioris editionis germano ſenſu, aliquando verba diſſimilia traduxiſſe, aliquando nonnulla teliquiſſe, quæ ad verum eruendum minime neceſſaria iodicauit. 4 hæreticos per impudentiam ſacri Concilii Tridentini patribus impoſuiſſe eos decreuiſſe, non eſſe audiendos, qui ex fonte purum liquorem proferunt, id eſt, ex Hebræis, Græciſque exemplaribus & Archetypis varias tranſlationes faciunt, vt puræ veritatis ſenſus innoteſcat. Quod mendacium eſt manifeſtum: Etenim catholici ſacra-
B rum litterarum interpretes, id licitè & libere facere permittuntur: nam Tridentinum ſolùm ex latinis verſionibus, quæ circumferri ſolebant, vnam elegit, quam cæteris antepoſuit meritiſſimò, ob aſſignatas rationes & pro authentica haberi præcepit. Hebræis verò, ac Græcis exemplaribus emendatis ſancta Synodus nihil derogat, oeque hanc latinam cum illis comparauit, ſed comparationem ad alias verſiones Latioas reſtrinxit, ibi *Ex omnibus Latinis editionibus quæ circumferuntur*. Neque oegari poteſt, etiam cum hac Latinæ editionis authoritate ſua de qua ſupra, Hebræos, Græcoſque fontes retinere & cum magna vtilitate conſuli. Primo ad corrigendos errores Latinorum exemplarium, ſi obrepſerint Secundo ad lectionum exemplarium ſi obligauerint. Secundo ad le-
C ctionum varietatem obſeruandam, in inueſtigando vero ſacræ ſcripturæ ſenſu, & Latini ſermonis dubio ſignificatu. Tertio ad verbi vniuſcuiuſque vim ac energiam acutius penetrandam.

Reſtat tamen adhuc duplex difficultas de 7.
hac editione Latina. Prima an Tridentinum illam quoad omnia verba approbarit, & pro authentica habuerit? Ad cuius reſolutionem ſupponendum eſt authenticum dici ſcriptum, quod fidem, & authoritatem habet in iudiciis: l. 3. Sancimus C. de diuerſ. reſcript. hoc poſito, aliqui Doctores catholi exiſtimant Concilii inteotionem eſſe tantum vulgatam verſionem, Latinam ita approbare, vt quod ad fidei & morum dogmata pertinet, nullum contineat errorem: ita docent Vega io Triden. l. 15. cap. 9. Sixtus Seneoſis in lib. 8. hæreſi 13.
D Andradius lib. 4. fol. 254 & ſeq. Dried. lib. 2. de Eccleſiaſt. dogmat cap. 1. Serar. cap. 19. quæſt. 11. Bellarm. lib. 2. cap. 11. Payua lib. 4. defenſionis fidei, Sanderus lib. 3. de viſibili Mooarch. Lindan. lib. 1. de optimo genere interpretandi & nihil amplius voluiſſe Patres ex teſtimonio illuſtriſſimi Cardinalis ſanctę Crucis, qui illi ſeſſioni quartæ interſuit, & reliquis Vega refert. Verum plus aliquid voluiſſe Concil. alii aſſeueraot, videlicet omnem orationem Latinæ editionis vulgatæ pro authentica habendam, vt quæ Spiritus ſancti ſententiam aſſequatur, ſitque Dei verbum integrum & incorruptum ex quo Grex Christi edoceri & res de fide, ac moribus certiſſime queant definiri: ita docent Salmer. prolog. 3. Propugnator Bellarmini lib. 2. cap. 10. pag. 537. & 541.

post

poſt Ioann Sacroboſeum. Turrian. de fide diſp.22. dub. 4. poſt Titelman. Canum, Cordub. Rainum, Sotum, Petrum Garcia, Hectorem Pinto & Valent. allegatque declarationem Congregationis Cardinalium, cui Gregorii XIII. tempore præerat Cardinalis Alciatus. Cum enim inſignis cuiuſdam academiæ Doctores à ſummo Pontifice de ſenſu illius canonis Tridentini quæſiuiſſent, in eam ſententiam libentiſſimè ituri, quam ſancta ſedes proponeret amplectendam: ex commiſſione ſummi Pontificis Congregatio reſpondit, nihil poſſe affirmari, quod Latinæ vulgatæ repugnet, etiamſi ſola eſſet periodus, ſeu clauſula, aut membrum, aut ſyllaba iotaue vnum, quod teſtimonium adeo manifeſtum eſt, vt nihil poſſit illuſtrius deſiderari.

14. Hanc poſteriorem ſententiam iudico veriorem. Ducor primo, Latina Eccleſia eo dignior eſt totius Eccleſiæ pars, quo cæteris in definienda veræ fidei, morumque doctrina præcellit. Etenim vniuerſalis Eccleſiæ caput Romanum ſcilicet Pontificem continet: ergo ad diuini numinis ſpecialem prouidentiam pertinebat illi regulam fidei præſcribere, qualis eſt ſacra ſcriptura, quæ Spiritus ſancti ſententiam aſſequeretur, neque permittere debuit, vt mille ferè annis in ſacris litteris aliquos ſenſus, ſententiaſve approbaret Eccleſia & in diuinis officiis, œcumenicíſque Conciliis vteretur, quæ aliquem errorem complecterentur, vel ſiniſtrè Spiritus ſancti mentem, & intentionem interpretarentur. Secundo, inter varia Spiritus ſancti chariſmata gratiaſque gratis datas numeratur interpretatio ſermonum, vt docet Suar. tom. 1. in 3. part. diſput. 21. ſect. 2. & indicauit manifeſtè Diu. Paul. 1. Corint. 12. numero 11. ſed in nulla occaſione, nullique perſonæ magis neceſſaria, & conueniens hæc gratia videtur, quam interpreti, cuius tranſlationem pro authentica debuit Eccleſia Latina declarare, & ſummus Pontifex pro regula fidei Eccleſiæ proponere: ergo hæc tranſlatio non ſolum errorem non continet, ſed etiam Spiritus ſancti ſententiam, ſenſumque aſſequitur; neque enim Spiritus ſancti chariſma ad ſiniſtram interpretationem dari potuit: Minorem probant Titelman. Apolog. pro vulgata editione, Canus lib. 2. de locis cap. 14. prope finem Salmeiron. vbi ſupra. Et facit Hilar. qui in pſalm. 115. ait intelligentiam ſcripturarum donum Dei eſſe. & Bernard. qui Epiſtol ad fratres de Monte Dei ſcribit ſacras ſcripturas eo ſpiritu intelligendas, quò ſactæ ſunt: ergo à fortiori non ſine peculiari huius ſpiritus gratiæ ſunt interpretatæ. Tertio, ſi aliqua daretur oratio in hac editione vulgata, quæ ſenſum non contineret ab Spiritu ſancto intentum; Eccleſia errare poſſet, & mentiri in iis, quæ approbante ſummo Pontifice definiret, conſequens eſt apertè falſum: ergo probatur maior: quia qui authenticum facit mendacium, planè errat, & ſaltem materialiter mentitur: ſed Eccleſia illam orationem authenciam facit, in qua refertur aliquid tamquam dictum à Deo, quod re-uera non eſt, ſi talis oratio ſenſum Spiritus ſancti in tranſlatione non continet; ergo, &c.

15. Hinc tamen non inferas Spiritum ſanctum dictaſſe hanc vulgatam editionem Latinam, & illius interpretem direxiſſe in ſingulis verbis transferendis, ſicut de Sacris, Canonicíſque ſcriptoribus ſupra diximus. Nam aliud eſt Spiritum ſanctum res, ac verba ſuggerere ſcriptori ſacro, illiuſque ſcripturæ ſe authorem facere, aliud peculiari interpretationis dono interpretem dirigere, interiorique illuſtratione iuuare, vt ſacræ ſcripturæ ſenſum verum aſſequatur: & hoc etiam dupliciter fieri poteſt. Primo, ita copioſo lumine colluſtrabit interpretis mentem, vt ſentiat, ſe à diuino numine directum, & in omnibus verbis, quæ occurrunt certiſſimè ſenſum Spiritus ſancti fuiſſe aſſequutum. Secundo, ſi Spiritus ſanctus ſenſim, & ſine ſenſu minus copioſo lumine interpretem illuſtret, & illum paulatim verba ſua expendere, ac primùm aliqua eligere permittat, quæ minus idonea ſunt, poſtea verò magis congrua humano more interpretis diligentia vſus ſuggerat, quo ſuam tranſlationem corrigat, quouſque tandem tranſlatio perfecta ſufficienter euadat, vt ab Eccleſia pro authentica declaretur. Et hoc ſecundo modo dico Latinam editionem vulgatam à particulari Spiritus ſancti gratia, & interpretationis dono proceſſiſſe, neque tam verborum delectum, quam ſenſuum, & ſententiarum veritatem à Spiritu ſancto fuiſſe inſpiratam: Ideoque potuerunt aliqua verba huius tranſlationis à Diu. Hieronymo iam factæ, ſeu inchoatæ ab eodem, & ab Eccleſia corrigi, quouſque ad præſentem emendationem perueniret.

16. Vnde alterius difficultatis reſolutio clareſcit: nimirum, quænam ſit vulgata editio Latina emendatiſſima, quam authenticam declarat Tridentinum? Reſpondeo enim Concilium eam intellexiſſe vulgatam, qua tunc temporis Theologi, Patres, & Eccleſia communiter vtebantur, emendata: Idcircoque decretum feciſſe, vt illa emendatiſſima imprimi à ſummo Pontifice curaretur: quod Pius Quartus exequi fecit, & poſt alios lentius proſequutus eſt Sixtus Quintus, quouſque ſub Clementis Octaui Pontificatu opus ad exitum deductum prodiit in lucem: & nobis dubitandi occaſionem ademit, quam pro vulgata editionem Latinam recipere, & retinere debeamus: Omnia hæc patent ex præfatione ad Biblia correcta à Clemente Octauo typis mandata. Tria tandem ex his colliges: primum Latinam lectionem ita eſſe retinendam, vt ſi vnica tantum ſit, licet in originali reperiatur diuerſa, numquam eſſe licitum Latinam reiicere: hoc enim oſtendunt verba Tridentini prohibentis, ne quouis prætextu Latina vulgata reiiciatur. Vnde meritò Turrian. citatus dubio 4. §. 1. *obſeruandum*, opinionẽ Salmeronis ſupracitati & aliorum ſententiam reiicit aſſerẽtium, ſi inter lectionem Latinam, Græcam & Hebraicam ea diuerſitas ſit, vt in concordiam

venire nequeant, eam eſſe recipiendam, quæcunque illa ſit, quæ cum præcedentibus magis conueniret, vel quæ Apoſtolicis, & Euangelicis litteris conformior videretur: aut denique antiquiora, & probatiora pro ſe exemplaria haberet, & à pluribus Patribus probaretur: nam quamuis hæc poſſint interdum inſeruire ad agnoſcendum, an Latina lectio aliquem errorem librariorum incuria contraxerit, quando hoc prudenter iudicari non poteſt, Latina ſemper eſt retinenda, quæ mendoſa prudenter non creditur, & non niſi obrepente errore Apoſtolicis, ſeu Euangelicis litteris videbitur aduerſari. Eiuſdem ſententiæ eſt Valent. lib. 8. Analyſis fidei cap. 5. quatenus aſſerit non licere hanc Latinam editionem emendatam per Hebræos, aut Græcos codices corrigere, quod intellige niſi in quatuor caſibus, quos Bellarm. lib. 2. cap. 11. obſeruauit primo, quando per Typographorum incuriam noſtra lectio Latina mendoſa apparet. Secundo, ſi Latini Codices variarent, neque ſatis diſcerneretur lectio vera & germana. Tertio, quando verbum, aut ſententia in Latina editione anceps eſt. Quarto, vt proprietas, & energia vocabuli, ſeu orationis clarior euadat: in his omnibus euentis recurrere licet ad Græcos, & Hebræos fontes. Exemplis ſuperſedeo, quia apud citatos recentiores facile videri poſſunt, & in commentatoribus ſacris creberrimè occurrunt.

Colliges ſecundum quando eiuſdem loci in
17. vulgata duæ ſunt verſiones, vtramque probandã eſſe, exempli gratia Geneſ. 47. verſ. 31. *adorauit Iſrael Dominum ad lectuli caput*, ad Hebræos 11. verſ. 21. *& adorauit faſtigium virgæ eius*, vtramque verſionem in hoc, & ſimilibus locis dico eſſe veram, & approbatam: quia hæc diuerſitas oriri poteſt, aut quia littera originalis vtrumque ſenſum habere potuit, & in vno loco, vnus exponitur, alter verò in altero; vel quia idem ſenſus diuerſo loquendi modo declaratur; & in loco, quem attuli ex Geneſi, hoc manifeſtè apparet. Nam in Hebræo prout nunc legitur, tantum eſt, *& adorauit Iſrael ad caput lectuli*, quia tamen pro diuerſitate punctorum, eadem radix Hebræa חשה duo ſignificat מרח, Matteh virgam מיח Mittah lectulum: ideò ſeptuaginta virgæ faſtigium interpretati ſunt, noſtra verò vulgata, vt ex vtraque lectione ſenſum duplicem transferret in loco geneſis, vnum iuxta Hebræum in Epiſtola Pauli ſecundùm ſeptuaginta verſionem, alterum ſenſum expoſuit. In primo ſignificatur quod Iacob, verſus eam partem, quæ Ægypti reſpectu non nihil vergit ad Orientem, & erat terra promiſſa, Deum adorauit. Nam Hebræi extra Paleſtinam commorantes in captiuitate verſus terram ſuam orare conſueuerunt, iuxta illud 3. Reg. 8. numero 48. *& orauerint te contra viam terræ ſuæ, quam dediſti patribus eorum*, & Daniel 6. numero 10. *& feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Hieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat*. Et hanc expoſitionem indicat Diu. Hieronym. in Geneſ. & in

A tradit. Hebraic. in ſecundo loco oſtenditur, quod idem Patriarcha apprehendens filii ſui virgam, cum Iuramentum popoſcit, vt ait Theod. in Epiſtola ad Hebræos, *figurauit regnum Ephraim, & decem tribuum ſubiectionem, quocirca ipſa præfigurat eorum adorationem*. Vtramque expoſitionem amplexus eſt Auguſtin. quæſtione 162. in Geneſ. Ait enim & Deum adoraſſe, & apprehenſa filii virga futurum regnum præſignaſſe. Ex vtroque ſenſu ego illam coniector obedientiæ excellentiam fuiſſe nobis à ſancto Patriarcha indicatam, quia ſicut Deus in ſuperioris perſona agnoſcitur, ita Iacob filii
B ſceptrum veneratus, futurum regnum præſagiuit, vt in eo Dei maieſtatem recognoſceret, & Deum in filio adoraret. Et ſic vterque ſenſus ſecundùm literam hanc nobis obedientiæ prærogatiuam commendauit.

Tertium colliges, quando in vulgata reperiuntur aliqua verba addita, quibus nul- 18.
la in Hebræo reſpondent, verbi gratia, Geneſ. 4. verſ. 8. *Egrediamur foras*, licet alia adiungantur ad maiorem vocabulorum declarationem, videlicet Matthæus adiunxit, cap. 1. numero 23. *& vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus*, hoc non obſtare quominus hæc additamenta pro authenticis habeantur, quidquid alii in contrarium opinentur: nam vulgata editio Latina approbata eſt à Tridentino vniuerſaliter cum omnibus ſuis par-
C tibus, vt diximus ſupra: neque id intelligi poteſt ſolum de principalibus: nam alioqui iam minus præcipuæ ex arbitrio, & aliquo prætextu reiici poſſent contra eiuſdem Concilii definitionem, quod nulla ex parte vulgatam reiici permittit. Et ratio eſt, quia vt ſuperius aduertimus, Interpres nonnunquam magis ad ſenſum contextus, quam ad verba ſingula ſingulis vertenda reſpexit, quare mirum non eſt, ſi aliquando verbum adiungat, vel etiam adimat, quod rarius facit. Neque hinc inferas nos ita vulgatæ editionis patrocinium ſuſcipere, quaſi nulla alia dictionum proprietate ſignificantior, verborum delectu cultior, eloquentiæ apparatu luculentior eſſe poſſit; ſed quod lectionis puritate, verſionis fide, ſententiarum veritate, ſine fuco, ſiue inſertis profani eloquii phaleris,
D tranſlationibus reliquis præcellat.

Vtrum ſcriptura ſit de ſubſtantia legis, ſeu conſtitutionis humanæ.

SECTIO IV.

HVcuſque de ſcriptura diuini iuris poſitiui loquuti ſumus, nunc de eadem, qua- 1.
tenus in humano reperitur, agendum, & quæſtio propoſita procedit de iure ſcripto: nam de non ſcripto, qualis eſt conſuetudo, certum eſt nullam ad illius introductionem requiri ſcripturam: De ſcripto igitur, prima ſententia aſſerit ſcripturam ita eſſe neceſſariam ad legis humanæ ſubſtantiam, vt antequam ſcribatur

illa ordinatio rationis, quæ eſt lex, ad legis ſtatum oon transferatur, ita expreſſe docent, ex Theologis D. Thom. 2.1. quæſt. 57. art. 1. ad 2. Turrecrem. in cap. lex eſt diſt. 1. numero 2. Sotus de iuſtie. lib. 3. quæſt. 1. artie. 1. ad 1. ex Iuriſeonſultis Albert. 1. part. ſtatut. quæſt. 14. & in l. de quibus poſt Gloſ. ff. de legib. Salyeet. poſt Cyn. in l. humanum. C. de legib. vbi dixit eſſe communem ſententiam Hypolit. Riminald. in rub. de conſtitut. num. 120. Dominie. & arehidiae. in cap. lex eſt diſt. 1. & in eap. conſuetudinis diſtinct. 11. Sebaſt. Medices tract. de legib. & ſtatut. 3. part. quæſt. 11. referens Gloſſ & Doctores in l. 1. ff. de leg. Bald. ibidem & in cap. In eauſis de ſentent. & re iudicat Probatur primo ex l. 8. humanum eſſe C. de leg. & eonſt. vbi dicitur non aliter legem eſſe promulgandam, niſi prius dictaretur, & in ſacro Conſiſtorio recitaretur, vt Patrum conſenſus Imperatoris authoritate firmaretur, vbi notanda ſunt verba *dictari, & recitari*, quæ non niſi de ſcriptis poſſunt intelligi. Secuodo probatur ex capite finali de ſenten, & re iudica. in 6. vbi Bonifatius VIII. ape rte præcipit vt ſententia definitiua ſcribatur, & recitetur; nam aliàs, *nec nomen*, inquit, *ſententie mereatur, neque ab ea ſit appellare neceſſe.* Tertio, quia Iſid. lib. 2. Etymol. cap. 10. hoc diſcrimen ſtatuit inter morem & legem, *quod lex ſcripta eſt, mos verò vetuſtate probata conſuetudo, ſiue lex non ſcripta.* Idem docet in lib. 5. eap. 3. vbi legem ita definit. *lex eſt conſtitutio ſcripta*, quæ definitio refertur in cap. lex diſt. 1. at quis neſeit definitiooem recurrere debere eum definito? neque aliquam illius partem ſubiectiuam excluderet vt enim hominis definitio apta ſit, omnibus hominibus conuenire debet: ergo ſi lex definitur ſcripta conſtitutio, ſcriptura omnino neceſſaria eſt, vt in ratione legis conſtituatur. Quarto. Quamdiu lex ſcripta non eſt, neque inooteſcete populo, neque perpetuitatem præ ſe ferre poteſt, ergo nec naturam legis, neque perfectum ſtatum iuris habet. Conſequentia probatur, quia lex debet eſſe perpetua, & innoteſcere iis, quibus imponitur, vt vim obligandi aſſequatur.

Secunda ſententia docet non eſſe quidem
2. opus ſcriptura ad legis ſubſtantiam, & eſſentialem formam, ſed ad accidentalem conditionem, nimirum, vel ad probationem, quia non probatur per teſtes neq; allegatur, quando ſcripta non extat, & ita tenet Thomas Carianus in prooemium decreti num. 371. & Petrus Andr. Gammarus in cap. licet de rer. permutat. num. 32. vel neceſſaria eſt ad obligationem inducendam, quia niſi ſcripta ſit, lex non ligat, neque obligat, & hac ratione defendunt hanc opinionem Bald. in l. humanum C. de legib. in fin. & in rub. de conſtitut. quem in aliis locis refert, & ſequitur Felyn. in eitatam rub. de conſtitut. num. 4. Anton. de Burgoſ. ibidem num. 134. Benedictus Canophylo in cap. Canon. de eooſtitut. num. 14. Cardinalis Præpoſitus in cap. lex eſt Sylneſt. Aldobrand. 10 §. & id eireo, inſtit. de iur. nat gent. & eiuil. Beto. in rub. de conſtit. n. 77. Connan. in Commen. iur. eiuilis lib. 1. eap. 10. colum. 3. Vaionius lib. 4. declarat. cap. 157. Petr. de Anchatan. in reg. nemo de regul iur. in 6. Hypolit. de Marſ. in rub. C. de probat. colum. 7. Et probant, quia ſicut contractus prius intelligitur habere ſuam naturam, & ex illa reſultare vim obligandi, immo in contractu conditionali iam perfecto in ſuo eſſe, non datur hæc vis ad obligandum ante conditionis euentum, ita lex perfecta eſſe poterit in eſſe legis ante ſcripturam, vt tamen hane habeat conditionem accidentalem, nempe inducere obligationem, & poſſe probari, vel allegari neceſſaria omnino eſt ſcriptura. Ad hoc varii afferuntur textus l. 33. ſed ea, & l. 34. immò magnæ, ff. de legib. cap. 1. de poſtulatione prælat. ibi *ſolemniter editam* caput duo ſunt 19. quæſt. 2. ibi, *ſcriptis eſt confirmata.* Et ſimiles textus, qui ad obligationis vinculum ſcripturæ adminiculo opus eſſe demonſtrant, ratiooem dedit Bald. in eap. 1. § decedenti eolum. penult. qui feud. dat. poſ. quia æquitates humanæ non habent in ſe pondus ſtatuti niſi roboratæ ſcriptura, quis ergo obligationis onus ſubibit, ex lege, cui pondus deſit?

Tertia opinio tenet neque ad publicationẽ legis, neque ad probationem vel obligationem 3.
illius eſſe neceſſariam ſcripturam. ſed ſine ſcriptura fieri, voceque tantum innoteſcere, & per teſtes probari poſſe: ita tenet Abb. Anton. de Butr. & Imol. ad rub. de conſtit. ſequuti Ioan. Andr. qui latius hanc quæſtionem ediſſerit in cap. nemo poteſt de regul. iur. in 6. Ancharan. ibidem & Dominie. in cap. 1. de renuntiat. in 6. Bartol. Raphael. & alii ad l. humanam eitatam Angel. in § ex non ſcripto inſtit. de iur. natu. & Andr ab Exea in rubr. de conſtitut. num. 100. Rip. ibidem num 41. Dec. numero 35. Ferret. numero 15. Barbar. ibidem eolum. 5. & alii: eandem ſententiam tenet Selua. de Beneſ. cap. 22 num. 14. part. 3. idem ſequuti ſunt Domini de Rota deciſ. 5. *nota quod reſeruatio*, alias in antiquis 96. numero 1. de probation. & deeiſ. 246. alias 1. de conſtit. quæ incipit Conſtitutio Franciſc. de Pauin. in Prælud. Extrauag. Ioann. 22. Anguian. de leg. lib. 1. controuerſ. 9. numero 9. Ex Theolog. Valent. tom. 2. diſp. 6 quæſt. 1. punct. 2. Suar. de leg. lib. 1. cap. 11. numero 8. lib. 3. cap. 15. numero 6. & lib. 4. eap. 14. numero ſecundo. Salas 12. tract. 14. diſp. 2. ſect. 9. numero 64. Caſtro de lege pœnali lib. 1. cap. 1. Immò & Turrecrem. citatus in artic. 2. ad finem, limitant tamen hanc opinionem Ioann. Andr. & alii, vt intelligatur in lege facta à Principe, non verò ab inferioribus, iuxta l. 2. hac lege C. de ſentent. Ex breuiloquio recitand. eandem limitationem in ſua ſententia 2. tradit Bald. in rub. de conſtitut, per cap. final. de ſentent. de re iudie. in 6 tres alias limitationes adiungit Boſch. Codecha in rub. de conſtitut. n. 17. Primo videlicet, vt non procedat in cõſtitutione, in qua neceſſaria eſſet Clauſula, *non obſtante* poſt Bald. in cap. conſtitutus de reſcrip. col. final. vbi tenet gratiam ſine ſcriptura non

valere, quando ad gratiam requiritur clauſula illa *nonobſtante*, vel vbi alius haberet priores litteras per l. generaliter Cod. de non numer. pecu. vel denique vbi magna eſſent priuilegia per l. bene à Zenone Cod. de quadr. præſcript. limitat. ſecundo Boſchus eamdem ſententiam, vt non procedat in arduis, vbi magnum vigeret dubium ex cap. 1. de nunt. in 6. & cap. ad apoſtolicæ de ſentent. & re iudic. in 6. Item tertio & vltimo, vt non valeat in Conſtitutionibus ſpecialibus per l. 1. Cod. de manda. princ. & propter hos caſus exiſtimat Panormit. in hac ſententia declaranda vſum fuiſſe verbo regulariter.

4. Huius ſententiæ fundamenta prætermitto, quia infra in probatione noſtrarum aſſertionum adducentur, ad quas præſupponere oportet diuerſas horum authorum opinationes ex diuerſo modo, quo vnuſquiſque quæſtionem intellexit, forſitan proueniſſe: nam aut loquimur de lege ac conſtitutione, prout ordinario & communi modo fieri ſolet, ac debeat: aut in rigore, & per ſe loquendo de potentia abſoluta Principis. Rurſus, vel difficultas excitatur ſolum de principe ſupremo, vel de inferioribus à principe, qui legum ferendarum habent poteſtatem. Item in caſibus propter quos illas limitationes Boſchus adhibuit, his omnibus modis expediam quæſtionem.

Prima concluſio, ſi communis & optimus 5. modus condendi leges humanas ſpectetur, lex non præſumitur facta, neque à deliberata Principis voluntate proficiſci creditur, antequam ſcripto proferatur: quare ſub hac conſideratione, eſt conditio omnino præ requiſita, quaſi materialis ad legem, vt ſcripta ſit. Iuxta ſenſum huius concluſionis declarari debent D. Thom. Sotus & Turrecrem cum Iſidoro, & plures alii in prima ſententia allegati. Immo nihil aliud exiſtimo voluiſſe ſignificare Authores ſecundæ opinionis, vt ſtatim declarabo: eamdem probant argumenta pro prima ſenentia preſertim 8. humanam, quam optimè expendit Riminald. in rub. de conſtit. num 96. non ſolum in verbis *dictari & recitari*, ſed etiam illa ſpeciatim verba trutinat *Si quid neceſſarium emerſerit, quod formam generalem, & antiquis legibus non inſertam expoſcat*, notat enim his ſignificari leges antiquas ſemper in ſcriptis prolatas: nam aliàs ſciri non poſſet an aliquid nouo emergens in eis eſſet inſertum, vel non. Com igitur in hoc textu Imperator non aliter, niſi in ea forma, quæ neceſſariò ſupponit ſcripturam, legem ferendam eſſe aſſeueret, ſequitur illum præſcribere communem modum legis ferendæ, extra quem lex ſubſiſtere nequit: præſertim cum dicat princeps legem vlterius non eſſe aliter promulgandam. Secundo efficaciter probatur ex l. 34. immò magnæ, vbi poſtquam in antecedenti lege dictum eſt ea, quæ conſuetudine probata ſunt, non minus quam iura ſcripta ſeruari, ſtatim adiungitur in l. immo eſſe tantæ authoritatis ius conſuetudinis & ita probatū, vt neceſſe non fuerit id ſcripto cōprehendere: quo manifeſtè ſignificaret textus leges in ſcriptis redigi neceſſe eſſe, vt Bero. ad hunc text.

A notauit. Reſpondet Decius primo neceſſe in eo textu accipiendum pro vtili iuxta l. 1. ff. de negot. geſt. ſed huius legis neceſſitatem ſtatim ex aliis verbis vtilitatem deſignare conicimus: ait enim *hoc edictum neceſſarium eſt, quoniam magna vtilitas abſentium verſatur*, quod tamen in noſtra lege non viſitur; in qua nullum eſt ſignum, quo à propria vocabuli ſignificatione diſcedere cogamur. Et ideo de præciſa neceſſitate eſt lex intelligēda, iuxta inſtit. de obligat. in princip. & gloſſ. ibid. per l. debitor, ff de verb. ſignification. Secundo reſpondet idem Decius neceſſitatem ſcripturæ eò referri, vt lex in notitiam populi veniat, & ab eo obſeruetur, non vt legis naturam conB ſtituat: ſed contra, imò procedit de modo faciendi legem, ſicut conſuetudinem introducendi, & de conditione præ requiſita ante illius cognitionem, vel obſeruantiam, confirmatur ex authent. vt factæ nouæ conſt. verſic. vt autem apertius dicitur, *ſancimus ſi ſcripta fuerit huiuſmodi lex: hanc poſt duo menſes valere*: ergo ad valoris ſubſtantiam antequam agatur de promulgatione in ordine ad notitiam, & obſeruationem legis neceſſaria eſt illius ſcriptura.

Tertio inducere obligationem eſt proprie- 9.
tas neceſſario conſequens legis naturam, itaut, ſi lex ſufficienter innoteſcat, obligationem inducat, ſeu poſſit inducere: ſed conſiderato modo communi, & ordinario ferendi leges, lex, quæ ſcripta non fuerit, non poteſt inducere obligationem, vt authores ſecundę ſententiæ admittunt, ergo ei deeſt conditio neceſſaria ex parte materiæ, vt lex in C ſuo ſtatu conſtituatur: dico ex parte materiæ, quia ſcripturam comparo potius conditioni materiali, ſeu diſpoſitioni neceſſariæ ad introductionem formæ naturalis: quia ſicut ſine illa de potentia abſoluta conſeruari, imo & introduci forma in materiam poterit, non tamen conſiderata potentia naturali & ordinaria: ſimiliter dico rei naturam exigere, vt ordinationes poſitiuæ quæ ab humano legislatoris arbitrio dependent, atque ad bonum reipublicæ regimen ſpectant, ſcriptæ ſint, quo perpetuitatem ſeruent, confuſionem non cauſent, & à conſuetudinibus diſcriminentur: quod conſiderarunt ſupremi principes D & ideo decreuerunt, vt non niſi ſcriptæ leges pro talibus haberentur, neque valorem, aut vigorem legum ſortirentur: quare vel excludendum credo, vel ſano modo intelligendum: quod Ferdinand. Vaſq. in præfat. lib. 1. de ſucceſſ. progreſſ. n. 169. dixit pro forma legis nuſquam lectum, nuſquam relatum eſſe, verba, aut ſcripturam deſiderari: ſi enim ſignificet non requiri aliquod ſignum externum ſecundùm communem, ordinarium, & connaturalem modum legis humanæ condendæ, verum non eſt: quamdiu enim legiſlatoris voluntas ſigno externo non proditur, humano regimini eſt prorſus inutilis, & ineptè actionum, ſeu iudiciorum regula iudicatur, quia pro eo ſtatu hominum actiones, vel iudicia dirigere non valet. Vnde ſecundæ ſententiæ ſectatores meritò dixerunt, quoad obligationis vinculum, ſcripturam eſſe omnino

Digitized by Google

neceſſariam ad legem, vt communi modo
& humano more ferri ſolet.
Obiicies poſtquam lex ſcripta ſemel condita
7. eſt, quamuis pereat ſcriptura, adhuc ſecundũ
ordinarium modum eſſendi connaturalem le-
gi, ipſa conſeruatur, ergo neque de potentia
ordinaria ſcriptura eſt conditio neceſſaria ad
ſubſtantiam legis. Reſpondeo ex recta philoſo-
phia plura requiri ad rei generationem, quàm
ad illius conſeruationem: numquam enim
aqua generatur præcedente in ſubiecto tam
intentu calore, quam ille fit, quo ebulliens con-
ſeruatur. Deinde lex. quæ iam ſcripta fuit, iam
antea potuit ſuum effectum ſortiri, & quãuis
non permaneat in charta, manet in eorum no-
titia, quibus promulgata, & in ſuo effectu,
nempe in obligatione, & debito illam adim-
plendi: & cum per teſtes probari poſſit, vt ex
deciſionibus pro tertia ſententia citatis con-
ſtat, & ex doctrina gloſſæ & Bart. in l. ſicut C.
de fid. inſtrum. & in l. 1. §. ſufficit, ff. de bon.
poſſeſſ. ſecund. tabul. Panormit. poſt Innoc.
in cap. cum olim 2. de priuileg facile lex pote-
rit ſcripturæ reſtitui; plura alia argumenta re-
peries apud Riminald. in rubr. de conſtitut. n.
101. & ſeq. quæ ſolum de ordinario modo fe-
rendi leges ab ipſis legib. ſecundum rei naturã
præſcripto ſcripturæ neceſſitatem conuincunt.
Secunda conclusio, ſupremus Princeps Ec-
cleſiaſticus, vel ſecularis legem veram, & vali-
8. dam poterit promulgare, quin illam faciat con-
ſcribi; & conſequenter abſolutè loquendo
eſſentia legis ſine ſcriptura poteſt ſubſiſtere,
& obligationem inducere: ita Authores ſe-
cundæ ſententiæ maiori ex parte explicare
poſſumus, huc enim tendit totus illorum diſ-
curſus, vt probetur legem abſolutè loquendo
ſine ſcriptura poſſe ſubſiſtere. Et ſanè Bart. &
alii ad l. humanum, cum in principio ſcriptu-
ram conditionem ad legem condendam om-
nino prærequiſitam eſſe aſtruant, poſtea con-
ſiderata principis ſupremi poteſtate, præciſam
illius neceſſitatem denegarunt. Nec video cur
aliqui reſeruent dictum Bart. hanc neceſſita-
tem negantis ad alias ſolemnitates in ea l.
humanum contentas, non verò ad ſcripturam,
quia hæc etiam ſolemnitas eſt, quæ principis
arbitrio, ſicut reliquæ, ſubiicitur expreſsè: hanc
tenent moderni Papienſes, quos Boſchus in
rubrica de conſtit. nu. 103. impugnare nititur,
quod dixerint ſcripturam requiri ad legis eſ-
ſentiam, habito reſpectu ad communem facti
contingentiam. Ex hoc enim ſequi exiſtimat
eſſe de eſſentia legis ſimpliciter loquendo,
quia conſuetudo dat. propriè ſignificatum
vocabulo, vt patet ex l. labeo §. idem Tubero,
ff. de ſuppel legata, confirmaturque per Abb.
& DD. in rub. de Iudic. quatenus aſſerunt de-
finitionem eſſe bonam, quæ habet reſpectum
ad communem contingentiam: ſed hæc Boſ-
chi inſtantia ſolum confirmat primam conclu-
ſionem, & definitionem ab Iſidoro traditam
in cap. lex eſt, diſt. 1. hanc verò aſſertionem, &
Papienſium opinionem non labefactat, ſi qui-
dem ſemper pro illa propugnat certiſſima le-
giſlatoris poteſtas, quæ alio ſigno ſuam po-
pulo voluntatem in recta ratione fundatam,
& ad commune bonum ordinatam ſignifica-
11.

A te poteſt, & vocali præcepto mente in per-
petuum retinendo, ac poſteriorum memo-
riæ commendando obligare, quod Demo-
ſthenes Lycurgum feciſſe meminit, quippe
qui nullas leges ſcripſit, ſed illius ciuium
memoriæ commendauit. Ariſtoteles verò 10.
Ethicorum cap 9. ait, *ſcripta nè leges ſint, an
non ſcriptæ, inter eſſe nihil videtur.*
Probatur ergo. Primo. ex variis textibus:
primo ex capite 1. de renunciat. in 6. vbi Bo- 9.
nifacius VIII. ſtatutum Cæleſtini Papæ, quo
decreuit ſummum Pontificem Pontificatui
renunciare, vt de facto fecit, in ſcriptis rede-
giſſe dicitur, *ne per temporis curſum obliuio-
ni dari contingat*, ergo iam valebat illud de-
cretum Cæleſtini, antequam deſcriberetur.
Reſpondet Decius, & Aretinus hoc ſtatutum
B Cæleſtini iam antea fuiſſe ſcriptum, eſſe-
que veluti Extrauagantem, à Boniſacio ve-
rò inter alias conſtitutiones repoſitum: ſed
contra; hæc ſolutio repugnat textui mani-
feſtè: nam ſtatutum Cæleſtini ſi ſcriptum eſ-
ſet, obliuioni non daretur, & à Boniſatio, vt
à Cæleſtino decretum fuit, inter aliàs eiuſ-
dem conſtitutiones reponeretur, neque dice-
retur decretum Boniſacii, ſed Cæleſtini: &
ita ſignificat Gloſſa verbo *temporis*, dicens
*antiquorum memoria melius præſcripta te-
netur.* Secundo ex cap. Inſtitutionis 25 quæſt.
2. ibi. *ſiue quæ ſcripto, ſiue quæ in noſtra præ-
ſentia videantur eſſe diſpoſita.* Tertio ex cap.
ſi quis, quæſt. 7. quod ſic habet, *ſi quis om-
nem traditionem Eccleſiaſt ſcriptam, vel non
ſcriptam violat, anathema ſit.* Senſit ergo ſep-
tima Synodus, ex qua ſumptum eſt hoc ca-
C put, decretum Eccleſiaſticum non ſcriptum,
etiam quoad vim obligandi, veram habuiſſe
naturam legis, antequam ſcriberetur: nec reſ-
ponſio Decii ſatisfacit, textum hunc loqui de
conſuetudine, vel de traditione ſcripta, quæ
non eſſet inter alias conſtitutiones poſita.
Quare merito inſtat Ferrer. in rubr. de conſt.
num. 15. hoc ſine fundamento dici, & diuina-
tionem potius, quam textus expoſitionem eſ-
ſe. Deinde etiamſi Eccleſiaſtica traditio vſu
recepta non eſſet, hoc decretum vrgebat il-
lam recipere, immo non alia de cauſa factum
eſt, niſi ad impediendum illorum effugium, qui
Eccleſiæ traditionem non ſcriptam non obli-
gare dictitarent, quæ ſi vſu recepta eſſet, iam
clarum erat ex vigore conſuetudinis vim obli-
D gandi ſortiri. Quarto in l. 1 & 2. ff. de legib.
item. §. conſtat. verſic. lex eſt inſtit de iur. nat.
gent. & ciu. definitur lex, & nulla mentio fit
de ſcriptura in his definitionibus, ergo ſignum
eſt legem, ſi abſolutè ſecundùm ſuam naturam
conſideretur, non requirere ſcripturam.
Secundo principaliter oſtenditur ratione, 10.
nam lex ciuilis, ſeu canonica conſtituitur in
genere ſigni indicantis principis voluntatem,
& in ratione regulæ dirigentis humanas actio-
nes ſuperioris regimini ſubiectas: ſed non
ſolùm ſcripto, ſed verbo ſufficienter principis
voluntas intimari poteſt, & voce præconis
vniuerſo populo illius ordinatio manifeſtari,
ergo ſcriptura præcisè neceſſaria non eſt, vt
princeps legẽ imponat, quæ ſubditos obliget.
Nam quid refert ad vim legis obligantis quod

ſubditis verbo, an ſcripto imperantis voluntas innoteſcat, ſi abſolutè præcepti, etiã generalis, & perpetui naturam conſideremus: ſiue enim oculis legatur in charta, ſiue auribus percipiatur in ſono, principis legitimi imperium ſubditos obligat ad illius exequutionem, ſi aliud æquitatis requiſitum non deſit: conſequentia rectè infertur: antecedens tenet Suarius lib. 3. de leg. cap. 15. in princip. & eſt contra Anguianum lib. de leg. controuerſ. 9. num. 12. & ſeq. qui ex eo probat legem ſcripto non indigere, quia dicitur eſſe in pectore principis, & in illius idea, antequam ſigno aliquo proferatur, legem conſtitutam eſſe arbitratur: iuxta cap. 1. de conſtit. in 6. vbi *Romanus Pontifex iura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere*. Hæc tamen Anguiani expoſitio manifeſtè eſt contra textum, & ad hanc veritatem noſtræ aſſertionis probandam nihil confert. Eſt contra textum: quia iſte textus, vt commentatione ſexta latius dicetur, ponit diſcrimen inter reuocationem iuris communis & municipalis, ſeu particularis diœceſis, quod illud primum per poſteriorem conſtitutionem reuocetur, quin illius mentio fiat, non tamen hoc ſecundum cuius expreſſa mentio requiritur. Et ratio eſt quia illud Pontifex ſcire præſumitur, & ideo in ſcrinio pectoris Pontificii eſſe dicitur, vt optimè notauit Gloſſ. 1. in medio *propter ſapientes & conſiliarios ſibi aſſiſtentes, qui dicuntur pars corporis ipſius principis: ideo machinans in mortem talium committit crimen læſæ maieſtatis l. quiſquis Cod. ad l. Iul. mac.* & concordat optima gloſſa in l. 2. præſcriptione verbo *iuris*, Cod. ſi contra ius vel vtilit. &c. Ioann. Mona. in citatum cap. 1. de conſtitut. in 6. Cyn. Barbat. Felin. quos refert Probus in additione ad Ioann. Mona. verb. *conſiliarios*, & eſt communis Doctorum ſententia. Præterea nihil confert ad probationem concluſionis; quoniam ille textus loquitur de iure iam ſcripto, quod ideo non opus eſt vt exprimatur in conſtitutione illud reuocante, quia ſummus Pontifex Conſiliariorum peritia adiutus, illud ſcire præſumitur; quare nullum hinc ſumitur argumentum, vt ſcripturæ neceſſitas excludatur in condenda lege, modo extraordinario, & de abſoluta potentia ſupremi Principis.

11. Probatur tertio, Gratia, ſeu priuilegium ad ſui valorem ſcripturam non requirit, ſed ſtatim, atque conceſſum eſt, per verbum fiat, validum creditur, quamuis in exteriori foro ante expeditionem litterarum non proſit, neque aliquid ſuffragetur. Primum patet ex Clem. Dudum de ſepultur. ibi. *Vniuerſa priuilegia, gratias vel indulgentias verbo, ſeu ſcripto, ſeu quacumque forma*. Secundũ ex regula 50. Cancellariæ Gregorii 13. quæ & tempore Vrbani VIII. eſt regula 52. vbi ſic habetur: *nulla talis diſpenſatio, cuiquam in iudicio, vel extra ſuffragetur, antequam ſuper ea litteræ Apoſtolicæ ſint confectæ*, & cum multis docet Marcheſanus Commiſſionum par. 1. de Papæ Referendariis cap. 2. num. 54. & cum multo pluribus Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 29. numero 2. & 9. ergo idem dicendum de conſtitutione: nam etiam priuilegium dicitur lex priuata, ſicut conſtitutio cõmunis lex eſt & propriiſſima: At dices ſicut communi, & ordinario modo valida cenſetur gratia ante expeditionem litterarum: ita communi & ordinario modo valida cenſebitur lex antequam ſcribatur, atque adeo plus probabit hoc argumentum, quàm velit hæc ſecunda concluſio, & contra doctrinam primæ. Negamus tamen conſequentiam: in hoc enim pariter non procedunt priuilegium, & lex: diſcrimen enim inter hæc ſumitur ex differentia legis priuatæ & publicæ: nam illa immediatè reſpicit priuatam vtilitatem, & non cogit obtinentem ad ſui vſum & exequutionem, idcircoque vt in foro conſcientiæ inſeruiat, non neceſſario requirit litterarum expeditionem; at lex generalis, & propriiſſima, cum ad publicam vtilitatem immediatè referatur, & ad ſui vſum & exequutionem obliget, communi & ordinario modo ſecundum rei naturam, publicum & externum forum requirit, vt ad ſuam exequutionem obliget, ideoque poſt ſcripturam promulgationem requirit. Immo etiam quando extraordinario modo fieret ſine ſcriptura, verbalem & publicam promulgationem depoſceret; antequam in conſciẽtia obligare exiſtimaretur: ſolum ergo paria ſunt priuilegium & lex in hoc, quod ſicut de facto, & regulariter in foro exteriori priuilegium ante expeditionem litterarum non ſuffragatue: ita neque lex ſine ſcriptura obligare æſtimatur: & ſicut de facto priuilegium conceſſum à Principe priuatim in foro conſcientiæ vſum habere poteſt, & conſequenter validum eſt ante expeditas litteras; ita lex de potentia legiſlatoris ſupremi abſoluta verbo promulgari poterit, & perfectum legis ſtatum ſine ſcriptura ſortiri, & hoc probat egregiè factum argumentum.

Tertia concluſio, inferiorum à principe non niſi ſcriptæ leges validæ ſunt, vnde ſcriptura ad illorum conſtitutiones omnino neceſſaria eſt: hanc tuetur Ripa in rub. de conſtitut. n. 43. item authores primæ ſententiæ, & illi quos pro prima limitatione tertiæ opinionis citauimus: quibus accedunt moderni Papienſes ſupra citati. Vnde Ariſtoteles in Rhet. ad Alex in princip. ita definit legem, *lex eſt communis ciuitatis conſenſus, qui ſcriptis præceperit, quomodo vnumquodque agendum ſit*. Idem repetit cap. 2. item Cicero 1. & 2. de legib. 12.
Probatur: Nam iura, quæ pro prima ſententia & noſtra prima aſſertione allegauimus, condendæ legis formam, modumve præſcribunt: quem ſi inferiores tranſgrediantur, cùm ſupra ius commune à ſupremo principe conditum non ſiot, leges ab illis ſancitæ validæ non erunt: quare miror ſanè dixiſſe Doctorem Suar lib. 4 de leg. cap. 14. num. 2. non arctari inferiores Epiſcopos ad certam ſolemnitatem ſcripturæ, quamuis inferius addat ſemper illorum ſtatuta in ſcriptis ferri, & ita ſeruandũ eſſe ad tollendã ambiguitatẽ, ſeu obſcuritatẽ. Nam textus citati & praxis, quã D. Suar. non inficiatur, ſatis oſtendunt non eſſe in inferioribus à principe poteſtatẽ aliter legis condendæ, quam ea ratione à ſupremo principe præ-

ſcripta: quid enim clarius quàm receptiſſimus Iſidori textus, lex eſt conſtitutio ſcripta; diſt. 1. cap. 1. de poſtulat. Prælat. cap. duo ſunt 19. quæſt. 2. Irem cap. final. de ſentent. & re iudic. in 6. vbi ne nomen ſententiæ mereri dicitur, quæ in ſcripto non proferatur: concordatque lex 2. & 3. C. de ſententiis ex breuiculo recitandis: multo minus lex eſſe, vel nominari poterit, quæ in ſcriptis primum non redigatur. Et ſimile videmus in eo, quod de forma præciſe ſeruanda dicitur in cap. cum dilecta de reſcript. vt ibi notant Abbas, Imol. Felyn. & alii. Et in l. 1. ff de liber. & poſthum. Bald. Angel. Alex. Iaſon. & reliqui: neque refert, quod aliqui ſcripturam appellent legis formam, nos verò dicamus eſſe materialem conditionem. Nam ſi ſcriptura comparetur cum ſenſu & ratione, ſeu interpretatione legis, habet ſe per modum materiæ, ſi cum re, de qua agit, quaſi forma conſideratur: his duob. modis ſcripturam accepit Suar. lib. 3. de leg. cap. 15. num. 2.

13. Oppones 1. cum Maſcardo de probation. concluſ. 422. cap. 1. de iure iurand. in 6. vbi cum ſermo ſit de ſtatutis particularib. canonicorum, non mudo ſcripta, ſed etiam non ſcripta memorantur: ergo ſignum eſt, quod non ſit de ſtatuti ab inferioribus decreti in ſcriptis redigi; ideoque id notauit Geminian. & Philipp. Franc. item deciſio Rotæ 246. alias 1. de conſtitut. ſupra citata loquitur in conſtitutione Canonicorum, ſeu capituli: & hanc dicit probari per teſtes; item deciſione 397. alias 5. de officio Vicarii quæ incipit, ſi Epiſcopus numero 3. dicitur, quod licet in delegatis ſummi Pontificis requiratur ſcriptura l. 1. C. de mand. princ. tamen ſecus eſt in inferioribus, in quibus parem vim habent teſtes, ſicut inſtrumenta Reſp. quidquid dicat Philipp. & Geminian. ſibi contrarius: nam oppoſitum docuit in cap. lex eſt citatum, vera expoſitio illius capitis traditur à Ioann Monach. & à Gloſ. verb. ſcripta V. G. pro non ſcriptis conſuetudines intelligi, & patet ex contextu, qui ſic habet, *niſi iurent Statuta & conſuetudines ipſarum Eccleſiarum ſcripta & non ſcripta*. Singula enim ſingulis correſpondent ſcripta ſtatutis, non ſcripta verò conſuetudinibus. Ad primam deciſionem dico in ea reſolui, quod ſtatutum Capituli poteſt probari per teſtes, præſertim ſi à longo tempore conditum non fuerit: tunc enim difficulter probabitur, non verò decerni, quod validum fuerit, quamuis numquam in ſcripto produceretur: poteſt enim requiri ſcriptura, quando primum fit ſtatutum, & tamen poſtea ſine ſcriptura conſeruari obligationem ſtatuti obſeruandi; altera deciſio adhuc minus efficax eſt, quia ibi ſolum decernitur, quod commiſſio ſpecialis in caſo particulari facta ab Epiſcopo ſuo Vicario ſi negaretur, vel exciperetur, quoniam viua voce facta non valeret, non eſſe recipiendam exceptionem. Immò admittendam illius probationem per teſtes qui caſus longe diſſimilis eſt à noſtro de conſtitutione facienda iuxta formam à iure præſcriptam.

Oppones. 2. ſcriptura non requiritur niſi in caſibus à iure expreſſis, quos refert Gloſſa communiter recepta in cap. 1. poſtquam de cenſib. in 6. Et concinit l. 4. contrahitur de pignoribus: ſed in nullo ex 34. caſibus numeratis à Gloſſa & illius additione continetur lex, ergo hæc non requirit ad ſui valorem, vt ab inferioribus à principe in ſcriptis redigatur: maiorem tradit Surd. libro 2. deciſ. 351. num. 3. Rodulph. Schard. in tract. de Feud. par. x. ſect. 12. num. 24. & ſequent. Reſp. 1. Gloſſam citato loco ſi credimus Aloyſ. Riccio. in collectanea, deciſion. par. 2. collect. 240. non numeraſſe caſus ſolum præciſe neceſſarios: quare ſicut ad alios caſus minùs neceſſarios ſe extendit, ita potuit aliquem omnino neceſſarium prætermittere. 2. eſto quod caſus, qui ſcripturam depoſcunt à Gloſſa numerentur, ſane in 3. vel in 28. lex includi intelligitur; nam tertius eſt ad priuilegium: iuxta cap. porro de priuileg. Etenim priuilegium priuatam legem dici nemo dubitat: quod igitur de priuata lege Gloſſa ſtatuit, de generali intelligendum eſſe ſignificauit. Deinde 28. caſus procedit de definitiuis ſententiis iuxta cap. vlt. de ſentent. & re iudicat. in 6. ex quo textu nos optime deduximus validam non eſſe inferioris legem, quæ ſcripto non promulgetur: nam ſi particularis caſus deciſio ſcripturam requirit, generalis definitio, à qua omnes eiuſdem rationis caſus diſponuntur, à fortiori illam poſtulabit: lex verò *contrahitur*, quæ allegatur, ſolum probat ſcripturam non requiri niſi in caſibus à iure expreſſis, quod admittimus, neque nobis deficiunt iura, quæ hanc ſcripturæ neceſſitatem in inferioribus à principe exigant, vt in 2. concluſione demonſtratur. 14.

Supereſt, vt ad argumeota primæ & ſecundæ ſententiæ reſpondeamus & de tribus 15.
illis Boſchi limitationibus in tertia opinione appoſitis iudicium feramus: & quantum attinet ad argumenta primæ opinionis, Reſpondeo tria priora oſtendere legem communi & ordinario modo editam, non niſi in ſcripto redactam valere, neque ſine ſcriptura factam præſumi: ita tamen vt ſi ſupremus princeps ſe declaret, & voce præconis perpetuam legem faciat publicari, ſcriptura in eo euentu neceſſaria minime cenſeatur. Neque 4 argumentum obſtat, quoniam lex verbo poteſt innoteſcere & in hominum memori mento ſcribi, ac per manus traditam, poſteritatique commendatam, perpetuitatem obtinere: quia tamen in variis legibus ſine magna confuſione ac regiminis politici perturbatione id contingere nequit, leges non niſi in ſcriptis dare etiam ſupremi principes regulariter conſueuerunt. Ad argumentum pro ſecunda ſententia dico, ſcripturam nec ita eſſe neceſſariam ad probationem & obligationem à lege inducendam vt à ſupremo Principe tolli non poſſet, abſolute loquendo. Deinde ſi de ordinario modo legis condendæ loquamur, non eſt dicendum hanc ſcripturæ conditionem eſſe

aliquid conſequens poſt legis conſtitutionem, A vt argumentum ſupponere videtur, ſed potius ſe hibere ex patte materiæ, ſeu ex parte formæ conſtituentis legem io tatione talis ſigni demonſtrantis voluotatem legiſlatoris. Et ſicut ſacramentum eſt qooddam ſignum ſenſibile ex rebus & verbis compoſitum, ita lex, quæ ex iute humano poſitiuo verba ſcripta, tamquam ſolemnitatem regulariter neceſſariam depoſcit, vt ex illa reſultet illa proprietas & effectus præcipuus, nempe obligationem ioducere, & alii conſequeotes, videlicet fidem facere, ad probationem aſſumi, & humanas dirigere actiones.

1. Ad limitationem primam Buſchi patet reſponſio ex 2. argumento pro 2. concloſio- B ne; admittimos enim in exterioti foro Gratiam obtentam anta expeditas litteras oon ſuffragari; caſus verò in ea limitatione numerati procedunt, etiam de expeditis litteris, quarum ita neceſſaria creditur ſcriptura, vt ſi litteræ amittantur, probatio per teſtes non ſufficiat, de quib. ad titulum de reſcriptis, vt pote in proptio loco diſputandum.

Ad 2. dico ſi dubium illud magnum noo eſſet de lege ſcripta ſuper dubii reſolutione; ſed de materiali caſu à lege diſpoſito, tunc admitti poſſet probatio pet teſtes, qui legem ſcriptam, ita de illo caſu diſpoſuiſſe teſtarentur; ſi vero eſſet dubium, an lex ſcripta eſſet, tunc probatio per teſtes nibil efficeret, deficieore conditionis ſolemnitate & alias ſupremo principe illam non ſupplente; oeque obſtat, immo iuuat cap. 1. de renuntiat. in 6. in quo Boniſacius VIII. veritus ne rur- C ſus ea quæſtio in dubium verteretur, an ſummus Pootifex pontificatiu poſſet tenunciate, Cæleſtini Papæ decretū intet alias conſtitutiones conſcribi fecit ad perpetuā rei memoriam, ne ſcripsutæ ſolemnitas huic ſtatuto etiamſi à ſupremo Principe dimanauerit, deeſſet: ſed ſublata quamuis dubitandi occaſione tamquam proptiiſſima lex pontificia permaneret. Alter textus, qui affertur cap. ad Apoſtolicæ, de depoſitione Imperatoris Federici ab Innocentio IV. agit, nihilque ad noſtram pertioet difficultatem. 3. limitatio veram doctrinam contioet, quod ſpeciale mandatum in delegato Papæ, vel Imperatoris nequeat probati niſi per literas, de quo ſunt optimæ deciſiones Rotæ ſupra de offic. Vicarii in nou. alias 397. num. 4. Setaphini de- D ciſ. 772. num. 3. Ægid. deciſ. 110. in fin. Verùm cum noſtra quæſtio procedat de vera & ptoria lege genetali, oon de mandato ſpeciali non eſt limitatio ad quæſtionis difficultatem ſpectans: dubium quod hic ſubotitur, quo idiomate conſctibi debeat lex, legiſlatoriſne, an illorum ad quos fertur, ſi diuerſa lingua vtantur ſequenti, quæſtione ad finem expedietur.

De legis promulgatione.

QVÆSTIO V.

EX definitione legis in 1. diſput. propoſita conſtat promulgationem ad legem omnino exigi. eamque vſque adeo neceſſariam credidit D. Thom. 1. 2. quæſt. 90. artic. 4. & 91. artic. 1. ad 2. vt legi etiam æternæ accommodare hanc legis conditionem elaboret, atque æternam legem verbo & ſcripto promulgatam fuiſſe *ex parte Dei promulgantis, quia verbum diuinum eſt æternum, & ſcriptura libri vitæ eſt æterna, ſed ex parte creaturæ audientis, aut inſpicientis non poteſt eſſe promulgatio æterna.* Quod intelligendum eſt, poſita mundi creatione in tempore: abſtrahit enim ibi D. Thom. ab illa quæſt. an mundus, vel aliquæ creaturæ eſſe potuerint ab æterno. Deinde loquitur de promulgatione accommodata ad dignitatem & excellentiam æternæ legis. quæ vt dixi diſp. 1. quæſt. 4. ſect. 1. cum creaturis poſſibilibus loquitur, eaſque vocat à poſſibilitate ad eſſe actuale, & ſibi facit obedire & in ea temporis determioati circumſtantia tranſire de non eſſe ad eſſe, quando ipſius ordinario ab ætetoo præſcripſit. Ideoque, vt compleatur, non opus eſt, quod innoteſcat ab æterno, quia creaturæ poſſibiles, ſeu aliquando futuræ in eſſe obiectiuo intelligendi capacitatem non habent actualem. Vnde etiam conſequitur, vt non requirat ſenſibile C ſignum, per quod promulgetur, quatenus æterna eſt: dico qua æterna eſt: qoia lex diuina poſitiua temporalis, qualis eſt lex Moſaica & nunc eſt Chriſtiana, aliquam externam promulgationem habuere, antequam per ſe obligaodi vim obtinerent. Prætetea lex naturalis ſuum habet promulgationis modum à natura definitum: nam ſicut illa naturalis eſt, ita conditiones ſibi accommodatas depoſcit: promulgatur ergo per interius naturæ dictamen: & quamus fiat hæc promulgatio, non ideo particularis eſt, ſed communis vox cenſetur totius naturæ & illius Authoris, qui publica perſona eſt, & cum ſingulis vniuerſim modo debito ad legem naturæ loquitur per naturalia ratioois dictamina, alia in aliis clariora & quamuis D noo omnia ſingulis diuiſim tamen cunctis pari modo inſunt & cuncta diſtributiuè omnibus propalantur, & qnia in naturali legis promulgatiooe nulla alia eſt difficultas, tota noſtra controuerſia erit de promulgatione neceſſaria ad legem & conſtitutionem temporalem poſitiuam, diuinam, ſeu humanam. 1.

Vtrùm promulgatio ſit omnino neceſſaria ad ſubſtantiam legis poſitiuæ diuinæ.

SECTIO I.

HÆc difficultas de lege diuina in præſenti tantum procedit: neque ita ea curo

an promulgario habeat rationem formæ, ſeu materiæ reſpectu legis, quia ſicut iam ſupra diximus de ſcriptura, ſub vna conſideratione inſtar materiæ ſe habere, ſub alia ad modum formæ, ita de promolgatione dicendum: Nam vt manifeſtatio eſt, ſeu propoſitio legis, per modum formæ concipitur, vt vero connotat externum ſignum per quod conſtituitur in ratione legis, obligationem per ſe inferentis per manifeſtationem voluntatis legiſlatoris conſideratur vt quædam diſpoſitio, ſeu materialis conditio ad legis ſubſtantiam prærequiſita: plus intereſt duo in hac diſputatione diſtinguere: primum eſt publicatio ex parte legis requiſita. 2. notitia ex parte illorum, qui obligantur: multi enim hæc duo confundunt: hinc enim accidit quod Caſtro lib. 1. de leg. pœnali cap. 1. & alii dixerunt tantam eſſe promulgationis neceſſitatem, vt neque Deus poſſit hominem poſitiua legę obligare, ſine illius publicatione: quod ſane verum eſt de promulgatione, vt ſignificat notitiam accommodatam obligationi & manifeſtationem aliquo modo factam illis quibus lex imponitur: niſi enim cognoſcatur lex, vel cognoſci negligatur, ad ſui obſeruationem non mouet, neque contra illam peccatur: non tamen eſt verum ex parte legis, quia hæc poterit ſufficienter promulgari in Ciuitate & regno, omneſque per ſe obligare, quin omnibus vrbis, aut regni ciuibus nota ſit: vt de facto in lege Euangelica viſitur: adhuc enim noſtra ætate reperiuntur populi, ad quos illius notitia non peruenit: cum tamen omnes obliget ad ſui obſeruationem, & perfectum legis ſtatum ſortiatur; de hac ergo diuina lege inquirimus, ſiue de quauis alia, quæ à Deo dari poſſet, an neceſſario externam, & ſenſibilem publicationem requirat.

2. Vnica ſit aſſertio: ad legem poſitiuam diuinam promulgatio externa publica, aut ſenſibilis de potentia abſoluta Dei neceſſaria non eſt: Verùm ex natura rei loquendo, & accommodata ad morem humanum, ac iuxta exigentiam communitatis eorumdem hominum, requiritur, & de facto interuenit in lege ſcripta veteris teſtamenti, & in lege gratiæ: hanc tenet Vaſq. 1. 2. diſput. 155. cap. 2. in fin. Suar. lib. 1. de legib. cap. 11. num. 6. & lib. 10. cap. 3. num. 1. & ſeq. & quoad vltimã partem Salas 1. 2. tract. 14. diſp. 24. ſect. 3. & 4. Probatur prima pars. Deus poſſet per priuatam notitiam interiorem omnes & ſingulos homines obligare ſine interuentu alicuius ſigni ſenſibilis: nam ſicut cum Prophetis interius loquebatur, & aliquando illis præcepta imponebat, ita cum omnibus id facere, non repugnat, ſi ſupremam Dei poteſtatem conſideremus: quia tamen modus magis conueniens cum hominum multitudine, & communitate agendi poſtulabat mediante externo ſigno humano more, homines dirigere. & ſuarum operationum regulam præſcribere, ideo in ſecunda aſſertionis parte diximus ſecundùm rei naturam, requiri ſenſibilem & externam promulgationem, vt qui per ſenſus ſcientiam hauriunt

A ſenſibilibus ſignis ad legis implendæ cognitionem peruenirent: iam verò ita de facto contigiſſe in lege veteri teſtantur illa ſigna, & prodigia, quibus Exodi 19. & 20. ſcripta lex Iſraëlitico populo cæpit promulgari, item in noua vehemens de Cœlo ſonus diſpertitæ linguarum facies diuini ſpiritus deſcendentis indicia oſtenderunt, de quibus actorum 2. quando Euangelica lex cæpit ab Apoſtolis publicè prædicari. Verùm hæ ſolemnitates, omnes ſunt accidentariæ ad diuinę legis promulgationem. Nam licet ſecundùm rei naturam promulgatio legis diuinæ hominibus facienda ſignum ſenſibile exigat, modus tamen illius ſigni determinandi ad legiſlatoris diuini arbitrium ſpectabat.

Confirmatur, quia vtraque lex, tam vetus 3.
B quàm noua verbo, & ſcripto fuit promulgata: quod Paulus ad Hebræos cap. 1. ſignificauit manifeſtè. *Multifariam multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſſime diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio*, etenim in ſacris litteris loquutionis Dei externæ multiplices modi paſſim occurrunt. E nube non ſemel vox erupit Exod. 16. verſ. 10. & 34. verſic. 5. Num. 12. verſ. 5. Deut. 31. verſic. 15. Marc. 9. num. 7. Lucæ 9. num. 35. in ardenti Rubo Exod. 3. verſic. 2. & alibi ſæpè ad Moyſem, qui legis tabulas Dei digito deſcriptas accepit Exod. 31. verſ. 18. & Iſraëlitico populo promulgauit, & quia inter alios Patres magnus Gregor. & Auguſt. diuerſos diuinæ loquutionis modos
C clarius expreſſerunt, eorum verba apponam. Greg. li. 28. Moral. c. 2. ſic ait, *Duobus modis loquutio diuina diſtinguitur, aut per ſemetipſum namque Dominus loquitur, aut per creaturam angelicam eius ad nos verba formantur: ſed cum per ſemetipſum, virtus eius intima quadam ſubleuatione cognoſcitur; cum verò per Angelum voluntatem ſuam Dominus indicat, aliquando eam verbis, aliquando rebus demonſtrat, aliquando ſimul verbis, & rebus.* Auguſtin. verò libro octauo Geneſeos ad liter. cap. 18. ita ait, *quæri poteſt quomodo nunc Deus loquutus ſit ad hominem, quem fecit, iam certè ſenſu, & mente prædictum, vt audire, & intelligere loquentem valeret: neque enim aliter præceptum poſſet accipere, quo tranſgreſſor eius eſſet, niſi hoc acceptum intellige-*
D *ret.* En habes in quæſtione ab Auguſtino propoſita neceſſitatem promulgationis in lege, ſeu præcepto diuino quam probamus. Et progreſſus ſtatim in noſtræ ſententiæ confirmationem ſatisfacit quæſtioni. *Quomodo ergo illi loquutus eſt Deus? Vtrum intùs in mente ſecundum intellectum, id eſt vt ſapienter intelligeret voluntatem, ac præceptum Dei ſine vllis corporalibus ſonis, vel corporalium ſimilitudinibus rerum? ſed non ſic exiſtimo primo homini loquutum Deum: talia quippe ſcriptura narrat, vt potius credamus ſic eſſe Deum loquutum homini in Paradiſo, ſicut etiam poſtea loquutus fuit patribus, ſicut Abrahæ, ſicut Moyſi id eſt in aliqua corporali ſpecie.* Iam verò legem nouam à Chriſto Domino & Apoſtolis, ac

Digitized by Google

Euangeliſtis verbo & ſcripto promulgatam nemo dubitat, quamuis enim Chriſtus Seruator illam manu ſua non ſcripſit, de illa Apoſtolos erudiuit, & Euangeliſtis dictauit, vt Salmeron prolog. 26. ex Auguſt. de conſenſ. Euang. cap. 7. aſſeuerat.

4. Obiicies hinc ſequi eodem modo dici poſſe legem nouam ſcriptam, ac veterem: Atque diſcrimen inter legem gratiæ, & ſcriptam omnino tolli. Reſpondeo negando conſequentiam: quia lex noua, non ſolum propria præcepta complectitur, ſed etiam gratiæ ſpiritum, ad illius obſeruationem vires conferentem; & quia inter hæc duo principalior eſt gratia ſpiritus, & interioris charitatis lex noſtris cordibus diffuſæ, ideo noua ſimpliciter lex gratiæ, vetus verò ſcripta dicta eſt quamquam noua, quatenus præceptiua, & exterius ſcriptis Canonicis commendata, ſcripta etiam dici poteſt: ita docet D. Thom. quæſt. 106. artic. 1. & ante illum Chryſoſtom. tom. 3. homil. 1. de Spiritu Sancto, Auguſtin. de Spiritu & littera cap. 17. quare duplicem partem nouæ legis diſtinguere oportet, alteram imperantem, quæ præcepta continet; alteram adiuuantem, & interius illuſtrantem, ac inſpirantem ad illius obſeruationem. Vnde author imperfecti homil. 28. ait, *lex præceptum eſt nudum, gratia autem virtus eſt:* Vtraque verò pars ita in vnam legem Chriſti coaleſcit, vt à præcipua nomenclatio mutuetur, & lex gratiæ nominetur.

5. Vrgebis: non videri ſufficiens propoſitum diſcrimen inter veterem, & nouam legem, nec maiorem rationem, quo vna potius abſolutè lex ſcripta dicatur, quàm altera. Nam vtraque conſiderari poteſt, vt imperans, & vt adiuuans. Ambæ enim ſunt ſenſibiliter ſcriptæ, quod attinet ad præcepta quæ continent, & per exteriorem doctrinam imperare iuſſæ ſunt. Item ambæ interius vt à ſubditis reciperentur per fidem Spiritus ſancti internum impulſum, & auxiliarem gratiam excitantem & adiuuantem requirant, aliterque neutra recipi, vt oportebat, neque integrè potuit adimpleri: ergo non ſaluatur proprietas illa legis nouæ à Deo per Hierem. 31. nu. 34. promiſſæ, *dabo legem meam in viſceribus eorum & in cordibus eorum ſcribam eam.* Hac difficultate preſſus Doctor Suar. quamuis lib. 10. de leg. cap. 3. num. 3. fatetur legem nouam, quateous præcepta continet, dici poſſe ſcriptam, poſtea num. 7. negat etiam vt imperantem exterius eſſe ſcriptam, ſed mentibus impreſſam, vt ſic conſtituat diſcrimen inter vtramque legem. Et quidem legem nouam per ſe ſolo verbo fuiſſe promulgatam, non verò ſcriptam patet, quia ab ipſius Authore ſcripta non fuit, vt D. Thom. 3. par. quæſt. 41. artic. 4. & multo tempore obligauit, antequam ſcriberetur, vt ſumitur ex Irenæo libr. 3. contra hæreſ. cap. 1. Chryſoſtom. homil. 1. in Matth. Euſeb. lib. 3. hiſtor. cap. 18. alias 24. Nam 1. Euangelium in quo lex noua ſcripta fuit, Matthæi eſt, vt docet Theoph. in præfat. ad Matth. & anno octauo poſt Chriſti paſſionem prodiit: vt cum

A Euſebio in Chronolog. narrat Baron. tom. 1. anno Domini 41. ergo ſignum eſt legem nouam non eſſe per ſe exterius ſcriptam: ſed quaſi per occaſionem ſcribendi vitam Chriſti, & monendi fideles per Epiſtolas ſi hoc modo præſens difficultas expediatur ſecundum Doctorem Suarium, ne ille ſibi contradicat, ita exponi poteſt, vt in priori loco, quando nouam legem ſcriptam dici poſſe, conceſſit, intelligatur ſecundùm quid & per accidens, quia lex noua per ſe ſcripta non fuit; in poſteriori verò loco per ſe ſcriptam fuiſſe legem nouam, etiam vt imperantem negauiſſe dicatur.

6. Cæterum ad conſtituendum diſcrimen B legis nouæ à veteri in denominatione, & in diuerſo modo, quo vtraque ſcripta eſt, minimè neceſſarium exiſtimo negare nouam legem, quatenus imperantem, & præcepta continentem per ſe & abſolutè ſcriptam eſſe & ita nominari: Nam licet per ſe Chriſtus Dominus illam non ſcripſerit, perinde fuit, ſiquidem vt proximè diximus ex Auguſtino, eam Euangeliſtis dictauit; quos veluti Amanuenſes, & ſcriptores potius habuit, quam noui teſtamenti Authores: & quamuis ad 1. nouæ legis promulgationem neceſſariam non duxerit ſcripturam, ad maiorem tamen in poſterum euulgationem, veritatiſque catholicæ firmitatem contra inſurgentium hæreticorum proteruiam, Ethnicorum prauitatem, omnino illam neceſſariam exiſtimauit, ac per ſe intendit: nam præcepta ſolo verbo tradita facile patent errorum corruptelis, quare niſi alio ſigno magis per- C manenti poſterorum memoriæ mandarentur, facillimè per obliuionem, per negligentiam vel nouatorum impoſturam poſſent peruerti & vitiari. Vnde ſine continuo & perenni miraculo Euangelicæ legis veritas incorrupta perſeuerare nequiuiſſet: quare ad inſtantiam perſiſtendum, in doctrina & reſponſione D. Thomæ citato loco, dicendumque legem nouam non denominari à parte minus præcipua, nempe ab ſcriptura; ſed à præſtantiori, nempe gratia, quam continet in eiſdem ſacramentis, de quibus præcepta tradidit: lex enim vetus, etiam ſi Spiritus ſancti gratiam excitantem, & adiuuantem requirebat, vt reciperetur, & impleretur; hanc gratiam in fide Chriſti venturi, & vt præcedens legis nouæ vmbra acce- D pit, non à ſe vel à ſuo promulgatore Moyſe habuit: cum tamen lex noua, ita de ſacramentis præcepta imperauit, vt in ipſis ſpiritualis gratiæ ſcaturigines aperuerit, à quibus auxiliaris gratia proueniret: hinc etiam eſt, vt in noua lege cum maiori detur abundantia: cum igitur præcepta legis nouæ, obiectiuè ſumpta ſeparari nequeant à continentia gratiæ, qua ex Chriſti legiſlatoris meritis ditiſſime abundat, ſuam ab hac excellentia ſumſit nomenclaturam: ſimili modo ex D. Thoma exponit Hieremiæ locum Gaſpar Sanch, item ex D. Auguſtin. lib. de Spiritu, & littera cap. 21. ad finem his verbis *ſignificauit eos* (nempe legis nouæ cultores) *non forinſecus tenentem legem for-*

Digitized by Google

midaturos, ſed intrinſecus habitantem ipſam legis iuſtitiam dilecturos. Neque per hoc excluditur illud diſcrimen, quod prima ſcriptio legis veteris in tabulis lapideis Dei digito fuit inſculpta. At nouæ prima ſcriptura in Euangeliſtarum & Apoſtolorum cordibus, in intellectu per illuminationem, in voluntate per affectum deſcripta eſt, antequam exteriori ſcripturæ mandaretur.

Vtrùm ex natura rei ad perfectam legis humanæ conſtitutionem promulgatio requiratur.

SECTIO II.

1\. PRius quæſtionem excito de humana lege ſecundum rei naturam conſiderata, vt poſtea videatur, qua ratione de iure ciuili, vel canonico ſe res habeat; nec in hoc puncto multum vrget in definitione legis promulgationem contineri: quia lex definitur ordinatio rationis ab eo, qui curam gerit communitatis, promulgata: quod tanti fecit Anguianus libro primo de legibus controuerſia decima numero 2. vt ex eo rem conuinci arbitretur: nam rarò definitiones traduntur per doctrinam eſſentialem, ſed plerumque per proprietates, & accidentia: quæ extra totam rei definitæ naturam manent, licet cum illa reciprocentur: poſſet igitur lex in ſua natura perfectè conſtituta ſupponi, & deinde promulgationem eſſe illius proprietatem reciprocam, quæ ad legis naturam conſequeretur: ſi dicat promulgationem non eſſe proprietatem, ſed eſſentialem differentiam, egregiè petit principium: hoc enim in controuerſiam vocamus, quæ ſane inutilis non eſt, immò hæc promulgatio, quæ eſt proprietas reciproca legis, ſi conſideretur legis natura ſecundùm ſe, non oportet, quòd ſit aliqua publica & ſolemnis promulgatio neceſſaria, ſed ſufficeret aliqua via ſuperioris imperium ſubditis innoteceſcere, vt lex illa obligaret & ſubditus contra legem quouis modo cognitam peccare poſſet, quæ videtur eſſe opinio Ludou. Gomes ad regul. Cancell. qu. 2. & clarius Seluæ de benefic. quæſt. 22. numero 14. qui aſſerit ſine publicatione legem valere & ligare ſtatim, ſi conditor velit. In eadem [illegible]e verba Ripa in rub. de conſtitut. num. 43. ex quadam illatione deductus prorupit, neque alio nituntur fundamento quam gloſſæ authoritate, quam tribus in locis citant in clem. de hæret. in cap. 2. verb. *hactenus* de reb. Eccleſ non alienand. in 6. & in cap. cum ſingula §. 1. verb. perueneric de præbend. eod. cui duos textus adiungunt cap. propoſuiſti 82. diſt. & cap. 1. de poſtular. Prælat. Vbi cum Innoc. 3. dicat, *vt ad conſtitutionis obſeruantiam teneatur, qui nouerit eam ſolemniter editam, aut publice promulgatam.* Vnde infert Panormit. ibidem num. 9. & 10 & cum eo Syluest. verb. lex quæſt. 6. par. 2. Angel. eod. verb quæſt. 12. ſatis eſſe cognitionem editæ conſtitutionis etiam non promulgatæ ad A inducendam obligationem.

Probari poteſt eadem opinio. Primo: poteſtas legiſlatiua humana participatio quædam eſt diuinæ: ſed Deus cum primum voluntatem habet obligandi homines ad aliquid agendum, quocumque modo illam ſignificet exterius, eamque homines ſaltem exteriori ſigno proditam agnoſcant ſecundum rei naturam, ſtatim obligantur abſque alia promulgatione: ergo etiam ſpectata rei natura ſupremus Princeps non tenetur ad aliam ſolemnitatem promulgationis, niſi exteriori ſigno ſuam ſubditis indicare voluntatem. Confirmatur quia ratio qua D. Thom. 1. 2. quæſt. 90 artic. 4. & alii Theologi ibidem. B Vaſq. diſp. 155. cap. 2. nituntur, ſolum oſtendit aliquo externo ſigno debere legem applicari, vt regula, & menſura ſit eorum, quibus applicatur & ſecundùm illam in externum forum prodeuntem operari, & regulari teneantur: ergo nulla alia promulgatio requirenda eſt ex natura rei, quam aliqua externa ſignificatio voluntatis imperantis. Secundo quodcumque peccatum exterius, quantumuis occultum, ſubiacet poteſtatis Eccleſiaſticæ cenſuris: ergo quodcumque ſignum exterius Principis imperantis vim habet ad obligandum. Probatur conſequentia: eſſe crimen per accidens occultum non tollit illius ſubiectionem, & incurſum pœnarum: ergo eſſe ſignum externum legiſlatoris occultum per accidens, & per accidens non obligare eos, ad quorum notitiam non peruenit, non tollit iuriſdictionem, poteſtatem & vim obligandi, itaut quacumque via C à ſubditis [illegible]atur, legem obſeruare teneantur: his rationibus prædicta ſententia ita ſtabilitur, vt poſſit ſine incommodo ſuſtineri. Nam quæuis alia ſolemnitas promulgationis, quæ de facto requiritur, non ex natura rei, ſed habito reſpectu ad leges ciuiles, ſeu cannonicas, prout de facto ſeruntur, neceſſaria indicabitur. 2.

Nihilominus tamen addendum eſt huic ſententiæ, vt vera ſit, non ſufficere quodlibet externum ſignum, cuius interuentu ſuam voluntatem priuatim princeps oſtendat, ad legis obligationem; ſed oportere, vt publicè aliquo promulgationis modo illam exponat: D ita expreſſè tenet Salas 1. 2. tract. 14. diſp. 1. 2. ſect 1. num. 5. indicat Suar. lib. 1. de leg. cap. 11. num. 5. & 6. Malderuſ 1. 2. quæſt. 90. artic. 4. dub. 1. §. ſecundo, D. Thom. Caſtro, Nauarr. Valent. Soto, Azor quos citat Salas, quatenus aſſerunt promulgationem eſſe de ſubſtantia legis, ab aliis verò authoribus magis videtur ſupponi, quam exprimi, quia hanc difficultatem ſub his terminis non excitarunt: ſed magis promulgationem habito reſpectu ad vtrumque ius conſiderarunt, & quatenus de facto neceſſaria eſſet tantummodo quæſierunt. Probatur 1. conſtitutio non peruenit ad perfectum legis ſtatum & eſſentiam, ſecundum rei naturam quamdiù ab ea non reſultat illa facultas obligandi eos, quibus imponitur: ſicut enim paſſio ab eſſentia dimanans, neceſſariò illam conſequitur: ita hæc facultas obligandi 3.

Digitized by Google

proximè, quæ eſt paſſim legis naturam conſequens, vbi illam ſupponit conſtitutam, neceſſario emanat: ſed antequam publicè promulgetur conſtitutio illa proxima obligandi facultas ab ea non emanat: etenim vt conſtitutio poſſit proximè communitatem obligare ſecundum rei naturam neceſſario debet illi applicari, & tali modo ad eam communitatem proferri, vt illi innoteſcere queat; quia quamdiù per ſe loquendo ad communitatis notitiam peruenire non valet, ex natura rei obligare minimè poteſt, neque in hoc conſidero notitiam, quę de facto detur, ſed illam, quæ ex vi applicationis & proportionis ad communitatem dari poſſet: quoniam hac proportione poſita iam proxima obligandi virtus à lege reſultare intelligitur: ergo promulgatio publica legiſlatoris voce vel alterius per illum dati omnino neceſſaria eſt ſecundum rei naturam, vt conſtitutio vera lex exiſtimetur. Secundo poteſtas legiſlatiua, humana, naturalis, & ordinaria ad bonum communitatis à Deo, & à natura hominibus datur, ſiue ſit in vno, ſiue in multis reſideat: ſed ſi non requireretur promulgatio publica ad legem, non ad vtilitatem & ædificationem, ſed ad deſtructionem reipublicæ lex fieret, ergo. Suadetur minor: nam ligarentur & obligarentur ſubditi, antequam humano, naturali & rationabili modo ſui officii obligationem agnoſcere potuiſſent, & haberent pro regula ſuarum actionum, quæ ad illos ſecundum naturalem æquitatem debito modo non dirigeretur: quia debitus modus naturalis, & rationalis agnoſcendi ſuam obligationem, & applicandi regulam ad communitatem, non eſt priuata exhibitio voluntatis legiſlatoris; ſed publica, & talis, quæ non ad vnius perſonæ, ſed ad communitatis ſenſum peruenire queat: ſicut enim natura nulli homini conceſſit poteſtatem accedendi ad fœminam, niſi ſolutu ad ſolutam, & perpetuo mutuæ obligationis vinculo, quia ita naturalis æquitas poſtulat: ita nulli concedit poteſtatem leges ferendi, niſi cum hac limitatione, vt prius promulgentur, quam pro legibus habeantur. Tertio iura, quæ oſtendunt de facto publicam requiri promulgationem ſufficientem ad legis valorem, in naturali æquitate fundantur, & ſecundum illam procedunt: hæ rationes probant de potentia naturali, & ordinaria ſecundum rei naturam datam hominibus: non tamen oſtendunt impoſſibile de potentia Dei abſoluta in aliqua creatura talem leges ferendi facultatem reperiri potuiſſe ex decreto Dei, vt quouis modo in mundo illius decretum, & imperium innoteſceret, obligaret, & quidquid etiam priuatim iuberet fieri, legis vim haberet, quod fieri poſſe aliqui ex citatis authoribus non atteſtantur.

4. Ad argumenta in oppoſitum: dico Gloſſam in clem. ſecunda, verb. *ex tunc* ſolum aſſerere verbum illud ſignificare, *à tempore promulgationis non expectato lapſu duorum menſium? non quoad hoc vt contra facientes hoc ignorantes obligati eſſent ad culpam; ſed quoad hoc vt contra factum non* A *valeret*: quod infra magis exponetur: ſimiliter duæ aliæ Gloſſæ citatæ agunt l. non de neceſſitate promulgationis ad valorem legis, quam ſupponunt, ſed de temporis lapſu poſt promulgationem requiſitam, vt lex obligare exiſtimetur: quod bene aduertit Anguianus lib. 1. de leg. controu. in. numero 13. Caput propoſuiſti diſt. 82. Syriciani decreti promulgationem ſupponit, & ſolum eos excuſat, ad quos illius notitia non perueniſſe probatur, vt egregiè oſtendit gloſſ. ibidem verb. *non probatur*, & reliqui Doctores: multo minus fauet Ripæ cap. 1. de poſtula. prælat. nam manifeſtè publicam promulgationem requirit, neque ſignificat ſufficere editionem quæ ſolemnis non ſit, & publica expoſitio, quare illa particula diſiunctiua, *aut*. ſignifi- B cat videlicet, verba æquipollentia, & ſolemnem publicationem indicantia præ ſe fert, vt bene obſeruauit Suar. lib. 3. de leg. cap. 16. num. 2. & ante illum Innocent. ad citatum cap. 1. num. 6. & Hoſtien. numero 22. qui non diſiunctiuè, ſed copulatiuè textum exponunt quibus aſſentitur ibidem Zabarell. & Armil. verb. lex, numero 11. Neque Panormitanus ſolemnis editionis vocabulo ſolam editionem intellexit, vt ſuſpicor, quæ fit in Concilio principis, antequam communitati publicè exponatur; ſed promulgationem intellexit ſolemnem, antequam lapſus duorum menſium tranſiret, & euulgaretur conſtitutio: quamuis Decius in idem cap. 1. num. 30. notabil 15. Abbatem interpretatus eſt de edi- C tione facta in Concilio ſtatuente legem ante promulgationem ad reliquum populum. Vnde illius ſententiam merito reiecit: nam intentio ſtatuentium legem in Concilio eſt, vt obliget ſecundùm illius naturam, nempè poſt promulgationem, argumento l. qui habenti in princip. ff. de acquirend. poſſeſſ. neque ſtatuentes volunt ſe prius obligare, quàm reliquam communitatem, cui ſanè adhuc non eſt promulgata: ad alternatiuam dicit in aliquibus exemplaribus legi copulam *&*: ſed licet alternatiua *aut* ſit, pro copula ſæpè accipi, ex l. cum quidam Cod. de verbor. ſignificat. vel expoſitiuè declarari iuxta gloſſ. in l. penult. ff. de act. empt. in princip. Dec. ſequitur Nauarr. in ſumm. cap. 23. num. 40. in fin. & conſil. 2. de conſtitut. quæſt. 1. num. 3. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 1. aſſerens D ſententiam Abb. eſſe contra Diu. Thom. 1. 2. quæſt. 90. artic. 4. & reliquos Theologos in 3. diſt. 37.

Ad primam rationem in oppoſitum conceſſa maiori & minori propoſitione; neganda eſt conſequentia. Nam quamuis lex humana quædam participatio ſit diuinæ, non aſſequitur diuinæ legis excellentiam, ſed longe inferior eſt. Nam Deus cum corporis & animi Dominus ſit ſupremus, vtique legem imponere poteſt; qua omnes homines, & ſingulos obligabit, neque alia ſolemnitas requiritur, quam vt illis interiori, vel exteriori ſigno Dei voluntas & imperium innoteſcat. At legiſlator humanus per ſe de interioribus actibus non diſponit, & de exterioribus non niſi humano, & naturali modo, vt oſtendi: 5.

addit

addit Salas citatus ſect. 9. ſi promulgatio diuinitus,& per Angelum fieret,eodem modo obligaret ac ſi ordinaria eſſet,& communis: dūmodo princeps æternis ſignis imperet, vel conditionatè ſi ſentiatur,vel abſolutè ſi ſentiri ipſe arbitretur: Verùm ad præſentem reſolutionem prædicta non ſufficiunt,ſed vnum ex duobus ſuperaddi neceſſe eſt: nempe, vt qui legem,ſeu præceptum imponit, notitiam habeat miraculoſæ promulgationis, vel Deus interuentu illius ab his, quibus facta eſt reuelatio, obedientiam & obſeruantiam humanæ legis expoſcat, & in vtroque caſu hanc legem non dicerem purè humanam quia in vtroque euentu Dei potentia abſoluta, & illius authoritas interueniret, quaſi confirmans legē, quam miraculoſo modo iubet promulgari. & conſequenter obſeruari: quod verò vnum ex his duobus vel vtrumque neceſſarium ſit in caſu dicto, probatur: nam niſi princeps cognoſcat ſuam legem naturali, vel ſupernaturali modo publicari ſubditis,non intendet efficaciter illos obligare neque legem ferre: Nam *leges conſtituuntur, quando promulgantur*, vt ait Gratian. ad cap. in iſtis §. leges diſtinct. 4. Deinde ſubditi non prius ſentient ſe obligari humana lege, quàm intelligāt illam ſufficienti modo naturali, ſeu miraculoſo fuiſſe promulgatam,ad confirmationem dico rationem D. Thom. & aliorum eſſe exponendam, & cōfirmandam illis rationibus quas adduximus.

Ad 2. reſpondeo negando conſequentiam. Nam aliud eſt ſubiici poteſtati humanæ, aliud obligari ab illa;quare vt ſubiiciantur actus humanæ poteſtati,ſatis eſt,ſi ad forū externum prodeant,vt initio huius diſputationis oſtēdimus;vt verò communitas ad aliquē actum ab humana poteſtate obligetur per ſe,oportet,vt illi ſufficienter proponatur principis imperiū; ideo enim hoc ad legis obligantis ſtatum non peruenit, antequam debita promulgatione cōmunitati obligandæ applicetur ſicuti illud ipſum occultum peccatum exterius,antequam innoteſcat, & probetur apud principem puniturum, reus ſententia declarante pœnam delicto impoſitam non conſtringitur.

Vtrum vna promulgatio de facto ſufficiat in principis Curia, vt in toto territorio ſubditos liget.

SECTIO III.

1\. POſito quod ad legem neceſſario requiratur talis propoſitio ſenſibilis ea publica illius, quæ ad totius communitatis notitiam facile perueniat, & hoc nō ſolum ea natura rei: ſed de facto vtrumq; ius docet promulgationem eſſe de ſubſtantia legis, & ad illius conſtitutionem omninò neceſſariam, iuxta auth. vt factæ nouæ cap. 1.coll. 5. & cap. in iſtis §. leges diſt. 4. cum communi Theolog. & Iuriſt. ſententia, quos refert Salas 1. 2. tract. 14. diſp. 12. ſect. 1. num. 1. & poſito quod in arbitrio principis ſit hanc, vel illam promulgationis ſolemnitatem aſſignare. Inquiro nunc. Vtrum de facto vna ſufficiat promulgatio in Curia principis ad hoc vt toto illius regno ſubditi per ſe obligentur:dico per ſe,quia per accidens excuſari poterunt ab obligatione legis propter ignorantiā,vt ſuppono,&in diſp. vlt. declarabo. Qua in re tanquam certiſſimū notant omnes cap. 1. de poſtul. prælat. non oportere conſtitutionem ſingulorum auribus inculcari: ſed ſufficere ſi in communi publica præconis voce,aut ſcripto populo exponatur. Deinde diſtinguere oportet duo legum genera: nam quædam ſunt municipales,ſeu ſynodales,quæ minus vniuerſales ſunt,& ad minores communitates pertinent; aliæ verò vniuerſaliores, quæ ſpectant ad regna,ſeu prouincias diuerſas ſub eodem legiſlatore contentas, nam idem regnum plures prouincias, & ſub imperio eiuſdem perſonæ plura regna diuerſarum nationum, & linguarum comprehendi poſſunt, vt in Eccleſiaſtica Monarchia,& Hiſpani regis Imperio videre eſt:poſſet enim Rex Hiſpaniæ legem condere,quæ in omnibus ſuis regnis obſeruaretur, & ſūmus Pontifex canonem ſancire,qui Eccleſiā obliget vniuerſalem.

Si ergo de legibus prioris generis loquamur, ſine controuerſia eſt vnam ſolemnē promulgationem ſufficere in ciuitate præcipua, vel loco,ſecundum prouinciæ conſuetudinem deſtinato Vnde ſi Epiſcopus in ſua cathedrali Eccleſia, vel princeps inferior in Metropoli principatus legem ſemel faciāt ſolemniter publicari, vna promulgatio ſatis erit ad hoc, vt omnes eiuſdē prouinciæ, ſeu principatus ſubditi obligētur. Ita Ioan. Andr. in proœm.clem. & in cap. 2. de conſtit. Panormit ibid. num. 7. Compoſt in cap. Capitulum ſanctæ Crucis de reſcript. Roman. conſ. 228. n. 8. Marc. Anton. Cuchus lib. inſtit. maior.tit. 3. n. 27. Anton. de Burgos in rep. cap. cognoſcentes de conſtit. n. 201. Decius & Felin. quos ſequitur Nau.conſ. 1. de conſtit. quæſt. 4 n. 16. Syluest. verb. lex quæſt. 6. poſt Hoſtien. Roſel & alios Turrecr. diſt. 4. §. leges q. 3. n. 1. ſequutus Henricum Boic. & alios, Sot. lib. 1. de iuſtit. q. 1. artic. 4. Molin tom 6. tract. 5. de iuriſdic. diſp. 70. o. 6. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 3 dub. 2 Sayro tom. 1. cap. 5. n. 7. Suar. lib 3. de leg. cap. 16. n 7. Salas 1. 2. tract. 14. diſp 12 ſect. 2. n. 2. Et multi alii infra citandi. Ratio eſt quia quod in vna Ciuitate præcipua publicum eſt, facile ad minora loca eiuſdem prouinciæ perducitur, & moraliter loquendo totius prouinciæ ſubditos quotidiano commercio ſe ſe communicantes latere non poteſt, quare niſi ipſa Conſtitutio expreſsè requirat in aliis locis eiuſdem prouinciæ promulgari, vna proculdubio ſatis erit.

De ſupremo tamen principe V. G ſummo Pōtifice,Imperatore, aut magnis Regibus Hiſpaniæ, ſeu Galliæ, qui diuerſas prouincias & regna ampliſſima ſub ſua continent poteſtate, tota eſt controuerſia Prima ſententia docet, tam leges Cæſareas, quam Pontificias oportere in ſingulis prouinciis promulgari, vt illis obligent, quare vnam in Curia promulgationem ſufficere negat: ita tenent Abb. in cap. cognoſcentes de conſtit. n. 2. ad finē Cardinal. Zabarella ibid. n. 4. queſt. 6. Felin. n. 7. Decius in 2. lect. num. 44. alias 6. poſt Innocent. Anton. Butr. Ioann. Lignan. Imol. Bern. Henric. 2

Boic. ad eumdem textum. Anfret. ad deci- A ſionem 445. Capell. Toloſan. poſt Nicol. Mil. Claueſ. & alios Sylueſt. Aldobrand. in additione ad Decium littera B. Angel. verb. lex num. 13. Sa num 9. Nauarr. in ſumm. cap. 23. num. 44. Sot. 1. de inſtit. quæſt. 1. artic. 4. §. at verò Palud. in 3. diſt. 36. diſp. 1. §. didiciſti, Conrad. t. 2. quæſt. 9. artic. 4. ad. 2. Medin. ibidem dubio t. poſt 2. concluſ. & dubio final. concluſ. 3. Eamdem ſententiam tenent Mol. tract. 2. de contract. diſp. 395. §. *Secundo ducor*: licet illam temperare, & ex parte corrigere videatur, tract. 5. de iuriſdictione diſp. 7. num. 12. concluſ. 3. ſuadetur t. ex anthent. vt factæ nouæ Conſtitutiones coll. B 5. Nam licet hic textus loquatur ſolum de lege Cæſarea, eadem eſt ratio de Pontificia, præſertim quia ius canonicum non dedignatur in iis ſequi Cæſareum, & ab eo adiuuari, in quibus Canonicum contrarium non diſponit cap. 1. de non. operis nunt. & cap. ſi in adiutorium diſtinctione 10. 2. ex cap. cum infirmitas de pœniten. & remiſſ. illa enim conſtitutio facta in Concilio generali non obligauit ante publicationem à Prælatis factam in prouinciis. 3. non videtur rationi conſentaneum, quod Rex Hiſpaniæ vna ſola legis promulgatione facta Madriti, velit in tot, tamque remotiſſimis prouinciis & regnis ſuis lex publicata cenſeatur. Etenim ſolum regna, quæ ob Luſitaniæ Monarchiam, Hiſpanum Regem tributis annuis recognoſcunt in Orientali India, quinquaginta ſeptem numerantur, vt C in prologo tragicomædiæ Philippo III. in Olyſipponenſi Collegio exhibitæ à Ioanne Sardinia typis mandatæ habetur: de quibus regnis ſingulatim agit Botterus part. 2. lib. 4. hiſtor. vniuerſalis; & ne cui hoc mirum videatur, legat Boſſium de ſignis Eccleſ. tom. 1. lib. 8. cap. 1. §. iam verò, vbi de Imperio Hiſpanico ita ait. *Quocirca ſi tellurem diuidas inæqualia, quod nos fecimus, comperies Hiſpanorum Imperium Romano maius eſſe viginti ſac pluribus etiam partibus*: Ergo à fortiori ſummus Pontifex, qui vniuerſali Eccleſiæ toto orbe diffuſæ præeſt, vna canonis promulgatione in Romana Curia omnes Chriſti fideles non cenſebitur obligare.

2 tamen ſententia aſtruit de iure Cæſareo,
4. in regnis vbi illud obſeruatur, & in legum promulgatione nihil ſpeciale decernitur in D ſingulis prouinciis ſingulas promulgationes requiri. At de iure Pontificio niſi in lege ſpeciatim oppoſitum ſtatuatur, vnam ſatis eſſe legis Eccleſiaſticæ promulgationem in Curia Romana, vt de more, & ſtylo Curiæ fieri ſolet: affiguntur enim Bullæ in valuis Diui Petri, & Campo Floræ: citatur pro hac ſententia communiter Ioann. And. in data ad finem 61. Gloſ. vltima, ſed vt bene aduertit Alex. infra citandus ibi nihil reſoluit, & declarationẽ ſummi Pontificis hac in re deſiderat: refertur etiam à Sayro in Claui lib. 3. cap. 3. numero 11. Henric. Boic. ſed immerito; nam oppoſitum tenet vt ſupra citauimos, & videri poteſt num. 6. Verius referuntur Panormitan. ſibi contrarius in cap nouit. num. 3. de ſentent. excommunic. Ioann. Monach. in cap. generali de regul. iur. in 6. num. 7. Azeuedo ad lib. 1. nouæ recopilat. tit. 1. leg. 1. num. 9. Cuchus, & Sylueſt. citati, Cardinal. Alex. cap. 1. de poſtul. prælat. Cardinal Florent. in procem. Clem. §. vniuerſitati quæſt. 4. Roſella verbo lex num. 8. Capell. Toloſan. Deciſ. 443. dub. 2. Paul. de Eleaz. in procem. Clem. Ludoui. Gom. in procem. regul. Cancell. quæſt. 2. §. 4. pro iſta littera D. & ſeq. Bellamet cap. cognoſcentes de conſtitut. Menoch. lib. 2. de iudic. arbitr. caſu 185 num. 8. & ſeq. Suar. lib. 4. de leg. cap. 15. num. 3. qui refert pro eadem Palatium, Bartol. & Bald. ſed ille primus oppoſitum aſſeruit, ideo pro priori ſententia à nobis refertur, poſteriores duo in eo loco vbi citantur à Suar. l. 9. leges ſacratiſſimæ, nihil de publicatione cõſtitutionis Canonicæ loquuntur. Bald. tamen conſil. 10. hanc opinionem ſequitur, item Sayrus vbi ſupra poſt Anchar. Burgoſ. & Valentiam, Salas citatus num. 11. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 1. quæſt. 3. §. ſecunda opinio Rodrig. tom. 1. de quæſt. regul. quæſt. 6. art. 3. Probant primo, quia Decretales, Clementinæ & Extrauagantes non ſont promulgatæ in omnibus prouinciis, & tamen nemo dubitat Vniuerſalem Eccleſiam conſtringere. Secundo, Tridentini decreta, quę pertinent ad fidei definitionem, omnes obligant ad credendum, quod in ipſis definitur, & tamen in multis prouinciis decreta Concilii hucuſque non ſunt promulgata. Tertio, conſuetudo Romanæ Curiæ id oſtendit, vt tenet Nauarr. conſil. 1. de conſtit. quæſt. 4. n. 19. Francus in data 6. n. 13. qui duo ſimul cum Butrio, Ioanne Imola, Felyno, & aliis pro prima ſententia relatia dicunt aliud eſſe dicendum ſecundum ius, aliud ſecundum conſuetudinem; nam attento iure prima opinio illis placet, ſpectata conſuetudine, ſecundam approbant.

3. opinio Vaſq. 1. 2. diſput. 156. cap. 2. & 5.
Anguiani de legibus lib. 4. controuerſ. 1. num. 25. plus aliquid voluit: non enim de conſtitutionibus pontificiis tantum dixit ſufficere vnam promulgationem in Curia Romana, ſed etiam de Imperatoris legib. idem aſſeruit. Eius fundamentum eſt, quia vt præceptum aliquod ſuperioris obliget ſubditos, ſatis eſt proponi tamquam præceptum, & imperium: hoc autem fit promulgatione facta in vna ſola ciuitate, ſi ita velit princeps; ergo D ex eo tempore lex vim habet obligandi: & licet ad aliquorum notitiam non peruenerit, hoc non tollit veram rationem legis, & imperii: quare ille, qui facta promulgatione, quam princeps putauit ſufficientem, defert legis notitiam ad ſubditos abſentes, non addit aliquã publicationi ſolemnitatem, neque promulgat ſolemniter, ſed euulgat legem, ſeu aufert ignorantiam à ſubditorum mentibus. Et ne quis dicat ex natura rei, & de potentia principis abſoluta hanc rationem oſtendere vnam tantùm promulgationem in Curia principis ſatis eſſe, verum de facto non ita eſſe in regnis, quæ ius Cæſareum recipiunt, propter authent vt factæ. Addit illud. decretum fruſtra extendi à Iuriſperitis ad omnes leges, cum limitatur ad leges de teſtamentis ibi. *Sancimus igitur ex illo no-*

ſtras conſtitutiones, quæ pro teſtamentis ſunt valere ex quo in commune factæ ſunt manifeſtæ, &c. Vt ergo in tam pari authorum iudicio pro vtraque parte ſentientium, & ſibi repugnantium aliquando, à quibus in hac ſua peculiari ſententia Vaſq. & Anguian. receſſerunt, veriſimilius & diſtinctius aperiam, quod ſentio, ſequentes ſtatuo concluſiones.

1. concluſio. Quando leges tum Ciuiles,
6. tum Canonicæ in corpore iuris reperiuntur,
vel præſentantur nouellæ conſtitutiones generales, quæ authenticæ ſint, & in quibus ſupremus princeps per vnam tantùm in Curia promulgationem ſe vere obligare manifeſtet. Vna ſolùm ſolemnis promulgatio ſatis erit, vt illæ ſubditos vtique conſtringant. Hanc tam communi conſenſu tuentur prædicti authores, vt ex citatis nullus expreſſè negarit, multi tradiderint Gregor. Lopez in Gloſſ. 1. ad l. 20. tit. 1. partita 1. Suarius & Salas citati cum Molin. Abb. Ioann. And. & aliis. Probat Alex. de Neuo ad cap. cognoſcentes de conſtit. num. 26. cum Bald in l. 2. §. præterea, ff. de origine iuris: nam eo ipſo quod leges exponuntur in loco vbi ab omnibus legi poſſunt, ſolemniter promulgari cenſentur: ex dicta l. & §. præterea. Vnde deducit, quod ſtatuta, ſeu reformationes alicuius communitatis ex quo ſunt editæ, & in archiuio publico aſſeruantur, vnde quis facile illarum copiam habere poteſt, cenſeri publicatas; quare illa ſolemnitas, qua Conſtitutiones in corpore iuris ponuntur & noua Extrauagans authen. exhibetur, ſatis eſt, quia vel iam conſtitutio publicata ſupponitur, vel ex tunc ſolemniter promulgatur. Quare in omnibus prouinciis in quibus conſtitutio generalis ſupremi Principis illas omnes volentis obligare authenticè exhibeterur, nulla alia promulgatio requiretur, quando quidem princeps hoc facere poteſt, & hanc ſuam eſſe intentionem exponit: quod enim facere valeant oſtendit ratio pro ſententia Vaſquez quæ hoc tantum probat; quando tamen ſupremus Princeps ſe non declarat, quod ad promulgationem, non idem dicendum de Imperatore, ſeu ſeculari Rege atque de ſummo Pontifice, neque de hoc in omnibus caſibus eadem danda eſt reſolutio, vt iam oſtendo.

2. concluſio. Conſtitutiones ciuiles extra
7. corpus iuris quæ de promolgatione nihil ſpeciatim diſponunt, in ſingulis regnis, ſeu prouinciis, quæ Imperii legibus gubernantur ſingulas promulgationes requirunt, vt earumdem incolas obligent. Hanc tuentur Bartol. Bald. & alii communiter Legiſtæ in l. leges ſacratiſſimæ Cod. de leg. & in auth. vt factæ nouæ, citata cum Gloſſ. ibidem verb. *huiuſmodi lex*: Idem tenent authores pro prima & ſecunda opinione citati. Probatio deſumitur ex generalitate rubricæ in authentica prædicta, quæ ſic habet, *vt factæ nouæ conſtitutiones poſt inſinuationes earum, poſt duos menſes valeant*, *&c.* Nam rubricæ authoritas tanta eſt, vt ſi perfectam orationem contineat, pro textu allegari poſſit ad deciſionem cauſarum, vt eſt recepta opinio Doctorum in l. 1. ff. ſi cert. petat. Iaſon. ibidem & Dec. in l. 1. lect. numero 6. & in tertia lect. numero 8. ait eſſe commune, & multos refert etiamſi ipſe diſſentiat Curt. Iun. conſil. 65. numero 13. & conſil. 107. numero 2. Vicius lib. 1. opinion. 314. Suat. verb. rubrica, Crauet. conſil. 61. num. 1. Rubeus conſil. 16. numero 7. & 9. Alex. conſil. 109. lib. 2. col. 1. vt illum refert & ſequitur Boſch. in repet. ad rubr. de conſtit. Roman. conſil. 16 num. 4. & 104. in princip. & 120. in ſecundo dub. cum additione Mandoſ qui plures refert Gloſſ. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſtam. eſſe liber, iuſſ. Fuer. Ferrett. in reper. in rubr. de conſtit. poſt alios Butr. in proœm decret. Albert. Brun. tract. de ſtat. exclud. Faem. artic. 8 num. 93 Roland. à Vall. in quæſt. de lucr. dotis, quæſtione 9. Ioann. Bonius tract. de ſtatu Vrbis præſcript. gloſſ. 19. numero 61. qui docent quamuis lex reſtrictior ſit, extendi debere iuxta ſenſum rubricæ latiorem, ergo quamuis lex authent. de teſtam ſpeciatim procedat, illius ſenſus iuxta generalitatem Rubr. eſt ampliandus; & hinc eſt quod Iuriſtæ ad huius text. interpretationem ampliandam, conſpirarunt ſine alia probatione quam ex generalitate Rubricæ, quod non eſt leue fundamentum ne coarctetur ſolum ad teſtamenta, quia ſi conſuetudo optima eſt legum interpres, tam communis Iuriſtarum conſenſio, quæ neceſſariò coniunctam habet conſuetudinem à fortiori ita textum interpretandum perſuadet: adhuc tamen aliquam rationem aſſignare poſſumus, quæ ipſos mouerit. Nam Rubricæ Iuris Ciuilis, vel ab Imperatoribus, vel à Iuriſconſultis factæ exiſtimantur argum. l. 1. ff. ſi cert pet. hinc enim eſt, quod eamdem habeant authoritatem cum textibus, & illorum ſenſus, exponant. Ex eo enim fiunt minoris decreti Rubricæ. quia non ab authoribus Canonum, ſed à Gratiano, vel aliis factæ ſunt, vt aduertunt Ioan. Andr. & Anton. in proœm Decr.

2. confirmat ius canonicum huius textus 8.
ampliationem ſecundùm ius ciuile, nam Pius IV. in Bulla ſuper declaratione temporis requiſiti ad obſeruanda decreta Concilii Tridentini generaliter non cum limitatione intelligit hunc textum, ait enim, *Iure communi ſancitum eſt, vt conſtitutiones nouæ vim non niſi poſt certum tempus obtineant.* At nulla alia lege hoc tempus decretum reperitur, niſi in prædicto authentico, ergo ad illud reſpexit, & conſequenter vniuerſaliter intellexit de omnibus nouis Conſtitutionibus, neque dici poteſt, quod textus ſit generalis quoad determinationem temporis, non vero quoad promulgationem in ſingulis prouinciis faciendam, quia nulla maior ratio limitationis, ſeu generalitatis in vno, quam in alio poterit aſſignari. 3. non deeſt conuenientia, cur ita in lege ciuili ſtatutum ſit; nempe quia Imperatoris Curia minus ſtabilis eſt, & facile hinc illuc transfertur, quare non tam certum eſſe poterit quo loco promulgatio facta ſit, neque tam cõmunis, & ordinaria communicatio cum regnis remotiſſimis, præſertim moribus, & linguis differentibus confirmatur: nam regimen poli-

ticum & ſæculare maximè attendit populorum conſuetudines, regionum qualitates, hominum complexiones: & ſicut Imperatur omnium hominum ingenia, terrarum commoda, & nationum vſum complecti non poteſt, neque eadem regula metiri, prudentiſſimè iubet prius legem in ſingulis prouinciis promulgari, vt ſi minus conueniat legem acceptari, ad Imperatorem recurri poſſit, & interim legis obligationem ſuſpendi, ſeu ab illius obſeruatione excuſari: alia eſt ratio in ſummo Pontifice, vt iam oſtendam.

9. 3. concluſio. Conſtitutiones Pontificiæ, quod attinet ad illarum valorem & obligatiuně in foro præſertim interno omnibus Chriſti fidelibus inducendam, de ſtylo curiæ iure ſcripto cõfirmato vna ſolemni promulgatione ſufficienter publicantur, pro hac citari poſſũt omnes, quos pro ſecũda opinione adduximus. Probatur 1. quia ex natura rei vna promulgatio ſufficit, vt diximus: ſed Eccleſia non acceptauit ius ciuile illius authentici quoad promulgationem in ſingulis prouinciis, immò cõtraria conſuetudine, & ſcripto iure reiecit; ergo. Minorem ſuadent teſtimonia illorum, qui Curiæ ſtylum rectè nouerunt, & ſunt Nauarr. & alii, vt in 2. ſententia notaui. Deinde quãdo hæc ſcribo Romæ eiuſdem conſuetudinis teſtis ſum ocularis. Denique prætermiſſis antiquorum Pontificum Bullis, videatur illa Pii IV. ſuper confirmatione Concilii Tridentini ad finem, vbi poſtquam ſolemnis publicationis factæ in Eccleſiis Vaticana & Lateranenſi meminit, affixiſque ad illarũ valuas, & Campo Floræ exemplaribus, hoc fieri dicitur, vt ad omnium notitiam perueniãt hæ litteræ, neuè quis accuſatione ignorationis vti poſſit. Et quamuis tandem iubeat Pontifex, vt huius bullæ exemplaria, *in alma vrbe ad impreſſionem tradantur: quo commodius per Chriſtiani nominis prouincias, & regna diuulgari poſſint*, non indicat requiri aliquam ſolemnitatẽ promulgationis in prouinciis, ſed tantum vult, vt diuulgẽtur, & ad omnium notitiam veniant; aliud enim eſt diuulgari, aliud ſolemniter publicari. Quod verò iſte ſtylus Curiæ hucuſq; perſeuerans ſcripto iure confirmetur oſtendi poteſt ex variis diuerſorum Pontificum Bullis. Ego duo referam exempla nouiſſima. Primum ſint litteræ Vrbani VIII, quæ datæ ſunt anno 1624. Auguſt. 11. die in forma Breuis, quibus reuocantur licentiæ per Superiores regulares obtentæ erigendi Monaſteria, & loca regularia. Etenim ad finem ita habetur. *Volumus autem quod præſentes in Valuis Baſilicarum ſancti Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, affixæ omnes, quos illæ concernunt, ita arctent, & afficiant, perinde ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent*: aliud exemplum apparet in decretis, quæ ſancta Congregatio Concilii authoritate eiuſdem ſummi Pontificis Vrbani anno 1625. Iunii 25. die de celebratione Miſſarum edidit, vbi ad finem eadem verba formalia leguntur: etiam illa, *vt moris eſt*, quæ manifeſtè oſtendunt ſolemnitatem publicationis conſuetæ, in decretis & Bullis à Romana Curia emanantibus, quæ ad omnes Chriſti fideles diriguntur abſque alia promulgatione.

10. 2. Optima ratio redditur, cur iſta conſuetudo introducta ſit in legibus Pontificiis: nam ſicut quando princeps vnam tantum rempublicam vnum regnum ſubiectum habet, ſufficit vna promulgatio reſpectu totius regni, vt dixi in principio ſectionis: ita ſummus Pontifex vnam ſub ſe habens Eccleſiam cuius fideles ad eadem fidei dogmata ſeruanda, & rectam morum diſciplinam compellit, vna ſatis erit promulgatio. Confirmatur, quia leges Imperatoris Reges independentes, & ſupremos Principes Chriſtianos non obligant, neque eorum regna, niſi eas velint recipere, & propria authoritate quaſi ſuas facere, quam plures enim habent leges, in quibus à communi iure diſſentiont: & in prouinciis Imperio ſubiectis, licet poſſit Imperator vna promulgatione omnes obligare, ideo non fecit, quia vt ſupra iam aduertimus, conſtitutiones quæ reſpiciunt politicum regimen, debent gentium moribus, & regionum conditionibus accommodari, iuxta l. 2. C. quemadmod. teſtam. aper. ibi *ſecundùm leges, moreſque locorum*. Decreta verò quæ fidei, morumque honeſtam diſciplinam concernunt, videlicet Chriſtianæ legis præcepta vbique debent obſeruari: necnon ſacri Canones, vt in cap. 1. de conſtitut. adnotaui: his adde argumenta pro ſecunda opinione adducta.

4. concluſio. Ad præſumendam ſcientiam, ſimul, & ſubeundam pœnam in foro externo impoſitam à Pontificia conſtitutione in vnaquaque prouincia promulgatio requiritur, ſeu formalis, ſeu virtualis: hanc adiungo vt multos ex authoribus primæ ſententiæ excuſem, qui in hoc ſenſu loquuntur, quando plures promulgationes in legibus Pontificiis requirunt, ita Abb. in cap. cognoſcentes de conſtitut. num. 8. Bero. num. 53 Mant. num. 55. dicens eſſe communem Alex. conſil. 52 num. 1. lib. 7. Burſat. conſil. 200. num. 102. Riminald. Senior conſil. 9. num. 19. & Iunior conſil. 108. num. 11. Natt. conſil. 498. num. 21. & alii quos ſequitur Cardinal. Tuſch. verb. lex. concluſ. 255. num. 21. Berraz. conſil. 461. num. 7. Auſer. in additio. ad deciſionem 445. Capellæ Toloſan. Caiet. 12. quæſt. 90. art. 4. hanc probant rationes pro prima opinione: & ſanè mihi illam perſuadent aliqua iura antiqua, & nouas conſtitutiones, quæ iubentur in prouinciis ſingulis promulgari, quod ne ſuperuacaneum exiſtimemus, dicendum eſt ad aliquẽ effectum, & propter aliquam ſpecialem rationem fieri; neque apparet alia, quam, ne in externo foro ignorantia prætendi queat ad euitandam pœnam: antecedens oſtendo primo ex cap. 1. de poſtulatione prælatorũ, in quo ideo non potuit Altiſſiodorenſis Epiſcopus interdicti ignorantiã prætendere in externo foro, ne poſtulationis beneficiũ amitteret, quia iam Cardinalis legatus in eodem regno interdicti ſententiã ſolemniter ediderat, & publicè promulgauerat, vt optimè notauit gloſ. in verb. allegans: præſumitur enim ſciri ſententia in eodem regno 11.

promulgata, ex cap qui & diuinis 12. quæſt. 2. ex cap dicitis, diſtinct. 16. concinit l ſed etſi pupillus §. proſcribere, ff de inſtit. actio. Secundo, oſtenditur idem antecedens ex Innocentio III. in cap. cum infirmitas de pœnitent. & remiſ. ibi, *ſi quis autem medicorum huius noſtra conſtitutionis poſtquam per prælatos locorum fuerit publicata, transgreſſor extiterit, tamdiù ab ingreſſu Eccleſia arceatur donec pro tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerit competenter.* Ergo requiritur publicatio, vt præſumatur delinquens medicus ſciens conſtitutionem illique pœna infligatur. Tertio, Vrbanus Octauus in litteris citatis, ſuper reuocatione licentiarum ad erigenda Monaſteria, quia pœnas imponit inhabilitatis ad quælibet officia, priuationis vocis actiuæ & paſſiuæ, item excommunicationis ipſo facto incurrendæ, ne in externo foro ignorantia, prætendi poſſit mandat Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & aliis locorum ordinariis præſentes litteras publicare vt omnia in eis contenta inuiolabiliter obſeruentur.

Accedit ratio, quia durum eſſet per vnam
12. promulgationem in Romana Curia factam ſcientes præſumere omnes Chriſti fideles in Regnis diſtantibus, & pœnas in conſtitutionibus impoſitas illis tamquam delinquentibus infligere; ſi ipſi exciperent illas numquam fuiſſe in ſuis prouinciis, ſeu regnis promulgatas, vel formaliter, vel virtualiter: quod idcirco addo, quia conſtitutiones quæ ſunt in corpore iuris etiamſi non eſſent publicatæ per ſe ſeorſim, vbi primum inſertæ ſunt in corpore iuris virtualem quamdam, ſeu æquipollentem promulgationem in omnibus prouinciis ſortiuntur; ſi quidem in Vniuerſitatibus addiſcuntur, & inter litteratos viros promulgantur, quæ eſt potior prouinciarum pars vt aduertit Molin. tract. 1. diſput. 395. §. verumtamen hanc virtualem promulgationem reperiri in conſtitutionibus impreſſis, & poſitis inter alias credit Tuſch. citatus num. 19. cum Baldo in l. leges ſacratiſſimæ num. 4. Cod. de leg. Felin. in cap. paſtoralis de fid. inſtrument. num. 7. Roman. conſil. 260. num. 3. & aliis: quamuis oppoſitum teneat Molin. vbi ſupra cuius opinio non placet, ſi nouam aliquam promulgationis formalis ſolemnitatem requirit, in his conſtitutionibus impreſſis, & de nouo adiunctis, ſeu in nouo tomo ſelectis ſolum tempus aliquod arbitrarium requireretur, vt hæc virtualis promulgatio remotas prouincias peruaderet.

Ad primum argumentum pro prima ſenten-
13. tia iam dedimus diuerſam rationem, & diſcrimen aſſignauimus inter Conſtitutiones Cæſareas, & Pontificias, quod attinet ad promulgationem, quamuis aſſimilentur quantum ad præſumendam ſcientiam, & infligendam pœnam in foro externo. Secundum ad probandam quartam concluſionem tantummodo conducit non ad impugnandas reliquas. Ad 3. negatur conſequentia ob aſſignatas rationes, quidquid ſit de antecedenti. Nam etiamſi verum ſit de regnis, quæ iure hereditario, vel alio iuſto titulo Regi Hiſpaniæ obuenerunt, vt Luſitania. Aragonia, Neapolis, Sicilia, & alia, quæ diuerſis legibus gubernantur, à legibus Caſtellæ, tamen in Hiſpaniæ Prouinciis, in quibus illæ vigent, receptum non eſt authenticum, vt docet Vaſquez diſp. 155. citata cap. 2. num. 11. ait enim leges, & Pragmaticas-ſanctiones in Curia tantum promulgatas deinceps in reliquis prouinciis etiam longiſſimè diſtantibus obſeruari. Inſtabis Decreta Concilii Tridentini de reformatione in aliquibus prouinciis Chriſtianorum non obſeruantur, & tamen excuſantur à peccato: ergo ſignum eſt ob defectum promulgationis vim obligandi non obtinuiſſe in eis prouinciis in quibus non ſunt promulgata. Reſpondeo conceſſa maiori, & minori. negando conſequentiam: non enim ob defectum promulgationis, ſed quia recepta non ſunt ab eis prouinciis, ideo illarum populos non obligant, vt docet Nauarr. conſil. 1. de conſtitut. quæſt. 8. num. 31. quod ex eo confirmo; quia decreta, quæ ſpectant ad fidei dogmata, quia non poterant non recipi, in omnibus prouinciis æqualem obligandi vim habuere.

Vtrum conſtitutio humana ſtatim poſt promulgationem incipiat obligare.

SECTIO IV.

QVando conſtitutio certum tempus aſſignat, quo elapſo incipiat habere obligandi vim reſpectu illius loci, in quo promulgatur, & reſpectu illorum, ad quos intra illud tempus potuit legis promulgatæ notitia peruenire, nulla difficultas eſt, ſtatim incipere legis obligationem. Verùm quando conſtitutio certum tempus non determinat, vel tam exiguum, vt intra illud naturaliter loquendo legis notitia ad remotiora loca nequeat accedere, controuerſia eſt an ſtatim obligentur ſcientes, vel ſolum poſt duos menſes, etiam remotæ prouinciæ, reſpectu quarum, vna promulgatio ſufficit, obligantur, quamuis intra id tempus promulgationis certiores fieri non poſſint. In qua controuerſia, quia diuerſa dubia ſeparatim declarare oportet, quæ inter ſe nimis intricata ſunt; prætermiſſa opinionum varietate. quæ prolixitatem & confuſionem cauſaret, omnes huius puncti difficultates ſequentibus aſſertionibus expediam. 1.

Prima aſſertio: quando lex habet clauſulam 2.
ex tunc, vel de cætero; deinceps, ſeu ex nunc non incipit obligare poſt promulgationem ſtatim totum territorium pro quo fertur, niſi tempus, poſt quod verificetur clauſula, ſufficiens ſit, vt per totum territorium naturali & morali modo legis promolgatio excurrat; itaque legis promulgatio, & conſequenter illius obligatio, diffundi debet inſtar ſoni, qui tardius in remotiori loco, quàm in proximo ſentitur, licet quando fit, ſtatim ſentiri incipiat. Ita intelligendi ſunt, vt rectè ſentiant Panormitan. Felin. Anton. Gabr. Nauarr. Syluest. Valent. Molina, Azor quos

ſequitur Salas 1. 2. tract. 14. diſp. 12. ſect. 1. numero 21. §. & quando : quatenus aſſerunt quando particulam, ex tunc ponitur in lege particulari, vel certum tempus, ex eo incipere obligationem: quod etiam docuit Gloſ. in Clem. 2. de hæret. verb. *ex tunc*, & in cap. cum ſingula eodem verb. de præbend. in 6. ſi enim velint. quod ſtatim totum territorium, pro quo fertur, peruadat & obligatione comprehendat, falſum, & impoſſibile requirent: quod probatur primo ex D. Thom. 1. 2. q. 9. art. 4 ad 2. vbi ait, *illi coram quibus lex non promulgatur, obligantur ad legem obſeruandam in quantum in eorum notitiam deuenit per alios, vel deuenire poteſt, promulgatione facta*: quod declarans Caietan. non de potentia Logica, ſed de potentia politica, id eſt ſecundùm ordinem, & curſum politicum Diuum Thomam intelligendum eſſe aſſeuerat: ſed publicatio more humano facta, & ſecundùm ordinem politicum naturaliter poſſibilem paulatim per confines regni, ſeu prouinciæ procedit: ergo non eſt dicendum, quod ſtatim totius territorii ſubditos obliget, niſi tale tempus aſſignet ad incipiendam obligationem, quod de ſe ſufficiens ſit, vt per totam legiſlatoris ditionem promulgationis notitia deferri queat: & ita etiam ſentit Suar. lib. 3. de legib. cap. 17. num. 3. Medin. 1. 2. quæſt. 90. artic. 4. concluſ. 5.

4. Probatur ſecundo: obligatio, quam dicimus paulatim de curſu temporis creſcere, non eſt actualis, ſed velut habitualis in potentia proxima ad actualem in actu ſecundo, quæ tunc datur quando legis notitia acquiſita actu obligationem practicè oſtendit operanti & exequenti legem, & hæc per accidens eſt, & minimè neceſſaria ad vigorem & efficaciam legis per ſe obligantis omnes ad quos dirigitur: neque obſtat, quod obiicit Anguian. lib. 4. de leg. controu. 1. num 12. exiſtimans obligationem non eſſe legis effectum, quia cauſa in actu requirit effectum in actu, ex Ariſtotele 2. Phyſ. cap. 2. at lex lata, & promulgata cuius obligatio in tempus differtur, ſuum obligationis effectum non ſortitur, quando iam actu exiſtit. Si enim Anguianus diſtingueret inter obligationem in potentia proxima, ſeu in actu primo, & obligationem in ſecundo, facile cognoſceret effectum proprium per ſe, & proximum legis eſſe illam obligationem priorem, non verò poſteriorem; eſt igitur obligatio de qua procedit noſtra difficultas illa: habitualis vis dirigens, coercens & cogens ad aliquid agendum, vel non agendum in actu primo, & proximo, naturaliter acquiſita per legis promulgationem, ſicut etiam lex ipſamet promulgatione conſtituitur: ſed in momento, quod lex in Curia Principis promulgatur, naturaliter loquendo totam prouinciam non excurrit, multo minus plures prouincias: ergo niſi ſufficiens tempus aſſignetur, quo poſſit totum territorium permeare, ſtatim & ſimul nequit totius territorii ſubditos obligare; Confirmatur primo, lex efficaciam ſumit à Iuriſdictione legiſlatoris: ſed humanus legiſlator nequit ſimul eodem temporis momento legem promulgatione extendere ad loca remotiſſima: ergo neque legem facere eorum comparatione, qui remotiſſimi ſunt in eodem momento. Confirmatur ſecundo, quia humanus legiſlator nequit obligare ad naturaliter impoſſibile: ſed impoſſibile eſt poſſe obligari in actu ſecundo ſubditos longiſſimè diſtantes in eodem momento temporis quo in curia promulgatur lex: ergo in actu primo non obligantur: minor probatur, quia impoſſibile eſt naturaliter ad eos peruenire legis notitiam; ſed antequam ad illos perueniant notitię legis, non poſſunt obligari in actu ſecundo, ergo impoſſibile eſt obligari in actu ſecundo, & conſequenter non obligantur in actu primo, & in potentia proxima: idem enim eſt poſſe obligari in actu ſecundo atque obligari in actu primo, & in proxima potentia.

5. 3. Idem oſtendo ex cap. 1. de conceſſion. præbend. in 6. vbi dicitur. *Lex ſeu conſtitutio, & mandatum nullos aſtringunt, niſi poſtquam ad notitiam peruenerint eorumdem, aut niſi poſt tempus intra quod ignorare minime debuiſſent*. Quæ vltima verba manifeſtè oſtendunt, legem non obligare, niſi poſtquam ſufficiens tempus elapſum eſt, intra quod moraliter illa ſciri poſſet. Vnde Nauarr. conſil. 1. de conſtit. quæſt. 4. num. 21. ad 4. hac ratione ait optime temperari quæ in cap. 2. de conſtitut. dici ſolent, quorum vnum eſt conſtitutionem ignorantes non ligare. Eius verba referam, quia noſtram aſſertionem egregiè exponunt. *Obligantur*, inquit, *poſt tempus, quod vir bonus, ſiue Iudex arbitratur eſſe ſufficiens, vt illi, de quibus quæritur, ſciant attenta diſtantia prouinciæ, & qualitate legis, & frequentia hominum illius prouinciæ habitantium Romæ, & venientium ad eam & redeuntium ab ea, quod eſt optimum temperamentum dictorum in cap. 2. de conſtitut*. Vbi etiam Abbas num. 7. & 8. Felin. num. 7. Item Bartol. in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iure quæſt. 5. docent ſecluſa legis determinatione certa & ſufficienti obligationem eſſe iudicandam arbitrio prudentis, iuxta tempus neceſſarium, ad hoc vt notitia legis poſſit moraliter ad loca diſtantia diffundi: Eo enim tranſacto, lex vim, & efficaciam obligandi ſortitur pro toto territorio, etiam ſi de facto per accidens multos eiuſdem territorii lateat, ad quorum notitiam quocumque modo lex promulgata perueniat, etiam miraculoſo & extraordinario modo, eos obligabit in actu ſecundo: & hac ratione intelligendum eſt, quod ſuperiori ſectione diximus de euulgatione miraculoſa: nam quando iam pręceſſit naturalis promulgatio cum eo temporis decurſu, vt per totum legiſlatoris territorium poſſet euulgari, quouis modo illa innoteſcat cū morali probabilitate de facto obligabit, vt optimè aduertit Suar. citat. num. 14.

2. Aſſertio, Non diſſentiunt in re, ſed in modo loquendi authores, quorū aliqui aſſerunt poſita ſufficienti promulgatione legis, etiam ignorantes obligari, licet excuſentur à culpa contra legem, ſi ignorantia eſt inuincibilis, alii vero id negant, quia præceptum inuincibiliter ignoratum ligare non creduot.

Digitized by Google

Poſteriorem loquendi modum tenent Ioan.
Andr. in data 6. & in cap. 1. de conſtitut. in
fine ibidem Gloſſ. vltima Panormit. Decius
Felin. & alii ad id cap. Caiet. 1.2. quæſt. 9.
artic. 4. priorem ſequuntur Soto lib.1.quæſt.
1. art. 4. Medin. 1. 2. quæſt. 90. artic. 4. con-
cluſ. 3. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 9.
quod ergo hi Authores in re non differant
optimè notarunt Valentia tom. 2. diſput. 7.
quæſt. 5. punct. 5. Suar. lib. 3. cap. 18. num.
11. nam qui negant ignorantes lege obligari,
ſequuntur de actu 2. obligationis, quam
Suar. appellat, quoad efficaciam legis: qui
affirmant, loquuntur de obligatione quan-
tum ad ſufficientiam in actu 1. & proxima
potentia: & parum intereſt, quod vno, vel
altero modo loquaris, dummodo legem ſuf-
ficienter conſtitutam & reſpectu omnium ad
quos dirigitur, per ſe efficacem eoſque coer-
centem intelligas, quantum eſt ex parte ſui.
Ideo quæſtionem hanc parui momenti eſſe
dixit Vaſq. 1.2. quæſt. 156. cap. 3. ad intel-
ligendos tamen, & explicandos Doctores,
conclusio eſt perutilis: maiorem difficulta-
tem facit diſcernere, quando conſtitutio
indeterminate fertur, ſiue ciuilis ſit, ſiue
canonica, incipiat ne obligare ante duos
menſes, an poſt illos incipiat illius obliga-
tio, quod vel intelligi poteſt de lege magi-
ſtratus inferioris, vel de lege ſupremi prin-
cipis: item lex quæ fertur, noua eſt, aut
declaratoria, ſeu reuocatoria antiquæ, hos
omnes difficultatis nodos enodabo. De le-
ge irritante reuocatoria, & pœnali hic non
agam, quia in ſequenti ſectione de illis di-
cendum.

6. 3. aſſertio. Conſtitutio principis inferioris
ad vtrumlibet ius pertineat, ſi tempus non
determinat in loco, vbi promulgatur, ſta-
tim obligat, ſed in remotioribus caſtris ex
prudentis, ſeu Iudicis arbitrio tempus incæp-
tæ obligationis metiendum: ita Abbas in cap.
cognoſcentes de conſtitut. num. 7. poſt Ioan.
Andr. & alios, Bero. ibidem num. 45. Decius
num. 15. Mantica numero 41. Hoſtien. in
ſumm. de conſtitut. §. quando Syluester verb.
lex quæſt. 6. Turrecrem. poſt cap. in iſtis
§. leges diſt. 4. Bartol. in l. omnes populi
ff. de iuſtit. & iur. num. 37 Crotus ibidem
num. 122. Ioann. Bapt. de ſancto Seuer. nu.
144. Bald. in l. leges ſanctiſſimæ C. de le-
gib. Molin. tract. 5. diſp. num. 6. Suar. lib. 3.
de leg. cap. 18. num. 9. Menoch. de arbitr.
Iudic. lib. 2. caſu 185. num. 5. Salas diſp. 12.
ſect. 3. numero 21. cum Anton Gabr. Valent.
Soto, Sa, Syluest. & Nauarr. ab eo citatis.
Probatur quia fruſtra expectatur euentus
qui nihil operatur l. 13. aliquando §. ſi ſub
conditione, ad ſenatuſconſ. Velleian. ſed reſ-
pectu loci in quo lex ab inferiore principe
promulgatur, euentus expectatus nihil ope-
ratur, quia iam perfecta eſt in eo loco ſuf-
ficiens conſtitutionis publicatio: ergo. Con-
firmatur, quia ex natura rei lex ſtatim obli-
gat, vbi primum ſolemniter editur & publi-
cè prumulgatur, nullo ſpectato temporis de-
curſu: ſed de iure poſitiuo nihil immutatur
circa legem latam ab inferiore principe: ergo

A &c. Quia tamen, vt iam dixit, hæc publica-
tio fit moraliter ad modum, quo phyſicè
ſonus in aere fieri ſolet, prudentis vel iu-
dicis arbitrio relinquitur tempus neceſſarium,
vt pro ratione diſtantiæ promulgatio ſuffi-
ciens exiſtimetur ad dandam obligandi vim
legi promulgatæ reſpectu commurantium in
locis diſtantibus. 7.

4. Aſſertio: principes ſupremi ſeu reſpu-
blicæ quæ ius Cæſareum obſeruant, quan-
do ſine determinatione temporis legem no-
uam ferunt, illa non obligat, etiam ſcientes,
niſi poſt duos menſes à promulgatione: vbi
vero imperii leges non obſeruantur & par-
ticulare ſtatutum, aut conſuetudo de hac re
B nihil diſponit, ſtatim à promulgatione ſuffi-
cienti incipit obligatio: hæc duas partes habet,
& quia de ſecunda fore nulla eſt controuerſia,
prius oſtendetur; ex doctrina præcedentis
concluſionis de principe inferiore, quæ op-
timè applicatur ad ſupremum, cuius regnum
non ſubeſt iuri Cæſareo: nam authent. vt fa-
ctæ quæ duorum menſium dilationem inue-
xit in legibus imperatoriis ab illarum pro-
mulgatione, cum non obſeruatur, res redu-
citur ad id, quod ex natura rei ſequitur,
nempe vt poſita promulgatione ſcientes
ſtatim obligentur, immo & ignorantes obli-
gatione in potentia proxima, ſeu in actu
primo, quando promulgatio pro illis iam
ſufficiens reputatur, vt pote quia in eadem
ciuitate ſunt, quamquam per accidens aliò
intenti per aliquot dies nihil de promulga-
tione legis audiuerunt. Idem dicendum ſi
Regnum, aut reſpublica in qua quamuis in
C aliis ius Cæſareum obſeruetur, in hac pro-
mulgatione peculiare habeat ſtatutum. tunc
enim illud eſt obſeruandum, vt omnes fa-
tentur, & cum multis notat Menoch. vbi ſu-
pra num. 1. Pone exemplum in Regno Luſi-
taniæ, in quo vbi ius particulare deficit, Cæ-
ſareum retinetur. Veruntamen ſpeciatim de
hoc prouiſit lib. 1. ordin. tit. 2. §. 9. & 10.
nempe vt poſt octo dies à promulgatione
incipiat lex ſi Luſitana, ligare in Curia Re-
gis, in reliquis verò partibus regni poſt tres
menſes, ſiue in prouinciis eiuſdem regni,
quas *Comarcas* vocamus, lex publicetur;
ſiue non: quia vnica tantum promulgatio in
Regis Cancellaria, aut in domo ſupplicatio-
nis ſufficiens æſtimatur pro toto regno. Dein-
de aliud exemplum notat Molin. citatus ſu-
D pra num. 9. quod in Regno Caſtellæ in le-
gibus & pragmaticis nonnumquam illa
clauſula apponi ſolet, *que des del dia que
fuere publicada en nueſtra corte enadelante,
e fuera della en todos nueſtros rejnos* (intelli-
ge de regnis quæ peculiares leges non ha-
bent, vt Luſitana, Aragonia, & ſimilia)
*paſſa dos treinta dias ſe compla y guarde y
efecute.* Aliquando vero nullus præſcribitur
terminus ad loca extra Curiam. Vnde in 1.
caſu ſentit Mol. legem non obligare extra
Curiam, etiam ſcientes niſi elapſis trigin-
ta diebus: in ſecundo ille diſtinguit de le-
ge reuocatoria & pœnali, de quibus infra.

Magis controuerſa eſt 1. concluſionis pars, 8.
cuius oppoſitum tenuerunt Gloſſa in cap. eum

ſingula : verbo peruenit de præbend. in 6. & in cap. hoc conſultiſſimo verbo, hactenus de reb. Eccleſ. non alienand in 6. Bartol. in authent vt ſactæ, num. 6. & in leg. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. quæſt. 5. num. 37. Bald. ibidem & in l. leges ſacratiſſ. C. de leg. Bald. Peruſinus tract. de ſtatut. §. ignorantia num 1. Abb. in cap. 1. de poſtulat. prælat num. 11. & in cap. 2. de conſtit. num. 7. ibidem Felin. num. 7. §. 2. limitat. Gigas in addition. ad Decium ibidem verb. ſuſtentabilis, Boniſac. à Vitalinis in proœm. elem. §. nunc igitur num. 41. Gregor. Lopes Gloſſ. 1. in l. 20. tit. 1. par. 1. Azeuedo libro 2. nouæ recopil. tit 1. leg. 1. num. 10. Caſtro de lege pœnali lib. 1. cap. 1. in fin. Viger. in inſtit. cap. 15. in princip Sotus lib. 1. de iuſtit. quæſt 1. artic. 4. concluſ. 3. Emanuel. de regul. quæſt. 6. artic. 4. Saytus in clau. tom lib. 4. cap. 5. num 10. Philippus Franeus ſuper data 6, ad fin. Syluest. verb. lex quæſt 6 pronuntiato 3. Angel. quæſt. 12. Armil. verb. conſtitutio. num. 8. Vincent. Franc. in deciſion. 360. num. 5. Ioann. Bapt. de ſancto Seuero in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iur. num. 144. Bero in cap. cognoſcentes de conſtitut. num. 50. Moderni Papienſes ibidem & alii quos refert Amon Gabr. commun. opin. lib. 6. tit de legibus concluſ. 4. qui omnes tenent leges ſupremi principis Cæſareum ius recipientis, ante duos menſes ligare ſcientes illam factam publicationem; quamuis ante illud tempus non præſumatur ſcientia : quam ſententiam, vt communiorem tenet Molin. tract. 2. diſput. 395. §. vnum tri complementum, & vt probabiliorem ſequitur Azor tom. 1. lib. 5. cap. 1. quæſt. 8. & probatur primo ex cap 1. de conceſſ præbend. in 6 ibi *lex ſeu conſtitutio, & mandatum nullos attingunt, niſi poſtquam ad notitiam peruenerint eorumdem, aut niſi poſtquam intra quod ignorare minime debuiſſent.* Quia disiunctiua deciſio oſtendit ſcientes ante præſcriptum tempus lege obligari. 2. ex cap. cum contingat de offic. iudic. deleg. cui concinit l. 13. aliquando pro tertia concluſione relata : fruſtra expectatur euentus, cuius nullus eſt effectus. 3. eum, qui certus eſt, vlterius certiorari non oportet de regul. iur. in 6. ergo illi duo menſes dati, vt quis certificetur de lege & illam impleat, reſpectu ſcientium non ſunt accipendi, ſed reſpectu ignorantium, qui ante huiuſmodi terminum ſcientes non præſumuntur ; cui opinioni ſuam non denego probabilitatem, non tam ob rationum momenta, quàm ob illuſtrium Authorum placita.

Noſtra tamen reſolutio oppoſitum tenens
9. de iure Cæſareo non ligare, niſi poſt duos menſes, nouam ſupremi principis conſtitutionem in regno, quod admittit imperii leges, defenditur à Decio in cap. cognoſcentes citatum num. 16. alias 41 in 1. lectura Andr. ab Exca ibidem num. vltimo Menoch. lib. 2. de arbitrat. iudic. caſu 185. num. 18. poſt Butr. & alios Collectan. in cap. quoniam, de Simon. num. 3. Tabi. verb. lex num. 25. Sa eodem verb. Valent. tom. 2. diſput. 7. quæſt. 5. punct. 5. quæſtiunc. 2. Nauarr. in ſumm Latina cap. 13. num. 44. & conſil. 1. de conſtitut. quæſt. 4. num. 17. poſt Paul. de Eleaz. Medin. 1. 2. quæſt. 90. artic. 4. Turrecrem. in §. leges diſt. 4. num. 4. Suar. lib. 3. de leg. cap. 18. num. 5. Salas diſput. 12. citata ſect. 3. num. 16. & 19. qui ſtatim addit hoc ius imperiale non ſeruari in Hiſpania, neque in Gallia : dico nouam conſtitutionem, quia ſi lex ſit non tam noui iuris conſtitutiua, qam veteris declaratiua, cum antiquum ius declaret, quod iam promulgatum ſupponitur, ſtatim poſt ſuam promulgationem omnes obligat, ita tenet Menoch. citatus num. 26. cum Felyn. & Ioan. Baptiſta de ſancto Seuero : & denotant authentici rub. *vt factæ nouæ conſtitutiones.* Probatur igitur noſtra ſententia 1. ex illis authent. verbis, ſi ſcripta fuerit huiuſmodi lex : *hanc poſt duos menſes dati ei temporis valere.* Nam lex antequam valida ſit, neque obligat, neque ad legis perfectionem naturamque peruenit : ſed imperator manifeſtè ſe declarat legem nouam poſt duos menſes valere : ergo aſſignatum tempus non pro foro tantum externo, vel ad præſumendum legis ſcientiam apponitur, ſed ſimpliciter ad indicandum legis valorem, quando incipiat obligare. 2. lex ciuilis per ſe 1. intendit obligationem inducere in externo foro & quamuis aliquando in conſcientiæ foro obliget, id ſecundario, & conſequenter, in ordine ad externam obligationem facit, vt diſp. vltima dicemus : ſed noua imperatoris lex non obligat in foro externo ante duos menſes, quia præſumit ignarantiam intra illud tempus, vt Authores oppoſitæ ſententiæ admittunt : ergo neque in interno. 3. intentio imperatoris fuit vt lex per totam prouinciam intra illud tempus promulgari poſſet, & deinde omnes ſimul obligaret, ne alii prius, alii poſterius nouis legibus tenerentur : quod ſanè maximè conſentaneum eſt rationi, & æquitati, cui authenticum ſauere conatur.

Ad 1. in oppoſitum Reſp. illum textum rectè id oſtendere de iure Pontificio, vt in 10.
ſequenti concluſione patebit, non verò de Cæſareo Ad 2. negamus fruſtra tempus illud expectari. Nam omnino ex intentione legiſlatoris requiritur ad valorem legis promulgatæ, quam vult, vt omnes pariter liget, quod fieri, nequit antequam per prouinciam bimeſtri ſpatio promulgatio diffundatur. Ad 3. dic ſpatium duorum menſium datum quidem fuiſſe, vt omnes poſſent legis notitiam habere ; & cum Imperator declaret legem poſt illud tempus valere, ſignificat ante illud neminem velle obligare. Immò cum tam rationabile dubium ſit de valore legis, ſeu de efficacia ad obligandum, ſane talis lex dubia non obligaret : qui enim dubitat de lege, illius ſufficientem notitiam non habet, vt ea teneatur, vt docet Vaſquez t. 2. diſput. 56. capite 2. numero 8. quamuis ibidem addat illos decipi qui exiſtimant ea lege non teneri, qui dubitat, an illa lata fuerit, & promulgata in Curia ; quia contra eos procedere credit illud principium, in

Digitized by Google

dubiis tutior pars eſt eligenda: ſed in primis idem eſt dubitare de legis exiſtentia, & dubitare de promulgatione illius: nam ſi leges tunc fiunt, quando promulgantur, tam dubia erit ſanctio legis, quam dubia fuerit promulgatio; deinde poſſeſſio certa libertatis præualet contra legis obligationem dubiam. Ideoque non vrget, nec præceptum continet illud pronuntiatum in hoc euentu. In dubijs tutior pars eſt eligenda, ſicut neque in voto, neque in aliis caſibus, vt optimè docet Sanch. lib. 1. decalog. cap 10. num. 31. & ſequent. cum Suar. Henriq. Saa & multis aliis.

11. 5. Concluſio, conſtitutiones pontificiæ ſine temporis determinatione prolatæ duorum menſium decurſum ad obligandum non expectant: ſed ſtatim ſcientes illarum promulgationem, tenentur. Hanc neceſſario tuentur, qui de ciuilibus legibus idem affirmabant, vt proxima concluſione diximus Item Vaſq. diſput. 156. citata cap. 3. & Anguian. lib 4. controuerſ. 2. num 17. qui illud anthenticum de ciuilibus legibus teſtamentorum limitate interpretantur. Præterea Suar. lib 4. de leg. cap. 16. num. 17. & Salas citata diſputat. 12. ſect. 3. num 20. cum aliis Nauar. in illo conſil. 1. de conſtitut. quæſt 4. ſæpe citata ait de ſtilo & conſuetudine Vrbis tranſgredientes legem Pontificis puniri ante elapſos duos menſes à promulgatione: & ſubiungit, hanc conſuetudinem fortè reſtringi poſſe ad ſontem externum, & ad Vrbicolas, cuius reſtrictionis falſitas ex eo conuincitur, quia iniuſtè punirentur legis tranſgreſſores pro tempore, quo illos lex non obligaret. Nam in hoc præſumptio locum non haberet: certum enim eſt non eſſe elapſum tempus duorum menſium; ergo ſi punitur legis transgreſſor ante illud tempus, ille ſciens legem & illa iam obligari indicatur: latius impugnat hanc Nauarri reſtrictionem Suar. citatus: ego concluſionem oſtendo 1. ex cap. 1. citato de conceſſion. præbend. in 6. Vbi illa verba, *aut niſi poſt tempus intra quod ignorare minime debuiſſent.* non ad duos menſes referri debent, ſed ad arbitrarium tempus ad prudentis arbitrium requiſitum ex natura rei ad legis promulgationem. Secundo quia ſicut illud authenticum, non eſt receptum à iure pontificio in multiplicatione promulgationum in ſingulis prouinciis, ita nec in determinatione temporis aſſignati duorum menſium. 3. probatur à Suario ex cap. cum ſingula de præbend. in 6. & Gloſſ in verb. peruenit: ſed ex eo cap. neque ex illa Gloſſa efficax ſumitur argumentum: quia in ea conſtitutione aſſignatur pro tempore vnus menſis, intra quem poſtquam conſtitutio ad eoſdem peruenerit, ad quos dirigitur, niſi fecerint quod præſcribitur, impoſitis pœnis, ſubiaceant & ſi vltra duos menſes perueniat, tempus menſis aſſignati, tamdiu non currat, quod ſpeciale fuit in hoc caſu, vt bene Gloſſa aduertit. Efficacius probo 3. ex cap. 1. de poſtulat. prælat. in 6. vbi ad obligationem inducendam non requiritur tempus poſt promulgationem, ſed aſſeritur ſufficere, quod lex ſit ſolemniter edita, & publice promulgata: neque textus aliquis allegatur ex quo deducatur, illam duorum menſium dilationem in iure pontificio expectandam. Nam cap. vltimum ne clerici, vel Monac. non eſt ad rem, quia duo menſes in eo requiſiti non ad complendam conſtitutionis promulgationem aſſignatur, ſed terminus eſt pro ſufficienti admonitione datus ad incurrendam cenſuram. Vnde poſt tempus longiſſimum promulgationis computantur illi duo menſes à die commiſſi criminis, & iis elapſis religioſi egreſſi ex monaſterio ad audiendas leges, niſi ad clauſtra redierint, excommunicationis pœnam incurrunt. Vt Suar. tom. 5. de cenſur. diſput. 23. ſect. 3 optime expoſuit. Deinde cap. nouerit de ſenten. excommunicationis, eodem modo explicandum. Tandem Pius IV. in Bulla ſuper declaratione temporis ad obſeruanda decreta Concilii Tridentini ad authenticum reſcipiens ait. *Iure etiam communi ſancitum eſt, vt conſtitutiones nouæ vim non niſi poſt certum tempus obtineant.* Sed quamuis optime noſtram ſententiam ſupra traditam de legibus Cæſareis confirmet, Pontifex non aſſerit iure Pontificio generaliter id eſſe obſeruandum; verùm ſpecialiter voluit decreta ſacri Concilii, quæ ad reformationem, iuſque poſitiuum Eccleſiaſticum ſpectant, tantummodò à Kalend. Maii præteriti obligare cœpiſſe: & cùm Bulla confirmationis expedita fuerit ſeptimo Kalend. Ianuarii, tres menſes ſtatuit & quinque dies ad promulgationis euulgationem, & ad præſumendam ſcientiam, ignorantiæque prætextum excludendum, vt ibidem habetur, neque poſt eam diem excuſationem cuiuſquam, quod ea decreta ignorauerit, admittendam: quod diximus de conſtitutionibus pontificiis reſpectu vniuerſalis Eccleſiæ, dicendum de ſynodalibus, comparatione particularis diœceſis, quando certum tempus, à quo obligari incipiant, in eiſdem non deſignatur, vt aduertit Suar. vbi ſupra numero 15.

Vtrùm lex irritans, reuocatoria, & pœnalis ſtatim à die promulgationis obligare incipiant.

SECTIO V.

ETiam ſi de his legibus, quod attinet ad illarum formas, proprietates & effectus 1. in ſequentibus dicendum ſit, hoc particulare dubium, quod illarum promulgationem tangit, hîc expedire oportet. Nam cum particularis ſit difficultas in legibus pontificiis, vt aliquando non ſtatim poſt promulgationem, præſertim ignorantes obligare incipiant ideo ſpeciatim, quando fieri debeat, in ſingulis examinare neceſſe eſt. dico in Pontificiis, quia cum de Cæſareis in noſtra ſententia duo requirantur menſes in omnibus nouis conſtitutionibus poſt promulgationem

ceſſant incommoda, quæ ſecundum ius Canonicum hanc dilationem non admittens, ſequi videntur in lege irritante, reuocatoria, & pœnali, ſi ſtatim liget: & in primis de lege irritante ſenſit Vaſq. diſp. 156. cap. 3. num 17. eamdem eſſe rationem, atque de aliis, quod attinet ad promulgationem in Curia Principis & ſingulis prouinciis, item quod expectationem duorum menſium, quæ ſententia ſi de omnibus legibus imperii, vt diximus, tantum procederet, omnino vera eſſet. Nam cum authenticum, in quo fundatur, in particulari de conſtitutionibus irritantibus teſtamenta meminerit & inde ad omnes alias ex declaratione rubricæ extendatur, ſequitur idem eſſe dicendum de omnibus.

De lege Pontificia irritante multi etiam
2. ex iis, qui in aliis conſtitutionibus duorum menſium dilationem requirebant, ſtatim poſt promulgationem ligare affirmant & ſortiri irritandi effectum, vbi primum Romæ promulgatur. Ita Abb. Burr. Imola, Paul. Lapus & alii quos refert Felyn. in cap. cognoſcentes colom. 5. num 7. limitatione 4. Decius ibidem in prima lect. num. 37. & in 2. num. 31 Ioann. Andr. in data 6. Gloſſ. cum text. in cap. 1. de conceſſione præbend. in 6. Turrecrem. in cap. in iſtis diſt. 4. artic. 4. Archidiac diſt 19 § 1. Ioann. Staphil. de Gratiis & expectatiuis forma 8. num 8. Sylueſt. verb lex quæſt. 6. dicto 3. Boſel. eod. verb. num. 6. Nauar. conſil. 31. de regular. num. 5. & in ſumm. cap. 23. num. 44. Sot. lib. 1. quæſt. 1. artic. 4. Medina 1. 2. quæſt. 9. artic. 4. Probant quia hæc eſt virtus clauſulæ irritantis, vt etiam ignorantes liget, & confirmant ex cap. tibi qui de reſcrip. in 6. cap. 1. de conceſſion. præbend in 6. cap. quodam. cap. dudum. cap. ſi poſtquam, cap. cum ſingula de præbend. in 6. Gloſſ. in cap. ſi eo tempore verb. ignoranter de elect. in 6. Ex quibus colligitur ſummum Pontificem voluiſſe, vt poſt promulgationem irritaretur actus à conſtitutione irritante prohibitus, & tamquam nullus præiudicatus: quod enim hoc potuiſſet facere, nulla eſt repugnantia, & vt aliquando faciat vrgebit neceſſitas ad euitandum incommodum ex actus valore prouenjens: ergo de facto ſemper clauſula irritans hunc præſtabit effectum. Oppoſitum tenuit Cardinalis in clement. 1. quæſt. 19. de elect. Felyn. citatus, quia immerito refertur ab aliquibus pro altera opinione; adſtipulatur enim Cardinali & vtrumque ſequitur Menoch. de Iudic. arbitrar. lib. 2. caſu 185. num. 24. idem tenet Ioann. Crot. in l. omnes populi num. 123. ff. de iuſt. & iur. ratio eſt quia clauſula irritans intelligitur appoſita ſub conditione, atque in euentum conditionis ſuſpendit, nempe facta promulgatione, & elapſo tempore ad illam requiſito: duplici concluſione rem aperio.

Prima concluſ. quando clauſula irritans ita
3. adiungitur conſtitutionis decreto, vt expreſſam, vel tacitam conditionem inuoluat, ſemper tempus ex natura rei, & ſecundum canonici iuris exigentiam neceſſarium expectat, ne liget ignorantes, ad quos promulgationis notitia non peruenit: ita præter Authores pro 2. opinione citati tenent Rom conſil. 130 n. 13. Caſſiod. deciſ 3. de præbend. numero 15. Syluan. de Benefic. parte 3. quæſt 8. colum. 2 Ripa cum M. Ferrarien. num 37. de conſtitut. Rebuff. ſuper concord. ſub tit de collation § ſi quis vero ver. ipſo iure Felin. in cap. cæterum de reſcript. num. 12. Decius ibidem num. 6. Rota deciſione 2. alias 95. de conceſſion. præbend. & deciſ. 12. alias 183. num. 3. eod. tit. in nou. in quibus alii citantur. Alexand. conſil 97. conſideratis numero 5. lib. 5. Gloſſ Pragmat. ſanctiu. ſub tit. de collat. §. quod ſi quis verbum irritum in princip. Mandoſ. in additione ad Ludouic. Roman conſil. 330. verb. Puto, cum aliis Probatur primo decretum irritans appoſitum in conditionali diſpoſitione ſuſpenditur in ſuo effectu in conditionis euentum, vt patet ex clemen. vnica de conceſſion. præbend ſed conſtitutio quoad vim obligandi inuoluit ſaltem tacitam conditionem, ſi debite publicetur, ne ignorantes liget: ergo. 2. de natura conſtitutionis eſt, vt non afficiat ignorantes de conſtitut. cap. vt animarum eodem tit. in 6. concinit l. final. ff. de decret. ad ord. facien. item conſtitutio ſibi debitam promulgationem requirit, quæ vt ſupra oſtendimus, in eodem momento totum non poteſt territorium excurrere: ergo etiam clauſula irritans conſtitutioni annexa idem poſtulabit, cum acceſſorium ſui principalis naturam ſequatur cap. inter dilectos de fid. inſtrumentor. verb cæterum & capite acceſſorium de regul. iur. in 6. etiam quando acceſſorium dignius, & potentius eſt ſuo principali, vt notat Romanus citatus cum Bartol. & probat per legem ſi non ſint §. pertineamus ff. de aur. & argento legat.

Ratio eſt quia quando diſpoſitio vnius
naturæ ponitur per viam annexionis acceſſoriæ in diſpoſitione alterius naturæ, 4.
ſane illa diſpoſitio annexa inducit naturam eius cui annectitur. Id oſtendo in vtroque iure: in canonico, ad cap. ſi ſuper gratia de offic. deleg. in 6. ex quo habetur, quod licet datio exequutoris talis naturæ ſit ſecundum ſe, vt per obitum concedentis expiret, tamen cum per modum conceſſionis vnitur puræ, ac perfectæ gratiæ, immutat naturam ſuam, gratiæ naturam aſſumens, vnde non expirat, delegante etiam re integra diſcedente: ſimilis caſus eſt in cap. ſuper eo de præbend in 6. ex quo deduces quod licet Parrochialis Eccleſia per ſe principaliter conſiderata, nequeat ſimul teneri cum perſonatu habente curam animarum, tamen vnà cum eodem teneri poteſt, ſi ſit annexa præbendæ per viam acceſſionis In iure ciuili idem videmus: nam l. ſed ſi mortis ff. de leg. præſtand. l. ſub condit. § final. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. ſi in ſeruitutem § ſi quis bonorum ff de bon. liber. l. ſi vero §. ſi ſeruo ff. eod. habemus, quod donatio mortis cauſa per ſe conſiderata firma maneat mortuo donatore, adeo vt nec euaneſcente teſtamento illa euaneſ-

cat, vt etiam patet ex l. etiam ff. de in offic.
teſtam. ſi tamen donatio in ipſo teſtamento
poſita eſt, & illi acceſſorie annexa perdit
naturam ſuam, & in conditionem irriti te-
ſtamenti tranſit, ac cum ipſo euaneſcit: er-
go ſimiliter quamuis decretum irritans per
ſe conſideratum de ſua natura poſtulet ſtatim
ligare, etiam ignorantes, præſertim quando
apponitur in diſpoſitione particulari certæ
perſonæ fauorem concernente: tamen quan-
do adiungitur in conſtitutione vniuerſali,
quæ bonum commune immemorabile reſpi-
picit, conſtitutionis naturam ſortitur, & an-
te debitam promulgationem ignorantes non
ligat.

2. concluſio quando clauſula irritans ita
5. conſtitutioni adiungitur, vt nullam conditio-
nem admittat, ſed omnem etiam tacitam
excludat, ſtatimque ſe tenere manifeſtè ſi-
gnificet, nullum tempus ad promulgationis
notitiam expectat, & ignorantes etiam ligat:
ita Roman. vbi ſupra cum aliis citatis pro
prima ſententia, qui hoc modo intelligendi
ſunt, vt recte ſentiant. Probatur. 1. quia hoc
tantum probant textus pro illa priori opinio-
ne adducti, omnes enim, vt conſideranti no-
tum erit, certæ perſonæ fauorem concernunt
& ad particularia reſcripta potius, quàm ad
generales conſtitutiones referuntur, ideo-
que ſine publica promulgationis notitia igno-
rantes ligare potuerunt. 2. aliquæ ſunt res,
ſeu actiones, de quibus ſummus pontifex li-
bere diſponere poteſt cum actuum irritatio-
ne ſine alicuius iniuria, quia illa *nec incerta
ſunt, nec ex alieno pendent arbitrio, vel
voluntate cuiuſuis qui acceptandi poteſtatem
haberet*, vt loquitur Bonifacius VIII. in cap.
Dudum de præbend. in 6. huiuſmodi ſunt be-
neficia, collationes, eorum diſpenſationes &
ſimilia, quæ à ſola ſedis Apoſtolicæ poteſta-
te ſine particularium conſenſu dependent:
ergo ſi de his decretum faciat ſummus pon-
tifex cum clauſula irritante, & cum exclu-
ſione conditionis expreſſæ vel tacitæ, quæ
effectum obligationis ſuſpendat, ſtatim etiam
ignorantes obligabit.

Hinc colliges 1. concluſiones habentes
6. clauſulam irritantem, quæ excludit omnem
conditionem, plerumque declarari per par-
ticulam illam *ex tunc*, vel *ex nunc* & ſimi-
les: per quas ſignificant Pontifices, & alii
ſupremi principes (ſi qui ſunt, qui leges
ſub hac forma in ſuis regnis ſtatuant) ſe vel-
le etiam ignorantes obligare: ita Gloſſa ab
omnibus recepta in clem. 2. de hæret. verb.
ex tunc Imola ibidem num. 2. Cardil. nota-
bil. 6. Boniſacius num. 27. Butr. in cap. co-
gnoſcentes de conſtit. num. 19. Abb. ibidem
num 7. Henric. Boic num. 2. Alex. de Neuo
numero 28. Felyn. num. 7. limitatione 5. Be-
ro num. 44. Decius in 1. lect. numero 18.
in fin. Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. caſu
185. numero 2. Nauarr. dicens eſſe commu-
nem lib. 3. conſil. 31. num. 4. de regular.
Cucus lib. 1. inſtitut. Maior. tit 3. num. 30.
Syluest. verb. lex quæſt. 6. dicto 3. Roſell.
ibidem num 6. Suar. lib. 5. de leg. capite 33.
numero 7. Salas t. 2. tract. 14. diſput. 12. ſect.

A 4. num. 21. poſt Paulum Caſtren. conſil. 281
colum. 2. & alios: non eſt tamen vniuerſali-
ter verum, vt quotieſcumque illa particula
ex nunc conſtitutioni inſeritur cum clauſula
irritante, excludat omnem conditionem, &
non ſuſpendat effectum ad euentum futu-
rum; poteſt enim adiungi diſpoſitioni con-
ditionatæ & tunc non habere effectum ante
conditionis exiſtentiam, vt probat Alexand.
conſil. *conſideratis* num. 5. lib. 5. ex clem.
1. de conceſſion. præbend. ibi, *quia decre-
tum huiuſmodi in euentum dumtaxat prædi-
ctarum conditionum ſuum ſortitur effectum.*
Quod Cardinalis & alij ibidem communiter
tenent.

B Colliges 2. regulas Cancellariæ, in quibus
eſt particula, *ex tunc* quoad irritationem 7.
actus in contrarium geſti, & quoad effectum
nullitatis contrariarum prouiſionum ſtatim
ligare à die ſuæ compoſitionis, quæ ſolet
eſſe ſequenti poſt aſſumptionem Pontificis,
vel à die aſſumptionis quando, quoad ali-
quos effectus, ita in regula aliqua diſponi-
tur. Ita Alphonſus in prooem. regul. Can-
cell. verſ. *quas etiam ex tunc* Aene. de Fal-
conib. tract. de reſeruat. 4. part. prin. effect.
21. Gonçal. ad 8. regul. in prooem. §. 5. num.
56. & hanc ſententiam probare Rotam do-
cet Gomeſ. in prooem. regul. quæſt. 2. quod
ſcilicet obligent hæ regulæ à die aſſumptio-
nis, ſaltem quoad effectum irritationis præ-
dictum: nam quoad pœnas incurrendas non
niſi poſt publicationem obligare incipiunt;
quod eſt verum iuxtà doctrinam inferius tra-
dendam de promulgatione legis pœnalis: &
C adhoc ſolum probanda eſt opinio Geminian.
conſil. 92. Zerola in praxi verb. regulæ
Cancellar. Ioann. à Chochier in eadem re-
gul, in prooem. num. 20. & ſequent. qua-
tenus docent has regulas à die publicatio-
nis tantum ligare incipere. Nam licet hoc de
pœnis verum ſit, tamen quoad effectum ir-
ritationis & nullitatis contrariorum actuum
non eſt verum. Nam quandoque ſolent Ro-
mani Pontifices reſeruare beneficia, quæ
vacarunt menſibus Apoſtolicis, ſede vacan-
te, de quibus ordinarii collationes vſque
ad tempus aſſumptionis, illorum non diſpo-
ſuerunt: vt fecit Paulus Quintus de om-
D nibus beneficiis non prouiſis tempore ſuæ
aſſumptionis in bulla ad fauorem Conclaui-
ſtarum data pridie Calend. Auguſti 1605. ſi
ergo hæc bulla efficax fuit, & ſimiles ad re-
ſeruationem beneficiorum vacantium, itaut
ante publicationem illius poſt aſſumptionem
Pontificis prouiſiones illorum beneficiorum
factæ ab aliis collatoribus irritæ ſint, & nul-
lius effectus, cur idem non erit de regulis
Cancellariæ, quas ex tunc obſeruari mandant
Pontifices quoad effectus, qui à ſola pote-
ſtate principis facientis legem dependent.
Dices quia promulgatio eſt de ſubſtantia
legis, & ſine illa ſubſtantia in eſſe perfecto
conſtituta non intelligitur lex aliquem ſor-
tiri effectum. Reſpondeo effectum quidem à
lege iam promulgata fieri, ſed non ſolum
ex tempore promulgationis, ſed ab illo quod
illa decernit: & ſicut lex etiam ad præterita

extenditur, quando de illis ſpeciatim meminit; vt ſupra late oſtendimus: ita hæ regulæ effectum irritationis ſortiri poſſunt ab eo tempore aſſumptionis pontificis, vel compoſitionis illarum; ità interpretandum eſt verbum *ex tunc* iuxta Gloſſa in clement. 2. de hæretic. verbor. *ex nunc* Abb. in capite cognoſcentes de conſtitution. Baldum in leg. leges C. de leg. & alios ſupra citatos.

8. Colliges 3. in rebus, quæ non tantum pendent ex voluntaria Pontificum inſtitutione, ſed aliquod ius naturale ſuppoount, quod per humanam legem modificatur, per clauſulam irritantem, generali conſtitutioni appoſitam non excludi tacitam conditionem de conceſſione temporis ſufficientis, vt lex ad B notitiam deueniat, immo ſæpe exprimitur certum tempus, quod ſufficiens reputatur vt fecit Trid. ſeſſio. 24. cap. vbi irritans matrimonia clandeſtina aſſignat triginta dies poſt promulgationis diem in eadem patrochia: quibus elapſis incipiat illud decretum obligare: & ſic regulariter fieri ſolet. In negotiis & actibus maioris momenti, vt euitentur incommoda, quæ hinc oriri poſſent, ſi irritarentur actus alioqui liciti, ex quorum irritatione ſubditorum iniuria pullularet. Confirmatur 1. ex doctrina Molin. tract. 5. de iuriſdict. diſp. 70. num. 10. vbi ſe remittit ad diſp. 285. tract. 2. Ait enim quando lex irritum aliquid ex iuſta cauſa redderet, quod alioqui licitum erat, & quod reddi irritum redundaret in iniuriam ſubditorum, tunc eam legem non obligare, quouſque poſt debitam promulgationem de ea lege ſcientia haberi poſſet, & ita interpretandam eſſe C mentem Pontificis. Ponitque exemplum ſi, verbi gratia, ſummus Pontifex reuocaret omnia priuilegia conceſſa aliquibus ad audiendas confeſſiones, non cenſeretur, ea lex irritas facere confeſſiones quas habentes priuilegium audirent, antiquam notitiam huius reuocationis iam eo in loco communiter haberetur, in quo eas audiunt, & pro eadem ſententia refert Sotum, & fauet Medina 1. 2. quæſt. 90. artic. 4. concluſ. 3. quatenus ait conſtitutionem irritantem ſemper exigere ſufficientem promulgationem, vt ignorantes obliget. At promulgatio ſufficiens non eſt, quamdiu in loco remotiori illius ſcientia non potuit naturali, & morali modo haberi: quamuis oppoſitum docuerit Azor. libro quinto tom. 1. capite 3. quæſtio. 7.

9. Confirmatur 2. ex doctrina Bart. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. quæſt. 5. principali num. 37. Turrecrem. in §. leges diſt. 4. dub. 3. num. 4. quatenus aſſerunt quando lex irritans ſine temporis determinatione in nullius præiudicium procedit, ſed potius omnium fauorem concernit, ſtatim poſt promulgationem incipere obligare, prodeſſeque tam ſcienti, quam ignoranti: quando verò cedit in alicuius incommodum, non ſtatim irritare actum, neque ligare ignorantem, ad quem promulgationis notitia peruenire non potuit: probant ex l. penult. C. de decurion. lib. 10. & ex cap. quia cunctis §. nec obſtare de conceſſion. præbend. In 6. ergo non eſt vniuer-A ſim verum, quod lex irritans, quæ tempus non determinat, ſtatim à promulgatione omnes etiam ignorantes liget: quin neceſſarium tempus ad promulgationis extenſionem ad loca remotiora expectetur: huius diuerſitatis ratio à legis fauore, & odio eſt deſumenda, ideo enim illa latius, hæc ſtrictius interpretanda: ex qua doctrina etiam infero quando conſtitutio certum tempus aſſignat, quo finito actum aliquem irritum, & nullius vigoris futurum declarat, ad illumque perſonas inhabiles reddit, poſſe partes de communi conſenſu illam acceptare ante finitum tempus, ſi in fauorem commodumque illarum lata ſit, neque ex ea anticipatione aliquod boni communis, vel publici iuris præiudicium reſultet. Ratio eſt, quia etiam ſi lex de ſe tantum non ſortiatur effectum obligandi ante tempus inei determinatum, vt tamen coniungitur cum partium conſenſu. quæ ſuo iuri & commodo renuntiare poſſunt per l. 39. ſi quis in conſcribendo C. de Epiſcop. & Cleric & l. 29 ſi quis in conſcribendo Cod. de pactis cap. quibus de pactis eumdem effectum ante tempus cauſare poteſt præſertim, quia ex interpretatione legiſlatoris, quia qui ſolum in fauorem tēpus diſtulit, habeamus illius voluntatem eſſe, vt quamprimum lex obſeruetur, ſciens ſtatuto fauorabili renuntiare poſſe, non vtendo illo, vt docet Bald. in l cum oportet §. cum autem C. de bonis quæ liberis: & dixi quando ex ea anticipatione communis & publicis iuris præiudicium naſceretur; quia priuatorum pactu iuri publico non derogatur l. 46. neque pignus ff. de regul. iur. & ſingularis Gloſſ in cap. ſi diligenti, verb. *pacto* de foro competen.

Oppones cum Suar. lib. 5. de legibus cap. 33. nu. 11. oppoſitum aſſerente videlicet neque de conſenſu ſubditorum poſſe legem, quæ tempus determinat, ante illud eos obligare; quia lex reſpicit commune bonum, cui expedit totam regulam præſcribi, quæ non pendet ex voluntate ſubditorum, neque incipit operari prius circa volentem, quam circa inuitum, ſed ſolum ex legiſlatoris voluntate per legem expoſita deducitur: & confirmatur decreto irritante matrimonia clandeſtina, in quo tempus aſſignatur triginta dierum à publicatione in Parrochia, non enim potuere perſonæ priuatæ ſemet inhabiles reddere ad contrahendum clandeſtinè ante tempus aſ- 10

D ſignatum. Reſpondeo hoc argumentum ſolum probare cum boni communis, vel iuris publici præiudicio non poſſe legem ante tempus effectum ſortiri de conſenſu ſubditorum, quia ipſi commune ius non ſtatuunt, neque tollunt; non tamen probat, non poſſe ſubditos ſtatuti fauori præciſe ſumpto, & priuatam partium vtilitatem concernenti renuntiare; qualis eſt illa temporis dilatio præciſè fauorabilis: nam quando ſimul coniuncta eſt cum iure publico, & communi bono, cui priuatorum voluntas derogare non poteſt, tunc non poterit ante determinatum tempus lex effectum ſortiri: & ita ſe habet in matrimonio ad quod contrahendum clandeſtinè de iure naturali habiles ſunt ſolutus & ſoluta,

ſoluta & ante decretū Concilij iſte ſecretus con-
tractus erat idoneum fundamentum ſacramenti
matrimonij à Chriſto Domino inſtituti : quare
cū dato ſufficienti fundamento, ſi cōiuges verbis
de præſenti ſeſe mutuo traderēt, & intentionem
haberent contrahendi, non poterat non fieri ſa-
cramentum, quamtumuis vellent, vt ante trigin-
ta dies contractus eſſet nullus : Nam cum coniu-
ges vellent, quidquid neceſſarium erat, vt de iure
naturali cōtractus eſſet ſufficiens, vt in eo ſacra-
mentum à Chriſto inſtitutum funderetur, & ipſi
neque eius naturale poſſent modificare , quia
ſunt priuatæ perſonæ, neque diuinū mutare poſ-
ſent , neceſſario matrimonium ante illud tempus
celebratū clandeſtinè erat validum. Aliud exem-
plum afferri poteſt, in quo noſtra ſententia pate-
bit: Nam ſi lex fieret, in qua poſt certum tempus
omnis promiſſi, vltra certam quantitatem ſcuto-
rum irrita eſſet , & rurſus aliquæ perſonæ ita il-
lam ante tempus acceptarent, vt de cōmuni con-
ſenſu iam ab eo die ſuæ promulgationis vigeret:
ſane in hoc caſu negandū non eſt legem acceden-
te partium conſenſu , tēporis prorogationem re-
nuntiantium ſuum ſortiri effectum : Nam quæ-
libet promiſſio prohibitæ quantitatis cum ad ſui
valorem alterius partis acceptationē requireret,
& omnes acceptata lege ſe obligarent non accep-
tandi promiſſiones, immò illas reiicerent: lex ne-
ceſſario ante tempus aſſignatum ſortiretur effe-
ctum, non ratione ſui tantum , ſed vt coniungi-
tur cum contractu, qui ex voluntate ſubditorum
legem ſtatim volentium obſeruare dependet , &
ſic hoc tempore in volentibus effectum habet,
non inuitis.

11. Alia Conſtitutio, de qua quæſiuimus , an ſta-
tim obligaret poſt promulgationem , eſt reuoca-
toria iuris, quod vel eſſe poteſt commune vel pri-
uatum , quod idem eſt, ac priuilegium , & quod
attinet ad reuocationem , vel conceſſionem pri-
uilegij, ſeu gratiæ ad titulos de reſcriptis, & pri-
uilegiis agendum : interim videatur Menoch. ci-
tatus numero 28. Vaſq. diſp. 556. cap. 4. n. 26.
Salas vbi ſupra ſect. 7. Suar. lib. 8. de legibus
cap. 24. & ſeq. qui alios antiquiores referunt. De
reuocatione igitur conſtitutionis generalis , pri-
ma ſententia eſt Capreol. in 4. diſt. 1. quæſt. 3. ad
primum contra primam concluſionem Contra-
di 1. 2. quæſt. 9. artic. 4. Medin. & alij ibidem
Cordubæ lib. 5. de indulgentiis quæſt. 26. poſt
tertiam concluſ. & aliorum aſſerentium nulla
opus eſſe promulgatione , ſed ſufficere principis
voluntatem , vt lex antiqua reuocetur , quamuis
reuocatio nō promulgetur : fundantur in depen-
dentia , per quam lex in fieri , & in conſeruari à
principis voluntate dependet, & quia ad conſti-
tuendum plus requiritur , quam deſtruendum:
quare ſicut ſi fictè legem ferret, & promulgaret,
illa non verè , ſed ex conſcientia erronea ſubdi-
tos teneret, ita ſi ſola voluntate reuocetur, abſol-
uetur ſubditus à vera legis obligatione : refert
hanc opinionem Salas diſput. 51. citata ſect. 8.
numero 32. & non impugnat , neque approbat;
illius tamen falſitas ex eo oſtenditur , quia hoc
diſcrimen inter legem nouum ius inducentem,
& reuocantem antiquum à Doctorib. de legum
promulgatione agentibus non attingitur : cum
enim neceſſitas promulgationis, æque in omni-
bus legibus reperiatur , & rationes ſupra tactæ

A idem de omnibus demonſtrent , non eſt cur re-
uocatoriæ, quæ verè leges ſunt, promulgationem
non depoſcant. Deinde Cordubæ fundamentum
parum firmum eſt : Nam voluntas Principis nos
non niſi externo ſigno, humano more dirigit, &
in tantum obligat , in quantum exteriùs prodi-
tur ; quod verò ficto animo , aut vero fiat , non
tollit ſignificationem exterioris ſigni, de ſe obli-
gationem inducentis, quare ſicut neque ſola vo-
luntas legem condit noui iuris inductiuam , ita
neque antiqui deſtructiuam, quæ non minus ſen-
ſibilis eſſe debet, quam illa alia : & hinc eſt, quod
lex ex ficto Principis animo lata , ſi alioqui reli-
quas legis conditiones habeat non ex conſcien-
tia erronea , ſed verè obligat : animus enim, ſeu
voluntas in tantum verè obligare poteſt, in quan-
tum ſe exterius prodit, ſiue fictè ſiue verè : & ali-
B quando ad deſtruendum plus requiritur , quàm
ad agendum, quando non niſi agendo deſtruitur;
Nam in actione deſtructiua reſiſtentia contrarij
obſtat v. g. calidum, vt octo, facilius aſſimilabit
ſibi paſſum frigidum, vt duo, quam vt ſex, & plus
requiritur virtutis, vbi maior eſt reſiſtentia, qua-
re vt deſtruatur frigus vt ſex , intenſior requiri-
tur calor , quam vt deſtruatur frigus vt duo.
Eodem modo dico , lex antiqua non reuocatur
niſi expoſitione noui ſigni exterioris reuocantis,
quod ſubditis innoteſcere poſſit ; & hoc ſignum
vt proponatur modo accommodato, & ex natu-
ra rei requiſito , neceſſario promulgationem
requirit.

Secunda ſententia eſt Vaſq. citato cap. 4. qui 12.
nullum agnoſcit diſcrimen inter has leges; con-
ſtitutiuam noui iuris , & reuocatoriam antiqui;
C vnde ait, non magis egere promulgatione vnam,
quàm aliam , nomine vero promulgationis in-
telligit inſinuationem cum maiori , vel minori
ſolemnitate , vt principi placuerit , niſi quando
Princeps expreſsè vellet ſolo ſuo ſimplici verbo
legem antiquam reuocare : paſſim verò non in-
telligitur reuocare niſi promulgando aliquo mo-
do ſolemni legem reuocatoriam : rationem red-
dit , quia prior lex habet rationem præcepti, &
regulæ apud homines , ergo non poteſt reuocari
niſi alio præcepto, & regula ſimili, qualis non eſt
voluntas , ſeu præceptum ſuperioris , antequam
inſinuetur. Duo in hac ſententia difficilia repe-
rit Salas. Primum quia Vaſquez diſp. 155. cap. 2.
ſentit ſolemnem promulgationem ex natura
rei eſſe neceſſariam , immò eſſentialiter requiſi-
tam in aliis legibus , In his verò reuocatoriis pu-
tat ſufficere ſimplex verbum, ergo neceſſario ad-
D mittit diſcrimen inter has leges quoad promul-
gationem ; ſecundum quia lex purè reuocatoria
nihil præcipit , ſed ſolum remittit obligationem
legis reuocatæ , quæ ſi pænalis fuerit , reuocato-
ria indirectè præcipiet iudicibus ne puniant
tranſgreſſores : ergo non ex eo quod lex præ-
ceptum continet ; probatur indigere aliqua pro-
mulgatione.

Ego in hac difficultate diſtinguendum puto: 13.
Nam conſtitutio , aut eſt iure reuocatoria vide-
licet , quæ obligationem ſeruandi legem anti-
quam tollit , aut eſt mixta cum oppoſita Conſti-
tutione contraria, vel contradictoria, quia nimi-
rum nō ſolùm tollit obligationem faciendi quod
antiqua lex præcipiebat, ſed iubet, ne fiat, vel vt
fiat contrarium: quando igitur conſtitutio eſt re-

Digitized by Google

uocatoria hoc ſecundo modo, cum iam permixtum habeat præceptum de nouo poſitiuum, vel negatiuum, neceſſario de illa eſt eadem ratio, atque de quauis alias conſtitutione: neceſſitas enim promulgationis pariter in omnibus reperitur, vt ratio contra primam ſententiam, & pro ſecunda demonſtrat. Quando verò conſtitutio eſt purè reuocatoria, & præceptum non continet, ſed ſolum remittit obligationem legis antiquæ, tunc dubitat Suar. lib. 6. de legib. cap. 27. numero 17. an requirat promulgationem ex natura rei, immo probabile exiſtimat ſola interna principis voluntate legis obligationem remitti, in quo cum authoribus primæ ſententiæ conſentit, quamuis numero 18. addat, vt debito modo fiat, publicè proponendam eſſe conſtitutionis abrogationem.

14. Tertia Concluſio. Diſpoſitio purè reuocatoria, vt legis antiquæ obligationem tollat ex natura rei externum ſignum, & publicè euulgatum requirit, melioríque modo fiet, ſi lex reuocatoria fiat ſcripto, & publicè promulgetur facta abrogatio: verum vtrouis modo fiat, ſtatim ſuum ſortitur effectum, niſi aliud expreſsè determinet. Tres habet partes. Prima ſuadebitur iis rationibus, quas ad initium huius quæſtionis adduximus; legiſlatorem non niſi externo ſigno ſubditis obligationem imponere, neque aliter humanam iuriſdictionem poſſe exerceri; Nam princeps eadem poteſtate tollit, qua ponit legis obligationem, quam poteſtatem humano more per externa ſigna neceſſario exercebit. Vndè non poſſum non mirari dubium ſe in hoc puncto oſtendere Suarium, qui ſupra vſque adeò externa ſigna in legiſlatore, ad ſuæ iuriſdictionis exercitium requiſiuit. Secunda probatur, quia principis officium eſt tollere prudenter ſcandala, non vero illis anſam præbere, ſed ſi reuocatio legis verbo priuatim fiat, non ſatis conſtabit, an ceſſauerit legis obligatio, facileque ſequentur ſcandala propter eos, qui legem non ſeruant, immò diſſidia, & confuſio inter ſubditos erit: ergo etiam ſi lex ſit purè reuocatoria, publicè debet promulgari, vt omnibus pariter innoteſcat, & ita de facto obſeruant communiter Eccleſiaſtici principes, & ſæculares: ita enim fecit Gregorius 14. quando ſuſtulit excommunicationem latam à Sixto Quinto contra eos, qui abortum aliquo modo facere curaſſent: & hæc fuit poſitiua reuocatio publicè promulgata: alio modo fieri poteſt negatiua, vt ſi caſus, quos vnus Pontifex reſeruarit in Bulla Cœnæ, alter prætermittat: hoc modo vſus eſt Gregorius XIII. quando excommunicationem latam à Pio Quinto in Bulla Cœnæ contra eos, qui haberent, vel legerent libros magorum, in ſua Bulla ipſe, & poſtea ipſius ſucceſſores inter alias non numerarunt excommunicationes, vnde cum facta promulgatione nouæ Bullæ altera præcedens ceſſet, quoad illam reſeruationē, negatiuè fuit reuocata, & poteſtas abſoluendi approbato ſacerdoti, legitimoque confeſſario reſtituta, neque ſublata eſt ſolum reſeruatio excommunicationis ſequutæ, poſt promulgationem reuocationis, ſed etiam illius, quæ antea præceſſerat, quia illa Bulla ad inſtar conſtitutionis futuris abſolutionibus dat regulam reſpectu omnium peccatorum, quæ præceſſerunt, quare ſolum quoad ea, quæ de nouo reſeruantur, limitatur Confeſſarij poteſtas, vt bene notauit Azor, cum aliis tom. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 7. §. quod ſi quæras.

15. Dixi meliori modo fieri reuocationem publica promulgatione, non verò eſſe omnino, & præciſè neceſſariam, quia pura reuocatio eſt potius ſolutio legis, quam ſanctio: non enim obligationem imponit, ſed tollit, quæ obligatio eſt proprietas neceſſario conſequens legis naturam. Ideoque neceſſe non eſt, vt fiat talis reuocatio, abſolutè loquendo, per publicam promulgationem præſertim, quia ſæpè contingere poteſt, vt ſine ſcandalo remittatur obligatio legis, ſi princeps priuatim dicat ſe ſubditos ab ea lege abſoluere, verbi gratia, ſoluendi tributi, vel non ferendi arma: Nam quando alij alios viderint contra legem facere, facile inquirent, an remiſſa ſit legis obligatio, & ſine publica promulgatione de reuocatione legis fient certiores, & forſitan de hac reuocatione pura loquebatur Vaſq. ſupra, quando dixit poſſe principem ſolo ſuo ſimplici verbo legem reuocare, vel ſi de reuocatione mixta addita poſitiuo præcepto, quod veram faceret legem, loquebatur, de Principe ſupremo, & de extraordinario modo condendi legem intelligendus eſt, ſicque Doctrinam à nobis ſuperius traditam confirmabit. Tandem in tertia concluſionis parte addidi, quouis modo fiat ex duobus, pura reuocatio ſtatim ſuum ſortiri effectum, etiam reſpectu ignorantium, qui effectus eſt per ſe obligationem à lege cauſatam auferre, quamuis per accidens ignorantes ſe adhuc teneri arbitrentur: & ratio eſt, quia ſubditi quamtumuis inuiti ſoluuntur vinculo à principe impoſito: verbi gratia à vinculo excommunicationis, vel ſuſpenſionis, excommunicatus, & ſuſpenſus abſolui poteſt à Pontifice etiam inuitus, vt tenet D. Thom. in 4. diſtinct. 18. quæſt. 2. artic. 5. Richard. ibidem artic. 10. quæſt. 1. Palud. quæſt. 5. art. 3. Carthuſ. quæſt. 4. & ſequuntur Canoniſtæ cum Abbate in cap. ab excommunicato de reſcript. num. 10. & communem eſſe ſenteotiam docet Suar. tom. 5. in 3. p. diſput. 7. ſect. 7. numero 5. ergo à fortiori, à vinculo obligationis à lege cauſatæ ſubditi liberantur ignorantes, & inuiti. Vnde quando reuocatio tempus non exprimit cum abſolutè fauorabilis ſit, & non oporteat ſcientiam ſubditorum expectari ad reuocationis vigorem, ſtatim ſuum præſtabit effectum, vbi primum externo principis ſigno aliquibus manifeſtatur.

Tertia difficultas erat de conſtitutione pœnali, an ſtatim poſt promulgationem obliget: communis ſententia eſt inculpabilem ignorantiam, à conſtitutionis pœna excuſare, ideoque ſufficiens tempus requiri, vt promulgatione innoteſcat, & quando in conſtitutione certum non determinatur tempus, ante duos menſes à promulgatione non infligi pœnam ex præſumptione ſcientiæ: immo addi ſolet, etiam poſt duos menſes, allegari & probari poſſe ignorantiam, ne in externo foro incurratur. Ita Theologi cum D. Thom. 1. 2. quæſt. 87. artic. 7. & 2. 2. quæſt. 108. artic. 4. Canoniſtæ cum Panormit. cap. cognoſcentes de conſtitut. num. 9. Felin. num. 10. Syluest. verbo lex, quæſt. 6. Turrecrem. in §. leges diſtinct. 4. cum Hoſtien. & Ioann. Andr. & cum gloſſ. in clem. 2. de hæret. Caſtro de lege pœnali lib. 1. cap. 1. ad finem. Viguer. in inſtit. cap. 16. in princip. 16.

Digitized by Google

princip. Anguian. de leg. lib. 4. controu. a. n. 9. & 16. Salas diſput. 12. citata ſect. 3. n. 17. & 21. probatur primo ex cap. final. Qui matrimonium accuſare poſſunt & vbi poſt præſumptionem ſcientiæ quam tearus declarat illis verbis, *Cum rationabiliter præſumatur, quod denuntiationem publicè factam idem exiſtens in ipſamet diœceſi minime ignorauit*, adhuc tamen, quia legitima cauſa allegatur ad probandam ignotantiam, concludit Innocentus Tertius, *Iſte tamen amoueri nequiret, cum culpabilis nō exiſtat*. Nam qui ignorantiam ptobauit, etiam publicata lege illius pœnam ſubterfugit: ſi hanc probare poſſet Ionathas ignorantiam 1. Regum 14. efficaciorem adduceret violati mandati excuſationem, quia tamen edictum erat publicè propoſitum, & præſumebatur ſciens illud vel ſaltem illius ſupinam habuiſſe ignorantiam, iuxta cap. quod dicitis diſt. 16. vt notauit Gloſſ. ibidem verb. audito, & Archidiaconus cum aliis, ideo princeps ad materiæ paruitatem recurrit, *Guſtans*, inqoit, *guſtaui in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea paululum mellis*: & ad præcepti intentionem, & rationem confugit, quia nihil de contentione pugnæ, & celetitate inſequendi hoſtes remiſit. Noſter Gaſpar Sanchez ad hunc locum ait, hanc etiam ignorantiæ cauſam allegaſſe Ionatham apud patrem, quamuis id ſacra ſcriptura prætermiſerit, quia erat præcipua ſuæ cauſæ defenſio: Nam edictum non ligat, niſi eos ad quos peruenit iuxta cap. propoſuiſti diſtinct. 82. Probatur ſecundo ex l. tinali ff. de decretis ab ordinar. facien. hæc igitur communis ſententia ita declarari debet.

7. Quarta Concluſio, Conſtitutio pœnalis non obligat ignorantes ad incurrendam pœnam, etiam poſt duos menſes in foro externo, ſi ignorantia probatur, niſi conſtitutio ſit præſumptiua. & expreſsè prohibeat allegare ignorantiam, tunc enim ſaltem per iuramentum probatio excluditur: ſola vltima pars concluſionis reſtat probanda, cætera enim ex dictis patent: illam igitur tenet Bartol. in l. Dious in princip. ff. de falſ. Bald. in l. prima ff. de leg. Alex. in l. de pupillo §. nontiationem ff. de oper. nou. nuntiat. Panormitan. in cap. ad Falſariorum in princip. de crimine falſi probatur l. ex cap. vidua de regular. vbi habes optimum exemplum. Secundo concinit authent. In medio litis non fieri ſacras, &c. §. penult. ibi, *Nec ignorantiam in ea proponat*, & lex 3. ſicut rem C. de præſcript. 30. vel 40. ann. in fine ibl, *Etiamſi legis ignorantiā excuſari tentauerit*: Et quamuis Salic. Ludouic. Anan. & alij doceant talem conſtitutionem præſumptiuam eſſe intelligendam de ignorantia ſupinā, tamen Felyn. in cap. cognoſcentes de conſtitut. numero 13. optimè eos reiicit, & conuincit: Nam ea conſtiutionis reſtrictio faceret, vt nihil operaretur, certum enim eſt ignorantiam numquam admitti, quando culpa ignorantia culpabili excuſatur. Qoi Felyn. numero 12. & ſequent. latè oſtendit, quando probatio ignorantiæ per iuramentum admittatur, de eodem diſputar. Menoch. poſt alios de iudic. arbitr. lib. 2. caſu 186. Verum quamuis contra conſtitutionem præſumptiuam, & excludentem ignorantiæ prætextum ad excuſationem pœnæ probatio ignorantiæ per iuramentum non admittetur: aliis modis probari poſſet, quibus admitti ſolet probatio contra præſumptiooem iuris, & de iure, de quibus Felyn. & alij diſputanr in cap. quarto de præſumption. Menoch. vero vbi ſupra cum Abbate Rero ibid. & Mantuanus docent tempus intra quod præſumitur quis legem latam ſciuiſſe, iodicis arbitrio relinqui, & ex locorum diſtantia, quantitate, & qualitate eſſe metiendum: cuius ſententiæ ſubſcribo in caſibus, quos præcedens doctrina ſpeciatim non decidit.

Qua lingua debeat conſtitutio promulgari.

SECTIO VI.

Facilis eſſet huius quæſtionis reductio, niſi varij eſſent caſus, quos à generali regula accipi neceſſe eſt: totam ergo huius difficultatis doctrinam quatuor propoſitionibus comprehendam. Prima. Lex, ſeu conſtitutio conſcribenda, & promulganda regulariter potius idiomate eorum, ad quos dirigitur, quam ipſius legiſlatoris: ita Ludouic. Roman. in l. 1. §. final. column. 5. ff. de verb. obligation. Paulus Caſtrenſ. in l. ſed etiamſi pupillus §. præſcribere ff. de inſtit. per hunc textum ibi, *Literis Græcis & Latinis puta ſecundùm loci conditionem*. Anton. in cap. final. colum. 1. de eo qui mittitur in poſſeſſ. cap. rei ſeru. quos ſequitur Felyn. in rubr. de conſtitut. numero 7. Probatur primo ex authen. Iuſtinian. de non aliena nd. aut permut. rebus Eccleſ. & §. nos igitur ad finem ibi, *Hanc propoſuimus, & non paterna voce legem conſcripſimus, ſed hac communi, & Græca, vt omnibus ſit nota, propter facilem interpretationem*: item ex leg. 1. circa finem verſic. Ne autem per ſcripturam C. de veter. iur. enucl. Secundo concinit ius Canonicum in cap. ſit Rector, diſtinct. 44. & §. vltimo eadem diſtinct. cap. oportet 7. quæſtione prima, vbi dicitur oportere verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere, cap. quoniam in pleriſque de offic. ordinar. optimus text. in clem. ne in agro §. ſane in ſingulis de ſtat. monac. ibi, *Propter Iuniores & rudes vulgariter exponantur*: ex quo Doctorea ibi deducunt teſte Cardinali in §. regula: quod & teſtes ſint idiotæ vulgari lingua exponenda eſſe capitula ſupra quibus examinantur, & tenet ſpecul. tit. de teſt. §. tractandum & alij. Tertio quia vt notat Gloſſa Bart. & Bald. in l. Iudices C. de ſententiis & inter l. omnium iud. à Iudice Latino inter Græcos verbis Græcis ſententia ferenda eſt: ergo etiam lex à legiſlatore ratione ſuadetur; Nam princeps ſubditos legibus dirigere, non illaqueare intendit, iuxta Gelaſij ſententiam in cap. de iudic. 2. 27. quæſt. 1. Vnde lex non debet eſſe captioſa ex cap. erit autem, diſtinct. 4. authent. vt factæ nouæ conſtit. ad medium: at ſi leges ea lingua ſubditis promulgarentur, quæ ipſis eſſet ignota, eos illaquearent, non dirigerent: ergo, &c. Secunda propoſitio: quando Principis conſtitutio ſine diſcrimine omnes totius orbis nationes concernit, qualis eſt Pontificia, ſatis eſt ſi latina lingua proferatur: ita Felyn. citatus num. 8. caſu ſecundo: & in cap. quoad tranſlat. de temporibus ordinandorum. Probatur: nam Eccleſia Latina, & Romana dicitur, *Matrix, & radix*

Eccleſiarum, cuius fœtu naſcimur, lacte nutrimur, ſpiritu animamur: à Cypriano lib. 1. Epiſt. 3. & lib. 4. Epiſtola ſecunda: eamdem Epheſinum Concilium ἕδρα ἐκκλησιῶν, id eſt, *Eccleſiarum fundamentum*, honorifico virtutis elogio nuncupauit: ad quam, vt ait Irenæus lib. 3. cap. 3. omnes particulares Eccleſiæ, tamquam ad ſuum caput recurrere debent, idcirco enim illam vocat, *Maximam, antiquiſſimam, omnibus cognitam, à duobus Apoſtolis Petro, & Paulo fundatam, & conſtitutam, ad quam propter potentiorem eius principalitatem neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt vndique fideles*, in qua ſemper ab his qui ſunt vndique conſeruata eſt ea, quæ *Eſt ab Apoſtolis traditio.* Illuſtria ſanè teſtimonia, contra noſtræ tempeſtatis hæreticos in Latinam, & Romanam Eccleſiam impudenter debacchantes: cum igitur illa nequeat ſine confuſione, & inutili labore linguis omnium gentium ſuas conſtitutiones proferre, ſatis erit, ſi Latino idiomate omnium vniuerſaliori promulgentur; præſertim cum ſuperius probatum ſit in legibus Pontificiis vnam promolgationem Romæ factam ad omnes Chriſti fideles eo tempore obligandos ſufficere, quoad illos conſtitutionis promulgatæ notitia naturali, & morali more poteſt peruenire: non eſt tamen negandum ſi ex Curia Romaoa Græcorum Eccleſiis Epiſtola decretalis mitteretur, Græco idiomate eſſe ſcribendam argum. cap. in nomine patris ibi, *hanc ergo Epiſtolam hinc inde Græcis literis munire decreuimus*: diſtinct. 74. & cap. ſanctiſſimo, eadem diſtinctione: non enim in Curia deerunt vtriuſque linguæ periti. Et ſane Vrbanus Octauus, qui nunc Dei Eccleſiæ præſidet Græco non indigebit interprete, græcæ enim linguæ peræque, ac latinæ peritiſſimus: neque nouum eſt legès Græcè pariter, & Latinè proferri, vt patet ex l. 1. ff. de contrahend. emption. §. item pretium inſtitut. de empt. & vendit. & ex notatis per Bald. n l. iudices C. de ſentent. & interlo. o m n. iudic. & in cap. ad audientiam 2. de reſcript.

3. Tertia propoſitio: quando lex concernit diuerſi idiomatis homines, in eodem loco habitantes, ea lingua promulgari debet, quæ eiuſdem loci fuerit magis propria. Ita Felyn. ſupra citatus poſt Bald. in l. iuris ignorantia C. qui admitti ad bonorum, &c. Et probatur ex cap. poſt miſerabilem de vſur. cap. & ſi Iudæos cap. in nonnullis ac ſimilibus, quæ ad latinos Iudices diriguntur, & concernunt Hebręos, & Saracenos inter Chriſti fideles commorantes.

Quarta: quando legiſlatoris lingua ab illis, quibus lex promulgatur, vulgo intelligitur, vel in eo loco magna hominum copia eſt, qui vtrumque ſermonem tam principis, quam ſubditorum intelligunt, nullum eſt incommodum ſi propria lingua princeps legem faciat promulgari. Prioris partis probatio ſumitur ex l. 1. ff. de exequut. tut. Poſterioris verò ex cap. final. de baptiſmo & in quo Innoc. 3. ex Concil. generali exceſſus Græcorum damnat, & vt ab eis reſipiſcant, diſtrictè præcipit: latino tamen idiomate, tum ob Eccleſiæ latinæ authoritatem, quam ipſi minoris faciebant: tum maximè quia in Concilio generali, vbi erant vtriuſque linguæ periti hoc decretum promulgauit.

FINIS.

Laus Deo Trino & Vno, necnon & ſanctiſſimæ Deiparæ.

INDEX

INDEX RERVM TOTIVS OPERIS LOCVPLETISSIMVS.

A

ABAILARDI error conoincitur ; videlicet , nihil eſſe eredendum , quod ſciri non poſſit. Diſput. 1. quæſt. 1. ſect.5.n.1. 1.pag.167.

Accidentia ſupernaturalia, educuntur depotentia ſubiecti. Diſput.1. quæſt. 3. ſect. 1. n. 3. 1.pag.234.

Acceſſorium ſequitur naturam Principalis. Diſp.4.quæſt.3.ſect.5.n.6.2. pag 316.

Actio iuxta forenſem vſum quid ſignificet. Commentat.2.notat.4.n.4. 2.pag.2.

Actori incumbit probare negatiuam , in qua fundatur. Diſp.1. quæſt. 5. ſect.2.n.7.

Actus aliquando ſolom eſt malus , quia prohibetur. Commentat. 3. notat. 1. n. 6. 2. pag. 143.

Actus eiuſdem potentiæ non diſtinguuntur per rationem, ſub qua , ſedper rationem propter quam. Diſp.1.quæſt. 3. ſect.5.n.12. 1. pag. 268.

Actus certior pendere poteſt ab alio minus certo tamquam à conditione. Quæſt. 4. ſect.3.n.12. 1.pag.337.

Actua etiam ex circunſtantia malus non poteſt prouenire ab anxilio Dei ſpeciali. Quæſt. 3. ſect. n. 12. 1. pag.315.

Actus voluntatis , qui præciſe tendit in obiectum propter propriam illius honeſtatem, nullam accipit bonitatem , ant malitiam ab actu imperante. Eodem n.12. 1.pag.315.

Actus fidei à Deo prohiberi non poteſt, aut illicitum reddi. Ibidem n.13.1. pag.315.

Actus fidei de lege ordinaria noo poteſt eſſe cum viſione beata. Ibidem numero 5.

Actus fidei neque depotentia Dei abſoluta eſſe poteſt de obiecto viſo. Diſp. 1. quæſt. 1. ſect. 5. n. 7. vſque ad 14. 1.pag.169.

Actus fidei non producit habitum naturalem , licet oppoſitum probabiliter aliqui tribus modis declarant. Diſp. 1. quæſt. 3. ſect.1.n.11. 1. pag.238.

Actus fidei diuerſos reſpectus habet ad Deum , verbi gratia credendi Deum , Deo, ex Deo & in Deum : Non omues neceſſario reperiuntur in vno fidei aſſenſu. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect.7. n. 12. 1.pag.286.

Actus fidei omnes ſunt eiuſdem ſpeciei. Ibidem. n. 17. 1. pag.288.

Ab intellectu procedunt effectiue ; Sect. 8. n. 1. & ſequent. 1. pag. 289.

Actus fidei eſſe poteſt de potentia Dei abſoluta ex determinatione voluntatis neceſſariæ , vel ex infuſione Dei ſine voluntate. Sect.9.n.15. 1. pag. 304.

Sine relatione extrinſeca per charitatem, vel aliam virtùtem ; in iuſto habet meritum gratiæ de condigno; in peccatore de congruo: Per modum diſpoſitionis , ſeu impetrationis. Ibid. n. 17. 1.pag.305.

Ab infideli elicitus de congruo meretur remote peccatorum remiſſionem , & primam gratiam proxime habitum fidei ſeu augmentum illius , vel aliquod auxilium gratiæ. Ibid. n. 20. 1.pag.307.

Actus fidei ſi eliciatur ſimul cum actu contritionis , non meretur de condigno primam gratiam , ſed primam gloriam. Ibid. n, 21. 1. pag. 307.

Actus eſſe poteſt honeſtus , quamuis non procedat ex charitate, contra aliquos hæreticos. Diſp.4.quæſt.1.ſect.8.n.1. 2.pag.274.

Actus internus ſub humano præcepto non cadit. ibid.ſect.5.n.2. 2.pag.263.& ſequent.

Si tamen cum externis coniungatur per ſe, & directè præcipi , & prohiberi poteſt. Sect. 5. n. 6. & 7. 2.pag.264.

Item ſect. 6. n. 1. 2.pag.265.

Actus internus , quando eſt cauſa per ſe externi ; illumque infirmat , & quando eſt cauſa per accidens in genere phyſico , ſeu in genere moris. Ibidem ſect. 6.numero 1. & 2. 2. pag. 265.

Prædictis modis, quando præcipi, vel prohiberi poſſit iure humano. Ibidem n. 3. & ſequent. 2. pag. 265.

Actus moralium virtutum , quinam iure humano præcipi poſſunt, declaratur. Ibidem ſect. 4. 2.pag.260.

Actus productus ex medio fidei diuinæ, & medio ſcientifico, eſt ſupernaturalis, liber, & diſcurſiuus. Diſp.1.quæſt.1.ſect.5.n.25. 1. pag. 176.

Actus ſtudioſus tria habet , quæ ſunt hominis propria. Diſput.2.quæſt.1.ſect.2.n.5. 2.pag.20.

Idem actus poteſt habere plures rationes honeſtatis ob diuerſa motiua conſtituentia diuerſas virtutes. Diſput. 2. quæſt.1.ſect.6. numero 11. 2. pag. 34.

Actus præteritus ſi fuit nullus per oouam confirmationem in forma communi nihil operatur. Diſput. 3. quæſt.2.ſect.6.num.9. 2. pag. 187.

Si tamen princeps ex certa ſcientia illum confirmet de nouo valorem concedens , tunc valorem ſortitur , & ſuum effectum præſtat. Ibid. n. 10. 2.pag.187.

Actus virtutum , quomodo ſub præcepto legis naturalis cadant. Diſpot. 4. quæſt. 1. ſect.3.n. 3. 2. pag. 256.

Actus vnus , idemque non tendit in ob-

Digitized by Google

iectum, vt euidens, & obſcurum. Diſp. 1. quæſt. s. ſect. 5. n. 4. 1. pag. 168.

Adultera, vel adulter quando in externo, vel interno foro occidi poteſt. Diſput. 4. quæſt. 2. ſect. 5. n. 9. 2. pag. 289.

Æquitatis definitio aptior exponitur. Diſp. 2. quæſt. 2. ſect. 3. n. 2. 2. pag. 45.

Etiam ad ſecuritatem ſpectat. ibidem.

Æquitatem ſecutus iudex à communis iuris regulis recedere poteſt. ibidem. num. 4. 2. pag. 46.

Æquitas ſcripta, & non ſcripta vigori iuris præfertur. ibid. n. 5. 2. pag. 46.

Niſi iuris rigor æquitatis ſcriptæ derogandæ faciat mentionem. ibidem numero 6. 2. pag. 47.

Æquitatis vſus neceſſarius præponitur dupliciter; Primo legiſlatore ſciente, & prudente. Secundo inſcio, & imprudente. Huiuſque rei exempla notantur, etiam cum ampliatione ad pœnam. Diſp. 2. quæſt. 2. ſect. 2. n. 7. & ſequent. 2. pag. 42.

Item in diuino iure ampliationem, ſeu limitationem non admittit. Ibid. ſect. 4. n. 2. & ſequent. 2. pag. 49.

Æqnitas, ſeu æqualitas non neceſſaria, ſed contingens non inducit peccatum. Comment. 3 Notat. 2. n. 14. 2. pag. 147.

Affectus piæ affectionis, item actus fidei, neque ab intrinſeco, ſ.u directé, neque ab extrinſeco ex circunſtantia ab actu reflexo poſſunt vitiari. Diſpnt. 1. quæſt. 5. ſect. 10. n. 10. & 11. 1. pag. 314.

Æternitas in Deo ex immutabilitate, & Immutabilitas ex æternitate ſecundum diuerſas conſiderationes deducitur. Diſp. 4. quæſt. 2. ſect. 1. n. 7. 2. pag. 283.

Affectus voluntatis ad credendum cum aſſenſu fidei in ratione moraliter, & honeſte credendi vnum actum perfectum virtutis efficiunt; præciſe tamen conſideratus habet honeſtatem propriam ab honeſtate aliarum virtutum diſtinctam. Diſp. 1. quæſt. 5. ſect. 10. n. 7. 1. pag. 312.

Afflictio non eſt danda afflicto, non ſemper procedit. Comment. 4. notat. 4. n. 7. 2. pag. 254.

Alimenta filio nato ex inceſtis nuptiis ius ciuile negat; canonicum concedit. Diſput. 4. qnæſt. 1. ſect. 9. n. 6. 2. pag. 280.

Alternatiuæ diſpoſitionis, electio ad quem pertineat. Comment. 5. notat. 5. numero 17. 2. pag. 152.

Almainus quis fuerit, & errores eius notantur. Comment. 1. Notat. 9. n. 5. 1. pag. 95.

Amor ſui in viro probo laudandus eſt, quia omnia, quæ ad amicitiam ſpectant à propria perſona proueniunt. Diſp. 1. quæſt. 5. ſect. 2. n. 4.

Angelos corporeos eſſe aliqui falſo exiſtimarunt. Commentat. 1. notat. 4. n. 8. & 9. 1. pag. 58.

Spirituales eſſe ſubſtantias de fide eſt, iuxta probabiliorem ſententiam, ibid. n. 10. 1. pag. 60.

Angeli quando creati ſunt. ibid. num. 11. & ſequent. 1. pag. 60.

Angelus malitia diabolus euaſit; non bene docet gloſſa, bonum per liberum arbitrium quotidie fieri meliorem, & diabolom priorem. Notat. 12. n. 7. & ſequent. 1. pag. 124.

Angelis bonis, & malis finitum fuit tempus merendi, præmium, vel ſupplicium eſſentiale. ibid. n. 8. 1 pag. 124.

In bonis poteſt creſcere gloria, & in malis pœna accidentalis. ibid. n. 9. 1. pag 125.

Angeli in via habuerunt fidem tam actualem, quam habitualem. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect. 4. n. 1. & ſequent. 1. pag. 251.

Fuit einſdem ſpeciei cum noſtra, etiamſi oppoſita ſententia ſit probabilis. n. 5. & 6. 1. pag. 253. & 254.

Angeli intellectus cum æquali lumine gloriæ non elicit præſtantiorem viſionem beatam, quam humanus intellectus. n. 7. 1. pag. 254.

Angelis Deus legem aliquam impoſuit. Diſp. 2. quæſt. 4. ſect. 3. n. 1. 2. pag. 79.

Angeli mali ſimplici affectu appetendo diuinitatem peccare potuerunt. Diſput. 5. quæſt. 4. ſect. 1. n. 7. 2. pag. 211.

Anni pontificatus computantur à die coronationis. 1. proluſ. cap. 5. n. 18. 1. pag. 22.

Angutanns reiicitur quatenus Patrem Sanchez impugnat. Diſp. 4. quæſt. 2. ſect. 1. n. 8. & ſequent.

Anima Chriſti in triduo Paſſionis aliqua perfectione accidentali carebat, ſed pœnam nullo modo ſuſtinuit. Comment. 1. notat. 6. numero 7. 1. pag. 71.

Animam corporis veram formam eſſe, de fide tenendum. Notat. 11. numero 21. & 22. 1. pag. 117.

Apoſtoli cognouerunt omnia myſteria fidei clarius quam cæteri patres, & Doctores poſtea aduenientes. Non oportuit tamen præuidere omnia quæ poſt illos Eccleſia credenda propoſuit. Diſput. 1. quæſt. 1. ſect. 8. n. 6. & 7. 1. pag. 145.

Appellare ab iniquitate legis licet, & à mala principis informatione prouocare. Diſp. 2. quæſt. 1. ſect. 4. n. 2. 2. pag. 25.

Ex rationabili tamen cauſa. ibidem n. 7. 2. pag. 26.

Appellatio conceditur à iudice male arbitrante in iis, quæ iudicis arbitrio committuntur. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 1. numero 14. 2. pag. 502.

Appellationes ab interlocutoriis plures admittit ius canonicum, quam ciuile. Sect. 2. numero 7. 2. pag. 504.

Appetitiua potentia duplex, cuius actus aſſignantur. Comment. 4. notat. 6. numero 3. 2. pag. 238.

Argumentum à contrario ſenſu ex vtroque iure probatur. Comment. 4. notat. 8. numero 2. 2. pag. 241.

Auguſtini egregium humilitatis exemplum. Comment. 4. notat. 9. n. 5. 2. pag. 245.

Aſſenſum erroneum in ſubiecto per illum non intelligente Deus infundere poteſt. Diſput. 1. quæſt. 1. ſect. 4. n. 11. 1. pag. 159.

Aſſenſus fidei diuinæ neceſſario prærequirit iudicium credibilitatis de myſteriis fidei pro captu credentis. ibid. ſect. 7. numero 5. 1. pag. 186.

Hec

Digitized by Google

Hæc euidentia credibilitatis non eſt in omnibus æqualis. ibid.n.2. 1.pag.187.

Aſſenſus, & diſſenſus non ſunt diuerſi ſpecie nutus ex parte intellectus formaliter ex modo tendendi; ſed materialiter ex modo ſignificandi obiectum. Similiter dicendum de actibus voluntatis, quorum vnus eſt velle bonum amico, alter eſt velle malum inimico. Diſp.1.quæſt.3.ſect.4.n.8. 1.pag.154.

Quamuis in actibus naturalibus hi nutus in intellecto; & affectus in voluntate eſſent diuerſi ſpecie, non ita erit in fide diuina.n.9. 1.pag.257.

Aſſenſus fidei procedit ab habitu fidei tanquam à cauſa principali. ibid. ſect. 5. n. 14. 1.pag.169.

Sed ſuppleri poteſt cauſalitas habitus per auxilium Dei ſpeciale.ibid.n.16. 1.pag.269.

Aſſenſus theologicus ex duplici præmiſſa de fide eſt naturalis in entitate: item habitus ab illo genitus. Sect.6.numero 11.& 12. 1.pag.278.

Aſſenſus theologici ſunt diuerſi ſpecie, quoties præmiſſæ de fide, ſeu vna naturalis, & vna de fide ſunt diuerſæ.n.13. 1.pag.279.

Aſſenſum fidei regulariter præcedit fides requiſita; vel naturalis notitia de rebus fidei diuinæ; quas proponit Eccleſia; quamuis ex natura rei ſufficiat priuatæ perſonæ propoſitio. Diſput.1.quæſt.4.ſect.4.numero 7. 1.pag.342.

Exemplis hoc oſtenditur. ibid.numero 9. 1.pag.342.

Aſſentiendi modus diuerſus per fidem diuinam, atque per fidem humanam, item per ſcientiam. Diſp.1.quæſt.1.ſect.3.numero 8. 1.pag.354.

Aſſumere non poteſt Deus naturam habitu erroris infectam. ibidem ſect.4.numero 17. 1.pag.161.

Attributum diuinum quas conditiones requirat. Commentat. 1. notat. 2. n. 3. & ſequentibus. 1.pag.34.

Eadem ſecundum ſe concipiuntur infinita, ſed à Theologis explicantur quaſi finita.ibid. numero 7. 1.pag.36.

Quomodo interſe diſtinguantur, & ab eſſentia. ibid.n.8. 1.pag.36.

Attritio ſufficiens cum ſacramento Baptiſmi ex auxiliari gratia Dei prouenit, & fidem Chriſti ſupponit in eo, qui ad ſacramentum accedit. Diſput. 1. quæſt. 5. ſect.2. numero 24.

Auditio ſacri cum debita attentione, licet ſine intentione adimplendi præceptum ſufficit. Diſput.4. quæſt.1. ſect. 8. numero 13. 2.pag.278.

Auctores Epiſtolarum decretalium; Proluſionis cap.1. n.1. & ſequent. 1.pag.1.

Authore damnato, eius libri damnari cenſentur, niſi ſpeciatim recipiantur ab Eccleſia. Comment.1.notat.9.n.26. 1.pag.103.

Authenticum vt cum de appellatione exponitur, Diſput.3.quæſt.2.ſect.5.numero 4. 2.pag.182.

Authoritas Eccleſiæ non neceſſario cognoſcitur, vt infallibilis, ad credendum. Diſp.1.quæſt.4.ſect.4.n.1. 1.pag.339.

B

Baptiſma verum eſſe fides docet, & ratione oſtenditur. Comment.1.notat.11. n. 13. & 24. 1.pag.118.& 119.

In Baptiſmo infunditur gratia habitualis permanens,& virtutes.ibid.n.25. 1.pag.121.

In Baptiſmo non dimitti peccata adulto venienti ſine charitate falſo aſſerit gloſſa. Notat.12.n.16. 1.pag.128.

Item ſine eadem charitate dimitti originale ſine mortali, pluſquam falſum, imo erroneum putatur. ibid. n. 17. 1.pag.128.

Baptiſmi, & pœnitentiæ ſacramentum æquiparantur. ibid. n. 16. 1.pag.118.

Baptiſmos eſt ſacramentum omnino neceſſarium ad ſalutem. ibid.n.6. 1.pag.125.

Baptiſmi vera materia quænam ſit. Commentat. 1. notat. 8. n. 1. 1.pag.86.

Eiuſdem forma quid contineat. ibid. n. 2. 1.pag.86.

Eiuſdem miniſter in caſu neceſſitatis, & extra illum. n. 3. & 4. 1.pag.87.

Baptizandi munus Epiſcopo in ſua diœceſi, & quibus ipſe committit, præſbyteris conuenit; Diaconis in graui neceſſitate; aliis, etiam infidelibus ſolum in extrema permittitur. ibid. n. 5. 1.pag.88.

Beatus non eiicit actum fidei ex reuelatione euidenti materialiter. Diſp.1.quæſt.2.ſect.7. numero 14. 1.pag.228.

Bona paraphernalia, quæ ſint? Diſput. 2. quæſt.4.ſect.3. n.10. 2.pag.82.

Bona publica iam non ſunt ſub dominio deportati, ſed tranſierunt ad dominium fiſci, ipſique tradenda, quamuis non petantur à fiſco Diſp.2.quæſt.2.ſect.4.n.5. 2.pag.51.

Bonifacius 8. ſexti decretalium author. proluſionis cap. 3. n.1. 1.pag.10.

Bonum diuerſimode de propoſitum voluntatem ad diuerſos affectus excitat. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect. 5. n. 13. 1.pag.268.

Bonitas Dei explicatur quatenus eſt obiectum charitatis. Quæſt.5.ſect.2.numero 4.

Bonum, & æquum exponitur. Comment.2. notat. 6. n. 1. 2.pag.3.

Bonum commune lex ſemper reſpicit. Diſp.3.quæſt.1.ſect.3.n.1. 2.pag.163.

Circa illud verſatur neceſſario intentio legis. ibid.n.2. 2.pag.163.

Bonum commune non augetur cum particularis perſonæ præiudicio ſine neceſſitate. ibid. ſect.4.n.8. 2.pag.167.

Bonum datur, cui æquitas aliquo modo opponitur. Quæſt.4.ſect.3.n.7. 2.pag.216.

Non tamen contrariatur bono, licet vitium virtuti, & vitio opponatur. ibid.n. 8. 2.pag.217.

Bonum à legiſlatore conſideratum coniunctum eſt cum æquo, & iuſto. ibid. n. 9. 2.pag.217.

Bonus latro an baptizatus fuerit, & quomodo. Diſp.2.quæſt.4.ſect.10. numero 10. 2.pag.120.

Bruta animantia neque felicia ſunt, neque iniuriam patiuntur. Diſp.2. quæſt.2.ſect. 2. numero 3. 2.pag.41.

Bulla, & Breue, in quo differant. proluſionis cap. 5. n. 7. 1. pag. 19.
Bulla ad ſubſtantiam gratiæ neceſſaria non eſt, ſed ad illius probationem. ibid. numero 8. 1. pag. 19.
Bulla perdita quomodo probari poſſit. ibid. n. 9. 1. pag. 19.
Bulla producta poſt terminum præſcriptum ad præſentandos articulos, quando præſumatur expedita. ibid. n. 10. 1. pag. 20.
Bullæ falſitas, quando arguitur. ibid. n. 13. 1. pag. 20.

C

CÆphas, de quo loquitur D. Paulus, idem eſt, atque D. Petrus. Diſput. 2. quæſt. 4. ſect. 9. n. 1. 2. pag. 110.
Caïnus quo anno primam ciuitatem fundauit, non conſtat. Commentat. 4. notat. 7. numero 5. 2. pag. 240.
Caïphas non fuit propheta, licet inſtinctu Spiritus ſancti prophetauerit. Diſput. 1. quæſt. 1. ſect. 3. n. 5. 1. pag. 152.
Canon idem eſt, atque regula. ibidem. Commentat. 2. notat. 12. n. 2. 2. pag. 12.
Canon, decretum, decretalis Epiſtola, dogma, mandatum, interdictum, & ſanctio declarantur. Comment. 2. notat. numero 1. 2. pag. 12.
Canonis ſignificatio. ibid. numero 8. & 9. 2. pag. 14.
Canonici antiquiores ſunt digniores. Comment. 3. notat. 3. n. 12. 2. pag. 150.
Canonici libri authoritas cum ſcriptis doctorum confertur. Comment. 4. notat. 9. n. 1. & 6. 2. pag. 241. & 243.
Caput firmiter vnde ſumptum ſit, & quomodo diuidatur. Commentat. 1. notat. 2. n. 1. 1. pag. 34.
Caput damnamus exponitur, & cum eo ius ciuile concordat. Commentat. 1. notat. 9. numero 1. 1. pag. 93.
Caput vnicum de ſumma Trinitate in 6. declaratur. Commentat. 1. notat. 10. n. 1. 1. pag. 105.
Eiuſdem ſumma proponitur, & confutantur interpretationes inutiles. ibid. Opponit ibi gloſſa & non bene ſoluit. ibid. numero 11. 1. pag. 108.
Caput dudum. 2. de elect. exponitur. obiter. ibid. notat. 11. n. 7. 1. pag. 112.
Caput qui Epiſcopus diſtinct. 23. exponitur. Notat. 12. 1. pag. 122.
Caput finale de conſecrat. diſtinct. 3. declaratur. Comment. 1. not. 13. n. 1. 1. pag. 128.
Caput penultimum decreti de conſecrat. diſtinct. 5. declaratur. Notat. 14. n. 1. pag. 133.
Reſumitur, & vnde ſumitur. ibidem.
Caput finale decreti declaratur. Commentat. 1. notat. 14. n. 6. 1. pag. 134.
Caput 2. Cognoſcentes, & 13. finale de conſtitutionibus exponitur. Commentat. 3. notat. 1. & 2. 2. pag. 142. & 143.
Cap. 1. & 2. diſtinctionis 4. exponitur. Comment. 3. notat. 4. per totam. 2. pag. 152.
Cap. 3. in iſtis, & 4. ſtatuimus diſtinct. 4. exponitur. Notat. 5. per totam. 2. pag. 154.
Cap. 4. Quadrageſima, & 5. denique diſtinct. 4. exponitur. Notat. 6. per totam. 2. pag. 156.
Cap. 3. Tranſlato de Conſtit. explicatur. Comment. 4. notat. 1. 2. pag. 228.
Cap. 4. Nam concupiſcentia de Conſtit. declaratur. Notat. 2. 2. pag. 230.
In præſenti vero textu concupiſcentiæ nomine prauus animi motus deliberatus ſignificatur. ibid. n. 3. 2. pag. 231.
Habet etiam alios ſignificatus alibi. ibid. numero 4. 2. pag. 231.
Cap. 1. cum enixa, & 2. ſi mulier diſtinct. 5. declaratur notat. 3. item 4. ad eius. ibidem. 2. pag. 232. & 234.
Cap. 1. Teſtamentum diſtinct. 6. exponitur. Notat. 5. 2. pag. 235.
Cap. 2. Sed penſandum diſtinct. 6. declaratur. ibid. notat. 6. 2. pag. 237.
Cap. 1. Imperatores, & 2. iuſtum eſt diſtinctione 9. exponitur. ibidem notat. 8. 2. pag. 240.
Cap. 3. Noli quartum negare, & 5. Ego ſolis diſtinct. 9. exponitur. ibidem notat. 9. 2. pag. 241.
Cap. 6. vt verum. 7. ſi ad ſcripturas, & 8. Quis neſciat diſtinct. 9. exponitur. ibidem notat. 10. 2. pag. 245.
Caput Noli 9. Neque 10. & ſana 11. diſtinctione 9. declaratur. Commentat. 4. notat. 11. 2. pag. 249.
Caput dolentes celebratione Miſſarum declaratur. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 6. n. 5. 2. pag. 266.
Caput Commiſſa 8. Cæterum de elect. in 6. exponitur. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 7. numero 14. 2. pag. 273.
Caracter manet in damnatis, non habitus fidei, & cur. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect. 4. numero 11. 1. pag. 157.
Carnium prohibitarum eſus in hoſpitiis hæreticorum, ire ad templa Idolorum, thuris oblationem facere, gentilium ſtatuis ad honorem politicum an liceat. ibidem quæſt. 5. ſect. 4. n. 13. & ſequent.
Caſus mixti fori ad ius ciuile, & canonicum ſpectantes, vnde proueniant. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 9. n. 8. 2. pag. 279.
Caſus omiſſus non eſt, vbi eſt eadem ratio. Diſp. 3. quæſt. 3. ſect. 3. n. 7. 2. pag. 196.
Caſuum tria genera in iure conſiderantur. Commentat. 2. not. 12. n. 4. 2. pag. 13.
Cathecumeni membra ſunt Eccleſiæ concepta, non nata: ſunt in ea merito fidei, quamuis cum fidelibus non numerentur. Diſput. 1. quæſt. 4. ſect. 1. n. 6. & ſequent. 1. pag. 319.
Catoniana regula eſt, patere legem, quam tuleris. Comment. 3. not. 2. n. 6. 2. pag. 145.
Et ſapientis eſt. ibid. not. 3. n. 1. 2. pag. 148.
Catoniana regula exponitur. Notat. 3. n. 2. & ſequent. 2. pag. 148.
Cum limitationibus. ibid. n. 5. & ſequent. 2. pag. 149.
Cauſa alicuius rei non ſemper eſt vna tantum. Diſp. 3. ſect. 4. n. 1. 2. pag. 201.
Cauſa delegata canonico prædeceſſori non tranſit ad ſucceſſorem. Commentat. 3. notat. 3.

notat. 5. n. 10. 2. pag. 150.

Cauſa impulſiua quomodo differat à finali, late explicatur. Diſput. 3. quæſt. 3. ſect. 4. n. 4. & aliis ſequentibus. 2. pag. 102.

Cauſa finalis ad obiectum voluntatis pertinet potius, quam ad obiectum intellectus. Diſp. 3. quæſt. 3. ſect. 4. n. 2. 2. pag. 102.

Cauſa legis ſi eſt de præterito, ratio vero da futuro, cauſa pro occaſione eſt accipienda. ibid. quæſt. 3. ſect. 1. n. 4. 2. pag. 191.

Cauſæ phyſicæ peculiarem habent modum concurrendi vniquique accomodatum. ibidem ſect. 4. n. 5. 2. pag. 202.

Cauſa principalis, quando cognoſcitur ſummariè, quæ incidunt, ſummariè ſunt cognoſcenda. Diſp. 4. quæſt. 3. ſect. 5. n. 6. 2. pag. 316.

Cauſa, quando pertinet ad bonum commune, ſeu ad fauorem dotis, vel piæ cauſæ finalis præſumitur. Diſput. 3. quæſt. 3. ſect. 4. n. 8. 2. pag. 204.

Alia ſimilia indicia Cauſæ finalis, & impulſiuæ declarantur. ibid. numero 9. & ſequent. 2. pag. 204.

Cauſa, quæ eſt finis legis, diuerſa eſt ab illius interpretatione. ibid. quæſt. 3. ſect. 4. numero 4. 2. pag. 191.

Cauſa ſupernaturalis naturali modo concurrens, effectum producit naturalem, ſicut cauſa infinita effectum finitum. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect. 6. n. 12. 1. pag. 278.

Certitudo ex euidentia obiecti proueniens, in ſcientia maior eſt quoad nos, ſed minor eſt ſimpliciter, quam in aſſenſu fidei. Quæſt. 3. ſect. 7. n. 9. 1. pag. 285.

Certitudo fidei maior certitudine naturalis ſcientiæ. ibid. ſect. 7. n. 1. & ſequent. 1. pag. 281.

Reijciuntur modi declarandi hanc certitudinem. Numero 3. & ſequent. 1. pag. 182.

Hæc certitudo intrinſeca eſt actus fidei. Numero 6. 1. pag. 283.

Certitudo triplex exponitur. Numero 6. 1. pag. 283.

Ceſſante cauſa finali, & ratione motiua legis, an ceſſet lex, late diſputatur. Quæſt. 3. ſect. 3. n. 8. & ſequentibus. 1. pag. 248.

Charitatis modus ſolùm cadit ſub præcepto eiuſdem virtutis, non aliarum. Diſp. 4. quæſt. 1. ſect. 8. n. 2. 2. pag. 274.

Charitatis præceptum erga Deum non impletur ab exiſtente in mortali, ſine dilectione Dei. Diſp. 4. quæſt. 1. ſect. 8. n. 2. 2. pag. 274.

Chriſtus etiam quatenus homo, Filius eſt Dei naturalis, non adoptiuus. Commentat. 1. notat. 5. n. 3. & ſequent. 1. pag. 64.

Contra Lorca. n. 6. 1. pag. 65.

Chriſti conceptio quomodo facta eſt. ibid. numero 9. 1. pag. 66.

Speciatim Spiritui ſancto accommodatur. ibid. n. 10. 1. pag. 67.

Chriſti humanitas, & diuinitas prodigiis demonſtratur. Notat. 6. n. 1. 1. pag. 68.

Chriſto duplici ex capite debebatur immortalitas. ibid. n. 2. 1. pag. 69.

Chriſtus mortale corpus induit, ipſius vita continua paſſio fuit. ibid. n. 3. 1. pag. 69.

Chriſti vera mors contra hæreſes. ibid. n. 4. 1. pag. 69.

Chriſti deſcenſio ad inferos ab hæreticis oppugnatur incaſſum. ibidem numero. 5. & 6. 1. pag. 70. & 71.

Chriſtus, & ſacerdos, & ſacrificium fuit. Comment. 1. notat. 7. 1. 1. pag. 77.

Chriſtus diuinæ fidei fundamentum eſt, & lapis angularis. ibid. n. 2. 1. pag. 78.

Chriſti Domini anima, prius intelligitur vnita Verbo, item Corpus, quam tota humanitas eidem vnita intelligitur. Notat. 11. n. 10. 1. pag. 113.

Chriſtus iam mortuus lancea percuſſus eſt; contraria hæreſis conuincitur. ibidem n. 17. 1. pag. 106.

Chriſtus non ſolum legi æternæ, ſed etiam naturali, qua homo eſt, ſubijcitur. Diſput. 2. quæſt. 4. ſect. 1. n. 9 & 10. 2. pag 76. & 77.

Chriſtus Dominus præcepta moralia explicando perfecit; addiditque præcepta fidei, ſpei, & charitatis, quoad ſubſtantiam obiecti explicite credendi, &c. ibid. ſect. 10. n 4. & 5. 2. pag. 117. & 118.

Chriſtianum ſe vel Papiſtam negare quomodo ſit contra fidem Diſput. 1. quæſt. 5. ſect 4. n. 3. 1. pag. 152.

Circuncisione vti non licet ad mortificationem carnis, ſeu ad imitationem Chriſti, neque aliis cæremoniis Iudæorum, aut Gentilium, neque matrimonium contrahere coram miniſtris hæreticis. Sect. 4. n. 10. 1. pag. 255.

Per alia facta diſcurritur, in quibus fidei veræ confeſſio periclitatur. Numero 11. & 12. 1. pag. 160. & 261.

Circulus vitioſus non committitur in credendo myſteria fidei. Quæſt. 4. ſect. 4. n. 18. 1. pag. 347.

Claritas in lege neceſſaria. Diſp. 3. quæſt. 2. ſect. 1. n. 1. 2. pag. 170.

In remedium obſcuritatis dantur regulæ. ibid. n. 2. 2. pag. 170.

Clementinarum prooemium quomodo concordet cum iure ciuili. Proluſionis cap. 5 n. 6. 1. pag. 19.

Clementina vnica de ſumma Trinitate exponitur. Comment. 1. notat. 11. n. 1. 1. pag. 109.

Clementina 5. De ſtatu Monach. §. Quia vero explicatur. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 6. n. 11. 2. pag. 268.

Item clementina 1. De hæreticis cap. 1. declaratur. Sect. 7. n. 1. 2. pag. 169.

Clericis indigentibus dabantur olim redditus ſine ſeruitio perſonali. Comment. 5. notat. 5. numero 15. 2. pag. 151.

Cletus ſummus Pontifex primus in præfatione ſalotatione vſus eſt. Proluſionis cap. 3. numero 10. 1. pag. 11.

Collegij inſtitutio tres de iure ciuili requirit perſonas. Diſput. 1. quæſt. 4. ſect. 1. numero 3. 1. pag. 326.

Quamuis illius iura in vna perſona conſeruentur. ibidem.

Columba cur Spiritum ſanctum manifeſtauit in Baptiſmo Chriſti, & vox Patrem. Commentatione 1. notat. 13. n. 10. 1. pag. 131.

Columbam in Baptiſmo Chriſti probabilius eſt fuiſſe columbæ ſpeciem, quam Angelus efformaoit. ibid. n. 11. 1. pag. 134.

Comminationes, & promiſſiones præceptis Iudæorum annexæ. Diſputatione 2. quæſt. 4.

Digitized by Google

ſect. 6. numero 8. 2. pag. 95.

Commiſſio ſpecialis facta ab Epiſcopo ſuo Vicario, voce tenus valida eſt. Diſp. 4. quæſt. 4. numero 13. 2. pag. 355.

Communia pluribus, vt plures ſunt, maioris partis conſenſum poſtulat. Communia vero pluribus, vt ſingulis, omoium conſenſum petunt. Comment. 3. notat. 3. 2. pag. 150.

Communitas, Collegium, & populus, quid requirant; & à familia quomodo differant. Diſp. 3. quæſt. 1. ſect. 2. n. 2. & 3. 2. pag. 162.

Communitas abſolutè perfecta legum, & ſtatutorum particularium capax eſt. Illius partem obligare poteſt ſtatutum. ibidem quæſt. 1. ſect. 2. n. 4. & 5. 2. pag. 162. & 163.

Comprehenſiua diſpoſitio, ab extenſiua diſcriminatur in lege, vel ſtatuto, quod ob eandem, vel ſimilem rationem extenditur. Diſp. 4. quæſt. 3. ſect 7. n. 6. & ſequent. 2. pag. 325.

Iem ſect. 8. n. 11. 2. pag. 333.

Compilationes Epiſtolarum decretalium quot fuerint. Proluſionis cap. 1. n. 1. 1. pag. 1.

Compilationis Gregorianæ vtilitas. ibidem n. 12. & ſequent. 1. pag. 4.

Compromiſſi materla attendit ius commune, & particulare alicuius regni. Diſput. 2. quæſt. 5. ſect. 2. n. 4. 2. pag. 125.

Concionator qui falſa pro venis prædicat, non cenſuram, ſed graue peccatum incurrit; ſicut qui falſas reliquias pro veris adorandas tradit. Comment. 4. notat. 10. n. 7. 2. pag. 248.

Concordla illios cum iure ciuili. Comment. 1. notat. 2. n. 2. 1. pag. 34.

Confeſſio fidei externa, moralis illius effectus eſt ad præceptum pertinens, & ad virtutem veracitatis ſpectat. Diſput. 1. quæſt. 4. ſect. 4. numero 1. 1. pag. 339.

Huius duplex eſt obligatio: negatiua, & poſitiua, illa eſt totius temporis, & ſemper vrget. Sect. 4. n. 2. 1. pag. 339.

Confeſſionis obligatio non eadem eſt coram perſona priuata, quæ eſt coram publica. Quæſt. 5. ſect. 4. n. 7.

Confeſſio fidei in quibus caſibus ex præcepto depoſcitur. Quæſt. 5. ſect. 4. n. 20. & ſequent. Neque ſolum ratiooe fidei, ſed etiam aliarum virtutum. ibid. n. 23.

Confeſſionis annuæ præceptum partim diuinum, partim bumanum: tranſgreſſio illius, quatenus diuinum eſt, non facit incurrere cenſuram. Diſp. 4. quæſt. 1. ſect. 7. n. 11. 2. pag. 272.

Congregationis Cardinalium reſponſa an ad generale ius ſpectent. Diſp. 2. quæſt. 5. ſect. 4. n. 1. & ſequent. 2. pag. 133.

In vtroque foro obligant, ſi authentice exhibentur. Ibid. n. 4. 2. pag. 134.

Niſi particularis ſententiæ formam imitentur. ibid. n. 6. 2. pag. 135.

Aliquando vna poteſt aliam corrigere. ibid. numero 7. 2. pag. 136.

Coniugalem copulam etiam ſine veoiali exerceri Catholici docent. Comment. 4. notat. 3. ibid. n. 5. 2. pag. 135.

Licet ſæpè com veniali fiat. ibid. numero 6. 2. pag. 135.

Coniunctio Maris, & fœminæ, ſi rationalis ſit, ex ſola ſenſualitate non prouenit. Comment. 2. notat. 7. n. 4. 2. pag. 5.

Connexa, quæ dicantur. Commentat. 4. notat. 1. n. 4. 2. pag. 229.

Connexa, quæ ſunt, minus, quam inter duo eſſe nequeunt. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 5. n. 1. & ſequent. 2. pag. 315.

Conſtitutio propria, & digniſſima pro principis ſtatuto accipitur. Diſp. 2. quæſt. 5. ſect. 2. numero 2. 2. pag. 124.

Conſtitutio generalis in Apoſtolicam, & Cooiciliarem diuiditur, & definitur vtraque. ibid. n. 6. 2. pag. 126.

Conſtitutio futuris negotlis dat formam. Commentat. 3. notat. 1. n. 1. 2. pag. 142.

Traditur ad præterita, ſi eorum meminerit, non tamen vt actum booum, ſeu indifferentem malum faciat. ibid. n. 7. & 8. 2. pag. 143.

Conſtitutio quando concedit, vel tollit exceptionem, licet concernat contractum ante illam celebratum ad illam, exceptionem intenditur quatenus futuram. Diſp. 3. quæſt. 2. ſect. 4. n. 10. 2. pag. 180.

Cooſtitutio exorbitans à communi iure venit reſtringenda. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 3. n. 1. 2. pag. 308.

Conſtitutio correctoria, neque exparitate, neque ex ſimilitudine rationis ampliatur. ibid. numero 5. 2. pag. 309.

Limitatoria vero ex ſua oatura recipit extenſionem ex ſimilitudine rationis. ibidem n. 6. 2. pag. 310.

Et quid dicendum, quando apponitur particula, taotum. ibid. n. 7. 2. pag. 310.

Conſtitutio non extenditur ad materiam abſurdam, inlquam, vel in præiudicium tertij. ibid. n. 8. 2. pag. 310.

Quid dicendum in materia pœnali, ſeu odioſa. ibid. n. 9. 2. pag. 311.

Conſtitutio quando eſt fauorabilis, vel odioſa ex parte, vel in totum. ibid. ſect. 4. per totam. 2. pag. 311.

Conſtitutiones Pontificis ſine temporis determinatione, poſt promulgationem ſtatim ſcientes obligant. Diſput. 4. quæſt. 5. ſect. 4. numero 11. 2. pag. 369.

Conſubſtantialitas, & coæqualitas perſonarum oſtenditur. Commentat. 1. notat. 3. n. 35. 1. pag. 52.

Conſuetudo extenditur de caſu expreſſo ad tacitum rationabiliter. Diſput. 2. quæſt. 2. ſect. 5. n. 1. 2. pag. 53.

Conſuetudo errore iotroducta reprobatur. ibid. quæſt. 1. ſect. 2. n. 11. 2. pag. 128.

Conſuetudo Eccleſiæ oneroſa eſt reprobanda. ibid. Comment. 3. notat. 2. n. 4. 2. pag. 144.

Continentia, & carnium eſus ab hæreticorum erroribus defenditur. Comment. 1. not. 12. numero 11. 1. pag. 126.

Contractus metu, & dolo celebrati quomodo currere permittant leges ob bonum commune, quando non opponitur, nec dolus, vel metus probatur. Diſput. 3. quæſt. 4. ſect. 3. n. 12. 2. pag. 218.

Contritio perfecta etiam ante baptiſmum culpas delet quaſcunque; ſed reatus pœnæ manet, à qoo ſubſequens baptiſmus omnino liberat peccatorem. Comment. 1. notat. 12. n. 15. 1. pag. 127.

Contumax quando dicatur qui in ius vocatus

Digitized by Google

catus non venit. Diſput. 3. quæſt. 4. ſect. 2. n. 7. 2. pag. 216.

Correlatiua quomodo à iuris peritis definiantur. Diſp. 4. quæſt 3. ſect. 8. n. 1. 1. pag. 329.

Correlatiui vnius diſpoſitio extenditor ad alterum. Diſp. 4. quæſt. 3. ſect. 8. n. 2. 2 pag. 33n.

Quid ad hoc requiratur. ibid. n. 3. & ſequent. 2. pag. 3, n.

Correlatiuorum exempla in quibus extenſio fit, numerantur v. g. in viro, & vxore: in vendente, & emente; in patre, & filio; liberto, & patrouo; actore, & reo. ibid. n. 4. & ſequent. 2. pag. 330.

Eorundem alia exempla proferuntur, in quibus non fit extenſio. ibid. n. 7. & ſequent. 2. pag. 331.

In Correlatiuis tantum valet eadem ratio, vt etiam in materia correctoria, & pœnali diſtinctionem extendat. ibid. numero 9. & 10. 2. pag. 332.

Creatura nulla ab æterno fuit creata. Commentat. notat. 4. n. 5. 1 pag 57.

Idque non ex ratione naturali, ſed ex ſcriptura demonſtratur. ibid. Id tamen ex optimis conſequentiis oſtenditur. ibid n. 6. 1. pag 57.

Creaturæ meriti incapaces non obligantur ex iuſtitia; etiam ex ſuppoſitione ſuæ voluntatis. Diſp. 2. quæſt. 1. ſect. 2. n. 3. 2. pag. 9.

Credendi neceſſitas duplex eſt, medij, & præcepti. Diſput. 1. quæſt. 5. n. 4. Quæ neceſſario credenda ſunt ad ſalutem, & quomodo, quæſt. 5. ſect. 2. n. 9. & ſequent.

Credendi ratio in authoritatem dicentis refunditur. Quæſt. 2. ſect. 2. n. 1. 1. pag 198.

Credere tenemur etiam naturaliter ſcibilia. Diſp 1. quæſt. 1. ſect 5. n. 2. 1 pag. 167.

Credere in Deum tanquam in vltimum finem ſolum in iuſtis perfectè reperitur. Diſput 1. quæſt. 3. ſect. 7. n. 13. 1. pag. 287.

Credere liberum eſſe, morale, laudabile, & honeſtum, de fide tenendum. ibid. numero 16, 1. pag. 288.

Cretio, quid ſit, Commentat. 2. notat. 8. n. 6. 2. pag. 8.

Culpa dolo proxima, dolum repreſentat. Commentat. 3. notat. 3. n. 13. 2. pag. 151.

Cupiditas effrænata quæ ſit. Proluſ. cap. 2. numero 5. 1. pag. 5.

Hæc ſeipſam petimit, & ſui prodiga eſt. ibid n. 6. 1. pag. 6.

Curationis verbum apud Gratianum emendatur. Commentat. 2. notat. 8. n. 6. 2. pag. 8.

D

DÆmones eſſe ex ſacra pagina conuincitur. ibid. 13. Malitia, non natura facti ſunt mali. Comment. 1. notat. 4 n. 14. 1. pag. 61.

Dæmones quomodo credunt. Diſp. 1. quæſt. 3. ſect. 4. n. 12. & 13. 1. pag 256.

Damnari, in quo differat à reprobare. Commentat. 1. notat. 9. n. 6. 1. pag 95.

Dans operam rei illicitæ quando ex homicidio caſuali irregularis fiat. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 6. n. 11. 2. pag. 325.

De cætero, verbum quam vim habeat. Proluſ. cap. 5. n. 14. 1. pag 21.

Decretales ad omnes fideles diriguntur. Proluſionis. cap. 1. n. 6. 1. pag 2.

Decretalis Epiſtola in corpore iuris, vel extra, facit ius vniuerſale. Diſp. 2. quæſt. 5. ſect. 3. numero 1. 2. pag. 128.

Cap. Paſtoralis de fide inſtrum. declaratur. ibid. n 3. 2. pag. 159.

Decretum Gratiani aliqua continet; quæ iuris auctoritate carent, imo aliqua ſanæ Doctrinæ non conueniunt Proluſionis. cap. 7. n. 2. 1. pag. 25.

In decreti additionibus à Gratiano adiunctis, quæ obſeruanda ſunt. ibid. n. 3. 1. pag. 25.

Decreti conſtitutiones, quam habeant authoritatem. ibid. n. 5. & 7. 1. pag. 26. & 27.

De huius paleis quid ſentiendum. ibid. n. 6. 1. pag. 26.

Sanctorum Patrum teſtimonia in decreto contenta, legis habent vim. ibid. numero 8. & ſequent. 1. pag. 27.

Decreti diuiſio per diſtinctiones, cauſas, & quæſtiones. Cap. 8. n. 2. 1 pag. 30.

Delicta non imputantur à iure, tanquam annexa actui prohibito. Diſp. 4. quæſt 3. ſect. 6. numero 10. 2. pag 32.

Delictum prælati, non nocet Eccleſiæ, quæ in illo non participat. Commentat. 1. notat. 9. numero 25. 1. pag. 101.

Delictum, quod ex actu prohibito remote, & per accidens ſequitur, qua pœna puniri debeat. Diſp. 4. quæſt 3. ſect. 6. n. 11. 2. pag 321.

Deſcenſio Chriſti ad inferos probatur ex patribus. Comment. notat. 6. n. 10. 1. pag 71.

D. Thom vera ſententia de hoc articulo contra Caietanum, & Medinam. Notat. 6. n. 8. & 9. 1. pag. 71. & 72.

Hic articulus ex illis eſt, quos fideles ex præcepto ſcire tenentur. ibid. n. 11. 1 pag 73.

Dei effectus illum poſſunt manifeſtare, non ſolum vt cauſantem, ſed etiam vt loquentem; Diſp. 1. quæſt. 2. ſect 7. n. 4. 1. pag. 224.

Deus eſt verax. Item Deus reuelauit myſteria fidei: quomodo cognoſcamus. Quæſt. 2. ſect. 4. numero 2. 1. pag 206.

Dei prædicata partim affirmatiua, partim negatiua. Comment. 1. notat. 2. numero 5. & 7. 1. pag. 35. & 36.

Deus vnus eſt per indiuidualem vnitatem, quæ excludit omnem conuenientiam vniuocam, imo & analogicam in prædicato diuinitatis. ibid. n. 9. 1. pag. 37.

Item notat. 3. n. 10. 1. pag. 44.

Deus qua ratione verus, æternus, & immutabilis ſit, declaratur. ibidem n. 10. & ſequent. 1. pag. 44.

Deus incomprehenſibilis, omnipotens, & ineffabilis exponitur. Numero 15. & ſequent; 1. pag. 46.

Deus ſolus creauit mundum ſine conſortio creaturæ. ibid. notat. 4. n. 4. 1. pag. 56.

Dei prouidentia in procuranda hominum ſalute. Comment. 1. notat. 5. n. 1. 1. pag. 63.

Deus per Patriarchas ante Moyſen ad ſui cultum homines erudiuit. Comment. 1. notat. 5. numero 2. 1. pag. 63.

Deus neque de potentia abſoluta mentiri poteſt. Diſp. 1. quæſt. 1. ſect. 4. n. 2. & ſequent. 1. pag. 155.

Imo neque diſpenſare poteſt in mendacio,

Digitized by Google

ibid. n. 5. 1.pag.156.

Deus neque in affirmando neque in promittendo mentiri poteſt, eſtque de fide. ibid. n. 8. 1.pag.157.

Idque neque per alium ſiue præcipiendo, ſiue conſulendo, ſiue excitando ad mendacium, vel frangendam fidem.ibid.n.9. 1.pag.158.

Deus neque habitum erroris, neque aſſenſum erroneum infundere poteſt in ſubiecto per illum intelligente. Secus ſi per illum non intelligat. Sect.4.n.10. & ſequent. 1. pag.158.

Deus eſt verax. Item Deus reuelauit myſteria fidei, quomodo cognoſcamus. Quæſt.2.ſect.4. numero 2. 1. pag.206.

Deus libertatem non habet ad peccandum. Diſp.1.quæſt. 4.ſect.3.n.10. 1.pag.336.

Deus vt remunerator neceſſario cognoſcitur antequam ſuper omnia diligatur. Diſput. 1. quæſt.5.ſect.1.n.5. 1.pag.356.

Deus abſolute loquendo nulla facta ſuppoſitione, obligationem iuſtitiæ ſubire non poteſt reſpectu creaturæ. Diſput.2.quæſt.1.ſect.1.n.1. 2.pag.15.

An facta ſuppoſitione Deus poſſit ex iuſtitia obligari, controuertitur. Affirmatiua opinio probabilior. ibid. n. 2. & ſequent. vſque ad 8. 2. pag.15.vſque ad pag. 18.

Deus multis modis ex ſuppoſitione neceſſitatur ad aliquid agendum. Diſput. 2. quæſt. 1. ſect.2.n.7. 2.pag.21.

Deus ſua prouidentia vt author naturæ iubet, aut prohibet, quæ lex naturalis præcipit, aut vetat. Diſput.2.quæſt.3.ſect.2.n.8. 2.pag.61.

Deum vnum, & verum poſſunt infideles cognoſcere humana fide, vel cognitione naturali, licet errent in aliquo prædicato, quod illi tribuunt.Diſp.1.quæſt.3.ſect.7.n.14. 1.pag.287.

In hoc puncto vera mens D. Thomæ explicatur.ibid.n.15. & ſequent. 1.pag.287.

Dicere in diuinis aliud proprium, & notionale, aliud minus proprium, & eſſentiale: proprium idem eſt, ac verbum producere. Commentat.1.notat.14.n.9. 1. pag.135.

Minus proprium idem eſt, atque intelligere. ibid.n.10. 1.pag.136.

Dicere eſſentiale frequentius accommodatur locutioni Dei cum creaturis. ibidem.

Dicere, & loqui in cap. finali de conſecrat. Diſtinctione 5. non bene accipit gloſſa in ſenſu propriiſſimo in diuinis.ibid.n.12. 1.pag.137.

Dilectio Dei ſuper omnia ſemper eſt ſopernaturalis, per quam homo iuſtificatur, & ſuppoit fidem. Diſput.1.quæſt. 5. ſect. 1. n. 9. 1. pag.354.

Diſcurſus ſaltem virtualis ſemper datur quando vnum iudicatur propter aliud per medium intrinſecum. Diſp.1.quæſt.2.ſect.1.n.6. 1. pag.195.

Non ita: quando eſt extrinſecum, tunc enim nullo opus eſt diſcurſu. ibid.n.7. 1.pag.195.

Diſcurſus formalis, ſeu virtualis requirit duplex iudicium formale, ſeu virtuale. Quæſt. 3. ſect. 6. n. 7. 1.pag.276.

Diſcurſus in humana fide interuenit non in diuina. ibid. n. 10. 1.pag.278.

Diſpenſandi facultas in iure naturali cur non concedatur Papæ, interpretandi vero maxime. Diſput.4.quæſt.2.ſect.3.n.14. 2. pag.291.

Circa Diſpenſationem in iure naturali variæ ſententiæ referuntur. ibid. ſect.4. numero 1. & ſequent. 2. pag. 291.

Diſpenſare non poteſt Deus in iure naturali, & probatur autoritate, & ratione. ibid. n. 10. 2.pag.194.

Solum ex mutatione materiæ non ſolum Deus, ſed etiam homo aliquando præcepti naturalis obligationem tollit. ibidem numero 11. 2. pag.295.

Diſpenſatio in reſidentia Epiſcopi, in matrimonio rato, in voto, vel iuramento, quomodo fiat. Diſput. 4. quæſt. 2. ſect. 3. n.11. & ſequent. 2.pag.190.

Diſpoſitio legis non ſemper eſt eadem, quando eſt eadem ratio. Diſp.3.quæſt.2.ſect.4.n. 4. 2. pag. 177.

Diſpoſitio legis de viro, quando extenditur ad vxorem. Diſp. 4. quæſt.3. ſect. 8.numero 4. 2. pag. 330.

Diſpoſitio alteri annexa induit naturam illius, cui adiungitur. Diſp. 4. quæſt.5.ſect.5. numero 4. 2.pag.370.

Diſpoſitionem vitiat incertitudo, vel ſaltem illius effectum ſuſpendit. Diſput. 3. quæſt. 4. ſect.4.n.16. 2.pag.225.

Diſpoſitiones aliæ præter legem ſimpliciter loquentes præterita, ſeu præſentia, non futura concernunt. Diſput.3.quæſt. 2.ſect. 6. n. 16. 2. pag. 189.

Diſputatio de rebus fidei quando, & quomodo liceat. Commentat.4.notat. 10.numero 8. 2. pag. 248.

Diſtributiua iuſtitia à Commutatiua eſſentialiter diſtinguitur. Diſp.2.quæſt.1.ſect.6.n.2. 2. pag. 30.

Ex cuius violatione non oritur obligatio reſtituendi. ibid. n. 3. 2.pag.31.& ſequent.

Ad eandem requiruntur duæ perſonæ ad minimum.ibid. n. 7. 2.pag.32.

In Deo datur. n. 9. 2. pag.3.

Diſtributiuum ius in retributione meritorum Deus intendit; & quomodo. Diſput. 2. quæſt. 1. ſect.6.n.10. 2.pag.33.

Diuini iuris quod eſt ſolum, in nullius bonis eſſe dicitur. Diſput. 2. quæſt.1.ſect.2.n.6. 2.pag.20.

Docibilis verbum quomodo interpretandum in cap.qui Epiſcopus. Comment.1.not.12. numero 3. 1.pag.122.

Doctor non venit nomine ſcholaris, nec è contra. Proluſ. cap. 3. n. 2. 1.pag.10.

Doctorum conuentus, & conſenſus ſine Papæ autoritate, Spiritus ſancti aſſiſtentiam non habet. Commentat.4.notat.9.numero 11. 2.pag. 244.

Excipe in ſummi Pontificis electione, ſede vacante. ibid.n.11. 2.pag.244.

Donationem prohibitam, & nullam quomodo ſequatur poſſeſſio valida. Diſput. 4. quæſt.3.ſect. 5. n 1. 2.pag.315.

Dotis loco quod ſubrogatur, tanquam dotis augmentum petitur. Diſput. 3. quæſt.3.ſect.3. numero 6. 2.pag.196.

Non tamen dotis loco ſubrogatur ius patroni, & quod ex eo maritus acquiſiuit; ſed petitur per condictionem ex lege. ibid. numero 6. 2.pag.196.

Digitized by Google

Doctrina generalis non tollitur per vnam; vel alteram exceptionem. Proluſ. cap. 2. n.18. 1.pag.9.

Dubitans an honeſtum ſit quod pręcipitur per legem, tenetur ad illius obſeruationem Diſp.3. quæſt.4.ſect.4.n.2. 2.pag.220.

Et ideo tenetur iudicium practicum formare de honeſtate legis.ibid n.3. 2.pag.221.

Quod non ſolum in Religioſis; ſed in omnibus ſubditis procedit.ibid.n.5.& 6. 2.pag.221.

Dubitans princeps de honeſtate legis, vel de ſua poteſtate, ſi legem ferat, ſubditus non tenetur, imo non poteſt obedire, ſi ipſe ſit in eodem dubio. Diſp 3.quæſt 4.ſect.5.n.1. 2.pag 225.

Sed quid ſi princeps dubitet, & ſubditus certus ſit de honeſtate rei? probabilius eſt non teneri ſubditum ad obediendum legi. Sect 5.n.3.

Si tamen obediat, prudenter, & religioſe faciet, ſi rem malam non eſſe certus ſit. ibid.n.5. 2.pag.227.

Illa regula explicatur. In dubio tutior pars eſt eligenda.ibid.n.8. 2.pag.227.

E

EBrietas voluntaria mortale peccatum eſt. Comment.4.notat.5.n. 2.pag.235.

Eccleſia ab initio non eiſdem legibus, cæremoniis, & ritibus vſa eſt. Diſp.1.quæſt.4 ſect.2. numero 1. 1.pag 325.

Eccleſia Catholica cur immaculata dicatur, cum in ea ſint peccatores. Comment.1.notat.11. numero 14. & ſequent. 1.pag.114.

Eccleſiæ auctoritas duplex eſt. Diſp.1.quęſt.4. ſect.3.n.2. 1.pag.332.

Eccleſiæ autoritas omnino neceſſaria eſt ad dandam fidem libris canonicis. Diſp.4.quęſt.4. ſect 2.n.7. & ſequent. 1 pag.341.

Quanta ſit hæc autoritas.ibid.n.12. 2.pag 345.

Eccleſiæ Æthiopiæ inconſtantia quoties à vera fide per ſchiſma, & apoſtaſiam defecerit. Diſput.1.quæſt.4.ſect.3.n.14. 1.pag.338.

Eccleſiæ poteſtas duplex, vna pertinet ad internum forum, altera ad externum. Diſput.4. quæſt.1.ſect.1.n.10. 2.pag.272.

Eccleſiæ coniugium cum Chriſto Domino. Comment.1.notat.11 n.16. 1.pag.115.

Eccleſia decurſu temporis aliqua de fide declarat, quorum errorem, vel ignorantiam poſitiuam non habuit. Diſp.1.quæſt.4.ſect.3.n.11. 1.pag.336.

Eccleſiæ Etymologia, eiuſque à Synagoga diſtinctio. Diſp 1.quęſt.4 ſect.1.n.1. 1.pag.317.

Eccleſię militantis definitio.ibid.n.2. 1.p.317.

Eccleſiæ progreſſus diſcurſu per Patriarchas oſtenditur. Item Eccleſiæ tribulationes declarantur. Diſput.1.quæſt.4.ſect.2.n.6.& ſequent. 1.pag.328.

Eccleſia militans non comprehendit beatos, damnatos, neque exiſtentes in Purgatorio, in quos nullam directè, & per ſe iuriſdictionem Chriſti Vicarius exercet. Diſp.1.quæſt.4.ſect.1. numero 11. 1.pag.321.

Eccleſia non proponit immediatè ſingulis propoſitiones de fide. Diſput.1.quæſt.4.ſect.4. numero 3. 1.pag 340.

Eccleſia poſtquam cœpit, ſine interruptione, permanſit; & quomodo vna, eademque perſeueret. Diſp.1.q.4.ſect.2 n.3.& ſeq. 1.pag 327.

Eccleſiæ prærogatiuæ numerantur, eſt vna, Sancta, Catholica, Apoſtolica, viſibilis. Diſp.1. quæſt.4 ſect.1.n.12.& ſequent. 1.pag 322.

Eccleſia, quæ nunc eſt ſub regimine præſentis ſummi Pontificis, eſt illa, cui omnes conditiones vniuerſalis Eccleſiæ conueniunt. Diſput.1. quæſt.4.ſect.3.n 13. 1.pag 338.

Eccleſia Romana omnium Magiſtra. Proluſ. cap.3.n.2. 1.pag.10.

Eccleſia vniuerſalis neque ex ignorantia, neque ex Malitia errare poteſt in iis, quæ pertinent ad fidem, & ad ſalutem. Diſp.1.quæſt.4 ſect.3. n.3.& ſequent. 1.pag.331.

Edictum, quod quiſque iuris, exponitur. Comment.3.notat.3.n.9. 2.pag.150.

Eliſæus quid permiſerit Namam, qui Regem ſuum in templo idoli comitabatur. Diſp.1. quæſt.5 ſect.4.n.6. 1 pag.380.

Effectus diſtinguuntur qui à fide formaliter, ſeu obiectiuè accepta proueniunt. Diſput.1. quæſt.5.n.1,& 3. 1.pag.349.& 351.

Duplex moralis effectus prouenit à fide accepta obiectiuè: obligatio credendi, & profitendi fidem. ibidem.

Effectus cauſati per ſtatutum reuocatum non reuocantur Diſput.5.q.2.ſect.5.n 3. 2.pag.82.

Ementis diſpoſitio quando extenditur ad vendentem Diſp 4.quæſt 3.ſect.8.n.5. 2 pag.131.

Efficiens cauſa fidei pręcipua, Deus eſt. Diſp.1. quæſt.3 ſect.5.n.1. 1.pag.165.

Epychiæ diuiſio, & declaratio: & quæ propriiſſima ſit. Diſp.2.q.2 ſect.3.n.1. 2 pag.44.

Epychia, ſeu æquitas ſolum in humano iure, non in diuino limitatur, ſeu ampliatur. Diſp.2. quæſt.2.ſect.4.n.1.& ſequent. 2.pag.49.

Epychiam non recipit conſuetudo; & huius rei ratio redditur. Sect.5.n.3. 2.pag.55.

Epiſcopi quo titulo à ſummo Pontifice nominentur. Proluſ.cap.1.n.7.& ſequent. 1.pag.5.

Epiſcopus ſolum electus non gaudet eodem titulo.ibid.n.9. 1.pag.5.

Epiſcopus ante promotionem examinari debet, & facere profeſſionem fidei, vt iuuetur regula de triennali. Commentat.1.notat.12.n.1. 1.pag.112.

In hoc concinit ius ciuile. Num.2. 1.pag.112.

Epiſcopus literis inſtructus ſit, Canoniſta ne, an Theologus præferendus. Commentat.1. notat.12 n.5.& ſequent. 1 pag.113.

Epiſtolæ ſummi Pontificis ſine forma ſolita ſcriptæ, falſitatis arguuntur. Proluſ.cap.1.n.12. 1.pag.4.

Epiſtola prœmialis imperatoris certo loco hucuſque non bene expoſita illuſtratur. Commentat.2.notat.11.n.3. 2.pag.11.

Error aliquorum de nomenclatione, & poteſtate ſummi Pontificis. Proluſ. cap.5.n.15. 1.pag.21.

Eſſentia diuina neque generat, neque generatur, idemque eſt de quo libet Dei attributo abſoluto. Comment.1.notat.9.n.9. 1.pag.96.

In quo ſenſu ſuſtineri poſſit hæc propoſitio; Eſſentia generat.ibid.n.10. 1 pag.96.

Euchariſtiæ ſacramentum diuerſæ hæreſes oppugnant; Probatur tamen vera in illo, & realis præſentia. Comment. notat.7.n.2.& 3. 1.pag.78.

Hoc fidei dogma ex præcepto tenentur ſcire fideles.ibid.n.4. 1.pag.79.

Quomodo io Symbolo, & in quatuordecim Articulis continetur. ibid.

Euchariſtia vnitatis,& concordiæ myſterium eſt,nos facit Chriſti conſanguineos. Notat. 7. numero 11. 1.pag. 82.

In Euchariſtia nihil ſubſtantiæ panis, ſeu vini remanere de fide eſt.ibid.n.8. 1.pag.81.

Euchariſtiæ vera vnio cum fidelibus, in quo conſiſtat, & ius diuinI amoris oſtenditur. ibid. numero 2. 1.pag.83.

Euidentia in atteſtante non tollit veram rationem fidei eiuſdem ſpeciei cum noſtra. Diſput.1.quæſt.2.ſect.7.numero 5.& ſequent. 1.pag 224.

Quid manifeſtet hæc euidentia. ibid. n. 10. 1.pag. 227.

Item Beata Virgo, Angeli, & Apoſtoli habuerunt fidem eiuſdem ſpeciei cum noſtra,cum euidentia in atteſtante.ibid.n.11. 1 pag.227.

Euidentia in ratione rei non impedit actum fidei, ſed io ratione ſigni. ibidem numero 16. 1.pag.230.

Excommunicati publice denunciati,in Eccleſia non ſunt per validam, & iuſtam ſententiam. Item ſchiſmatici.ibid. Diſp. 1. quæſt. 4.ſect.1. n.9.& 10. 1.pag 321.

Exponitur illud Ioan. 10. Pater quod dedit mihi maius omnibus eſt. Comment. 1. notat.9. n. 11. & 12. 1. pag.97.

Exponitur illud Ioan. 17. n. 11. Vt ipſi ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus. Item L. 7. Cum velimus §.1.& 2. De ſumma Trinitate. Notat. 9.n.18. 1.pag.100.

Exponitur locus Ioan. Tres ſunt,qui teſtimonium dant in terra, &c. Epiſtol. 1. cap.5.n.7. notat.9.n.20. 1.pag.101.

Exterior Eccleſiæ propoſitio non concurrit ad actum fidei; vt cauſa formalis, neque vt efficiens, ſed vt conditio ad credendum prærequiſita. Diſput.1. quæſt. 4. ſect. 4. numero 12. 1.pag.344.

Extrauagantium diſpoſitio declaratur. Proluſionis cap.6.n.1. 2.pag.23.

Extrauagantes corpori iuris inſertæ, vel in tomis bullarum contentæ, faciunt fidem. ibid. numero 2. 1. pag.23.

Præterea extrauagantes non eſt opus vt producantur. ibidem. Et contra illas ſententia eſt nulla. ibidem.

Extrauagantes, quando faciunt fidem in curia,& extra curiam ibid.n.4. 1.pag.24.

In archiuio publico aſſeruatæ vſu receptæ præſumuntur.ibid.n.5. 2.pag.23.

F

FAcilitas nimia in credendo reprobatur. Commentat 4.notat.9.n.4. 2.pag.142.

Facta pro infectis à iure reputantur. ibidem. Diſp.4.quæſt.3.ſect.6.n.3. 2.pag.310.

Falſa pro veris in rebus ſacris inculcans grauiter peccat. Commentat.4.notat.10.num.7. 2.pag.248.

Fauorabilis quando dicatur lex. Diſput. 4. quæſt.3.ſect.4.n.1. 2.pag.311.

Fidei vocabulum quid ſignificet.Comment.1. notat 1.n.3. 1.pag 31.

Fidei vera, & fidelis confeſſio. Comment. 1. notat.10.n.10.& ſequent. 1.pag.108.

Quando hęc deficit,contra fidem diuerſimode peccatur. Notat.10.n.13. 1.pag.109.

Per aſſenſum,per diſſenſum,non confitendo, & noo recipiendo. ibid.

Fidei diuinæ definitio encomiaſtica à Diuo Chriſoſtomo tradita. Diſput.1 quæſt.1.num.1. 1. pag. 138.

Eiuſdem aliæ definitiones explicantur. ibid. ſect.1.n.1.& ſequent. 1.pag 138.

Fidei diuinæ ſubiectum & obiectum. Diſp.1. quæſt.1.ſect.2.n.2. 1.pag 143.

Huius obiectum qua ratione complexum, & incomplexum eſſe poſſit.ibid.n. 3. 1.pag.144.

Primum, & præcipuum obiectum fidei diuinę Deus eſt,ſub ratione Deitatis,reliqua omnia ad illud dicunt attributionem. ibid. n. 4. & ſequens. 1.pag.144.

Habitudo ſecundarij obiecti ad primarium non eſt effectus ad cauſam, neque creaturæ ad Deum; vnde proueniat.ibid.n.8. 1.pag.145.

Noſtra ſalus oon eſt ſimul cum Deo obiectum attributionis fidei diuinæ. ibidem. numero 9. 1.pag.146.

Probabile eſt non eſſe poſſibile obiectum ſecundarium, quod non dicat habitudinem attributionis ad primarium, ſed multo probabilior eſt oppoſita ſententia, quæ latè probatur. ibid. ſect.2.n.11.& ſequens. 1.pag.147.

Fidei veritates omnes ſunt æque credibiles credibilitate propria, quæ à ratione motiua accipitur. Diſput. 1. quæſt. 1. ſect.3.num.1.& 2. 1.pag.150.

Credibilitate minus propria quæ à præſtantia obiecti materialis deſumitur, diuina magis credibilia ſunt, quam creata. ibid. numero 3. 1.pag.151.

Fidei omnia enunciabilia æque immediate credibilia eſſe, & nullum ad reliqua ſupponendum melior opinio docet. ibid. num. 4. & ſequens. 2.pag.152.

Fidei falſum ſubeſſe non poteſt. ibid. ſect. 4. n. 18. & ſequent. 1.pag.160.

Vbi vera huius rei ratio datur, & minus probabiles excluduntur. ibid.n.20.& ſequent. 1. pag.163.

Fidei actum non terminat obiectum euidenter cognitum,etiam abſtractiuè.Diſp.1.quęſt.1. ſect.5.n.11. 1.pag 171.

Argumenta in Contrarium ſoluuntur. ibid. n.12.& ſequent. 1.pag 171.

Fidei medium concurrens cum medio ſcientiæ tertium actum producunt, ſcientia certiorem,& fidei aſſenſu clariorem. Diſp.1.quæſt.1. ſect 5.n.18. 1.pag.173.

Fidei habitus ad hunc tertium actum inadæquatè concurrit: ſimiliter habitus ſcientiæ, ibid.n.22. 1.pag.174.

Hic tertius actus non gignit habitum; Per illum tamen intenditur fides meritorie. ibid. oppoſita argumenta ſoluuntur. ibid. n. 23. & ſequent. 1.pag 175.

Fidei obiectum non deſtruitur per remotam, & radicalem euidentiam medij ſcientifici, ſed per formalem ipſius actus.ibidem. numero 26. 1.pag.176.

Fidei

Digitized by Google

Fidei myſteria, & Euangelica Doctrina ſunt euidenter credibilia. Diſp 1.quæſt.1.ſect.6.Per totam. 1.pag.177.

Fidei articulus quis ſit. Diſp.1.quæſt.1.ſect.8. n.11.& ſequent. 1.pag.190.

Fidei ſymbolum quod ſit? & triplex declaratur. v.g. Apoſtolorum, Nicænum, & Athanaſij. ibid.n.13.& ſequent. 1.pag.191.

Fidei forma habitualis ſeu actualis declaratur prout ſubſtat aliis formis non realiter diſtinctis. Diſput 1.quæſt.2.n 1. 1.pag.193.

Fidei diuinæ obiectum formale ſub quo, quodnam ſit. Quæſt. 2. ſect.1. numero 8.& 9. 1.pag.196.

Item propter quod.Sect.1.n.6. 1.pag.100.

Fidei actus informis non differt ab actu formatæ; per aliquid intrinſecum phyſicè, ſed extrinſecum moraliter. Diſput. 1. quæſt.3.ſect 3. numero 4. 1.pag.146.

Fidei aſſenſus in entitate, & quoad ſubſtantiam eſt ſupernaturalis. Diſp. 1. quæſt.3.ſect.5. n. 2. & ſequent. 1.pag.263.

Neque per vires naturæ ſimilis aſſenſus in ſpecie fieri poteſt. ibid.n.5. 1.pag.165.

Diſtinguitur ab aſſenſu fidei acquiſitæ per ſuam rationem motiuam: nempè verum Dei teſtimonium.ibid. n 8. 1.pag.266.

Fidei actus, qui primum fit ab adulto ante baptiſmum non fit ab habitu. Idem dicendum quando actus eſt intenſior, quam habitus actiuitas efficere poteſt. Diſput. 1. quæſt.3. ſect.5. numero 18. 1.pag.270.

Fidei habitus non modo poteſtatem, ſed etiam facilitatem ad actus confert. ibid. numero 22. 1.pag.272.

Intenditur per actus aliarum virtutum infuſarum.Diſp.1.quæſt 3.ſect.5.n.23. 1.pag 273.

Fidei aſſenſus an diſcurſiuus ſit: controuertitur ſententia negans vera. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect.6.à n.1.Per totam. 1.pag.273.

Fidei propoſitiones ſunt veluti prima principia. ibid. n. 4. 1.pag.274.& ſequent.

Non pendent ex cognitione bonæ illationis. ibid.n.6.item n.8. 1.pag.176.& 177.

Fides interna paſſionis tempore, in Apoſtolis perſeuerauit.Diſp.1.q.4.ſect.2.n.12.1.pag.330.

Fidei exterior propoſitio nihil conducit, niſi intenſiori illuminatione Deus hominum mentes colluſtret.Diſp.1.q.4.ſect.4.n.2. 1.pag.339.

Fidei veritati repugnat ſigna erroris contrarij oſtendere.Diſp.2 q.4.ſect.9.n.6.2.pag.112.

Fideles ad credendum non opus eſt vt à Deo immediate doceantur. Diſp. 1. quæſt.4.ſect.4. numero 1. 1.pag.339.

In tribus tamen euentis poteſt id contingere. ibid. eodem n.1. 1. pag.339.

Fideles tenentur ex præcepto credere omnes articulos fidei qui continentur in ſymbolo ſecundum cuiuſque mentis captum. Diſput. 1. quæſt.5.ſect.3.n.8.& ſequent. 1.pag.372.

Alia notantur, quæ ex præcepto credere oportet. ibid. n. 10. & 11. 1.pag 373.

In Epiſcopis, & parochis maior horum noticia requiritur. ibid.n.12. 1.pag.374.

Fideles quomodo, & quando ad hæc credenda obligentur.ibid.n.13. 1.pag.375.

Fidelis tantam concipere poteſt euidentiam credibilitatis in myſteriis fidei, vt illis nequeat diſſentire. Diſp.1.quæſt.1.ſect.6.n.13.1.pag.181.

Fidelis non poteſt cognoſcere certiſſimè ſuum fidei actum,Diſp.1.q.3.ſect.5.n.10.1.pag.267.

Fidem vnam eſſe ratio Theologica demonſtrat. Diſp.1.quæſt.1.ſect.1.n.5. 1.pag.140.

Fidem recipiens Philoſophus tenetur credere quod Deus eſt. Diſp.1.q.1.ſect.5.n.15. 1.p.172.

Fidem habuerunt Beata Virgo, & Apoſtoli de illis quæ euidenter cognouerunt. ibid.n. 17. 1.pag.173.

Sed pro tunc ceſſabant à cognitione euidenti illius obiecti crediti. ibid.

Fidem diuinam ſe habere non tenentur, neque poſſunt fideles certo ſcire, niſi morali certitudine. Diſp.1.q.5. ſect.3.n.16. & ſeq.1.pag.376.

Fides Catholica quæ ſit. Comment.1.notat.1. numero 4. 1.pag.32.

In fide dubius, hæreticus reputatur. Commentat.notat.11.n.29. 1.pag.116.

Fides Theologica à Diuo Paulo bene deſcribitur. Diſp.1.q.1.ſect.1.n 8. & ſeq.1.pag.142.

Circa hanc definitionem aliqua notantur in gloſſa Magna, quæ non rectè ſe habent. ibid. numero 11. 1.pag.143.

Fides eadem quoad ſubſtantiam, & per ſe ſumpta, quæ ab initio cæpit hucuſque perſeuerat. Diſp.1.quæſt.1.ſect.8.n.2. 1.pag.187.

Perſeuerauit ſaltem in Capitibus Eccleſiæ vſque ad ſtatum legis gratiæ.n.3. 1.pag.187.

Fides non ſolum reſpectiue ad perſonas populi quoad ſubſtantiam, ſed etiam quo ad fidem explicitam ſucceſſu temporis aucta eſt. Diſp.1. quæſt.1.ſect.8.n.4. 1.pag.188.

Fides habitualis eſt vna qualitas ſimplex: ſine fundamento diſtinguitur aliud lumen infuſum ad aſſentiendum reuelatis. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect.2.n.1. & 2. 1.pag.240.

Fides informis virtus eſt intellectualis, ſed non ſtatus perfectæ virtutis. Diſp. 1. quæſt.3.ſect.2. numero 6. 1.pag.242.

Quomodo formetur, & formata ab informi diſtinguatur. ibid.ſect.3.n.1. 1.pag.144.

De hac re errores aliqui, & falſæ opiniones reijciuntur.ibid.n.1.& ſequent. 1.pag.245.

Fides habitualis permanet in animabus in Purgatorio exiſtentibus, non in damnatis. Diſp.1.quæſt.3.ſect.4.n.10. 1.pag 255.

Contraria tamen opinio non meretur cenſuram, niſi falſitatis. Numero 11. 1.pag.155.

In damnatis non manet de facto; de potentia manere poteſt: idem dicendum de Beatis. In quibus tamen neque de potentia manere poteſt actualis fides de obiecto euidenter cognito, ſed de obſcuro. Numero 14. & 15. 1.pag.257.

Deperditur per vnum actum infidelitatis, non tamen phyſice, neque ſolum demeritoriè, ſed formaliter ex natura rei. ibidem à numero 16. vſque ad 23. 1.pag 258. vſque ad pag. 161.

Item gradualem intenſionem admittit, ſed per quemlibet actum infidelitatis totus amittitur, non per aliud peccatum neque per ceſſationem actuum.ibid.n 24. 1. pag. 262.

Fides falſa eſt, quæ naſcitur ex affectu ſolius lucri temporalis. Diſp. 1. quæſt.3. ſect.10.n.23. 1.pag.316.

Fides noſtra non reſoluitur in authoritatem Eccleſię, tamquam cauſam formalem, licet quoad nos in Eccleſiæ propoſitione tanquam in eſ-

KKkk ij

Digitized by Google

fectu Dei authoritas reluceat. Diſp. 1. quæſt. 4. ſect 4. n. 14. & ſequent. 1. pag. 344.

Neque reſoluitur in eandem authoritatem Eccleſię, tanquam in cauſam efficientem phyſicam, vel moralem. ibid. n. 16. 1. pag. 346.

Fides humana non antecedit neceſſario aſſenſum fidei diuinæ. Diſp. 1. quæſt. 4. ſect. 4. n. 17. 1. pag. 346.

Fides ſupernaturalis in qualibet lege, & omni tempore fuit neceſſarium medium ad ſalutem. Diſp. 1. q. 5. ſect. 1. n. 1. & ſeq. 1. pag. 349.

Fides in voto non ſufficit ad ſalutẽ, in quo differt à baptiſmo. Diſp. 1. q 5. ſect. 1. n. 8. 1. p. 353.

Fides explicita, & implicita declaratur. Eadem quæſt. 5. ſect. 2. n. 1. 1. pag. 354.

Fides eorum, quæ per lumen naturale cognoſcuntur, medium eſt neceſſarium ad ſalutem. ibid. n. 8. 1. pag. 357.

Fides Chriſti quomodo neceſſaria ſit ad ſalutem poſt eius aduentum, & ante illum. ibid n. 11. & ſequent. 1. pag. 359.

Fides actualis, & formalis ſemper præcedere debet primam iuſtificationem adulti ſecundam, & reliquam ſubſequentem habitualis præcedere tantum poteſt. Eadem quæſt. 5. ſect. 2 n. 25. 1. pag. 366.

Fiducia hæreticorum confutatur. Diſput. 1. quæſt. 1. ſect. 1. n. 4. 1. pag. 140.

Filij proprietas eſt perſonam eſſe genitam ſpeciali excellentia, quæ in nullo alio filio reperitur. Commentat. 1. notat. 3. n. 13. 1. pag. 45.

Filij diſpoſitio quando extenditur ad Patrem, vel è contra. Diſp. 4. q. 3. ſect. 8. n. 6. 2. pag. 331.

Fictio quando non eſt vtilis, ius non ſolet fingere. Diſp. 4. quæſt. 3. ſect 6. n. 4. 2. pag. 320.

Finalis cauſa diuinæ fidei oſtenditur remiſſiue. Diſput. 1. n. 1. 1. pag 137.

Finis diuiſio in finem cuius, & cui. Commentat. 3. n. 2. 2. pag. 143.

Finis diuini iuris quis ſit. Humani vero finis in proximum, & remotum diuiditur, vterque in conſtitutione conſideratur. Diſput. 3. in principio. 2. pag. 157.

Finis quo remouentur ea, quæ ſunt ad finem. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 5 n. 4. 2. pag. 315.

Fornicatio, ſimplex, & vagus concubitus mortale eſt peccatum, & traditur ratio. Comment. 2. notat. 7. n. 4. 2. pag. 5.

Fortuiti caſus quomodo in contractu intelligantur incluſi. Diſp 3. q. 4. ſect. 2. n. 6. 2. p. 214.

Fuga aliquando laudabilis in perſecutione Eccleſiæ; imo ex præcepto neceſſaria. Diſput. 1. quæſt. 5. ſect. 4. n. 19. & 25. 1. pag. 386. & 388.

Fugere, vel abſcondere ſe fidelibus licet, ne cum vitæ periculo coram tyranno fidem profiteri cogantur. Quod aliqua indiget moderatione. Diſput. 1. quæſt 5. ſect. 4 n. 18. 1. pag. 385.

Futura contingentia quomodo cognoſcantur à Chriſto Domino extra viſionem beatam. Diſp. 1. quæſt. 2. ſect. 7. n. 17. 1. pag. 230.

G

GEneratio viuentis propriiſſime conuenit proceſſioni ſecundæ perſonę. Comment. 1. notat. 1. n. 17. & ſequenti.

Generationis diuinæ diſcrimen à generationibus creatis. ibid. notat. 3. n. 33. 1. pag. 52.

Genus hominum naturali iure, & moribus gubernatur. Comment 2 notat. 5. n. 1. 2. pag 2.

Gloſſa Decreti, quam habeat authoritatem. Proluſ cap. 7. n. 4. 1. pag 26.

Gloſſa ſibi contraria oſtenditur. Comment. 2. notat. 12. n. 9. 2. pag 14.

Gratia habitualis permanens in baptiſmo infunditur; item virtutes Theologicæ, fides, ſpes & charitas tam paruulis, quam adultis Commentat. 1. notat. 11. n. 25. & ſequent. 1. pag. 119.

Idem dicendum ſecundum meliorem ſententiam de virtutibus moralibus infuſis. Num. 28. 1. pag. 121.

Gratia, & alia accidentia ſupernaturalia non creantur, ſed educuntur à potentia ſupernaturali ſubiecti. Diſp. 1. q 3. ſect. 1. n. 5. 1. pag. 234.

Gratia diuina dupliciter concurrit ad actus meritorios iuſti. Diſp. 2. q. 1. ſect. 2. n. 7. 2. p. 21.

Gratia, ſeu priuilegium ad ſui valorem non requirit ſcripturam, ſed vt proſit in foro externo. Diſp. 4 q. 4. ſect. 4. n. 11. 2. pag. 354.

Gratiam ſanctificantem & virtutes in baptiſmo omnibus fidelibus, qui obicem non ponunt infundi de fide eſt. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect. 1. n. 1. & 2. 1. pag 231.

Gratianus Decreti compilator fuit. Proluſ. cap. 7. n. 1. 1. pag. 24.

Quis fuerit, quando, & vbi decretũ edidit ibid.

Gregorius Nonus ex qua familia fuerit. Proluſionis cap. 1. n. 2. 2. pag. 2.

Gubernantis ſolicitudo. Proluſ. c. 3. n. 3 1. p. 10.

H

HAbitum erroris Deus infundere non poteſt, multo minus aſſenſum erroneum in ſubiecto per illum intelligente. Diſp. 1. quæſt. 1. ſect. 4. n. 10. 1. pag. 158.

Habitum erroris, & vitij cur Deus ſe ſolo conſeruet, non tamen infundat. ibid. n. 17. 1. pag. 161.

Habitus fidei non pugnat cum habitu, vel actu ſcientiæ; neque habitus ſcientiæ cum habitu, vel actu fidei. Diſp. 1. q. 1. ſect. 5. n. 4. 1. pag 168.

Habitus fidei eſt ſupernaturalis quoad entitatem. Diſp. 1. quæſt. 3. ſect. 1. n. 3. 1. pag. 134.

Non producitur; neque intenditur per actus phyſice, ſed meritorie. ibid. n. 4. & ſeq 1. pag. 235.

Habitus infuſi ſunt ad inſtar potentiarum, & cauſæ æquiuocæ principalis ſuorum actuum. ibid. n. 7. 1. pag. 236.

Habitus fidei etiam in peccatore intendi poteſt diſpoſitiue, & meritorie. ibid. n. 8. 1. pag 236.

Intenſior eſſe poteſt in peccatore, quam in iuſto ibid. n. 9. 1. pag 237.

In iuſto remiſſior eſſe nequit, quam charitas, & aliæ virtutes infuſæ. ibid. 10. 1. pag. 237.

Eſt vna qualitas ſimplex reſidens in intellectu. Diſp. 1. quæſt 3. ſect. 1 n. 1 & 2. 1. pag. 240.

Etiamſi ſit formaliter vna qualitas ſimplex, ſpeculatiuus eſt ſimul, & practicus. ibid. nu. 4. 1. pag. 241.

Eſt virtus intellectualis. ibid n. 5. 1. pag 242.

Habitus pœnitentiæ non manet informis, ſicut habitus fidei. Diſp. 1. q. 3 ſect. 3. n. 7. 1. pag. 148.

Habitus piæ affectionis conſeruatur informis, non tamen habitus prudentiæ ſupernaturalis. ibid. n. 8. 1. pag. 248.

Habitus fidei informis infunditur ante, vel poſt baptiſmum poſita diſpoſitione propria. Videlicet actu fidei. ibid. n. 11. & ſeq. 1. pag. 249.

Habitus

Habitus Theologiæ non eſt ſimplex qualitas, ſed ex multis coaleſcit ſcientiæ Theologiæ. Diſp.1.quæſt 3.ſect 6.n.14. 1.pag 279.

Quomodo diſcriminatur ab habitu fidei. ibid.

Habitus Theologicus manere poteſt in hæretico, ſed non eliciet aſſenſum Theologicum in hæretici intellectu.ibid.n.17. 1.pag.286.

Habitus ſpecialis datur in voluntate ad producendum connaturali modo affectum piæ affectionis.Diſp 1 quæſt.3.ſect 10.n.8. 1.pag 313.

Eſt ſupernaturalis; producitur, intenditur, conſeruatur, & deperditur eodem modo, quo habitus fidei ibid.& n 9. 1.pag.314.

Hæreticorum libri in quibus caſibus poſſunt allegari.Comment 1.not.9.n.25. 1 pag 103.

Hæres non eſt cogendus in dubio ad maius legatum per ſoluendum; quando legata cedunt non in Eccleſiæ ornatum, ſed in vtilitatem perſonarum Eccleſiaſticarum. Diſput.3. quæſt.2. ſect 1 n.5.& 6. 2.pag 171.a 172.

Hæreticus niſi ſigno exteroo hæreſim manifeſtet non incurrit Cenſuram. Diſp.4.quæſt.1. ſect.7.n 2. 2.pag.269.

Non ſufficit ſignum indifferens. ibid.

Hæreticus quis dicatur. Comment.1.not.9. numero 22. 1 pag.101.

Hæretici publici ſunt extra Eccleſiam, non tamen occulti. Diſput.1.quæſt.4.ſect.2.n.3. 1.pag.318.

Occulti quando tolerantur in præfectura iuriſdictionem habent Eccleſiaſticam, & actus validos faciunt. Idem de ſchiſmaticis, & excommunicatis dicendum.ibid.numero 4. & 5. 1.pag.319.

Hominis creatio multis errrandi occaſionem dedit. Commentat.1.notat.4.n.15. 2.pag.62.

Homo diaboli ſuggeſtione deceptus. Commentat.1.notat.4 n.16. 1.pag.62.

Homo purus condignam ſatisfactionem pro mortali, Deo reddere non poteſt. Commentat.1. notat.8.n.12. 1.pag.90.

Homo in omni ſtatu ſalutem comparat fide viua.ibid.n.18. 1.pag.93.

Horæ canonicæ qua attentione recitandæ ſunt. Item quomodo audiendum eſt ſacrum. Diſput.4.quęſt.1.ſect.7.numero 6.& ſequent. 2.pag.271.

In his recitandis qui libere diſtrahitur non facit fructus ſuos ibid.n 8. 2.pag.271.

Humanitas Chriſti aſſumpta eſt omni prorſus peccato immunis. Commentat.5.notat.11. numero 12. 5.pag.114.

I

IEhu de zelo laudatur, non de mendacio. Diſp.3.quæſt 5.ſect.4.n 6. 1.pag 380.

Ieiunium quadrageſimale Teleſphorus Pontifex inſtituit. Comment.3.not 5.n 5. 2.pag.155.

Ieremias cur à Matthæo citetur pro Zacharia. Diſp.4.quæſt.4 ſect 2.n 4. 2.pag 339.

Ignorantia, quæ excuſet & quę non. Comment. 5. notat.10.n.12. 1.pag.108.

Ignorantia inuincibilis dari poteſt tam in infidelibus, quam in ruſticis, de iis, quę neceſſaria ſunt ad ſalutem. Diſp.1. quęſt.5 ſect.1.n.6. 1.pag.352.

Ignorantia iuris naturalis datur: non tamen quoad principia, & concluſiones illius notiſſimas, qualia ſunt pręcepta decalogi. Diſput.4. quęſt.1.ſect 2.n.2. 2.pag.254.

Illuminatio interior Spiritus ſancti lex priuata dicitur. Diſp.4.quæſt.1.ſect.1.numero 4. 2.pag 252.

Imperator diuerſos titulos in proœmiis arroganter coaceruat. Proluſ.cap.5.n 5. 1.pag.18.

Impoſſibilia ſuſcipiunt magis, & minus. Diſput.1.quæſt.3.ſect.7 n.8. 1.pag.284.

Impoſſibile iudicatur pendens à voluntate legis latoris, & quod facile non conceditur. Diſp.3 quæſt.4.ſect.2.n.5. 2.pag.213.

Impoſſibilitas quotuplex ſit, & ex qua oriri poſſit obligatio. Diſp.3.quæſt.4.ſect.1.n.2.& ſequent. Per tot. 2.pag.208.& ſequent.

Incarnationis myſterium, & nomen à multis conciliis vſurpatur. Commentat.5.notat.5. numero 7. 5.pag.66.

Incarnatio quid ſit. ibid. n. 8. 1.pag.66.

In euidentia negatiua, vel relatiua ex parte obiecti, eſt conditio neceſſario comitans obiectum cauſans ineuidentiam in actu fidei diuinæ. Diſput.1.quæſt.2.ſect.1.à num.10. vſque ad 12. 5.pag 197 & 198.

Iniuria non ſit ſinè animo iniuriæ irrogandæ. Comment 3 notat.3.n.11. 2.pag.150.

Inſtantia quotuplex ſit, & quæ ſit inſtantia cauſæ de iure communi, vel de particulari, ſeu compromiſſo, & quando incipit. Diſput.4. quęſt.3.ſect.2.n.5. 2.pag.302.

Quando finiatur, ſeu prorogetur.ibid.&n.2. 2.pag.303.

Quid in vtroque vere dicendum. ibidem.

Inſtantiæ terminum ſuſtulit ius ciuile, & ad vſum fori Eccleſiaſtici reduxit. ibid.n.8.& ſequent. 2.pag 305.

De hoc puncto quid ſentiat Concil. Tridentinum.ibid.n.12. 2.pag.306.

Inſtitutio excludens fœminas ab hæreditate ſimpliciter, eſt odioſa. Diſput.4.quæſt.2.ſect.4. numero 7. 2.pag.293.

Inſtrumentum autenticum, quando amittitur, vel in dubium reuocatur, quid agendum. Comment 4.not.10.n.4. 2.pag.246.

Intellectus non concurrit effectiue ad actum fidei diuinæ, vt virtus pure naturalis, ſed obedientialis. Diſp.1.quęſt 3.ſect.8.n.5. 1.pag.291.

Intentio formalis neceſſaria non eſt adhoc vt præceptum impleatur: ſufficit virtualis. Diſp.4. quæſt.1.ſect.8.n.6. 2.pag.276.

Interpretatio diſtinguitur ab æquitate. Diſp.2. quæſt.2.ſect.4.n.6. 2.pag 52.

Interpretatio lata debet fieri, vbi agitur de remuneratione. Diſput.3.quæſt.2.ſect.4.num.6. 2.pag.178.

Interpretationem recipit conſtitutio ex ſimilitudine rationis, vel negotij connexione. Commentat.4 notat.1.n.3. 2.pag.229.

Interrogatio negatiuæ enuntiationis vim habet. Diſp.2.quæſt.4.ſect.3.n.3. 2.pag.80.

Ioachimus Abbas quis fuerit, cuius errores hic notantur. Comment.1.notat.9.n.2.& 4.& 12. 5.pag.94.& pag.101.

Illius prophetiæ de aliquibus religioſorum familiis etiam ſocietatis Ieſu notantur. ibid. n.3. 1.pag 94.

Ioachimus excuſatur, quia ſua ſcripta ſubmi-

Digitized by Google

Bulla, & Breue, in quo differant. proluſionis cap. 5. n. 7. 1. pag. 19.

Bulla ad ſubſtantiam gratiæ neceſſaria non eſt, ſed ad illius probationem. ibid. numero 8. 1. pag. 19.

Bulla perdita quomodo probari poſſit. ibid. n. 9. 1. pag. 19.

Bulla producta poſt terminum præſcriptum ad præſentandos articulos, quando præſumatur expedita. ibid. n. 10. 1. pag. 20.

Bullæ falſitas, quando arguitur. ibid. n. 13. 1. pag. 20.

C

CÆphas, de quo loquitur D. Paulus, idem eſt, atque D. Petrus. Diſput. 2. quæſt. 4. ſect. 9. n. 1. 2. pag. 110.

Caïnus quo anno primam ciuitatem fundauit, non conſtat. Commentat. 4. notat. 7. numero 5. 2. pag. 240.

Caiphas non fuit propheta, licet inſtinctu Spiritus ſancti prophetauerit. Diſput. 1. quæſt. 1. ſect. 3. n. 5. 1. pag. 152.

Canon idem eſt, atque regula. ibidem. Commentat. 2. notat. 11. n. 2. 2. pag. 12.

Canon, decretum, decretalis Epiſtola, dogma, mandatum, interdictum, & ſanctio declarantur. Comment. 2. notat. numero 1. 2. pag. 12.

Canonis ſignificatio. ibid. numero 8. & 9. 2. pag. 14.

Canonici antiquiores ſunt digniores. Comment. 3. notat. 3. n. 12. 2. pag. 150.

Canonici libri authoritas cum ſcriptis doctorum confertur. Commeot. 4. notat. 9. n. 1. & 6. 2. pag. 241. & 243.

Caput firmiter vnde ſumptum ſit, & quomodo diuidatur. Commentat. 1. notat. 2. n. 1. 1. pag. 54.

Caput damnamus exponitur, & cum eo ius ciuile concordat. Commentat. 1. notat. 9. numero 1. 1. pag. 93.

Caput vnicum de ſumma Trinitate in 6. declaratur. Commentat. 1. notat. 10. n. 1. 1. pag. 105.

Eiuſdem ſumma proponitur, & confutantur interpretationes inutiles. ibid. Opponit ſibi gloſſa & non bene ſoluit. ibid. numero 11. 1. pag. 108.

Caput dudum. 2. de elect. exponitur. obiter. ibid. notat. 11. n. 7. 1. pag. 111.

Caput qui Epiſcopus diſtinct. 23. exponitur. Notat. 12. 1. pag. 122.

Caput finale de conſecrat. diſtinct. 5. declaratur. Comment. 1. not. 13. n. 1. 1. pag. 128.

Caput penultimum decreti de conſecrat. diſtinct. 5. declaratur. Notat. 14. n. 1. pag. 133.

Reſumitur, & vnde ſumitur. ibidem.

Caput finale decreti declaratur. Commentat. 1. notat. 14. n. 6. 1. pag. 134.

Caput 2. Cognoſcentes, & 13. finale de conſtitutionibus exponitur. Commentat. 3. notat. 1. & 2. 2. pag. 142. & 143.

Cap. 1. & 2. diſtinctionis 4. exponitur. Comment. 3. notat. 4. per totam. 2. pag. 152.

Cap. 3. in iſtis, & 4. ſtatuimus diſtinct. 4. exponitur. Notat. 5. per totam. 2. pag. 154.

Cap. 4. Quadrageſima, & 5. denique diſtinct. 4. expooitur. Notat. 6. per totam. 2. pag. 156.

Cap. 3. Traoſlato de Conſtit. explicatur. Comment. 4. notat. 1. 2. pag. 228.

Cap. 4. Nam concupiſcentia de Conſtit. declaratur. Notat. 2. 2. pag. 230.

In præſenti vero textu concupiſcentiæ nomine prauus animi motus deliberatus ſignificatur. ibid. n. 3. 2. pag. 231.

Habet etiam alios ſignificatus alibi. ibid. numero 4. 2. pag. 231.

Cap. 1. cum enixa, & 1. ſi mulier diſtinct. 5. declaratur notat. 3. item 4. ad eius. ibidem. 2. pag. 235. & 234.

Cap. 1. Teſtamentum diſtinct. 6. exponitur. Notat. 5. 2. pag. 235.

Cap. 2. Sed penſandum diſtinct. 6. declaratur. ibid. notat. 6. 2. pag. 237.

Cap. 1. Imperatores, & 2. iuſtum eſt diſtinctione 9. expooitur. ibidem notat. 8. 2. pag. 240.

Cap. 3. Noli quartum negare, & 5. Ego ſolis diſtinct. 9. exponitur. ibidem notat. 9. 2. pag. 241.

Cap. 6. vt verum. 7. ſi ad ſcripturas, & 8. Quis neſciat diſtinct. 9. exponitur. ibidem: notat. 10. 2. pag. 245.

Caput Noli 9. Neque 10. & ſana 11. diſtinctione 9. declaratur. Commentat. 4. notat. 11. 2. pag. 249.

Caput dolentes celebratione Miſſarum declaratur. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 0. n. 5. 2. pag. 266.

Caput Commiſſa 8. Cæterum de elect. in 6. exponitur. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 7. numero 14. 2. pag. 273.

Character manet in damnatis, non habitus fidei, & cur. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect. 4. numero 11. 1. pag. 157.

Carnium prohibitarum eſus in hoſpitiis hæreticorum, ire ad templa Idolorum, thuris oblationem facere, gentium ſtatuis ad honorem politicum an liceat. ibidem quæſt. 5. ſect. 4. n. 13. & ſequent.

Caſus mixti fori ad ius ciuile, & canonicum ſpectantes, vnde proueniant. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 9. n. 8. 2. pag. 279.

Caſus omiſſus non eſt, vbi eſt eadem ratio. Diſp. 3 quæſt. 3. ſect. 3. n. 7. 2. pag. 196.

Caſuum tria genera in iure conſiderantur. Commentat. 2. not. 12. n. 4. 2. pag. 13.

Cathecumeni membra ſunt Eccleſiæ concepta, non nata: ſunt in ea merito fidei, quamuis cum fidelibus non numerentur. Diſput. 1. quæſt. 4. ſect. 1. n. 6. & ſequent. 1. pag. 319.

Catoniana regula eſt, patere legem, quam tuleris. Comment. 3. not. 2. n. 6. 2. pag. 145.

Et ſapientis eſt. ibid. not. 3. n. 1. 2. pag. 148.

Catoniana regula exponitur. Notat. 3. n. 2. & ſequent. 2. pag. 148.

Cum limitationibus. ibid. n. 5. & ſequent. 2. pag. 149.

Cauſa alicuius rei non ſemper eſt vna tantum. Diſp. 3. ſect. 4. n. 5. 2. pag. 201.

Cauſa delegata canonico prædeceſſori non tranſit ad ſucceſſorem. Commentat. 3. notat. 3.

notat. 3. n. 10. .2. pag. 150.

Cauſa impulſiua quomodo differat à finali, late explicatur. Diſput. 3. quæſt. 3. ſect. 4. n. 4. & aliis ſequentibus. 2. pag. 202.

Cauſa finalis ad obiectum voluntatis pertinet potius, quam ad obiectum intellectus. Diſp. 3. quæſt. 3. ſect. 4. n. 2. 2. pag. 202.

Cauſa, legis ſi eſt de præterito, ratio vero de futuro, cauſa pro occaſione eſt accipienda. ibid. quæſt. 3. ſect. 1. n. 4. 2. pag. 191.

Cauſæ phyſicæ peculiarem habent modum concurrendi vniquique accomodatum. ibidem ſect. 4. n. 3. 2. pag. 202.

Cauſa principalis, quando cognoſcitur ſummariè, quæ incidunt, ſummariè ſunt cognoſcenda. Diſp. 4. quæſt. 3. ſect. 5. n. 6. 2. pag. 316.

Cauſa, quando pertinet ad bonum commune, ſeu ad fauorem dotis, vel piæ cauſæ finalis præſumitur. Diſput. 3. quæſt. 3. ſect. 4. n. 8. 2. pag. 204.

Alia ſimilia indicia Cauſæ finalis, & impulſiuæ declarantur. ibid. numero 9. & ſequent. 2. pag. 204.

Cauſa, quæ eſt finis legis, diuerſa eſt ab illius interpretatiune. ibid. quæſt. 3. ſect. 4. numero 4. 2. pag. 191.

Cauſa ſupernaturalis naturali modo concurrens, effectum producit naturalem, ſicut cauſa infinita effectum finitum. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect. 6. n. 12. 1. pag. 278.

Certitudo ex euidentia obiecti proueniens, inſcientia maior eſt quoad nos, ſed minor eſt ſimpliciter, quam in aſſenſu fidei. Quæſt. 3. ſect. 7. n. 9. 2. pag. 285.

Certitudo fidei maior certitudine naturalis ſcientiæ. ibid. ſect. 7. n. 1. & ſequent. 1. pag. 281.

Reijciuntur modi declarandi hanc certitudinem. Numero 3. & ſequent. 1. pag. 182.

Hæc certitudo intrinſeca eſt actus fidei. Numero 6. 1. pag. 283.

Certitudo triplex exponitur. Numero 6. 1. pag. 283.

Ceſſante cauſa finali, & ratione motiua legis, an ceſſet lex, late diſputatur. Quæſt. 3. ſect. 3. n. 8. & ſequentibus. 1. pag. 248.

Charitatis modus ſolùm cadit ſub præcepto eiuſdem virtutis, non aliarum. Diſp. 4. quæſt. 1. ſect. 8. n. 2. 2. pag. 274.

Charitatis præceptum erga Deum non impletur ab exiſtente in mortali, ſine dilectione Dei. Diſp. 4. quæſt. 1. ſect. 8. n. 2. 2. pag. 274.

Chriſtus etiam quatenus homo, Filius eſt Dei naturalis, non adoptiuus. Commentat. 1. notat. 5. n. 3. & ſequent. 1. pag. 64.

Contra Lorca. n. 6. 1. pag. 65.

Chriſti conceptio quomodo facta eſt. ibid. numero 9. 1. pag. 66.

Speciatim Spiritui ſancto accommodatur. ibid. n. 10. 1. pag. 67.

Chriſti humanitas, & diuinitas prodigiis demonſtratur. Notat. 6. n. 1. 1. pag 68.

Chriſto duplici ex capite debebatur immortalitas. ibid. n. 2. 1. pag. 69.

Chriſtus mortale corpus induit, ipſius vita continua paſſio fuit. ibid. n 3. 1. pag. 69.

Chriſti vera mors contra hæreſes. ibid. n. 4. 1. pag. 69.

Chriſti deſcenſio ad inferos ab hæreticis oppugnatur incaſſum. ibidem numero. 5. & 6. 1 pag. 70. & 71.

Chriſtus, & ſacerdos, & ſacrificium fuit. Comment. 1. notat. 7. 1. 1. pag. 77.

Chriſtus diuinæ fidei fundamentum eſt, & lapis angularis. ibid. n. 2. 1. pag. 78.

Chriſti Domini anima, prius intelligitur vnita Verbo, item Corpus, quam tota humanitas eidem vnita intelligitur. Notat. 11. n. 10. 2. pag. 113.

Chriſtus iam mortuus lancea percuſſus eſt; contraria hæreſis conuincitur. ibidem n. 17. 1. pag. 106.

Chriſtus non ſolum legi æternæ, ſed etiam naturali, qua homo eſt, ſubijcitur. Diſput. 2. quæſt. 4. ſect. 1. n. 9 & 10. 2. pag 76. & 77.

Chriſtus Dominus præcepta moralia explicando perfecit; addiditque præcepta fidei, ſpei, & charitatis, quoad ſubſtantiam obiecti explicite credendi, &c. ibid. ſect. 10. n 4. & 5. 2. pag. 117. & 118.

Chriſtianum ſe vel Papiſtam negare quomodo ſit contra fidem Diſput. 1. quæſt. 5. ſect 4. n. 3. 1. pag. 152.

Circunciſione vti non licet ad mortificationem carnis, ſeu ad imitationem Chriſti, neque aliis cæremoniis Iudæorum, aut Gentilium, neque matrimonium contrahere coram miniſtris hæreticis. Sect. 4. n. 10. 1. pag. 255.

Per alia facta diſcurritur, in quibus fidei veræ confeſſio periclitatur. Numero 11. & 12. 1. pag. 260. & 261.

Circulus vitioſus non committitur in credendo myſteria fidei. Quæſt. 4. ſect. 4. n 18. 1. pag. 347.

Claritas in lege neceſſaria. Diſp. 3. quæſt. 2. ſect. 1. n. 1. 2. pag. 170.

In remedium obſcuritatis dantur regulæ, ibid. n. 2. 2. pag. 170.

Clementinarum proœmium quomodo concordet cum iure ciuili. Proluſionis cap. 5 n. 6. 1. pag. 19.

Clementina vnica de ſumma Trinitate exponitur. Comment. 1. notat. 11. n. 1. 1. pag. 109.

Clementina 2. De ſtatu Monach. §. Quia vero explicatur. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 6. n. 11. 2. pag. 268.

Item clementina 1. De hæreticis cap. 1. declaratur. Sect. 7. n. 1. 2. pag. 169.

Clericis indigentibus dabantur olim redditus ſine ſeruitio perſonali. Comment. 3. notat. 3. numero 15. 2. pag. 151.

Cletus ſummus Pontifex primus in præfatione ſalutatione vſus eſt. Proluſionis cap. 3. numero 10. 1. pag. 11.

Collegij inſtitutio tres de iure ciuili requirit perſonas. Diſput. 1. quæſt. 4. ſect. 2. numero 3. 1. pag. 326.

Quamuis illius iura in vna perſona conſeruentur. ibidem.

Columba cur Spiritum ſanctum manifeſtauit in Baptiſmo Chriſti, & vox Patrem. Commentatione 1. notat. 13. n. 10. 1. pag. 132.

Columbam in Baptiſmo Chriſti probabilius eſt fuiſſe columbæ ſpeciem, quam Angelus efformauit. ibid. n. 11. 1. pag. 134.

Comminationes, & promiſſiones præceptis Iudæorum annexæ. Diſputatione 2. quæſt. 4.

ſect. 6. numero 8. 2. pag. 95.

Commiſſio ſpecialis facta ab Epiſcopo ſuo Vicario, voce tenus valida eſt. Diſp. 4. quæſt. 4. numero 13. 2. pag. 355.

Communia pluribus, vt plures ſunt, maioris partis conſenſum poſtulat. Communia vero pluribus, vt ſingulis, omnium conſenſum petunt. Comment. 3. notat. 3. 2. pag. 150.

Communitas, Collegium, & populus, quid requirant; & à familia quomodo differant. Diſp. 3. quæſt. 1. ſect. 2. n. 2. & 3. 2. pag. 162.

Communitas abſolutè perfecta legum, & ſtatutorum particularium capax eſt. Illius partem obligare poteſt ſtatutum. ibidem quæſt. 1. ſect. 2. o. 4. & 5. 2. pag. 162. & 163.

Comprehenſiua diſpoſitio, ab extenſiua diſcriminatur in lege, vel ſtatuto, quod ob eandem, vel ſimilem rationem extenditur. Diſp. 4. quæſt. 3. ſect 7. n. 6. & ſequent. 2. pag. 325.

Item ſect. 8. n. 11. 2. pag. 333.

Compilationes Epiſtolarum decretalium quot fuerint. Proluſionis cap. 1. n. 1. 1. pag. 1.

Compilationis Gregorianæ vtilitas. ibidem n. 12. & ſequent. 1. pag. 4.

Compromiſſi materia attendit ius commune, & particulare alicuius regni. Diſput. 2. quæſt. 5. ſect. 2. n. 4. 2. pag. 115.

Concionator qui falſa pro veris prædicat, non cenſuram, ſed graue peccatum incurrit; ſicut qui falſas reliquias pro veris adorandas tradit. Comment. 4. notat. 10. n. 7. 2. pag. 248.

Concordia illius cum iure ciuili. Comment. 1. notat. 2. n. 2. 1. pag. 34.

Confeſſio fidei exterior, moralis illius effectus eſt ad præceptum pertinens, & ad virtutem veracitatis ſpectat. Diſput. 1. quæſt. 4. ſect. 4. numero 1. 1. pag. 339.

Huius duplex eſt obligatio: negatiua, & poſitiua, illa eſt totius temporis, & ſemper vrget. Sect. 4. n. 2. 1. pag. 339.

Confeſſionis obligatio non eadem eſt coram perſona priuata, quæ eſt coram publica. Quæſt. 5. ſect. 4. n. 7.

Confeſſio fidei in quibus caſibus ex præcepto depoſcitur. Quæſt. 5. ſect. 4. n. 20. & ſequent. Neque ſolum ratione fidei, ſed etiam aliarum virtutum. ibid. n. 23.

Confeſſionis annuæ præceptum partim diuinum, partim humanum: tranſgreſſio illius, quatenus diuinum eſt, non facit incurrere cenſuram. Diſp. 4. quæſt. 1. ſect. 7. n. 11. 2. pag. 272.

Congregationis Cardinalium reſponſa an ad generale ius ſpectent. Diſp. 2. quæſt. 5. ſect. 4. n. 1. & ſequent. 2. pag. 133.

In vtroque foro obligant, ſi authenticè exhibentur. ibid. n. 4. 2. pag. 134.

Niſi particularis ſententiæ formam imitentur. ibid. n. 6. 2. pag. 135.

Aliquando vna poteſt aliam corrigere. ibid. numero 7. 2. pag. 136.

Coniugalem copulam etiam ſine veniali exerceri Catholici docent. Comment. 4. notat. 3. ibid. n. 5. 2. pag. 135.

Licet ſæpè cum veniali fiat. ibid. numero 6. 2. pag. 135.

Coniunctio Maris, & fœminæ, ſi rationalis ſit, ex ſola ſenſualitate non prouenit. Comment. 2. notat. 7. n. 4. 2. pag. 5.

Connexa, quæ dicantur. Commentat. 4. notat. 1. n. 4. 2. pag. 229.

Connexa, quæ ſunt, minus, quam inter duo eſſe nequeunt. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 5. n. 1. & ſequent. 2. pag. 315.

Conſtitutio propria, & digniſſima pro principis ſtatuto accipitur. Diſp. 2. quæſt. 5. ſect. 2. numero 2. 2. pag. 124.

Conſtitutio generalis in Apoſtolicam, & Conciliarem diuiditur, & definitur vtraque. ibid. n. 6. 2. pag. 126.

Conſtitutio futuris negotiis dat formam. Commentat. 3. notat. 1. n. 1. 2. pag. 142.

Traditur ad præterita, ſi eorum meminerit, non tamen vt actum bonum, ſeu indifferentem malum faciat. ibid. n. 7. & 8. 2. pag. 145.

Conſtitutio quando concedit, vel tollit exceptionem, licet concernat contractum ante illam celebratum ad illam, exceptionem intenditur quatenus futuram. Diſp. 3. quæſt. 1. ſect. 4. n. 10. 2. pag. 180.

Conſtitutio exorbitans à communi iure venit reſtringenda. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 3. n. 1. 2. pag. 308.

Conſtitutio correctoria, neque expsritate, neque ex ſimilitudine rationis ampliatur. ibid. numero 5. 2. pag. 309.

Limitatoria vero ex ſua natura recipit extenſionem ex ſimilitudine rationis. ibidem n. 6. 2. pag. 310.

Et quid dicendum, quando apponitur particula, tantum. ibid. n. 7. 2. pag. 310.

Conſtitutio non extenditur ad materiam abſurdam, iniquam, vel in præiudicium tertij. ibid. n. 8. 2. pag. 130.

Quid dicendum in materia pœnali, ſeu odioſa. ibid. n. 9. 2. pag. 311.

Conſtitutio quando eſt fauorabilis, vel odioſa ex parte, vel in totum. ibid. ſect. 4. per totam. 2. pag. 311.

Conſtitutiones Pontificis ſine temporis determinatione, poſt promulgationem ſtatim ſcientes obligant. Diſput. 4. quæſt. 5. ſect. 4. numero 11. 2. pag. 369.

Conſubſtantialitas, & coæqualitas perſonarum oſtenditur. Commentat. 1. notat. 3. n. 35. 1. pag. 52.

Conſuetudo extenditur de caſu expreſſo ad tacitum rationabiliter. Diſput. 2. quæſt. 2. ſect. 5. n. 1. 2. pag. 53.

Conſuetudo errore introducta reprobatur. ibid. quæſt. 1. ſect. 2. n. 11. 2. pag. 128.

Conſuetudo Eccleſiæ oneroſa eſt reprobanda. ibid. Comment. 3. notat. 2. n. 4. 2. pag. 144.

Continentia, & carnium eſus ab hæreticorum erroribus defenditur. Comment. 1. not. 12. numero 12. 1. pag. 126.

Contractus metu, & dolo celebrati quomodo currere permittant leges ob bonum commune, quando non opponitur, nec dolus, vel metus probatur. Diſput. 3. quæſt. 4. ſect. 3. n. 12. 2. pag. 218.

Contritio perfecta etiam ante baptiſmum culpas delet quaſcunque; ſed reatus pœnæ manet, à quo ſubſequens baptiſmus omnino liberat peccatorem. Comment. 1. notat. 11. n. 15. 1. pag. 127.

Contumax quando dicatur qui in ius vocatus

catus non venit. Diſput. 3. quæſt. 4. ſect 2. n. 7. 2. pag. 216.

Correlatiua quomodo à iuris peritis definiantur. Diſp. 4. quæſt 3. ſect. 8. n. 1. 2. pag. 319.

Correlatiui vnius diſpoſitio extenditor ad alterum. Diſp. 4. quæſt. 3. ſect. 8. n. 2. 2 pag. 330.

Quid ad hoc requiratur. ibid. n. 3. & ſequent. 2. pag. 330.

Correlatiuorum exempla in quibus extenſio fit, numerantur v. g. in viro, & vxore: in vendente, & emente; in patre, & filio; liberto, & patrono; actore, & reo. ibid. n. 4. & ſequent. 2. pag. 330.

Eorundem alia exempla proferuntur, in quibus non fit extenſio. ibid. n. 7. & ſequent. 2. pag. 331.

In Correlatiuis tantum valet eadem ratio, vt etiam in materia correctoria, & pœnali diſtinctionem extendat. ibid. numero 9. & 10. 2. pag. 332.

Creatura nulla ab æterno fuit creata. Commentat. notat. 4. n. 5. 1 pag 57.

Idque non ex ratione naturali, ſed ex ſcriptura demonſtratur. ibid. Id tamen ex optimis conſequentiis oſtenditur. ibid n. 6. 1. pag 57.

Creaturæ meriti incapaces non obligantur ex iuſtitia; etiam ex ſuppoſitione ſuæ voluntatis. Diſp. 2. quæſt, 1. ſect. 2. n. 3. 2. pag. 19.

Credendi neceſſitas duplex eſt, medij, & præcepti. Diſput. 1. quæſt. 5. n. 4. Quæ neceſſario credenda ſunt ad ſalutem, & quomodo, quæſt. 5. ſect. 2. n. 9. & ſequent.

Credendi ratio in authoritatem dicentis refunditur. Quæſt. 2. ſect. 2. n. 1. 1. pag 198.

Credere tenemur etiam naturaliter ſcibilia. Diſp 1. quæſt. 1. ſect. 5. n. 2. 1. pag. 167.

Credere in Deum tanquam in vltimum finem ſolum in iuſtis perfectè reperitur. Diſput 1. quæſt. 3. ſect. 7. n. 13. 1. pag. 287.

Credere liberum eſſe, morale, laudabile, & honeſtum, de fide tenendum. ibid. numero 16, 1. pag. 288.

Cretio, quid ſit. Commentat. 2. notat. 8. n. 6. 2. pag. 8.

Culpa dolo proxima, dolum repreſentat. Commentat. 3. notat. 3. n. 13. 2. pag. 151.

Cupiditas effrænata quæ ſit. Proluſ. cap. 2. numero 5. 1. pag. 5.

Hæc ſeipſam perimit, & ſui prodiga eſt. ibid n. 6. 1. pag. 6.

Curationis verbum apud Gratianum emendatur. Commentat. 2. notat. 8. n. 6. 2. pag 8.

D

DÆmones eſſe ex ſacra pagina conuincitur. ibid. 13. Malitia, non natura facti ſunt mali. Comment. 1. notat. 4 n. 14. 1. pag. 61.

Dæmones quomodo credunt. Diſp. 1. quæſt. 3. ſect. 4. n. 12. & 13. 1. pag 256.

Damnari, in quo differat à reprobare. Commentat. 5. notat. 9. n. 6. 1. pag 95.

Dans operam rei illicitæ quando ex homicidio caſuali irregularis fiat. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 6. n. 51. 2. pag. 322.

De cætero, verbum quam vim habeat. Proluſ. cap. 5. n. 14. 1. pag 21.

Decretales ad omnes fideles diriguntur. Proluſionis. cap. 1. n. 6. 1. pag 2.

Decretalis Epiſtola in corpore iuris, vel extra, facit ius vniuerſale. Diſp. 2. quæſt. 5. ſect. 3. numero 1. 2. pag. 128.

Cap. Paſtoralis de fide inſtrum. declaratur. ibid. n. 3. 2. pag. 129.

Decretum Gratiani aliqua continet; quæ Iuris auctoritate carent, imo aliqua ſanæ Doctrinæ non conueniunt Proluſionis. cap. 7. n. 2. 1. pag. 25.

In decreti additionibus à Gratiano adiunctis, quæ obſeruanda ſunt. ibid. n. 3. 1. pag. 25.

Decreti conſtitutiones, quam habeant authoritatem. ibid. n. 5. & 7. 1. pag. 26. & 27.

De huius paleis quid ſentiendum. ibid. n. 6. 1. pag. 26.

Sanctorum Patrum teſtimonia in decreto contenta, legis habent vim. ibid. numero 8. & ſequent. 1. pag. 27.

Decreti diuiſio per diſtinctiones, cauſas, & quæſtiones. Cap. 8. n. 2. 1 pag. 30.

Delicta non imputantur à iure, tanquam annexa actui prohibito. Diſp. 4. quæſt 3. ſect. 6. numero 10. 2. pag 32.

Delictum prælati, non nocet Eccleſiæ, quæ in illo non participat. Commentat. 5. notat. 9. numero 22. 1. pag. 101.

Delictum, quod ex actu prohibito remote, & per accidens ſequitur, qua pœna puniri debeat. Diſp. 4. quæſt 3. ſect. 6. n. 12. 2. pag 321.

Deſcenſio Chriſti ad inferos probatur ex patribus. Comment. notat. 6. n. 10. 1. pag 71.

D. Thom. vera ſententia de hoc articulo contra Caietanum, & Medinam. Notat. 6. n. 8. & 9. 1. pag. 71. & 72.

Hic articulus ex illis eſt, quos fideles ex præcepto ſcire tenentur. ibid. n. 11. 1 pag 73.

Dei effectus illum poſſunt manifeſtare, non ſolum vt cauſantem, ſed etiam vt loquentem. Diſp. 1. quæſt. 2. ſect 7. n. 4. 1. pag. 224.

Deus eſt verax. Item Deus reuelauit myſteria fidei: quomodo cognoſcamus. Quæſt. 2. ſect. 4. numero 2. 1. pag 206.

Dei prædicata partim affirmatiua, partim negatiua. Comment. 3. notat. 2. numero 5. & 7. 1. pag. 35. & 36.

Deus vnus eſt per indiuidualem vnitatem, quæ excludit omnem conuenientiam vniuocam, imo & analogicam in prædicato diuinitatis. ibid. n. 9. 1. pag. 37.

Item notat. 3. n. 10. 1. pag. 44.

Deus qua ratione verus, æternus, & immutabilis ſit, declaratur. ibidem n. 10. & ſequent. 1. pag. 44.

Deus incomprehenſibilis, omnipotens, & ineffabilis exponitur. Numero 15. & ſequent. 1. pag. 46.

Deus ſolus creauit mundum ſine conſortio creaturæ. ibid. notat. 4. n. 4. 1. pag. 56.

Dei prouidentia in procuranda hominum ſalute. Comment. 1. notat. 5. n. 1. 1. pag. 63.

Deus per Patriarchas ante Moyſen ad ſui cultum homines erudiuit. Comment. 1. notat. 5. numero 2. 1. pag. 63.

Deus neque de potentia abſoluta mentiri poteſt. Diſp. 1. quæſt. 1. ſect. 4. n. 2. & ſequent. 1. pag. 155.

Imo neque diſpenſare poteſt in mendacio,

Digitized by Google

ibid. n. 5. 1.pag.156.

Deus neque in affirmando neque in promittendo mentiri poteſt, eſtque de fide. ibid. n. 8. 1.pag.157.

Idque neque per alium ſiue præcipiendo, ſiue conſulendo, ſiue excitando ad mendacium, vel frangendam fidem.ibid.n.9. 1.pag.158.

Deus neque habitum erroris, neque aſſenſum erroneum infundere poteſt in ſubiecto per illum intelligente. Secus ſi per illum non intelligat. Sect.4.n.10. & ſequent. 1. pag.158.

Deus eſt verax. Item Deus reuelauit myſteria fidei, quomodo cognoſcamus. Quæſt.2.ſect.4. numero 2. 1. pag.206.

Deus libertatem non habet ad peccandum. Diſp.1.quæſt. 4.ſect.3.n.10. 1.pag.336.

Deus vt remunerator neceſſario cognoſcitur antequam ſuper omnia diligatur. Diſput. 1. quæſt.5.ſect.2.n.5. 1.pag.356.

Deus abſolute loquendo nulla facta ſuppoſitione, obligationem iuſtitiæ ſubire non poteſt reſpectu creaturæ. Diſput.2.quæſt.1.ſect.1.n.1. 2.pag.15.

An facta ſuppoſitione Deus poſſit ex iuſtitia obligari, controuertitur. Affirmatiua opinio probabilior. ibid. n. 2. & ſequent. vſque ad 8. 2. pag.15.vſque ad pag. 18.

Deus multis modis ex ſuppoſitione neceſſitatur ad aliquid agendum. Diſput. 2. quæſt. 1. ſect.2.n.7. 2.pag.21.

Deus ſua prouidentia vt author naturæ iubet, aut prohibet, quæ lex naturalis præcipit, aut vetat. Diſput.2.quæſt.3.ſect.2.n.8. 2.pag.61.

Deum vnum, & verum poſſunt infideles cognoſcere humana fide, vel cognitione naturali, licet errent in aliquo prædicato, quod illi tribuunt.Diſp.1.quæſt.3.ſect.7.n.14. 1.pag.287.

In hoc puncto vera mens D. Thomæ explicatur.ibid.n.15. & ſequent. 1.pag.287.

Dicere in diuinis aliud proprium, & notionale, aliud minus proprium, & eſſentiale: proprium idem eſt, ac verbum producere. Commentat.1.notat.14.n.9. 1. pag.135.

Minus proprium idem eſt, atque intelligere. ibid.n.10. 1. pag.136.

Dicere eſſentiale freqnentius accommodatur locutioni Dei cum creaturis. ibidem.

Dicere, & loqui in cap. finali de conſecrat. Diſtinctione 5. non bene accipit gloſſa in ſenſu propriiſſimo in diuinis.ibid.n.12. 1.pag.137.

Dilectio Dei ſuper omnia ſemper eſt ſopernaturalis, per quam homo iuſtificatur, & ſupponit fidem. Diſput. 1. quæſt. 5. ſect. 1. n. 9. 1. pag.354.

Diſcurſus ſaltem virtualis ſemper datur quando vnum iudicatur propter aliud per medium intrinſecum. Diſp.1.quæſt.2.ſect.1.n.6. 1. pag.195.

Non ita: quando eſt extrinſecum, tunc enim nullo opus eſt diſcurſu. ibid.n.7. 1.pag.195.

Diſcurſus formalis, ſeu virtualis requirit duplex iudicium formale, ſeu virtuale. Quæſt. 3. ſect. 6. n. 7. 1.pag.276.

Diſcurſus in humana fide interuenit non in diuina. ibid. n. 10. 1.pag.278.

Diſpenſandi facultas in iure naturali cur non concedatur Papæ, interpretandi vero maxime. Diſput.4.quæſt.2.ſect.3.n.14. 2. pag.291.

Circa Diſpenſationem in iure naturali variæ ſententiæ referuntur. ibid. ſect. 4. numero 1. & ſequent. 2. pag. 291.

Diſpenſare non poteſt Deus in iure naturali, & probatur autoritate, & ratione. ibid. n. 10. 2.pag.294.

Solum ex mutatione materiæ non ſolum Deus, ſed etiam homo aliquando præcepti naturalis obligationem tollit. ibidem numero 12. 2. pag.295.

Diſpenſatio in reſidentia Epiſcopi, in matrimonio rato, in voto, vel iuramento, quomodo fiat. Diſput. 4. quæſt. 2. ſect. 3. n. 11. & ſequent. 2.pag.190.

Diſpoſitio legis non ſemper eſt eadem, quando eſt eadem ratio. Diſp.3.quæſt.2.ſect.4.n.4. 2. pag. 177.

Diſpoſitio legis de viro, quando extenditur ad vxorem. Diſp. 4. quæſt.3. ſect. 8.numero 4. 2. pag. 330.

Diſpoſitio alteri annexa induit naturam illius, cui adiungitur. Diſp. 4. quæſt.5.ſect.5. numero 4. 2.pag.370.

Diſpoſitionem vitiat incertitudo, vel ſaltem illins effectum ſuſpendit. Diſput. 3. quæſt. 4. ſect.4.n.16. 2.pag.225.

Diſpoſitiones aliæ præter legem ſimpliciter loquentes præterita, ſeu præſentia, non futura concernunt. Diſput. 3. quæſt. 2. ſect. 6. n. 16. 2. pag. 189.

Diſputatio de rebus fidei quando, & quomodo liceat. Commentat.4.notat. 10.numero 8. 2. pag. 248.

Diſtributiua ioſtitia à Commutatiua eſſentialiter diſtinguitur. Diſp.2.quæſt.1.ſect.6.n.2. 2. pag. 30.

Ex cuius violatione non oritur obligatio reſtituendi. ibid. n. 3. 2.pag.31.& ſeqoent.

Ad eandem requiruntur doæ perſonæ ad minimum.ibid. n. 7. 2.pag.32.

In Deo datur. n. 9. 2. pag.3.

Diſtributiuum ius in retributione meritorum Deus intendit; & quomodo. Diſput. 2. quæſt. 1. ſect.6.n.10. 2. pag.33.

Diuini iuris quod eſt ſolum, in nullius bonis eſſe dicitur. Diſput. 2. quæſt.1.ſect.2.n.6. 2.pag.20.

Docibilis verbum quomodo interpretandum in cap. qui Epiſcopus. Comment.1.not.12. nnmero 3. 1. pag.122.

Doctor non venit nomine ſcholaris, nec è contra. Proluſ. cap. 3. n. 2. 1.pag.10.

Doctorum conuentus, & conſenſus ſine Papæ autoritate, Spiritus ſancti aſſiſtentiam non habet. Commentat.4.notat.9.numero 11. 2.pag. 244.

Excipe in ſummi Pontificis electione, ſede vacante. ibid.n.11. 2.pag.244.

Donationem prohibitam, & nullam quomodo ſequator poſſeſſio valida. Diſput. 4. quæſt.3.ſect. 5. n. 1. 2.pag.315.

Dotis loco quod ſubrogatur, tamquam dotis augmentum petitur. Diſpot. 3. quæſt.3.ſect.3. numero 6. 2.pag.196.

Non tamen dotis loco ſubrogatur ius patroni, & quod ex eo maritus acquiſiuit; ſed petitur per conditionem ex lege. ibid. numero 6. 2.pag. 196.

Doctrina

Digitized by Google

Doctrina generalis non tollitur per vnam, vel alteram exceptionem. Proluſ. cap. 2.n.18. 1.pag. 9.

Dubitans an honeſtum ſit quod pręcipitur per legem, tenetur ad illius obſeruationem Diſp.3. quæſt.4.ſect.4.n.2. 2.pag.120.

Et ideo tenetur iudicium practicum formare de honeſtate legis. ibid n.3. 2.pag.211.

Quod non ſolum in Religioſis, ſed in omnibus ſubditis procedit. ibid.n.5.& 6. 1.pag.212.

Dubitans princeps de honeſtate legis, vel de ſua poteſtate, ſi legem ferat, ſubditus non tenetur, imo non poteſt obedire, ſi ipſe ſit in eodem dubio. Diſp 3.quæſt 4.ſect.5.n.1. 2.pag 225.

Sed quid ſi princeps dubitet, & ſubditus certus ſit de honeſtate rei? probabilius eſt non teneri ſubditum ad obediendum legi. Sect 5.n.3.

Si tamen obediat, prudenter, & religioſe faciet, ſi rem malam non eſſe certus ſit. ibid.n.5. 2.pag. 217.

Illa regula explicatur. In dubio tutior pars eſt eligenda. ibid.n.8. 2.pag.227.

E

EBrietas voluntaria mortale peccatum eſt. Comment.4.notat 5.n. 2.pag.235.

Eccleſia ab initio non eiſdem legibus, cæremoniis, & ritibus vſa eſt. Diſp.1.quæſt.4 ſect.2. numero 1. 1.pag 315.

Eccleſia Catholica cur immaculata dicatur, cum in ea ſint peccatores. Comment.1.notat.11. numero 14. & ſequent. 1.pag.114.

Eccleſiæ auctoritas duplex eſt. Diſp.1.quęſt.4. ſect.3.n.1. 1.pag.332.

Eccleſiæ autoritas omnino neceſſaria eſt ad dandam fidem libris canonicis. Diſp.4.quęſt.4. ſect.2.n.7. & ſequent. 2.pag.341.

Quanta ſit hæc autoritas. ibid.n.1x. 2.pag 345.

Eccleſiæ Æthiopiæ inconſtantia quoties à vera fide per ſchiſma, & apoſtaſiam defecerit. Diſput.1.quæſt.4.ſect.3.n.14. 1.pag.338.

Eccleſiæ poteſtas duplex, vna pertinet ad internum forum, altera ad externum. Diſput.4. quæſt.1.ſect.1.n.10. x.pag 172.

Eccleſiæ coniugium cum Chriſto Domino. Comment.1.notat.11 n.16. 1.pag.115.

Eccleſia decurſu temporis aliqua de fide declarat, quorum errorem, vel ignorantiam poſitiuam non habuit. Diſp.1.quæſt.4.ſect.3.n.16. 1.pag.356.

Eccleſiæ Etymologia, eiuſque à Synagoga diſtinctio. Diſp 1.quęſt.4.ſect.1.n.1. 1.pag.317.

Eccleſię militantis definitio. ibid.n.2. 1 p.317.

Eccleſiæ progreſſus diſcurſu per Patriarchas oſtenditur. Item Eccleſiæ tribulationes declarantur. Diſput.1.quæſt.4.ſect.2.n.6.& ſequent. 1.pag.328.

Eccleſia militans non comprehendit beatos, damnatos, neque exiſtentes in Purgatorio, in quos nullam directè, & per ſe iuriſdictionem Chriſti Vicarius exercet. Diſp.1.quæſt.4.ſect.1. numero 1t. 1.pag.321.

Eccleſia non proponit immediatè ſingulis propoſitiones de fide. Diſput.1.quæſt.4.ſect.4. numero 3. 1.pag 340.

Eccleſia poſtquam cœpit, ſine interruptione, permanſit; & quomodo vna, eademque perſeueret. Diſp.1.q.4.ſect.2 n.3.& ſeq. 1.pag 327.

Eccleſiæ prærogatiuæ numerantur, eſt vna, Sancta, Catholica, Apoſtolica, viſibilis Diſp.1. quæſt.4 ſect.1.n.12.& ſequent. 1.pag 322.

Eccleſia, quæ nunc eſt ſub regimine præſentis ſummi Pontificis, eſt illa, cui omnes conditiones vniuerſalis Eccleſiæ conueniunt. Diſput.1. quæſt.4.ſect.3.n 13. 1.pag 338.

Eccleſia Romana omnium Magiſtra. Proluſ. cap.3.n.2. 1.pag.10.

Eccleſia vniuerſalis neque ex ignorantia, neque ex Malitia errare poteſt in iis, quæ pertinent ad fidem, & ad ſalutem. Diſp.1.quæſt.4.ſect.3. n.3.& ſequent. 1.pag.331.

Edictum, quod quiſque iuris, exponitur. Comment.3.notat.3.n.9. 2.pag.150.

Eliſæus quid permiſerit Naman, qui Regem ſuum in templo idoli comitabatur. Diſp.1. quæſt.5 ſect.4.n.6. 1 pag.380.

Effectus diſtinguuntur qui à fide formaliter, ſeu obiectiuè accepta proueniunt. Diſput.1. quæſt 5.n.1.& 3. 1.pag.349.& 351.

Duplex moralis effectus prouenit à fide accepta obiectiuè: obligatio credendi, & profitendi fidem. ibidem.

Effectus cauſati per ſtatutum reuocatum non reuocantur Diſput.3.q.2.ſect. 5. n 3. 2.pag. 82.

Ementis diſpoſitio quando extenditur ad vendentem Diſp 4.quæſt 3.ſect.8.n.5. 2 pag.331.

Efficiens cauſa fidei præcipua, Deus eſt. Diſp.1. quæſt.3 ſect.5.n.1. 1.pag 163.

Epychiæ diuiſio, & declaratio: & quæ propriiſſima ſit. Diſp.2.q.2 ſect.3.n.1. 2 pag.44.

Epychia, ſeu æquitas ſolum in humano iure, non in diuino limitatur, ſeu ampliatur. Diſp.2. quæſt.2.ſect 4.n.1.& ſequent. 2.pag. 49.

Epychiam non recipit conſuetudo; & huius rei ratio redditur. Sect.5.n.3. 2.pag.53.

Epiſcopi quo titulo à ſummo Pontifice nominentur. Proluſ.cap.1.n.7 & ſequent. 1.pag.5.

Epiſcopus ſolum electus non gaudet eodem titulo. ibid.n.9. 1.pag.5.

Epiſcopus ante promotionem examinari debet, & facere profeſſionem fidei, vt iuuetur regula de triennali. Commentat.1. notat.12.n.1. 1.pag. 122.

In hoc concinit ius ciuile. Num.2. 1.pag.122.

Epiſcopus literis inſtructus ſit, Canoniſta ne, an Theologus præferendus. Commentat. 1. notat.12 n.5.& ſequent. 1 pag.113.

Epiſtolæ ſummi Pontificis ſine forma ſolita ſcriptæ, falſitatis arguuntur. Proluſ.cap.1.n.12. 1.pag.4.

Epiſtola prœmialis imperatoris certo loco hucuſque non bene expoſita illuſtratur. Commentat.2.notat.11.n.3. x.pag.1t.

Error aliquorum de nomenclatione, & poteſtate ſummi Pontificis. Proluſ. cap. 5.n. 15. 1.pag.21.

Eſſentia diuina neque generat, neque generatur, idemque eſt de quolibet Dei attributo abſoluto. Comment.1.notar.9.n.9. 1.pag.96.

In quo ſenſu ſuſtineri poſſit hæc propoſitio; Eſſentia generat. ibid.n.10. 1 pag.96.

Euchariſtiæ ſacramentum diuerſæ hæreſes oppugnant; Probatur tamen vera in illo, & realis præſentia. Comment. notat.7.n. 2.& 3. 1.pag.78.

Hoc fidei dogma ex præcepto tenentur ſcire fideles. ibid. n. 4. 1. pag. 79.

Quomodo in Symbolo, & in quatuordecim Articulis continetur. ibid.

Euchariſtia vnitatis, & concordiæ myſterium eſt, nos facit Chriſti conſanguineos. Notat. 7. numero 11. 1. pag. 82.

In Euchariſtia nihil ſubſtantiæ panis, ſeu vini remanere de fide eſt. ibid. n. 8. 1. pag. 81.

Euchariſtiæ vera vnio cum fidelibus, in quo conſiſtat, & ius diuini amoris oſtenditur. ibid. numero 2. 1. pag. 83.

Euidentia in atteſtante non tollit veram rationem fidei eiuſdem ſpeciei com noſtra. Diſput. 1. quæſt. 2. ſect. 7. numero 5. & ſequent. 1. pag 224.

Quid manifeſtet hæc euidentia. ibid. n. 10. 1. pag. 227.

Item Beata Virgo, Angeli, & Apoſtoli habuerunt fidem eiuſdem ſpeciei cum noſtra, cum euidentia in atteſtante. ibid. n. 11. 1. pag. 227.

Euidentia in ratione rei non impedit actum fidei, ſed in ratione ſigni. ibidem numero 16. 1. pag. 230.

Excommunicati publice denunciati, in Eccleſia non ſunt per validam, & iuſtam ſententiam. Item ſchiſmatici. ibid. Diſp. 1. quæſt. 4. ſect. 1. n. 9. & 10. 1. pag 321.

Exponitur illud Ioan. 10. Pater quod dedit mihi maius omnibus eſt. Comment. 1. notat. 9. n. 11. & 12. 1. pag. 97.

Exponitur illud Ioan. 17. n. 11. Vt ipſi ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus. Item l. 7. Cum velimus §. 1. & 2. De ſumma Trinitate. Notat. 9. n. 18. 1. pag. 100.

Exponitur locus Ioan. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, &c. Epiſtol. 1. cap. 5. n. 7. notat. 9. n. 20. 1. pag. 101.

Exterior Eccleſiæ propoſitio non concurrit ad actum fidei; vt cauſa formalis, neque vt efficiens, ſed vt conditio ad credendum prærequiſita. Diſput. 1. quæſt. 4. ſect. 4. numero 12. 1. pag. 344.

Extrauagantium diſpoſitio declaratur. Proluſionis cap. 6. n. 1. 1. pag. 23.

Extrauagantes corpori iuris inſertæ, vel in tomis bullarum contentæ, faciunt fidem. ibid. numero 2. 1. pag. 23.

Præterea extrauagantes non eſt opus vt producantur. ibidem. Et contra illas ſententia eſt nulla. ibidem.

Extrauagantes, quando faciunt fidem in curia, & extra curiam ibid. n. 4. 1. pag. 24.

In archiuio publico aſſeruatæ vſu receptæ præſumuntur. ibid. n. 3. 1. pag. 23.

F

FAcilitas nimia in credendo reprobatur. Commentat 4. notat. 9. n. 4. 2. pag. 242.

Facta pro infectis à iure reputantur. ibidem, Diſp. 4. quæſt. 3. ſect. 6. n. 3. 2. pag. 310.

Falſa pro veris in rebus ſacris inculcans grauiter peccat. Commentat. 4. notat. 10 num. 7. 2. pag. 248.

Fauorabilis quando dicatur lex. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 4. n. 1. 2. pag. 311.

Fidei vocabulum quid ſignificet. Comment. 1. notat 1. n. 3. 1. pag 32.

Fidei vera, & fidelis confeſſio. Comment. 1. notat. 10. n. 10. & ſequent. 1. pag. 108.

Quando hęc deficit, contra fidem diuerſimode peccatur. Notat. 10. n. 13. 1. pag. 109.

Per aſſenſum, per diſſenſum, non confitendo, & non recipiendo. ibid.

Fidei diuinæ definitio encomiaſtica à Diuo Chriſoſtomo tradita. Diſput. 1 quæſt. 1. num. 1. 1. pag. 138.

Eiuſdem aliæ definitiones explicantur. ibid. ſect. 1. n. 1. & ſequent. 1. pag 138.

Fidei diuinæ ſubiectum & obiectum. Diſp. 1. quæſt. 1. ſect. 1. n. 2. 1. pag 143.

Huius obiectum qua ratione complexum, & incomplexum eſſe poſſit. ibid. n. 3. 1. pag. 144.

Primum, & præcipuum obiectum fidei diuinę Deus eſt, ſub ratione Deitatis, reliqua omnia ad illud dicunt attributionem. ibid. n. 4. & ſequent. 1. pag. 144.

Habitudo ſecundarij obiecti ad primarium non eſt effectus ad cauſam, neque creaturæ ad Deum; vnde proueniat. ibid. n. 8. 1. pag. 145.

Noſtra ſalus non eſt ſimul cum Deo obiectum attributionis fidei diuinæ. ibidem. numero 9. 1. pag. 146.

Probabile eſt non eſſe poſſibile obiectum ſecundarium, quod non dicat habitudinem attributionis ad primarium, ſed multo probabilior eſt oppoſita ſententia, quæ latè probatur. ibid. ſect. 2. n. 11. & ſequent. 1. pag. 147.

Fidei veritates omnes ſunt æque credibiles credibilitate propria, quæ à ratione motiua accipitur. Diſput. 1. quæſt. 1. ſect. 3. num. 1. & 2. 1. pag. 150.

Credibilitate minus propria quæ à præſtantia obiecti materialis deſumitur, diuina magis credibilia ſunt, quam creata. ibid. numero 3. 1. pag. 151.

Fidei omnia enunciabilia æque immediate credibilia eſſe, & nullum ad reliqua ſupponendum melior opinio docet. ibid. num. 4. & ſequent. 1. pag. 152.

Fidei falſum ſubeſſe non poteſt. ibid. ſect. 4. n. 18. & ſequent. 1. pag. 162.

Vbi vera huius rei ratio datur, & minus probabiles excluduntur. ibid. n. 20. & ſequent. 1. pag. 163.

Fidei actum non terminat obiectum euidenter cognitum, etiam abſtractiuè. Diſp. 1. quęſt. 1. ſect. 5. n. 11. 1. pag 171.

Argumenta in Contrarium ſoluuntur. ibid. n. 12. & ſequent. 1. pag 171.

Fidei medium concurrens cum medio ſcientiæ tertium actum producunt, ſcientia certiorem, & fidei aſſenſu clariorem. Diſp. 1. quæſt. 1. ſect 5. n. 18. 1. pag. 173.

Fidei habitus ad hunc tertium actum inadæquatè concurrit: ſimiliter habitus ſcientiæ. ibid. n. 22. 1. pag. 174.

Hic tertius actus non gignit habitum; Per illum tamen intenditur fides meritorie. ibid. oppoſita argumenta ſoluuntur. ibid. n. 23. & ſequent. 1. pag 175.

Fidei obiectum non deſtruitur per remotam, & radicalem euidentiam medij ſcientifici, ſed per formalem ipſius actus. ibidem. numero 26. 1. pag. 176.

Fidei

Fidei myſteria, & Euangelica Doctrina ſunt euidenter credibilia. Diſp 1.quæſt.1.ſect.6.Per totam. 1.pag.177.

Fidei articulus quis ſit. Diſp.1.quæſt.1.ſect.8. n.11. & ſequent. 1.pag.190.

Fidei ſymbolum quod ſit? & triplex declaratur. v.g. Apoſtolorum, Nicænum, & Athanaſij. ibid.n.13.& ſequent. 1.pag.191.

Fidei forma habitualis ſeu actualis declaratur prout ſubſtat aliis formis non realiter diſtinctis. Diſput 1.quæſt.2.n 1. 1.pag.193.

Fidei diuinæ obiectum formale ſub quo, quodnam ſit. Quæſt. 2. ſect.1. numero 8. & 9. 1.pag.196.

Item propter quod. Sect.1.n.6. 1.pag.200.

Fidei actus informis non differt ab actu formatæ; per aliquid intrinſecum phyſicè, ſed extrinſecum moraliter. Diſput. 1. quæſt.3.ſect 3. numero 4. 2.pag.246.

Fidei aſſenſus in entitate, & quoad ſubſtantiam eſt ſupernaturalis. Diſp. 1. quæſt.3.ſect.5. n. 2. & ſequent. 1.pag.263.

Neque per vires naturæ ſimilis aſſenſus in ſpecie fieri poteſt. ibid.n.5. 1.pag.265.

Diſtinguitur ab aſſenſu fidei acquiſitæ per ſuam rationem motiuam: nempè verum Dei teſtimonium.ibid. n 8. 1.pag.266.

Fidei actus, qui primum fit ab adulto ante baptiſmum non fit ab habitu. Idem dicendum quando actus eſt intenſior, quam habitus actiuitas efficere poteſt. Diſput. 1. quæſt.3.ſect.5. numero 18. 1.pag.270.

Fidei habitus non modo poteſtatem, ſed etiam facilitatem ad actus confert. ibid. numero 22. 1.pag.272.

Intenditur per actus aliarum virtutum infuſarum. Diſp.1.quæſt 3.ſect.5.n.23. 1.pag 273.

Fidei aſſenſus an diſcurſiuus ſit: controuertitur ſententia negans vera. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect.6. à n.1.Per totam. 1.pag.273.

Fidei propoſitiones ſunt veluti prima principia. ibid. n. 4. 1.pag.274.& ſequent.

Non pendent ex cognitione bonæ illationis. ibid.n.6.item n.8. 1.pag.276.& 177.

Fides interna paſſionis tempore, in Apoſtolis perſeuerauit. Diſp.1.q.4.ſect.2.n.12.1 pag.330.

Fidei exterior.propoſitio nibil conducit, niſi intenſiori illuminatione Deus hominum mentes colluſtret. Diſp.1.q.4.ſect.4.n. 2. 1.pag.339.

Fidei veritati repugnat ſigna erroris contrarij oſtendere. Diſp.2 q.4.ſect.9.n.6.2.pag.122.

Fideles ad credendum non opus eſt vt à Deo immediate doceantur. Diſp. 1. quæſt.4.ſect.4. numero 1. 1.pag.339.

In tribus tamen euentis poteſt id contingere. ibid. eodem n 1. 1.pag.339.

Fideles tenentur ex præcepto credere omnes articulos fidei qui cootinentur in ſymbolo ſecundum cuiuſque mentis captum. Diſput. 1. quæſt.5.ſect.3.n.8. & ſequent. 1.pag.372.

Alia notantur, quæ ex præcepto credere oportet. ibid. n. 20. & 21. 2.pag 373.

In Epiſcopis, & parochis maior horum noticia requiritur. ibid.n.12. 1.pag. 374.

Fideles quomodo, & quando ad hæc credenda obligentur. ibid.n.23. 1.pag.375.

Fidelis tantam concipere poteſt euidentiam credibilitatis in myſteriis fidei, vt illis nequeat diſſentire. Diſp.1.quæſt.1.ſect.6.n.13.1.pag.182.

Fidelis non poteſt cognoſcere certiſſimè ſuum fidei actum, Diſp.1.q.3.ſect.5.n.10.1.pag.267.

Fidem vnam eſſe ratio Theologica demonſtrat. Diſp.1.quæſt.1.ſect.1.n.5. 1.pag.140.

Fidem recipiens Philoſophus tenetur credere quod Deus eſt. Diſp.2.q.1.ſect.5.n.15.1.p.172.

Fidem habuerunt Beata Virgo, & Apoſtoli de illis quæ euidenter cognouerunt. ibid.n. 17. 1.pag.173.

Sed pro tunc ceſſabant à cognitione euidenti illius obiecti crediti. ibid.

Fidem diuinam ſe habere non tenentur, neque poſſunt fideles certo ſcire, niſi morali certitudine. Diſp.1.q.5. ſect.3.n.16. & ſeq.1.pag.376.

Fides Catholica quæ ſit. Comment.1.notat.1. numero 4. 1.pag.32.

In fide dubius, hæreticus reputatur. Commentat.notat.11.n.29. 1.pag.116.

Fides Theologica à Diuo Paulo bene deſcribitur. Diſp.1.q.1.ſect.1.n 8. & ſeq.1.pag.142.

Circa hanc definitionem aliqua notantur in gloſſa Magna, quæ non rectè ſe habent. ibid. numero 11. 1.pag.143.

Fides eadem quoad ſubſtantiam, & per ſe ſumpta, quæ ab initio cæpit hucuſque perſeuerat. Diſp.1,quæſt.1.ſect.8.n.2. 1.pag.187.

Perſeuerauit ſaltem in Capitibus Eccleſiæ vſque ad ſtatum legis gratiæ.n.3. 1.pag.187.

Fides non ſolum reſpectiue ad perſonas populi quoad ſubſtantiam, ſed etiam quo ad fidem explicitam ſucceſſu temporis aucta eſt. Diſp.1. quæſt.1.ſect.8.n.4. 1.pag.188.

Fides habitualis eſt vna qualitas ſimplex: ſine fundamento diſtinguitur aliud lumen infuſum ad aſſentiendum reuelatis. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect.2.n.1. & 2. 1.pag.140.

Fides informis virtus eſt intellectualis, ſed non ſtatus perfectæ virtutis. Diſp. 1. quæſt.4.ſect.2. numero 6. 1.pag.242.

Quomodo formetur, & formata ab informi diſtinguatur. ibid.ſect.3.n.1. 1.pag.244.

De hac re errores aliqui, & falſæ opiniones reijciuntur. ibid.n.2.& ſequent. 1.pag.245.

Fides habitualis permanet in animabus in Purgatorio exiſtentibus, non in damnatis. Diſp.1.quæſt.3.ſect.4.n.10. 1.pag 255.

Contraria tamen opinio non meretur cenſuram, niſi falſitatis. Numero 11. 1.pag.255.

In damnatis non manet de facto; de potentia manere poteſt; idem dicendum de Beatis. In quibus tamen neque de potentia manere poteſt actualis fides de obiecto euidenter cognito, ſed de obſcuro. Numero 14. & 15. 1.pag.257.

Deperditur per vnum actum infidelitatis, non tamen phyſice, neque ſolum demeritoriè, ſed formaliter ex natura rei. ibidem à numero 16. vſque ad 23. 1.pag 258. vſque ad pag.261.

Item gradualem intenſionem admittit, ſed per quemlibet actum infidelitatis totus amittitur, non per aliud peccatum neque per ceſſationem actuum. ibid.n.24. 1.pag.262.

Fides falſa eſt, quæ naſcitur ex affectu ſolius lucri temporalis. Diſp. 1. quæſt.3. ſect.10.n.23. 1.pag.316.

Fides noſtra non reſoluitur in authoritatem Eccleſię, tamquam cauſam formalem, licet quoad nos in Eccleſiæ propoſitione tanquam in ef-

KKkk ij

fectu Dei authoritas reluceat. Diſp. 1. quæſt. 4. ſect 4. n. 14. & ſequent. 1. pag. 344.

Neque reſoluitur in eandem authoritatem Eccleſię, tanquam in cauſam efficientem phyſicam, vel moralem. ibid. n. 16. 1. pag. 346.

Fides humana non antecedit neceſſario aſſenſum fidei diuinæ. Diſp. 1. quæſt. 4. ſect. 4. n. 57. 1. pag. 346.

Fides ſupernaturalis in qualibet lege, & omni tempore fuit neceſſarium medium ad ſalutem. Diſp. 1. q. 5. ſect. 1. n. 1. & ſeq. 1. pag. 349.

Fides in voto non ſufficit ad ſalutē, in quo differt à baptiſmo. Diſp. 1. q. 5. ſect. 1. n. 8. 1. p. 353.

Fides explicita, & implicita declaratur. Eadem quæſt. 5. ſect. 1. n. 1. 1. pag. 354.

Fides eorum, quæ per lumen naturale cognoſcuntur, medium eſt neceſſarium ad ſalutem. ibid. n. 8. 1. pag. 357.

Fides Chriſti quomodo neceſſaria ſit ad ſalutem poſt eius aduentum, & ante illum. ibid n. 12. & ſequent. 1. pag. 359.

Fides actualis, & formalis ſemper præcedere debet primam iuſtificationem adulti ſecundam, & reliquam ſubſequentem habitualis præcedere tantum poteſt. Eadem quæſt. 5. ſect. 2 n. 25. 1. pag. 366.

Fiducia hæreticorum confutatur. Diſput. 1. quæſt. 1. ſect. 1. n. 4. 1. pag. 140.

Filij proprietas eſt perſonam eſſe genitam ſpeciali excellentia, quæ in nullo alio filio reperitur. Commentat. 1. notat. 3. n. 13. 1. pag. 45.

Filij diſpoſitio quando extenditur ad Patrem, vel è contra. Diſp. 4. q. 3. ſect. 8. n. 6. 2. pag. 331.

Finctio quando non eſt vtilis, ius non ſolet fingere. Diſp. 4. quæſt. 3. ſect 6. n. 4. 2. pag. 320.

Finalis cauſa diuinæ fidei oſtenditur remiſſiue. Diſput. 1. n. 1. 1. pag. 137.

Finis diuiſio in finem cuius, & cui. Commentat. 3. n. 2. 1. pag. 143.

Finis diuini iuris quis ſit. Humani vero finis in proximum, & remotum diuiditur, vterque in conſtitutione conſideratur. Diſput. 3. in principio. 2. pag. 157.

Finis quo remouentur ea, quæ ſunt ad finem. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 5 n. 4. 2. pag. 315.

Fornicatio, ſimplex, & vagus concubitus mortale eſt peccatum, & traditur ratio. Comment. 2. notat. 7. n. 4. 2. pag. 5.

Fortuiti caſus quomodo in contractu intelligantur incluſi. Diſp 3. q. 4. ſect. 2. n. 6. 2. p. 214.

Fuga aliquando laudabilis in perſecutione Eccleſiæ; imo ex præcepto neceſſaria. Diſput. 1. quæſt. 5. ſect. 4. n. 19. & 25. 1. pag. 386. & 388.

Fugere, vel abſcondere ſe fidelibus licet, ne cum vitæ periculo coram tyranno fidem profiteri cogantur. Quod aliqua indiget moderatione. Diſput. 1. quæſt 5. ſect. 4 n. 18. 1. pag. 385.

Futura contingentia quomodo cognoſcantur à Chriſto Domino extra viſionem beatam. Diſp. 1. quæſt. 2. ſect. 7. n. 17. 1. pag. 230.

G

Generatio viuentis propriiſſime conuenit proceſſioni ſecundæ perſonę. Comment. 1. notat. 5. n. 17. & ſequenti.

Generationis diuinæ diſcrimen à generationibus creatis. ibid. notat. 3. n. 33. 1. pag. 52.

Genus hominum naturali iure, & moribus gubernatur. Comment. 2. notat. 5. n 1. 2. pag 2.

Gloſſa Decreti, quam habeat authoritatem. Proluſ cap. 7. n. 4. 1. pag 26.

Gloſſa ſibi contraria oſtenditur. Comment. 2. notat. 12. n. 9. 2. pag 14.

Gratia habitualis permanens in baptiſmo infunditur; item virtutes Theologicæ, fides, ſpes & charitas tam paruulis, quam adultis Commentat. 1. notat. 11. n. 25. & ſequent. 1. pag. 119.

Idem dicendum ſecundum meliorem ſententiam de virtutibus moralibus infuſis. Num. 58. 1. pag. 121.

Gratia, & alia accidentia ſupernaturalia non creantur, ſed educuntur à potentia ſupernaturali ſubiecti. Diſp 1. q 3. ſect. 1. n. 3. 1. pag. 134.

Gratia diuina dupliciter concurrit ad actus meritorios iuſti. Diſp. 2. q. 1. ſect. 2. n. 7. 2. p. 25.

Gratia, ſeu priuilegium ad ſui valorem non requirit ſcripturam, ſed vt proſit in foro externo. Diſp. 4 q. 4. ſect. 4. n. 51. 2. pag. 354.

Gratiam ſanctificantem & virtutes in baptiſmo omnibus fidelibus, qui obicem non ponunt infundi de fide eſt. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect. 1. n. 1. & 2. 1. pag 231.

Gratianus Decreti compilator fuit. Proluſ. cap. 7. n. 5. 1. pag. 24.

Quis fuerit, quando, & vbi decretū edidit ibid.

Gregorius Nonus ex qua familia fuerit. Proluſionis cap. 5. n 2. 2. pag. 2.

Gubernantis ſolicitudo. Proluſ. c. 3. n. 3 1. p. 10.

H

Habitum erroris Deus infundere non poteſt, multo minus aſſenſum erroneum in ſubiecto per illum intelligente. Diſp. 1. quæſt. 1. ſect. 4. n. 10. 1. pag. 158.

Habitum erroris, & vitij cur Deus ſe ſolo conſeruet, non tamen infundat. ibid. n. 17. 1. pag. 161.

Habitus fidei non pugnat cum habitu, vel actu ſcientiæ; neque habitus ſcientiæ cum habitu, vel actu fidei. Diſp. 1. q. 1. ſect. 5. n. 4. 1. pag 168.

Habitus fidei eſt ſupernaturalis quoad entitatem. Diſp. 1. quæſt. 3. ſect. 1. n. 3. 1. pag. 134.

Non producitur; neque intenditur per actus phyſice, ſed meritorie. ibid. n. 4. & ſeq 1. pag. 135.

Habitus infuſi ſunt ad inſtar potentiarum, & cauſæ æquiuocæ principalis ſuorum actuum. ibid. n. 7. 1. pag. 136.

Habitus fidei etiam in peccatore intendi poteſt diſpoſitiue, & meritorie. ibid. n. 8. 1. pag 136.

Intenſior eſſe poteſt in peccatore, quam in iuſto ibid. n. 9. 1. pag 237.

In iuſto remiſſior eſſe nequit, quam charitas, & aliæ virtutes infuſæ. ibid. 10. 1. pag. 137.

Eſt vna qualitas ſimplex reſidens in intellectu. Diſp. 1. quæſt 3. ſect. 2 n. 1 & 2. 1. pag. 240.

Etiamſi ſit formaliter vna qualitas ſimplex, ſpeculatiuus eſt ſimul, & practicus. ibid. nu. 4. 1. pag. 241.

Eſt virtus intellectualis. ibid n. 5. 1. pag 242.

Habitus pœnitentiæ non manet informis, ſicut habitus fidei. Diſp. 1. q. 3 ſect. 3. n. 7. 1. pag. 248.

Habitus piæ affectionis conſeruatur informis, non tamen habitus prudentiæ ſupernaturalis. ibid. n 8. 1. pag. 248.

Habitus fidei informis infunditur ante, vel poſt baptiſmum poſita diſpoſitione propria. Videlicet actu fidei. ibid. n. 11. & ſeq. 1. pag. 149.

Habitus

Digitized by Google

Habitus Theologiæ non eſt ſimplex qualitas, ſed ex multis coaleſcit ſcientia Theologiæ. Diſp.1.quæſt 3.ſect 6.n.14. 1.pag 279.

Quomodo diſcriminatur ab habitu fidei. ibid.

Habitus Theologicus manere poteſt in hæretico, ſed non eliciet aſſenſum Theologicum in hæretici intellectu.ibid.n.17. 1.pag.280.

Habitus ſpecialis datur in voluntate ad producendum connaturali modo affectum piæ affectionis.Diſp 1 quæſt.3.ſect 10.n.8. 1.pag 313.

Eſt ſupernaturalis; producitur, intenditur, conſeruatur, & deperditur eodem modo, quo habitus fidei.ibid. & n 9. 1.pag.314.

Hæreticorum libri in quibus caſibus poſſunt allegari.Comment 1.not.9.n.25. 1 pag 103.

Hæres non eſt cogendus in dubio ad maius legatum perſoluendum; quando legata cedunt non in Eccleſiæ ornatum, ſed in vtilitatem perſonarum Eccleſiaſticarum. Diſput. 3. quæſt. 2. ſect 1 n.5.& 6. 2.pag 171.a 172.

Hæreticus niſi ſigno externo hæreſim manifeſtet non incurrit Cenſuram. Diſp. 4. quæſt. 1. ſect. 7. n 2. 2 pag.269.

Non ſufficit ſignum indifferens. ibid.

Hæreticus quis dicatur. Comment, 1. not. 9. numero 22. 1 pag.101.

Hæretici publici ſunt extra Eccleſiam, non tamen occulti. Diſput.1.quæſt. 4.ſect.1. n. 3. 1. pag 318.

Occulti quando tolerantur in præfectura iuriſdictionem habent Eccleſiaſticam, & actus validos faciunt. Idem de ſchiſmaticis, & excommunicatis dicendum. ibid.numero 4. & 5. 1.pag. 319.

Hominis creatio multis errandi occaſionem dedit. Commentat.1.notat.4.n.15. 1.pag.62.

Homo diaboli ſuggeſtione deceptus. Commentat.1.notat.4 n.16. 1.pag.62.

Homo purus condignam ſatisfactionem pro mortali, Deo reddere non poteſt.Commentat.1. notat.8.n.12. 1.pag.90.

Homo in omni ſtatu ſalutem comparat fide viua.ibid.n.18. 1.pag.93.

Horæ canonicæ qua attentione recitandæ ſunt. Item quomodo audiendum eſt ſacrum. Diſput.4.quæſt.1.ſect.7.numero 6.& ſequent. 2.pag.271.

In his recitandis qui libere diſtrahitur non facit fructus ſuos ibid.n 8. 2.pag.271.

Humanitas Chriſti aſſumpta eſt omni prorſus peccato immunis. Commentat. 1. notat.11. numero 12. 1.pag.114.

I

Iehu de zelo laudatur, non de mendacio. Diſp.3.quæſt 5.ſect.4.n 6. 1.pag 380.

Ieiunium quadrageſimale Teleſphorus Pontifex inſtituit. Comment.3.not 5.n 5. 2.pag.155.

Ieremias cur à Matthæo citetur pro Zacharia. Diſp.4.quæſt.4 ſect 2.n 4. 2.pag 339.

Ignorantia, quæ excuſet & quæ non. Comment. 1. notat. 10.n. 12. 1.pag.108.

Ignorantia inuincibilis dari poteſt tam in infidelibus, quam in ruſticis, de iis, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem. Diſp. 1. quæſt. 5 ſect.1.n.6. 1. pag. 352.

Ignorantia iuris naturalis datur: non tamen quoad principia, & concluſiones illius notiſſimas, qualia ſunt præcepta decalogi. Diſput.4. quæſt.1.ſect 2.n.2. 2.pag.254.

Illuminatio interior Spiritus ſancti lex priuata dicitur. Diſp.4.quæſt. 1. ſect.1.numero 4. 2. pag 252.

Imperator diuerſis titulos in proœmiis arroganter coacervat. Proluſ.cap.5.n 5. 1.pag.18.

Impoſſibilia ſuſcipiunt magis, & minus. Diſput. 1. quæſt.3.ſect.7 n.8. 1.pag.284.

Impoſſibile iudicatur pendens à voluntate legis latoris, & quod facile non conceditur. Diſp. 3. quæſt.4.ſect.2.n.5. 2.pag.213.

Impoſſibilitas quotuplex ſit, & ex qua oriri poſſit obligatio. Diſp. 3. quæſt. 4. ſect.1.n.2. & ſequent. Per tot. 2.pag.208.& ſequent.

Incarnationis myſterium, & nomen à multis conciliis vſurpatur. Commentat. 1. notat. 5. numero 7. 1.pag.66.

Incarnatio quid ſit. ibid. n. 8. 1. pag. 66.

In euidentia negatiua, vel relatiua ex parte obiecti, eſt conditio neceſſario comitans obiectum cauſans ineuidentiam in actu fidei diuinæ. Diſput.1.quæſt.2.ſect.1.à num.10. vſque ad 12. 1.pag 197 & 198.

Iniuria non fit ſine animo iniuriæ irrogandæ. Comment 3 notat.3.n.11. 2.pag.150.

Inſtantia quotuplex ſit, & quæ ſit inſtantia cauſæ de iure communi, vel de particulari, ſeu compromiſſo, & quando incipit. Diſput. 4. quæſt.3 ſect.2.n.1. 2.pag.302.

Quando finiatur, ſeu prorogetur.ibid.& n.2. 2.pag.303.

Quid in vtroque vere dicendum. ibidem.

Inſtantiæ terminum ſuſtulit ius ciuile, & ad vſum fori Eccleſiaſtici reduxit. ibid.n. 8. & ſequent. 2.pag 305.

De hoc puncto quid ſentiat Concil. Tridentinum.ibid.n.12. 2.pag.306.

Inſtitutio excludens fœminas ab hæreditate ſimpliciter, eſt odioſa. Diſput.4.quæſt.2.ſect.4. numero 7. 2.pag.293.

Inſtrumentum autenticum, quando amittitur, vel in dubium reuocatur, quid agendum. Comment 4.not.10.n.4. 2.pag.246.

Intellectus non concurrit effectiue ad actum fidei diuinæ, vt virtus pure naturalis, ſed obedientialis.Diſp.1.quæſt 3.ſect.8.n.5. 1.pag.291.

Intentio formalis neceſſaria non eſt adhoc vt præceptum impleatur: ſufficit virtualis.Diſp.4. quæſt.1.ſect.8.n.6. 2.pag.276.

Interpretatio diſtinguitur ab æquitate.Diſp.2. quæſt.2.ſect.4.n.6. 2.pag 52.

Interpretatio lata debet fieri, vbi agitur de remuneratione. Diſput.3.quæſt.2.ſect.4.num.6. 2.pag.178.

Interpretationem recipit conſtitutio ex ſimilitudine rationis, vel negotij connexione. Commentat 4 notat.1.n.3. 2.pag.229.

Interrogatio negatiuæ enuntiationis vim habet. Diſp.2.quæſt.4.ſect.3. n. 3. 2.pag.80.

Ioachimus Abbas quis fuerit, cuius errores hic notantur. Comment. 1. notat.9.n.2.& 4.& 22. 1.pag.94.& pag.101.

Illius prophetiæ de aliquibus religioſorum familiis etiam ſocietatis Ieſu notantur. ibid. n.3. 1. pag 94.

Ioachimus excuſatur, quia ſua ſcripta ſubmi-

ſit Eccleſiæ. Commentat.1.notat.9.n.4. & 22. pag.94.& pag.101.

Ioachimi error de diſtinctione relationum diuinarum ab eſſentia, confutatur. Comment 1. notat.9.n.7.& 8. 1.pag.95.

Ioannes 22. prædeceſſoris conſtitutiones confirmauit. Proluſ.cap.5.numero 1. 1.pag.17.

Idem non ſuum, ſed Clementis nomen conſtitutionibus indidit.ibid.n.2. 1.pag.17.

Irregularitas de ſua propria ratione non eſt pœna. Comment.1.notat.6.n.2. 1.pag.69.

Iudex dubitans de extrauagante allegata quid faciet. Proluſ cap 6 n.5. 1.pag.24.

Iudex proferens ſententiam contra vnum à quo libet poteſt conueniri; vt eadem vtatur. Comment.3.not.3.n.8. 2.pag.150.

Iudex appellationis tenetur forum, ſtylum,& conſuetudinem appellantis obſeruare, niſi ſupremus iudex ſit, tunc enim iuxta conſcientiam iudicabit. Commentat.3.notat.5.num.2. 2.pag.155.

Iudicans doloſe magiſtratus, vel aſſeſſor, quando pœnam incurrit. Comment.3. notat.3. n 10. & 11. 2.pag.150.

Iudicium particulare ſubditum determinat ad licite operandum in dubio de honeſtate rei præceptæ. Diſp.3.q.4.ſect.4.n.9. 2.pag.223.

Eſt diſcrimen in dubio proueniente à ſuperioris præcepto, & ab amici conſilio. ibid.n.10. 2.pag.224.

Iudicium arbitriis melius, quam legibus gubernatur. Proluſ. cap.1 n.7. 1.pag.6.

Iudicium de honeſtate obiecti antecedens non requiritur, ne opus ſit contra conſcientiam, & peccaminoſum, etiamſi præceſſerit error, ſi operans illius non recordatur. Comment.1.notat.2. numero 7. 1.pag.35.

Iudicium vniuerſale contra diuerſas hæreſes confirmatur. Comment.1.not.6.n.1. 1.pag.73.

Iudicium de credibilitate obiecti fidei non oritur ab habitu fidei, neque à prudentia ſupernaturali, ſeu acquiſita; ſed ab ſpeculatiua ſcientia à præſteriori. Diſput.1. quæſt.1. ſect.7.n.3. & ſequent. 1. pag.184. & ſequent.

Iudicium tam in pronunciando, quam in decidendo per canones regulatur. Comment.1. notat.4. n.3. 2 pag.2.

Iuris poſitiui neceſſitas. Proluſ.cap.2.num.1. 1.pag.4.

Item numero 8. 1.pag 6.

Illius encomia. Numero 9. 1.pag.7.

Iuris Etymologia, eiuſque ſpecies declaratur. Commentat.1.notat.6.numero 1. & ſequent. 1.pag.68.& ſequent.

Iuris Quiritum diuerſa genera declarantur; in quibus eſt lex, plebis-ſcitum, ſenatus-conſultum, & conſtitutio. Comment.1.notat.9.Per totam. 1.pag.93.

Iuris acceptiones explicantur: & ius definitur pro vt obiectum iuſtitiæ conſtituit diſtinctum ab obiecto legis. Diſput.2. quæſt.2.ſect.1.n.1. 2. pag.38.

Iuris Romanorum excellentia ſuper reliqua. Diſp 2.quæſt.5.ſect.2.n.3. 2.pag.115.

Iuris ſpecies numerantur.ibid.n.7. 2.pag.126.

Et ſect 3.numero 2. 2.pag.136.

Iuris naturalis immutabilitas demonſtratur. Commentat.4.notat.3.n.1. 2.pag.134.

Ius canonicum definitur, & diſtinguitur à ciuili. Diſp.2.quæſt.5.ſect.2.n.1. 2.pag.124.

Ius canonicum ampliationem authenticæ, vt factæ, confirmauit. Diſp.4.quæſt.5.ſect.3.n.8. 2.pag.363.

Ius ciuile diuerſimode accipitur, & definitur. Commment.2.notat.7.n.5. 2.pag.5.

Ius militare, ius ſacrorum, ius magiſtratuum exponitur. Commentat.2.notat.8.n.2.& 3. 2.pag.6.& 7.

Ius ciuile, & ius gentium, in quo conueniant, & differant. Diſput.2.quæſt.3.ſect.6.num.3. 2.pag 72.

Ius ciuile ſcripſerunt homines conſulta lege naturali. Diſp.2.quæſt.4.ſect.2.n 4. 2.pag.78.

Ius ciuile finem reſpicit naturalem. Diſput.3. quæſt.1.ſect.5.n 1. 2.pag.167.

Felicitatem nimirum naturalem 1. & per ſe. ibid.n.2. 2.pag 168.

Prout vero à principe Chriſtiano dirigitur, & canonico iuri coniungitur, huius, & alterius vitæ felicitatem reſpicere poteſt. ibid.n.3.& 4. 2.pag.168.

A canonico authoritatem mutuatur; & hoc ab illo iuuatur.ibid n.5. 2.pag.169.

Seorſim deceptum etiam in principe Chriſtiano diuerſum finem habet à Canonico. ibid. numero 6. 2.pag.169.

Ius commune cenſetur eſſe in pectore pontificis. Diſput.4. quæſt.4. ſect.2. numero 10. 2.pag.342.

Ius commutatiuum rigoroſum eſt obiectum diuinæ iuſtitiæ. Diſput.2.quæſt.1. ſect.5.n.2. 2.pag.23.

Ius commutatiuum eſt rigoroſum ius; conſtituitque æqualitatem arithmeticam; diſtributiuum eſt minus rigoroſum; & conſtituit æqualitatem geometricam. Diſput.2.quæſt.1. ſect.2.n.4. 2.pag.23.

Ius diuinum proprie ſumptum, & late quod nam ſit. Diſput.2.quæſt.4.ſect.4.n.3.& ſequent. 2.pag.83.

Ius diuinum eſt, quod à Deo procedit immediate. Diſp.2.quæſt.5.ſect.1.n.1. 2.pag.123.

Huius differentiæ à iure humano.

Ius gentium exemplariter declaratur. Commentat.2.notat.7.n.6. 2.pag.6.

Ius gentium an ſpectet ad naturale, vel ad poſitiuum. Diſput.2. quæſt.3. citata ſect.5. 2.pag.64.

Item ſect.4. 2.pag.66.

Ius gentium, in quo conueniat, vel differat à naturali.ibid.ſect.6.n.1.& 2. 2.pag.71.

Ius humanum aliquos actus omnium virtutum præcipere poteſt: non tamen omnes. Diſput.4.quæſt.1.ſect.3.n.10.& ſequent. 2.pag.258.

Qui actus iſti ſint, qui poſſint præcipi iure humano. Tota ſect.4.declaratur. 2.pag.260.

Ius in diuinum, & humanum adæquate diuiditur. Comment.1.notat.5.n.2. 1.pag.65.

Ius in naturale, gentium, & ciuile diuiditur. Comment.2.notat.7.n.1. 2.pag.4.

Ius naturale, quid ſit. Comment.2.notat.5. numero 1. 2.pag.2.

Ius naturale brutis attribuitur abuſiue. Commentat.2.notat.7.n.1. 2.pag.5.

Ius naturale, & poſitiuum tam in veteri, quam

quam in nouo teſtamento continetur ; à naturali oriebantur præcepta cæremonialia quantum ad ſignificationem. Comment. 4. notat. 7. numero 2. 2. pag. 239.

Ius naturale, ſeu diuinum cuilibet humanæ conſtitutioni eſt præferendum. Commentat. 4. notat. 8. n. 1. a. pag. 240.

Ius naturale non reſtringitur, nec limitatur à poteſtate humana contra multos, qui id docent in ſeruitute, in vſu capione, in præſcriptione, & in occiſione. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 8. à n. 2. vſque ad finem. 2. pag. 274.

Ius naturale duplex eſt ; vnum præceptiuum, alterum permiſſiuum. Diſp. 4. quæſt. 2. ſect. 3. numero 1. 2. pag. 287.

Ius naturale interpretationem admittit : ſed non Epychiam ; quamuis interpretatio iuris naturalis contenta in lege Epychiam non excludat. Diſp. 2. quæſt. 2. ſect. 4. n. 7. a. pag. 52.

Ius paternum, ſterile, & vxorium quodnam ſit. Diſp. 2. quæſt. 2. ſect. 2. n. 7. 2 pag. 42.

Ius prout obiectom eſt legis, ita ex æquo illi reſpondet, vt pro ipſa lege accipiatur. Diſput. 2. quæſt. 3. n. 1. & 2. 2. pag. 54.

Ius publicum à priuato differt. Diſput. 3. quæſt. 2. ſect. 1. n. 5. 2. pag. 160.

Ius Quiritum, quodnam ſit. Comment. 1. notat. 8. n. 5. 1. pag. 88.

Iuſtitia formalis, & propria datur in Deo prout abſtrahit à Commutatiua, diſtributiua & legali. Diſp. 2. quæſt. 1. ſect. 1. n. 5. 2. pag. 16.

Iuſtitia commutatiua non requirit mutuum datum, & acceptum, neque contra paſſum. Diſput. 2. quæſt. 1. ſect. 3. n. 3. 2. pag. 23.

Iuſtitia Dei ſupercommutatiua à commutatiua hominis diſtinguitur. Diſput. 2. quæſt. 1. ſect. 3. n. 5. 2. pag. 24.

Iuſtitia Chriſti erga Deum eiuſdem eſt ſpeciei cum noſtra. Diſput. 2. quæſt. 1. ſect. 4. n. 6. 2. pag. 26.

Iuſtitia diſtributiua quomodo ſit in Deo. Diſp. 1. quæſt. 1. ſect. 6. per totam. 1. pag. 177.

Iuſtitia legalis in Deo eſt proprie dicta. Diſp. 1. quæſt. 1. ſect. 7. n. 2. a. pag. 184.

Diſtincta à prudentiali. ibid.

Iuſtitia punitiua formaliter in Deo conceditur, ſed ius quod reſpicit ad commutatiuum, vel legale ſpectat. Diſp. a. quæſt. 1. ſect. 7. n. 4. 1. pag. 184.

Iuſtitia diſtributiua humana in quibus negotiis verſetur. Diſput. 2. quæſt. 2. ſect. 1. n. 4. a. pag. 40.

Iuſtitiæ obligatio oritur in Deo ex ſimplici promiſſione, & ex pacto. Diſp. 2. quæſt. 1. ſect. 1. numero 6. a. pag. 17.

Imo etiam ex ſoppoſitione alicuius liberæ determinationis diuinæ. ibid. numero 9. & 11. 2. pag. 18. & 19.

Iuſtitiæ commutatiuæ ratio abſtracta à creata, & increata, non eſt limitanda ad materiam, modumve dandi. Diſput. 2. quæſt. 2. ſect. 4. n. 1. 2. pag. 24.

Iuſtitiæ commutatiuæ actus tam ſoluendo, quam exigendo debitum exercetur. Diſput. 2. quæſt. 1. ſect. 7. n. 7. a. pag. 38.

Iuſtitiæ humanæ propria definitio. Diſp. 2. quæſt. 2. ſect. 1. n. 2. a. pag. 39.

Eiuſdem diuiſio. n. 3. 2. pag. 39.

Ioſtinianus edere fecit digeſta, Codicem bis, & inſtituta. Diſp. a. quæſt 5. ſect. 5. numero 3. a. pag. 137.

L

Legale ius eſt verum, & proprium, & includit perfectiorem debiti rationem, quam ius particulare. Diſput. 2. quæſt. 2. ſect. 2. n. 4. 2. pag. 42.

Legalis iuſtitia eadem eſt in principe, atque in ſubditis : diuiditur in Epychiam, & legalem ſtricte ſumptam. Diſput. 2. quæſt. 2. ſect a. n. 10. 2. pag 44.

Legalis iuſtitia, proprie dicta, eſt in Deo, quæ ius legale proprium intendit. Diſput. a. quæſt. 1. ſect. 7. n. 2. 2. pag. 35.

Item eſt ſpecialis virtus ex ſuo obiecto. Diſp. 2. queſt. 2. ſect. 1. n. 1. & 2. item n. 9. a. pag. 38. & 39.

Legalium vſus quandiu licitus fuerit tempore Apoſtolorum. Diſp. 2. quæſt. 4. ſect. 9. n. 5. 2. pag 111.

De hac re controuerſia : ex Hieronymo, & Auguſtino declaratur. Numero 2. & ſequent. vſque ad 14. 2. pag. 110. vſq. 114.

Legatorum inuiolatorum Religio iure gentium recepta. Diſp. 2. quæſt. 3. ſect. 5. numero 7. 2. pag. 71.

Legem ceſſare in aliqno caſu, & ad illum ſe non extendere legis rationem, non eſt idem. Diſp. 4. quæſt. 3. ſect. 7. n. 4. a. pag. 325.

Leges imperatorum in decreto contentæ quam authoritatem habeant. Proluſ. cap. 7. n. 13. & ſequent. 1. pag. 29.

Leges aliquæ à conditoribus nominantur. Comment. a. notat. 10. n. 2. 2. pag. 9.

Leges Rhodiæ à multis reprobatæ à calumniis vendicantur. Commentat. 2. notat. 11. n. 4. & 5. 2. pag. 11.

Leges ciuiles aliquæ à Moyſeicis præceptis deriuatæ monſtrantur. Diſp. 2. quæſt. 4. ſect. 2. numero 6. 2. pag. 79.

Leges à conditoribus denominantur. Diſp. 2. quæſt. 5. ſect. 3. n. 4. 2. pag. 129.

Leges impiæ ad iuſtorum probationem, & coronam, piæ ad impiorum terrorem, & bonorum diſciplinam promulgantur. Comment. 4. notat. 8. n. 1. 2. pag. 240.

Leges ciuiles in materia Eccleſiaſtica quomodo proceſſerunt, & qua ratione canonizentur. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 9. n. 7. 2. pag. 281.

Leges propter cauſam, vel rationem recipiunt ampliationem, vel limitationem. Diſp. 4. quæſt. 3. ſect. 7. n 1. & ſequent. 2. pag. 324.

Ratio tamen incerta à certa legis diſpoſitiono diſcedere non cogit. ibid. n. 3. 2. pag. 324.

Legis verbis ſtandum, neque defuiſſe rationem legiſlatori præſumendum. Commentat. 2. notat. 6. n. 4. a. pag. 4.

Legis definitiones variæ declarantur, ſed propria ſuo loco tradenda. ibid. n. 5. a. pag. 4.

Legis virtutes quatuor numerantur : præcipere, vetare, permittere, punire. Comment. 2. notat. 12. n. 8. & 10. a. pag. 14.

Legis Etymiologia ex Hebræo. Diſput. 2. quæſt. 3. ſect. 5. n. 1. 2. pag. 54.

Item ex latinitate. ibid. n. 2. 2. pag. 55.

Legis Eſſentia in quo conſiſtat. ibidem ſect. 1.

n. 4. & ſequent. 2.pag.55.

Vbi vsne opinantur auctores.

Legis effectus proprius actuali iudicio accommodatur. Diſput. 2. quæſt. 3. ſect. 2. n. 5. 2.pag.60.

Legis definitio propriiſſima traditur. Diſp.2. quæſt.3.ſect.3.n.4. 2.pag.65.

Si lex duplex eſt naturalis, & poſitiua: cur ius triplex, naturale, gentium, & ciuile. ibid.

Legis nouæ obligatio: cuius auctor fuit Chriſtus Dominus, & huius præcepta quæ ſint. Diſput.2.quæſt.4.ſect.10.numero 1. & 2. 2.pag.116.

Legis diuinæ promulgatio quæ ſit, & quando obligauit omnes Iudæorum ciuitates poſt Chriſti mortem. Diſput. 2. quæſt. 4. ſect. 10. numero 12. & 13. 2.pag.111.

Reliquos omnes quando obligauit. Num.13. 2.pag.121.

Perpetuo eſt duratura; nec augeri poteſt, nec minui. In quo ſenſu dicatur æterna. Num.14. & 15. 2.pag.122.

Legis bonæ conditiones numerantur. Commentat.3.notat.4.n.5.& ſequent. 2.pag.154.

Legis vtilitas, abſolutaque neceſſitas in naturali ſolum reperitur. In poſitiua datur neceſſitas, ſed non abſoluta. Diſput. 3. quæſt. 1. ſect. 2. n. 4. & 6. 2.pag.162.& 163.

Legis verba etiam de præterito, & præſenti futuris negotiis dant formam, niſi id manifeſte caueatur. Diſput. 3. quæſt.1.ſect.4.numero 1. 2.pag.165.

Legis iuſtitia non tollitur per modum operandi minus iuſtum in legiſlatore. Diſput. 3. quæſt.4.ſect.3.n.14. 2.pag.219.

Legis comprehenſio, & extenſio ad caſus propter eandem rationem quomodo fiat. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 7. n. 7. & ſequent. 2.pag.326.

Legis diſpoſitio vniuerſalis diſtinguenda eſt à particulari; verbi gratia, teſtatoris in extenſione ab vno caſu ad alterum, vel ab vna perſona ad alteram. Diſp. 4. quæſt.7.ſect.8.n.16.

Legis promulgatio quatenus neceſſaria ſit. Diſput. 4. quæſt. 5. ſect. 1. & 2. Per totam. 2.pag.356.& pag.359.

Legis diuinæ, & humanæ diſcrimen in promulgationis modo oſtenditur. ibid. numero 5. 2.pag.360.

Legis, vel ſtatuti municipialis vna ſufficit promulgatio in ciuitate præcipua. ibid. ſect.3. numero 2. 2.pag.361.

Legis ſupremi principis, an vna ſufficiat promulgatio in Curia. ibid. n. 3. & ſequent. 2.pag. 362.

In externo foro ad præſumendam ſcientiam, & ſubeundam pœnam in ſingulis prouinciis formalis, ſeu virtualis promulgatio requiritur. ibid. ſect. 3. n. 11. 2.pag.364.

Quæ ſit virtualis promulgatio. ibid. n. 12. 2.pag.365.

Legis irritantis promulgatio notatur; & quando incipiat obligare. Diſput. 4. quæſt. 5. ſect.3 n.1.& ſequent. 2.pag.369.

Legis reuocatio qua promulgatione indigeat. Diſput. 4. quæſt. 5. ſect.5.num.11. & ſequent. 2.pag.373.

Legum varietas quomodo introducta vſque ad Iuſtiniani tempus. Diſput.2.quæſt.3.ſect.5. numero 2. 2.pag.136.

Lex æterna in diuina mente reſidet. Diſp. 2. quæſt. 4. ſect. 1. 2. pag. 73.

Quæ ſit illius definitio. Numero 2. 2.pag.73.

Lex æterna circa quos ſubditos iuriſdictionem exercere poteſt. ibid.n.3. 2.pag.73.

Illius promulgatio, & ſcriptura quomodo differat à lege humana. ibid.n.4. 2.pag.74.

Non dirigit actus Dei, ſed creaturarum rationalium proprie, ad irrationalium, & aliarum actus improprie extenditur. Diſput. 2. quæſt.4.ſect.1.n.7.& ſequent. 2.pag.75.

Ab ea cæteræ leges deriuantur. Diſput. 2. quæſt.4.ſect.2.n. 1.& ſequent. 2.pag.77.

Lex æterna ſolum cum actibus creaturarum intellectualium proprie comparatur, illorumque regula eſt. Diſp.4.quæſt.2.ſect.1.numero 1. 2.pag.281.

Omnes dirigit actus morales. ibidem nu. 2. 2.pag.282.

Non tamen habet reſpectu poſſibilium ſtatutum legis. ibid. Eſt immutabilis in ſe formaliter, partim abſolute; partim ex ſuppoſitione liberi decreti diuini. ibid.n.5. 2.pag.283.

Vnde prouenit eius immutabilitas. ibid. n. 6. 2.pag. 283.

Lex ob ſimilitudinem rationis extenditur ab vno caſu ad alterum omiſſum. Diſp.4.quæſt.3. ſect. 7.n. 8. & 9. 2.pag.316.

Lex canonica ciuilem corrigit, quin faciat illius mentionem. Diſp.4.quæſt.3.ſect.2.n.10. 2.pag.305.

Lex bona fides explicatur. ibid.ſect.4.n.6. 2.pag.313.

Lex contra conſuetudinem fieri poteſt, ſi rationabilis ſit: ſed conſuetudo continuata contra legem præualet. Comment.3.notat.4.n.4. 2.pag.153.

Lex correctoria, & limitatoria diſtinguuntur. Diſp.4.quæſt.3.ſect.3.n.2. 2.pag.308.

Lex cum dedititij de latin.libert. à gloſſa non bene declarata exponitur. Comment 2.not.11. numero 2. 2.pag.10.

Lex diuina dicitur fas, lex humana, Ius. Commentat.2.notat.5.n.4. 2.pag.3.

Lex de re impoſſibili de iure fieri non poteſt, niſi à principe, qui ſit ſupra tale ius. Diſput.3. quæſt.4.ſect.2.n.9. 2.pag.111.

Quomodo fieri poſſit de impoſſibili moraliter declaratur. ibid. numero 10. & ſequent. 2.pag.211.

Lex diuina poſitiua ſuapte natura eſt immutabilis. Diſp.4.quæſt.2.ſect.1.n.1. 2.pag.281.

Lex exorbitans in quibus caſibus admittat ampliationem. Diſput.4. quæſt.3 ſect.3.n.2.& ſequent. 2.pag.309.

Lex 1. ff. de extraord. crimin. declaratur. Diſp. 4. quæſt.1.ſect.7.n.4. 2.pag.270.

Lex gratiæ cum diſtinctione etiam dicitur ſcripta. Diſput.4. quæſt. 5. ſect. 1. numero 4. 2.pag.358.

Lex habens duas cauſas finales: ſi vna ſit poſſibilis, obligabit. Diſput.3.quæſt.4.ſect.2. numero 12. 2.pag.212.

Et idem eſt dicendum de cauſa finali extrinſeca, quæ adæquata non ſit, ibidem numero 13. 2.pag.213.

Lex

Digitized by Google

Lex humana etiam actu malo poteſt adimpleri, non tamen naturalis. ibid. ſect. 8. num. 8. & ſequent. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 8. num. 8. 2. pag. 176.

Lex in quo diſtinguitur à conſcientia. Diſp. 2. quæſt. 3. ſect. 2. n. 6. 2. pag. 60.

L. 16. in cauſæ cognitione §. penult. ff. de minoribus exponitur. Diſp. 3. quæſt. 4. ſect. 3. n. 13. 2. pag. 218.

Lex in caſu vero diſponens militat in ficto, qui vero æquiparatur in eadem ratione. Diſp. 4. quæſt. 3. ſect. 7. n. 5. & 10. 2. pag. 325. & 327.

Lex Moſaïca præceſſit omnem legem, quæ præceptorum collectionem habuit. Diſput. 2. quæſt. 4. ſect. 3. n. 2. 2. pag. 79.

Lex magis ſubijcitur neceſſitati, quam neceſſitas legi. Diſput. 3 quæſt. 1. ſect. 2. numero 5. 2. pag. 163.

Lex naturalis dicitur iudicium rationis manifeſtans honeſtatem, vel turpitudinem obiectiuam. Minus proprie vero dicitur lumen intellectus, à quo honeſtum à turpi diſceruitur. Diſput. 2. quæſt. 3. ſect. 2. numero 2. & ſequent. 2. pag. 58.

Lex naturalis eſt præceptiua, eiuſque legiſlator eſt Deus. In Deo ſcientia pratica legis formam habet, non tamen perfectum legis ſtatum; neque obligandi vim ante determinationem diuinæ voluntatis. Diſput. 2. quæſt. 3. ſect. 2. n. 7. & 12. 2. pag. 60. & 63.

Contra illam in vno quoque peccato non reperitur duplex malitia: etſi adiungatur noua prohibitio poſitiua Dei ab ipſius voluntate dependens. ibid. n. 10. 2. pag. 62.

Lex naturalis, ſiue poſitiua quos actus requirat & in quo formaliter conſiſtat. Diſput. 2. quæſt. 3 ſect. 2. n. 15. 2. pag. 63.

Lex naturalis per ſe communitatem non requirit. Diſp. 3. quæſt. 1. ſect. 2. n. 1. 2. pag 161.

Lex naturalis eſt vera in omnibus, & in omni ſtatu quoad principia: Item quoad concluſiones ex illis ſecundum rectitudinem eſſentialem deductis, apud eos, qui eas agnoſcunt. Diſp 4. quæſt. 1. ſect. 2. n. 1. 2. pag. 254.

Huius præcepta plura ſunt. ibid. n. 4. & 5. 2. pag. 255.

Quomodo ſub præcepto legis naturalis cadant actus virtutum. ibidem ſect. 3. numero 3. 2. pag. 256.

Lex naturalis ita immutabilis eſt, vt neque diminutionem, neque additionem ab intrinſeco admittat. Diſput. 4. quæſt. 2. ſect. 1. num. 1. 2. pag. 284.

Verum ab humana poteſtate additio fieri poteſt ad legem naturalem. ibid. n. 2. 2. pag. 285.

Lex non obligat vltra intentionem, voluntatemque legiſlatoris. Diſp. 3. quæſt. 3. ſect. 3. n. 11. 2. pag. 198.

Lex omnis eſt regula, ſed non omnis regula eſt lex. Diſp. 2. quæſt. 3. ſect. 3. n. 2. 2. pag. 65.

Lex, Nullus, de ſumma Trinitate circa proceſſiones perſonarum in bono ſenſu explicatur. Commentat. 1. notat. 3. n. 1. 1. pag. 40.

Lex noua nulla præcepta habet de iure diuino poſitiuo, niſi præcepta fidei, & ſacramentorum. Diſput. 2. quæſt. 4. ſect. 10. n. 6. & 7. 2. pag. 119. & 120.

Horum materia non modo ſunt actus externi, ſed etiam interni. ibid. n. 8. 1. pag 120.

Illius obligatio cœpit, quando lex vetus obligandi vim amiſit. ibid. n. 9. 2. pag. 120.

Les pœnalis, odioſa, vel correctoria, quando caſum particularem aſſignant, ex ſimilitudine rationis non extenditur Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 8. n. 12. & ſequent. 2. pag. 333. & ſequent.

Lex pœnalis poſt promulgationem non ita obligat, vt ignorantes liget. Diſput. 4. quæſt. 5. ſect. 5. n. 16. quod intelligitur de ignorantia inuincibili, quæ probetur. Item ſi lex præſumptiua non ſit, & expreſſe non prohibeat ignorantiam allegare. ibid. n. 17.

Lex præpiram Pompeia, & Falcidia declarantur. Commentat. 2. not. 10. n 3. & ſequent. 2. pag. 9.

Lex perpetuitatem exigit temporis. Diſp. 3. quæſt. 1. ſect. 3. n. 1. & 2. 2. pag. 163.

Quæ perpetuitas ſufficiat. n. 13. 2. pag. 164.

Lex poſitiua diuina, ſeu naturalis in Dei natura, & intellectu identice, ſeu à parte rei conſiſtit, non tamen formaliter in eſſentia prout ab attributis diſtinguitur. Diſput. 2. quæſt. 3 ſect. 2. numero 1. 2. pag. 58.

Lex poſitiua in iudicio practico conſiſtit ad prudentiam, non ad artem ſpectante: ſupponit tamen actum intellectus, & eſt per modum Imperij. Diſp. 2. quęſt. 3. ſect. 2. n. 14. 2. pag. 63.

Lex prouidens de aliquo remedio contra ius commune, extenditur de vno caſu ad alterum, neque de vna perſona ad alteram. Diſput. 3. quæſt 3. ſect. 3 n. 4. 2. pag. 196.

Lex prohibens aliquid, materiam peccati vel efficit, vel oſtendit; & extenditur ad id, quod ex pacto ſequitur. Comment. 4. notat. 4. n. 2. 2. pag. 230.

Lex quæ præteritorum meminit, non ideo comprehendit deciſa, neque pendentia, niſi de illis caueatur. Diſput. 3. quæſt. 2. ſect. 5. n. 2. 2. pag. 181.

Item Numero 5. 2. pag. 183.

Et ſect. 6. numero 11. 2. pag 188.

Referuntur caſus, in quibus ad præterita trahatur. ibid. n. 6. & ſequent. 2. pag. 187.

Item ſect. 6. num. 1. & ſequent. Fere per tot. 2. pag. 184.

Lex quæ nec pœnalis eſt nec odioſa extenditur ex paritate rationis ad caſus, de quibus alio qui ius non diſponit. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 3. ſect. 7. n. 15 & ſequent. 2. pag 328. & ſequent.

Lex quando eſt certa; exemptio, & excuſatio dubia, legi parendum; & eximenti ſe incumbit probare cauſam finalem ceſſare. Diſput. 3. quæſt. 3. ſect. 4. n. 16. 2. pag. 207.

Lex qua lingua promulgari debeat Diſput. 4. quæſt 5. ſect. 6. Per totam.

L. 5. Quiſquis Cod. ad leg. Iul. exponitur. Diſp. 4. quæſt. 1. ſect. 7. n. 4. 2. pag. 270.

Lex quando incipiat obligare. Diſput. 4. quæſt. 5. ſect. 4. n. 1. & ſequent. 2. pag. 365.

De legis valore quando dubitatur prudenter, neminem conſtringit. ibid. n 10. 2. pag. 368.

Lex ſemper continere debet præceptum. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 1. numero 1. & ſequent. 2. pag. 251.

Traduntur regulæ ex quibus cognoſcitur quando primo, & per ſe contineat præceptum. ibid, n. 8. 2. pag 253.

Digitized by Google

Lex Ratas Cod. dereſcind. vendit. exponitur. Comment.3.notat.3.n.7. 2.pag.149.

Lex ſemper loquitur quandiu non reuocatur; ſi illius verba dubia ſint, futuris negotiis magis quam præteritis aptentur. Diſput.3. quæſt. 1. ſect.4.n.3. 2.pag.166.

Aliquando non extenduntur ad futura propter præteritorum præiudicium. ibid.numero 7. 2.pag.167.

Lex ſatyra exponitur. Comment. 2. notat.11. numero 1. 2.pag.10.

Lex ſi conſtante confertur in caſu cum L. ſi vero ff.ſolut.matrim.Diſp.3.quæſt.3.ſect.3.n.5. 2.pag.196.

Lex ſi vero ff.ſolut.matrim.exponitur. Diſp.3. quæſt.3.ſect.3 n.3. 2.pag.195.

Lex ſola Principis voluntate ſubnixa ſine alia ratione vera non eſt.Diſp.3.quæſt.1.ſect.2. n.2.& 6. 2.pag 162.& 163.

In L.duobos modis apparet ratio: expreſſe, & implicite.ibid.n.3. 2 pag 162.

Lex Titia de auro, & argento leg. cum correctione legitur. Diſput.3.quæſt.2.ſect.1.n.6. 2.pag.172.

Lex tunc inſtituitur, quando promulgatur, quando recipitur, roboratur. Commentat.3. notat.5.n.3. 2.pag.155.

Præceptum continet, non conſilium, niſi materia, vel declaratio id oſtendat. Notat. 6. n. 2. 2.pag.156.

Opus eſt, vt plures perſonas eioſdem communitatis reſpiciat. Diſp. 3. quæſt.1.ſect.1.n.3. 2.pag.159.

Inter eam, & mandatum diſcrimen eſt eſſentiale. ibid.n.8. 2. pag.161.

L. 2. Venia de in ius vocando declaratur. Diſp.4.quæſt.3.ſect.4.n.7. 2.pag.313.

Lex vetus factorum: lex noua fidei appellatur. Diſp.1.quæſt.5.ſect.3.n.7. 1.pag.372.

Lex vetus diuinitus fuit inſtituta cum præceptis iudicialibus,& cæremonialibus. Diſp.2. quæſt.4.ſect.4.n.1.& 2. 2.pag.82.

Eius finis ſanctus. Numero 9. 2.pag.85.

Figura fuit legis gratiæ. Num.10. 2.pag.86.

In ſuo genere perfecta quandiu durauit. Nomero 11. 2.pag.86.

Abrogatam eſſe priuatiue, & contrarie fides docet. Diſp.1.quæſt.4.ſect.7.n.1. 2.p.97.

Ante Chriſti mortem obligabat. Excepto Circuncisionis præcepto iuxta aliquos. ibid. n.3.& 4. 2.pag.98.

Poſt Chriſti mortem cum omnibus præceptis ipſius ceſſauit. Numero 5. & ſequent. 2.pag.99. & ſequent.

Non eodem tempore quo mortua fuit, mortifera creditur, ſed poſt aliquot annos. ibidem n. 8. & 9. 2.pag 102 & 103.

Lex vt excludatur non ſatis eſt ſi ſemel, atque iterum inutilis iudicetur. Diſput.3 quæſt.1. ſect. 2. n. 1. 2.pag.161.

Si tamen dubitatur an ſit vtilis, reiicienda eſt, ibid. n. 2. & 3. 2.pag.162.

Lex vt ſit iuſta, & conſequenter vera lex, quas conditiones requirat in obiecto, in fine, & in legiſlatore. Diſput. 3. quæſt. 4. ſect.3. Per totam. 2.pag.214.

Libertas non eſt de iure præceptiuo, eſt tamen ius quoddam dominatiuum à natura cuique conceſſum. Diſput.4.quæſt.2.ſect.3.numero 6. 2. pag. 288.

Libri, & tituli Iuris canonici. Proluſionis cap.8.n.1. 1.pag 29.

Libri damnati primariò, & directè; item ſecundario, & conſequenter. Commentat. 1. notat 9.n.17. 2.pag.103.

Licentiatus eſt ſpecies mixta: in fauorabilibus venit nomine doctoris, & nomine ſcholaris non in odioſis. Proluſionis cap.3.numero 13. 1.pag. 12.

Lis mota quando dicatur reſpectu actoris, & reſpectu rei. Diſput.4.quæſt.3.ſect.2.n.13. & ſequent. 2.pag.307.& ſequent.

Literæ in conclaui ſignatæ quando, & quomodo datari ſoleant. Proluſionis cap. 5. n. 18. 1.pag.22.

M

Machiauelli error de conſeruatione ſtatus nullo iure aſtricta. Diſp.4.quæſt.1.ſect.3. numero 8. 2.pag.257.

Mala minora diſſimulanda ne maiora pullulent. Comment.3.notat.6.n.3. 2.pag.157.

Mandans non eſt, qui hortatur. Comment.3. notat.6.n.2. 2.pag.156.

Mandatum ſpeciale in delegato Papæ, ſeu Imperatoris, non probatur per teſtes. Diſp.4. quæſt.4.ſect.4.n.16. 2.pag 356.

Maritus quando præ mortua vxore dotem lucrari poſſit. Diſp. 3. quæſt.2.ſect.4.num.10. 2.pag.180.

Materia iuris Eccleſiaſtici aliquo modo differt à materia iuris ciuilis. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect.9.n.1.& ſequent. 2.pag.279.

Materia iuris canonici dignior eſt. ibid.n.5. 2.pag.280.

Materialis cauſæ conditio exponitur. Commentat.4.notat.1.n.2.& 3. 2.pag 229.

Materia præcepti naturalis quando mutari poſſit à Deo: traditur regula. Diſp.4.quæſt.2. ſect.4 n 14. 2.pag.296.

Matres filios lactate ne faſtidiant. Commentat.4.notat.4.n.4. 2.pag.234.

Matrimonij abuſus in aliquibus prohibetur. Comment.4.notat.4.n.3. 2.pag.234.

Maximè aduerbium eſt indicans caſum magis dubium: aliquando eſt reſtrictiuum. Aliquando ſignificat idem, quod præſertim. Commentat.1.notat.9.n.23. 1.pag.102.

Medium fidei ſimul cum medio ſcientiæ concurrit ad tertium actum, non tamen medium fidei diuinæ cum medio fidei humanæ; neque duo motiua diuerſarum virtutum. Diſput. 1. quæſt. 1. ſect. 5. numero 18. vſque ad 24. 1 pag.173.vſque ad 175.

Medium virtutis diuerſum eſt materialiter, & formaliter conſideratum. Diſput.4.quæſt.1. ſect.3.n.7. 2.pag.257.

Mendacium definitur & quot modis contingat. Diſp.1.quæſt.1.ſect.4.n.1. 1.pag.154.

Mendacium eſt indiſpenſabile. Diſput. 1. quæſt.1.ſect.4.n.5.& 6. 1.pag. 156. & 157.

Mendacium officioſum excluditur vt in officioſum teſtamentum. Commentat.4.notat.10. numero 5. 2.pag.247.

Mentiri non poteſt Deus neque de potentia

absoluta

abſoluta. Diſp.1.quæſt.1.ſect.4.n.2. 1.pag.155.

Menſtruatæ cur à templo arceantur in lege veteri, non in noua; Comment.4.notat.3.n.2. 2.pag.232.

Et de præ definito dierum numern ad illius purificationem.ibid.n.3. 2.pag.233.

Meriti tempus, & ſtatus, à Dei ordiuatione magis, quã à promiſſione dependet. Diſput.12. quæſt.1.ſect.5.n.8. 2.pag.30.

Merito de condigno non obſtat præceptum Dei. Diſp.2.quæſt.1.ſect.3.n.8. 2.pag.24.

Meritum de condigno in operibus ſufficit ad inducendam obligationem ioris commutatiui in Deo. Diſp.2.quæſt.1.ſect.5.n.3. 2.pag.28.

Minimum ſequendum eſt in obſcuris. Diſp.3. qnæſt.2.ſect.1.n.4. 2.pag.70.

Et declaratur regula in variis caſibus. ibid. n.5. & 6. 2.pag.171.& 172.

Modus virtutis quiſnam præcipiatur à lege naturali. Diſput. 4. quæſt.1.ſect.8. numero 5. 2 pag.175.

Modicum, & nihil æqoiparantur. Proluſ. cap.2.n.14.& ſequent. 1.pag.9.

Mora ſi periculum graue inferat, ſtatim illi occurrendum. Commentat.4.notat.4.num.1. 2.pag.234.

Motiua eredibilitatis in rebus fidei diuinæ varia explicantur. Diſput.1.quæſt.1.ſect.6.n.3. & ſequent.vſq. ad 10. 1.pag.220.vſq.ad 222.

Motus rectus, & circularis, vel non differunt eſſentialiter; vel ſi diſtinguuntur, differunt, per vbi productum per lineam rectam, vel circularem. Diſp.1.quæſt.3.ſect 5.n.12. 1.pag.268.

Moyſes ſolum fuit promulgator legia veteris. Diſp.2.quæſt 4 ſect.4.n.6. 2.pag.84.

Multiplieatio ſubſtantiua & adiectiua, quæ ſit. Comment.1.notat.3.n.36. 1.pag.54.

Mutatio legis quando prouenit ex mutatione principis, ſeu ciuitatis ſeparatione. Commentat.4.notat.1.n.2. 2.pag.229.

N

NAturalia præcepta peculiarem obligationem non addunt ex diuina voluntate, vltra illam, quam ex ſe inducunt. Diſp.2.quæſt.3. ſect.2.n.9. 2.pag.61.

Naturæ imbecillitas neminem excuſat ab exercitio actuum etiam ſupernaturalium, quos lex diuina præſcribit. Diſput.3.quæſt.4.ſect.1. numero 2. 2.pag.113.

Neceſſitas moralis, & vtilitas aliquando æquiparantur. Diſput. 1. quæſt.5.ſect.4.n.24. 1. pag. 388.

Neceſſitas credendi confirmatur, & obiectiones contra illam ſoluuntur. Diſp.1.quæſt.5. ſect.1.n.3. 1.pag.315.

Nemrod idem atque Belos regnum Babylonieum primus obtinuit, rebellis interpretatur, & cur. Comment.4.notat.7.n.6. 2.pag.240.

Nomen mutare poteſt liber, non in fraudem. Proluſ.cap.3.n.8. 1.pag.11.

Nominis mutatio in aſſumptione ad pontificatum. Proluſionis cap.3.numero 4.& ſequent. 1.pag.10.& ſequent.

Notio quid ſit, & quot notiones in Trinitate ſint. Comment.1.notat.3.n.37. 1.pag 54.

Notitia intuitiua, & abſtractiua definitur. Diſp.1.quæſt.1.ſect.5.n.5. 1.pag.168.

Vtramque dicunt aliqui eſſe poſſe cum actu fidei.ibid.n.6. 1.pag.169.

Notitiæ duæ, quarum altera clarior eſt, de eodem obiecto ſimul eſſe poſſunt. Diſput. 1. ſect.5.n.16. 1 pag.171.

Notorium, & in iudicio productum idem eſt. Proluſ.cap.6.n.2. 1.pag.23.

Nuptias quam plures hæretici inuentum diaboli appellarunt. Commentat. 1. notat.12.n.11. 1.pag.126.

O

OBedientia circa impoſſibile ſuum actum, ſeu conatum depromit. Diſp.3.quæſt.4. ſect.1.n.8. 2.pag.211.

Obedientiæ Deum in ſuperiore recognoſcentis excellentia. Diſput. 4. quæſt. 4. ſect. 3. numern 17. 2.pag.350.

Obedire quando tenetur ſubditus in dubio iuris, vel in dubio facti. Diſput. 3. quæſt. 4. ſect.4.n.13. 2.pag.224.

Et ſect.5.Per totam. 2.pag.215.& ſequent.

Obedientiæ exercitium ſubmiſſionem fouet, in licitis. Diſp.2 quæſt.4.ſect.3.n.5. 2.pag.80.

Obiectum formale ſpecificum reſpectu potentiæ, reſpectu actuum eſt genericum. Diſp.1. quæſt.2.ſect.1 n.4. 1.pag.195.

Obiectum formale propter quod, & ratio motiua determinat intellectum ad certum actum, videlicet ad iudicium de veritate compleæ, quæ vel ex penetratione terminorum, vel per medium intrinſecum, ſeu extrinſecum iudicatur. Diſput. 1. quæſt.2.ſect.1.numero 3. 1.pag.195.

Obiectum materiale à formali reſpectu potentiæ etiam ſenſitiuæ diſtinguitur; & datur vna ratio, in qua obiecta materialia conueniunt; à qua potentia ſumit diſtinctionem, & vnitatem. Diſput. 1. quæſt.2.ſect.1.num.2. & 3. 1. pag. 194.

Obiectum intellectus eſt verum realiter, vel apparenter. Diſput.1.quæſt.2.ſect.1.numero 11. 1. pag. 197.

Obiectum ſub quo fidei diuinæ eſt ſcibile, ſeu cognoſcibile ex reuelatione diuina obſcurum, & ineuidens, ſed infallibile. Diſput. 1. quæſt.2.ſect.1.n.8. & 9. 1.pag.196.

Odioſa quando dicaturlex. Diſp.4 quæſt.3. ſect.4.n.1. & ſequent. 2 pag.311.

Obligatur communitas collectiue, coniunctim, ſeu diſtributiue. Diſp.3.quæſt.3. ſect.1. numero 7. 2.pag.161.

Obligationem ſuam vnus quiſque tenetur ſcire, vt illi ſatisfaciat. Diſp. 4. quæſt.1.ſect.8. numero 6. 2.pag.176.

Obligatio iuſtitiæ inter Patrem, Filium, Dominum, & ſeruum, quomodo oriatur. Diſp.2.qnæſt.1.ſect.2.n.4. 2.pag.20.

Obligatio iuris commutatiui in hominibus oritur aliquando inter abſentes, ignorantes, & inuitos. Diſp.2.quæſt.1.ſect.5 n.4. 2.pag.29.

Obligatio iuris commutatiui in Deo oritur ex promiſſione Dei; aut ex pacto; aut ex condignitate operum. Diſp.2. quæſt.1. ſect.5.n.2. & ſequent. 2 pag.28.

Occidere licet principi reip. & priuatis per-

Digitized by Google

ſonis in certis caſibus. Diſp. 4. quæſt 2. ſect. 3. numero 8. 2. pag. 289.

Omnipotentia Dei omnibus perſonis communis eſt. Comment 1. notat. 3. n. 10. & n. 26. 1. pag. 48. & 50.

Omnipotentia Patris dicit ſupra abſolutam omnipotentiam, vim generandi, quæ eſt perfectio ſecundum quid: non ſimpliciter ſimplex. Comment. 1. notat. 5. n. 26. 1. pag. 59.

Opera iuſti nullum bonum intrinſecum afferunt Deo, extrinſecam tamen honoris, & famæ commoditatem adducunt. Diſput. 2. quæſt. 1. ſect. 4. n. 2. 2. pag. 25.

Opera ſtudioſa iuſtorum antequam fiant non ſunt ſub dominio, & quando fiant ab ſpeciali eorum dominio proficiſcuntur. Diſp. 1. quæſt. 2. ſect. 2. n. 1. 1. pag. 198.

Opus præceptum debet fieri ex electione, & propter ſuam honeſtatem. Ad 1. obligat lex humana; Ad 2. lex naturalis. Diſput. 4. quæſt. 1. ſect. 8. n. 7. 1. pag 276.

Orandi modus qualis ab Eccleſia præſcribatur. Diſp. 4. quæſt 1. ſect. 7. n. 6. 2. pag. 171.

Ordinis ſacramentum quodnam ſit: ſacerdotum, & diaconatus ſaltem ordines ſacri ſunt, & de iure diuino; de fideque tenendum. De ſub diaconatu idem docet probabiliter opinio. Comment. 1. not. 7. n. 13. 1. pag. 83.

P

Pacifici, qui dicantur, item pudici, & modeſti. Proluſ. cap. 2. n. 3. 1. pag. 5.

Pœna corporalis in foro conſcientiæ non exigitur. Diſp. 2. quæſt. 4. ſect. 6. n. 9. 1. pag. 96.

Pœna flagelli nemo debet puniri propter alterius culpam, ſed pœna damni. Comment. 2. notat. 6. n. 3. 2. pag. 4.

Pœna non ſine cauſa, neque ſine culpa ſaltem aliena infligitur. Commentat. 5. notat. 11. n. 4. 2. pag. 142.

In eam conſentit, qui ſe delinquere nouit. ibid. n. 5. 2. pag. 143.

Pœna ipſo facto legi impoſita declarationem iudicis requirit: cauſa vero finalis adequata principis declarationem non exigit. Diſput. 5. quæſt. 3. ſect. 3. n. 14. 2. pag. 200.

Pœnæ non eædem inſte imponuntur pueris, & viris; ſeruis, ac dominis, plebeis, & illuſtribus. Diſp. 5. quæſt. 4. ſect. 3. n. 5. 2. pag. 115.

Pendentia quando intelligantur nomine præteritorum in noua conſtitutione. Diſput. 3. quæſt. 2. ſect. 5. n. 5. 2. pag. 183.

Pœnitentes non eſſe recipiendos hæretici aſſerebant. Comment. 1. notat. 12. n. 15. 1. pag. 127.

Pœnitentia eſt virtus ſpecialis à charitate, & religione diſtincta. Diſput. 2. quæſt. 1. ſect. 4. numero 3. 2. pag. 25.

Pœnitentia quatenus pars iuſtitiæ commutatiuæ, eſt diuerſæ ſpeciei ab ea, quæ inter homines verſatur. ibid. n. 11. 2. pag. 27.

Pœnitentiæ præceptum non eſt de obiecto impoſſibili. Diſput. 3. quæſt. 4. ſect. 2. numero 5. 2. pag. 213.

Papa per ſolam electionem omnem iuriſdictionem adminiſtrandi temporalia, & ſpiritualia accipit, & à ſolo Chriſto confirmatur. Proluſionis cap. 5. n. 26. 1. pag. 22.

Papa quomodo ſcribat ad Epiſcopos. Proluſionis cap. 1. n. 7. 1. pag. 3.

Item quomodo ſcribat ad Cardinales, & alios inferiores. ibid n. 10. 1 pag. 3.

Cum Regibus; reginis, Abbatiſſis, ſcholaribus, & reliquis fidelibus, quomodo ſe habeat. ibid n. 11. 1. pag. 3.

Papa ſi eligatur ante ſacerdotium non exequitur quæ ſunt de iure diuino, & ſacri ordinis effectus. Proluſionis cap. 5. n. 17. 1 pag. 22.

Papæ ſubmiſſio in accipiendo titulum Epiſcopi. Proluſ. cap. 5. n. 5. 1. pag. 18.

Paruulorum remedium ante legem Moyſi quodnam fuerit. Diſput. 2. quæſt 4 ſect. 3. n. 6. 2. pag. 81.

Idem in lege naturæ fuit adultis per ſe, pueris vero per alterum, nempè ſprofiteri fidem. ibid. numero 8. 2 pag. 82.

Paſtores omnes Eccleſiæ ſimul errare non poſſunt in rebus ſpectantibus ad ſalutem. Diſput. 1. quæſt. 4. ſect. 3. numero 9. & 12. 1. pag. 335. & 337.

Pater, & Spiritus ſanctus præter modum eſſendi in omnibus creaturis per immenſitatem, alio altiori modo ſunt in humanitate Chriſti. Comment. 1. notat. 14. n. 8. 1. pag. 135.

Patris nomen proprium primæ perſonæ, & illius ſpeciale ſuper creaturas. Commentat. 1. notat. 3. n. 11. 1. pag. 44.

Patrum concors ſententia quam habeat authoritatem. Commentat. 4. notat. 9. numero 8. 2. pag. 243.

Qui ab ea recedit, quam mereatur cenſuram. ibid. n. 9. 2 pag 244.

Peccata per baptiſmum non ſolum tegi, vt hæretici docent, ſed tolli. Comment. 1. notat. 9. numero 14. 1. pag. 98.

Peccati fœditas ex ratione naturali cognoſcitur. Verum vt huic rationi contrariatur tantum, non eſt ſufficiens motiuum ad attritionem, quæ cum ſacramento hominem iuſtificat. Diſput. 1. quæſt. 5. ſect. 2. n. 7. 1. pag. 356.

Peccati pater eſt Diabolus, mater humana concupiſcentia. Commentat. 4. notat. 6. n. 2. 1. pag 137.

Peccato quoad culpam remiſſo, pœna eſt temporaria. Proluſ. cap. 4. n. 6. 1. pag. 17.

Peccatum veniale in habente mortale, non remittitur ſine mortali. Proluſ. cap. 4. num. 3. & ſequent. 1. pag. 16.

Peccatum aliquando in potentia rationali ſine ſuggeſtione ſenſualitatis accidit. Commentat. 4. notat 6. n. 4. 2. pag. 238.

In rationis, & voluntatis conſenſu committitur. ibid. n. 5. 2. pag. 238.

Perfectiones Dei aliæ ſunt ſimpliciter, v. g. abſolutæ; aliæ ſimplices ſecundum quid, nempè relatiuæ. Commentat. 1. notat. 3. n. 28. & 29. 1. pag. 51.

Perfectiones diuinæ cur nigro comæ ornamento æquiparentur. Commentat. 1. notat. 2. numero 2. 1. pag. 34.

Permiſſio quatuor modis vſurpatur. Diſp. 4. quæſt. 1. ſect. 1. n. 4. 2. pag 252.

Permiſſiua lex præceptum continet. ibidem. 2. pag. 252.

Perſona prima dicitur improducta, ingenita, & innaſcibilis. Commentat. 1. notat. 3. numero 12.

numero 12. pag.45.

Secunda, & tertia cur per intellectum non generent, item tertia cur per amorem non ſpiret. Commeot.1.notat.3.n.19. 1.pag 48.

Perſona proprie quid ſignificet, item perſonalitas, ſubſiſteotia, & hypoſtaſis. Comment.1. notat.2.n.6. 1.pag.36.

Perſonæ tres in quo ſenſu dicantur tres ſubſtantiæ. Commentat.1.notat.9.n.13.& 14. 1.pag.98.

Dicuntur etiam tres entitates, tres res, tria entia relatiua. Commentat.1.notat.9.n.15. 1.pag.98

Piam affectionem aliquo modo eſſe ſuper naturalem de fide eſt; & talem eſſe in entitate verior ſententia docet. Diſp.1.quæſt.3.ſect.10. n.1.& ſequent. 1.pag.308.

Illa conſtituit ſpecialem virtutem. ibid, n.5. 1.pag.311.

Polluti licito concubitu an repelli debeant à communiooe ſequentis diei.ibid.n.4.1.pag 310.

Pollutionis nocturnæ cauſæ quæ à celebrando remoueant. Commentat.4.notat.5.n.1. 2.pag.235.

Eiuſdem culpa vnde cognoſcenda. ibid.n.3. 2.pag.235.

Polygamia quomodo permiſſa fuit Iudæis, item repudium. Diſput.2.quæſt.4.ſect.6.n.6. 2.pag.94.

Polygamia à ſummo Pontifice indiſpenſabilis.Diſp.4.quæſt a ſect.4.n.13. a.pag.296.

Pontifex in aſſumptione cur nomen mutet. Proluſ.cap 3.n.4.& ſequent. 1.pag.10.

Pontifex non ſe ſubdit iudicio ſeculari contra gloſſam. Proluſ.cap.3.n.14. 1.pag.13.

Populi, ſeu particularis Eccleſiæ inſtitutio decem perſonas requirit.Diſp.1.queſt.4.ſect.2. numero 3. 1.pag.326.

Poſſeſſio eſt pro illo, pro quo ſtat præſumptio iuris, & illi contra quem eſt præſumptio, onoa incumbit probandi ſuam exemptionem.Diſp.3. quæſt.4.ſect.4.0.4. a.pag.221.

Pontificis authoritas confertur cum authoritate Patrum. Commentat.4.notat.9.n.10. a.pag 244.

Poſſibilitas in lege eſt omnino neceſſaria. Diſp.3.quæſt.4.ſect 1.n.1. a.pag.208.

Poſtliminia iure gentium fuerunt introducta. Diſp.a.quæſt.3 ſect.5 n.6. a.pag.71.

Poſſeſſionis definitio declaratur. Diſput.4. quæſt.3.ſect.6.n.6. 2.pag.321.

Illa non eſt neceſſario cooiuncta cum donatione, aliam enim cauſam habet magis proximam, nempè traditionem donantis.Sect.6.n.7. a.pag.321.

Potentia productiua Dei ad intra, completur per proprietatem notionalem ſub certa ratione complementi ad producendum neceſſarij. Comment.1.notat.3.n.23. 1.pag.49.

Potentia paſſiua naturalis, & ſupernaturalis diſtinguuntur per ordinem ad diuerſa agentia. Diſp.1.quæſt.1.ſect.8.n.8. 1.pag 189.

Potentia dupliciter ordinate dicitur. Diſp.2. quæſt.2.ſect.3.n.3. 2.pag.45.

Præcepta moralia præter obligationem iuris naturalis ex vi legis veteris nihil obligant. Diſpot.a.quæſt.4.ſect.8.num.1.& ſequent. a.pag.104.

Præcepta naturalia, alia verſantur circa obligationes voluntarias, alia circa eaſdem independentes à voluntate. In prioribus diſpenſatio fieri poteſt ſine legis naturalis mutatione. Diſput.4.quæſt.2.ſect.3.numero 2.& ſequent. a.pag 287.

Præceptum fidei datum fuit hominibus in qualibet lege. Diſp.1.quæſt.5 ſect.3.numero 1. 1.pag.368.

Præceptum fidei violat, qui verbis ambiguis, vel externis ſignis cum reſtrictione mentali fidem negat, aut hæreſim ſerio non per iocum confirmat. Diſput.1.quæſt.5.ſect 4.numero 5. 1 pag 380.

Præcepti huius obligatio oritur ex ipſamet fidei virtute præciſe ab quauis alia. Diſput.1. quæſt 5.ſect.3.n 4. 1 pag.370.

Præceptum ſtudioſitatis circa fidem quomodo verſetur. Diſp.1.quæſt.5.ſect.3.0.4. 1.pag.370.

Præceptorum naturalium tres gradus aſſignaotur, tertius impropriè; nam ad ius gentium ſpectat.Diſp.2.quæſt.3.ſect 6.n 4. 1.pag.72.

Præceptum de obſeruatione ſabbathi partim morale, partim cæremoniale eſt. Diſput.2. qoæſt.4.ſect.5.n 3. a.pag.89.

Præceptum 1. Decalogi partim ad ius naturale, partim ad poſitiuum ſpectat. Diſput.2. qoæſt.4.ſect.5.n 4. 2.paſ.91.

Prædicata abſoluta, quæ Deo conueniunt ex tempore, ratione perſonæ ſequuntur conditionem prædicati relatiui ineo, quod noo dicantur de tribus perſonis, neque de Trinitate. Commentat.1.notat.n.6. 1.pag.134.

Præter dictio eſt, quæ incluſiue, & excluſiue exponi poteſt. Notatione 11.num.3.& ſequent. 1.pag.110.

Princeps, & Index ſuæ iuriſdictionis æſtimator. In dubio illam declarat.Diſp.3.quæſt 4. ſect.4.n.12. 2.pag.224.

Princeps quomodo ſuis legibus obligetur. Commentat.4.notat 8 n.3. 2.pag 241.

Principium agendi ad extra, vnum eſt in Deo. Commentat.1.notat.4.numero 1.& ſequent. 1.pag.54.

Priuilegia leges perſonales ſunt: ſi promulgentur ſufficienter. Diſput.3.quæſt.1.ſect.1.n 6. 2.pag.160.

Priuilegia leges ſunt minos proprie cum addito nimirum priuatæ. Diſp.4.quæſt.1.ſect.1. numero 3. a.pag.252.

Proœmia iuris canonici tria in quo differant. Proluſ.cap.5.n.3. 1 pag.18.

Proœmium Clementinarum explicatur. Proluſ.cap.5.n.4. 1.pag.18.

Profeſſionem fidei, quæ decreta iubeant, & quæ perſonæ illam facere teneantur. Diſput.1. quæſt.5.ſect.5.n.1.& ſequent. 1.pag.389.

Profeſſionem fidei qui non fecerint, cum teneantur, quas pœnas incurrant, & quod peccatum committant.Diſp.1.queſt.5.ſect.5.n.14. 1.pag 396.

Profeſſionem fidei omittens an iuuari poſſit regula de triennali.Quæſt.5.ſect.5.numero 18. 1.pag.270.

Si per ignorantiam hoc prætermittat, non excuſatur in foro externo à reſtitutione. ibid. numero 19. 1.pag.271.

Prohibitione prohibentur omnia, quæ ſe

quuntur ea illo. Diſput. 4. quæſt 3. ſect. 5. n. 5. 2. pag. 316.

Item quod vna via prohibetur, alia non debet admitti ibid. n. 7. 2. pag. 317.

Promiſſio ſimplea acceptata indocit obligationem iuſtitiæ naturalem, & ciuilem ex vtroque iure aliquando. Diſp. 2. quæſt. 1. ſect. 1. n. 7. 2. pag 17.

Promiſſionis obligatio tranſit ad hæredes, non ita obligatio fidelitatis. Diſput. 2. quæſt. 1. ſect. 1. o. 8. 2. pag. 18.

Propoſitio de fide reuocari non poteſt. Diſp. 1. quæſt. 4 ſect. 3. o. 13. 1. pag. 338.

Promulgatio quatenus neceſſaria ſit ad legem diuioam, vel humanam. Diſput. 4. quæſt. 5. Per totam. 2. pag. 256.

Propoſitiones de fide non fiunt de nouo, ſed ab Eccleſia proponuntur, & declarantur, vt tales, & quoad obligationem credendi promulgantur. Diſp. 1. quæſt. 1. ſect. 8. n. 8. & ſeq. 1. pag. 189.

Prouidentia Dei quomodo ſe habeat in vocandis hominibus ad fidem. Diſput. 1. quæſt. 5. ſect. 1. n. 7. 1. pag. 353.

Prouidentia quomodo à lege æteroa differat. Diſp. 2. quæſt. 4. ſect. 1. n. 6. 2. pag. 74.

R

RAtio, & cauſa nunc in lege pro eodem, nunc pro diuerſis accipiuntur. Diſput. 3. quæſt. 3. ſect. 1. n. 2. 2. pag. 190.

Cauſa tameo quando ſignificat fidem legis à ratione motiua non differt. ibid. 2. pag. 190.

Ratio Cioilis naturalia pura corrumpere non poteſt. Diſput. 3. quæſt. 3. ſect. 3. numero 7. 2. pag. 196.

Ratio legis, & mens legiſlatoris aliquando differunt. Diſput. 3. quæſt. 2. ſect. 4. numero 5. 2. pag. 177.

Ratio naturalis in lege expreſſa, ſeu ex communi interpretatione Doctorum intellecta pro finali habeoda. Diſput. 3. quæſt. 3. ſect. 4 n. 7. 2. pag. 203.

Rationes literales præceptorum cæremooialium iuris naturalis obligationem non habent, miſticè tamen illam indicare poſſunt. Commentat. 4. notat. 7. n. 4. 2. pag. 240.

Ratio naturalis eſt præferenda exemplis. Commeotat. 4. notat. 11. n. 5. 2. pag. 250.

Sed exempla, quæ rationi congruunt, imitanda. ibid. n. 5. 2. pag. 250.

Ratio iuſtitiæ pro ratione locorum, & temporum mutatur. Diſput. 2. quæſt. 4. ſect. 2. num. 5. 2. pag. 78.

Rationem exprimi, & vnam tantum poſſe aſſignari, paret. Diſput. 3. quæſt. 3. ſect. 2. n. 4. 2. pag. 193.

Ratio obiectiua triplex, quæ, ſub qua, & per quam, ſeu propter quam. Diſput. 1. quæſt. 2. n. 2. 1. pag. 193.

Ratio formalis ſub qua exponitur, & quomodo ad illam reuocentur abſtractiones, per quas ſcientiæ diſtinguuntur. Diſput. 1. quæſt 2. ſect. 1. n 1. 1. pag. 193.

Ratio obiectiua in lege omnino neceſſaria eſt. Diſp. 3. quæſt 3. ſect. 1. n. 7. 2. pag. 192.

Ratione ſola ductus index ceſſante lege poteſt cauſam iuſtè decidere. Diſput. 3. quæſt. 3. ſect. 2. n. 2. 2. pag. 193.

Raymandus aothor fuit compilationit Gregorianæ. Proluſ. cap. 1. n. 3. 1. pag. 2.

Rectoris præcedentia in actibus vniuerſitatis. Proluſ. cap. 3. n. 15. 1. pag. 13.

Regiam dignitatem Chriſto Domino debitam viuens, & moriens fugit. Diſp. 2. quæſt. 4. ſect. 10. n. 3. 2. pag. 117.

Rebaptizandos qui ab hæretieo baptiſmum ſuſceperunt, crediderunt aliqui, ſed immerito. Commentat. 4. notat. 11. n. 1. 2. pag. 249.

Regibus Hiſpaniæ calumnia impoſita apertæ falſitatis conuincitur. Comment. 2. not. 11. n. 6. 2. pag. 13.

Regulæ multiplex acceptio, in quo à canone differat. Comment. 2. notat. 11. n. 7. 2. pag. 13.

Regulæ veritas ſtat cum aliquibus exceptionibus: illius definitio. Commentat. 2. notat. 12. numero 3. 2. pag 13.

Regulæ Cancellariæ an ius vniuerſale conſtituant. Diſp. 2. quæſt. 5. ſect. 3. n. 5. & ſequent. 2. pag. 129. & ſequent.

Harum publicatio an neceſſaria. ibid. n. 11. 2. pag. 132.

Regulæ Cancellariæ quando incipiant obligare. Diſp. 4. quæſt. 5. ſect. 5. n. 7. 2. pag. 371.

Regula iuris dupliciter conſtituitur, ſcilicet tranſitiue, vel intranſitiue. Commentat. 2. notat. 12. o. 4. 2. pag. 3.

Relationes diuinæ prout diſtinguuntur ab eſſentia, dicunt perfectionem tranſcendentalem, & formalem eſſeotiæ. Comment. 1 not. 3. n. 27. 1. pag. 50.

Religionem falſam ſimulare non licet factis, aut ſignis, ad falſæ ſectæ profeſſionem ex natura ſua, ex vſu, aut inſtitutione per ſe, & primario ordinatis. Diſp. 3 quæſt. 5. ſect. 4. n. 9. 1. pag. 381.

Regulam, qui pro ſe habet in caſibus ſimilibus, intentionem habet in ea fundatam. Commeot. 2. notat. 12. n. 6. 2. pag. 13.

Remedium paruulorum fuit præceptum ante legem Moyſi. Diſput. 2. quæſt. 4. ſect. 3. n. 6. 2. pag. 81.

Renuntians conſtitutionis auxilio cuilibet conſtitutioni renuntiat. Diſp. 2. quæſt. 5. ſect. 2. numero 5. 2. pag. 125.

Renuotiare poteſt quilibet vtilitati pro ſe introductæ. Diſput. 4. quæſt 3. ſect. 1. numero 5. 2. pag. 29.

Reo fauendum cum partium obſcura ſunt iura. Diſput. 3. quæſt. 2. ſect. 1. n. 2. 2. pag. 170.

Et declaratur regula in variis caſibus. ibid. n. 2. & 3, 2. pag. 170.

Reprehenſio Pauli non ſimulata fuit erga Petrum, hic vero io illa ſcandali occaſione vel nullam, vel leuem culpam contraxit. Diſput. 2. quæſt. 4. ſect. 9. n. 11. & ſeq. 2. pag. 113. & ſeq.

Reſponſa prudentum ad ius pertinent. Commentat. 2. notat. 10. n. 1. 2. pag. 9.

Reſponſio Principis in caſu particulari, ſiue nouum conſtituat ius, ſiue declaret aotiquum, tam definitiua quam interlocutoria legit generalis vim obtinet. Diſput. 2. quæſt. 5. ſect. 5. n. 3. 2. pag. 137.

Reſpondente Papa ſub diſiunctione cui competat electio. Commentat. 3. notat. 3. num. 15. 2. pag. 151.

Reſtitutio fructuum facienda ne ſit ante ſententiam contra illum, qui profeſſionem fidei obligatus non fecit. Diſp.1.qęuſt.5.ſect.5.n.17. 1.pag.397.

Reſurrectionis Chriſti Domini modus explicatur; & confutantur errores contra hunc articulum. Comment.1.notat.6.n.12.13.& 14. 1. pag. 73. & 74.

Reſurrecturos omnes negant aliqui; quomodo hæc opinio erronea non ſit, ſed improbabilis omnino, oſtenditur. Commentar. 1. notar.6.n.17. 1 pag 76.

De hac re duo Pauli loca declarantur in vero ſenſu. ibid.n.18. 1.pag.76.

Reuelatio duplex eſſe poteſt altera ex parte potentię, altera ex parte obiecti. Diſp.1.quęſt.2. ſect.3.n 1. 1.pag.102.

Ex parte obiecti dicitur auricularis, ex parte potentiæ facialis. ibid.n.2. 1.pag 203.

Reuelatio auricularis tripliciter fit à Deo determinante potentiam ad cognitionem reuelati. ibid.n.5. 1.pag.204.

Reuelationis modi explicantur, & in quo formaliter reuelatio conſiſtat. Numero 6.& 7. 1.pag.205.

Reuelatio mediata exponitur. Quæſt. 2. ſect.4.n.1. 1.pag.206.

De illa impugnantur opiniones improbabiles. Numero 2. & ſequent. 1.pag.206.& 207.

Reuelatio Dei euidens in atteſtante eſſe poteſt, & fuit in primo Angelo, imo, & in aliis, atque in Adamo probabile eſt, ſed probabilius dari in animis in Purgatorio detentis. Diſp. 1. quæſt. 2. ſect.7.n.1.& ſeq. 1.pag.213.& ſeq.

Reuelatio euidens in atteſtante non eſt neceſſaria credentibus, imo neque illis, quibus immediate facta fuit, etiamſi ſæpe illam habuerint. Diſp.1.quæſt.2.ſect.7.n.19.& ſequent. 1.pag.231.& ſequent.

Reuelationem immediatam, & formalem requiri multo probabilius eſt, & ſolidis fundamentis oſtenditur qualis ſit. Diſput.1.quæſt.2. ſect.5 n.3.& ſequent. 1.pag 214.& ſequent.

Reuelatio priuata hæreticorum, qui communem veritatis regulam excludunt, aperte conuincitur. Diſp.1.q.2.ſect.6.n.1. 1.pag.219.

Reuelatio priuata pertinet ad obiectum formale fidei Theologicę contra Lorcam, quamuis non nominetur Catholica. ibid n.2.& 3. Item ſequent. 1.pag.219.& ſequent.

Rex pacificus dicitur, Chriſtus. Proluſionis cap.2.n.2. 1.pag.4.

Rex bonus, melior ad regimen, quam bona lex ſeorſim. ibid.n.10. 1.pag.7.

Rex melius cum legibus gubernat, quam ſine illis. ibid.n.11. 1.pag.7.

Rite, quid ſignificet, & diſcrimen à vocabulo *Recte*. Commentar.1.notar.8.n 7. 1.pag.88.

Romanum ius per antonomaſiam ciuile dicitur Diſp.2.quæſt.5.ſect.5.n.1. 1.pag.13[illegible]

Rubricæ authoritas textui æquiparatur. Diſp.4.quæſt.5.ſect.3.n 7. 2.pag.363.

S

Sacerdotes mœnia ſunt, quæ Vrbes à Dei ira defendunt. Commentat.20.notat.8.n.4. 2.pag.7.

Sacerdotibus duplex poteſtas datur, altera in Corpus Chriſti Verum, altera in myſticum. Comment.1.notat.7.n.14. 1 pag.84.

Prior in vltima cœna, poſterior poſt Reſurrectionem Apoſtolis collata eſt. ibid. 1.pag.84.

Sacramentalia ex opere operato non remittunt venialia. Proluſ.cap.4.n.1.& 2. 1 pag.14.

Sacramentorum formas eſſentiales Papa mutare non poteſt, neque ſacerdotem ſolo verbo *fiat* poteſt conſecrare. Comment.1.notat.7. numero 17. 1.pag.85.

Sacræ ſcripturæ authoritas maior definitionibus Pontificum, & Conciliorum eſt. Commentar. 4. notar.9.numero 2.& ſequent. 2.pag.142.

Sacræ ſcripturæ authoritate Chriſtus Dominus, & Ioannes Baptiſta legationem ſuam probarunt. Diſput.4.quæſt.4. ſect. 2. numero 13. 2.pag.343.

Sacra pagina an habeat aliquid humano ſpiritu dictatum. Diſpur.4.quæſt. 4. ſect. 2. n. 1. & ſequent. 2.pag.338.

Sacra ſcriptura quot; & quibus linguis ſcripta cenſeatur. Diſput.4 quæſt. 4. ſect.3.n.1. & ſequent. 2.pag.343.

Eiuſdem editiones Græco idiomate nouem aut decem numerantur. ibid.n 3. 2 pag.:4'4.

Earum authores, & quo tempore prodierunt. ibid. 2.pag.344.

Sacra pagina regula eſt fidei; alia regula animata datur, & quæ. Comment.4 notat.9.n.6. 2.pag.143.

Huius regulæ viuæ neceſſitas oſtenditur. ibid. numero 7. 2.pag.243.

Sacris literis vitio ſcriptoris vitiatis ad quos codices recurrendum. Commentar.10.num.1. 2.pag 245.

Sacræ ſcripturæ germanus ſenſus attendendus. Comment. 4.not.11 n 1. 2.pag.'49.

Salutatio generalis Papæ non comprehendit excommunicatos, nec abſoluit. Proluſ. cap. 3. numero 11. 1.pag.12.

Scriptores excuſantur, qui in facto proprio cæcutiunt. Commentat. 4. notar. 9. numero 5. 2.pag.243.

Scriptor Canonicus etiam antea cognita, à Deo reuelata vt multo certiora denuo agnoſcit. Diſp. 4. quæſt.4.ſect.2.n.5. 2.pag 340.

Cui ſine impedimento meriti, non modo ſenſum, ſed verba ſuggerit. ibid.n.6. 2.pag 340.

Scriptura ſacra cur dicitur Canon, & eius definitio. Diſp.4.quæſt.4 ſect.1 n.3. 1 pag.336.

Quos libros contineat, & eorum duplex authoritas. ibid.n 4.& ſequent. 2.pag.337.

Scripturam legis veteris allegabant Prophetæ, Chriſtus Dominus, & Apoſtoli. Diſp.4. quæſt.4.ſect.1.n.1. 1.pag 336.

Per antonomaſiam dicitur ſcriptura, & verbum Dei. ibid n.2. 1.pag.336.

Scripturam non requirit lex naturalis, neque æterna: imo in iure diuino poſitiuo, & temporali per ſe loquendo non requiritur ſcriptura. Diſp.4.quæſt.4.n.1. 2.pag.335.

Scriptura probari poteſt per teſtes, & obligat. Diſput. 4. quæſt. 4. ſect. 4. numero 7. & 13. 2.pag.353.& 355.

Scriptura quomodo ſit neceſſaria ad ſubſtantiam legis. Diſp. 4.ſect.4 n.1 & ſeq. 2.pag.350.

Satiſfactionem Chriſti Domini tenebatur Deus acceptare. Diſput.2.quæſt.1.ſect.1.n.10. 2.pag.18.

Scholares in caſtris priuilegiis ratione ſtudij conceſſis non gaudent. Proluſ.cap.1.numero 5. 1.pag.1.

Scholaſticus qui gaudet ſcholarium priuilegio. Proluſ.cap.3.n.16. 1.pag.13.

Scientia Dei libera ſupponit diuerſitatem in Naturis rerum ſecundum eſſentiam. Diſput.1. quæſt.2.ſect.6.n.6. 1.pag.211.

Sectæ variæ, ſeu hæreſes quæcumque quæ ab Euangelica doctrina defecerunt, omnes ab immoderato appetitu ſuperbiæ, ſeu turpitudinis proceſſerunt. Diſput. 1. quæſt. 5. ſect. 6. n. 11. 1.pag.185.

Senſualitatis motus omnes eſſe peccata mortalia hæretici docent. Cui ſententiæ aliqui Catholici non ſine erroris periculo fauent. Commentat.4.notat.6.n.5. 2.pag.258.

Sententia contra extrauagantem lata non eſt ipſo iure nulla. Diſput.2. quæſt.5.ſect.3.n.12. 2.pag.132.

Seruitus non eſt contra ius naturale, ſed merito iure gentium introducta Diſput.2.quæſt.3. ſect.5.n.5. 2.pag.70.

Serui, qui in pœnam dominorum donantur libertate. Diſput. 2. quæſt.4.ſect.6.numero 9. 2.pag.96.

Sepulchrum clauſum, & clauſæ ianuæ cænaculi, Chriſtus reſurgens penetrauit. Commentat.1.notat.6.n.14. 1.pag.74.

Circa hoc errores confutantur.ibid.1 pag.74.

Seruus ſeruorum Dei, quis Pontifex prius nominatus fuit. Proluſionis cap. 5. numero 4. 1.pag.2.

Seruus ſeruorum Dei ſolus Papa nominatur. Proluſ.cap.1.n.13. 1.pag.4.

Seruus habet ius proprium ſicut filius. Diſp.2. quæſt.2.ſect.2.n.6. 2.pag.41.

Seruus manu miſſus dotalis eſſe deſijt. Diſp.3. quæſt.3.ſect 3.n.5. 2.pag.196.

Sexti decretalium author. Proluſ. cap. 3. n. 1. 1.pag.9.

Sicut dictio eſt non ſemper importans omnimodam ſimilitudinem. Commentat.1.not.9. numero 59. 1.pag.100.

Simplicitas vitioſa in Epiſcopo damnatur. Commentat.1.notat.12.n.4. 1.pag.123.

Simplex affectus non ſufficit ad contractum, neque ad ferendam legem; poteſt tamen eſſe obiectum legis. Diſput. 3. quæſt. 4. ſect.2.n.1. 2.pag.213.

Simulatio cauta, & prouida admittitur, doloſa, & deceptoria prohibetur. Diſp.2.quæſt.4. ſect 9.n.12. 2.pag.514.

Sirienſibus an liceat vti nomine Thyenchu, & illo Deum venerari. Diſp. 1. quæſt.5.ſect.5. n.5. & ſequent. 1.pag.389.

Societatis Ieſu enconomiaſtica prophetia ſingularis. Commentat. 1. notat. 9. numero 3. 1.pag.94.

Solemnitatem promulgationis non requirit lex diuina. Diſput. 2. quæſt. 4. ſect.10.num.12. 2.pag.12.

Somniorum quatuor genera. Commentat.4. notat.7.n.1. 2.pag.239.

Solicitudo gubernatoris. Proluſionis cap. 3. numero 3. 1.pag.10.

Speciem impreſſam inclinantem per ſe ad errorem imprimere non poteſt Deus. Diſput. 1. quæſt.5.ſect.4.n.16. 1.pag.161.

Species memoratiuæ ſupernaturales non admittuntur. Diſput.1.quæſt.3.ſect. 2.numero 8. 1.pag.243.

Species, quæ relinquitur ex actibus fidei diuinæ memoratiua eſt naturalis. ibid. num. 10. 1.pag.244.

Spiritus ſanctus, quomodo procedat à Filio per Patrem & à Patre per Filium. Comment. 1. notat.10.n.1. 1.pag.105.

Spiritus ſanctus à Patre & Filio tanquam ab vnico principio procedit. Notat.10.n.4.& 8. 1.pag.106.& 107.

Hoc principium formaliter pro ſpirandi virtute, ſeu relatione ſpiratoris accipitur, materialiter, & vage pro ſubſiſtente in virtute ſpirandi. Notat.10.38. 1.pag.54.

Spiritus ſanctus non modo à Patre, ſed etiam à Filio procedit. Comment.1.not.3 n.14.& 15. 1.pag. 45. & 46.

Et notat.14.n.4. 1 pag.134.

Spiritus ſanctus proceſſio cur ſpecialiter talis dicatur, & cur generatio non ſit. Comment.1. notat.3.n.30.& 34. 1.pag.51.& 53.

Spiritus ſancti ſi à Filio non procederet, ab illo non diſtingueretur. Comment.1.not.14. numero 7. 1.pag 135.

Spiritus ſancti loquutionem non meretur homo per primam gratiam excitantem. ibid. eodem n.11. 1.pag.136.

Statutum in Archiuio publico aſſeruatum præſumitur vſu receptum. Proluſ. cap. 6. n. 3. 1.pag.23.

Subſcriptio valet incommodum, vel præiudicium ſubſcribentis in vtroque foro, quando alia non eſt probatio, quam iuramentum ſcribentis. Comment.1.not.9.n.14. 1.pag.102.

Spiritus ſanctus interiori illuſtratione cum hominibus loquitur.ibid.n.11. 1.pag.97.

Supernaturalitatem actus quoad ſubſtantiam non impedit vitalitas, neque libertas. Diſput.1. quæſt.3.ſect.5.n.7. 1.pag.266.

Statuta Iuris Canonici omnes ligant. Commentat.2.notat.4.n.1. 2.pag 2.

Statutum obligans clericos ad reſidentiam, valet etiam contra antiquam Eccleſiæ conſuetudinem. Comment.3. notat.2 n 8 2.pag.145.

Succeſſores futuri an dicantur Canonici. Comment.3.notat.2.n.9. 2. pag. 146.

Statutum auaritiæ zelo conditum reprobatur. Commentat.3.notat.2.n.13. 2.pag 147.

Statutum cogens affines ad compromittendum valet, non tamen ſi certam perſonam tantum cogat. Diſput. 3. quæſt.1.ſect.4.numero 5. 2.pag 166.

Statutum ſeu lex reſpicit perſonas, quas legis effectus comprehendit.ibid.n.4. 2.pag.166.

Ex rationabili cauſa in certæ perſonæ præiudicium ferri poteſt. ibid.n.6. 2.pag.166.

Statuta duo contraria ſi confirmentur, prius per poſterius derogatur. Diſp.3.quæſt.2.ſect.6. numero 8. 2.pag.187.

Stipulatio de dote reddenda mulieri, vt de illa teſtetur: etiamſi inteſtata diſcedat, vxori reddenda eſt. Diſp.3.quæſt.3.ſect.1.n.3. 2.pag.191.

Tanquam

Google

T

TAnquam aduerbium eſt importans propriam denominationem, non ſimilitudinem, in textu cap. vnic de ſum. Trinitate in 6. Commentat. 2. notat. 9. numero 3. & ſequent. 1. pag. 94.

Tempus à iure præſcriptum ad aliquid faciendum ex iuſta cauſa mutari poteſt à iudice, niſi à lege ſit interdictum. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 1. n. 3. 2. pag 298.

Numerantur caſus, in quibus hæc mutatio iudici interdicitur. ibid. n. 6. 2. pag. 299.

Temporis dilatio legalis reſtringi non poteſt à iudice, ita vt in totum auferatur. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 1. n. 11. 2. pag. 301.

Tempus prorogat, ſeu coarctat iudex in iis, quæ ad ſuam iuriſdictionem ſpectant, & in aliis caſibus. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 1. n. 8. & ſequent. 2. pag. 300.

Cauſa vero huius mutationis non leuis ſit, ſed magnę conſiderationis. ibid n. 11. 2. pag. 301.

Illaque exprimenda. Numero 12. 2 pag. 301.

Tempus in Conſtitutione aſſignatum in fauorem partium, an renuntiari poſſit, & quomodo. Diſp. 4. quæſt. 5. ſect. 5. n. 10. 2. pag. 372.

Teſtamenti noui prærogatiuæ ſupra legis veteris teſtamentum Diſp. 2. quæſt. 4. ſect. 4. n. 14. 2. pag. 88.

Teſtamenti veteris præcepta moralia, cæremonialia, & iudicialia. ibid. ſect. 5. numero 1. 2. pag. 88.

Timoratæ conſcientiæ eſt timere peccati leuem ſuſpicionem. Commentat. 4. notat. 6. n. 1. 2. pag. 237.

Teſtamentum vetus neque totum ſcriptum habemus in Hebræa, neque totum nouum primo compoſitum in Græca lingua. ibid. not. 10. numero 2. 2 pag. 246.

Teſtamentum, & atteſtatio ex parte falſa circa ſubſtantiam tota vitiatur. Comment. 4. notat. 10 n. 5. 2. pag. 247.

Teſtium nimia conformitas ſuſpectam facit teſtium veracitatem. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 6. numero 4. 2. pag. 320.

Timor charitatem introducit. Diſp. 1. quęſt. 5. ſect. 2. n. 6. 1. pag. 356.

Timor ſeruilis plerumque oritur à fide informi, filialis à formata; aliquando tamen filialem ab informi, ſeruilem vero quoad ſubſtantiam à formata prouenire non repugnat. Diſput. 5. quæſt. 5. n. 2. 2 pag. 350.

Titulus de conſtitutionibus cur ſecundo loco ponitur. Commentat. 2. notat. 1. numero 1. 2. pag. 5.

Et qui Canones in hoc titulo ſint. ibidem notat. 2. n. 1. 2. pag. 5.

Titulus inficit poſſeſſionem in Eccleſiaſticis: in profanis ex contractu inutili, acquiritur poſſeſſio. Diſput. 4. quæſt. 3. ſect. 6. numero 5. 2 pag. 320.

Tranſumptum ex regiſtro bullarum authenticum facit fidem in curia, non extra, niſi addita clauſula, vt detur fides tranſumptis. Proluſionis cap. 5. n. 11. 5. pag. 20.

Tranſubſtantiatio vera panis in corpus, & vini in ſanguinem Chriſti ſemper recepta fuit in Eccleſia. Comment. 1. not 7. n. 5. & ſequent. 5. pag. 79.

Tranſubſtantiatio, ſiue actio ſit, ſiue ordo inter duos terminos poſitiuos exercetur. ibid. numero 10. 1. pag. 81.

Si eſt actio, neque creatio, neque generatio, non deſitio, ſeu annihilatio dici poteſt. ibid. 1. pag. 81.

Trinitatis Myſterium quis primo tradidit. Commentat. 1. notat. 1. n. 1. 1. pag. 31.

Trinitatis titulus cur præcedat reliquos ibid. n. 5 & ſequent. 1. pag. 33.

Trinitatis Myſterium per ſolam rationem naturalem cognoſci non poteſt. ibid. notat. 3. n. 2. & ſequent. 1. pag. 41.

Fidei adiutorio omnes difficultates contra hoc Myſterium diſſoluuntur. ibid. n. 3. Fine & n. 4. 1. pag. 41. & 41.

Huius myſterij ſimilitudines traduntur. ibid. n. 5. Probatur Trinitatis myſterium ex vtroque teſtamento, & prodigioſo miraculo. ibid. numero 8. 1. pag. 43.

Item ratione Theologica oſtenditur, & quomodo illius ſubobſcura notitia ad Philoſophos gentiles peruenit. ibid. n. 9. 1. pag 43.

In Trinitate non debent admitti tres eſſentiæ, ſeu naturæ; licet tres exiſtentiæ relatiuæ admittantur. Commentat. 1. notat. 9. n. 16. & 17. 1. pag. 99.

Trinitas quomodo ſit in vnitate, & vnitas in Trinitate. Commentat. 1. notat. 13. num. 2 1. pag. 129.

Trinitas numerus eſt tranſcendens, & ternarius perſonarum; non tamen habet completam numeri rationem. Commentat. 1. notat. 13. n 3. & ſequent. 1. pag. 129. & ſequent.

Trinitas tota per concomitantiam eſt in humanitate Chriſti ſpeciali quodammodo. ibid. numero 7. 1. pag. 131.

Trinitas in nullo ſenſu proprio dicitur incarnata, aut nata. ibid. n. 9. 1. pag. 132.

V

VBi eſt eadem ratio, eadem eſt legis diſpoſitio, declaratur. Diſput. 2 quæſt. 5 ſect. 3. numero 4. 2. pag 119.

Et Diſput 4. quæſt 3 ſect. 7. n. 6. 2. pag. 315.

Verba legis debent eſſe generalia. Diſput. 3. quæſt. 1. ſect. 4. n. 3. 2. pag. 166.

Verbum Dei eſſentialem perfectionem aliquando ſignificat. Diſput. 2. quæſt. 4 ſect. 1. n. 5. 2. pag. 74.

Verbum diuinum in triduo paſſionis corpori, & animæ vnitum fuit. Commentat. 1. notat. 6. numero 4. 1. pag 69.

Verbum diuinum bene dicitur ea inſpirare, quæ Spiritus ſanctus loquitur. Commentat. 1. notat. 14. n. 8. 1. pag. 135.

Veritas, & certitudo in cognitionibus ſuſcipiunt magis, & minus. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect. 7. numero 8. 1. pag. 284.

Veritas fidei irrefragabilis. Commentat. 5. notat. 10. n. 12. 1. pag. 108.

Veritas prima reuelans Myſteria fidei, eſt illius obiectum formale propter quod. Diſp. 1. quæſt. 2. ſect. 2. n. 3. 1. pag. 199.

Hæc eſt tam in cognoſcendo, quàm in dicendo

Index rerum totius operis locupletiſſimus.

adæquata. ibid. à n. 5. vſque ad 7. 1.pag.199. & 200.

Veritas in cognoſcendo vt à Deo procedit, eſt prior, & immediatior regula, reſpectu noſtri prior eſt veritas in teſtificando. ibid. numero 8. 1.pag.101.

Verum in iure quid dicatur. Commentat. 4. notat.9.n.3. 2.pag.242.

Veritas noo eſt vbi eſt fictio, quam ius non intendit cum veritate confundere. Diſput. 4. quæſt 3.ſect.7.n.5. 2.pag 325.

Veſtibus quæ ſunt proprie infidelium fidelibus vti licet, non tameo ad cultum falſæ ſectæ. Diſp.1.quæſt.5.ſect.4.n.17. 1.pag.385.

Vicarius qui errauit prout delegatus, poſtea prout vicarius poteſt errorem corrigere, ſeu demonſtrare. Diſp.4 quæſt.3.ſect.5.numero 8. 2.pag.317.

Videre, & cooſentire in opera alicuius non gratis exhibenda, periode eſt, atque de operibus paciſci, & parit obligationem iuſtitiæ. Diſp. 2. quæſt.1.ſect.2.n.2. 2.pag.19.

Virginitas quomodo conformis ſit inclinationi naturali. Diſput. 4. quæſt. 1.ſect.3.n. 6. 2.pag.257.

Virginitas Deiparæ ante partum, in partu, & poſt partum probatur. Commentat. 3. notat. 5. numero 11.

Virtus moralis quæ ſit & quomodo in membra diuidatur. Commentat. 1. notat. 11. n. 28. 1. pag. 121.

Virtus ad alterum intelligitur ſiue ad perſonam ſiue ad communitatem. Diſput.2.quæſt.2. ſect.2.n.3. 2.pag.41.

Virtutis definitio ab Ariſtotele tradita explicatur. Diſputatione 1. quæſt.3.ſect.2.numero 7. 1. pag.243.

Virtutes omnes, quas habet Spiritus ſanctus, & perfectiones abſolutæ in Chriſto ſunt. Commentat.1.notat.14. n. 3. 1 pag.33.

Virtutes, quæ ſunt ad alterum, & quæ circa proprias paſſiones verſantur quomodo differant. Diſput 2. quæſt.1.ſect.7.n.3. 2.pag 35.

Viſio beata ſimpliciter, & abſolute certior eſt aſſenſu fidei. Diſput. 1. quæſt. 3 ſect. 7. n. 10. 1.pag.285.

Non ita ſcientia ſupernaturalis, niſi quoad maiorem manifeſtationem Myſteriorum aliquantulum certior dicatur. Num.11.1 pag 186.

Viuentes vſque ad diem iudicij morientur ante raptum ad nubes. Commentat.1.notat.6. numero 19. 1.pag 77.

Vnionis hypoſtaticæ modus qualis ſit. Commentat.1.ootat.11.n.11. 1.pag.113.

Vnum in alio, quibus modis eſſe dicatur. Commentat.13.n.2. 1.pag.129.

Voluntas diuerſo modo concurrit ad productionem ſui termini, atque intellectus. Commentat.1.notat.3.n.32. 1.pag.52.

Voluntas non concurrit influxu phyſico, ſed morali imperio, ad actus potentiarum quæ illi ſubordinantur. Diſput. 1. quæſt.3.ſect 9. n. 1. & ſequent. 1.pag.298.

Voluntas quomodo monet intellectum ad aſſenſum fidei. Diſput. 1. quæſt. 3. ſect. 9.n. 3. 1.pag.299.

Voluntatis determinationem prærequirunt omnes, & ſinguli actus fidei per affectum actualem poſitiuum à quo fides libera denominatur, quæ determinatio eſt libera tam ad ſpeciem, quam ad exercitium. Diſput.1.quæſt.3.ſect.9. n.9.& ſequeot. 1.pag.301.

Votum, & iuramentum maiorem inducunt obligationem, quam lex humana. Diſput. 2. quæſt.4.ſect.4.n.7. 2.pag.85.

Vſus Dominij in voluntate diſtinguitur ab vſu in aliis potentiis reſidente. Diſp.2.quæſt.3. ſect.3. n. 3. 2.pag.65.

FINIS.

ANT. 131736

Digitized by Google

Digitized by Google

H ~~12~~. 39.

Digitized by Google